BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LI
F
25
NAPOLI

VITAE CAESARVM
QVARVM SCRIPTORES HI

C. Suetonius Tranquillus — Dion Caſsius
Aelius Spartianus — Iulius Capitolinus
Aelius Lampridius — Vulcatius Gallicanus
Trebellius Pollio — Flauius Vopiſcus
Herodianus — Sex. Aurelius Victor
Pomponius Lætus — Io. Baptiſta Egnatius
Eutropij libri x. integritati priſtinæ redditi.
Ammianus Marcellinus longe alius quàm antehac unquam.
Annotationes D. Eraſmi Rot. & Baptiſtæ Egnatij in uitas Cæſs.

Acceſſerunt in hac editione Vellej Paterculi libri II. ab innumeris denuo uendicati erroribus, addito Indice copioſiſsimo.



BASILEAE MD XLVI

NAPOLI

C. SVETONII TRANQVILLI VITA

CAIVS Suetonius Tranquillus patrem habuit Suetonium, cognomento Lenem, tertiædecimæ legionis tribunũ, & Auguſticlauiũ, qui interfuit bello Othoniano. à patre filius Tranquilli cognomen accepiſſe creditur. Nam cum ille Lenis ſit cognominatus, hic eodem ſignificato, nõ eodem uerbo dictus eſt Tranquillus. Floruit ſub Adriano, utpote illius magiſter epiſtolarũ. uerũ fortuna, quæ lubrica eſt, refragante ſucceſſor ei mox datus: quòd apud Sabinam Imperatoris uxorem familiarius egiſſe ferebatur, q̃ reuerentia domus aulicæ poſtularet. uſus eſt contubernio Plinij poſterioris: à quo in epiſtolis admonetur ad uolumina ædenda: quæ perfecta, abſolutaq́ appellat. Cum eſſet uir doctrina cõpoſitiore, & elegantia floridiore præditus, ſcripſit libellũ de grammaticis & Rhetoribus: quẽ diuus Hieronymus ſecutus eſt, texens catalogũ ſcriptorum eccleſiaſticorum. De genere ueſtium, de ludicra hiſtoria libros cõcinnaſſe memoratur: quorũ teſtimonio utuntur eruditi. Idem de uitijs corporalibus, & de prætoribus uolumina condidit luculẽta: in primis uero ad poſteros tranſmiſit duodecim Cæſarũ uitas, ualde quidem probandas, graphiceq́ conſcriptas: in quo ſtyli genere primas confeſsione eruditorum haud dubie occupauit. Opus eſt emunctum, refertumq́ eruditione haudquaquã triuiali, & cõpoſitiſsimo ordine diſtinctũ: unde emẽdatiſsimus, ac candidiſsimus ſcriptor meruit appellari: cui, ut ſcribit Flauius Vopiſcus, familiare fuit amare breuitatem. Auſonius in epiſtolio ad Paulinũ librorum meminit, quos numero treis Suetonius de regibus ſcripſit. In hoc uero Cæſarũ opere, quod eruditorũ manibus continenter teritur, eſt oppido quàm terſus, & ſynceriſsima ſcriptione præcellens: adeò, ut de Suetonio dicere merito poſsimus id, quod Zeuſis pictor de ſeipſo prodidit: Inuiſurum aliquem facilius quàm imitaturum.

ILLVSTRISSIMIS SAXO NIAE DVCIBVS, FEDERICO SACRI IMPERII ELECTORI ETC. eiusq; patrueli Georgio, DES. Eraſmus Roterodamus S. D.

VT AB his uiris, quos fortunæ calculus mūdi gubernaculis admouit, Federice ac Georgi ducū incorruptiſsimi, haud exegerim anxiā atq; exactā ſcholaſticarū diſciplinarum cognitionem, in quibus qui cōſenuerūt, eos ferè ſenſu etiam cōmuni carere uidemus, tantū abeſt ut tractandis rerū habenis ſint idonei: ita uehementer ab iſtis diſſentio, qui reges prorſus ab omni librorum commercio ceu re noxia ablegāt, perinde quaſi hoc demum uere regium ſit, nihil omnino uel ſcire, uel agere, præter aleam, uenatus, moriones & his etiam ſordidiores uoluptates. Cum quibus enim amicis libentius cōfabuletur cordatus & pius princeps, quàm cū ijs, qui & ſemper præſto ſunt, & ſapiūt plurimū, & nihil loquuntur ad gratiā? Verū nullis ex libris, mea ſententia, plus utilitatis capi poſsit, ꝗ ex eorū monumentis, qui res publice priuatimq; geſtas, bona fide poſteris prodiderūt, pręſertim ſi quis regalis philoſophię decretis imbutus huc acceſſerit. Etenim qui in hoc munere, rerū gerendarū exemplum, ꝗ geſtarum fidem ſpectare maluerunt, in quibus eſt Herodotus, hactenus modo proſunt, quòd boni principis ſimulacrū oculis ſubijciūt, ſi qui tamen id ſcite ueréq; effinxerunt. Cæterū ex bonæ fidei ſcriptoribus ſuper alias innumeras, hæc præcipua capitur utilitas, quòd nō alia res æque, uel bonorū regum animos ad res cum laude gerēdas accendit, uel Tyrannorū cupiditates cohibet ac refrenat, dum utriq; cernunt horū literis ſuā uitam omnem, mox in totius orbis, imò ſeculorū omnium Theatrū producendam, & quicquid nūc uel in abdito patrāt, uel aſcito fuco prætexunt, uel metu diſsimulari cogūt uerius ꝗ ignorari, paulo poſt clariſsima in luce ſub oculos omniū traducendū, cū iam metu pariter ac ſpe libera poſteritas, nec ullo corrupta ſtudio, magno conſenſu recte factis applaudet, pariq; libertate his diuerſa explodet exſibilabitq;. Nec eñ arbitror quenq; nō dico principem ſed tyrannū, ſic penitus omnem hominis ſenſum exuiſſe, ut uitam ſibi iucundam ducat, ſi norit ſuū nomen apud poſteros omnium ætatum ac nationū animis tam inuiſum & execrabile fore, quàm nunc eſt Neronis, Caligulæ, Heliogabali, Commodi, Domitiani, ac Iuliani: ad quorū mentionem, ceu portentorum uerius ꝗ principū, nemo iam non deſpuit, non abominatur, non deteſtat̃. Nā Vitellius uiuus etiā male geſti Imperij pœnas dignas dedit, quas & Nero daturus erat, ni ſupplicij fœditate deterritus, ipſe ſui carnifex eſſe maluiſſet. Quod quidē exemplū utinā in hæc uſq; tēpora duraret, ſi quis (qđ deus omen auertat) ſimilis illorum exiſteret. Nunc eñ nihil eſt impunitius, ꝗ quod nulla ſatis grauis animaduerſio penſare queat, male obiti magiſtratus culpa. Iam in cæteris hiſtoriæ dotibus, quantū alijs quiſq; tribuendū putet, ipſe uiderit ſuo arbitratu. Illud opinor apud eruditos oēs in confeſſo eſſe, quod ad narrationis fidem attinet, primas deberi Suetonio: qui, ut quidā non infeſtiuiter dixit, prorſus ea libertate ſcripſit Cæſarum uitas, qua uixerunt ipſi. Propemodum æqua-

runt Suetonium hac ſanè laude, Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Flauius Vopiſcus, licet eloquentiæ uiribus ſermoniſq; politie multo inferiores. Proinde mihi quidem digni uidebantur, ut eorum lucubrationes ſtudioſi ſumma fide ſeruarent, quorum fide factum eſt, ut tantarum rerum tam certa memoria duret in hãc uſq; noſtram ætatem. Ac Suetonium quidem neſcio quo deo propitio, & antehac non ita paſsim deprauatum, nunc eruditorum meaq; opera purum, ni fallor, & integrum habemus, ſuffragante mihi ad hoc negocij peruetuſto quodam codice, quem è bibliotheca monaſterij, apud Neruios olim, nũc Tornacenſes, uulgato cognomine diui Martini, nobis exhibuit nobiliſsimus ille Gulielmus Montioius, qui id tẽporis regias uices in ea urbe gerebat. Reliquos, quoniã nullo huiuſmodi præſidio ſubleuabamur, quod unũ licuit, multo certe minus deprauatos dedimus. Eoſq; omneis ueſtri nominis lenocinio orbi cõmendare ſtudui, uel ueſtro in me ſtudio, uel mei erga bonas literas animi propenſione ut id auderẽ prouocatus, quo uidelicet uiri, imaginibus & opib. clari, magis ac magis in his philoſophari conſueſcant, & uelut ad ſpeculum uitam moreſq; cõponere. Primum enim dum uidemus mutatũ orbis Romani ſtatum, tanto ſanguinis humani impendio conſtitiſſe, ea res pium certe principem à temere nouandis rebus deterrebit. Deinde ſpectare eſt operæprecium, quàm uelut æſtuarijs uicibus, Euripi cuiuſpiam ritu, res humanæ ſurſum deorſum uoluantur, ni ſolida principum ſapientia, & incorrupta uirtus fluxum hunc ſiſtat inhibeatq;. Quin & illud ſubit admirari, in tãto principũ numero uix paucos extitiſſe tolerabiles, pauciſsimos probos, pleroſq; non improbos modo, uerumetiã oſtenta mera, meraſq; peſtes humani generis, multos etiam mente captos. O nouam ſeculi calamitatem, cum uni furioſæ beluæ totus ſeruiret orbis, & ingemiſcẽs eandem caneret cantionẽ, quam ſeruus Carion apud Ariſtophanem ὡς ἀργαλέον. Et tamen huiuſmodi portenta, parricidijs, ſacrilegijs, inceſtis, breuiter, nullo non dedecorum genere impurata, tẽplis, aris, ac diuinis honoribus donabat hominũ adulatio, fortunæ uel magis ſceleribus tribuẽs, quod eximiæ uirtuti dari cõſueuit. Quis poſt hæc, recte factis graſſetur ad nominis immortalitatem, ſi cœlũ datur ijs, qui indigni erant ut terram cõtingerent? Nam quòd Domitius & Cõmodus uterq; ſceleratiſsimus, dei uocabulum uiui etiã uſurparũt, quis non uidet manifeſtariæ cuiuſdam inſaniæ fuiſſe, uerius q̃ impudentię? Porrò quibus de cauſis hoc acciderit ut tanta fuerit bonorũ principũ raritas, nondũ mihi ſatis liquet: ſiue quòd ipſa fortunæ magnitudo plurimas res ſecum defert, quæ bene nata, recteq; inſtituta ingenia queant corrumpere, Id quod facilius credet, qui perpenderit Neronis adoleſcentiã laudatiſsimæ indolis fuiſſe, & quo non alius adhuc fuit orbi peſtilentior, optimi tamen principis ſpem initio de ſe præbuiſſe, Tum ab hoc multo poſt, Baſsianũ Getæ fratrem, dum priuatus ageret, uirũ integrũ ac ſanctũ peſsimum egiſſe principem: Siue quòd ut quædã nauigia immodice magna, uaſtaq; regi nõ queunt, ita totius orbis imperiũ maius eſt q̃ ut unius hominis animo ſuſtineri poſsit, cum perdifficile ſit domum etiã unam recte adminiſtrare. Itaq; qui maximè cupit optima, tamen Maronis illud interdum cogitur dicere,

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Quod opinor intelligẽs Octauius Auguſtus, uir eruditus ac perſpicax, et qđ in

priſcis

priſcis Cæſaribus rarũ comperies, perpetuo ſanus, nõ ſemel de deponenda imperij mole cogitauit, & feciſſet, ſi nactus fuiſſet in cuius humeros citra publici ſtatus perniciẽ onus reclinare potuiſſet. Hãc ob cauſam poſteriores, negociorũ undis impares, imperij molẽ in plures partiri ſtuduerũt. Siue id ijs rebus magis aſcribendũ eſt, quas permultas quidẽ, at nõ omneis tamen, in Aureliano recenſet Flauius Vopiſcus. Et tamen in tanta malorũ principũ turba, reperias licet dignas ſancto principe cogitatiões, audias uoces abſoluto principe dignas, cõperias exẽpla in quib. nihil deſideres. Inter ethnicos inuenies, ꝗ Chriſtiano animo reip. gererẽt imperiũ non ſibi, qui tã laborioſæ adminiſtrationis nõ aliud ſpectarent præmium, ꝙ ut de rebus humanis benemererentur, qui publicã utilitatem liberorũ affectibus, imò ſuæ ſuorumꝙ incolumitati præferrent. O nos felices, ſi Chriſtiani principes ſuæ quiſꝙ ditioni præſtarẽt animũ, quẽ Octauius iam confirmatus, quem Titi duo, quem Traianus, quẽ Antonini duo, quẽ Aurelius Alexander, orbi terrarũ præſtiterũt. Quin illud etiam mirandum, repertos qui ad imperatorem de imperatoribus non ſolum libere, uerumetiã contumelioſe ſcribere auderent. Nam id quidã exigunt, ut de ijs quoꝙ qui reip. præſtiterunt, nõ principes, ſed tyrannos, honorifice mentiamur: id agentes ne quando libertatis exemplũ in ipſos recidat. Sed multo magis ad rem pertinet, in his contemplari, nomen illud imperij, quod & olim orbi ſacroſanctũ auguſtumꝙ fuit, & nunc etiamnum multorũ affectibus religioſum ac uenerabile eſt, cum aliquot iam ſeculis nõ ita multũ ſuperſit, præter illuſtrem magni nominis umbram, ꝙ fœdis initijs in mundũ irrepſerit. Primũ in Iulio ſcelerate, mox in Octauio Lepido & Antonio ſceleratius. Quid non poteſt fortunæ libido in rebus humanis? Poteſtas ea quã poſtea dijs æquauit hominũ conſenſus, impietate, cædib. paricidijs, inceſtis, tyrannide, cõdita conſecrataꝙ fuit. His felicibus auſpicijs cœpit illa regibus totius orbis adorata maieſtas, Ac ſceleratius ferè propagata fuit ꝙ nata. Fœda barbarorũ militũ colluuies frequenter, non ſuffragijs, ſed inſanis tumultibus dominũ orbi dabat. Nec alia fere ſuccedẽdi lex, niſi mactato ſuperiore. His auibus olim auſpicabantur imperiũ, quod nihilo ſecius tamen interim emendũ erat, quanticunꝙ inexplebili militũ auaritię libuiſſet. Nec ſatis erat in unũ ſæuire caput. Ad liberos, ad affines, ad amicos omneis crudeliſsima laniena proferebatur: ac ſæpenumero reciprocantib. ut fit, uindictæ uicib. quos uiros, quas matronas effera immanitas indigne laniabat? Sæpe plurib. hinc & hinc imperiũ ad ſe trahentibus miſcebãtur omnia. Ita ſemper ad nouũ imperij ſucceſſorẽ, totus terrarũ orbis concutiebatur. Summa rerũ in manibus erat, non ſenatus, non populi Romani, ſed mercenarij facinoroſiꝙ militis. Nec aliter imperare licuit, neꝙ diutius imperare licuit, ꝙ illis beluis collibuiſſet, qui nec bonos, nec malos principes diu ferre poterant. Alius parcior erat, alius profuſior, alius eruditior ꝗ uellent, alius matri obſequẽtior, alius militaris diſciplinę tenacior, alius imbellis, alius immodice bellator, alius in ſenatũ propẽſior, alij cognomen obſtabat militi parũ gratioſum, alij affinitas. Quamlibet leuis cauſa ſatis erat iſtis ad iugulandũ orbis principẽ. Deniꝙ ut nihil eſſet cauſę, expediebat illis ſubinde mutare principem. Inſatiabilis habẽdi fames ad res nouandas incitabat. Trucidabatᷣ ut inutilis, quẽ iam exuxerãt, accerſebaturᷣ alius qui exhauriretᷣ, mox & ipſe trucidandus, Atꝙ hiſce rebus factũ eſt, ut nonnullorum imperium paucis modo menſi-

 bus, non

bus,nonnullorũ paucifsimis etiã diebus finiretur:ut me quidẽ inter legendũ cre bro ſubeat admiratio, fuiſſe ullos,qui tum tẽporis uellẽt imperij uices capeſſere cum tot exemplis didiciſſent, quibus legibus eſſet ſuſcipiendũ. Et hoc honoris ſic uenditũ,imò locatũ,imperiũ uocabant. O miſerũ ac deplorandũ illorum tem porũ ſtatũ. Oppreſſa ſenatus autoritate,oppreſsis legibus,oppreſſa populi Ro mani libertate,ſic creato principi ſeruiebat orbis,princeps ipſe ſeruiebat ijs,qua lem nemo uir probus domi uellet habere ſeruũ. Imperatorẽ timebat ſenatus,im perator ſceleſtam illam militũ turbam formidabat:imperator leges dabat regib. at huic leges dabant conductitij milites. Summa rerũ orbis ab armata paucorũ temeritate pendebat. O magnificã & exoptandã omnib. monarchiã. Et tamen neſcio quo pacto,uelut ex cõpoſito cõueniebat inter Cæſares & milites Cęſarũ dominos,quos legimus aliquoties ſe decimari paſſos ab ijs, quos mox erãt ſuo arbitratu iugulaturi,quaſi uices alternas inter ſe pacti,dominãdi ac ſeruiẽdi. Nõ hæc eò dicunt̃, ut perſuadeã illegitimã fuiſſe Cæſarũ potentiã,cũ ui iureq́ꝫ belli, atq́ꝫ etiã ſcelere parta ditio paulatim cõſenſu multitudinis radicibus actis fiat le gitima. Alioqui ſi quis ab extremis initijs repetat ditionũ origines, paucas repe riet legitime natas. Scitũ eſt illud Octauij de Catone,qui nõ patitur mutari præ ſentem reip. ſtatũ, is mihi & uir bonus,& bonus ciuis uidetur. Tecte confeſſus eſt,Iuliũ per nephas occupaſſe monarchiã, non oportere tamen iam nouatũ & conſtabilitũ reip. ſtatũ,denuo nouari. Satis cõſtat nullũ imperiũ neq́ꝫ patuiſſe la tius, neq́ꝫ manſiſſe diutius q̃ꝫ Romanorũ: quanq́ꝫ hoc imperiũ primitus penes ſenatũ ac populũ erat:nec ſubito, ſed paulatim ad unũ ſumma rerũ attracta eſt. Nec ſenatus tamen nec imperatorũ quiſquã totius orbis monarchiã tenuit. Nã præterq́ꝫ quòd aliquot notæ regiones nunquã agnouerunt Romanũ imperiũ, non minima pars orbis tum erat ignota,quum prodigioſæ uanitatis haberetur antipodum mentio, & terra ſic crederetur innatare Oceano, quemadmodum ſi pila innatet aquæ, colle tantum aliquo prominente. Deniq́ꝫ quum hodie repe riantur terræ incognitæ, quarum terminos nullus adhuc perueſtigare potuit, quum copertũ ſit, eas eſſe immenſæ uaſtitatis. Sed imperij Romani maieſtas paulatim ad euangelicæ lucis fulgorem, ueluti luna ad ſolis ſplendorẽ elanguit. Tandem barbarorũ inundationib. extinctũ eſt, ac multis poſt ſeculis Romani pontifices reſtituerunt, ſed nomen uerius q̃ꝫ rem. Quid enim aliud potuerunt? Certe eligẽdi ius à tumultuario milite ad certos principes recte translatum eſt, qui ſumma ut par eſt, religione, nullo mercedis interuentu darẽt orbi principẽ, quem ſcirẽt rebus humanis maxime fore ſalutarem. Etenim ſi tot legibus mina cifsimis cautũ eſt,ne Abbas aut Epiſcopus eligatur uel pecuniæ,uel cuiuſcunq́ꝫ ſiniſtri affectus corruptela,quanta oportet eſſe integritate,qui ſuis calculis prin cipem dant tam late regnaturũ? Alioqui longe præſtabilius erat naſci principẽ, quàm per corruptelã eligi. Ergo ut boni ciuis eſt præſentem reip. ſtatũ nolle mu tari, ita boni principis eſt, ijs legibus quibus ſuſcepit adminiſtrare principatũ. An uetus illud imperium quale fuit olim renouandum ſit,neſcio. Equidem non arbitror quenq́ꝫ eſſe cordatũ uirũ,qui id optet,etiamſi uotis liceat reſtituere,tan tum abeſt,ut quod iam multis ſeculis maxima ex parte ſit antiquatũ extinctũq́ꝫ, magno rerum humanarum tumultu, ſummaq́ꝫ Chriſtiani ſanguinis iactura, uindicandum ac reuocandum uideatur:præſertim cum inter ethnicos etiã hoc

animo repertus ſit Otho, ut potius duxerit ſpontanea morte uitã abrumpere, q̃ imperiũ tot hominũ uita mercari, uir uel ob hoc ipſum dignus imperio, ſi fortuna uirtuti faueret. An parũ eſt ſuũ quãq; regionẽ habere dominũ, niſi ſingulæ rurſus aliũ haberẽt dominũ, cõduplicata populi ſeruitute? ſi ſumma rerũ inciderit in principẽ improbũ. Nec hæc dixerim quòd negem optimũ eſſe reip. ſtatũ monarchiã, ſi mòdo is ad æterni numinis exemplũ quantum potẽtia cæteris antecellit, tãtundẽ uincat & bonitate ſapiẽtiaq;: ſed partim quòd, ut ſunt hominũ ingenia, haud ſcio an huiuſmodi quiſpiã poſſit cõtingere, partim quòd etiãſi maxime cõtingat, uix arbitror capacẽ eſſe tãtæ ditionis unius mortalis animũ. Demũ ut ſit, quãdo princeps tam procul agens, puta Cõſtantinopoli, cognoſcet quid agatur apud Aethiopas aut Gãgen: & ſi cognouerit, quãdo mittet ſuppetias? Etem qui uectigalibus exigẽdis tantũ agit imperatorẽ, is quiduis eſt potius q̃ imperator. Non admodũ deſyderabit orbis monarchã, ſi Chriſtianos principes inter ſe iunget cõcordia. Verus et unicus orbis monarcha CHRISTVS eſt, in cuius edicta ſi noſtri principes conſenſerint, ſub uno principe uere florebũt uniuerſa: ſin humanis cupiditatib. res gerẽtur, æterna rerũ uiciſſitudine ſemp fluctuabimus iactabimurq;. Et tamen maximã huius felicitatis partẽ ipſi nobis præſtare poſſumus, ſi cõcordibus ſtudijs ad id quod per ſe optimũ eſt, cõtendamus. Atq; ego ſanè itademũ arbitror felices fore reſpub. ſi principes ſancte Chriſtianeq; inſtituti, ſimul atq; ſuſceperint regnũ, pariter et animũ regno dignũ ſuſcipiãt, publicis cõmodis metiãtur cõſilia oĩa, ab oĩ tyrãnidis ſpecie uelut à peſte quadã abhorreãt, ac pro ſe quiſq; certet, quod ſortitus eſt regni, nõ amplius, ſed melius ſucceſſori tradere: oẽs pariter adnitãtur, ne bellũ ullũ ſit, potius q̃ ut bello uincãt, neq; ullis ſit opus copijs, magis q̃ ut his rebus ſint inſtructi, pacis artibus magni uideri ſtudeãt, quę conſilijs animiq; uiribus cõſtant. Equidẽ ſi quid nouari poſſit abſq; rerũ tumultu, iudicarim ad publicã orbis Chriſtiani tranquillitatẽ magnopere pertinere, ſi certis fœderib. ex uſu publico ſua cuiq; ditionis pomœria præſcribãtur, quæ ſemel cõſtituta nullis affinitatibus, aut pactis, uel cõtrahi poſſint, uel proferri, prorſus antiquato ueterũ titulorũ iure, quos quiſq; pro re nata, quũ bellũ affectet, ſolet prætexere. Quod ſi quis forte clamitet, ius neſcio quod ſuũ adimi principib. is illud mihi ſecũ reputet uelim, num æquũ cenſeat, ob huiuſmodi iura, quæ ſiue habet aliquis fortaſſis, ſiue fingit, orbẽ Chriſtianũ impijs ac parricidialib. armis ſine fine collidi, tot innoxios aut interimi, aut perdi, tot immeritas fœminas affligi corrũpiq;, deniq; totã illam malorũ tragœdiã, quæ bellũ oĩe ſecũ defert, in uitam hominũ inuehi. Nam his fontibus omnia ferè bella, quæ noſtra memoria uidimus, profecta eſſe cõſtat. Verũ hæc nõ tantũ παρεργότερα uideri poſſint, uerumetiã impudẽtius ad uos ſcripta, principes ut magnos, ita cũ primis ſapientes, ad hæc, quod eſt in iſta fortuna rariſſimũ, librorũ etiã præſidijs cũ primis inſtructos. Siquidem tuas eximias Federice dotes cum ſint inſigniter inſignes, non mirum ſi famæ celebritas ad nos uſq; deuexit. Te uero illuſtriſſime Georgi, patrueli laudatiſſimo per omnia ſimilem ac uere germanum è propinquo cognoui, dum Phryſiam nobis finitimã adminiſtrares. Bene ualete principes uere felices ſtemmatis quidem illuſtriſſimi, ſed ornamentis animi longe illuſtriores. Iſtos animos uobis ſeruet Chriſtus optimus max. uos orbi Chriſtiano, ueſtriq; ſimiles nobis cõplures uelit exiſtere. Antuerpiæ Nonis Iunijs. Anno M. D. XVII.

CVm hanc æditionē iam adornaſſem, commodum allatus eſt Suetonius, Aldinis typis excuſus, ſed emendatus opera Baptiſtæ Egnatij, uiri cum primis tum integri, tum eruditi. nam utrūq; iuxta requirendum arbitror in eo qui ueterum lucubrationes emēdandas aut explicandas ſuſcipit. Atq; utinam ut Suetonium, Aureliū Victorem, & Eutropium dedit, itidem & Aelium Spartianum, cæterosq; huic adiūctos nobis dediſſet, in quibus nos permulta reſtituimus. Nam omnia, quî poterā, niſi codicum antiquorum auxilio adiutus? Tametſi & in Tranquillo nonnulla reſtituimus quæ Egnatium licet oculatiſſimū ſuffugerant. Velut in Cæſare Dictatore cap. xviij. Eodem modo Nonium Quæſtorē, quòd compellari apud ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet, Modo expunximus ex fide uetuſtiſſimi codicis. Siquidē eòdem hic aduerbium eſt, ut ſubaudias coniecit. Sunt hoc genus & alia nonnulla, ſed minutiora, q̄ ut operæpretium ſit ſingillatim recēſere. Cæterum quod in Othone Egnatius lègendū putat τί γάρ με δεῖ καὶ τοῖς μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν, ab illo diſſentio, quòd hæc ferè uerba Beroaldus ab erudito quodam admonitus ex Dione huc tranſtulerit. Neq; uariant hic quæ uiderim exemplaria. Tantum in nōnullis pro αὐλοῖς uitiatum erat ἀσύλοις. Legēdum igitur haud dubie, τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς; id eſt, quid mihi cum longis tibijs? Qua de re copioſius nobis dictum eſt in Adagiorum Chiliadibus. In Caligula pro nec dicendi finem factum, reſtitueramus ex exemplari peruetuſto, nec licendi finem factum, etiamſi poſt cōperi locum hunc à Budæo noſtro correctū in Aſſe. Hoc admonere uiſum eſt, quo plus ponderis habeat Budæana caſtigatio, quanquam ea nullius uetuſti codicis præfatur autoritatem. Porrò quod in Auguſto legitur,

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς τι ποιεῖτε,

Id eſt, date plauſum, & omnes uos cum gaudio quippiam facite, in quo & Egnatius hallùcinatus eſt, ego, ni fallor, & unus & primus reſtitui, idq; ex qualibuſcunq; ueſtigijs antiquiſſimi codicis. Legendum igitur ad hunc modum,

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς, ſiue ἡμῖν, μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε,

Id eſt, date plauſum, & uos omnes, ſiue omēs nobis, cū gaudio plaudite. Eſt enim uerſus Trochaicus. In uetuſto codice ſcriptum uidebatur κτυπεῖτε ut ſit trochaicus brachycatalecticus. certum eſt eſſe clauſulā græcæ comœdiæ. Præceſſerat autem in exemplari noſtro & alter huic ſimilis Trochaicus, aut certe hemiſtichion, ſed figuris elementorum adeo deprauatis, ut quid ſcriptum eſſet nō quiuerimus conijcere. Iam quod eſt in Veſpaſiano, ὦ λάχης λάχης.

Οταν δ᾽ ἀποθάνης αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς εἰρήσῃ κήρυλος.

Siquid ſuffragarentur exemplaria, lubens legerim ad hunc modum,

ὦ λάχης λάχης Οταν δ᾽ ἀποθάνης αὖθις ἔσῃ κήρυλος, Id eſt,

O Laches Laches, At ubi mortuus fueris, rurſus eris Cerylus.

ut ὦ λάχης λάχης ſit clauſula prioris carminis, cui ſuccedit integer Iambicus trimeter, tāetſi hac de re nolim cōtendere. Cæterū de nummorū analogia, ſi quid à Budæo diſſentit Egnatius, Portiū ſuū ſecutus, quod nobis nec otiū ſuppetebat, nec ad hunc laborē propriè pertinebat, nō fuit ſtudiū excutere. Addidimus aūt indicē, quo potiſſimū annotauimus, ſi quid noue, præterq; ſuperiorū autorū cōſuetudinē, aut ſi quid etiā Græcanice dictū eſt, ne nihil ſit lucri, quod lectorem ad emendum inuitet. Nec hoc tamē ſolum accedet, quin & quicquid adiecit Egnatius, hic habes, & præterea nonnulla, quæ nos ſoli etiam reſtituimus. Bene Vale.

ANNOTATA IN C. SVETONIVM TRANQVILLVM, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM.

Abdicat ſe magiſtratu. Clau. Cæſ. capite 29
Abhorret oſtentum, pro exhorret. Gal. cap. 4
Ablocare, pro alteri locare, ſiue locationem ſoluere Vitel. cap. 7
Abortiui, qui aborſu nati ſunt Cæſ. Aug. capite 35
Abſimilis, pro diſſimilis Otho cap. 1
Abſtinuit præfari, cum infinito Tib. Cæſ. capite 23
Abunde potentiæ gloriæq; pro ſatis Cæſ. dict. cap. 86
Ab uno. pro à quodam Cæſ. dict. cap. 32
Abutendum ſe permiſit Gal. cap. 14
Acceſſio morbi, pro παροξυσμός Veſ. cap. 23
Actuarij ab actis Cæſ. dict. cap. 55
Actui rerum, pro agendis rebus. Cæſ. Aug. capite 32
Actus rerum, pro actione cauſarum Clau. cap. 22. Idem, Nero cap. 17
Ad Corfinium, pro apud Nero cap. 2
Addormiſcere ἐπικοιμᾶσθαι Cl. Cæſ. cap. 8
Adhibere modum C. Cal. cap. 2
Admenſus eſt, pro dedit Cæſ. Aug. cap. 16
Ad remum dare Cæſ. Aug. cap. 96
Adſimilis Nero cap. 1
Ad terram dedit, pro abiecit. Cęſ. Au. cā. 96
Aduenere literæ, pro allatæ ſunt. Veſp. Au. capite 7
Adulterare matronas, pro adulterio ſtuprare Cæſ. Aug. cap. 67
Adulterata, pro adulterio ſtuprata Cæſ. dict. cap. 48
Aequiparare, pro æquare Cæſ. Au. cap. 94 Idem, Nero cap. 53
Aeſtuare Gal. cap. 4. Idem, Veſ. Au. ca. 24
Aetate parui, pro minores Au. Cæſ. ca. 48
Aeq; quàm. pro æque atq; Cæſ. Au. ca. 64
Affectus eſt illi, pro erga illũ. Tib. Cęſ. ca. 52
Afflixit, pro uexauit Tib. Cæſ. cap. 51
Affinitas, propinquitas Nero, cap. 35
Agente, pro degente Veſp. Aug. cap. 23
Agere ſecretũ, pro ſolũ eſſe Tib. Cæſ. ca. 60
Album citharœdorum Nero cap. 21
Album iudicum Claud. Cæſ. cap. 16 Idem, Domit. cap. 8
Aleæ rumor, pro rumore de alea, & Aleam ipſum luſus genus dixit. Cæſ. Aug. ca. 71
Allectus, ab allego Vitel. cap. 1
Allicefactos, pro allectos Vitel. cap. 14
Allium obolere Veſp. Aug. cap. 8
Altero, pro poſtridie quàm Vitel. cap. 3
Amanuenſibus Nero cap. 44
A manu Veſp. Aug. cap. 3
Ambubaiæ Nero cap. 37
Amiſit, pro perdidit Tib. cap. 7. Idem, Nero cap. 35
Amplius quadraginta, pro plus quadraginta Cæſ. Aug. cap. 72
Animaduerſa flagitia, p̄ punita. Nero ca. 16
Anteambulones Veſp. Aug. cap. 2
Ante eum, pro coram eo C. Cal. cap. 42
Ante ſe, pro coram ſe Gal. cap. 10
Anticipare, pro ante tẽpus facere quippiã Claud. Cæſ. cap. 21
Antiquius. pro charius Vitel. cap. 15
Apophoreta Veſp. Aug. cap. 19. Idẽ Caius Cal. cap. 55
Apparatus Vitel. cap. 13
Approbat ſe illi talem, pro præſtat Gal. ca. 6
Appropinquare Nero cap. 49
Appropinquare, pro aduectare Cl. Cę. ca. 12
Appropinquo C. Cal. cap. 57
Aquilus color Cæſ. Aug. cap. 79
Armigeri ſatellites Cæſ. Aug. cap. 49
Armillatus C. Cal. cap. 32
Aſinarius, pro agaſone Cæſ. Aug. cap. 96
Aſſimulare, pro ſimile exprimere Tib. Cęſ. capite 57
Aſſurrectum eſt, imperſonaliter Cæſ. Aug. capite 56
Aſticos fortaſſe pro haſticos C. Cal. cap. 20
Aſturco Nero cap. 46
Attendit huic rei Nero cap. 56
Attendit iuri, pro ſtuduit Gal. cap. 5
Autor eſt, nõ pro ſuadet, ſed pro narrat. Cę. Aug. cap. 94
Aurigare C. Cal. cap. 18
Aurigare, ſicut nauigare. Nero ca. 22. & 24
Autores ſunt qui narrant, non ſolũ qui ſuadent C. Cal. cap. 12
Batuere cum illo C. Cal. cap. 32. & 54
Beccus lingua Gallorum. Vitel. ca. 18
Biduum cõtinens, pro perpetuum biduum C. Cal. cap. 19
Bijuge curriculum C. Cal. cap. 19
Bis in menſe, pro bis ſingulis menſibus Cę. Aug. cap. 35
Bonũ factũ, pro recte fiet Cæſ. dict. cap. 80
βραβεῦτα Nero cap. 53
Breuiariũ compendium Cæſ. Aug. cap. 101
Breuiaria, pro cõmentarijs Veſp. Aug. c. 21
Buccea, pro bolo Cæſ. Aug. cap. 76
Cachinnare Veſp. Aug. cap. 5
Caderet ab hoſte Otho cap. 5

Cade-

Cadere, pro euenire Tib.Cæſ.cap. 14
Calceare mulas Veſp.Aug.cap. 23
Caliga ſpeculatoria C.Cal.cap. 52
Cameræ ruina Nero.cap. 34
Caminus, pro fumario Vitel.cap. 8
Canuſinatus Nero.cap. 30
Capillamentum C.Cal.cap. 11
Capſarij Nero.cap. 36
Captura, pro quæſtu C.Cal.cap. 40
Cenſente, pro cenſens Græce poſuit, nõ Latine, ut ſubaudias, eod. nam in emendatioribus & peruetuſtis exemplaribus nõ additur pronomen eo Tib.Cæſ.cap. 31
Certum ac ſtatum C.Cal.cap. 40
Cæterum truncũ, pro reliquum Gal.ca. 20
Chriſtus Claud.Cæſ.cap. 25
Chriſtiani Nero.cap. 16
Cibo illum, pro cibum do illi. Tib.Cęſ.ca. 72
Circa, pro circiter Claud.Cęſ.cap. 6
Circumſedit, pro obſedit C.Ca.cap. 48
Ciuica, ſine addito ſubſtantiuo, ut ſubaudias, corona. ad eundẽ modũ uſus eſt Seneca. Cęſ. dict. cap. 2. Idem Cl.Cæſ.cap. 17
Claſſiarij Gal.cap. 12
Coactio argentaria Veſp.Aug.cap. 1
Cęlibatus & poſt ductam uxorem Gal.ca. 5
Cęlibatus etiam uiduorum Cl.Cęſ.ca. 26
Cœna comis Otho.cap. 3
Cognomines Vitel. cap. 2
Cohorreſcere, pro totus horreſcere Tib. Cæſ. cap. 21
Cohortari inuicẽ, pro ſeinuicẽ Gal. cap. 10
Collationes Nero cap. 38. Idem Tit.Veſp. capite 7
Collatio Nero.cap. 44
Colonici decuriones, qui coloniarum ſunt Cæſ.Auguſt.cap. 46
Comeſſari Domit.cap. 21
Commeatus Cl.Cæſ.cap. 23
Comeſſationes banket Tit.Veſp.cap. 7 C.Cal.cap. 5
Commentarij rerum, & commentarij Cæſaris. Cæſ.dict.cap. 56
Communio ſermonis, pro communi confabulatione Cæſ.Aug.cap. 74
Communicare lucrum, pro commune facere Cæſ.Aug.cap. 76
Communis, pro non ſingularis, aut non exquiſitus Cl.Cæſ.cap. 21
Comparare, pro emere Cæſ.dict.cap. 47
Comparare. plane pro emere C.Cal.ca. 22
Compararentur carius, plane pro emerẽtur C.Cal.cap. 27
Compertam, pro deprehenſam in malum Tib.Cæſ. cap. 35
Compluuium Cæſ.Aug.cap. 92
Conata paſſiuè ut auſa Gal.cap. 17
Conſilium, pro conſiliarijs ipſis Tib.Cæſ. capite 18
Concubinatus Nero.cap. 28
Condemnauit, pro uicit, ſiue condemnari fecit Tib.Cæſ.cap. 8
Condixit cœnam, pro promiſit Tib.Cæſ. capite 42
Conficere uias, pro itinera. Cæ.dict.cap. 57
Confiſcata pecunia C.Cal.cap. 16
Confiſcatus, ad hominem relatum, non ſolum ad rem, ut confiſcata bona. Tib.Cæſ. capite 49
Confiſcari homines C.Cal.cap. 41
Conflictatus morbis Claud.Cæſ.ca. 2
Congruentia morum, pro ſimilitudine, Otho.cap. 2
Conſiliarius, ut à conſilijs Tib.Cæſ.cap. 33
Conſocer Claud.Cæſ.cap. 29
Conſpirati, ſicut coniurati idem & unum Nero.cap. 43. idem, Gal.cap. 19 idem, Domi.cap. 17
Conſulto, data opera, de compoſito, ſiue ex compoſito. ſic enim ſcriptum colligebatur ex ueſtigijs uetuſtæ ſcripturæ Cæſ. Auguſt.cap. 15
Conſumare dies, pro explere tẽpus C. Ca. capite 44
Contabulare ponte cõſternere C.Cal.ca. 19
Contingit hos, pro cognatus eſt his. Nero. capite 32
Continuatio Tib.Cæſ.cap. 21
Continuare Nero.cap. 1
Contra prædicta, contra quàm prædixerat Tib.Cæſ.cap. 14
Contra ſe, ex aduerſo C.Cal.cap. 18
Cõtra tribunal, pro è regione tribunalis Cę. Aug.cap. 44
Contraxit offenſam Veſp.Aug.cap. 4
Contumacia Veſp.Aug.cap. 13
Conuerſus in pœnitentiam, pro tactus pœnitentia Cl.Cæſ.cap. 13
Conuictor, familiaris Tib.Cæſ.cap. 56
Corporis cura Domit.cap. 16
Corripuit, pro caſtigauit Cæſ. Aug.cap. 53
Corripere, rurſus in eodem cap.
Corroborare, pro durare, & robuſtum reddere Gal.cap. 6
Creuerat, ηὔξανεν Oth.cap. 1
Crucifixis Domit.cap. 10
Crucifigere Domit.cap. 11
Cubiculares Nero.cap. 38

Cubicularij. Domit.cap. 17
Cuicunq;,abſolute. Veſp.Aug.cap. 8
Cuiuſquam,cum uerbo prohibendi C. Cal.cap. 25
Cum magna copia, pro magna multitudine Cæſ.Aug.cap. 21
Cumplurimum,pro, ad ſummum Cæſ. Aug. 78
Cupiditas in bonam partem C.Cal.ca.24
Currus decemiugis Nero.cap. 24
Curſores Tit.Veſp.cap.9.& Nero.cap.30
Cycladatus. C.Cal.cap. 52
DAmnoſior,pro profuſior.Nero.cap.31
Dapſile. Veſp.Aug.cap. 19
Dealbata. Gal.cap. 9
De cedris,pro è cedris. C.Cal.cap. 37
Deceſſit eo morbo,pro mortuus eſt. Vitel. capite 3
Decedentibus rebus,pro exeuntibus Cæſ.dict.cap. 24
Decollare etiam apud Senecam. C.Cal. capite 32
Decucurrit, ut ante percucurrit.Nero.ca.11
Decurſus, pro fine curſus. Nero.cap. 24
Defectores. Nero.cap. 43
Deflectere,pro diuertere. Cæſ.Aug. 93
Deformatos,pro fœdatos, cum aliâs ſit formare deformare. Cæſ.Cal.cap. 27
Delubrum. Vitel.cap. 8
Demandat illi ſuam uicem. C.Cal.ca.41
Demortuus. Clau.Cæſ.ca. 14
Deorum cibus. Nero.ca. 33
Deparci,pro impendio parci. Nero.ca.30
Deperdita amore. Domit.ca. 3
Deſaltare canticum. C.Cal.ca. 45
Deſinere artem,tranſitiue. Tib.Cæſ.ca.36
Deſolata,à deſolando. C.Cal.ca. 12
Deſponſata,pro deſponſa. Cæſ.dict. capite 1
Deſtinabat,abſolute,pro propoſuit. Cæſ.dict.cap. 44
Deſtinare,pro mittere. Gal.cap. 16
Deſtitutus,abſolute,pro deſperâs Gal.ca.11
Deſuper Nero.cap. 13
Determinare,pro terminare Gal.cap.15
Deteſtabilis homo. Nero.cap. 5
Detorſa,depulſa Gal.cap. 10
Detrectare principem, pro recuſare & non ferre Tib.Cæſ.cap. 25
Deturpare,pro deformare C.Cal. 35
Deuotus arenæ,in malum,pro addictus aut deditus C.Cal.cap. 30
Deuotio,pro execratione C.Cal.cap. 3
Deuotus uobis,pro deditus in bonâ partem Tib.Cæſ.cap. 67
Διάλεκτος. Tib.Cæſ.cap. 56
Dies luſtricus. Nero.cap. 6
Dignatio pro dignitas Veſp.Aug. cap.4.Idem,Domit.cap. 2
Dignatione,pro dignitate. Cæſ.Aug.ca.46
Dignatio,pro reuerentia C.Cal.ca.24
Dignoſceret Oth.cap. 12
Digreſſa dicitur quæ diuortium fecit cum marito Cæſ.dict.cap. 43
Dilargiri,pro diuerſis dare. Cæſ.dict. ca. 20
Dilato rumore,pro diuulgato. Cæſ.Au.c.14
Dimiſit,pro alium alio miſit. Cæſ.dict.cap.4
Dimiſſa è matrimonio,pro repudiata Tib.Cæſ.cap. 49
Dimiſſæ,pro repudiatæ Domit.cap.8
Dimittere,pro repudiare Tib.Cæſ. cap.10. Idem, Tib.Cæſ.cap. 35
Dimittere matrimonium,pro ſoluere aut reſcindere C.Cal.cap. 25
Diplomata. Nero.cap. 12
Diritas Tib.Cæſ.cap. 21
Diſcalciatus Nero.cap. 51
Diſpenſatio Oth.cap. 5
Diſpenſator ordinarius Gal.cap. 12
Diſſedit,pro diuortium fecit. Tib.Cæſ.ca.7
Diſtrahere pluris Veſ.Aug.cap.16
Diuerſa factio,pro aduerſis partibus Tib.Cæſ.cap. 3
Diuortium fecit cum illa,pro ab illa Claud.Cæſ.cap.26.Idem, Tit. Veſp. ca.4
Diurni Claud.Cæſ.cap. 41
Diuulgare Otho.cap. 3
Dolon,gladiolus Clau.Cæſ.cap.23
Dominium,pro dominatu, tametſi & domini probe quadrat Tib.Cæſ.cap. 59
Donatiuum.Nero.cap.7.Idem, Gal.cap.16
Ducatus Nero.cap.35.Tib.Cæſ.ca.19
EAtenus,pro hactenus Tib.Cæſ.c.33
Emanat in uulgus Nero.cap.6
Emiſſarium lacus Claud.Cæſ.cap.20
Enectos,pro extinctos Clau.Cal.cap.45
Enoteſcere,ſicut innoteſcere Oth.cap.3
Eodem loci,pro eodem loco,ſic enim habet codex uetuſtiſſimus Cæſ.Aug.cap.65 Idem.C.Cal.cap. 53
E plebe hoîes,ꝑ plebei hoîes.Cæſ.Aug.c.51
Equeſtria C.Cal.cap. 26
Equile C.Cal.cap. 55
Erat in oblectamentis,pro in delicijs Tib.Cæſ.cap. 72
Eſſe gratiæ,pro conciliare fauorem Clau.Cæſ.cap. 21
Eſt illi in fatis Claud.Cæſ.cap. 43
Et ea,pro idq;, magis Græce quàm latine. καὶ ταῦτα Tib.Cæſ.cap. 2

Euiluit

Euiluit. Claud. Cæſ. cap. 15
Euocati. Gal. cap. 10
Exacerbare. Gal. cap. 16
Exacerbatus. Tib. Cęſ. cap. 62
Exarmare. Domit. cap. 15
Excalceare. Vitel. cap. 2
Excedere, pro mori. Veſp. Aug. cap. 2
Exceſſit, obijt. Nero. cap. 6
Exceſſus, pro obitu. C. Cal. cap. 1. & Veſp. Aug. cap. 3
Excitare turrim, pro erigere. C. Cal. cap. 46
Excitare tumulum, pro extruere. Claud. Cæſ. cap. 1
Ex deſtinato, ex propoſito, non caſu. C. Cal. capite 43
Execratus, pro male precatus ſiue deuouit. C. Cal. cap. 30
Ex eo, ἐκ τούτου. Claud. Cæſ. cap. 9
Exercitationes, pro exercitijs. Nero. cap. 10
Exercuit principem, pro principatum. Tib. Cæſ. cap. 33
Exhibuit, pro præſtitit. Tib. Cęſ. cap. 32
Exitiabilis clades, pro interneciua. Cęſ. Auguſt. capite 23
Exierat in uulgus. Gal. cap. 20
Exigere creditum. Veſp. Aug. cap. 11
Exijt opinio, pro emanauit in uulgus. Nero. capite 53
Exoleta, pro deſueta. Claud. Cæſ. cap. 22
Expertæ induſtriæ, pro exploratæ. Veſpa. Aug. cap. 4
Expertiſſimus. Tib. Cæſ. cap. 19
Expergefacta ſomno. C. Cal. cap. 38
Expilare tabernulas. Nero. cap. 26
Ex pœnitentia. Otho. cap. 1
Expreſſit, pro extorſit. Veſp. Aug. cap. 4
Explendeſcere, pro eminere. Tib. Veſp. ca. 3
Extendens, pro intendens. C. Cal. cap. 38
Extranei. Claud. Cæſ. cap. 4
FAbularis hiſtoria. Tib. Cęſ. cap. 70
Fabulator, pro collocutore. Cę. Au. ca. 78
Facere reum. Tib. Cæſ. cap. 8
Factio. Domit. cap. 7
Famoſa, in malam partem. Tib. Cæſ. cap. 28
Famoſæ, infames. Tib. Cæſ. cap. 35
Famoſi equites, pro notis ac celebribus. C. Cal. cap. 19
Fauorabile. Nero. cap 57
Fauorabilis, pro gratioſus. C. Cal. cap. 4
Fecit ſtipendia, pro meruit. Cæſ. dict. cap. 2
Ferus aper dictus quaſi ſint apri cicures. Cæſ. Aug. cap. 67
Ficos biferas, noue dixit, pro fructu arboris biferæ. Cæſ. Aug. cap. 76
Filij familias. Veſp. cap. 11
Finis mortalitatis. Claud. Cæſ. cap. 46
Finitimum bellum, quod cum finitimis geritur. Cæſ. Aug. cap. 1
Fœderata, pro fœdere iuncta. Cæſ. Cal. ca. 3
Forenſe ueſtis genus. C. Cal. cap. 17
Formalis epiſtola. Domit. cap. 13
Formare, pro miniſtrare thema & argumentum. Cęſ. Aug. cap. 89
Formata in admirationem, pro ſimulans admirationem. Claud. Cæſ. cap. 37
Formatus ſermo. Nero. cap. 47
Fortuitus. Nero. cap. 34
Fremebat fraudari. Gal. cap. 16
Frequentare dies. Cæſ. Aug. cap. 53
Fulcra lectorum Claud. Cæſ. cap. 32
Funalis equus, qui fune trahit. Tib. Cę. ca. 6
Fundare molem. Claud. Cęſ. cap. 20
Funerare, pro ſepelire. Domit. cap. 17
Fungi munera ſenatoria, pro fungi muneribus. Cęſ. Aug. cap. 35
Funaria. Vitel. cap. 2
GAlericulus. Oth. cap. 12
Gaza. Nero. cap. 31
Generatim, per genera. C. Cal. cap. 22
Generoſiſſima, pro nobiliſſima. Tib. ca. 49
Genitiuæ notæ. Cęſ. Aug. cap. 80
Genitura, geneſis. C. Cal. cap. 57
Geſticulari carmina. Nero. cap. 42
Gibba, non gibbus. Domit. cap. 23
Gibber. Gal. cap. 3
Graſſatores, qui graſſantur ferro. Cæſ. Auguſt. capite 32
Gratiam fecit coniurandi, pro permiſit coniurare. Cæſ. Aug. cap. 16
Gratiam fecit reddendi equi. Cæſ. Au. ca. 38
Gratificans illi, pro in gratiam illius. Nero. capite 7
Gratioſa, pro grata. Otho. cap. 2
Gratularentur oppreſſum Seianū. Claud. Cæſ. cap. 6
Grauabatur operoſa prætoria, pro faſtidiebat, ac moleſte ferebat. Cæſ. Aug. cap. 72
Grauedo capitis. Cæſ. Aug. cap. 81
HAbeo precari, pro habeo quod precer Cæſ. Augu. cap. 58
Hamaxici curſores. Nero. cap. 30
Hieroſolyma genere fœminino. Cæſ. Aug. ca. 93. Idem, Tit. Veſp. cap. 5
Hi tuberes, non hæc tubera. Domit. cap. 16
Honorarius tumulus. Claud. Cæſ. cap. 1
Honorata, pro honeſta. Oth. cap. 1
Humare, pro humo condere. C. Cal. cap. 3
Hyemare, pro affligi incommodo hyemis: quod perperam interpretatus eſt Beroaldus. Hanc uocem in Saluſtio notauit Seneca

neca Cæſ.Aug.cap. 72
Hypocrita hiſtrio Nero cap. 24
IAcere ſignificationes Nero cap.37.
Ientare Vitel.cap. 7
Idipſum,pro idem Nero cap. 24
Ignotiſſimus, pro obſcuriſſimus. Tib.ca.42
Illud horæ,pro eo tempore Nero cap. 26
Illachrymare ſupplicijs Veſp.Aug.cap.15
Illa quidem more Ciceronis Veſp.Aug. 1
Illudere capitibus Tib.Cęſ.cap. 45
Imaginaria militia Claud.cap. 25
Impertit oſculo Nero cap. 37
Impertitus honore, paſſiue. Claud.Cę.ca.4
Inauditos,pro indicta cauſa Gal.cap. 14.Idem,Vitel.cap. 14
In bona & nomen Gal.cap. 17
Inceſtum hoc C.Cal.cap.36.Idem Nero cap.5.Idem, Domit.cap. 8
Incolumis ſtatus Nero cap. 54
Incõſyderantia, ſicut incogitantia. Clau.39
Increpita cupiditas, ut ad rem quoq; pertineat C.Cal.cap. 44
In crepidis,pro crepidatus C.Cal.cap.52
Increpo te auariciæ C.Cal.cap. 39
Incumbit illi ſpes,pro eo quod imminet,aut manet illum Tib.Cæſ.cap. 15
Indifferens,pro eo qui non diſcernit,aut curat Cæſ.Dict.cap. 53
In diebus paucis,pro intra dies paucos.Nero cap. 3
Indifferenter ferre,pro ſusq; deq; Domit.cap 23
In diſciplinam traditus,pro docendus Nero cap. 7
Inducta & ſuperſcripta Nero cap. 52
Indulſiſſet,pro amiſiſſet.Claud.Cęſ.cap.21
Induxit in animum ſuccenſere, pro uoluit, cum uerbo infinito C.Cal.cap. 3
In fabulis eſſe, pro traduci ſermone hominũ Cæſ.Aug.cap. 70
Inferiæ anniuerſariæ C.Cal.cap. 15
Infenſior Vitel.cap. 14
Inhonoratus Claud. Cæſ.cap. 11
Inire honorem,pro ſuſcipere, imo gerere incipere Cæſ.dict.cap. 20
Iniungere pro mandare, ἐπιτάττειν Tib. Cæſ.cap.18. Idem, C.Cal.cap. 18
Inopinanter,pro ſubito,& præter expectatum Tib.Cæſ.cap. 60
In punctum,pro in ſingula puncta Nero cap. 30
Inquietare,pro moleſtus eſſe Cæſ.Aug. cap.53.Idẽ, Nero ca. 34.idẽ,C.Cal.ca.59
Inquietatus. C.Cal.ca.26.idem,Cl.Cę.ca.9
Inquilini Nero cap. 44
In ſerum,pro in ueſperam Cæſ.Aug.ca.16
In ſerum uſq; Otho cap. 11
Inſtante Nero cap. 49
Inſtar,pro ſigno ſubſtantiue. Cęſ.dict.ca.16
Inſtitoriæ operæ Nero cap. 27
Inſtituiſſe,pro incipere Otho cap. 12
Inſtratus,pro tectus Cl.Cæſ.cap. 18
Inſulæ domus magnatũ ſemotę. Ner.ca.38
Inter conuentum,pro in conuentu, ſicut inter cœnam Gal.cap. 5
Inter cœnam,pro inter cœnandum Tib. Cæſ.cap. 53
Intercapedo,pro interuallo. Cęſ. Au.ca.38
Interdictus coitus C.Cal.cap. 25
Interdixit peti,pro uetuit Gal.cap. 6
Internetio ſiue internectio Otho.cap.12
Internuncij Otho cap. 8
Inter pœnam ſicut inter cœnam Tib. Cæſ.cap. 60
Interpretata, paſſiue Nero cap. 13
Introitus noui ſacerdotij,pro initu Cl. Cæſ. cap. 9
Inuitauit ſe largiter,pro, multum bibit Cæ. Aug.cap. 77
Ira, iracundia Claud.Cæſ.cap. 38
Iterare honorem Claud.Cæſ.cap. 17
Itus, reditus Tib.Cæſ.cap. 38
Ius nundinarum Claud.Cæſ.cap. 12
LAcinia C.Cal.ca.cap.35. idẽ, Claud. Cæſ.cap. 15
Laticlauij, lato clauo inſignes Cæ.Au.c.38
Latores literarum C.Cal.cap. 44
Latinitas ius latij,ut ciuitas ius urbis Cæ. Aug.cap. 47
Laudes uirtutum,pro laudatione C.Cal. capite 16
Laxatus calceus Oth.cap. 6
Laxitas,pro ſpacioſitas Nero cap 31
Laxum dixit ſpacioſum & capax Tib. Cæſ.cap. 11
Lecticarij Otho cap. 6
Lecticula lucubratoria Cæſ.Aug.cap. 78
Leuis ſine anulo, abſolute Nero.cap. 20
Libellus memorialis, ſcriptũ memoriæ cauſa paratum Cæſ.dict.cap. 56
Liberare fidem obligatam Cl.Cæ.ca. 9
Libidinari Nero cap. 28
Librum ædidit non eſſe, pro eo quod eſt, libro edito teſtatus eſt, Cæſ.dict.cap. 52
Libuiſſent, ut, Non te hæc pudent? Cæſ. dict.cap. 20
Litare uictimas Otho cap. 8
Lorica lintea Gal.cap. 19
Ludit aleam, non alea Cæſ.Aug.cap. 71
Luſit aleam Nero cap. 30

Luxata machina Nero cap. 34
Lychnuchi,qui portant lucernas, hi ab elephantis geſtabantur Cæ.dict.cap. 37
MAchinoſum Nero cap. 34
Mactex uenenatæ C.Cal.cap. 38
Magis ac magis Vitel.cap. 11
Mala pugna C.Cal.cap. 51
Male animatus erga principem. Vitel.ca.7
Male pedatus Otho cap. 12
Malignitas,pro inuidentia C.Cal.cap. 34
Manceps operarum Veſp.Aug.ca. 1
Manſio, σταθμός Tib.Veſp.cap. 10
Manubialis pecunia Cęſ.Aug.cap. 30
Manuleatus C.Cal.cap. 52
Malignitas, pro inuidia Nero cap. 23
Manducare,propemodum pro edere poſitum uidetur, niſi forte comeſas expuit. Cæſ.Aug.cap. 76
Manus remiſi,pro iactibus Cę.Aug.ca.71
Mappam mittere Nero cap. 22
Maritare Veſp.Aug.cap. 14
Matrix arbor primum conſita, unde ſyluefcunt cæteræ Cæſ.Aug.cap. 94
Maxime placitam C.Cal. cap. 36
Mechanicus,machinarum artifex Veſp. Aug.cap. 18
Medendæ ualetudini Ti.Veſp.cap. 8
Meditatus,pro tentauit Nero cap.35
Medio tempore, pro μεταξύ, ſiue interea Cæſ.dict.cap. 76
Mellita Nero cap. 27
Menſis inſequens,pro proximo Domit.cap. 1
Mente lapſi,mente capti Cęſ.Aug.cap.48
Meretriciũ,ꝑ quęſtu meretricio. C.Cal.40
Meridiani Claud.Cæſ.cap. 34
Meridiaret C.Cal.cap. 38
Meritorium cœnaculum Vitel.cap.7
Meritoria uehicula C.Cal.cap. 39
Meridiare Nero cap. 6
Metopoſcopus Tit.Veſp.cap. 2
Miliariæ Nero cap. 31
Miniſtrator Vitel.cap. 17
Minus mille Nero cap. 30
Miſſam facere,pro repudiare C.Cal.ca.25
Miſſilia uariarum rerũ,pro uarias res miſſibiles C.Cal.cap. 18
Miſſilia rerum Nero cap. 11.& 22
M.Lolio offenſior,pro ſubiratus Tib. Cæſ.cap. 13
Moderatio abſolute, pro lenitate ſiue modeſtia Tib.Cæſ.cap. 32
Modicella Nero cap. 48
Molitores à moliendo Domit.cap. 10
Molitrix Nero cap. 35
Morem retulit,pro inſtaurauit Cæſ. dict.cap. 26
Mouere uentrem, ciere aluum Nero cap.33
Mox,pro deinde Cæſ.Aug.cap. 47
Mulctatus eſt pœna pro puniſt Cæſ. Aug.cap. 21
Multifariam Tib.Cæſ.cap.52.& C.Cal. cap.18.& Gal.cap. 19
Multiplicia C.Cal.cap. 21
Multiplico Nero cap. 22
NAtare & literæ Cæſ.Aug.cap. 64
Nauigauit Oceanum Cl. Cæſ.cap.1
Nec eo minus,pro nihilo ſecius Otho capite 4
Nec quicquàm aliud,pro tantũ. Ner.ca.43
Nec non & Tit.Veſp.cap. 5
Nedum,pro tantũ abeſt Tib.Cęſ.cap.44
Neglexit niſi Nero cap. 33
Nemine gnaro,pro conſcio C.Cal. capite 46
Neq; quicquam quàm, pro tantum fremen tes Claud.Cæſ.cap. 10
Neq; ſecius eo, pro nihilominus Domit.cap. 12
Nicon græce,uincẽs, νικῶν Cęſ.Au.ca.96
Nihil aliud q̃, pro tantũ Veſp.Aug.cap.5
Nihil aliud q̃, pro duntaxat, more græco μηδὲν ἄλλο Cæſ.Dict.cap. 20
Nihil aliud quàm uectabatur,id eſt, tantum uectabatur Cæſ.Aug. cap. 83
Nihil aliud q̃,pro tantũmodo Domi.ca. 21
Nihil amplius q̃,pro tantũ Gal.cap. 19
Nihil amplius quàm monuit, pro tantum monuit Cla.Cæſ.cap. 16
Nihil antiquius Claud.Cæſ.cap. 11
Nihil dum,pro nihil adhuc Cæſ.dict.ca.6
Nihil quàm,pro nihil aliud quàm Claud. Cæſ.cap. 56
Niuatæ aquæ Nero cap. 27
Nocti illuxit dies,quæ ſecuta eſt proxime Cæſ.dict.cap. 81
Non temere, pro uix unquã, ſiue ferè nunquam Cæſ. Aug. cap. 37
Non temere,non ferè C.Cal.cap. 36
Non ultra quàm compedibus coercuit, pro tantum compedibus Cæſ.Aug.cap. 67
Notabile,in bonam partem Domit.ca.20
Notabiles uetuſtate ac raritate res notabiles dixit in bonã partẽ Cęſ.Aug.cap.72
Notabilis fauor,pro inſigni,in bonam partem C.Cal.cap. 14
Notum fecit, pro ſignificauit, ἐδήλωσε ſiue ἐγνώρισε Cæſ.Aug.cap. 65
Nouare,pro mutare Domit.cap. 7
Nouellare Domit.cap. 7

Nouiſſima

Nouiſſima Tit. Veſp. cap. 5
Nullius non facinoris, pro cuiuſuis facinoris Cæſ. Aug. cap. 32
Nummus aſper Nero cap. 44
Nundinari Tit. Veſp. cap. 7
OBſecratio, pro litania Claud. Cæſ. cap. 22
Obeſitas corporis Claud. Cæſ. cap. 41
Obeſitas uentris Domit. cap. 18
Obfirmate, pro pertinaciter. Tib. Cę. ca. 25
Obolere alium C. Cal. cap. 23
Offendebatur cõponi, pro grauiter ferebat, cum uerbo infinito Cæſ. Aug. ca. 89
Offenſę leues Cl. Cæſ. cap. 26
Offenſior põtificibus, pro iratus Nero ca. 2
Offenſus patribus, pro inuiſus Cæſ. dict. cap. 19
Officij duxit, pro putauit officioſum, abſolute Tib. Cæſ. cap. 11
Opere cenſorio, pro functione cẽſurę. Cęſ. dict. cap. 41
Oſtentant, pro paſſim oſtendunt Cæſ. Aug. cap. 87
PAllaca Veſp. Aug. cap. 21
Parapſis leguminis Gal. cap. 12
Parſurus Tib. Cæſ. cap. 62
Partes in conuiuio C. Cal. cap. 18
Patentiſſimo loco Cl. Cæſ. cap. 32
Patriciatus, pro ordine ſiue dignitate patriciorum Cæſ. cap. 2
Paucis quàm, non addito poſt, pro paucis poſt diebus Tib. Cæſ. cap. 60
Paulominus, pro propemodum Tib. Cæſ. capite 39
Paulominus quàm, pro propemodũ, noue dixit Tib. Cæſ. cap. 26
Paulominus, pro penè Nero cap. 40
Penſio, pro ſolutione Veſp. Aug. cap. 23
Pependi Domit. cap. 9
Pependit tributa Domit. cap. 12
Peragere, pro perficere C. Cal. cap. 21
Perannare, ut pernoctare Veſp. Aug. ca. 5
Per aſſem & libram Cæſ. Aug. cap. 64
Per cauſam, pro prætextu Otho cap. 3
Perductam pro traductam C. Cal. cap. 25
Peregit theatrum, pro perfecit Cl. Cę. ca. 11
Perferre legem non potuit, pro ad finẽ, ſiue ad plenum ferre, cum cœpiſſet Cæſ. Aug. cap. 34
Perfidioſe Cæſ. Aug. cap. 21
Per idem tempus, pro ſub idem Gal. ca. 10
Perinde quàm Domit. cap. 15
Perinfamis Vitel. cap. 2
Pernoctare Tib. Cæſ. cap. 18
Per quietem, pro inſomnis Cæſ. dict. cap. 81. Idem, Cl. Cæſ. cap. 37
Perſuaſoriæ aſſertiones Domit. cap. 8
Perſuaſiſſimum Nero cap 29
Perteſus ſe, ſicut peroſus Tib. Cæſ. cap. 66
Per uices, id eſt, uiciſſim C. Cæſ. cap. 42
Peruigilium C. Cal. cap. 54
Philoſophia cõtraria imperaturo. Ner. c. 52
Phonaſcus, magiſter uocis exercendæ, Nero cap. 25
Pigneratus fidẽ, pro ſtipulatus ſiue pactus Cl. Cæſ. cap. 10
Pigneraui t unionem Vitel. cap. 7
Pingui toga Cæſ. Aug. cap. 82
Piſtrinenſia iumenta C. Cal. cap. 39
Plectrum linguæ titubans Clau. Cæ. ca. 30
Plenus perſuaſionis, pro ualde perſuaſus Tib. Cæſ. cap. 69
Plurifariam, pro multis modis Cæſ. Aug. cap. 46. idem, cap. 80
Plurifariam Tib. Cæſ. cap. 43. & Claud. Cæſ. cap. 21. & C. Cal. cap. 54
Plurimum uixit, pro plerũq;. ἐπιτοπλεῖστον. Gal. cap. 8
Podium Nero cap. 12
Pœnitens facti Vitel. cap. 15
Pœnitenda Veſp. Aug. cap. 1
Pœnus multiplex ποικίλη Nero cap. 11
Ponere barbam C. Cal. cap. 5
Pone uerticem Nero cap. 51
Põtię meminit & Hieronymus. C. Cal. c. 15
Popinæ Nero cap. 16
Porcellus Nero cap. 33
Portentuoſus Domit. cap. 4
Poſca Vitel. cap. 12
Poſtica pars Otho cap. 6
Potaturus, pro bibiturus Nero cap. 48
Poteſtates, pro magiſtratibus Claud. Cęſ. cap. 23
Potiri rerum Veſp. Aug. cap. 4
Potionatus, ueneno affectus C. Cal. ca. 50
Præceptas, pro ante receptas. Cę. Au. ca. 93
Prædari bona Domit. cap. 12
Prædicta aruſpicis Otho cap. 6
Prædictam cœnam, pro præſtitutam. Clau. Cæſ. cap. 8
Prægrauant, abſolute, pro præpollent, ſiue præponderant Cæſ. dict. cap. 76
Prægredi, pro præcedere Tib. Cæſ. cap. 7
Præire obſecrationem, pro dictare Clau. Cæſ. cap. 22
Prælucere dicitur, qui pręcedit cum lumine Cæſ. Aug. cap. 29
Præmiari Tit. Veſp. cap. 7
Præſtructũ, arte præparatum, & compoſito factum Tib. Cæſ. cap. 53

Præſtitit principem, ſine ſe Tib. Cæſ. ca. 33
Prætenta à prætendo Claud. Cæſ. ca. 10
Prima lux, ſummũ diluculũ Cęſ. Aug. ca. 78
Prima ueſpera, ſicut prima luce Tib. Cæſ. cap. 74
Primo diluculo Vitel. cap. 15
Primos pilos C. Cal. cap. 44
Primum, pro prius, cum de duobus agat Tib. Cæſ. cap. 7
Principia in caſtris Otho cap. 6
Priuauit honore Nero cap. 43
Proculdubio Nero cap. 3
Pro æde, ante ædem Cæſ. dict. cap. 61
Profunda gula Vitel. cap. 7
Progener, generi pater Cæſ. Aug. cap. 19
Pro gradibus Vitel. cap. 15
Promulgare Nero cap. 36
Pronior Dolabellæ Gal. cap. 12
Pronior huic rei, ꝓ in hãc rem. Nero ca. 40
Pronus ad hæc Vitel. cap. 7
Propalam. Cl. Cæſ. cap. 15 & C. Cal. cap. 24
Propagare cõmeatum, pro producere ſiue ſiue proferre C. Cal. cap. 29
Propitiare deum Veſp. Aug. cap. 7
Propitiare manes, pro placare Otho cap. 7
Propinare, præbibere Tib. Cæſ. cap. 42
Proponere, promulgare C. Cal. cap. 41
Propter quod, pro, ea de cauſa Gal. cap. 3
Proſcripta, pro palàm ſcripta Nero cap. 39
Proſperitas rerum, non ſolum hominis C. Cal. cap. 31
Proximis, τοῖς πλησίον. Otho cap. 6
Publicare hominem, pro populo cõmunem facere Claud. Cæſ. cap. 25
Publicare ſe, pro oſtendere populo Nero cap. 21
Publicauit, pro publice ædidit Cl. Cæſ. ca. 3
Puerulus, pro puellus Domit. cap. 4
Purificare Cæſ. Aug. cap. 94
Pyxis ueneni Nero cap. 47
QVadrifariam Vitel. cap. 13
Quadrageſima ſcilicet pars C. Cal. cap. 40
Quadrageſimæ Veſp. Aug. cap. 1
Quàm multa, pro multa Cl. Cæſ. cap. 20
Quam uoluntatem, cum mox præceſſerit uoluntate, quod in Ruffino reprehendit Hieronymus Cæſ. Aug. cap. 28
Quàm ut, pro aliter quàm ut Gal. cap. 8
Quanta poſſet maxima Nero cap. 47
Quanti calceaſſet Veſp. Aug. cap. 23
Quantum, pro ſicut Veſp. Aug. cap. 4
Quas maximas, pro quàm maximas, ſiue quantas maximas Cæſ. dict. cap. 44
Quatenus, pro quandoquidem Clau. Cæſ. capite 28
Qui iuxta erant pro familiaribus more Grę co, τοῖς πλησίον C. Cal. cap. 10
Quingenos, pro ſingulis quingentos Cæſ. dict. cap. 38
Quondam, pro quodam tempore Cæſ. Aug. cap. 21. & Tib. Cæſ. 53
Quondam pro aliquando Cl. Cæſ. cap. 1
Quoquo modo Nero cap. 49
RAdere barbam Cæſ. Aug. cap. 79
Radit caput, pro radendum curat C. Cal. cap. 5
Recens condita, pro nuper Tib. Cæ. cap. 1
Recenſo pro recenſito Veſp. Aug. cap. 9
Recenſiti, à recenſeo Cæſ. dict. cap. 41
Recipit ſe Samum inſulam, abſq; præpoſitione Cæſ. Aug. cap. 17
Recognoſcere, pro recẽſere. C. Cal. cap. 16
Recognoſcere turmas, pro recenſere C. Cal. cap. 16. & Cæſ. Aug. cap. 37
Recognouit turmas, ut ante. Cæſ. Au. ca. 38
Rectæ cœnæ Domit. cap. 7
Recuperare ſomnum Cæſ. Aug. cap. 78
Refector Veſp. Aug. cap. 18
Reficere ædificium Cl. Cæſ. cap. 25
Refrigeratus Claud. Cæſ. cap. 41
Regaliolus auis Cæſ. dict. cap. 81
Reliquiæ Domit. cap. 8
Remaledici Veſp. Aug. cap. 9
Remolitus, aut remollitus ex uetuſto exemplari, pro placatus Cæſ. Aug. cap. 79
Renunciare amicitiam, pro denuntiare amicitiam diſciſſam C. Cal. cap. 3
Renunciare uitæ Gal. cap 11
Repletus eruditione, ut Græcis ἀνάπλεως Cæſ. Aug. cap. 89
Repræſentare, pro exhibere Claud. Cęſ. cap. 18. & Cæſ. Aug. cap. 101
Repræſentare, pro rurſus exhibere C. Cal. cap. 58
Repræſentata, pro exhibita. C. Cal. cap. 16
Repromiſſio Otho cap. 4
Repromittere, pro promittere. Ti. Cę. ca. 17
Requirere autores, pro exigere, ſiue poſcere Cæſ. Aug. cap. 55
Repudiare, pro dimittere quã duxeris Cęſ. dict. cap. 1
Repromittere Claud. Cæſ. cap. 20
Reſarcio Claud. Cæſ. cap. 6
Reſcripturum, pro denuo ſcripturum Cęſ. dict. cap. 56
Reſiduos lectos, dixit relictos. Cę. Au. c. 73
Res miſſiles, quæ ſpargũtur in uulgus. Cæ. Aug. cap. 98

Reſtitit

Reſtitit,pro ſubſtitit C.Cal. cap. 58
Retardare Gal. cap. 20
Retardatus Otho cap. 8
Retaxare Veſp.Aug. cap. 13
Reuerentiſsime,pro religioſiſsime Cæſ. Aug.cap. 93 & Nero cap. 23
Reuocare,pro inſtaurare Cl.Cæſ. cap.22
Reuocauit,pro inſtaurauit Nero cap. 32
Rex regum C.Cal. cap. 5
Rumpere patientiam,hic patientiam poſuit pro μακροθυμία Tib.Cæſ.cap. 24
SAbbata Tib.Cæſ.cap. 32
Sabbata Iudæorum Cæſ.Aug.cap. 76
Sacrificuli Domit.cap. 1
Sagulati Vitel. cap. 11
Saltare fabulam C.Cal.cap. 57
Sanguinis miſsio C.Cal. cap. 29
Scalprum librarium Vitel.cap. 2
Scienter,pro ſcite Tit.Veſp.cap. 3
Sciſcitatus eſt illum Domit. cap. 15
Secubare Tib. Cæſ. cap. 7
Secunda exiſtimatio, pro fama proſpera. Claud.Cæſ. cap. 7
Secundum quietem, pro per quietem Cæſ. Aug. cap. 94
Seducto,pro ſeorſim abducto. Cl.Cæſ. 37
Semen,pro genere C.Cal. cap. 25
Semiuſtulandum Tib.Cæſ.cap. 75
Sermocinari, διάλεκτος Tib. Cæſ.cap. 56
Seſtertius nummus genere maſculino Cæſ. dict. cap. 83
Sexaginta amplius, pro plures ſexaginta Cæſ.dict. cap. 80
Sexto quàm profectus erat menſe,ſine poſt Claud.Cæſ.cap. 17
Sibi reciprocũ. C.Cal.cap.1.& Claud.ca.38
Simul ac primum Nero cap. 43
Singulatim Nero cap. 15
Soccus muliebris C.Cal. cap. 52
Solaria Nero cap. 16
Solenne,pro ſolitum Cæſ.Aug.cap. 44
Solennes dies Cæſ.Aug.cap. 53
Sororum nepotes, pro ex ſororibus nepotes Cæſ. dict. 83
Sorticula Nero cap. 21
Sortem trahere,pro ducere Tib. Cæſ.ca. 14
Speculabũdus,pro ſubinde ſpeculans Tib. Cæſ. cap. 65
Sponſaliorum dies, ut ſaturnaliorum Cæſ. Aug. cap. 53
Stare,pro ſubſiſtere Otho cap. 5
Strena ineunte anno C.Cal.cap. 42
Sub paterna auia educatus Veſp. Aug.ca.2
Subdebile Vitel.cap. 17
Subducta ratione Claud.Cæſ. 21
Sub æde Otho cap. 6
Sub exitu Nero cap. 54
Sub exitu,pro ſub exitũ Cl.Cæſ.cap. 43
Sub crimine Nero cap. 35
Sub idem tempus, pro circa idem tempus Tib.Cæſ.cap.58 & Otho cap. 8
Sub idem tempus, pro circa hoc temporis Cæſ.Aug.cap. 65
Subinde, pro mox Gal.1.& Tit.Veſp. cap.5 & Gal. cap. 10
Sub manũ,pro prompte Cæſ.Aug.ca. 49
Sub pœna mortis C.Cal.cap 48
Sub pœna ſeruitutis Tib.Cæſ.cap. 36
Subſequi,pro παρακολουθεῖν Cæſ.dict.cap. 55
Subſortitio,pro ſuffectio Cæſ.dict. cap. 41
Subſtringere faſcia Gal. cap. 21
Succollare, collo ſuppoſito fulcire Claud. Cæſ. cap. 10
Succollatus,collo ſuppoſito ſublatus. Otho capite 6
Summiſsim fabulari Cæſ.Aug.cap. 74
Super cætera, pro præter Claud.Cæſ. cap. 26 Nero cap.28 Vitel. cap. 13
Supereſſe, pro adeſſe, hoc eſt, patrocinari Cæſ. Aug. cap. 56
Super feſtinatas Liuiæ nuptias, pro præter feſtinatas Cæſ.Aug. cap. 69
Superinducit Nero cap. 48
Super priſtinum, pro præter priſtinum Cl. Cæſ. cap. 14
Super, pro præter Cl.Cæſ.cap.5 Tib. Cæſ.cap.55 & Otho cap.5 & Domit. ca. 3 & C.Cal. cap. 36
Super,pro ultra Nero cap. 31
Superq́,pro præter, nam ita legimus in uetuſtiſsimo codice Cæſ.dict.cap. 28
Super ſe collocauit, pro in loco ſuperiore, & honoratiore Cæſ.Aug.cap. 43
Superſedit uiſere,cũ infinito Cæſ.Au.ca.93
Super ſiue ſupra, pro plus quam Cæſ. Aug.cap. 35 & 38
Superſtans Nero cap. 50
Superſtat columnæ Gal.cap. 23
Super uictorias,pro præter Clau.Cæſ.ca. 1
Suſcipere liberos Claud.Cæſ.cap. 21
Suſpendere,pro ducere,& ſuſpenſos habere Tib. Cæſ. cap. 24
Suſpicor legendum, iacta eſto alea: ſic enim citatur à Plutarcho, πᾶς ἐῤῥίφθω κύβος Cæſ.dict. cap. 32
Suſtinuerat,pro uoluerat Cæſ. Aug.cap.31
Suſtinuerit capere pro uoluerit Cæſ. Aug.cap. 66
Suſtinuit nocere, pro uoluit, ſiue animũ in duxit, aut certe potuit, ut Græci ἐτόλμα

nonnunquam dicunt Cæſ.dict.cap.74
Suſtinuit uidere, pro potuit C.Cal.ca.30
Suſtulit cachinnum, pro clare riſit Cæſ. Aug.cap. 98
TAlitrũ.pro ictu digiti, uulgo ein ſchnal oder knipken Tib.Cæſ.cap. 68
Tantum non, pro propemodum Tib. Cæſ.cap.11. Idem pro penè.Tib.Cæſ.cap. 52.& Domit.cap.15.& Tib. Cæſ.cap.66. & Vitel.cap. 14
Tempeſtas in bonã partẽ Tit.Veſp.ca.10
Tempore medio C.Cal.cap. 25
Tenaces morbi Clau.Cæſ.cap. 2
Teneret, pro uinceret Domit.cap. 9
Terra mouiſſet, pro terræ motus fuiſſet Claud.Cæſ.cap. 22
Teſtificari, pro teſtari C.Cal.cap. 14 & Gal.cap. 9
Teſtificatus Veſp.Aug.cap. 16
Titubantia oris Vitel. cap. 6
Togæ reſtrictæ & fuſæ Cæſ.Aug.cap.73
Togæ uirilis dies Claud.Cæſ.cap. 2
Tondere barbam, radere barbam Cæſ. Aug.cap. 79
Torques aureus genere maſculino Cæſ. Aug.cap. 43
Traderẽt, pro predicarẽt alijs. Cla.Cæ.ca.9
Tradita, à maioribus accepta Nero cap. 1
Traducere Tit.Veſp.cap. 8
Traducere, non pro diuulgare, ſed in diuerſam partem ducere Cæſ.dict.cap.20
Trahere genus, pro ducere Tib.Cæſ.ca.3
Traiectus, pro trãſuerſim iactus.Ner.ca.48
Transfigurare Nero cap.28.& 46
Transfigurata C.Cal.cap. 22
Tranſijt Veſp.Aug.cap. 7
Trãſmigrauit, pro demigrauit.Tib.Cæ.c.15
Tranſmittere, pro traijcere mare Cæſ. Domit.cap. 58
Tranſmittere, pro leſſer paſſer C.Cal.ca.10
Tranſnominauit Domit.cap. 13
Tranſportauit in inſulam, pro deportauit Cæſ.Aug.cap. 65
Trecenos, pro ſingulis centum Cæſ.dict. capite 38
Trecentos amplius Claud.Cæſ.cap.29
Trepidanter Nero cap. 49
Trifariam Vitel.cap. 13
Trinis, pro ternis Nero cap. 56
Tulerat animus, pro libuit Otho cap. 6
Tumultuari Gal.cap. 9
Tympanizo Cæſ.Aug.cap. 68
VAlentiſſimi, robuſtiſſimi Cæſ.A.c.35
Valere dicentes, pro ualere iubentes Tib.Cæſ. cap. 72
Valet roſtrum Vitel.cap. 18
Vbicunq; ſine uerbo, pro ubiuis C. Cal.cap. 40
Vbi plurimum Domit.cap. 7
Vectigaliorum, pro uectigalium Cæſ. Aug.cap.101 & C.Cal.cap. 16
Venatio, pro ludo Nero cap. 4
Veneta factio Vitel.cap. 14
Venenarij Nero cap. 33
Venereus iactus Cæſ.Aug.cap. 71
Veræ, ſiue falſæ, pro ſeu ueræ, ſeu falſæ Veſp.Aug. cap. 6
Vergente die, pro inclinato. Otho cap. 7
Veretrum Tib.Cæſ. cap. 62
Vertente anno, pro finito, ſicut ineũte Caligula cap. 37
Verſanti pecunias, pro tractanti Gal. cap.9
Veſpere, pro ueſperi. Luce, pro luci Cæſ. Aug. cap. 94
Veteramentarius Vitel.cap. 2
Vexillatio Gal. cap. 20
Vice mundi, pro inſtar mundi, Nero capite 31
Vicibus, per uices C.Cal.cap. 22
Viduata Gal. cap. 5
Viginti amplius, pro pluſquam uiginti C. Cal.cap.26 & Nero cap. 20
Vinarij, οἰνοπῶλαι Claud. Cæſ.cap. 40
Viro coram, pro in conſpectu uiri Cæſ. Aug. cap. 69
Viſcus hoc, pro carne Vitel. cap. 13
Vlli fœminæ, pro cuiuis fœminæ Cæſ. dict.cap. 22
Vltimo, pro deniq; Nero cap. 32
Vltro citro, ſine coniunctione C.Cal. 19
Vnus, pro quidam Claud. Cæſ.cap. 37
Vocatores C.Cal. cap. 39
Vocatu ipſius C.Cal.cap. 39
Vſq; adhuc, pro, hucuſq; Domit.cap. 18
Vt non adijceret, pro niſi adijceret Cæſ. Aug. cap. 56
Vtricularius Nero cap. 54
Vt ſiquis unquam, pro; ut qui maxime Tit. Veſp. cap. 7
Vxor imaginata eſt, pro uxori uiſum eſt per ſomnium Cæſ. dict.cap 81

ANNOTATORVM IN C. SVETONIVM TRANQVILLVM, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

ANNOTATA IN AELIVM SPARTIANVM, AELIVM LAMPRIDIVM, ET CAETEROS per Des. Eraſmum Roterodamum.

ABſocer 243
Actus, pro acta 144.203
Ad uerum 157
Affectus, pro affectatione 176
Affectus, pro cognatis 178.215
Afficeret, pro affligeret 152
Agere conſulatum 181
Alimentarij, qui publicitus aluntur 149
Altinum 163 Αμυγσεία 290
A memoria 224
Antinoe unde dicta 141
Anſer in feſtis 225 Apollonius 287
Apuleij aſinus 216
Arioli peſtis quanta 312
Ars augendi edulitatem 222
BIrri 314
Brauia 161 Breues 221
Britannia 185 Buccellatum 190
CAliga Maximini 241
Cardui in cibis 217
Carrago 262
Catamidiari, riſus gratia publicit⁹ exhiberi (142
Caro & piſcium eſt 164
Caracallus unde 193
Celtæ 260 Celticæ equę 278
Cellæ ſuppoſitoriæ 313
Centeſimare 211 Χρυσόλογος 175
Chriſtiani 222.228.229.286.306
Chriſtiana deuotio 197
Chriſtiana lex 229 Chriſtus 223.227
Clypeus aureus 276
Collarus 198
Coloſſeæ ſtatuæ 147
Conciliator 313 Conſcientia 147
Cupiditas malorum omnium radix 195
Cum eo, pro ſecũ, atq; ita hic frequenter loquitur 214
DEdit operã pingendo, noue dixit 243
Deſtinare, pro mittere 242
Deſtinato pro miſſo 138
Deſtinaſſet, pro decreuiſſet 139
Deuotus, in bonam partem 245
Deuotio 197.254 Dictũ ſcurræ 291
Diſpoſuit, pro ordinauit 162
Duo Auguſti primum 153
EBoracum 185
Edeſſa 192 Enormis 198
Enormior, pro maior 145
Erat in ſermone, pro rumor erat 185
Euica 295 Eum pro ſe 164
Excaldatio 213
Exaugurare 152 Exercitiũ 160.165
Exceſſus, pro morte 137
FAbula ueneni, pro infamia ueneni 143
Facere urinam 192
Famoſus in bonam partem 162
Fibula 313. Franci 260.308
Frequentare lætitiam, pro adeſſe 146
GAllorum ingenium 306
Galli quales 231 Germani 265
Germania ſuperior 339
Germanorum nomen antiquius, Alemanorum recentius 308
Gotthi, ijdem Getæ 193
Gratiarum actio 149
Gratia ætatis, pro eo quod dicimus, diſpenſatio 152
Gratanter 237
Grammaticorum quæſtiunculæ 195
HEroum filij noxæ 185
Hodieq;, pro hodie quoq; 137
ILluminare 163
Immane 241 Implere ritus 155
Implere robur, pro præſtare 140
Impleſſet, pro feciſſet 144
Impleuit pro præſtitit, aut exoluit 135
Indulgentia, pro uenia 149
Indulgentia, pro remiſsione 150
Inſulæ potentum domus 150
Inſinuare, pro ſignificare 155
Inſuſurratio 157 Inſuſurrare 153
Inſolentius quàm uerecundius 262
Intimator 174 Intramurani 203
Inuicem, pro loco 161
Ita, pro deinde 184
Iurando, pro iureiurando 146
Ius gladij 229
Ius quartæ relationis 173
LApidatio, pro inſectatione 187
Leuare ueſtigia 148
Lecti duplices 201
Letanter 167 Lemniſci 161
Lex militum 282
Literator, qui docet prima elementa 151
Libri lintei 281
Licentia 234 Lithoſtrotus 250
Lunus, pro luna 192
Luxum eſſe in piſcibus, nota 164
MAgiſtrans, pro moderans aut gubernans 139
Maieſtas imperatoria 262
Maledictus 195

Manſio

Manſio 186
Manus porrigere in ſententijs 285
Mileſiæ fabellæ 215
Migrare domum priuatam 152
Modeſtus imperator 217
Moſes 272
Mouere riſum. pro moueri ad riſum, noue ac dure. & haud ſcio an latine 141
Mox. pro deinde 148
Mulierarius 215
Murus in tranſuerſa Britannia 185
Μουσεῖον locus ſtudioſorum 142
Mutuum ſcabunt 142
Mithriaca ſacra 169
NEmeſis 253
Niſi, pro præterquam 178
Numerus in digitis 164
OBliuioni dare, pro obliterare 211
Oſtiatim 313
PAnduriſſare 204
Papiniani laus 186
Papiniani mors 193
Parentela 248
Participauit uenationem pro communicauit 144
Participatũ, pro cõmunicatum 153
Participatus 165
Participare 275
Paruuli, pro pueris 213
Patibulum 273
Patientia, pro lenitate 159
Penula 223
Pictatium 221
Pipiones 227
Phago 293
Phalangarij 229
Pharaſmanes 141
Phlegontis libri Hadriani eſſe dicũtur, ibid.
Platonis ſententia 221
Potior, pro κρείττων 214
Potio 161
Præſumptio, pro ſpe prius concepta 137
Praſiani 161
Prima relatio 252
Princeps puer 294
Principem bonũ amici faciunt boni 233
Programma 177
Procer 234
Promotio 205
Punica fides 247
Purpura ad purpuram 288
Pyrrhice, ſaltationis genus militare 142
QVæſtio maieſtatis 173
Qui exempti à cenſura 257
REgeſta 298
Repoſtorium 156
Retro, pro ante 174
Retentarunt, pro tenuerunt niſi mauis retenuerunt, ut reſpondeat ad famam, aut ſpem 145
SAnctitudo 162
Sarta tecta 295
Scarpos Itali uocant crepidas uulgo 288
Scrinij magiſter 223
Septies & quinquies, pro ſeptimum & quintum 137
Secundo conſul, pro iterum conſul 138
Sederi equos 143
Senatuſconſultum tacitum 245
Sermo, pro rumore ſeu fabula 158 & 185
Sciſcitatus eſt Marcum, pro è Marco 153
Septizonium 185
Sic, pro inde 179
Sigillaricia 142
Sin autem, pro ſin minus 154
Sigillaria 191
Sodales collegiatici 153. 156
Spatha 241
Specialiter 172
Stellatura 188
Suetonius quis 140
Suetonius laudatus 305
Suo gladio 266
Subalares culcitræ 201
TAediare 223
Titulus diuerſis linguis 251
Trahere ſanguinem, pro ducere genus 151
Tranſmiſit haſta 169
Trientarium fœnus 148
Tricones 161
Toxotius 241
Tyrannorum nota 199
VEſtium genera 174
Veſtram, cum uni ſcribat 163
Vites quando apud nos 303
Volones 153
Vlpianus 224. 229
Vtrum, pro an. 211
ZOnam perdidit 190
Zenobia uirago 262, 285

ANNOTATORVM IN AELIVM SPARTIANVM, AELIVM Lampridium, & cæteros, per Des. Eraſmum Rot. finis.

C. SVETONII TRANQVILLI, XII. CAESARES.

D. IVLIVS CAESAR.

1 ANNVM agens Cæſar XVI. patrē amiſit: ſequentibus COSS. flamē Dialis deſtinatus, dimiſſa Coſſutia, quæ familia equeſtri, ſed admodum diues, prætextato deſponſata fuerat: Corneliam Cinnæ IIII. COS. filiam duxit uxorem: ex qua illi mox Iulia nata eſt: neq; ut repudiaret illam compelli à dictatore Sylla ullo modo potuit. Quare & ſacerdotio, & uxoris dote, & gentilitijs hæreditatibus mulctatus, diuerſarum partium habebatur: ut etiam diſcedere è medio, & (quanquam morbo quartanæ aggrauāte) propè per ſingulas noctes cōmutare latebras cogeretur: ſeq; ab inquiſitoribus pecunia redimere: donec per uirgines Veſtales, perq; Mamercum Aemilium, & Aurelium Cottam propinquos & affines ſuos, ueniam impetrauit. Satis cōſtat, Syllam quum deprecantibus amiciſsimis & ornatiſsimis uiris aliquandiu denegaſſet, atq; illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamaſſe, ſiue diuinitus, ſiue aliqua coniectura, uincerent ac ſibi haberent, dummodo ſcirent eum, quem incolumem tantopere cuperent, quandoq; optimatium partibus, quas ſecum ſimul defendiſſent, exitio futurum. Nam Cæſari multos Marios ineſſe.

Deſponſata, pro deſponſa

Repudiare, pro dimittere quam duxeris

2 STipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi prætoris cōtubernio: à quo ad accerſendam claſſem in Bithyniam miſſus, deſedit apud Nicomedē, non ſine rumore proſtratæ regi pudicitiæ: quē rumorē auxit intra paucos rurſus dies repetita Bithynia per cauſam exigendæ pecuniæ, quæ deberet̃ cuidam libertino clienti ſuo. Reliqua militia ſecundiore fama fuit: & à Thermo in expugnatione Mitylenarum, ciuica donatus eſt.

Fecit ſtipēdia, pro meruit

3 MEruit & ſub Seruilio Iſaurico in Cilicia, ſed breui tēpore. Nam Syllæ morte cōperta, ſimul ſpe nouæ diſſenſionis, quæ per M. Lepidum mouebat̃, Romā propere redijt. & Lepidi quidem ſocietate (quanq; magnis conditionibus inuitaret̃) abſtinuit: cum ingenio eius diffiſus, tum occaſione, quam minorem opinione offenderat.

Ciuica ſine addito ſubſtantiuo, ut ſubaudias corona, quo modo & aliàs ſæpe loquitur

4 CAeterum cōpoſita ſeditione ciuili, Cor. Dolabellam conſularē & triumphalem uirum, repetundarū poſtulauit: abſolutoq;, Rhodum ſecedere ſtatuit: & ad declinandā inuidiā, & ut per otiū ac requiē Apollonio Moloni clariſsimo tunc dicendi magiſtro, operam daret. Huc dum hybernis iam menſib. traijcit, circa Pharmacuſam inſulam à prędonib. captus eſt: manſitq; apud eos nō ſine ſumma indignatione prope XL. dies cum uno medico, & cubicularijs duobus. Nam comites ſeruosq; cæteros in initio ſtatim ad expediēdas pecunias, quibus redimeret̃, dimiſerat. Numeratis deinde L. talentis, expoſitus in littore nō diſtulit, quin è ueſtigio claſſe deducta perſequeret̃ abeuntes: ac redactos in poteſtatem, ſupplicio, quod illis ſæpe minatus inter iocū fuerat, afficeret. Vaſtante regiones proximas Mithridate, ne deſidere in diſcrimine ſociorum uideretur, ab Rhodo, quò pertenderat, tranſiit in Aſiam: auxilijsq; contractis, & præfecto regis prouincia expulſo, nutanteis ac dubias ciuitates retinuit in fide.

Dimiſerat, pro alium aliò miſerat

5 TRibunatu militum (qui primus Romam reuerſo per ſuffragia populi honor obtigit) autores reſtituendæ tribunitiæ poteſtatis, cuius uim Sylla diminuerat, eniXiſsime iuuit. Lucio etiam Cinnæ uxoris fratri, & qui cū eo ciuili diſcordia Lepidum ſecuti, poſt necem COS. ad Sertorium confugerant: reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit, habuitq; & ipſe ſuper ea re concionem.

6 QVæſtor Iuliam amitam, uxoremq; Corneliam defunctas laudauit è more pro roſtris: ſed in amitę quidem laudatione, de eius ac patris ſui utraq; origine ſic refert: Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum dijs immortalibus cōiunctū eſt. Nam ab Anco Marcio ſunt Marcij Reges, quo nomine fuit mater: à

Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. Eſt ergo in genere & ſanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent: & cerimonia deorum, quorũ ipſi in poteſtate ſunt reges. In Corneliæ aũt locum Pompeiam duxit Q. Pompeij filiam, L. Syllæ neptem: cum qua deinde diuortium fecit, adulteratam opinatus à P. Clodio: quem inter publicas cerimonias penetraſſe ad eam muliebri ueſte tam conſtans fama erat, ut ſenatus quæſtionem de pollutis ſacris decreuerit.

QVæſtori ulterior Hiſpania obuenit: ubi cum mandato P R. iure dicundo cõuen 7
tus circumiret, Gadeisq; ueniſſet, animaduerſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit: & quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quòd nihil dum à ſe memorabile actum eſſet in ætate, qua iam Alexander orbem terrarũ ſubegiſſet, miſſionem continuo efflagitauit ad captandas quamprimuum maiorum rerum occaſiones. In urbe etiã confuſum eum ſomnio proximæ noctis (nam uiſus erat per quietẽ matri ſtuprum intuliſſe) cõiectores ad ampliſsimam ſpem incitauerunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: quando mater, quam ſubiectam ſibi uidiſſet, non alia eſſet quàm terra, quæ omnium parens haberetur.

Nihildũ, pro nihil adhuc

DEcedens ergo ante tẽpus, colonias latinas de petenda ciuitate agitantes adijt: & 8
ad audendũ aliquid concitaſſet, niſi COSS. cõſcriptas in Ciliciam legiones pauliſper ob idipſum retinuiſſent: nec eò ſecius maiora mox in urbe molitus eſt.

SIquidem ante paucos dies ꝙ ædilitatem iniret, uenit in ſuſpicionẽ conſpiraſſe cum 9
M. Craſſo conſulari, item P. Sylla, & L. Antronio, poſt deſignationem cõſulatus, ambitus condemnatis, ut principio anni ſenatum adorirentur, & trucidatis quos placitum eſſet, dictaturam Craſſus inuaderet, ipſe ab eo magiſter equitum diceretur, conſtitutaq; ad arbitrium rep. Syllæ & Antronio conſulatus reſtitueretur. Meminerunt huius coniurationis Tanuſius Geminus in hiſtoria, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. De hac ſignificare uidetur & Cicero in quadam ad Atticum epiſtola, referens, Cæſarem in Conſulatu confirmaſſe regnum, de quo ædilis cogitarat. Tanuſius adijcit, Craſſum pœnitentia uel metu diem cædi deſtinatum non obijſſe, & idcirco ne Cæſarem quidem ſignum quod ab eo dari conuenerat dediſſe. Conueniſſe autẽ Curio ait, ut togam de humero deijceret. Idem Curio, ſed & M. Actorius Naſo, autores ſunt, conſpiraſſe eum etiam cum Cn. Piſone adoleſcente: cui ob ſuſpicionem urbanæ coniurationis prouincia Hiſpania ultro extra ordinem data ſit: pactumq;, ut ſimul foris ille, ipſe Romæ ad res nouas conſurgerent, per Lambranos & Tranſpadanos: deſtitutum utriuſq; conſilium morte Piſonis.

AEdilis, præter comitiũ ac forũ baſilicasq;, etiã capitoliũ ornauit porticibus ad tẽ 10
pus extructis: in quibus abundante rerũ copia, pars apparatus exponeret. Venationes aũt ludosq; & cum collega, & ſeparatim edidit: quo factum eſt, ut cõmuniũ quoq; impenſarum ſolus gratiã caperet, nec diſsimularet collega eius M. Bibulus eueniſſe ſibi, quod Polluci. Vt enim geminis fratribus ædes in foro cõſtituta, tantum Caſtoris uocaretur: ita ſuam Cæſarisq; munificentiã, unius Cæſaris dici. Adiecit inſuper Cæſar etiam gladiatorũ munus, ſed aliquãto paucioribus quàm deſtinauerat paribus. Nam quum multiplici undiq; familia cõparata inimicos exterruiſſet, cautũ eſt de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere Romæ liceret.

Romæ, non eſt in antiquo codice

COnciliato populi fauore, tentauit per partẽ tribunorũ, ut ſibi Aegyptus prouin- 11
cia plebiſcito daretur, nactus extraordinarij imperij occaſionẽ, quòd Alexãdrini regem ſuum, ſociũ atq; amicũ à ſenatu appellatũ expulerant, resq; uulgo improbabatur: nec obtinuit aduerſante optimatũ factione: quorum autoritatẽ ut quibus poſſet modis inuicem diminueret, trophea C. Marij de Iugurtha, deq; Cimbris atq; Teuthonis, olim à Sylla diſiecta, reſtituit: atq; in exercenda de ſicarijs quæſtione, eos quoq; ſicariorum numero habuit, qui proſcriptione ob relata ciuium Romanorum capita pecunias ex ærario acceperant, quanquam exceptos Cornelijs legibus.

SVbornauit etiam, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret: quo præcipuo adiu- 12
tore aliquot ante annos L. Saturnini ſeditioſum tribunatum ſenatus coercuerat: ac ſorte iudex in reum ductus, tam cupide condemnauit, ut ad populum prouocanti nihil æquè ac iudicis acerbitas profuerit.

Depoſita

13 DEpoſita prouinciæ ſpe, pontificatũ maximũ petijt, non ſine profuſiſſima largitione: In qua reputans magnitudinẽ æris alieni, quũ mane ad comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur, domũ ſe niſi pontificem non reuerſurum: atq; ita potentiſsimos duos cõpetitores, multumq; ætate ac dignitate antecedentes ſuperauit: ut plura ipſe in eorum tribubus ſuffragia, ꝙ uterq; in omnibus, tulerit.

14 PRætor creatus, detecta cõiuratione Catilinæ, ſenatuq; uniuerſo in ſocios facinoris ultimã ſtatuẽte pœnam, ſolus municipatim diuidendos cuſtodiendosq; publicatis bonis cenſuit. Quin & tantum metũ iniecit aſperiora ſuadentibus, identidẽ oſtentans quãta eos in poſterũ à plebe Romana maneret inuidia, ut Decium Syllanũ COS. deſig. non piguerit ſententiã ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, uelut grauius atq; ipſe ſenſiſſet exceptã: obtinuiſſetq; adeo trãſductis ad ſe iam pluribus, & in his Cicerone conſulis fratre: niſi labantẽ ordinẽ confirmaſſet M. Catonis oratio. Ac ne ſic quidem impedire rem deſtitit, quoaduſq; manus equitum Romanorum, quę armata præſidij cauſa circumſtabat, immoderatius perſeueranti necem cõminata eſt, etiam ſtrictos gladios uſq; eò intentans, ut ſedentẽ unà proximi deſeruerint, uix pauci complexu togaq; obiecta protexerint. Tunc planè deterritus non modo ceſsit, ſed etiam in reliquum anni tempus curia abſtinuit.

15 PRimo præturæ die Q. Catulũ de refectione Capitolij ad diſquiſitionẽ populi uocauit, rogatiõe promulgata, qua curationẽ eam in alium trãsferebat. Verũ impar optimatũ conſpirationi, quos relicto ſtatim nouorum COSS. officio, frequentes obſtinatosq; ad reſiſtendum concurriſſe cernebat, hanc quidem actionem depoſuit.

16 CÆterum Cæcilio Metello trib. pleb. turbulentiſsimas leges aduerſus collegarũ interceſsionem ferenti, autorem propugnatorẽq; ſe pertinaciſsime præſtitit, donec ambo adminiſtratione reip. decreto patrum ſummouerẽtur. Ac nihilo minus permanere in magiſtratu, & ius dicere auſus, ut comperit paratos qui ui ac per arma prohiberent, dimiſsis lictoribus abiectaq; prætexta, domum clàm refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoq; biduo poſt ſponte & ultro confluentem, operamq; ſibi in aſſerenda dignitate tumultuoſius pollicentẽ, compeſcuit. Quod cum præter opinionem eueniſſet, ſenatus ob eundem cœtum feſtinato coactus, gratias ei per primores uiros egit: accitumq; in curiam, & ampliſsimis uerbis collaudatum, in integrum reſtituit, inducto priore decreto.

17 REcidit rurſus in diſcrimen aliud, inter ſocios Catilinæ nominatus, & apud Nouium Nigrum quæſtorem à L. Vectio indice, & in ſenatu à Q. Curio, cui quod primus conſilia coniuratorum detexerat, conſtituta erant publice præmia. Curius è Catilina ſe cognouiſſe dicebat. Vectius etiã chirographum eius Catilinæ datum pollicebatur. Id uero Cæſar nullo modo tolerandum exiſtimãs, cum implorato Ciceronis teſtimonio, quædã ſe de cõiuratione ultro ad eum detuliſſe docuiſſet, ne Curio præmia darẽtur effecit. Vectium pignoribus captis, & direpta ſuppellectile male mulctatum, ac pro roſtris in cõcione penè diſcerptum, cõiecit in carcerem: Eòdem Nouium quæſtorem, quòd compellari apud ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet.

18 EX prætura ulteriorẽ ſortitus Hiſpaniam, retinentes creditores interuentu ſponſorum remouit: ac neq; more neq; iure, antequam prouinciæ ordinarentur, profectus eſt: incertum metúne iudicij, quod priuato parabatur, an quo maturius ſocijs implorantibus ſubueniret: pacataq; prouincie, pari feſtinatione, non expectato ſucceſſore, ad triumphum ſimul conſulatũq; deceſsit. Sed cum editis iam comitijs ratio eius haberi nõ poſſet, niſi priuatus introiſſet urbem: & ambienti ut legibus ſolueretur, multi contradicerent, coactus eſt triumphum, ne conſulatu excluderetur, dimittere.

19 E Duobus conſulatus competitoribus, L. Luccio, Marcoq; Bibulo, Luceium ſibi adiunxit: pactus ut is, quoniã inferior gratia eſſet, pecuniaq; polleret, nummos de ſuo communi nomine per centurias pronũciaret. Qua cognita re, optimates quos metus ceperat, nihil nõ auſurũ eum in ſummo magiſtratu concordi & cõſentiente collega, autores Bibulo fuerunt tantundẽ pollicendi: ac plerіq; pecunias contulerunt, ne Catone quidẽ abnuente eam largitionẽ è rep. fieri. Igitur cũ Bibulo cõſul creatus eſt. Eandẽ ob cauſam opera optimatibus data eſt, ut prouinciæ futuris COSS. minimi ne-

gocij, id eſt, ſyluæ callesq; decernerētur. Qua maxime iniuria inſtinctus, omnib. officijs Cn. Pompeiū aſſectatus eſt, offenſum patribus, quòd Mithridate rege uicto, cunctantius confirmarentur acta ſua: Pompeioq; M. Craſſum reconciliauit, ueterē inimicum ex conſulatu, quē ſumma diſcordia ſimul geſſerant: ac ſocietatem cum utroq; inijt, ne quid ageretur in rep. quod diſplicuiſſet ulli è tribus.

Inire honorē, pro gerere incipere

INito honore, primus omnium inſtituit, ut tam ſenatus quàm populi diurna acta 20 conficerentur & publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, ut quo menſe faſces non haberet, accenſus ante eum iret, lictores ponè ſequerentur. Lege autem agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. Ac poſtero die in ſenatu conqueſtum, nec quoquam reperto qui ſuper tali conſternatione referre aut cenſere aliquid auderet, qualia multa ſæpe in leuioribus turbis decreta erant, in eam coegit deſperationem, ut quoad poteſtate abiret, domo abditus nihil aliud quàm per edicta obnunciaret. Vnus ex eo tempore omnia in rep. & ad arbitrium adminiſtrauit: ut nonnulli urbanorum, quum quid per iocum teſtandi gratia ſignarent, non Cæſare & Bibulo, ſed Iulio & Cæſare COSS. actum ſcriberent, bis eundem præponentes, nomine atq; cognomine: utq; uulgo mox ferrentur hi uerſus:

Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare factum eſt.
Nam Bibulo fieri conſule nil memini.

Dilargiri, pro diuerſis dare

Campum Stellatem maioribus conſecratum, agrumq; Campanum ad ſubſidia reip. uectigalem relictum, diuiſit extra ſortem, ac uiginti milibus ciuium, quibus terni pluresúe liberi eſſent. Publicanos remiſsionem petētes, tertia mercedum parte releuauit, ac ne in locatione nouorum uectigalium immoderatius licitarentur, propalàm monuit. Cætera item quæ cuiq; libuiſſent dilargitus eſt contradicente nullo: ac, ſi conaretur quis, abſterrito. M. Catonem interpellantem, extrahi curia per lictorem, duciq; in carcerem iuſsit. L. Lucullo liberius reſiſtenti, tantum calumniarum metum iniecit, ut ad genua ultro ſibi accideret. Cicerone in iudicio quodam deplorante temporum ſtatum, P. Clodium inimicum eius fruſtra iam pridem à patribus ad plebem tranſire nitentem, eodem die horaq; nona traduxit. Poſtremo in uniuerſos diuerſæ factionis inductum præmijs, ut ſe de inferenda Pompeio nece ſolicitatum à quibuſdam profiteretur, productusq; pro roſtris autores ex compacto nominaret, ſed uno atq; altero fruſtra, nec ſine ſuſpicione fraudis nominatis, deſperans tam præcipitis conſilij euentum, intercepiſſe ueneno indicem creditur.

Traducere, non pro diuulgare, ſed in diuerſam partē ducere

SVb idem tempus Calpurniam L. Piſonis filiam, ſucceſſuri ſibi in conſulatu, duxit 21 uxorem: ſuamq; Iuliam Cn. Pompeio collocauit, repudiato priore ſponſo Seruilio Cepione, cuius uel præcipua opera paulo antè Bibulū impugnauerat. Ac poſt nouam affinitatem, Pompeium primum rogare ſententiam cœpit, quum Craſſum ſoleret: eſſetq; conſuetudo, ut quem ordinem interrogandi ſententias COS. Calend. Ianuarijs inſtituiſſet, eum toto anno conſeruaret.

SOcero igitur generoq; ſuffragantibus, ex omni prouinciarum copia Gallias po- 22 tiſsimum elegit, cuius emolumento & opportunitate idonea ſit materia triumphorum. & initio quidem Galliam ciſalpinam, Illyrico adiecto, lege Vatinia accepit. mox per ſenatum Comatam quoq; ueritis patribus, ne ſi ipſi negaſſent, populus & hanc daret. Quo gaudio elatus non temperauit, quin paucos poſt dies frequenti curia iactaret, inuitis & gementibus aduerſarijs adeptum ſe quæ concupiſſet: proinde ex eo inſultaturum omniū capitibus. ac negante quodam per contumeliam, facile hoc ulli fœminæ fore: reſpondit, quaſi alludens, in Aſſyria quoq; regnaſſe Semiramim, magnāq; Aſiæ partem Amazonas tenuiſſe quondam.

Vlli fœminæ, pro cuius fœminæ

FVnctus conſulatu, C. Memmio Lucioq; Domitio prætoribus de ſuperioris anni 23 actis referentibus, cognitionem ſenatui detulit: nec illo ſuſcipiente, triduoq; per irritas altercationes abſumpto, in prouinciam abijt: & ſtatim quæſtor eius in præiudicium aliquot criminibus arreptus eſt. Mox & ipſe à L. Antiſtio Trib. pleb. poſtulatus, appellato demum collegio, obtinuit, quum reip. cauſa abeſſet, reus ne fieret. Ad ſecuritatem ergo poſteri temporis, in magno negotio habuit, obligare ſemper annuos magiſtratus: & è competitoribus non alios adiuuare, aut ad honorem pati peruenire, quàm

qui

qui ſibi pepigiſſent propugnaturos abſentiam ſuam: cuius pacti non dubitauit à quibuſdam iuſiurandum atq; etiam ſyngrapham exigere.

24 SEd quum L. Domitius cōſulatus candidatus palàm minaretur COS. ſe effecturū, quod prætor nequiſſet, ademptur ūq; ei exercitus, Craſſum Pompeiumq; in urbē prouinciæ ſuæ Lucam extractos, cōpulit, ut detrudendi Domitij cauſa conſulatū alterum peterēt: perfecitq; utrunq;, & ut in quinquenniū ſibi imperiū prorogaretur. Qua fiducia ad legiones quas à rep. acceperat, alias publico, alias priuato ſumptu addidit: unam etiam ex tranſalpinis conſcriptā, uocabulo quoq; Gallico: Alauda enim appellabatur. quam diſciplina cultuq; Romano inſtitutam & ornatam, poſtea uniuerſam ciuitate donauit. Nec deinde ulla belli occaſiōe, ne iniuſti quidē ac periculoſi abſtinuit, tam fœderatis quàm infeſtis ac feris gentibus ultro laceſsitis: adeo ut ſenatus quondā legatos ad explorandum ſtatum Galliarum mittendos decreuerit, ac nonnulli dedendum eum hoſtibus cenſuerint. Sed proſpere decedentibus rebus, & ſæpius, & pluriū quàm quiſquam unquam dierum ſupplicationes impetrauit.

Decedentibus rebus, pro exeuntibus ſiue euenientibus

25 GEſsit aūt IX. annis, quibus in imperio fuit, hæc ferè: Omnē Galliam, quæ à ſaltu Pyrenæo alpibusq;, & monte Gebenna, fluminib. Rheno & Rhodano cōtinet, patetq; circuitu ad bis & tricies centum milia paſſuum, pręter ſocias ac benemeritas ciuitates, in prouinciæ formam redegit, eiq; in ſingulos annos ſtipendij nomē impoſuit. Germanos qui trās Rhenum incolunt, primus Romanorū ponte fabricato aggreſſus, maximis affecit cladibus. Aggreſſus eſt Britānos, ignotos antea, ſuperatisq; pecunias & obſides imperauit: per tot ſucceſſus ter, nec amplius, aduerſum caſum expertus: in Britannia claſſe ui tēpeſtatis propè abſumpta, & in Gallia ad Gergouiam legione fuſa, & in Neruiorum finibus Titurio & Aruncule io legatis per inſidias cæſis.

26 EOdem temporis ſpacio, matrem primo, deinde filiam, nec multo poſt nep tē amiſit. Interimq; conſternata P. Clodij cæde rep. quum ſenatus unum COS. nominatimq; Cn. Pompeium fieri cenſuiſſet, egit cum Trib. pleb. collegam ſe Pompeio deſtinantibus, id potius ad populum ferrent, ut abſenti ſibi, & quandocunq; imperij tēpus expleri cœpiſſet, petitio ſecundi cōſulatus daretur: ne ea cauſa maturius, & imperfecto adhuc bello decederet. Quod ut adeptus eſt, altiora iam meditās, & ſpei plenus, nullum largitionis aut officiorum in quenquam genus publice priuatimq; omiſit. Forum de manubijs inchoauit: cuius area ſuper H—S millies cōſtitit. Munus populo epulumq; pronunciauit in filiæ memoriam, quod ante eum nemo fecit. Quorū ut quāmaxima expectatio eſſet, ea quæ ad epulum pertinerent, quamuis macellarijs oblocata, etiam domeſticatim apparabat. Gladiatores notos, ſicubi infeſtis ſpectatoribus dimicarent, ui rapiendos reſeruandosq; mandabat. Tirones neq; in ludo, neq; per laniſtas, ſed in domibus per equites Romanos, ac etiam per ſenatores armorum peritos erudiebat, precibus enitens (quod epiſtolis eius oſtenditur) ut diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſiq; dictata exercentibus darent. Legionibus ſtipendium in perpetuum duplicauit: frumentū, quoties copia eſſet, etiam ſine modo menſuraq; præbuit: ac ſingula interdum mancipia & prædia uiritim dedit.

27 AD retinendam autem Pompeij neceſsitudinē ac uoluntatem, Octauiam ſororis ſuæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, conditione ei detulit: ſibiq; filiam eius in matrimoniū petijt, Fauſto Syllæ deſtinatam. Omnib. uero circa eum, atq; etiā parte magna ſenatus, gratuito aut leui fœnore obſtrictis, ex reliquo quoq; ordinum genere, uel inuitatos, uel ſponte ad ſe cōmeantes uberrimo congiario proſequebatur: libertos inſuper ſeruulosq; cuiuſq;, prout domino patronoue gratus quis eſſet. Tum reorum aut obæratorum, aut prodigæ iuuentutis ſubſidium unicum ac promptiſsimum erat: niſi quos grauior criminū uel inopiæ luxuriæ'ue uis urgeret, quàm ut ſubueniri poſſet à ſe: his planè palàm bello ciuili opus eſſe dicebat.

28 NEc minore ſtudio reges atq; prouincias per terrarum orbem alliciebat, alijs captiuorū milia dono offerens, alijs citra Senatus Populiq; autoritatem quò uellent, & quoties uellent, auxilia ſubmittens, ſuperq; Italiæ Galliarumq; & Hiſpaniarum, Aſiæ quoq; & Græciæ potentiſsimas urbes præcipuis operibus exornans: donec attonitis iam omnibus, & quorſum illa tenderent reputātibus, M. Claudius Mar-

Superq;, pro præter

cellus COS. edicto præfatus de ſumma ſe rep. acturum, retulit ad ſenatum, ut ei ſuccederetur ante tempus: quoniam bello confecto pax eſſet, ac dimitti deberet uictor exercitus: & ne abſentis ratio comitijs haberetur, quando ne plebiſcito Pompeius poſtea abrogaſſet. Acciderat autem, ut is legem de iure magiſtratuum ferens, eo capite quo à petitione honorum abſentes ſubmouebat, ne Cæſarem quidem exciperet per obliuionem: ac mox lege iam in æs inciſa, & in ærarium condita, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus prouincias Cæſari & priuilegium eripere, retulit etiam ut colonis, quos rogatione Vatinia Nouum comum deduxiſſet, ciuitas adimeretur, quòd per ambitionem & ultra præſcriptum data eſſet.

COmmotus his Cæſar, ac iudicans (quod ſæpe ex eo auditum ferunt) difficilius ſe 29
principem ciuitatis à primo ordine in ſecundum, quàm ex ſecundo in nouiſsimũ detrudi, ſumma ope reſtitit, partim per interceſſores tribunos, partim per Seruium Sulpitium alterum COS. Inſequẽti quoq; anno, C. Marcello, qui fratri patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat eadem tentante, collegam eius Aemylium Paulum, Caiumq; Curionem, uiolentiſsimum Tribunorũ ingenti mercede defenſores parauit. Sed cum obſtinatius omnia agi uideret, & deſignatos etiã COSS. è parte diuerſa, ſenatũ literis deprecatus eſt, ne ſibi beneficium populi adimeretur: aut ut cæteri quoq; imperatores ab exercitibus diſcederẽt: confiſus (ut putant) facilius ſe ſimul atq; libuiſſet ueteranos conuocaturum, quàm Pompeium nouos milites. Cum aduerſarijs autem pepigit, ut dimiſsis octo legionibus tranſalpinaq; Gallia, duæ ſibi legiones, & ciſalpina prouincia, uel etiam una legio cum Illyrico concederetur, quoad COS. fieret.

VErum neq; ſenatu interueniente, & aduerſarijs negantibus ullam ſe de rep. fa- 30
cturos pactionem, tranſiit in citeriorem Galliam: conuentibusq; peractis Rauennæ ſubſtitit, bello uindicaturus ſiquid de Tribunis plebis intercedentibus pro ſe, grauius à ſenatu conſtitutum eſſet. Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit. Cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Cn. Pompeius ita dictitabat, quòd neq; opera conſummare quæ inſtituerat, neq; populi expectationem, quam de aduentu ſuo fecerat, priuatis opibus explere poſſet, turbare omĩa ac permiſcere uoluiſſe. Alij timuiſſe dicunt, ne eorum quæ primo conſulatu aduerſus auſpicia, legesq; & interceſsiones geſsiſſet, rationem reddere cogeretur: quum M. Cato identidem, nec ſine iureiurando denunciaret, delaturum ſe nomen eius ſimulac primũ exercitum dimiſiſſet: quũq; uulgo fore prædicarent, ut ſi priuatus rediſſet, Milonis exemplo circumpoſitis armatis cauſam apud iudices diceret. Quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie cæſos profligatosq; aduerſarios proſpicientem, hæc eum ad uerbum dixiſſe referens: Hæc uoluerunt: tantis rebus geſtis, C. Cæſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petijſſem. Quidam putant captum imperij conſuetudine, penſitatisq; ſuis & inimicorum uiribus, uſum occaſione rapiendæ dominationis, quam ætate prima cõcupiſſet. Quod exiſtimaſſe uidebatur & Cicero, ſcribens De officijs tertio libro, ſemper Cæſarem in ore habuiſſe eos in Phœniſsis,

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν, τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Euripidis uerſus, quos ſic ipſe conuertit,

Nam ſi uiolandum eſt ius, imperij gratia
Violandum eſt, alijs rebus pietatem colas.

QVum ergo ſublatam Tribunorũ interceſsionẽ, ipſosq; urbe ceſsiſſe nuntiatũ eſt, 31
præmiſsis confeſtim clàm cohortibus, ne qua ſuſpicio moueretur, & ſpectaculo publico per diſsimulationem interfuit, & formam qua ludum gladiatorium erat ædificaturus conſiderauit, & ex conſuetudine conuiuio ſe frequenti dedit. Dein poſt ſolis occaſum, mulis è proximo piſtrino ad uehiculum iunctis, occultiſsimũ iter modico comitatu ingreſſus eſt: & quum luminibus extinctis deceſsiſſet uia, diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per anguſtiſsimos tramites pedibus euaſit: conſecutusq; cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, paulum conſtitit: ac reputans quantum moliretur, cõuerſus ad proximos, Etiam nunc, inquit, regredi poſſumus: quòd ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt.

Cunctanti

32 CVnctanti oſtentum tale factum eſt: Quidam eximia magnitudine & forma, in proximo ſedens repente apparuit harundine canens: ad quem audiendū quum præter paſtores plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent, interq; eos & æneatores, rapta ab uno tuba proſiluit ad flumen: & ingenti ſpiritu claſsicum exorſus pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæſar, Eatur, inquit, quò deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas uocat: Iacta eſt alea, inquit.

Ab uno, pro à quodam

Suſpicor legendum, Iacta eſto alea

33 ATq; ita traiecto exercitu, adhibitis Trib. pleb. qui pulſi ſuperuenerant, pro concione fidem militum flens, ac ueſte à pectore diſciſſa, inuocauit. Exiſtimat̃ etiam equeſtres cenſus pollicitus ſingulis, quod accidit opinione falſa. Nam cū in alloquēdo exhortandoq; ſæpius digitū læuę manus oſtentans, affirmaret, ſe ad ſatisfaciendū omnibus, per quos dignitatē ſuam defenſurus eſſet, annulum quoq; æquo animo detracturum ſibi: extrema concio cui facilius erat uidere cōcionantē q̃ audire, pro dicto accepit, quod uiſu ſuſpicabat̃: promiſſumq; ius annulorū cum milibus CCCC. diſtulit.

34 ORdo & ſumma rerum quas deinceps geſsit, ſic ſe habent. Picenum, Vmbriam, Hetruriam occupauit: & L. Domitio, qui per tumultū ſucceſſor ei nominatus Corfinium præſidio tenebat, in deditionem redacto atq; dimiſſo, ſecundum ſuperum mare Brunduſium tetendit: quò COSS. Pompeiusq; confugerant, quamprimū transfretaturi. hos fruſtra per omes moras exitu prohibere conatus, Romam iter cōuertit, appellatisq; de rep. patribus, ualidiſsimas Pompei copias, quæ ſub tribus legatis, M. Petreio, & L. Afranio, & M. Varrone in Hiſpania erant, inuaſit, profeſſus antè inter ſuos, ire ſe ad exercitum ſine duce, & inde reuerſurum ad ducē ſine exercitu. Et quanquam obſidione Maſsiliæ, quæ ſibi in itinere portas clauſerat, ſummaq; frumentariæ rei penuria retardante, breui tamen omnia ſubegit.

35 HInc urbe repetita, in Macedoniā trāſgreſſus, Pompeium per quatuor penè menſes maximis obſeſſum operibus, ad extremū Pharſalico pręlio fudit: & fugientē Alexandriā perſecutus, ut occiſum deprehēdit, cum Ptolemæo rege, à quo ſibi quoq; inſidias tendi uidebat, bellum ſanè difficillimū geſsit: neq; loco, neq; tēpore æquo, ſed hyeme anni, & intra mœnia copioſiſsimi ac ſolertiſsimi hoſtis, inops ipſe rerū omniū, atq; imparatus. Regnū Aegypti uictor, Cleopatræ fratriq; eius minori permiſit: ueritus prouinciā facere, ne quandoq; uiolentiorē præſidem nacta, nouarū rerum materia eſſet. Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum tranſiit, urgētibus de Pharnace nuntijs: quem Mithridatis magni filium, ac tunc occaſione temporū bellantē, iamq; multiplici ſucceſſu præferocē, intra quintū q̃ adfuerat diem, quatuor quibus in conſpectum uenit horis, una profligauit acie, crebro cōmemorans Pompeij felicitatē, cui pręcipua militiæ laus de tam imbelli genere hoſtiū contigiſſet. Dehinc Scipionē ac Iubam reliquias partium in Africa refouenteis deuicit, Pompeij liberos in Hiſpania.

36 OMnibus ciuilibus bellis nullam cladem niſi per legatos ſuos paſſus eſt: quorū C. Curio in Africa perijt, C. Antonius in Illyrico, in aduerſariorum deuenit poteſtatem: P. Dolabella claſſem in eodē Illyrico, Cn. Domitius Caluinus in Ponto exercitum, amiſerunt. Ipſe proſperrime ſemper, ac ne ancipiti quidem unquam fortuna, prręterquam bis, dimicauit: ſemel ad Dyrrachium, ubi pulſus, nō inſtante Pompeio, negauit eum uincere ſcire: iterum in Hiſpania ultimo prælio, cum deſperatis rebus etiam de conſciſcenda nece cogitauit.

37 COnfectis bellis, quinquies triumphauit: poſt deuictum Scipionem quater eodem menſe, ſed interiectis diebus: & rurſus ſemel poſt ſuperatos Pompeij liberos. Primum & excellentiſsimum triumphum egit Gallicum, ſequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, nouiſsimum Hiſpanienſem, diuerſo quenq; apparatu & inſtrumento. Gallici triumphi die uelabrum præteruehens, penè curru excuſſus eſt, axe defracto. Aſcenditq; Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atq; ſiniſtra lychnuchos geſtantibus. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium uerborum prætutit titulum, Veni, Vidi, Vici, non acta belli ſignificantem, ſicut cæteri, ſed celeriter confecti notam.

38 VEteranis legionibus prædæ nomine in pedites ſingulos ſuper bina H—S. (quæ initio ciuilis tumultus numerauerat) in equites uicena quaterna milia nummûm

a 4 dedit

dedit. Aſsignauit & agros, ſed non continuos, ne quis poſſeſſorum expelleretur. Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, tricenos quoq; nummos quos pollicitus olim erat, uiritim diuiſit: & hoc amplius centenos pro mora. Annuam etiam habitationẽ Romæ uſq; ad bina milia nummûm, in Italia non ultra quingenos ſeſtertios remiſit. Adiecit epulum ac uiſcerationem, & poſt Hiſpanienſem uictoriam duo prandia. Nam quum prius parce, neq; pro liberalitate ſuâ præbitum iudicaret, quinto poſt die aliud largiſsimum præbuit.

39 EDidit ſpectacula uarij generis: munus gladiatorũ: ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omniũ linguarũ hiſtriones. Item Circenſes, athletas, naumachiam. Munere in foro depugnauit Furius Leptinus ſtirpe prætoria, & A. Calpenus ſenator quondã, actorq; cauſarum. Pyrrhicam ſaltauerũt Aſiæ Bithyniæq; principum liberi. Ludis Decius Laberius eques Romanus mimum ſuum egit: donatusq; quingentis ſeſtertijs & annulo aureo, ſeſſum in quatuordecim ſcena per orcheſtrã tranſiit. Circenſibus, ſpatio Circi ab utraq; parte producto, & in gyrum euripo addito, quadrigas bigasq; & equos deſultorios agitauerunt nobiliſsimi iuuenes. Troiam luſit turma duplex, maiorum minorumq; puerorum. Venationes editę per dies quinq;, ac nouiſsime pugna diuiſa in duas acies, quingenis peditibus, elephantis uicenis, tricenis equitibus hinc & inde cõmiſsis. Nam quo laxius dimicaretur, ſublatæ metæ, inq; earum locum bina caſtra ex aduerſo conſtituta erant. Athletæ, ſtadio ad tempus extructo, in regione Martij campi certauerunt per triduũ. Nauali prælio in morem cochleæ defoſſo lacu, biremes ac triremes quadriremesq;, Tyriæ & Aegyptiæ claſſes, magno pugnatorum numero conflixerũt. Ad quæ omnia ſpectacula tantum undiq; confluxit hominũ ut pleriq; aduenæ aut inter uicos, aut inter uias tabernaculis poſitis manerent: ac ſæpe præ turba eliſi exanimatiq; ſint plurimi, & in his duo ſenatores.

40 COnuerſus hinc ad ordinandum reipub. ſtatum, faſtos correxit, iampridem uitio Pontificum per intercalandi licentiã adeo turbatos, ut neq; meſsium feriæ æſtati, neq; uindemiarum autumno competerent: Annumq; ad curſum ſolis accõmodauit, ut trecentorum ſexagintaquinq; dierum eſſet: & intercalario menſe ſublato, unus dies quarto quoq; anno intercalaretur. Quo autem magis in poſterum è calendis Ianuarijs nobis temporum ratio congrueret, inter Nouembrem ac Decembrem menſem interiecit duos alios: fuitq; is annus, quo hæc cõſtituebantur, XV. menſium, cum intercalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat.

41 SEnatum ſuppleuit, patricios allegit: prætorum, ædilium, quæſtorum, minorum etiam magiſtratuũ numerum ampliauit: nudatos opere cenſorio, aut ſententia iudicum de ambitu condẽnatos reſtituit. Comitia cum populo partitus eſt, ut exceptis conſulatus cõpetitoribus, de cætero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus uellet, pronunciarentur: pro parte altera, quos ipſe dediſſet. Et edebat per libellos circũ tribus miſſos ſcriptura breui: Cæſar dictator illi tribui: Cõmẽdo uobis illum, & illum, ut ueſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. Admiſit ad honores & proſcriptorum liberos. Iudicia ad duo genera iudicum redegit, equeſtris ordinis, ac ſenatorij: Tribunos ærarios, quod erat tertium, ſuſtulit. Recenſum populi, nec more nec loco ſolito, ſed uicatim per dominos inſularum egit, atq; ex uiginti trecentisq; milibus accipientium frumentũ è publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac ne qui noui cœtus recenſionis cauſa moueri quandoq; poſſent, inſtituit, quotannis in demortuorum locum ex his qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio à prætore fieret.

Subſortitio, pro ſuffectio

42 OCtoginta aũt ciuium milibus in tranſmarinas colonias diſtributis, ut exhauſtæ quoq; urbis frequentia ſuppeteret, ſanxit ne quis ciuis maior annis XX. minór ue XL. qui ſacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abeſſet: neuquis ſenatoris filius, niſi cõtubernalis aut comes magiſtratus, peregrę proficiſceret: neúe hi qui pecuariã facerẽt, minus tertia parte puberum ingenuorũ inter paſtores haberent: Omnesq; medicinã Romæ profeſſos, & liberaliũ artiũ doctores, quo libentius & ipſi urbẽ incolerent, & cæteri appeterẽt, ciuitate donauit. De pecunijs mutuis, diſiecta nouarum tabularũ expectatione, quæ crebro mouebatur, decreuit tandem: ut debitores creditoribus ſatisfacerent, per æſtimationem poſſeſsionum, quanti quaſq; ante ciuile

bellum

bellum comparaſſent, deducta ſumma æris alieni, ſi quid uſuræ nomine numeratum aut perſcriptum fuiſſet: qua conditione quarta pars ferè crediti deperibat. Cuncta collegia præter antiquitus conſtituta detraxit. Pœnas facinorum auxit: & quum locupletes eo facilius ſcelere ſe obligarent, quòd integris patrimonijs exulabãt, paricidas (ut Cicero ſcribit) bonis omnibus, reliquos dimidia parte multauit.

43 IVs laborioſiſſime ac ſeueriſsime dixit: Repetundarum conuictos etiam ordine ſenatorio mouit. Diremit nuptias prætorij uiri, qui digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamuis ſine probri ſuſpicione. Peregrinarum mercium portoria inſtituit. Lecticarum uſum, item conchyliatæ ueſtis, & margaritarum, niſi certis perſonis & ætatibus, perq; certos dies, ademit. Legem præcipue ſumptuariam exercuit, diſpoſitis circa macellum cuſtodibus, qui obſonia contra uetitum retinerent, deportarentq; ad ſe, ſubmiſsis nonnunquam lictoribus atq; militibus, qui ſi qua cuſtodes feſelliſſent, iam appoſita è triclinio auferrent.

Digreſſa dicitur, quæ diuortium cum marito fecit

44 NAm de ornanda inſtruendaq; urbe, item de tuendo ampliandoq; imperio plura ac maiora in dies deſtinabat. In primis Martis templum, quantũ nuſquam eſſet extruere, repleto & complanato lacu, in quo naumachiæ ſpectaculum ediderat, theatrumq; ſummæ magnitudinis Tarpeio monti accubans. Ius ciuile ad certum modum redigere, atq; ex immenſa diffuſaq; legũ copia, optima quæq; & neceſſaria in pauciſsimos conferre libros. Bibliothecas Græcas & latinas, quas maximas poſſet, publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Siccare Pontinas paludes: emittere Fucinũ lacum: uiam munire, à mari ſupero per Apenini dorſum ad Tiberim uſq;: perfodere Iſthmum: Dacos, qui ſe in Pontum & Thraciam effuderant, coercere: mox Parthis inferre bellum per Armeniã minorẽ, nec niſi ante expertos aggredi prælio. Talia agentem atq; meditantem mors præuenit: de qua prius quàm dicam, ea quæ ad formam, & habitum, & cultum, & mores, nec minus quæ ad ciuilia & bellica eius ſtudia pertineant, non alienum erit ſummatim exponere.

Deſtinabat, abſolutè, pro propoſuit

Quas maximas, pro quàm maximas, ſiue quantas maximas

45 FViſſe traditur excelſa ſtatura, colore cãdido, teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris uegetisq; oculis, ualetudine proſpera: niſi quòd tempore extremo repente animo linqui, atq; etiam per ſomnium exterreri ſolebat. Comitiali quoq; morbo bis inter res gerendas correptus eſt. Circa corporis curam moroſior, ut non ſolum tonderetur diligenter ac raderetur, ſed uelleretur etiam: ut quidam exprobrauerunt. Caluitij uero deformitatem iniquiſsime ferre, obtrectatorum ſæpe iocis obnoxiam expertus: ideoq; & deficientem capillum reuocare à uertice aſſueuerat: & ex omnibus decretis ſibi à ſenatu populoq; honoribus, non aliud aut recipit aut uſurpauit libentius, quàm ius laureæ coronæ perpetuo geſtandæ. Etiam cultu notabilem ferunt: Vſum enim lato clauo ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter quàm ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura: unde emanaſſe Syllæ dictum conſtat, optimates ſępius admonentis, ut male præcinctum puerum cauerent.

46 HAbitauit primo in ſuburra modicis ædibus: poſt aũt pontificatum maximũ, in ſacra uia domo publica. Munditiarum lautitiarũq; ſtudioſiſsimũ multi prodiderũt. Villam in Nemorenſi à fundamentis inchoatã, magnoq; ſumptu abſolutam, quia non tota ad animum ei reſponderat, totam diruiſſe, quanq̃ tenuem adhuc & obæratũ: in expeditionibus teſſellata & ſectilia pauimenta circumtuliſſe.

47 BRitanniam petiſſe ſpe margaritarum, quarum amplitudinẽ cõferentẽ, interdum ſua manu exegiſſe pondus. Gẽmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſsime comparaſſe: ſeruitia recentiora politioraq; immenſo pretio, & cuius ipſum etiam puderet, ſic ut rationibus uetaret inferri.

Comparare, pro emere

48 COnuiuatum aſsidue per prouincias duobus triclinijs: uno quo ſagati palliatiue, altero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarũ diſcumberẽt. Domeſticã diſciplinam in paruis ac maioribus rebus diligẽter adeo ſeuereq; rexit, ut piſtorẽ, alium q̃ ſibi panẽ conuiuis ſubijcientẽ, cõpedibus uinxerit: libertum gratiſsimũ, ob adulteratã equitis Romani uxorem (quamuis nullo querente) capitali pœna affecerit.

Adulterata, pro adulterio ſtuprata

49 PVdicitię eius famã, nihil quidẽ pręter Nicomedis cõtuberniũ læſit, graui tamẽ & perenni opprobrio, & ad omniũ cõuicia expoſito. Omitto Calui Licinij notiſsimos uerſus:

Bithynia

Bithynia quicquid & pædicator Cæſaris
Vnquam habuit.

Prætereo actiones Dolabellæ, & Curionis patris: in quibus eum Dolabella pellicem reginæ, ſpondam interiorem regiæ lecticæ, ac Curio ſtabulum Nicomedis, & Bithyni cum fornicem dicunt. Miſſa etiam facio edicta Bibuli, quibus proſcripſit collegã ſuum Bithynicam reginam, eiq; regem antea fuiſſe cordi, nũc eſſe regnum. Quo tempore, ut M. Brutus refert, Octauius etiam quidam ualetudine mentis liberius dicax, conuentu maximo, quum Pompeium regem appellaſſet, ipſum reginam ſalutauit. Sic C. Memmius etiam ad cyathum & uinum Nicomedi ſtetiſſe obiecit cum reliquis exoletis pleno conuiuio, accubantibus nonnullis urbicis negociatoribus, quorum refert nomina. Cicero uero non contentus in quibuſdam epiſtolis ſcripſiſſe, à ſatellitibus eum in cubiculum regium eductũ, in aureo lecto ueſte purpurea decubuiſſe, floremq; ætatis à Venere orti, in Bithynia contaminatum: quondam etiam in ſenatu defendenti enixe cauſam filiæ Nicomedis, beneficiaq; regis in ſe commemoranti, Remoue (inquit) iſthæc oro: quando notum eſt, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. Gallico deniq; triumpho milites eius inter cætera carmina, qualia currum proſequentes, ioculariter canunt: etiam uulgatiſſimum illud pronunciauerunt:

Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem.
Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias,
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Cæſarem.

PRonum & ſumptuoſum in libidines fuiſſe conſtans opinio eſt, plurimasq; & illu- 50
ſtres fœminas corrupiſſe, in quibus Poſthumiã Seruij Sulpitij, Lolliã A. Gabinij, Tertullã M. Craſſi, etiam Cn. Pompeij Mutiam. Nam certe Pompeio, & à Curionib. patre & filio, & à multis exprobratum eſt, ꝙ cuius cauſa poſt tres liberos exegiſſet uxorem, & quem gemens Aegiſthũ appellare conſueſſet, eius poſtea filiam potentiæ cupiditate in matrimoniũ recepiſſet. ſed ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliam: cui & proximo ſuo cõſulatu ſexagies H—S. margaritã mercatus eſt: & bello ciuili ſuper alias donationes, ampliſsima prædia ex auctionibus haſtæ minimo addixit. Quum quidem pleriſq; uilitatem mirantibus, facetiſsime Cicero, quo melius (inquit) emptum ſciatis, Tertia deducta eſt. exiſtimabatur enim Seruilia, etiam filiam ſuam Tertiam Cæſari conciliare.

Beroal. nũmo legendũ putat

NE prouincialibus quidẽ matrimonijs abſtinuiſſe, uel hoc diſticho apparet iacta- 51
to æquè à militibus per Gallicum triumphum:

Vrbani ſeruate uxores, mœchum caluum adducimus.
Auro in Gallia ſtuprum emiſti, hic ſumpſiſti mutuum.

DIlexit & reginas, inter quas Eunoen Mauram Bogudis uxorẽ: cui, maritoq; eius 52
plurima & immẽſa tribuit, ut † Vaſa ſcripſit: ſed maximè Cleopatrã, cum qua & cõuiuia in primam lucẽ ſæpe protraxit, & eadem naue thalamego penè Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit, niſi exercitus ſequi recuſaſſet. Quam deniq; accitam in urbem, non niſi maximis honoribus, præmijsq; auctã remiſit, filiumq; natum appellare nomine ſuo paſſus eſt. Quem quidẽ nonnulli Græcorũ ſimilem quoq; Cęſari & forma & inceſſu tradiderũt. M. Antonius agnitũ etiam ab eo, ſenatui affirmauit: quæ ſcire C. Martium, & C. Oppiũ reliquosq; Cæſaris amicos: quorũ C. Oppius, quaſi plane defenſione ac patrocinio res egeret librum edidit, non eſſe Cæſaris filium, quem Cleopatra dicat. Helius Cinna Trib. ple. pleriſq; confeſſus eſt, habuiſſe ſe ſcriptam paratamq; legem, quam Cæſar ferre iuſsiſſet quum ipſe abeſſet, uti uxores liberorum quærendorum cauſa, quas, & quot ducere uellent, liceret. Ac ne cui dubium omnino ſit, & impudicitiæ eum, & adulteriorum flagraſſe infamia, Curio pater quadam eum oratione, omnium mulierum uirum, & omnium uirorum mulierem, appellat.

Mancinel. Naſo legit

Librum edidit nõ eſſe, pro eo quod eſt, libro edito teſtatus eſt

VIni parciſsimum, ne inimici quidem negauerũt. Verbum M. Catonis eſt: Vnum 53
ex omnibus Cæſarem ad euertendam rempub. ſobrium acceſsiſſe. Nam circa uictum C. Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam ab hoſpite conditum oleum, pro uiridi appoſitum, aſpernãtibus cæteris, ſolum etiam largius dicat appetiſſe, ne hoſpitem aut negligentiæ aut ruſticitatis uideretur arguere.

indifferẽs, pro eo qui nõ diſcernit aut curat

Abſti-

54 ABſtinentiam neq; in imperijs, neq; in magiſtratibus præſtitit. Vt enim quidã monumentis ſuis teſtati ſunt, in Hiſpania à procõſule & à ſocijs pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni: & Luſitanorũ quædam oppida, quanq; nec imperata detrectarent, & aduenienti portas patefacerent, diripuit hoſtiliter. In Gallia fana templaq; deûm donis referta expilauit: urbes diruit, ſæpius ob prædam q̃ ob delictum: unde factum ut auro abundaret: ternisq; milibus nummûm in libras promercale, per Italiam prouinciasq; diuenderet. In primo conſulatu tria milia pondo auri ſurratus è Capitolio, tantundem inaurati æris repoſuit. Societates, ac regna pretio dedit: ut qui uni Ptolemæo prope ſex milia talentorum ſuo Pompeijq; nomine abſtulerit, poſtea uero euidentiſsimis rapinis ac ſacrilegijs, & onera bellorum ciuilium, & triumphorum ac munerum ſuſtinuit impendia.

55 ELoquentia militari, qua re aut æquauit præſtantiſsimorũ gloriã, aut exceſsit, poſt accuſationẽ Dolabellæ, haud dubie principib. patronis annumeratus eſt. Certe Cicero ad Brutum oratores enumerãs, negat ſe uidere cui Cæſar debeat cedere: aitq; eum elegantẽ, ſplendidã quoq;, ac etiã magnificã ac generoſam quodãmodo rationẽ dicendi tenere. & ad Cornelium Nepotem de eodem ita ſcripſit: Quid? oratorũ quem huic antepones eorũ, qui nihil aliud egerunt? Quis ſentẽtijs aut acutior, aut crebrior? Quis uerbis aut ornatior, aut elegantior? Genus eloquẽtiæ duntaxat adoleſcẽs adhuc Strabonis Cæſaris ſecutus uidetur: cuius etiã ex oratione, quæ inſcribitur pro Sardis, ad uerbum nonnulla tranſtulit in diuinationẽ ſuam. Pronunciaſſe autem dicitur uoce acuta, ardenti motu geſtuq; non ſine uenuſtate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur: pro Q. Metello, quam non immerito Auguſtus exiſtimat magis ab actuarijs exceptam, male ſubſequentibus uerba dicentis, quàm ab ipſo editam. Nam in quibuſdam exemplaribus inuenio, ne inſcriptam quidem pro Metello, ſed quam ſcripſit Metello, quum ex perſona Cæſaris ſermo ſit, Metellum, ſeq; aduerſus cõmunium obtrectatorum criminationes purgãtis. Apud milites quoq; in Hiſpania, idem Auguſtus orationẽ eſſe uix ipſius putat, quę tamen duplex fertur: una quaſi priore habita prælio: altera poſteriore, quo Aſinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuiſſe eum dicit, ſubita hoſtium incurſione.

Actuarij, ab actis

Subſequi, pro παρακολουθεῖν

56 REliquit & rerum ſuarum commentarios, Gallici, ciuilisq; belli Pompeiani. Nam Alexandrini, Africiq;, & Hiſpanienſis, incertus autor eſt. Alij enim Oppium putant, alij Hircium: qui etiam Gallici belli nouiſsimũ, imperfectumq; librum ſuppleuerit. De cõmentarijs Cæſaris Cicero in eodem libro ſic refert: Commẽtarios ſcripſit ualde quidem probandos: nudi ſunt, recti & uenuſti, omni ornatu orationis, tanquam ueſte detracta: ſed dum uoluit alios habere, paratam unde ſumerent, qui uellent ſcribere hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui illa uolunt calamiſtris inurere, ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit. De eiſdem commentarijs Hircius ita prædicat: Adeo probantur omnium iudicio, ut prærepta, non præbita facultas ſcriptoribus uideatur. Cuius tamen rei maior noſtra, quàm reliquorum eſt admiratio. Cæteri enim quàm bene atq; emẽdate, nos etiam quàm facile atq; celeriter eos perſcripſerit, ſcimus. Pollio Aſinius parum diligenter, parumq; integra ueritate compoſitos putat: quum Cæſar pleraq; & quę per alios erant geſta, temere crediderit, & quę per ſe, uel conſulto, uel etiam memoria lapſus, perperam ediderit: exiſtimatq; reſcripturum, & correcturum fuiſſe. Reliquit & De analogia libros duos, & Anticatones totidem, ac præterea poema quod inſcribitur Iter. Quorũ librorũ primos in tranſitu Alpiũ, quum ex citeriore Gallia conuentibus peractis, ad exercitũ rediret: ſequentes ſub tẽpus Mundenſis prçlij, fecit: nouiſsimum dum ab urbe in Hiſpaniam ulteriorem quarto & uigeſimo die peruenit. Epiſtolæ quoq; eius ad ſenatum extant, quas primum uidetur ad paginas & formã memorialis libelli conuertiſſe, quum antea C O S S. & duces nõ niſi tranſuerſa charta ſcriptas mitterent. Extant & ad Ciceronem: item ad familiares domeſticis de rebus: in quibus ſiqua occultius perferẽda erant, per notas ſcripſit, id eſt, ſic ſtructo literarum ordine, ut nullum uerbum effici poſſet: quæ ſi quis inueſtigare & perſequi uellet, quartam elementorũ literam, id eſt, d pro a, & perinde reliquas cõmutet. Feruntur & à puero, & ab adoleſcẽtulo quædam ſcripta: ut Laudes Herculis, Tragœdia

Commentarij rerum, & commentarij Cæſ.

Reſcripturum pro denuo ſcripturum

Libellus memorialis, ſcriptũ memoriæ cauſa paratum

Oedipi

Oedipi: item dicta Collectanea: quos omnes libellos uetuit Auguſtus publicari in epi-
ſtola, quam breuem admodum ac ſimplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas
bibliothecas delegauerat, miſit.

ARmorum & equitandi peritiſsimus, laboris ultra fidem patiens erat: in agmine 57
nonnunquam equo, ſæpius pedibus anteibat, capite detecto, ſeu ſol, ſeu imber
Vias, pro itinera eſſet. Longiſsimas uias incredibili celeritate confecit, expeditus meritoria rheda cen-
tena paſſuum millia in ſingulos dies: ſi flumina morarentur, nando traijciens, uel inni-
xus inflatis utribus, ut perſæpe nuntios de ſe præuenerit.

IN obeundis expeditionibus, dubium cautiórne an audentior. Exercitum neq; per 58
inſidioſa itinera duxit unquam, niſi perſpeculatus locorum ſitus: neq; in Britāniam
tranſuexit, niſi antè per ſe portus, & nauigationem, & acceſſum ad inſulam exploraſ-
ſet. At idem obſeſsione caſtrorum in Germania nuntiata, per ſtationes hoſtium Galli-
co habitu penetrauit ad ſuos. A Brunduſio Dyrrachium inter oppoſitas claſſes hye-
Tranſmittere pro traijcere mare me tranſmiſit. Ceſſantibusq; copijs, quas ſubſequi iuſſerat, cum ad acerſendas fruſtra
ſæpe miſiſſet, nouiſsime ipſe clàm noctu paruulum nauigiū ſolus obuoluto capite con
ſcendit: neq; aut quis eſſet antè detexit, aut gubernatorem cedere aduerſæ tempeſtati
paſſus eſt, quàm pene obrutus fluctibus.

NE religione quidem ulla à quoquā incepto abſterritus unquā, uel retardatus eſt. 59
Quum immolanti aufugiſſet hoſtia, profectionē aduerſus Scipionem & Iubam
nō diſtulit. Prolapſus etiam in egreſſu nauis uerſo ad melius omine, Teneo te, inquit,
Africa. Ad eludendas autem uaticinationes, quibus felix & inuictum in ea prouincia
fataliter Scipionum nomen ferebatur, deſpectiſsimum quendam ex Corneliorum ge-
nere, cui ad opprobrium uitæ, Salutioni cognomen erat, ſecum in caſtris habuit.

PRælia non tantum deſtinato, ſed ex occaſione ſumebat, ac ſæpe ab itinere ſtatim, 60
interdum ſpurciſsimis tempeſtatibus, quum minime quis moturum putaret: nec,
niſi tempore extremo, ad dimicandum cunctantior factus eſt: quo ſæpius uiciſſet, hoc
minus experiendos caſus opinans, nihilq; ſe tantum acquiſiturum uictoria, quantum
auferre calamitas poſſet. Nullum unquā hoſtem fudit, quem nō caſtris quoq; exueret:
ita nullum ſpatium perterritis dabat. Ancipiti prælio equos dimittebat, & in primis
ſuum, quo maior permanendi neceſsitas imponeretur, auxilio fugæ erepto.

VTebatur autem equo inſigni pedibus propè humanis, & in modum digitorum 61
ungulis fiſsis: quem natum apud ſe, quum aruſpices imperiū orbis terræ ſignifi-
care domino pronūciaſſent, magna cura aluit: nec patientem ſeſſoris alterius, primus
Inſtar pro ſigno ſubſtātiue aſcendit: cuius etiam inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit.

INclinatam aciem ſolus ſæpe reſtituit, obſiſtens fugientibus, retinensq; ſingulos, & 62
contortis faucibus conuertens in hoſtē: & quidem adeo plerunq; trepidos, ut aquili-
fer moranti cuſpide ſit comminatus, alius in manu detinentis reliquerit ſignum.

NOn minora illa cōſtantiæ eius, imò maiora etiā indicia fuerūt: Poſt aciem Phar- 63
ſalicam quū præmiſsis in Aſiam copijs per anguſtias Helleſponti uictor nauicu-
la traijceret, L. Caſsium partis aduerſæ cum decem roſtratis nauibus obuiū ſibi, neq;
refugit, & cominus tendens, ultro ad deditionem hortatus, ſupplicem ad ſe recepit.

ALexandriæ circa oppugnationem pontis, eruptione hoſtium ſubita compulſus 64
in ſcapham, pluribus eódem præcipitantibus cum deſiliſſet in mare, nando per
ducentos paſſus euaſit ad proximam nauem, elata læua, ne libelli quos tenebat made-
fierent, paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis.

MIlitem neq; à moribus, neq; à fortuna probabat, ſed tantū à uiribus: tractabatq; 65
pari ſeueritate atq; indulgentia. Non eñ ubiq; ac ſemper, ſed cum hoſtis in pro-
ximo eſſet, coercebat: tum maxime exactor grauiſsimus diſciplinæ, ut neq; itineris,
neq; prælij tempus denuntiaret, ſed paratum & intentū momentis omnibus, quò uel-
let, ſubito educeret. quod etiam ſine cauſa plerunq; faciebat, præcipue pluuijs & feſtis
diebus. Ac ſubinde obſeruandum ſe admonens, repente interdiu uel nocte ſubtrahe-
bat: augebatq; iter, ut ſerius ſubſequentes defatigaret.

FAma uero hoſtilium copiarum perterritos non negādo minuendoúe, ſed inſuper 66
amplificando ementiendoq; confirmabat. Itaq; quum expectatio aduentus Iubæ
terribilis

terribilis eſſet, conuocatis ad concionem militibus, Scitote, inquit, paucisſimis his diebus regem affuturum cum X. legionibus, equitum XXX. leuis armaturæ C. milibus, elephantisq; CCC. Proinde deſinant quidam quærere ultra, aut opinari, mihiq;, qui compertum habeo, credant, aut quidem uetuſtisſima naue impoſitos, quocunq; uento in quaſcunq; terras iubeo auehi.

67 DElicta neq; obſeruabat om̃ia, neq; pro modo exequebatur, ſed deſertorum ac ſeditioſorũ & inquiſitor & punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. Ac nonnunquam poſt magnam pugnam atq; uictoriã remiſſo officiorum munere, licentiam omnem paſſim laſciuiendi permittebat, iactare ſolitus, milites ſuos etiam unguentatos bene pugnare poſſe: nec milites eos pro concione, ſed blandiori nomine cõmilitones appellabat: habebatq; tam cultos, ut argẽto & auro politis armis ornaret, ſimul & ad ſpeciem, & quo tenaciores eorum in prælio eſſent metu damni. Diligebat quoq; uſqueadeo, ut audita clade Tituriana, barbam capillumq; ſummiſerit, nec ante dempſerit, q̃ uindicaſſet. Quibus rebus & deuotisſimos ſibi, & fortisſimos reddidit.

68 INgreſſo ciuile bellũ, centuriones cuiuſq; legionis ſingulos equites è uiatico ſuo obtulerunt, & uniuerſi milites gratuitam & ſine frumento ſtipendioq; operam, quum tenuiorum tutelam locupletiores in ſe contuliſſent: neq; in tam diuturno ſpatio quiſquam omnino deſciuit, pleriq; capti conceſſam ſibi ſub conditione uitã, ſi militare aduerſus eum uellent, recuſarunt. Famem & cæteras neceſsitates non quum obſiderentur modo, ſed etiam ſi alios ipſi obſiderent, tantopere tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompeius, uiſo genere panis ex herba quo ſuſtinebantur, cum feris ſibi rem eſſe dixerit, amouerique ocyus, nec cuiquam oſtendi iuſſerit, ne patientia & pertinacia hoſtis, animi ſuorũ frangerentur. Quanta fortitudine dimicauerint, teſtimonio eſt, quòd aduerſo ſemel apud Dyrrachiũ prælio pœnam in ſe ultro depopoſcerunt, ut conſolandos eos magis imperator, quàm puniendos habuerit. Cæteris prælijs innumeras aduerſariorum copias multis partibus ipſi pauciores facile ſuperauerunt. Deniq; una ſextæ legionis cohors præpoſita caſtello, quatuor Pompeij legiones per aliquot horas ſuſtinuit, penè omnis confixa multitudine hoſtilium ſagittarum, quarum C. ac XXX. milia intra uallum reperta ſunt. Nec mirum ſi quis ſingulorum facta reſpiciat, uel Caſſii Scæuæ centurionis, uel C. Acilij militis, ne de pluribus referam. Scæua excuſſo oculo, trãſfixo femore & humero, C. & XXX. ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam portæ commiſsi caſtelli retinuit. Acilius nauali ad Maſsiliam prælio, iniecta in puppem hoſtium dextra, & abſciſſa, memorabile illud apud Græcos Cynegiri exẽplum imitatus, tranſiliuit in nauem, umbone obuios agens.

69 SEditionem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino mouerunt, ciuilibus aliquas: ſed ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis, quàm autoritate. Non enim ceſsit unquam tumultuãtibus, atq; etiam obuiam ſemper ijt. & nonam quidem legionem apud Placentiam, quanquam adhuc in armis Pompeius eſſet, totam cum ignominia miſſam fecit, ægreq; poſt multas et ſupplices preces, nec niſi exacta de ſontibus pœna, reſtituit.

70 DEcumanos autem Romæ, cum ingentibus minis ſummoq; etiam urbis periculo miſsionem & præmia flagitãtes, ardente tunc in Africa bello, neq; adire cunctatus eſt, quanquam deterrentibus amicis, neq; dimittere: ſed una uoce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circũegit & flexit, ut ei milites ſe eſſe confeſtim reſponderint, & quamuis recuſantem ultro in Africam ſint ſecuti: ac ſic quoq; ſeditioſisſimum quemq;, & prædæ & agri deſtinati tertia parte mulctauit.

71 STudium & fides erga clientes ne iuueni quidem defuerunt. Maſintham nobilem iuuenem, quum aduerſus Hiempſalem regem tam enixe defendiſſet, ut Iubę regis filio in altercatione barbam inuaſerit: ſtipendiarium quoq; pronuntiatũ, & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultauitq; apud ſe diu, & mox ex prætura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia proſequentium, faſceſq; lictorum lectica ſua auexit.

72 AMicos tanta ſemper facilitate indulgentiaq; tractauit, ut C. Oppio comitanti ſe per ſylueſtre iter, correptoq; ſubita ualetudine, & in diuerſorio, loco, quod unũ erat, ceſſerit, & ipſe humi ac ſub diuo accubuerit. Iam autem rerum potens, quoſdam

etiam infimi generis ad ampliſsimos honores prouexit. quum ob id culparetur, profeſſus eſt palàm, ſi graſſatorum & ſicariorum ope in tuenda ſua dignitate uſus eſſet, talibus quoq; ſe parem gratiam relaturum.

SImultates contra nullos tam graues excepit unquam, ut non occaſione oblata libens deponeret. C. Memmij, cuius aſperrimis orationibus non minore acerbitate reſcripſerat, etiam ſuffragator mox in petitione conſulatus fuit. C. Caluo poſt famoſa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, ultro ac prior ſcripſit. Valerium Catullum, à quo ſibi uerſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſsimulauerat, ſatisfacientem eadem die adhibuit cœnæ: hoſpitioq; patris eius, ſicut conſueuerat, uti perſeuerauit. 73

SEd & in ulciſcendo natura leniſsimus. Piratas, à quibus captus eſt, quum in ditionem redegiſſet, quoniam ſuffixurum ſe cruci ante iurauerat, iugulari prius iuſſit, deinde ſuffigi. Cornelio Phagitæ, cuius quondã nocturnas inſidias æger ac latens, ne perduceretur ad Syllam, uix præmio dato euaſerat, nunquam nocere ſuſtinuit. Philemonem à manu ſeruum, qui necem ſuam per uenenum inimicis promiſerat, non grauius quàm ſimplici morte punijt. In P. Clodium Pompeiæ uxoris ſuæ adulterum, atq; eadem de cauſa pollutarum cerimoniarum reum, teſtis citatus, negauit ſe quicquam comperiſſe: quamuis & mater Aurelia, & ſoror Iulia, apud eoſdem iudices omnia ex fide retuliſſent. interrogatusq; cur igitur repudiaſſet uxorem: Quoniã, inquit, meos tam ſuſpicione, quàm crimine iudico carere oportere. 74

Suſtinuit nocere, pro uoluit, ſiue animum induxit, aut certe potuit

MOderationem uero clementiamq; tum in adminiſtratione, tum in uictoria belli ciuilis, admirabilem exhibuit. Denuntiãte Pompeio, pro hoſtibus ſe habiturũ, qui reip. defuiſſent: ipſe medios & neutrius partis, ſuorũ ſibi numero futuros pronuntiauit. Quibus autem ex commẽdatione Pompeij ordines dederat, poteſtatẽ tranſeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud Hilerdam deditionis conditionibus, quum aſsiduo inter utraſq; partes uſu atq; commercio Afranius ac Petreius deprehẽſos intra caſtra Iulianos ſubita pœnitentia interfeciſſent, admiſſam in ſe perfidiã non ſuſtinuit imitari. Acie Pharſalica proclamauit, ut ciuibus parceretur: deincepsq; nemini non ſuorum quem uellet unum, partis aduerſæ ſeruare conceſsit: nec ulli periſſe, niſi in prælio reperiuntur, exceptis duntaxat Afranio & Fauſto & L. Cæſare iuuene: ac ne hos quidem uoluntate ipſius interemptos putant. Quorum tamen & priores poſt impetratam ueniam rebellauerunt, & L. Cæſar libertis ſeruiſq; eius ferro & igni crudelem in modum enectis, beſtias quoq; ad munus populi comparatas contrucidauerat. Deniq; tempore extremo etiam quibus nondum ignouerat, cunctis in Italiam redire permiſit, magiſtratusq; & imperia capere. Sed & ſtatuas L. Syllæ atq; Pompeij, à plebe diſiectas, repoſuit. Ac ſi qua poſthac, aut cogitarentur grauius aduerſus ſe, aut dicerentur, inhibere maluit quàm uindicare. Itaq; & detectas coniurationes, conuentusq; nocturnos, non ultra arguit, quàm ut edicto oſtenderet, eſſe ſibi notas: & acerbe loquentibus ſatis habuit pro concione denuntiare, ne perſeuerarent. Auliq; Cecinnæ criminoſiſsimo libro, & Pitholai carminibus maledicentiſsimis, laceratam exiſtimationem ſuam, ciuili animo tulit. 75

Prægrauãt abſolute, pro præpollẽt, ſiue præponderant

PRægrauant tamẽ cætera facta dictaq; eius, ut & abuſus dominatione, & iure cæſus exiſtimetur. Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum conſulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamq; morum, inſuper prænomen imperatoris, cognomen patris patriæ, ſtatuam inter reges, ſuggeſtum inter orcheſtra, ſed & ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt: ſedem auream in curia & pro tribunali, thenſam & ferculum Circenſi pompa, templa, aras, ſimulacra iuxta deos, puluinar, flaminem, lupercos, appellationem menſis è ſuo nomine: ac nonnullos honores ad libidinem cepit, & dedit. Tertium & quartum conſulatum titulo tenus geſsit, contentus dictaturæ poteſtate decretæ cum cõſulatibus ſimul: atq; utroq; anno binos conſules ſubſtituit ſibi in ternos nouiſsimos mẽſes, ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, præter Tribunorum & Aedilium plebis, præfectosq; pro prætoribus conſtituerit, qui præſente ſe res urbanas adminiſtrarent. Pridie autem Cal. Ianuarias repentina COS. morte ceſſantem honorẽ in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia ſpreto pa- 76

Medio tẽpore, pro μεταξύ, ſiue interea

to patriæ more, magiſtratus in plures annos ordinauit. Decem prætorijs uiris conſularia ornamēta tribuit. Ciuitate donatos, & quoſdam è ſemibarbaris Gallorū recepit in curiam. Præterea monetæ publicisq; uectigalibus peculiares ſeruos præpoſuit. Trium legionum quas Alexandriæ relinquebat, curam & imperium Rufioni liberti ſui filio, ſuo exoleto, demandauit.

77 NEc minoris impotentiæ uoces propalàm edebat, ut T. Amprius ſcribit: nihil amplius remp. eſſe, appellationem modo ſine corpore ac ſpecie: Syllam neſciſſe literas, qui dictaturam depoſuerit: debere homines conſideratius iam loqui ſecum, ac pro legibus habere quæ dicat. Eoq; arrogantiæ progreſſus eſt, ut aruſpice triſtia & ſine corde exta ſacro quodam nunciante, futura diceret lætiora, quum uellet, nec pro oſtento ducendum, ſi pecudi cor defuiſſet.

78 VErum præcipuā & † inexpiabilem ſibi inuidiam hinc maxime mouit: Adeūtes ſe cum † pluribus honorificentiſsimisq; decretis, uniuerſos P. C. ſedens pro æde Veneris genitricis excepit. Quidam putant retentū à Cornelio Balbo, quū conaretur aſſurgere: alij ne conatū quidem omnino, ſed etiam admonentem C. Trebatium ut aſſurgeret, minus familiari uultu reſpexiſſe. Idq; factum eius tanto intolerabilius eſt uiſum, quòd ipſe triumphanti, & ſubſellia tribunitia præteruehenti ſibi unum è collegio Pontium Aquilam non aſſurrexiſſe, adeo indignatus ſit, ut proclamauerit: Repete ergo à me Aquila rempub. Tribunus: & nec deſtiterit per cōtinuos dies quicquam cuiquam niſi ſub exceptione polliceri, ſi tamen per Pontium Aquilam licuerit.

al. exitiabilem
al. plurimis

79 ADiecit ad tam inſignem deſpecti ſenatus contumeliam, multo arrogantius factum: Nam quum ſacrificio Latinarum reuertente eo inter immodicas ac nouas populi acclamationes, quidam è turba ſtatuæ eius coronam laureā candida faſcia præligatam impoſuiſſet, & Trib. plebis Epidius Marullus Cæſetiusq; Flauus coronæ faſciam detrahi, hominemq; duci in uincula iuſsiſſent, dolens ſeu parū proſpere motam regni mentionem, ſiue, ut ferebat, ereptam ſibi gloriam recuſandi, Tribunos grauiter increpitos poteſtate priuauit: neq; ex eo infamiam affectati etiam regij nominis diſcutere ualuit: quanquam & plebi regem ſe ſalutanti, Cæſarem ſe non Regem eſſe reſponderit, & Lupercalibus, pro roſtris à COS. Antonio admotū ſæpius capiti ſuo diadema repulerit, atq; in Capitolium Ioui Opt. Max. miſerit. Quinetiā uaria fama percrebuit, migraturum Alexandriam uel Ilium, translatis ſimul opibus imperij, exhauſtaq; Italia delectibus, & procuratione urbis amicis permiſſa. Proximo autem ſenatu percrebuit fama, L. Cottam XVuirum ſententiam dicturum: ut quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos niſi à rege non poſſe uinci, Cæſar rex appellaretur.

80 QVæ cauſa coniuratis maturandi fuit deſtinata negocia, ne aſſentiri neceſſe eſſet. Conſilia igitur diſperſim antea habita, & quæ ſæpe bini terniue ceperant, in unum omnes cōtulerunt, ne populo quidem iam præſenti ſtatu læto, ſed clàm palàmq; detrectante dominationem, atq; aſſertores flagitante. Peregrinis in ſenatum allectis libellus propoſitus eſt: Bonum factum, ne quis ſenatori nouo curiam monſtrare uelit. & illa uulgò canebantur: Gallos Cæſar in triumphum ducit. Iidem in curia Galli braccas depoſuerunt, latum clauum ſumpſerunt. Q. Maximo ſuffecto trimeſtriq; COS. theatrum introeunte, quum lector animaduerti ex more iuſsiſſet, ab uniuerſis conclamatum eſt: non eſſe cōſulem eum, poſt remotos Cæſetium & Marullum Tribunos. reperta ſunt proximis comitijs complura ſuffragia, COSS. eos declarantiū. Subſcripſere quidam L. Bruti ſtatuæ, Vtinam uiueres. Item ipſius Cæſaris ſtatuæ:

Bonū factum, pro recte fiet

Brutus, quia reges eiecit, conſul primus factus eſt:
Hic quia conſules eiecit, rex poſtremo factus eſt.

Trochaici

Conſpiratum eſt in eum à LX. amplius, C. Caſsio Marcoq; & Decimo Brutis, principibus conſpirationis: qui primum cunctati, utrùmne illum in campo per comitia tribus ad ſuffragia uocantem, partibus diuiſis è ponte deijcerent, atq; exceptum trucidarent: an in ſacra uia, uel in aditu theatri adorirentur: poſtquam ſenatus Idibus Martijs in Pompeij curiam edictus eſt, facile tempus & locum prætulerunt.

Sexaginta amplius, pro plures ſexaginta

81 SEd Cæſari futura cædes euidentibus prodigijs denuntiata eſt. Paucos ante menſes, quum in colonia Capua deducti lege Iulia coloni ad extruendas uillas ſepul

chra uetuſtiſsima diiicerent, idq; eo ſtudioſius facerent, quòd aliquantum uaſculorum
operis antiqui ſcrutantes reperiebant, tabula ænea in monumento, in quo dicebatur
Capys conditor Capuæ ſepultus, inuenta eſt, conſcripta literis uerbiſq; Græcis hac
ſententia: Quando oſſa Capyis detecta eſſent, fore ut Iulio prognatus manu conſan-
guineorum necaretur, magniſq; mox Italiæ cladibus uindicaretur. Cuius rei, ne quis
fabuloſam aut commentitiam putet, autor eſt Cornelius Balbus, familiariſsimus Cæ-
ſaris Proximis diebus equorum greges, quos in traiiciendo Rubicone flumine conſe
crarat, ac uagos ſine cuſtode dimiſerat, comperit pertinaciſsime pabulo abſtinere, u-
bertimq; flere. Et immolantem aruſpex Spurina monuit, caueret periculum quod non
Regaliolus ultra Martias Idus proferretur. Pridie autem eaſdem Idus auem regaliolum cum lau-
Nocti illuxit di- reo ramulo Pompeianæ curiæ ſe inferentem, uolucres uarij generis ex proximo nemo
es, quæ ſecuta re perſecutæ, ibidem diſcerpſerunt. Ea uero nocte cui illuxit dies cædis, & ipſe ſibi ui-
eſt proxime ſus eſt per quietem interdum ſupra nubes uolitare, aliàs cum Ioue dextras iungere: &
Vxor imagina- Calpurnia uxor imaginata eſt, collabi faſtigium domus, maritumq; in gremio ſuo con
ta eſt, pro uxo- fodi: ac ſubito cubiculi fores ſponte patuerunt. Ob hæc ſimul & ob infirmam ualetu-
ri uiſum eſt per dinem diu cunctatus an ſe contineret, & quæ apud ſenatum propoſuerat agere differ-
ſomnium ret: tandem Decimo Bruto adhortante ne frequentes, ac iamdudum operienteis deſti-
tueret, quinta ferè hora progreſſus eſt: libellumq; inſidiarum indicem, ab obuio quo-
dam porrectum, libellis cæteris, quos ſiniſtra manu tenebat, quaſi mox lecturus com-
miſcuit. Dein pluribus hoſtijs cæſis, cum litare non poſſet, introijt curiam ſpreta reli-
gione, Spurinamq; irridens, & ut falſum arguens, quòd ſine ulla noxa Idus Martiæ
adeſſent: quanquam is ueniſſe quidem eas diceret, ſed non præteriſſe.

ASſidentem conſpirati, ſpecie officij circunſteterunt: ilicoq; Cimber Tullius, qui 82
primas partes ſuſceperat, quaſi aliquid rogaturus propius acceſsit: renuentiq;
& geſtu in aliud tempus differenti, ab utroq; humero togam apprehendit: deinde cla-
mantem, Iſta quidẽ uis eſt, alter Caſca aduerſum uulnerat paulum infra iugulum. Cæ-
ſar Caſcæ brachium abreptum graphio traiecit: conatuſq; proſilire, alio uulnere tar-
datus eſt. Vtq; animaduertit undiq; ſe ſtrictis pugionibus peti, toga caput obuoluit:
ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit, quo honeſtius caderet etiam inferio-
re corporis parte uelata. atq; ita tribus & uiginti plagis confoſſus eſt, uno modo ad
primum ictum gemitu ſine uoce edito: etſi tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti di-
xiſſe, καὶ σὺ τέκνον; Exanimis diffugientibus cunctis aliquandiu iacuit, donec lecti-
cæ impoſitum dependente brachio, tres ſeruuli domum retulerunt: nec in tot uulne-
ribus, ut Antiſtius medicus exiſtimabat, letale ullum repertum eſt, niſi quod ſecundo
loco in pectore acceperat. Fuerat animus coniuratis corpus occiſi in Tiberim trahe-
re, bona publicare, acta reſcindere: ſed metu M. Antonij conſulis, & magiſtri equitum
Lepidi, deſtiterunt.

POſtulante ergo L. Piſone ſocero, teſtamentum eius aperitur, recitaturq; in Anto 83
nij domo, quod Idibus Septẽbribus proximis in Lauicano ſuo fecerat, demãda-
ueratq; uirgini Veſtali maximæ. Q. Tubero tradit, hæredem ab eo ſcribi ſolitũ ex con
ſulatu ipſius primo, uſq; ad initiũ ciuilis belli, Cn. Pompeiũ, idq; militibus pro cõcione
recitatum: ſed nouiſsimo teſtamento tres inſtituit hæredes ſororũ nepotes, C. Octauiũ
ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pediũ ex quadrante. Reliquos in ima cera. C. Octa
uium etiam in familiam nomenq; adoptauit, pluresq; percuſſorum in tutoribus filij, ſi
quis ſibi naſceretur, nominauit. Decimum Brutum etiam in ſecundis hæredibus. Po-
Seſtertius, num- pulo hortos circa Tiberim publice, & uiritim trecenos ſeſtertios legauit.
mus genere ma- FVnere indicto rogus extructus eſt in Martio campo iuxta Iuliæ tumulum, & pro 84
ſculino roſtris aurata ædes ad ſimulacrum templi Veneris genitricis collocata, intraq; le-
ctus eburneus, auro ac purpura ſtratus, & ad caput trophæum cum ueſte, in qua fue-
rat occiſus. Præferentibus munera (quia ſuffecturus dies non uidebatur) præceptum
eſt, ut omiſſo ordine, quibus quiſq; uellet itineribus urbis, portaret in campum. Inter lu-
dos cantata ſunt quædam ad miſerationem & inuidiam cædis eius accommodata, ex
Pacuuij Armorum iudicio,

Men' ſeruaſſe, ut eſſent qui me perderent?

Et ex

Et ex Electra † Attilij ad ſimilem ſentẽtiam. Laudationis loco COS. Antonius per præconem pronunciauit S C. quo omnia ei diuina ſimul atq; humana decreuerat: item iuſiurandum, quo ſe cuncti pro ſalute unius aſtrinxerant: quibus perpauca à ſe uerba addidit. Lectum pro roſtris in forum magiſtratus, & honoribus functi detulerunt. Quem quum pars in Capitolini Iouis cella cremare, pars in curia Pompeij deſtinaret, repente duo quidam gladijs ſuccincti, ac bina iacula geſtantes, ardentibus cereis ſuccenderunt, confeſtimq; circunſtantiũ turba uirgulta arida, & cum ſubſellijs tribunalia, quicquid præterea ad manum aderat, congeſsit: deinde tibicines & ſcenici artifices ueſtem quam ex inſtrumento triumphorum ad præſentem uſum induerant, detractam ſibi atq; diſciſſam, iniecere flammæ, ueteranorum militum legionarij arma ſua, quibus exculti funus celebrabant. Matronæ etiam pleræq; ornamenta ſua quæ gerebant, & liberorum bullas atq; prætextas. In ſummo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim ſuo quæq; more lamentata eſt, præcipueq; Iudæi, qui etiam noctibus continuis buſtum frequentarunt.

al. Accij

85 PLebs ſtatim à funere ad domum Bruti & Caſsij cum facibus tetendit, atq; ægrè repulſa, obuium ſibi Helium Cinnam per errorem nominis, quaſi Cornelius eſſet is, quem grauiter pridie concionatum de Cæſare requirebat, occidit, caputq; eius præfixum haſtæ circuntulit. Poſtea ſolidam columnam prope XX. pedum lapidis Numidici in foro ſtatuit, ſcripſitq;, Parenti patriæ. apud eam longo tempore ſacrificare uota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarem iureiurando diſtrahere perſeuerauit.

86 SVſpicionem Cæſar quibuſdam ſuorũ reliquit, neq; uoluiſſe ſe diutius uiuere, neq; curaſſe, quòd ualetudine minus proſpera uteretur: ideoq; & quæ religiones monerent, & quæ renunciarent amici, neglexiſſe. Sunt qui putent confiſum eum nouiſsimo illo S C. ac iureiurando, etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladijs inſpectantium ſe remouiſſe. alij è diuerſo opinantur, inſidias undiq; imminentes ſubire ſemel cõfeſſum ſatius eſſe, q̃ cauere ſemper. Alij ferunt dicere ſolitũ, non tam ſua, quàm R.P. intereſſe, uti ſaluus eſſet. ſe iampridem potentiæ gloriæq; abũde adeptum. remp. ſi quid ſibi eueniret, neq; quietam fore, & aliquanto deteriore conditione ciuilia bella ſubituram.

Abunde potentiæ gloriæq; pro ſatis

87 ILlud planè inter omnes ferè conſtitit, talem ei mortem penè ex ſententia obtigiſſe. nam & quondam cum apud Xenophontẽ legiſſet, Cyrum ultima ualetudine mandaſſe quædam de funere ſuo, aſpernatus tam lentũ mortis genus, ſubitam ſibi celeremq; optauerat: & pridie q̃ occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam apud M. Lepidum, quiſnam eſſet finis uitæ commodiſsimus, repentinum inopinatumq; prætulerat.

88 PErijt ſexto & quinquageſimo ætatis anno, atq; in deorum numerum relatus eſt, non ore modo decernentium, ſed & perſuaſione uulgi. Siquidem ludis, quos primos cõſecrato ei hæres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa undecimam horam: creditumq; eſt animam eſſe Cæſaris in cælum recepti, & hac de cauſa ſimulacro eius in uertice additur ſtella. Curiam in qua occiſus eſt, obſtrui placuit: Idusq; Martias parricidium nominari, ac ne unquam eo die ſenatus ageretur.

89 PErcuſſorum autem ferê, neq; triennio quiſquã amplius ſuperuixit, neq; ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes: alius alio caſu perijt, pars naufragio, pars prælio, nonnulli ſemet eodem illo pugione, quo Cæſarem uiolauerant, interemerunt.

C. SVETONII TRANQVILLI

D. OCTAVIVS CAESAR AVGVSTVS

GENTEM Octauiam Velitris præcipuam olim fuiſſe multa 1
declarant. Nam & uicus celeberrima parte oppidi iampri-
dem Octauius uocabatur, & oſtendebatur ara Octauio con-
ſecrata: qui bello dux finitimo, quum forte Marti rem diui-
nam faceret, nuntiata repente hoſtis incurſione, ſemicruda
exta rapta foco proſecuit, atq; ita prælium ingreſſus, uictor
rediit. Decretum etiam publicum extabat, quo cauebatur,
ut quoq; anno in poſterũ ſimili modo exta Marti redderen-
tur, reliquiæq; ad Octauios referrentur.

Finitimum bellum, quod cũ finitimis geritur

EA gens à Tarquinio Priſco rege, inter Romanas gentes allecta in ſenatum, mox 2
à Seruio Tullio in patritias tranſducta, procedente tempore ad plebem ſe contu-
lit, ac rurſus magna ui per D. Iulium in patritiatum rediit. Primus ex hac magiſtratum
populi ſuffragio cepit C. Rufus, Is quæſtorius Cneiũ & Caium procreauit. A quibus
duplex Octauiorum familia defluxit, conditione diuerſa. Siquidem Cneius & dein-
ceps ab eo reliqui omnes functi ſunt honoribus ſummis. At Caius eiusq; poſteri, ſeu
fortuna, ſeu uoluntate, in equeſtri ordine conſtitere, uſq; ad Auguſti patrem. Proauus
Auguſti ſecundo Punico bello, ſtipendia in Sicilia tribunus militũ fecit, Aemilio Pap-
po imperatore. Auus municipalibus magiſteriis contentus, abundante patrimonio
tranquilliſsimè ſenuit. Sed hæc alii. Ipſe Auguſtus nihil amplius, q̃ equeſtri familia or-
tum ſe ſcribit uetere ac locuplete, & in qua primus ſenator pater ſuus fuerit. M. Anto-
nius libertinum ei proauum exprobrat Reſtionem, ex pago Thurino, auum argenta-
rium. Nec quicq; ultra de paternis Auguſti maioribus reperi.

Patritiatus, pro ordine ſiue dignitate patritiorum

OCtauius pater à principio ætatis, & re & æſtimatione magna fuit, ut equidẽ mi- 3
rer hũc quoq; à nõnullis argentariũ, atq; etiã inter diuiſores operasq; cãpeſtres
proditũ. Amplis enĩ innutritus opibus, honores & adeptus eſt facile, & egregie admi-
niſtrauit. Ex prætura Macedoniã ſortitus, fugitiuos reſiduã Spartaci & Catilinæ ma-
num, Thurinũ agrũ tenentes in itinere deleuit, negotio ſibi in ſenatu extra ordinẽ da-
to. Prouinciæ præfuit nõ minore iuſtitia q̃ fortitudine. Namq; Beſsis ac Thracib. ma-
gno prælio fuſis, ita ſocios tractauit, ut epiſtolæ M. T. Ciceronis extent, quibus Quin-
tum fratrẽ eodem tempore parum ſecunda fama proconſulatum Aſię adminiſtrãtem,
hortatur & monet, imitetur in promerendis ſociis uicinum ſuum Octauium.

DEcedens Macedonia, priuſquã cõfiteri ſe candidatũ conſulatus poſſet, morte o- 4
biit repentina, ſuperſtitibus liberis, Octauia maiore, quã ex Ancharia: & Octa-
uia minore, itẽ Auguſto, quos ex Accia tulerat. Accia, M. Accio Balbo, & Iulia ſoro-
re C. Cæſaris, genita eſt. Balbus paterna ſtirpe Aricinus, multis in familia ſenatoriis
imaginibus, à matre magnũ Pompeiũ arctiſsimo cõtingebat gradu, functusq; hono-
re præturæ, inter XX uiros agrum Campanũ plebi Iulia lege diuiſit. Verum idem An-
tonius deſpiciens etiam maternam Auguſti originem, proauũ eius Afri generis fuiſ-
ſe, & modo unguentariam tabernã, modo piſtrinũ Ariciæ exercuiſſe, obiicit. Caſsius
quidem Parmenſis quadam epiſtola, non tantum ut piſtoris, ſed etiam ut nummularii
nepotem, ſic taxat Auguſtum: Materna tibi farina ſiquidem ex crudiſsimo Ariciæ pi-
ſtrino, hanc pinſit manibus colybo decoloratis Nerulonenſis menſarius.

NAtus eſt Auguſtus, M. T. Cicerõe, & Antonio COSS. IX. Calend. Octobris pau 5
lo ante ſolis exortũ, regione palatii, ad capita bubula, ubi nunc ſacrarium habe-
tur, aliquanto poſt quàm exceſsit, conſtitutum. Nam ut ſenatus actis continetur, cum
C. Lectorius adoleſcẽs patritii generis, in deprecãda grauiore adulterii pœna, præter
ætatẽ atq; natales, hoc quoq; patribus conſcriptis allegaret, ſe eſſe poſſeſſorẽ ac uelut

ędituum ſoli, quod primum D. Auguſtus naſcens attigiſſet, peteretq; donari, quaſi proprio ſuo ac peculiari deo, decretum eſt ut ea pars domus conſecraretur.

6 NVtrimentorum eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Velitras permodicus, & cellæ penuariæ inſtar, tenetq; uicinitatem opinio, tanquam & natus ibi ſit. Huc introire niſi neceſſario & caſte religio eſt, concepta opinione ueteri, quaſi temere adeuntibus horror quidam & metus obijciatur: ſed & mox confirmata eſt. Nam cum poſſeſſor uillę nouus, ſeu forte, ſeu tentandi cauſa cubitum ſe eò contuliſſet, euenit ut poſt pauciſſimas noctis horas exturbatus inde ſubita ui & incerta, penè ſemianimis cum ſtrato ſimul ante fores inueniretur.

7 INfanti cognomen Thurino inditũ eſt in memoriam maiorũ originis, uel ꝙ in regione Thurina, recens eo nato, pater Octauius aduerſus fugitiuos proſpere rem geſſerat. Thurinum cognominatũ ſatis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculã eius æream ueterẽ, ferreis ac penè iam exoleſcentib. literis hoc nomine inſcriptam, quæ dono à me principi data inter cubiculares colit̃. Sed & à M. Antonio in epiſtolis per contumeliã ſæpe Thurinus appellatur: & ipſe nihil amplius ꝗ̃ mirari ſe reſcribit, pro opprobrio nomẽ prius ſibi obijci. Poſtea C. Cæſaris, & deinde Auguſti cognomen aſſumpſit: alterũ teſtamento maioris auunculi, alterũ Munatij Planci ſententia, cum quibuſdam cenſentibus Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum cõditorem urbis, præualuiſſet ut Auguſtus potius uocaretur, nõ tantum nouo, ſed etiam ampliore cognomine, quòd loca quoq; religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicãtur, ab auctu, uel ab auium geſtu guſtu'ue, ſicut etiam Ennius docet ſcribens:

Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

8 QVadrimus patrem amiſit, duodecimũ annum agens auiam Iuliam defunctã pro concione laudauit. Quadriennio pòſt uirili toga ſumpta, militaribus donis triumpho Cæſaris Africano donatus eſt: quanꝗ̃ expers belli propter ætatem. Profectũ mox auunculum in Hiſpanias aduerſus Cn. Pompeij liberos, uix tum firmus à graui ualetudine, per infeſtas hoſtibus uias pauciſſimis comitibus naufragio etiam facto ſubſecutus magnopere demeruit, approbata cito etiam morum indole ſuper itineris induſtriã. Cæſare poſt receptas Hiſpanias expeditionẽ in Dacos, & inde in Parthos deſtinante, præmiſſus Apolloniã, ſtudijs uacauit. Vtq; primum occiſum eum, hæredemq; ſe comperit, diu cunctatus an proximas legiones imploraret, id quidem cõſilium, ut præceps immaturumq; omiſit. Cæterũ urbe repetita, hæreditatem adijt dubitante matre: uitrico uero Marcio Philippo cõſulari multum diſſuadente. Atq; ab eo tempore exercitib. comparatis, primum cum M. Antonio Marcoq; Lepido, dein tantum cum Antonio per duodecim ferè annos, nouiſſime per quatuor & XL. ſolus rempub. tenuit.

9 PRopoſita uitæ eius uelut ſumma, partes ſingillatim neq; per tempora, ſed per ſpecies exequar, quo diſtinctius demonſtrari cognoſciq; poſſint. Bella ciuilia quinq; geſſit, Mutinenſe, Philippenſe, Peruſinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primũ ac nouiſſimum aduerſus M. Antonium: ſecundum aduerſum Brutum & Caſſium: tertium aduerſum L. Antoniũ triumuiri fratrem: quartum aduerſus Sextum Pompeium Cn. Pompeij filium. Omnium bellorum initium & cauſam hinc ſumpſit, nihil conuenientius ducens, quàm necem auunculi uindicare tueriq; acta.

10 COnfeſtim ut Apollonia redijt, Brutũ Caſſiumq; etiam nec opinãtes, & quia præuiſum periculũ ſubterfugerant, legibus aggredi, reoſq; cædis abſentes deferre ſtatuit. Ludos autem uictoriæ Cæſaris nõ audentibus facere quibus obtigerat id munus, ipſe edidit. Et quo cõſtantius cętera quoq; exequeret̃, in locum Trib. pleb. forte demortui candidatũ petitorem ſe oſtendit, quanꝗ̃ patritius, necdũ ſenator. Sed aduerſante conatibus ſuis M. Antonio COS. quem uel præcipuum adiutorem ſperauerat, ac ne publicum quidem, & translatitium ulla in re ſibi ſine pactione grauiſſimæ mercedis impertiente, ad optimates ſe contulit, quib. eum inuiſum ſentiebat, maxime quòd D. Brutum obſeſſum Mutinæ prouincia à Cæſare data, & per ſenatũ confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaq; nonnullis, percuſſores ei ſubornauit. Hac fraude deprehenſa, periculũ inuicem metuens, ueteranos ſimul in ſuũ ac reip. auxiliũ quanta potuit largitione contraxit. Iuſſusq; cõparato exercitui pro prætore præeſſe, & cũ Hircio

ac Panſa, qui conſulatum ſuſceperant, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum ter-
tio menſe confecit duobus prælijs. priore Antonius eum fugiſſe ſcribit, ac ſine paluda-
mento equoq; poſt biduum demum apparuiſſe. Sequenti ſatis conſtat non modo du-
cis, ſed etiam militis functũ munere, atq; in media dimicatione, aquilifero legionis ſuæ
grauiter ſaucio, aquilam humeris ſubijſſe, diuq; portaſſe.

HOc bello quum Hircius in acie, Panſaq; poſt ex uulnere periſſent, rumor incre- 11
buit, ambos opera eius occiſos, ut Antonio fugato, repub. COSS. orbata ſolus
uictores exercitus occuparet. Panſæ quidem adeo ſuſpecta mors fuit, ut Glyco medi-
cus cuſtoditus ſit, quaſi uenenum uulneri indidiſſet. Adijcit his Aquilius Niger, alte-
rum è COSS. Hircium, in pugnæ tumultu ab ipſo interemptum.

SEd ut cognouit Antonium poſt fugam à M. Lepido receptum, cæteroſq; duces & 12
exercitus cõſentire pro partibus, cauſam optimatium ſine cunctatione deſeruit, ad
prætextum mutatæ uoluntatis dicta factaq; quorundam calumniatus, quaſi alij ſe pue-
rum, alij ornandum tollendumq; iactaſſent, ne aut ſibi, aut ueteranis par gratia referre
tur. Et quo magis pœnitentiam prioris ſectæ approbaret, Nurſinos grandi pecunia, &
quam pendere nequirent, mulctatos extorres egit oppido: quod Mutinenſi acie inte-
remptorum ciuium tumulo publice extructo aſcripſerãt, pro libertate eos occubuiſſe.

INita cum Antonio & Lepido ſocietate, Philippẽſe quoq; bellum, quanq; inualidus 13
atq; æger, duplici prelio tranſegit: quorum priore caſtris exutus, uix ad Antonij cor
nu fuga euaſerat. nec ſucceſſum uictoriæ moderatus eſt, ſed capite Bruti Romã miſſo,
ut ſtatuæ Cæſaris ſummitteretur, in ſplendidiſſimũ quenq; captiuũ, nõ ſine uerborum
cõtumelia ſęuijt: ut quidem uni ſuppliciter ſepulturã precanti reſpondiſſe dicatur, iam
iſtam in uolucrũ poteſtatem fore. Alios patrem & filium pro uita rogãtes, ſortiri uel di-
micare iuſſiſſe, ut alterutri cõcederetur: ac ſpectaſſe utrunq; morientem, cum patre qui
ſe obtulerat occiſo, filius quoq; uoluntaria occubuiſſet nece. Quare cæteri, & in his M.
Fauonius ille Catonis æmulus, cum catenati producerentur, imperatore Antonio ho-
norifice ſalutato, hunc fœdiſſimo cõuitio corãm proſciderunt. Partitis poſt uictoriam
officijs, cum Antonius orientem ordinandũ, ipſe ueteranos in Italiam reducendos, &
municipalibus agris collocãdos recepiſſet: neq; ueteranorũ, neq; poſſeſſorum gratiam
tenuit: alteris pelli ſe, alteris non pro ſpe meritorum tractari querentibus.

QVo tempore L. Antoniũ fiducia cõſulatus quem gerebat, ac fraternæ potẽtiæ res 14
nouas molientẽ confugere Peruſiam coegit, & ad deditionẽ fame compulit, non
tamen ſine magnis ſuis & ante bellum & in bello diſcriminibus. Nam cum ſpectaculo
ludorum gregariũ militem in XIIII ordinibus ſedentem excitari per apparitorẽ iuſ-
Dilato rumore, ſiſſet, rumore ab obtrectatoribus dilato, quaſi eundem mox diſcruciatũ necaſſet, mini-
pro diuulgato mum abfuit quin periret cõcurſu & indignatione turbæ militaris. Saluti fuit, quòd qui
deſiderabatur, repente comparuit incolumis ac ſine iniuria. Circa Peruſinũ autem mu
rum ſacrificans penè interceptus eſt à manu gladiatorum, quæ oppido eruperat.

PEruſia capta, in plurimos animaduertit, orare ueniam uel excuſare ſe conantibus 15
una uoce occurrens, moriendum eſſe. Scribunt quidam trecentos ex deditițijs ele
ctos utriuſq; ordinis, ad aram diuo Iulio extructã, Idibus Martijs hoſtiarum more ma-
Conſulto, data ctatos. Extiterũt qui traderent, cõſultò eum ad arma iſſe, ut occulti aduerſarij, & quos
opera, de com- metus magis quàm uoluntas contineret, facultate L. Antonij ducis præbita, detege-
poſito rentur: deuictiſq; his & confiſcatis, promiſſa ueteranis præmia ſoluerentur.

BEllum Siculũ inchoauit in primis, ſed diu traxit, intermiſſum ſæpius: modo repa- 16
randarũ claſſium cauſa, quas tempeſtatibus duplici naufragio, & quidem per æſtã
tem amiſerat: modo pace facta, flagitãte populo ob intercluſos cõmeatus, famemq; in-
graueſcẽtem: donec nauibus ex integro fabricatis, ac XX ſeruorum millibus manu-
Ad remum miſſis, & ad remũ datis, portũ Iulium apud Baias immiſſo in Lucrinũ & Auernum la-
dare cum mari, effecit. In quo cum hyeme tota copias exercuiſſet, Pompeium inter Mylas
& Naulochum ſuperauit, ſub horam pugnæ tam arcto repente ſomno deuictus, ut ad
dandum ſignum ab amicis excitaretur: unde præbitam Antonio materiam putem expro
Als. ſupremum brandi, ne rectis quidẽ oculis eum aſpicere potuiſſe inſtructã aciem. uerum † ſupinum
cœlum intuentẽ ſtupidum cubuiſſe, nec prius ſurrexiſſe, ac militibus in conſpectũ ue-

niſſe

niſſe, quàm à M. Agrippa fugatæ ſint hoſtium naues. Alij dictum factumq; eius crimi nantur, quaſi claſſibus tempeſtate perditis exclamauerit, etiã inuito Neptuno uictoriã ſe adepturũ: ac die Circenſium proximo ſolenni pompæ ſimulacrũ dei detraxerit. Nec temere plura ac maiora pericula ullo alio bello adijt. Traiecto in Siciliã exercitu, cum partẽ reliquam copiarũ continenti repeteret, oppreſſus ex improuiſo à Demochare & Apollophane præfectis Pompeij, uno demũ nauigio ægerrime effugit. Item cum præter Locros Rhegiũ pedibus iret, & proſpectis biremib. Pompeianis terram legẽtibus, ſuas ratus deſcendiſſet ad littus, penè exceptus eſt. Tunc etiam per deuios tramites refugientẽ, ſeruus Aemilij Pauli comitis eius, dolens proſcriptũ olim ab eo patrem Paulum, & quaſi occaſione ultionis oblata, interficere conatus eſt. Poſt Pompeij fugã collegarum alterum M. Lepidũ, quem ex Africa in auxilium euocarat, ſuperbientem XX legionum fiducia, ſummasq; ſibi partes terrore ac minis uindicantẽ ſpoliauit exercitu: ſupplicemq; conceſſa uita Circeijs in perpetuum relegauit. M. Antonij ſocietatẽ ſemper dubiam & incertam, reconciliationibusq; uarijs male focillatam, abrupit tandem. Et quo magis degeneraſſe eum à ciuili more approbaret, teſtamentum, quod is Romę etiam de Cleopatræ liberis inter hæredes nuncupatis reliquerat, aperiendum recitandumq; pro concione curauit. Remiſit tamen hoſti iudicato neceſſitudines, amicosq; omnes, atq; inter alios C. Soſium & T. Domitium, tunc adhuc COSS. Bononienſibus quoq; publice quòd in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus ſuis. Nec multo poſt nauali prælio apud Actium uicit, in ſerum dimicatione protracta, ut in naui uictor pernoctauerit.

Gratiam fecit, pro ex gratia permiſit coniurare

17 AB Actio cum Samum inſulam in hyberna ſe recepiſſet, turbatus nuntijs de ſeditione militum, præmia & miſſionem poſcentiũ, quos ex omni numero confecta uictoria Brundusium præmiſerat, repetijt Italiam, tempeſtate in traiectu bis conflictatus, primo inter promontoria Peloponneſi atq; Aetoliæ, rurſus circa montes Ceraunios, utrobiq; parte Liburnicarum demerſa: ſimulq; eius in qua uehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo defracto. Nec amplius quàm ſeptem & XX dies, donec deſideria militum ordinarentur, Brunduſij cõmoratus, Aſiæ Syriæq; circuitu Aegyptũ petit. Obſeſſaq; Alexandria, quò Antonius cum Cleopatra cõfugerat, breui potitus eſt. Et Antonium quidem ſeras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, uiditq; mortuum. Cleopatræ, quam ſeruatam triumpho magnopere cupiebat, etiam Pſyllos admouit, qui uenenũ ac uirus exugerent, quod perijſſe morſu aſpidis putabatur. Ambobus communem ſepulturæ honorem tribuit, ac tumulum ab ipſis inchoatum perfici iuſſit. Antoniũ iuuenem maiorem de duobus Fuluia genitis, ſimulacro diui Iulij, ad quod poſt multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit. Item Cæſarionem, quem ex Cæſare patre Cleopatra concepiſſe prædicabat, retractum è fuga ſupplicio affecit. Reliquos Antonij reginæq; cõmunes liberos, non ſecus ac neceſſitudine iunctos ſibi, & conſeruauit, & mox pro conditione cuiusq; ſuſtinuit ac fouit.

In ſerũ, pro in ueſperam

Recepit ſe Samum inſulam abſq; præpo.

18 PEr idem tempus conditorium, & corpus Magni Alexandri cum prolatum è penetrali ſubiecisset oculis, corona aurea impoſita ac floribus aſperſis ueneratus eſt: conſultusq;, num & Ptolemæum inſpicere uellet, regem ait ſe uoluiſſe uidere, nõ mortuos. Aegyptum in prouinciæ formam redactam ut feraciorem habilioremq; annonę urbicæ redderet, foſſas omnes in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa uetuſtate, militari opere deterſit. Quoq; Actiacæ uictorię memoria celebratior & in poſterum eſſet, urbem Nicopolim apud Actium condidit: ludosq; illic quinquennales conſtituit, & ampliato uetere Apollinis templo, locum caſtrorum quibus fuerat uſus, exornatũ naualibus ſpolijs, Neptuno ac Marti conſecrauit.

19 TVmultus poſt hæc, ac etiam rerum nouarũ initia, coniurationesq; cõplures prius q̃ inualeſcerent indicio detectas cõpreſſit, & alias alio tẽpore: Lepidi iuuenis, deinde Varronis Murænæ, & Fannij Cepionis: Mox M. Egnatij, exin Plautij Rufi, Lucijq; Pauli ꝓgeneri ſui: ac præter has L. Andaſij falſarũ tabularũ rei, ac neq; ætate, neq; corpore integri, Themaſini Epicadi ex gente Parthica hybridæ, ad extremũ Telephi mulieris ſerui nomẽclatoris. Nã ne ultimæ quidẽ ſortis hominũ conſpiratione & periculo caruit. Andaſius atq; Epicadus Iuliã filiam, & Agrippã nepotẽ ex inſulis quibus contine-

cōtinebant,rapere:ad extremū Telephus,quaſi debita ſibi fato dominatione,et ipſum
& ſenatum aggredi,deſtinauerāt. Quinetiā quondam iuxta cubiculū eius lixa quidam
ex Illyrico exercitu ianitorib. deceptis noctu deprehēſus eſt, cultro uenatorio cinctus,
impos'ne mentis an ſimulata dementia incertū. Nihil enim exprimi quæſtione potuit.

EXterna bella duo omnino per ſe geſſit, Dalmaticū adoleſcens adhuc, & Antonio 20
deuicto Cantabricū. Dalmatico etiam uulnera excepit,una acie dextrū genu lapi
de ictus,altera aūt & crus & utrūq; brachiū ruina pontis cōſauciatus. Reliqua per lega
tos adminiſtrauit, ut tamen quibuſdā Pānonicis atq; Germanicis,aut interueniret,aut
nō longe abeſſet,Rauennam,uel Mediolanū,uel Aquileiam uſq; ab urbe progrediēs.

DOmuit autem partim ductu,partim auſpicijs ſuis, Cantabriam,Aquitaniā,Pan- 21
noniam,Dalmatiā cum Illyrico omni: item Rhetiam & Vindelicos ac Salaſſos,
gentes Alpinas. Coercuit et Dacorum incurſiones,tribus eorum ducibus cum magna
copia cæſis, Germanoſq; ultra Albim fluuium ſummouit: ex quibus Vbios & Sicam
bros dedentes ſe, traduxit in Galliam, atq; in proximis Rheno agris collocauit. Alias
item nationes male quietas,ad obſequium redegit. Nec ulli genti ſine iuſtis & neceſſa-
rijs cauſis bellum intulit. Tantumq; abfuit à cupiditate quoquo modo imperiū, uel bel
licam gloriam augendi, ut quorundam Barbarorum principes in æde Martis Vltoris
iurare coegerit, manſuros ſe in fide ac pace quam peterent: à quibuſdam uero nouum
genus obſidum fœminas exigere tentauerit, quòd negligere marium pignora ſentie-
bat:& tamen poteſtatē ſemper omnibus fecit,quoties uellent obſides recipiendi. Neq;
aut crebrius, aut perfidioſius rebellantes grauiore unq̃ mulctatus eſt pœna, quàm ut
captiuos ſub lege uenundaret, ne in uicina regione ſeruirent, ne'ue intra triceſimū an-
num liberarentur. Qua uirtutis moderationiſq; fama,Indos etiam ac Scythas, auditu mo
do cognitos, pellexit ad amicitiam ſuam populiq; Ro. ultro per legatos petendam. Par
thi quoq; & Armeniam uendicanti facile ceſſerunt, & ſigna militaria quę M. Craſſo &
M. Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt, obſideſq; inſuper obtulerunt: deniq;
pluribus quondam de regno concertantibus, non niſi ab ipſo electum cōprobauerunt.

Perfidioſe
Mulctatus eſt pœna, pro punijt
Quōdam, pro quodam tempore

IAnum Quirinum ſemel atq; iterum à condita urbe ante memoriam ſuam clauſum, 22
in multo breuiore temporis ſpacio, terra mariq; pace parta, tertio clauſit. Bis ouans
ingreſſus eſt urbem, poſt Philippenſe, & rurſus poſt Siculum bellum. Curules trium-
phos treis egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinū, continuo triduo omnes.

GRaues ignominias cladeſq;, duas omnino, nec alibi quàm in Germania accepit, 23
Lolianam & Varianā: ſed Lolianam maioris infamiæ q̃ detrimenti, Varianā pe-
nè exitiabilem, tribus legionib. cum duce legatiſq; & auxilijs omnibus cæſis. Hac nun
ciata excubias per urbem indixit, ne quis tumultus exiſteret: & præſidibus prouincia-
rum propagauit imperiū, ut à peritis & aſſuetis ſocij continerentur. Vouit & magnos
ludos Ioui Opt. Max. ſi rempub. in meliorem ſtatum uertiſſet: quod factum Cymbri-
co Marſicoq; bello erat. Adeo deniq; conſternatum ferunt, ut per continuos menſes,
barba capilloq; ſummiſſo, caput interdum foribus illideret, uociferans: Quintili Vare,
legiones redde: diemq; cladis quotannis mœſtum habuerit ac lugubrem.

Exitiabilis clades, pro internecina

IN re militari & cōmutauit multa & inſtituit: atq; etiam ad antiquū morem nonnul- 24
la reuocauit. diſciplinam ſeueriſſime rexit: ne legatorum quidem cuiquam niſi graua
te, hyberniſq; demum menſibus permiſit uxorem interuiſere. Equitem Ro. quòd duo
bus filijs adoleſcentibus cauſa detrectandi ſacramenti pollices amputaſſet, ipſum bo-
naq; ſubiecit haſtæ: quem tamen, quòd imminere emptioni publicanos uidebat, liber-
to ſuo addixit, ut relegatum in agros pro libero eſſe fineret. Decimam legionem contu
macius parētem, cum ignominia totam dimiſit. Item alios immodeſte miſſionē poſtu-
lantes, citra cōmoda emeritorum præmiorum exautorauit. cohortes, ſi quæ ceſſiſſent
loco, decimatas ordeo pauit. Centuriones ſtatione deſerta, itidem ut manipulares, ca-
pitali animaduerſione punijt. pro cætero delictorum genere uarijs ignominijs affecit,
ut ſtare per totum diem iuberet ante pretorium, interdum tunicatos diſcinctoſq;, non
nunquam cum decempedis, uel etiam ceſpitem portantes.

NEq; poſt bella ciuilia, aut in concione, aut per edictum ullos militum commilito- 25
nes appellabat, ſed milites; ac ne à filijs quidē aut priuignis ſuis imperio præditis
aliter

aliter appellari paſſus eſt, ambitioſius id exiſtimans ꝗ aut ratio militaris, aut temporũ quies, aut ſua domusꝗ; ſuæ maieſtas poſtularet. Libertino milite præterꝗ; Romę incendiorum cauſa, & ſi tumultus in grauiore annona metueretur, bis uſus eſt: ſemel ad præſidium coloniarũ Illyricum contingentiũ: iterum ad tutelã ripæ Rheni fluminis: eosꝗ; ſeruos adhuc uiris fœminisꝗ; pecunioſioribus indictos, ac ſine mora manumiſſos, ſub priore uexillo habuit, neq; aut cõmixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Dona militaria aliquanto facilius phaleras & torques, quicquid auro argentoꝗ; conſtaret, ꝗ uallares ac murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat: has quãparciſſime, & ſine ambitione, ac ſæpe etiam caligatis tribuit. M. Agrippã in Sicilia poſt naualem uictoriam ceruleo uexillo donauit. Solos triumphales, quanquam & ſocios expeditionum, & participes uictoriarum ſuarum, nunquam donis impartiendos putauit: quod ipſi quoq; ius habuiſſent tribuendi ea quibus uellent. Nil autem minus in perfecto duce, quàm feſtinationẽ temeritatemꝗ; conuenire arbitrabatur. Crebro itaq; illa iactabat,

Σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὴς γάρ ἐσ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Verſus eſt trochaicus tetrameter, niſi q. στρατηλάτης addidit de ſuo

Et, Sat celeriter fieri quicquid fiat ſatis bene. Præliũ quidem aut bellum ſuſcipiendum omnino negabat, niſi cum maior emolumenti ſpes, quàm damni metus oſtenderetur. Nam minima cõmoda non minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles aiebat eſſe aureo hamo piſcantibus, cuius abrupti damnum nulla captura penſari poſſet.

26 MAgiſtratus atq; honores, & ante tempus, et quoſdã noui generis, perpetuosꝗ; cepit. Conſulatũ uigeſimo ætatis anno inuaſit, admotis hoſtiliter ad urbem legionibus, miſſisꝗ; qui ſibi nomine exercitus depoſcerent: cũ quidẽ cunctante ſenatu, Cornelius centurio princeps legationis, reiecto ſagulo oſtendens gladij capulũ, non dubitaſſet in curia dicere, Hic faciet, ſi uos non feceritis. Secundũ conſulatũ poſt IX annos, tertium anno interiecto geſſit, ſequentes uſq; ad undecimũ continuauit. Multisꝗ; mox cum deferrentur, recuſatis, duodecimũ magno, id eſt, ſeptemdecim annorum interuallo, & rurſus tertiũdecimum biennio poſt ultro petijt, ut Caium & Luciũ filios ampliſſimo præditus magiſtratu, ſuo quenq; tirocinio deduceret in forum. Quinq; medios conſulatus à ſexto ad undecimum annuos geſſit. Cæteros autem ſex, aut nouem, aut ſex, aut quatuor, aut tribus menſibus, ſecundũ uero pauciſſimis horis. Nam die Calendarum Ianuarij, cum mane pro æde Capitolini Iouis paululum curuli ſella præſediſſet, honore abijt, ſuffecto alio in locum ſuum. Nec omnes Romę, ſed quartum conſulatum in Aſia, quintum in inſula Samo, octauum & nonum Tarracone inijt.

27 TRiumuiratũ reipub. conſtituendæ per decem annos adminiſtrauit: in quo reſtitit quidem aliquandiu collegis, ne qua fieret proſcriptio, ſed inceptam utroq; acerbius exercuit. Nanq; illis in multorũ ſæpe perſonam per gratiã & preces exorabilibus, ſolus magnopere contendit ne cui parceretur: proſcripſitꝗ; etiam C. Toraniũ tutorem ſuum, eundemꝗ; collegam patris ſui Octauij in ædilitate. Iunius Saturninus hoc amplius tradit: cum peracta proſcriptione M. Lepidus in ſenatu excuſaſſet præterita, & ſpem clementiæ in poſterum feciſſet, quoniam ſatis pœnarum exactum eſſet: hunc è diuerſo profeſſum, ita modum ſe proſcribendi ſtatuiſſe, ut omnia ſibi reliquerit libera: in cuius tamen pertinaciæ pœnitentiam, poſtea T. Iunium Philopœmenem, quòd patronum ſuum proſcriptũ celaſſe olim diceretur, equeſtri dignitate decorauit. In eadem hac poteſtate multiplici flagrauit inuidia: nam & Pinarium equitem Ro. cum concionante ſe admiſſa turba paganorum apud milites, ſubſcribere quædam animaduertiſſet, curioſum ac ſpeculatorem ratus, coràm confodi imperauit. Et Tedium Afrum COS. deſignatum, quia factum quoddam ſuum maligno ſermone carpſiſſet, tantis perterruit minis, ut is ſe præcipitauerit. Et Q. Gallum prætorem in officio ſalutationis tabellas duplices ueſte tectas tenentẽ, ſuſpicatus gladium occulere, nec quicꝗ; ſtatim ne aliud inueniretur auſus inquirere, paulo poſt per centuriones & milites raptum è tribunali, ſeruilem in modum torſit: ac fatentem nihil, iuſſit occidi, prius oculis eius ſua manu effoſſis. quem tamen ſcribit, colloquio petito inſidiatũ ſibi: coniectumꝗ; à ſe in cuſtodiã, deinde urbe interdicta dimiſſum, naufragio uel latronũ inſidijs perijſſe. Tribunitiã poteſtatem perpetuã recepit: in qua ſemel atq; iterum per ſingula luſtra collegã ſibi cooptauit. Recepit & morũ legumꝗ; regimen, æquè perpetuũ: quo iure, quanꝗ; ſine cenſuræ honore

honore, cenſum tamen populi ter egit: primum ac tertium cum collega, medium ſolus.

DE reddenda repub. bis cogitauit: primo poſt oppreſſum ſtatim Antoniũ memor 28
obiectum ab eo ſibi ſæpius, quaſi per ipſum ſtaret ne redderetur: ac rurſus tædio diuturnæ ualetudinis, cum etiam magiſtratib. ac ſenatu domum accitis, rationariũ imperij tradidit. Sed reputans & ſe priuatum non ſine periculo fore, & illam plurium arbitrio temere cõmitti, in retinenda perſeuerauit, dubium euentu meliore an uoluntate: quam uoluntatem cum identidem præ ſe ferret, quodam etiam edicto his uerbis teſtatus eſt: Ita mihi ſaluam ac ſoſpitam rempub. ſiſtere in ſua ſede liceat, atq; eius rei fructũ percipere quem peto, ut optimi ſtatus autor dicar, & moriens ut feram mecum ſpem, manſura in ueſtigio ſuo fundamenta R.P. quæ iecero. fecitq; ipſe ſe compotem uoti, niſus omni modo, ne quem noui ſtatus pœniteret. Vrbem nanq; pro maieſtate imperij ornatam, & inundationib. incendijsq; obnoxiam, excoluit adeo, ut iure ſit gloriatus, marmoream ſe relinquere, quam lateritiam accepiſſet. Tutam uero quantum prouideri humana ratione potuit, etiam in poſterum præſtitit.

PVblica opera plurima extruxit: ex quibus uel præcipua, forum cum æde Martis 29
Vltoris, templum Apollinis in palatio, ædem tonantis Iouis in Capitolio. Fori extruendi cauſa fuit hominum & iudiciorũ multitudo quæ uidebatur, non ſufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaq; feſtinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum eſt: cautũq; ut ſeparatim in eo publica iudicia & ſortitiones iudicũ fierent. Aedem Marti bello Philippenſi pro ultione paterna ſuſcepto uouerat. Sanxit ergo, ut de bellis triumphisq; hic cõſuleretur ſenatus: prouincias cum imperio petituri, hinc deducerentur: quiq; uictores rediſſent, huc inſignia triumphorũ inferrent. Templum Apollinis in ea parte palatinæ domus excitauit, quã fulmine ictã deſiderari à deo aruſpices pronuntiarant. Addita porticus cũ bibliotheca Latina Græcaq;: quo loco iam ſenior ſæpe etiam ſenatũ habuit, decuriasq; iudicũ recognouit. Tonanti Ioui ædem conſecrauit liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica, per nocturnũ iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruumq; prælucentẽ exanimaſſet. Quædã etiam opera ſub nomine alieno, nepotũ ſcilicet & uxoris, ſororisq; fecit, ut porticũ, baſilicãq; Lucij & Caij: itẽ porticus Liuiæ & Octauiæ, theatrumq; Marcelli. Sed & cæteros principes uiros ſæpe hortatus eſt, ut pro facultate quiſq; monumentis uel nouis, uel refectis & excultis urbẽ adornarẽt: multaq; à multis extructa ſunt: ſicut à Marcio Philippo ædes Herculis & Muſarum, à L. Cornificio ædes Dianæ, ab Aſinio Pollione atrium Libertatis, à Munatio Planco ædes Saturni, à Cornelio Balbo theatrum, à Statilio Tauro amphitheatrum, à M. uero Agrippa complura & egregia.

Prælucere dicitur, qui præcedit cũ lumine

SPatium urbis in regiones uicosq; diuiſit: inſtituitq; ut illas annui magiſtratus ſorti- 30
to tuerentur, hos magiſtri è plebe cuiuſq; uiciniæ electi. Aduerſus incẽdia excubias nocturnas uigilesq; cõmentus eſt: ad coercendas inũdationes, alueum Tiberis laxauit ac repurgauit, cõpletum olim ruderibus, & ædificiorũ prolapſionibus coartatũ. Quo autẽ facilius undiq; urbs adiretur, deſumpta ſibi flaminia uia Arimino tenus muniẽda, reliquas triumphalibus uiris ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit. Aedes ſacras uetuſtate collapſas, aut incẽdio abſumptas refecit, easq; & cæteras opulentiſsimis donis adornauit, utpote qui in cellam Capitolini Iouis XVI milia põdo auri, gẽmasq; ac margaritas quingenties H—S una donatione contulerit.

Manubialis pecunia

POſtquam uero põtificatum maximũ, quem nunquã uiuo Lepido auferre ſuſtinue- 31
rat, mortuo demum ſuſcepit: quicquid fatidicorum librorum Græci Latiniq; generis, nullis, uel parum idoneis autoribus, uulgo ferebatur, ſupra duo milia cõtracta undiq; cremauit: ac ſolos retinuit Sibyllinos, hos quoq; delectu habito: cõdiditq; duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi. Annũ à diuo Iulio ordinatũ, ſed poſtea negligentia conturbatũ atq; confuſum, rurſus ad priſtinam rationẽ redegit: in cuius ordinationem Sextilem menſem è ſuo cognomine nũcupauit, magis quàm Septembrem, quo erat natus: quia hoc ſibi & primus conſulatus, & inſignes uictoriæ obtigiſſent. Sacerdotum & numerum & dignitatem, ſed & cõmoda auxit, præcipue Veſtalium uirginum. cumq; in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentq; multi ne filias in ſortem darent, adiurauit, ſi cuiuſquam neptium ſuarum cõpeteret ætas, oblaturum ſe fuiſſe eam

ſe eam

ſe eam. Nõnulla etiam ex antiquis cæremonijs paulatim abolita reſtituit: ut Salutis augurium, Diale flaminiũ, ſacrum Lupercale, ludos Seculares & Compitalitios. Lupercalibus uetuit currere imberbes. Item Secularibus ludis iuuenes utriuſq; ſexus prohibuit ullum nocturnũ ſpectaculũ frequentare, niſi cum aliquo maiore natu propinquorum. Cõpitales Lares ornare bis anno inſtituit, uernis floribus & æſtiuis. Proximum à dijs immortalib. honorem memoriæ ducum pręſtitit, qui imperium populi Ro. ex minimo maximũ reddidiſſent. Itaq; & opera cuiuſq; manentibus titulis reſtituit, et ſtatuas omniũ triumphali effigie in utraq; fori ſui porticu dedicauit. Profeſſus eſt edicto, commentum id ſe, ut illorum uelut exemplar, & ipſe dum uiueret, & inſequentium ætatum principes exigerent à ciuibus. Pompeij quoq; ſtatuam contra theatri eius regiam, marmoreo Iano ſuppoſuit, translatam è curia in qua Caius Cæſar fuerat occiſus.

32 PLeraq; peſsimi exempli correxit, quę in perniciem publicam, aut ex conſuetudine licentiaq; bellorum ciuilium durauerant, aut per pacem etiam extiterant. Nam & graſſatorũ plurimi palàm ſe ferebant ſuccincti ferro, quaſi tuendi ſui cauſa: & rapti per agros uiatores ſine diſcrimine, liberi ſeruiq; ergaſtulis poſſeſſorum ſupprimebãtur: & plurimæ factiones titulo collegij noui, ad nullius non facinoris ſocietatem coibant. Igitur graſſatores diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus inhibuit: ergaſtula recognouit: collegia præter antiqua & legitima diſſoluit. Tabulas ueterum ærarij debitorũ, uel præcipuam calumniandi materiam exuſſit: loca in urbe publica iuris ambigui, poſſeſſoribus adiudicauit. diuturnorum reorum, & ex quorum ſordibus nihil aliud quàm uoluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit, conditione propoſita, ut ſi quem quis repetere uellet, par periculum pœnæ ſubiret. Ne quod autem maleficiũ negotiumue impunitate uel mora elaberetur, triginta amplius dies qui honorarijs ludis occupabãtur, actui rerum accõmodauit. Ad tres iudicum decurias quartam addixit ex inferiore cenſu, quæ ducenariorum uocaretur, iudicaretq; de leuioribus ſummis. Iudices à triceſimo ætatis anno allegit, id eſt, quinquennio maturius quàm ſolebant. At pleriſq; iudicandi munus detrectantibus, uix conceſsit ut ſingulis decurijs per uices annua uacatio eſſet, & ut ſolitæ agi Nouembri ac Decembri menſe res omitterentur.

Graſſatores, qui graſsãtur ferro

Nullius non facinoris, pro cuiuſuis facinoris

Actui rerũ, pro agendis rebus

33 IPſe ius dixit aſsidue, & in noctem nonnunquam: ſi parum corpore ualeret, lectica pro tribunali collocata, uel etiam domi cubans. Dixit autem ius non diligentia modo ſumma, ſed & lenitate. ſiquidẽ manifeſti parricidij reum, ne culeo inſueretur, quòd non niſi confeſsi afficiebantur hac pœna, ita fertur interrogaſſe, Certe patrem tuũ non occidiſti? Et cum de falſo teſtamento ageretur, omneſq; ſignatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabellas, damnatoriam & abſolutoriam, ſimul cognoſcentibus dedit, ſed tertiam quoq; qua ignoſceretur ijs, quos fraude ad ſignandum, uel errore inductos conſtitiſſet. Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum prętori delegauit urbano: at prouincialium conſularibus uiris, quos ſingulos cuiuſq; prouinciæ negotijs præpoſuiſſet.

34 LEges retractauit, & quaſdam ex integro ſanxit, ut ſumptuariam, & de adulterijs, & de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc cum aliquanto quàm cæteras ſeuerius emendaſſet, prę tumultu recuſantium perferre non potuit, niſi adempta demum lenitaue parte pœnarum, & uacatione triennij data, auctiſq; præmijs. Sic quoq; abolitionem eius publico ſpectaculo pertinaciter poſtulãte equite, accitos Germanici liberos, receptoſq; partim ad ſe, partim in patris gremium oſtẽtauit, manu uultuq; ſignificans, ne grauarentur imitari iuuenis exemplum. Cumq; etiam immaturitate ſpõſarum, & matrimoniorũ crebra mutatione uim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coarctauit, diuortijs modum impoſuit.

Perferre legem non potuit, pro ad finẽ, ſiue ad plenũ ferre, cũ cœpiſſet

35 SEnatorum affluentem numerũ deformi & incondita turba (erant enim ſuper mille, & quidam indigniſsimi, & poſt necem Cæſaris per gratiam & præmium allecti, quos abortiuos uulgus uocabat) ad modum priſtinũ & ſplendorem redegit duabus lectionibus: prima ipſorum arbitratu, quo uir uirum legit: ſecunda ſuo & Agrippæ, quo tempore æſtimatur lorica ſub ueſte munitus, ferroq; cinctus præſediſſe, decem ualentiſsimis ſenatorij ordinis amicis ſellam ſuam circumſtantibus. Cordus Cremutius ſcribit, ne admiſſum quidem tunc quenquã ſenatorum, niſi ſolum & prætentato ſinu.

Abortiui, qui aborſu nati ſunt

Valentiſsimi. i. robuſtiſsimi

Quoſdam ad excuſandi ſe uerecundiã compulit, ſeruauitq; etiam excuſantibus inſigne ueſtis, & ſpectandi in orcheſtra, epulãdiq; publice ius. Quo autem lecti probatiq; & religioſius & minore moleſtia ſenatoria munera fungerẽtur, ſanxit, ut prius quàm conſideret, quiſq; thure ac mero ſupplicaret apud aram eius dei, in cuius templo coiretur: & ne plus quàm bis in menſe legitimus ſenatus ageretur, calendis ſcilicet & idibus: ne'ue Septembri Octobri'ue menſe ullos adeſſe alios neceſſe eſſet, q̃ ſorte ductos, per quorum numerum decreta confici poſſent: ſibiq; inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotijs ad frequentem ſenatum referendis antè tractaret. Sententias de maiore negotio non more, neq; ordine, ſed prout libuiſſet, prerogabat, ut perinde quiſq; animum intenderet ac ſi cenſendum magis quàm aſſentiendum eſſet.

Fungi munera ſenatoria, pro fungi munerib.

Bis in menſe, pro bis ſingulis menſibus

AVtor & aliarum rerum fuit. in quis, ne acta ſenatus publicarentur: ne magiſtra- 36
tus depoſito honore, ſtatim in prouincias mitterentur: ut proconſulibus ad mulos & tabernacula quæ publice locari ſolebant, certa pecunia cõſtitueretur: ut cura ærarij à quæſtoribus urbanis ad prætorios prætores'ue tranſiret: ut centũuiralem haſtam, quam quæſtura functi conſueuerant cogere, decemuiri cogerent.

QVoq; plures partem adminiſtrandæ reip. caperent, noua officia excogitauit. Cu- 37
ram operum publicorum, uiarum & aquarum aluei Tiberis, frumenti populo diuidendi: præfecturam urbis, triumuiratum legendi ſenatus, & alterum recognoſcendi turmas equitum, quotieſcunq; opus eſſet. Cenſores creari deſitos longo interuallo creauit, numerum prætorum auxit. Exegit etiam ut quoties conſulatus ſibi daretur, binos pro ſingulis collegas haberet: nec obtinuit reclamantibus cunctis, ſatis maieſtatem eius imminui, quòd honorem eum non ſolus, ſed cum altero gereret.

Recognoſcere turmas, pro recenſere

NEc parcior in bellica uirtute honoranda, ſuper triginta ducibus iuſtos triũphos, 38
& aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curauit. liberis ſenatorum, quo celerius reipub. aſſueſcerent, protinus uirilem togam latum clauum inducere, & curiæ intereſſe permiſit: militiamq; auſpicantibus, non tribunatum modo legionum, ſed & præfecturas alarum dedit. At ne quis expers caſtrorum eſſet, binos plerunq; laticlauios præpoſuit ſingulis alis. Equitum turmas frequenter recognouit, poſt longam intercapedinem reducto more tranſuectionis. Sed neq; detrahi quenquam in tranſuehendo ab accuſatore paſſus eſt, quod fieri ſolebat. & ſenio uel aliqua corporis labe inſignibus permiſit, præmiſſo in ordine equo, ad reſpondendum quoties citarentur, pedibus uenire. mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui maiores annorum quinque & triginta retinere eum nollent.

Super ſiue ſupra, pro pluſq̃

Laticlauij, lato clauo inſignes

Intercapedo, pro interuallo

Gratiam fecit reddendi equi

IMpetratiſq; à ſenatoribus decem adiutoribus, unũquenq; equitum rationem uitæ 39
reddere coegit: atq; ex improbatis alios pœna, alios ignominia notauit, plures admonitione, ſed uaria. Leuiſſimũ genus admonitionis fuit, traditio coràm pugillarium, quos taciti et ibidem ſtatim legerent. Notauitq; aliquos, quòd pecunias leuioribus uſuris mutuati, grauiore fœnore collocaſſent.

COmitijs tribunitijs ſi deeſſent candidati, ſenatores ex equitibus Romanis crea- 40
uit, ita ut poteſtate tranſacta, in utro uellent ordine manerent. Cum autem plerique equitum, attrito bellis ciuilibus patrimonio, ſpectare ludos è quatuordecim nõ auderent metu pœnæ theatralis, pronuntiauit, non teneri ea quibus ipſis parentibus'ue equeſter cenſus unquam fuiſſet. Populi Romani cenſum uicatim egit: ac ne plebs frumentationum cauſa frequentius à negotijs auocaretur, ter in annum quaternûm menſium teſſeras dare deſtinauit: ſed deſideranti conſuetudinem ueterem, conceſſit rurſus ut ſui cuiuſq; menſis acciperet. Comitiorum quoq; priſtinum ius reduxit: ac multiplici pœna coercito ambitu, Fabianis & Scaptenſibns tribulibus ſuis die comitiorum, ne quid à quoquam candidato deſiderarent, ſingula millia nummûm à ſe diuidebat. Magni præterea exiſtimans, ſyncerũ atq; ab omni colluuione peregrini ac ſeruilis ſanguinis incorruptum ſeruare populum, & ciuitatem Romanam parciſſime dedit, & manu mittendi modum terminauit. Tiberio pro cliente Græco petenti reſcripſit, non aliter ſe daturũ, quàm ſi præſens ſibi perſuaſiſſet, quàm iuſtas petendi cauſas haberet. Et Liuiæ pro quodam tributario Gallo roganti, ciuitatem negauit, immunitatẽ obtulit, affirmans, ſe facilius paſſurum fiſco detrahi aliquid, q̃ ciuitatis Romanæ uulgari hono-

rem. Seruos non contentus multis difficultatibus à libertate iuſta remouiſſe, quum & de numero & de conditione ac differentia eorum qui manumitterentur, curioſe cauiſſet; hoc quoq; adiecit, ne uinctus unquã tortus'ue quis ullo libertatis genere ciuitatem adipiſceretur. Etiam habitũ ueſtitumq; priſtinum reducere ſtuduit. Ac uiſa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus & clamitans, En, ait,

Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.

Negotium ædilibus dedit, ne quem poſthac paterentur in foro circo'ue, niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere.

41 Liberalitatem omnibus ordinibus per occaſiones frequenter exhibuit. Nam & inuecta urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummariæ rei effecit, ut fœnore diminuto, plurimũ agrorum pretijs acceſſerit: & poſtea quoties ex damnatorum bonis pecunia ſuperflueret, uſum eius gratuitum ijs qui cauere in duplum poſſent, ad certum tempus indulſit. Senatorum cenſum ampliauit, ac pro octingentorum millium ſumma duodecies H—S. taxauit, ſuppleuitq; non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, ſed diuerſæ ferè ſummæ, modo quadringenos, modo tricenos, nonnunquã ducenos quinquagenosq; nummos: ac ne minores quidem pueros præterijt, quamuis non niſi ab undecimo ætatis anno accipere conſueſſent. Frumentũ quoq; in annonæ difficultatibus ſæpe leuiſſimo, interdum nullo pretio uiritim admenſus eſt, teſſerasq; nummarias duplicauit.

42 Sed ut ſalubrem magis quàm ambitioſum principem ſcires, querẽtem de inopia & caritate uini populũ, ſeueriſsima coercuit uoce, ſatis prouiſum à genero ſuo Agrippa, perductis pluribus aquis ne homines ſitirent. Eidem populo promiſſum quidẽ congiarium repoſcenti, bonæ fidei ſe eſſe reſpondit: non promiſſum autem flagitanti, turpitudinem & impudentiam edicto exprobrauit, affirmauitq;, non daturum ſe, quamuis dare deſtinarat. Nec minore grauitate atq; cõſtantia, cum propoſito congiario multos manumiſſos, inſertosq; ciuium numero cõperiſſet, negauit accepturos quibus promiſſum non eſſet. Cæterisq; minus quàm promiſerat, dedit, ut deſtinata ſumma ſufficeret. Magna uero quondam ſterilitate ac difficili remedio, cum uenalitias & laniſtarum familias, peregrinosq; omnes, exceptis medicis & præceptoribus, partemq; ſeruitiorum urbe expuliſſet, ut tandem annona conualuit, impetum ſe cepiſſe ſcribit frumentationes publicas in perpetuũ abolendi, quòd earum fiducia cultura agrorum ceſſarat: neq; tamen perſeueraſſe, quia certum haberet, poſſe per ambitionem quandoq; reſtitui. Atq; ita poſt hanc rem temperauit, ut non minorem aratorum ac negotiantium, q̃ populi rationem deduceret.

43 Spectaculorum & aſsiduitate & uarietate atq; magnificentia omnes anteceſsit: feciſſe ludos ſe ait ſuo nomine quater: pro alijs magiſtratib. qui aut abeſſent, aut non ſufficerent, ter & uicies. Fecitq; nõnunquam uicatim, ac pluribus ſcenis per omniũ linguarum hiſtriones, non in foro modo, nec in amphitheatro, ſed in circo & in ſeptis, & aliquando nihil præter uenationem dedit. Athletas extructis in campo Martio ſedilibus ligneis, item nauale prælium circa Tiberim cauato ſolo, in quo nunc Cæſarum nemus eſt. Quibus diebus cuſtodes in urbe diſpoſuit, ne raritate remanentiũ graſſatoribus obnoxia eſſet. In circo aurigas curſoresq; & confectores ferarum, & nonnunq̃ ex nobiliſsima iuuentute produxit. Sed & Troiæ ludum edidit frequẽtiſſime, magnorum minorum'ue puerorum delectu, priſci decoriq; moris exiſtimãs, claræ ſtirpis indolem ſic noteſcere. In hoc ludicro C. Nonium Aſprenatem lapſu debilitatum, aureo torque donauit, paſſusq; eſt ipſum poſterosq; Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Aſinio Pollione oratore grauiter inuidioſeq; in curia queſto Eſernini nepotis ſui caſum, qui & ipſe crus effregerat. Ad ſcenicas quoq; & gladiatorias operas & equitibus Romanis aliquando uſus eſt: uerum prius quàm ſenatuſconſulto interdiceretur: poſtea nihil ſanè præterquam adoleſcentulũ Lucium honeſte natum exhibuit, tantum ut oſtenderet, quòd erat bipedali minor librarum ſeptemdecim, ac uocis immenſæ. Quodam autem muneris die, Parthorum obſides tunc primum miſſos, per arenam mediam ad ſpectaculum induxit, ſuperq; ſe ſubſellio ſecundo collocauit. Solebat etiam citra ſpectaculorũ dies, ſi quando quid inuſitatum dignumq; cognitu aduectum

Torques aureus, genere maſculino

ctum eſſet, id extra ordinem quolibet loco publicare, ut rhinocerotem apud ſepta, ti-
grim in ſcena, anguem quinquaginta cubitorum pro comitio. Accidit uotiuis Circen-
ſibus, ut correptus ualetudine, lectica cubans thenſas deduceret. Rurſus commiſſione
ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, euenit ut laxatis ſellæ curulis compa-
gibus caderet ſupinus. Nepotum quoq; ſuorum munere, cum cõſternatum ruinæ me-
tu populum retinere & confirmare nullo modo poſſet, tranſijt è loco ſuo, atq; in ea par
te conſedit, quæ ſuſpecta maxime erat. Spectandi confuſiſſimum ac ſolutiſſimum mo-
rem correxit ordinauitq;, motus iniuria ſenatoris, quem Puteolis per celeberrimos lu-
dos conſeſſu frequenti nemo receperat.

Facto igitur decreto patrum, ut quoties quid ſpectandum uſquam publicè edere- 44
tur, primus ſubſelliorum ordo uacaret ſenatoribus: Romæ legatos liberarũ ſocia-
rumq; gentium uetuit in orcheſtra cõſidere, cum quoſdam etiam libertini generis mit
ti deprehendiſſet. Militem ſecreuit à populo. Maritis è plebe proprios ordines aſſigna
uit, prætextatis cuneum ſuum, & proximũ pædagogis: ſanxitq;, ne quis pullatorũ me
Solenne, pro ſolitum
dia cauea ſederet. Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiſcue ſpectari ſolenne
olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſsit. Solis uirginibus Veſtalibus locum
Contra tribunal, pro è regione tribunalis
in theatro ſeparatim, & contra prætoris tribunal dedit. Athletarũ uero ſpectaculo mu
liebrem ſexum omnem adeo ſubmouit, ut pontificalibus ludis pugilum par poſtulatũ,
diſtulerit in ſequentis diei matutinum tempus, edixeritq;, mulieres ante horam quin-
tam uenire in theatrum, non placere.

Ipſe Circenſes ex amicorum ferè libertorumq; cœnaculis ſpectabat, interdum è pul- 45
uinari, & quidem cum cõiuge ac liberis ſedens. ſpectaculo plurimas horas, aliquan-
do totos dies aberat, petita uenia, cõmendatiſq; qui ſuam uicem præſidendo fungeren
tur. Verum quoties adeſſet, nihil præterea agebat: ſeu uitandi rumoris cauſa, quo pa-
trem Cæſarem uulgo reprehenſum cõmemorabat, quòd inter ſpectandum epiſtolis li-
belliſq; legendis, ac reſcribendis uacaret: ſeu ſtudio ſpectandi, ac uoluptate, qua tene-
ri ſe neq; diſsimulauit unquam, & ſæpe ingenue profeſſus eſt. Itaq; corollaria & præ-
mia, alienis quoq; muneribus ac ludis & crebra & grandia de ſuo offerebat: nulliq; græ
co certamini interfuit, quo non pro merito certantium quenq; honorauerit. Specta-
uit autem ſtudioſiſsime pugiles, & maxime latinos: non legitimos atq; ordinarios mo
do, quos etiam committere cum Græcis ſolebat, ſed & cateruarios oppidanos inter
anguſtias uicorum pugnantes temere ac ſine arte. Vniuerſum deniq; genus operas a-
liquas publico ſpectaculo præbentium, etiam cura ſua dignatus eſt. Athletis & con-
ſeruauit priuilegia & ampliauit. Gladiatores ſine miſsione edi prohibuit. Coercionem
in hiſtriones, magiſtratibus in omni tempore & loco, lege uetere permiſſam ademit,
præterquam ludos & ſcenam: nec tamen eo minus aut xyſticorũ certationes, aut gla-
diatorum pugnas ſeueriſsime ſemper exegit. Nam hiſtrionum licentiam adeo compe-
ſcuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circũtonſam matronam
miniſtraſſe compererat, per trina theatra uirgis cæſum relegauerit: Hylam pantomi-
mum, querente prætore, in atrio domus ſuæ, nemine excluſo flagellis uerberauerit: &
Pyladem urbe atq; Italia ſubmouerit, quòd ſpectatorem à quo exibilabatur, demon-
ſtraſſet digito, conſpicuumq; feciſſet.

Ad hunc modũ urbe urbaniſq; rebus adminiſtratis, Italiã duodetriginta colonia- 46
rum numero deductarũ ab ſe frequẽtauit, operibuſq; ac uectigalib. publicis plu-
Pluriſariã, pro multis modis
rifariam inſtruxit: etiam iure ac dignatione urbi quodãmodo pro parte aliqua adæqua
uit, excogitato genere ſuffragiorũ, quæ de magiſtratib. urbicis decuriones colonici in
Colonici decuriones, qui coloniarum ſunt
ſua quiſq; colonia ferrent, & ſub diem comitiorũ obſignata Romam mitterent. ac necu
bi honeſtorum deficeret copia, aut multitudinis ſoboles, equeſtrem militiam petentes
etiam ex cõmendatione publica cuiuſq; oppidi ordinabat. at ijs qui è plebe regiones ſi
bi reuiſenti, filios filias'ue approbarẽt, ſingula nummorũ millia per ſingulos diuidebat.

Prouincias ualidiores, & quas annuis magiſtratuũ imperijs regi nec facile nec tu- 47
tum erat, ipſe ſuſcepit: cæteras proconſulib. ſortitò permiſit. & tamẽ nõnullas com
mutauit interdum, atq; ex utroq; genere pleraſq; ſæpius adijt. Vrbium quaſdam fœde-
ratas, ſed ad exitiũ licentia præcipites, libertate priuauit; alias aut ære alieno laborãtes
leuauit,

leuauit, aut terræmotu ſubuerſas denuo condidit, aut merita erga populum Roma- *Latinitas, ius*
num allegantes, latinitate uel ciuitate donauit. Non eſt (ut opinor) prouincia, exce- *Latij: ut ciui-*
pta duntaxat Africa & Sardinia quam non adierit. In has fugato Sexto Pompeio traij *tas, ius urbis*
cere ex Sicilia apparantem continuæ & immodicæ tempeſtates inhibuerunt: nec mox
occaſio aut cauſa traijciendi fuit.

48 REgna quibus belli iure potitus eſt, præter pauca, aut iiſdem quibus ademerat red
didit, aut alienigenis contribuit. Reges ſocios etiam inter ſemetipſos neceſſitudi-
nibus mutuis iunxit, promptiſſimus affinitatis cuiuſq; atq; amicitiæ conciliator & fau-
tor: nec aliter uniuerſos, q̃ membra parteſq; imperij curæ habuit. Rectorem quoq; ſo-
litus apponere ætate paruis ac mente lapſis, donec adoleſcerẽt, aut reſipiſcerent: ac plu *Mente lapſi,*
rimorum liberos & educauit ſimul cum ſuis, & inſtituit. *mente capti*

49 EX militaribus copijs legiones & auxilia prouinciatim diſtribuit. Claſſem Miſeni,
& alteram Rauennę ad tutelam ſuperi & inferi maris collocauit. Certum numerũ
partim in urbis, partim in ſui cuſtodiam allegit, dimiſſa Calaguritanorũ manu, quam
uſq; ad deuictum Antonium, item Germanorum, quam uſq; ad cladem Varianam, in-
ter armigeros circa ſe habuerat. Neq; tamen unquã plures, q̃ tres cohortes in urbe eſſe *Armigeri,*
paſſus eſt, eaſq; ſine caſtris, reliquas in hyberna & æſtiua circa finitima oppida dimitte *ſatellites*
re aſſuerat. Quicquid autem ubiq; militum eſſet, ad certam ſtipendiorũ præmiorumq;
formulam aſtrinxit, definitis pro gradu cuiuſq; & temporibus militię, & cõmodis miſ-
ſionum, ne aut ætate aut inopia poſt miſſionẽ ſolicitari ad res nouas poſſent. utq; per-
petuò ac ſine difficultate ſumptus, ad tuendos eos, proſequendoſq; ſuppeteret, ærariũ
militare cum uectigalibus nouis cõſtituit. Et quo celerius ac ſub manum annuntiari co *Sub manum*
gnoſciq; poſſet quid in prouincia quaq; gereretur, iuuenes primo modicis interuallis *pro prompte*
per militares uias, dehinc uehicula diſpoſuit. cõmodius id uiſum eſt, ut qui à loco iidẽ
perferunt literas, interrogari quoq; ſi quid res exigant, poſſint.

50 IN diplomatibus libelliſq; & epiſtolis ſignãdis, initio ſphinge uſus eſt, mox imagine
Magni Alexandri, nouiſſime ſua Dioſcoridis manu ſculpta, qua ſignare inſequuti
quoq; principes perſeuerauerunt. Ad epiſtolas omnes, horarum quoq; momenta, nec
diei modo, ſed & noctis quibus datæ ſignificarentur, addebat.

51 CLementiæ ciuilitatiſq; eius multa & magna documenta ſunt. Ne enumerẽ quot
& quos diuerſarum partium uenia & incolumitate donatos, principem etiam in
ciuitate locum tenere paſſus ſit: Iunium Nouatum, & Caſſium Patauinũ è plebe homi
nes, alterum pecunia, alterum leui exilio punire ſatis habuit, cum ille Agrippę iuuenis
nomine, aſperrimam de † ſe epiſtolam in uulgus edidiſſet: hic conuiuio pleno procla- *Aſs.c.*
maſſet, neq; uotum ſibi, neq; animum deeſſe confodiendi eum. Quadam uero cognitio
ne cum Aemilio Aeliano Cordubenſi inter cætera crimina uel maxime obijceretur, q
male opinari de Cæſare ſoleret, conuerſus ad accuſatorem, commotoq; ſimilis: Velim,
inquit, hoc mihi probes: faciam ſciat Aelianus & me linguã habere, plura enim de eo
loquar. Nec quicquam ultra, aut ſtatim, aut poſtea inquiſiuit. Tiberio quoq; de eadem
re ſedulò uiolentius apud ſe per epiſtolam conquerenti, ita reſcripſit: Aetati tuæ, mi Ti
beri, noli in hac re indulgere, & nimium indignari, quenquam eſſe qui de me male lo-
quatur. Satis eſt enim ſi hoc habemus, ne quis nobis male facere poſſit.

52 TEmpla quamuis ſciret etiam proconſulibus decerni ſolere, in nulla tamen prouin
cia, niſi cõmuni ſuo Romæq; nomine recepit. Nam in urbe quidem pertinaciſſi-
me abſtinuit hoc honore, atq; etiã argenteas ſtatuas olim ſibi poſitas conflauit omnes,
ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit. Dictaturam magna ui offeren
te populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore, deprecatus eſt.

53 DOmini appellationem, ut maledictũ & opprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpe
ctante eo ludos, pronunciatum eſſet à mimo, ó dominum æquum & bonum: &
uniuerſi quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaſſent, ſtatim manu uultuq; indeco-
ras adulationes repreſſit, & inſequenti die grauiſſime corripuit edicto: dominumq; ſe *Corripuit, pro*
poſthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus ſuis, uel ſerio, uel ioco paſſus eſt: *caſtigauit*
atq; huiuſmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit. Non temere urbe oppido'ue ul-
lo egreſſus, aut quóquam ingreſſus eſt, niſi ueſpere, aut noctu, ne quem officij cauſa in-

Inquietare, pro moleſtum eſſe

quietaret. In conſulatu pedibus ferè, extra conſulatū ſæpe adoperta ſella per publicum inceſsit. Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntiū deſideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quòd ſic ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem. Die ſenatus nunquam patres niſi in curia ſalutauit, & quidem ſedentes, ac nominatim ſingulos nullo ſubmonente: & diſcedens eo modo ſedentibus ſingulis uale dicebat. Officia cum multis mutuo exercuit, nec prius dies cuiuſq; ſolennes frequentare deſijt, quàm grandior iam natu, & in turba quondam ſponſaliorum die uexatus. Gallum Terrinium ſenatorem minus ſibi familiarem, ſed captum repente oculis, & ob id inedia mori deſtinantē, præſens conſolando reuocauit ad uitam.

Frequentare dies

Sponſaliorum dies, ut ſaturnaliorum

54 IN ſenatu uerba facienti dictum eſt, non intellexi: & ab alio, contradicerem tibi ſi locum haberē. Interdum ob immodicas altercationes diſcrepātium è curia per iram ſe proripienti quidam ingeſſerunt, licere oportere ſenatoribus de repub. loqui. Antiſtius Labeo ſenatus lectione cum triumuirū legeret, M. Lepidum hoſtem olim eius, & tunc exulantem legit: interrogatusq; ab eo an eſſent alij digniores, ſuum quenq; iudiciū habere reſpondit. Nec ideo libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit.

Requirere autores, pro exigere, ſiue poſcere

55 ETiā ſparſos de ſe in curia famoſos libellos, nec expauit, & magna cura redarguit. Ac ne requiſitis quidem autoribus id modo cenſuit, cognoſcendū poſthac de ijs qui libellos aut carmina ad infamiam cuiuſpiam ſub alieno nomine edant.

56 IOcis quoq; quorundam inuidioſis aut petulantibus laceſsitus, cōtradixit edicto. Et tamen de inhibenda teſtamentorum licentia, ne ſenatus quicquam conſtitueret, interceſſit. Quoties magiſtratuū comitijs intereſſet, tribus cum candidatis ſuis circuibat, ſupplicabatq; more ſolenni. Ferebat & ipſe ſuffragium in tribu, ut unus è populo. Teſtem ſe in iudicijs & interrogari, & refelli æquiſsimo animo patiebatur. Forum anguſtius fecit, non auſus extorquere poſſeſſoribus proximas domos. Nunquam filios ſuos populo cōmendauit, ut non adijceret, ſi merebuntur. Eiſdem prætextatis adhuc aſſurrectum ab uniuerſis in theatro, & à ſtantibus plauſum, grauiſsime queſtus eſt. Amicos ita magnos & potentes in ciuitate eſſe uoluit, ut tamen pari iure eſſent, quo cæteri, legibusq; iudiciarijs æquè tenerentur. Cum Aſprenas Nonius arctius ei iunctus, cauſam ueneficij accuſante Caſsio Seuero diceret, conſuluit ſenatum quid officij ſui putaret. cunctari enim ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum: ſin deeſſet, deſtituere ac prædamnare amicum exiſtimaretur. Et conſentientib. uniuerſis, ſedit in ſubſellijs per aliquot horas, uerum tacitus, ac ne laudatione quidem iudiciali data. Affuit & clientibus, ſicut ſcutario cuidam, euocato quondam ſuo, qui poſtulabatur iniuriarum. Vnum omnino è reorum numero, ac ne eum quidem niſi precibus eripuit, exorato coram iudicib. accuſatore, Caſtricium, per quem de coniuratione Murenæ cognouerat.

Vt non adijceret, pro niſi adijceret

Aſſurrectū eſt impersonaliter

Supereſſe, pro adeſſe, hoc eſt, patrocinari

57 PRo quibus meritis quantopere dilectus ſit, facile eſt æſtimare. Omitto ſenatuſconſulta quæ poſſunt uideri, uel neceſsitate expreſſa, uel uerecundia. Equites Romani natalem eius ſponte atq; conſenſu biduo ſemper celebrarunt. Omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex uoto pro ſalute eius ſtipem iaciebant. Item Calendis Ianuarijs ſtrenam in Capitolio etiam abſenti: ex qua ſumma, pretioſiſsima deorum ſimulacra mercatus, uicatim dedicabat, ut Apollinem ſandaliariū, & Iouem tragœdū, aliaq;. In reſtitutionem Palatinæ domus incendio abſumptæ, ueterani, decuriæ, tribus, atq; etiam ſingulatim è cætero genere hominum, libentes ac pro facultate quiſq; pecunias contulerunt, delibante tantūmodo eo ſummarum aceruos, neq; ex quoquam plus denario auferente. Reuertentem ex prouincia, non ſolum fauſtis ominibus, ſed & modulatis carminibus proſequebantur. Obſeruatum etiam eſt, ne quoties introiret urbem, ſupplicium de quoquam ſumeretur.

58 PAtris patriæ cognomen uniuerſi repentino maximoq; conſenſu detulerunt ei: prima plebs legatione Antiū miſſa, dein quia nō recipiebat ineunti Romæ ſpectacula frequens, & laureata: mox in curia ſenatus, neq; decreto, neq; acclamatione, ſed per Valeriū Meſſalam id mandantib. cūctis: Quod bonū, inquit, fauſtumq; ſit tibi domuiq; tuæ, Cæſar Auguſte (Sic enim nos perpetuam felicitatem reipub. & læta huic precari exiſtimamus) ſenatus te cōſentiens cum populo Romano, cōſalutat patriæ patrem. Cui lachrymās reſpōdit Auguſtus his uerbis (ipſa enim ſicut Meſſalæ poſui) Compos

factus

factus uotorum meorum, patres C. quid habeo aliud deos immortales precari, quàm ut hunc conſenſum ueſtrum ad ultimum uitæ finem mihi perferre liceat?

Habeo precari, pro habeo quod precer

59 MEdico Antonio Muſæ, cuius opera ex ancipiti morbo conualuerat, ſtatuã, ære collato, iuxta ſignũ Aeſculapij ſtatuerunt. Nonnulli patrumfamiliarũ teſtamento cauerunt, ut ab hæredibus ſuis prælato uictimæ titulo in Capitoliũ ducerẽtur, uotumq́ pro ſe ſolueretur, quòd ſuperſtitem Auguſtum reliquiſſent. Quædam Italiæ ciuitates diem quo primum ad ſe ueniſſet, initium anni fecerunt. Prouinciarum pleræq́ ſuper templa & aras, ludos quoq́ quinquennales penè oppidatim conſtituerunt.

60 REges amici atq́ ſocij, & ſinguli in ſuo quiſq́ regno Cæſareas urbes condiderunt, & cuncti ſimul ædem Iouis Olympici Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi ſumptu deſtinauerunt, genioq́ eius dedicare: ac ſæpe regnis relictis, nõ Romæ modo, ſed prouincias peragranti quotidiana officia togati, ac ſine regio inſigni, more clientium præſtiterunt.

61 QVoniam qualis in imperijs ac magiſtratibus, regendaq́ per terrarum orbem pace belloq́ repub. fuerit, expoſui: referam nunc interiorem ac familiarem eius uitam, quibusq́ moribus atq́ fortuna domi, & inter ſuos egerit, à iuuenta uſq́ ad ſupremum uitæ diem. Matrem amiſit in primo conſulatu, ſororem Octauiam quinquageſimum & quartum agens ætatis annum. Vtriq́ cum præcipua officia uiuæ præſtitiſſet, etiam defunctæ honores maximos tribuit.

62 SPonſam habuerat adoleſcens P. Seruilij Iſaurici filiam, ſed reconciliatus poſt primam diſcordiam Antonio, expoſtulantibus utriuſq́ militibus, ut neceſsitudine aliqua iungeretur, priuignam eius, Claudiam Fuluiæ ex P. Clodio filiam duxit uxorem uixdum nubilem. Ac ſimultate cum Fuluia ſocru exorta, dimiſit intactã adhuc & uirginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam antè duobus cõſularibus, & ex altero etiam matrem. Cum hac etiam diuortium fecit, pertæſus, ut ſcribit, morum peruerſitatem eius: ac ſtatim Liuiam Druſillam matrimonio Tiberij Neronis, & quidem prægnantem abduxit, dilexitq́ ac probauit unice ac perſeueranter.

63 EX Scribonia Iuliam, ex Liuia nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus eſt editus. Iuliam primum Marcello Octauiæ ſororis ſuæ filio, tantumq́ pueritiã egreſſo, deinde ut is obijt, Marco Agrippæ nuptui dedit, exorata ſorore, ut ſibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarũ habebat, & ex ea liberos. Hoc quoq́ defuncto, multis ac diu etiam ex equeſtri ordine circunſpectis conditionibus, Tiberium priuignũ ſuum elegit, coegitq́ prægnantẽ uxorem, & ex qua iam pater erat, dimittere. M. Antonius ſcribit, primum eũm Antonio filio ſuo deſpondiſſe Iuliam, dein Cotiſoni Getarum regi, quo tempore ſibi quoq́ inuicem filiam regis in matrimonium petijſſet.

al. nuptum

64 NEpotes ex Agrippa & Iulia tres habuit, Caium, Lucium, & Agrippam: neptes duas, Iuliam & Agrippinam. Iuliam L. Paulo cẽſoris filio, Agrippinam Germanico uxoris ſuæ nepoti collocauit. Caium & Lucium adoptauit domi, per aſſem & libram emptos à patre Agrippa, tenerosq́ adhuc ad curam reip. admouit, & conſules deſignatos circum prouincias exercitusq́ dimiſit. Filiam & neptes ita inſtituit, ut etiam lanificio aſſueſaceret, uetaretq́ loqui aut agere quicquam, niſi propalàm, & quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorũ quidem cœtu adeo prohibuit, ut L. Vinicio claro decoroq́ iuueni ſcripſerit, quondam parum modeſte feciſſe eum, quòd filiam ſuam Baias ſalutatũ ueniſſet. Nepotes & literas & natare, aliaq́ rudimenta per ſe plerunq́ docuit, ac nihil æque laborauit, quàm ut imitarentur chirographum ſuum. Neq́ cœnauit unà, niſi ut in imo lecto aſsiderent: neq́ iter fecit, niſi ut uehiculo anteirent, aut circa adequitarent.

Aeque quàm, pro æquè atq́;

65 SEd lætum eum atq́ fidentem & ſobole & diſciplina domus, fortuna deſtituit. Iulias filiam & neptem omnibus probris cõtaminatas relegauit. Caium & Luciũ in duodeuiginti menſium ſpatio amiſit ambos, Caio in Lycia, Lucio Maſsiliæ defunctis. Tertium nepotem Agrippam, ſimulq́ priuignum Tiberium adoptauit in foro, lege curiata: ex quibus Agrippam breui ob ingenium ſordidum ac ferox abdicauit, ſepoſuitq́ Surrentum. Aliquanto autem patientius mortem, quàm dedecora ſuorum tulit.

Nam Caij Lucijq; caſu non adeo fractus, de filia abſens ac libello per quæſtorem reci- *Notũ fecit, pro* tato, notum ſenatui fecit, abſtinuitq; congreſſu hominum diu præ pudore, etiam de nè *ſignificauit,* canda deliberauit. Certe cum ſub idem tẽpus una ex conſcijs liberta Phœbe nomine, *ἐδήλωσε* ſuſpendio uitã finiſſet, maluiſſe ſe ait Phœbes patrem fuiſſe. Relegatæ uſum uini omnemq; delicatiorem cultum ademit, neq; adiri à quoquam libero ſeruoq;, niſi ſe cõſulto permiſit: & ita ut certior fieret, qua is ætate, qua ſtatura, quo colore eſſet, etiam quibus corporis notis uel cicatricibus. Poſt quinquennium demum ex inſula in continentem lenioribusq; paulo conditionibus tranſtulit eam. Nam ut omnino reuocaret, exorari nullo modo potuit. Deprecanti ſæpe populo Romano, & pertinacius inſtanti, tales filias talesq; coniuges pro concione imprecatus eſt. Ex nepte Iulia poſt damnationem editum infantẽ agnoſci aliq; uetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, imò in dies *Trãſportauit,* amentiorem in inſulam tranſportauit, ſepſitq; inſuper cuſtodia militũ. Cauit etiam ſe- *pro deportauit* natuſconſulto, ut eodem loco in perpetuum contineretur: atq; ad omnem & eius & Iuliarum mentionem ingemiſcens, proclamare etiam ſolebat:

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τε μένειν, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.

nec aliter eas appellare, quàm treis uomicas, aut tria carcinomata ſua.

AMicitias neq; facile admiſit, & cõſtantiſsime retinuit: & nõ tantũ uirtutes ac merita cuiuſq; dignè proſecutus, ſed uitia quoq; & delicta dũtaxat modica perpeſſus. Neq; eñ temere ex omni numero in amicitia eius afflicti reperirent̃, præter Saluidienũ Rufum, quẽ ad cõſulatũ uſq;, & Corneliũ Gallum, quẽ ad præfecturã Aegypti, ex infima utrũq; fortuna, prouexerat: quorũ alterũ res nouas molientẽ, damnandum ſenatui tradidit: alteri ob ingratum & maleuolum animũ, domo & prouincijs ſuis interdixit. Sed Gallo quoq; & accuſatorum denuntiationibus & ſenatuſconſultis ad necem compulſo, laudauit quidem pietatem tantopere pro ſe indignantium: cæterum & illachrymauit, & uicem ſuam conqueſtus eſt, quòd ſibi ſoli nõ liceret amicis quatenus uellet iraſci. Reliqui potentia atq; opibus ad finem uitæ ſui quiſq; ordinis principes floruerunt, quanquã & offenſis interueniẽtibus. Deſiderauit enim nonnunquam, ne de pluribus referam, & M. Agrippæ patientiam, & Mecœnatis taciturnitatem: cum ille ex leui rigoris ſuſpicione, et quòd Marcellus ſibi anteferretur, Mitylenas ſe, relictis omnibus contuliſſet: & hic ſecretũ de comperta Murenæ coniuratione, uxori Terentiæ prodidiſſet. Exegit & ipſe inuicẽ ab amicis beneuolentiam mutuam, tam à defunctis q̃ à uiuis. Nam quamuis minime appeteret hæreditates, ut qui nunq; ex ignoti teſtamento capere quicq; ſuſtinuerit: amicorũ tamen ſuprema iudicia moroſiſsime penſitauit: neq; dolore diſsimulato, ſi parcius aut citra honorẽ uerborũ: neq; gaudio, ſi gratè pieq; quis ſe proſecutus fuiſſet. Legata uel partes hæreditatũ, & à quibuſcunq; parentibus relicta ſibi, aut ſtatim liberis eorum concedere: aut ſi pupillari ætate eſſent, die uirilis togæ, uel nuptiarum, cum incremento reſtituere conſueuerat. 66

PAtronus dominuſq; non minus ſeuerus quàm facilis & clemens. Multos libertorũm in honore & uſu maximo habuit: ut Licinium Enceladum, aliosq;. Coſmum *Non ultra q̃ cõ* ſeruum grauiſsimè de ſe opinantem, non ultra quàm compedibus coercuit. Diome- *pedib. coercuit,* dem diſpenſatorem, à quo ſimul ambulante, incurrenti repente fero apro per metum *pro tantum cõ* obiectus eſt, maluit timiditatis arguere, quàm noxæ: remq; non minimi periculi, quia *pedibus* tamen fraus aberat, in iocum uertit. Idem Proculum ex acceptiſsimis libertis mori coegit, compertum adulterare matronas. Thallo à manu, quòd pro epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet, crura effregit. Pædagogum miniſtroſq; Caij filij, per occaſionẽ ualetudinis mortiſq; eius ſuperbè auareq; in prouincia graſſantes, oneratis graui pondere ceruicibus, præcipitauit in flumen. 67

PRima iuuenta uariorum dedecorũ infamiam ſubijt. Sex. Pompeius eum ut effœminatum inſectatus eſt: M. Antonius adoptionem auũculi ſtupro meritum. Item Lucius Marci frater, quaſi pudicitiam delibatam à Cæſare, Aulo etiam Hircio in Hiſpania CCC. milibus nummûm ſubſtrauerit: ſolituſq; ſit crura ſuburere nuce ardenti, quo mollior pilus ſurgeret. Sed & populus quondam uniuerſus ludorum die, & accepit in contumeliam eius, & aſſenſu maximo comprobauit uerſum in ſcena pronunciatum de Gallo Matris deûm tympanizante: 68

Vides

Vidéſne ut cinædus orbem digito temperat?

69 ADulteria quidem exercuiſſe, ne amici quidem negant, excuſantes ſanè non libidine, ſed ratione commiſſa, quo facilius conſilia aduerſariorum per cuiuſq; mulieres exquireret. M. Antonius ſuper feſtinatas Liuiæ nuptias obiecit, & fœminā conſularem è triclinio uiri corâm in cubiculum abductam, rurſus in conuiuium rubentibus auriculis, incomptiore capillo reductam: & dimiſſam Scriboniā, quia liberius doluiſſet nimiam potentiam pellicis: & conditiones quæſitas per amicos, qui matresfamiliâs & adultas ætate uirgines denudarent atq; perſpicerent, tanquam Thoranio mangone uendente. Scribit etiam ad ipſum hoc familiariter adhuc, necdum plenè inimicus aut hoſtis: Quid te mutauit? quòd reginam ineo? uxor mea eſt. Nunc cœpi, an abhinc annos nouem? tu deinde ſolam Druſillam inis? ita ualeas uti tu hanc epiſtolam cum leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, aut Ruffillam, aut Saluiam Citiſceniam, aut omnes. An ne refert, ubi, & in qua arrigas?

70 COena quoq; eius ſecretior in fabulis fuit, quæ uulgo δωδεκάθεος uocabatur, in qua deorum dearumq; habitu diſcubuiſſe conuiuas, & ipſum pro Apolline ornatum, non Antonij modo epiſtolæ ſingulorum nomina amariſsimè annumerantis exprobrant, ſed & ſine autore notiſsimi uerſus:

In fabulis eſſe, pro, traduci ſermone hominū.

Cum primum iſtorum conduxit menſa choragum,
  Sexq; deos uidit Mallia, ſexq; deas.
Impia dum Phœbi Cæſar mendacia ludit,
  Dum noua diuorum cœnat adulteria,
Omnia ſe à terris tunc numina declinarunt,
  Fugit & auratos Iuppiter ipſe thronos.

Auxit cœnæ rumorē ſumma tunc in ciuitate penuria ac fames. Acclamatumq; eſt poſtridie, frumentū omne deos comediſſe: & Cæſarem planè eſſe Apollinem, ſed & tortorem, quo cognomine is deus quadam in parte urbis colebatur.

71 NOtatus eſt & ut pretioſæ ſupellectilis Corinthiorūq; præcupidus, & aleæ indulgens. Nam & proſcriptionis tempore ad ſtatuam eius aſcriptum eſt:

Pater argentarius, ego Corinthiarius:

cum exiſtimaretur quoſdam propter uaſa Corinthia inter proſcriptos curaſſe referendos. & deinde bello Sicilienſi epigramma uulgatum eſt:

Poſtquam bis claſſe uictus naues perdidit,
Aliquando ut uincat, ludit aſsiduè aleam.

Ex quibus ſiue criminibus, ſiue maledictis infamiā impudicitiæ facillime refutauit, & præſentis & poſteræ uitæ caſtitate. Item lautitiarū inuidiā, cum & Alexandria capta nihil ſibi præter unū myrrhinū calicē ex inſtrumēto regio retinuerit, & mox uaſa aurea aſsiduiſsimi uſus cōflauerit omnia. Circa libidines hæſit, poſtea quoq; (ut ferūt) ad uitiandas uirgines prōptior, quæ ſibi undiq; etiā ab uxore cōquirerentur. Aleæ rumorē nullo modo expauit, luſitq; ſimpliciter & palàm oblectamenti cauſa etiā ſenex, ac præterq; Decēbri menſe, alijs quoq; feſtis profeſtiſq; diebus: nec id dubiū eſt, autographa quadā epiſtola: Cœnaui (ait) mi Tiberi, cū ijſdem. Acceſſerūt cōuiuæ Vinitius, & Siluius pater. Inter cœnā luſimus γεροντικῶς & heri & hodie. Talis em̄ iactatis, ut quiſq; canem aut ſenionē miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in mediū conferebat: quos tollebat uniuerſos, qui Venerē iecerat. Et rurſus alijs literis: Nos mi Tiberi, quinquatrijs ſatis iucūdè egimus. Luſimus enim per omnes dies, forumq; aleatoriū calfecimus. Frater tuus magnis clamorib. rem geſsit. Ad ſummā tamē perdidit nō multū, ſed ex magnis detrimentis præter ſpem paulatim retractus eſt. Ego perdidi uiginti milia nummûm meo nomine, ſed cum effuſè in luſu liberalis fuiſſem, ut ſoleo plerunq;. Nam ſi quas manus remiſi cuiq; exegiſſem, aut retinuiſſem quod cuiq; donaui, uiciſſem uel L. milia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad cæleſtem gloriam efferet. Scribit ad filiam: Miſi tibi denarios CCL. quos ſingulis conuiuis dederam, ſi uellent inter ſe inter cœnam uel talis, uel par impar ludere.

72 IN cæteris partibus uitæ cōtinentiſsimū fuiſſe conſtat, ac ſine ſuſpicione ullius uitij. Habitauit primo iuxta Romanū forū ſupra ſcalas annularias, in domo quæ Calui orato-

oratoris fuerat:poſtea in palatio,ſed nihilo minus ædib. modicis Hortẽſianis, & neq;
laxitate,neq; cultu cõſpicuis:ut in quibus porticus breues eſſent Albanarũ columna-
rum,& ſine marmore ullo,aut inſigni pauimẽto cõclauia. Ac per annos amplius XL.

Hyemare, pro affligi incõmodo hyemis, qđ perperã interpretatus eſt Beroaldus.

eodem cubiculo hyeme & æſtate manſit,quãuis parũ ſalubrẽ ualetudini ſuæ urbẽ hye
me experiretur,aſsidueq; in urbe hyemaret. Si quãdo quid ſecreto, aut ſine interpella
tione agere propoſuiſſet,erat illi locus in edito ſingularis, quẽ Syracuſas & τεχνόφυον
uocabat. Huc tranſibat, aut in alicuius libertinorũ ſuburbanum. Aeger autẽ in domo
Mecœnatis cubabat. Ex ſeceſsibus præcipuè frequentauit maritima inſulasq; Campa

Grauabatur operoſa prætoria, pro faſtidiebat ac moleſte ferebat.

Notabiles uetuſtate, ac raritate res, nobiles dixit in bonam partem.

niæ,aut proxima urbi oppida,Lanuuiũ,Præneſte,Tibur,ubi etiã in porticibus Hercu
lis tẽpli perſæpe ius dixit. Ampla & operoſa prætoria grauabatur, & neptis quidẽ ſuæ
Iuliæ profuſe ab ea extructa etiã diruit ad ſolum. Sua uero quãuis modica,nõ tam ſta-
tuarum tabularumq; pictarum ornatu, q̃ xyſtis & nemoribus excoluit, rebusq; uetu-
ſtate ac raritate notabilibus,qualia ſunt Capreis immaniũ beluarũ ferarumq; membra
prægrandia, quæ dicuntur gigantum oſſa,& arma heroum.

INſtrumenti eius & ſupellectilis parſimonia apparet etiam nunc,reſiduis lectis atq; 73
menſis,quorũ pleraq; uix priuatæ elegantiæ ſint. Ne thoro quidẽ cubuiſſe aiũt,niſi
humili,& modice inſtrato. Veſte non temere alia q̃ domeſtica uſus eſt, ab uxore & ſo
rore & filia neptibusq; cõfecta:togis neq; reſtrictis neq; ſuſis:clauo nec lato,nec angu
ſto:calciamẽtis altiuſculis, ut procerior q̃ erat uideretur. Et forenſia autem & calceos
nunquam non intra cubiculum habuit,ad ſubitos repentinosq; caſus parata.

COnuiuabatur aſsidue, nec unquam niſi recta, non ſine magno ordinum homi- 74
numq; delectu. Valerius Meſſala tradit, neminem unquam libertinorum adhi-
bitum ab eo cœnæ, excepto Mena, ſed aſſerto in ingenuitatem poſt proditam Sexti
Pompeij claſſem. ipſe ſcribit inuitaſſe ſe quendam, in cuius uilla maneret, qui ſpicula-
tor ſuus olim fuiſſet. Conuiuia nonnũquam & ſerius inibat, & maturius relinquebat,
cum conuiuæ & cœnare inciperent priuſquam ille diſcũberet, & permanerent digreſ-
ſo eo. Cœnam ternis ferculis, aut, cum abundantiſsime,ſenis præbebat, ut non nimio

Communio ſermonis pro communi confabulatione

ſumptu, ita ſumma comitate. Nam & ad communionem ſermõis tacentes, uel ſubmiſ-
ſim fabulantes prouocabat,& aut acroamata & hiſtriones, aut etiam triuiales ex circo
ludios interponebat, ac frequentiſsime aretalogos.

FEſtos & ſolennes dies profuſiſsime,nonnunq; ioculariter tantũ celebrabat. Satur 75
nalibus, & ſi quãdo aliàs libuiſſet, modo munera diuidebat,ueſtem,& aurũ,& ar-
gentũ:modo nũmos omnis notæ, etiam ueteres regios, ac peregrinos, interdum nihil
præter cilicia & ſpongias,& rutabula, & forpices, atq; alia id genus titulis obſcuris &
ambiguis. Solebat & inæqualiſsimarum rerum ſortes, & auerſas tabularũ picturas in
conuiuio uenditare,incertoq; caſu ſpem mercantiũ uel fruſtrari,uel explere, ita ut per

Cõmunicare lucrũ,pro cõmune facere

Ficos biferas noue dixit, pro fructu arboris biferæ

ſingulos lectos licitatio fieret,& ſeu iactura,ſeu lucrum communicaretur.

CIbi(nam ne hoc quidem omiſerim)minimi erat,atq; uulgaris ferè. Secundarium 76
panem,& piſciculos minutos, & caſeum bubulum manu preſſum, & ficos uiri-
des biferas maxime appetebat. Veſcebaturq; & ante cœnam quocunq; tempore, & lo
co quo ſtomachus deſideraſſet. Verba ipſius ex epiſtolis ſunt: Nos in eſſedo panem &
palmulas guſtauimus. Et iterum: Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam
cum paucis acinis uuæ duracinæ comedi. Et rurſus: Ne Iudęus quidem mi Tiberi, tam
diligenter ſabbatis ieiunium ſeruat, quàm ego hodie ſeruaui, qui in balneo demũ poſt

Buccea pro bolo

Manducare pro edere

horam primam noctis duas bucceas manducaui, prius quàm ungi inciperem. Ex hac
obſeruantia nonnunquam uel ante initum, uel poſt dimiſſum conuiuium ſolus cœni-
tabat, cum pleno conuiuio nihil tangeret.

VIni quoq; natura parciſsimus erat. Non amplius ter bibere eum ſolitũ ſuper cœ 77
nã in caſtris apud Mutinã, Cornelius Nepos tradit. Poſtea quoties largiſsime ſe

Inuitauit ſe largiter, pro multum bibit

inuitaret, ſenos ſextãtes nõ exceſsit:aut ſi exceſsiſſet, reijciebat. Et maxime delectatus
eſt Rhetico, neq; temere interdiu bibit. Pro potiõe ſumebat perfuſum aqua frigida pa
nẽ, aut cucumeris fruſtũ, uel lactuculę thyrſũ, aut recẽs aridũ ue pomũ ſucci uinoſioris.

Lecticula lucubratoria

POſt cibum meridianum, ita ut ueſtitus calciatusq; erat, retectis pedibus pauliſper 78
conquieſcebat, oppoſita ad oculos manu. A cœna ſe in lecticulam lucubratoriam
recipie-

recipiebat: ibi donec reſidua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima parte conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde tranſgreſſus: non amplius cum plurimum quàm ſeptem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas, ſed ut in illo temporis ſpatio ter aut quater expergiſceretur. Si interruptum ſomnũ recuperare (ut euenit) non poſſet, lectoribus aut fabulatoribus accerſitis, reſumebat producebatq; ultra primam ſepe lucem. Nec in tenebris uigilauit unquam, niſi aſsidente aliquo. Matutina uigilia offendebatur: ac ſi uel officij, uel ſacri cauſa maturius uigilandum eſſet, ne id contra commodum faceret, in proximo cuiuſcũq; domeſticorum cœnaculo manebat. Sic quoq; ſæpe indigens ſomni, & dum per uicos deportaretur, & depoſita lectica inter aliquas moras condormiebat.

Cum plurimũ, pro, ad ſummũ

Prima lux, ſummũ diluculum

79 FOrma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus uenuſtiſsima; quanq; & omnis lenocinij negligens, & in capite comendo tam incurioſus, ut raptim compluribus ſimul tonſoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam: eoq; ipſo tempore aut legeret aliquid, aut etiam ſcriberet. Vultu erat, uel in ſermone, uel tacitus, adeo tranquillo ſerenoq;, ut quidam è primoribus Galliarũ confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitũ ac remollitũ, quo minus ut deſtinarat, in tranſitu Alpiũ per ſimulationem colloquij propius admiſſus, in præcipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos, quibus etiam exiſtimari uolebat ineſſe quiddam diuini uigoris: gaudebatq; ſi quis ſibi acrius contuenti, quaſi ad fulgorem ſolis uultum ſubmitteret. ſed in ſenecta ſiniſtro minus uidit. Dentes raros, & exiguos, & ſcabros. Capillum leuiter inflexum, & ſufflauum, ſupercilia coniuncta, mediocres aures, naſum & à ſummo eminẽtiorẽ, & ab imo deductiorem. Colorem inter aquilum candidumq;, ſtaturam breuem, quam tamen Iulius Marathus libertus etiam in memoriam eius quinq; pedum & dodrantis fuiſſe tradit, ſed quæ commoditate & æquitate membrorum occuleretur, ut non niſi ex comparatione aſtantis alicuius procerioris intelligi poſſet.

Tondere barbã

Radere barbã

Remollitus, ex uetuſto exẽplari, pro placatus

80 COrpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus atq; aluum genitiuis notis in modum & ordinẽ ac numerum ſtellarũ cæleſtis urſæ: ſed & callis quibuſdam ex prurigine corporis, aſsiduoq; & uehementi ſtrigilis uſu, pluriſariam † cõtractis, ad impetiginis formã. Coxendice & femore & crure ſiniſtro non perinde ualebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret: ſed remedio arenarum atq; arundinũ confirmabatur. Dextræ quoq; manus digitum ſalutarem, tam imbecillum interdum ſentiebat, ut torpentem contractumq; frigore, uix cornei circuli ſupplemento ſcripturę admoueret. Queſtus eſt & de ueſica, cuius dolore calculis demum per urinam eiectis leuabatur.

Genitiuæ notæ

al. concretis

81 GRaues & periculoſas ualetudines per omnem uitam aliquot expertus eſt, præcipue Cantabria domita: cum etiam diſtillationibus iecinore uitiato, ad deſperationem redactus, contrariam & ancipitem rationem medendi neceſſario ſubijt: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, autore Antonio Muſa. Quaſdam & anniuerſarias, ac tempore certo recurrentes experiebatur. Nam ſub natalem ſuum plerunq; languebat, & initio ueris præcordiorum inflatione tentabatur, auſtrinis autem tempeſtatibus grauedine. Quare quaſſato corpore, neq; frigora, neq; æſtus facile tolerabat.

82 HYeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo, & fœminalibus, & tibialibus muniebatur: Aeſtate apertis cubiculi foribus, ac ſæpe in periſtylio ſaliente aqua, atq; etiam uentilante aliquo cubabat. Solis uero ne hyberni quidẽ patiens, domi quoq; non niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur. Itinera lectica, & noctibus ferè, eaq; lenta ac minuta faciebat, ut Præneſte uel Tibur biduo procederet: ac ſi quò peruenire mari poſſet, potius nauigabat. Verũ tantam infirmitatẽ magna cura tuebatur, in primis lauandi raritate. Vngebatur etiam ſæpius, ſudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua, uel ſole multo † calefacta. At quoties neruorũ cauſa, marinis Albuliſq; calidis utendum eſſet, cõtentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, quod ipſe Hiſpanico uerbo duretam uocabat, manus ac pedes alternis iactaret.

al. tepefacta

83 EXercitationes campeſtres equorũ & armorum ſtatim poſt ciuilia bella omiſit, & ad pilã primo folliculumq; tranſiit: mox nihil aliud quàm uectabatur, & deambulabat, ita ut in extremis ſpatijs ſubſultim decurreret † ſeſtertio uel lodicula inuolutus.

Seſticula

Animi

Ocellatis Animi laxandi cauſa, modo piſcabat̃ hamo, modo talis, aut oſcillatis nucibusq; lude-
bat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undiq; conquirebat, præci
pue Mauros & Syros. Nam pumilios, atq; diſtortos, & omnis generis eiuſdem, ut lu-
dibria naturæ, maliq; ominis abhorrebat.

ELoquentiam ſtudiaq; liberalia ab ætate prima cupide & laborioſiſsime exercuit. 84
Mutinenſi bello in tanta mole rerū, & legiſſe, & ſcripſiſſe, & declamaſſe quotidie
traditur. Nam deinceps, neq; in ſenatu, neq; apud populum, neq; apud milites locutus
eſt unq̃, niſi meditata & cōpoſita oratione, quãuis non deficeret ad ſubita extempora
li facultate. Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediſcendo tempus abſumeret, in-
ſtituit recitare omnia. Sermones quoq; cum ſingulis, atq; etiam cum Liuia ſua grauio
res, non niſi in ſcriptis, & è libello habebat, ne plus minusúe loqueretur ex tempore.
Pronunciabat dulci & proprio quodam oris ſono, dabatq; aſsidue phonaſco operam:
ſed nonnunq̃ infirmatis faucibus, præconis uoce ad populum concionatus eſt.

MVlta uarij generis proſa oratione compoſuit: ex quibus nonnulla in cœtu fami- 85
liarium, uelut in auditorio, recitauit: ſicut reſcripta Bruto de Catone. Quæ uo-
lumina cum iam ſenior ex magna parte legiſſet, fatigatus Tiberio tradidit perlegēda.
Item hortationes ad philoſophiam, & aliqua de uita ſua, quam tredecim libris Canta-
brico tenus bello, nec ultra expoſuit. Poeticā ſummatim attigit. Vnus liber extat ſcri-
ptus ab eo hexametris uerſibus, cuius & argumentum & titulus eſt, Sicilia. Extat alter
æquè modicus Epigrammatum, quæ ferè tempore balnei meditabatur. Nam tragœ-
diā magno impetu exorſus, nō ſuccedente ſtilo aboleuit: quærentibusq; amicis quid-
nam Aiax ageret, reſpondit, Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe.

GEnus eloquendi ſecutus eſt elegans & temperatū, uitatis ſententiarū ineptijs, atq; 86
inconcinnitate, & reconditorum uerborū, ut ipſe dicit, fœtoribus. Præcipuamq;
curam duxit, ſenſum animi q̃ apertiſsime exprimere. Quod quo facilius efficeret, aut
necubi lectorē uel auditorē obturbaret ac moraretur, neq; præpoſitiones uerbis adde-
re, neq; coniunctiones ſæpius iterare dubitauit, quæ detractæ afferunt aliquid obſcuri
tatis, etſi gratiā augent. Cacozelos & antiquarios, ut diuerſo genere uitioſos, pari faſti
dio ſpreuit. Exagitabat nonnunq̃ in primis Mecœnatem ſuum, cuius myrobrecheis
(ut ait) cincinnos uſquequaq; perſequitur, & imitando per iocum irridet. Sed nec Ti-
berio parcit, & exoletas interdum & reconditas uoces aucupanti. Marcū quidem An
tonium ut inſanum increpat, quaſi ea ſcribentem, quæ mirētur potius homines quàm
intelligant. Deinde ludens malum & inconſtans in eligendo genere dicendi ingeniū
eius, addidit hæc: Tuq; dubitas Cimberne Annius, an Verrius Flaccus imitãdi ſint ti-
bi? ita ut uerbis, quæ Criſpus Salluſtius excerpſit ex Originib. Catonis, utaris? an po-
tius Aſiaticorū oratorum inanibus ſententijs, uerborum uolubilitas in noſtrum ſermo
nem transferenda? Et quadam epiſtola Agrippinæ neptis ingenium collaudans, Sed
opus eſt, inquit, dare te operam ne moleſte ſcribas, aut loquaris.

QVotidiano ſermone quædam frequentius, & notabiliter uſurpaſſe eum, literæ 87
Oſtentāt, pro, ipſius autographæ oſtentant. In quibus identidem cum aliquos nunquam ſolu-
paſsim oſtēdūt turos ſignificare uult, ad calendas Græcas ſoluturos ait. Et cum hortatur ferenda eſſe
præſentia qualiacunq; ſint, contenti ſimus hoc Catone. Et ad exprimendam feſtinatæ
rei uelocitatem, uelocius quàm aſparagi coquantur. Ponit aſsidue & pro ſtulto baceo
lum, & pro pullo pulleiacium, & pro cerito uacerosum: & uapide ſeſe habere, pro ma-
le, & betizare pro languere, quod uulgo lachanizare dicitur. Item ſimus pro ſumus, &
domos genitiuo caſu ſingulari pro domus: nec unquam aliter hæc duo, ne quis men-
dam magis quàm conſuetudinem putet. Notaui & in chirographo eius illa præcipuè,
non diuidere uerba, nec ab extrema parte uerſuum abundantes literas in alterū tranſ-
ferre: ſed ibidem ſtatim ſubijcit, circunducitq;.

ORthographiam, id eſt, formulam rationemq; ſcribendi à grammaticis inſtitu- 88
tam, non adeo cuſtodijt. ac uidetur eorum ſequi potius opinionem, qui perinde
ſcribendum ac loquamur exiſtiment. Nam quòd ſæpe non literas modo, ſed ſyllabas
aut permutat, aut præterit, communis hominum error eſt. Nec ego id notarem, niſi mi
hi mirum uideretur, tradidiſſe aliquos, legato eum conſulari ſucceſſorem dediſſe, ut ru

di &

di & indocto, cuius manu ixi pro ipſi ſcriptum animaduerterit. Quoties autem per notam ſcribit, b pro a. c pro b. ac deinceps eadem ratione ſequentes literas ponit, pro x, autem duplex aa.

89 NE Græcarum quidem diſciplinarum leuiore ſtudio tenebatur, in quibus & ipſis præſtabat largiter, magiſtro dicendi uſus Apollodoro Pergameno, quem iam grandem natu, Apolloniam quoq; ſecum ab urbe iuuenis adhuc eduxerat. Deinde etiam eruditione uaria repletus Sperarci philoſophi, filiorumq; eius Dionyſii & Nicanoris contubernium iniјt: non tamen ut aut loqueretur expedite, aut cōponere aliquid auderet. Nam & ſi quid res exigeret, latine formabat, uertendumq; alij dabat. Sed planè poematum quoq; non imperitus, delectabatur etiam comœdia ueteri, & ſæpe eam exhibuit publicis ſpectaculis. In euoluendis utriuſq; linguæ autoribus nihil æquè ſectabatur, quàm præcepta & exempla publicè uel priuatim ſalubria: eaq; ad uerbum excerpta, aut ad domeſticos, aut ad exercituū prouinciarumq; rectores, aut ad urbis magiſtratus plerunq; mittebat, prout quiq; monitione indigerent. Etiam libros totos & ſenatui recitauit, & populo notos per edictū ſæpe fecit: ut orationes Q. Metelli de prole augenda, & Rutilij de modo ædificiorum: quo magis perſuaderet, utranq; rem non à ſe primo animaduerſam, ſed antiquis iam tunc curæ fuiſſe. Ingenia ſeculi ſui omnibus modis fouit. Recitantes & benigne & patienter audiuit: nec tantum carmina & hiſtorias, ſed & orationes & dialogos. Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſerio, & à præſtantiſsimis, offendebatur: admonebatq; prætores, ne paterentur nomen ſuum commiſsionibus obſolefieri.

Repletus eruditione, ut Græci ἀνάπλεως

Formare, pro miniſtrare thema & argumentum

Offendebatur cōponi pro grauiter ferebat, cum uerbo infinito

90 CIrca religiones talem accepimus: Tonitrua & fulgura paulo infirmius expaueſcebat, ut ſemper & ubiq; pellem uituli marini circumferret pro remedio, atq; ad omnem maioris tempeſtatis ſuſpicionem, in abditum & concameratum locū ſe reciperet, conſternatus olim per nocturnum iter tranſcurſu fulguris, ut ſuprà diximus.

91 SOmnia neq; ſua, neq; aliena de ſe negligebat. Philippenſi acie quamuis ſtatuiſſet non egredi tabernaculum propter ualetudinem, egreſſus eſt tamē medici ſomnio monitus: ceſsitq; res proſpere, quando captis caſtris, lectica eius, quaſi ibi cubans remanſiſſet, cōcurſu hoſtium confoſſa atq; lacerata eſt. Ipſe per omne uer, plurima & formidoloſiſsima & uana & irrita uidebat: reliquo tempore rariora, & minus uana. Cum dedicatam in Capitolio ædem tonanti Ioui aſsidue frequentaret, ſomniauit queri Capitolinum Iouem cultores ſibi abduci, ſeq; reſpondiſſe, Tonantem pro ianitore ei appoſitū. Ideoq; mox tintinnabulis faſtigium ædis redimiuit, quòd ea ferè ianuis dependebant. Ex nocturno uiſu etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum aſſes porrigentibus præbens.

al. amici

92 AVſpicia & omina quædā pro certiſsimis obſeruabat: Si mane ſibi calceus perperam, ac ſiniſter pro dextro induceretur, ut dirū. Si terra mariue, ingrediēte ſe longinquam profectionem, fortè roraſſet, ut lætum, maturiq; & proſperi reditus. Sed & oſtentis præcipuè mouebatur. Enatā inter iuncturas lapidū ante domū ſuam palmā, in compluuium deorū penatiū tranſtulit, utq; coaleſceret, magnopere curauit. Apud inſulam Capreas, ueterrimæ ilicis dimiſſos iam ad terram languenteſq; ramos conualuiſſe aduentu ſuo, adeo lætatus eſt, ut eas cum repub. Neopolitanorum permutauerit Aenaria data. Obſeruabat & dies quoſdam, ne aut poſtridie Nonas quoquam proficiſceretur, aut Nonis quicquam rei ſeriæ inchoaret: nihil in hoc quidem aliud deuitans, ut ad Tiberium ſcribit, quàm δυσφημίαν ominis.

Compluuium

93 PEregrinarum ceremoniarum ſicut ueteres ac receptas reuerentiſsime coluit, ita cæteras contemptui habuit. Nanq; Athenis initiatus, cum poſtea Romæ pro tribunali de priuilegio ſacerdotum Atticæ Cereris cognoſceret, & quædam ſecretiora proponerentur, dimiſſo concilio & corona circunſtantium, ſolus audijt diſceptantes. At contrà non modo in peragranda Aegypto paulo deflectere ad uiſendum Apin ſuperſedit, ſed & Caium nepotem, quòd Iudæam præteruehens apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet, collaudauit.

Reuerentiſsime pro religioſiſsime

Hieroſolyma genere fœminino

94 ET quoniam ad hoc uentum eſt, non ab re fuerit ſubtexere, quæ ei prius quàm naſceretur, & ipſo natali die, ac deinceps euenerint, quibus futura magnitudo eius,

& perpetua felicitas ſperari animaduertiq; poſſet. Velitris antiquitus tacta de cęlo parte muri, reſponſum eſt, eius oppidi ciuem quandoq; rerum potiturum: qua fiducia Velitrini, & tunc ſtatim, & poſtea ſæpius pene ad exitium ſui cum populo Romano belli gerauerant: ſero tandem documentis apparuit, oſtentum illud Auguſti potentiã portendiſſe. Autor eſt Iulius Marathus, ante paucos quàm naſceretur menſes, prodigium Romæ factum publicè, quo denunciabatur, regem pop. Ro. naturam parturire. Senatum exterritũ cenſuiſſe, ne quis illo anno genitus educaretur. Eos qui grauidas uxores haberent, quòd ad ſe quiſq; ſpem traheret, curaſſe, ne ſenatuſconſultũ ad ærarium deferretur. In Aſclepiadis Mendetis θεολογουμένων libris lego, Acciam, cum ad ſolenne Apollinis ſacrũ media nocte ueniſſet, poſita in templo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent, obdormiſſe, draconéq; repente irrepſiſſe ad eam, pauloq; poſt egreſſum: illamq; expergefactam quaſi à concubitu mariti purificaſſe ſe, & ſtatim in corpore eius extitiſſe maculam, uelut depicti draconis, nec potuiſſe unquã eximi, adeo ut mox publicis balneis perpetuo abſtinuerit. Auguſtum natum menſe decimo, & ob hoc Apollinis filium exiſtimatũ. Eadem Accia prius quàm pareret, ſomniauit inteſtina ſua ferri ad ſidera, explicariq; per omnem terrarum & cæli ambitum. Somniauit & pater Octauius, utero Acciæ iubar ſolis exortum. Quo natus eſt die, cum de Catilinæ coniuratione ageretur in curia, & Octauius ob uxoris puerperiũ ſerius adfuiſſet, nota ac uulgata res eſt, P. Nigidium comperta moræ cauſa, ut horam quoq; partus acceperit, affirmaſſe, dominum terrarum orbi natum. Octauio poſtea cum per ſecreta Thraciæ exercitũ duceret, in Liberi patris luco barbara ceremonia de filio conſulenti, idem affirmatum eſt à ſacerdotibus, quòd infuſo ſuper altaria mero tantum flammæ emicuiſſet, ut ſuper greſſa faſtigium templi ad cælum uſq; ferretur, uniq; olim omnino Magno Alexãdro apud eaſdem aras ſacrificanti, ſimile proueniſſet oſtentum. Atq; etiam ſequenti nocte ſtatim uidere uiſus eſt filium mortali ſpecie ampliorem, cum fulmine & ſceptro, exuuijſq; Iouis Opt. Max. ac radiata corona ſuper laureatum currum, biſſenis equis candore eximio trahentibus. Infans adhuc, ut ſcriptum apud C. Druſum extat, repoſitus ueſpere in cunas à nutricula loco plano, poſtera luce non comparuit: & diu quæſitus, tandem in altiſsima turri repertus eſt, iacens contra ſolis exortum. Cum primum fari cœpiſſet, in auito ſuburbano obſtrepentes fortè ranas ſilere iuſsit, atq; ex eo negantur ibi ranæ coaxare. Ad quartum lapidem Campanæ uiæ, in nemore prandenti, ex improuiſo aquila panem ei è manu rapuit: & cum altiſsimè uolaſſet, rurſus ex improuiſo leniter delapſa reddidit. Q. Catulus poſt dedicatum Capitolium duabus cõtinuis noctibus ſomniauit: Prima Iouem Opt. Max. prætextatis compluribus circum aram ludentibus, unum ſecreuiſſe, atq; in eius ſinum ſignum reipub. quod manu geſtaret, repoſuiſſe: atq; in ſequẽti animaduertiſſe ſe in gremio Capitolini Iouis eundem puerum: quem cum detrahi iuſsiſſet, prohibitum monitu dei, tanquam is ad tutelam reip. educaretur. Ac die proximo obuium ſibi Auguſtum, cum incognitum aliâs haberet, non ſine admiratione contuitus, ſimillimum dixit puero de quo ſomniaſſet. Quidam prius ſomnium Catuli aliter exponunt, quaſi Iupiter complurib9 prætextatis tutorem à ſe poſcentibus, unum ex eis demonſtraſſet, ad quem omnia deſideria ſua referrẽt, eiuſq; oſculum delibatũ digitis ad os ſuum retuliſſet. M. Cicero C. Cæſarem in Capitolium proſecutus, ſomniũ priſtinæ noctis familiaribus fortè narrabat: Puerum facie liberali demiſſum cælo catena aurea ad fores Capitolij conſtitiſſe, eiq; Iouem flagellum tradidiſſe: deinde repente Auguſto uiſo, quem ignotũ adhuc pleriſq; auunculus Cæſar ad ſacrificandum acciuerat, affirmauit, ipſum eſſe cuius imago ſecundum quietem ſibi obuerſata ſit. Sumẽti uirilem togam, tunica lati claui reſuta ex utraq; parte, ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretarẽtur, non aliud ſignificare, quàm ut is ordo, cuius inſigne id eſſet, quãdoq; ei ſubijceretur. Apud Mundam D. Iulius caſtris locum capiens, cum ſyluam cæderet, arborem palmæ repertã conſeruari ut omen uictoriæ iuſsit. Ex ea continuo enata ſoboles, adeo in paucis diebus adoleuit, ut non æquipararet modo matricem, uerumetiam obtegeret, frequẽtareturq; columbarũ nidis: quamuis id auium genus duram & aſperam frondem maxime uitet. Illo & præcipuè oſtento motum Cæſarem ferunt, ne quem alium ſibi ſuccedere, q̃ ſororis nepotem uellet. In ſeceſſu Apollo-

Autor eſt non pro ſuadet, ſed pro narrat

Purificare

Secundum quietem pro per quietem

Matrix, arbor primũ conſita, unde ſylueſcũt cætera

niæ Theogenis mathematici pergulã comite Agrippa aſcenderat: cum Agrippæ, qui prior conſulebat, magna & penè incredibilia prædicerẽtur, reticere ipſe geniturã ſuã, nec uelle edere perſeuerabat, metu ac pudore ne minor inueniretur. Qua tamen poſt multas adhortationes uix & cunctanter edita, exiliuit Theogenes, adorauitq; eũ. Tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, ut thema ſuum uulgauerit, nũmumq; argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.

95 POſt necem Cæſaris reuerſo ab Apollonia, & ingrediente eo urbem, repente liquido ac puro ſereno, circulus ad ſpeciem cæleſtis arcus, orbem ſolis ambijt: ac ſubinde Iuliæ Cæſaris filiæ monumentum fulmine ictum eſt. Primo autem conſulatu ei augurium capienti, duodecim ſe uultures, ut Romulo, oſtenderunt: & immolanti omniũ uictimarum iecinora replicata intrinſecus ab ima fibra paruerunt, nemine peritorum aliter coniectante, quàm læta per hæc & magna portendi.

96 QVin & bellorum omnium euentus antè præſenſit. Contractis ad Bononiã triumuirorum copijs, aquila tentorio eius ſuperſedens, duos coruos hinc & inde infeſtantes afflixit, & ad terram dedit, notante omni exercitu, futuram quãdoq; inter collegas diſcordiam talem, qualis ſecuta eſt, ac exitum præſagiente. In Philippis, Theſſalus quidam de futura uictoria nuntiauit, autore D. Cæſare, cuius ſibi ſpecies itinere auio occurriſſet. Circa Peruſiam, ſacrificio non litante, cum augeri hoſtias imperaſſet, ac ſubita eruptione hoſtes omnem rei diuinæ apparatum abſtuliſſent, conſtitit inter aruſpices, quæ periculoſa & aduerſa ſacrificanti denunciata eſſent, cuncta in ipſos recaſura qui exta haberent. Neque aliter euenit. Pridie quàm Sicilienſem pugnam claſſe committeret, deambulanti in litore piſcis è mari exiluit, & ad pedes iacuit. Apud Actium deſcendenti in aciem, aſellus cum aſinario occurrit, Eutychus homini, beſtiæ Nicon erat nomen. Vtriuſq; ſimulacrum æneum uictor poſuit in templo, in quod caſtrorum ſuorum locum uertit.

Ad terrãdedit, pro abiecit

97 MOrs quoq; eius, de qua dehinc dicam, diuinitaſq; poſt mortem, euidentiſsimis oſtentis præcognita eſt. Cum luſtrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum ſæpius circumuolauit, tranſgreſſaq; in uicinã ædem ſuper nomen Agrippæ, ad primã literã ſedit. Quo animaduerſo, uota, quæ in proximũ luſtrum ſuſcipi mos eſt, collegam ſuum Tiberium nũcupare iuſsit. Nam ſe quanq; conſcriptis paratiſq; iam tabulis, negauit ſuſcepturum, quę non eſſet ſoluturus. Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuæ eius prima nominis litera effluxit. Reſponſum eſt, centum ſolos dies poſthac uicturum, quem numerũ C. litera notaret: futurumq; ut inter deos referretur, quod æſar, id eſt, reliqua pars ex Cæſaris nomine, Hetruſca lingua deus uocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimiſſurus, & Beneuentum uſq; proſecuturus, cùm interpellatores alijs atq; alijs cauſis in iure dicendo detinerent, exclamauit, quod & ipſum mox inter omina relatum eſt, non ſi omnia morarentur, amplius ſe poſthac Romæ futurum. Atq; itinere inchoato Aſturam perrexit: & inde præter conſuetudinem de nocte ad occaſionem auræ euectus eſt.

98 CAuſam ualetudinis cõtraxit ex profluuio alui. Tunc Campaniæ ora proximiſq; inſulis circuitis, Caprearum quoq; ſeceſſui quatriduũ impendit, remiſsiſsimo ad otium & ad omnem comitatem animo. Fortè Puteolanũ ſinum præteruehenti, uectores nautæq; de naui Alexandrina, quæ tunc quidem appulerat, candidati, coronatiq;, & thura libantes, fauſta† omnia, & eximias laudes congeſſerant: Per illũ ſe uiuere, per illum nauigare, libertate atq; fortunis per illum frui. Qua re admodũ exhilaratus, quadragenos aureos comitibus diuiſit, iuſq; iurandum & cautionem exegit à ſingulis, nõ aliò datam ſummam, quàm in emptionem Alexandrinarum mercium abſumpturos. Sed & cæteros cõtinuos dies inter uaria munuſcula, togas inſuper ac pallia diſtribuit, lege propoſita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu & ſermone uterentur. Spectauit aſsidue & exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex uetere inſtituto Capreis erat. Iiſdem etiam epulum in conſpectu ſuo præbuit, permiſſa, imò exacta, iocandi licentia, diripiendiq; pomorum & obſoniorum, rerumq; miſsiliũ. Nullo deniq; genere hilaritatis abſtinuit. Vicinam Capreis inſulam ἀπραγόπολιν appellabat, à deſidia ſecedentium illuc è comitatu ſuo. Sed ex dilectis unum Maſgabam nomine, quaſi

al. omina

conditorem inſulæ κτίϛην uocare conſueuerat. Huius Maſgabæ ante annum defuncti tumulũ cum ex triclinio animaduertiſſet magna turba multisq; luminibus frequentari, uerſum compoſitum ex tempore clarè pronunciauit:

Κτίϛου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.

Conuerſusq; ad Thraſyllum Tiberij comitem contrà accubantem, & ignarum rei interrogauit, cuiuſnam poetæ putaret eſſe. Quo hæſitante ſubiecit alium,

ὁρᾷς φάεσσι μασγάβαν τιμώμενον.

Suſtulit cachinnum, pro, clare riſit De hoc quoq; cõſuluit. Cum ille nihil aliud reſponderet, q̃ cuiuſcunq; eſſent, optimos eſſe: cachinnũ ſuſtulit, atq; in iocos effuſus eſt. Mox Neapolim traiecit, quanq̃ & tum infirmis inteſtinis morbo uariante, tamen & quinquẽnale certamen gymnicũ honori ſuo inſtitutũ perſpectauit, & cum Tiberio ad deſtinatũ locũ contendit. Sed in redeundo, aggrauata ualetudine, tandem Nolæ ſuccubuit: reuocatumq; ex itinere Tiberium, diu ſecreto ſermone detinuit, neq; pòſt ulli maiori negocio animum accommodauit.

SVpremo die identidem exquirẽs, an iam de ſe tumultus foris eſſet, petito ſpeculo, 99
capillum ſibi comi, ac malas labentes ſibi corrigi præcepit. & amicos admiſſos per contatus, ecquid his uideretur mimum uitæ cõmode tranſegiſſe: adiecit & clauſulam:

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

Omnibus deinde dimiſsis, dum aduenientes ab urbe de Druſi filia ęgra interrogabat, repente in oſculis Liuiæ, & in hac uoce defecit: Liuia, noſtri coniugij memor uiue, ac uale: ſortitus exitum facilem, & qualem ſemper optauerat. Nam ferè quoties audiſſet, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, ſibi & ſuis εὐθανασίαν ſimilem (hoc enim & uerbo uti ſolebat) precabatur. Vnum omnino ante efflatam animam ſignum alienatæ mentis oſtendit, quòd ſubito paueſactus, à quadraginta ſe iuuenibus abripi queſtus eſt. Id quoq; magis præſagium, quàm mentis diminutio fuit: ſiquidem totidem milites prætoriani extulerunt eum in publicum.

OBijt in cubiculo eodem quo pater Octauius, duobus Sextis, Pompeio & Apu- 100
leio, COSS. decimoquarto Calend. Septembris, hora diei nona, ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno, diebus V. & XXX. minus. Corpus decuriones municipiorum & coloniarum, à Nola Bouillas uſq; deportarunt, noctibus propter anni tempus, cum interdiu in baſilica cuiuſq; oppidi, uel in æde ſacrarum maxima reponeretur. A Bouillis equeſter ordo ſuſcepit, urbiq; intulit, atq; in ueſtibulo domus collocauit. Senatus & in funere ornando, & in memoria honoranda eo ſtudio certatim progreſſus eſt, ut inter alia complura cenſuerint quidam funus triumphali porta ducendum, præcedente Victoria quæ eſt in curia, canentibus næniam principum liberis utriuſq; ſexus. Alij exequiarum die ponendos anulos aureos, ferreoſq; ſumendos: nonnulli legenda oſſa per ſacerdotes ſummorum collegiorũ. Fuit & qui ſuaderet, appellationem menſis Auguſti in Septembrẽ trãſferendã: quòd hoc genitus Auguſtus, illo defunctus eſſet. Alius, ut omne tempus à primo die natalis uſq; ad exitũ eius, ſeculum Auguſtum appellaretur, & ita in faſtos referretur. Verum adhibito honoribus modo, bifariã laudatus eſt, pro æde diui Iulij à Tiberio, & pro roſtris ſub ueteribus à Druſo Tiberij filio, ac ſenatorum humeris delatus in campũ, crematusq;. Nec defuit uir prætorius, qui ſe effigiem cremati euntem in cælum uidiſſe iuraret. Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis, tunicati & diſcincti, pedibusq; nudis, ac in Mauſoleo cõdiderunt. Id opus inter flaminiam uiam, ripamq; Tiberis, ſexto ſuo conſulatu extruxerat: circumiectasq; ſyluas, & ambulationes in uſum populi tunc iam publicarat.

TEſtamentum L. Planco, C. Silio COSS. III. nonas Aprilis ante annum & IIII. men- 101
ſes quàm decederet factũ ab eo, ac duobus codicibus, partim ipſius, partim libertorum Polybij & Hilarionis manu ſcriptum, depoſitumq; apud ſex uirgines Veſtales, cum tribus ſignatis æquè uoluminibus protulerunt. Quæ omnia in ſenatu aperta, atq; recitata ſunt. Hæredes inſtituit primos, Tiberium ex parte dimidia & ſextãte, Liuiam ex parte tertia, quos & ferre nomen ſuum iuſsit: Secundos, Druſum Tiberij filium ex triente, & ex partibus reliquis Germanicũ, liberosq; eius tres ſexus uirilis. Tertio gradu, propinquos amicosq; complures. Legauit populo Romano quadringenties, tribubus tricies quinquies H—S. prętorianis militibus ſingula milia nummûm. Cohortibus urba

urbanis quingenos, legionarijs trecenos nummos, quam ſummam repræſentari iuſsit. Nam & confiſcatam ſemper repoſitamq; habuerat. Reliqua legata uarie dedit. Produxitq; quædam ad uicena ſeſtertia, quibus ſoluendis annuum diem finijt: excuſata rei familiaris mediocritate, nec plus peruẽturum ad hæredes ſuos, quàm millies & quingenties profeſſus: quamuis XX. proximis annis quaterdecies millies ex teſtamentis amicorum percepiſſet: quod penè omne, cum duobus paternis patrimonijs cæteriſq; hæreditatibus, in remp. abſumpſiſſet. Iulias, filiam neptẽq;, ſi quid his accidiſſet, uetuit ſepulchro ſuo inferri. De tribus uoluminibus, uno mandata de funere ſuo cõplexus eſt: altero indicem rerum à ſe geſtarum, quem uellet incidi in æneis tabulis, quę ante Mauſoleum ſtatuerentur: tertio breuiarium totius imperij, quantum militũ ſub ſignis ubiq; eſſet, quantũ pecuniæ in ærario & fiſcis, & uectigaliorum reſiduis. Adiecit & libertorum ſeruorumq; nomina, à quibus ratio exigi poſſet.

C. SVETONII TRANQVILLI

TIBERIVS CAESAR

1 PATRITIA gens Claudia (fuit enim & alia plebeia, nec potentia minor, nec dignitate) orta eſt ex Regillis oppido Sabinorũ: inde Romã recens conditam, cum magna clientũ manu cõmigrauit, autore T. Tatio conſorte Romuli: uel quod magis cõſtat, Appio Claudio gentis principe, poſt reges exactos ſexto ferè anno, à patribus in patritios cooptata, agrum inſuper trans Anienẽ clientibus, locumq; ſibi ad ſepulturam ſub Capitolio publicè accepit. Deinceps procedente tempore, duodetriginta conſulatus, dictaturas quinq;, cenſuras ſeptẽ, triũphos ſex, duas ouationes adepta eſt. Cum prænominib. cognominibuſq; uarijs diſtingueret, Lucij prænomẽ conſenſu repudiauit, poſtq; è duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinij, cædis alter cõuictus eſt. Inter cognomina autẽ, & Neronis aſſumpſit, quod ſignificatur lingua Sabina fortis ac ſtrennuus.

Recens condita, pro nuper

2 MVlta multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam ſecus admiſſa in rem pub. extant. Sed ut præcipua commemorem, Appius Cæcus ſocietatem cum rege Pyrrho, ut parũ ſalubrẽ, iniri diſſuaſit. Claudius Caudex, primus freto claſſe tranſiecto Pœnos Sicilia expulit. Claudius Nero aduenientem ex Hiſpania cum ingentibus copijs Aſdrubalem, prius quàm Annibali fratri coniungeretur, oppreſsit. Contrà Appius Claudius Regillanus, decemuir legibus ſcribendis, uirginem ingenuam per uim libidinis gratia in ſeruitutẽ aſſerere conatus, cauſa fuit plebi ſecedendi rurſum à patribus. Claudius Druſus ſtatua ſibi cum diademate ad Appij forum poſita, Italiam per clientelas occupare tentauit. Claudius Pulcher apud Siciliam non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per contemptum religionis mari demerſis, ut biberent quando eſſe nollent, prælium nauale inijt: ſuperatuſq;, cum dictatorem dicere à ſenatu iuberetur, uelut iterum illudens diſcrimini publico, Iliciam uiatorem ſuum dixit. Extant & fœminarum exempla diuerſa. æquè ſiquidem gentis eiuſdem utraq; Claudia fuit: & quæ nauem cum ſacris Matris deûm Ideæ adhęrentem Tiberino uado extraxit, precata propalàm, ut ita demum ſequeretur, ſi ſibi pudicitia cõſtaret: & quæ nouo more iudicium maieſtatis, apud populum mulier ſubijt: quod in conferta multitudine ægre procedente carpẽto, palàm optauerit ut frater ſuus Pulcher reuiuiſceret, atq; iterũ claſſem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Præterea notiſsimum eſt, Claudios omnes, excepto duntaxat P. Clodio, qui ob expellendum urbe Ciceronem, plebeio homini, atq; etiam natu minori, in adoptionem ſe dedit, optimates, aſſertoreſq; unicos dignitatis ac potentiæ patritiorum ſemper fuiſſe: atq; aduerſus plebem adeo uiolentos ac contu-

maces, ut ne capitis quidem quiſquam reus apud populum mutare ueſtem, aut deprecari ſuſtinuerit: nõnulli in altercatione & iurgio Trib. pl. pulſauerint. Etiam uirgo Veſtalis fratrẽ iniuſſu populi triumphantẽ, aſcenſo ſimul curru, uſq; in Capitolium proſecuta eſt, ne uetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum eſſet.

Trahere genus, pro ducere

3 EX hac ſtirpe Tiberius Cæſar genus trahit, & quidem utrunq; : paternũ à Tiberio Nerone, maternũ ab Appio Pulchro, qui ambo Appij Cæci filij fuerũt. Inſertus eſt & Liuiorũ familiæ, adoptato in eã materno auo. quæ familia, quanq; plebeia, tamẽ & ipſa admodũ floruit, octo cõſulatib. cẽſuris duabus, triũphis tribus, dictatura etiam ac magiſterio equitũ honorata: clara & inſignibus uiris, ac maxime Salinatore, Druſiſq;. Salinator uniuerſas tribus in cenſura notauit leuitatis nomine, quòd cum ſe poſt priorẽ conſulatũ mulcta irrogata cõdemnaſſent, COS. iterũ cenſoremq; feciſſent. Druſus hoſtiũ duce Drauſo cominus trucidato, ſibi poſteriſq; ſuis cognomẽ inuenit. Traditur etiã pro prætore ex prouincia Gallia retuliſſe aurũ, Senonibus olim in obſidione Capitolij datũ, nec (ut fama eſt) extortũ à Camillo. Eius abnepos, ob eximiam aduerſus Gracchos operã patronus ſenatus dictus, filium reliquit, quem in ſimili diſſenſione multa uarie molientem, diuerſa factio per fraudem interemit.

Diuerſa factio pro aduerſis partibus

4 PAter uero Tiberij quæſtor Caij Cæſaris, Alexãdrino bello claſsi præpoſitus, plurimum ad uictoriam contulit. Quare & pontifex in locum P. Scipionis ſubſtitutus, & ad deducendas in Galliam colonias, in quis Narbona & Arelate erant, miſſus eſt. Tamen Cæſare occiſo, cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de præmijs tyrannicidarum referendum cenſuit. Prætura deinde functus, cum exitu anni diſcordia inter triumuiros exorta eſſet, retentis ultra iuſtum tempus inſignibus, L. Antonium COS. triumuiri fratrem ad Peruſiam ſecutus, deditione à cæteris facta, ſolus permanſit in partibus. ac primo Præneſte, inde Neapolim euaſit: ſeruiſq; ad pileum fruſtra uocatis, in Siciliam profugit. Sed indigne ferens, nec ſtatim ſe in conſpectum Sexti Pompeij admiſſum, & faſcium uſu prohibitum, ad M. Antonium traiecit in Achaiam: cum quo breui, reconciliata inter omnes pacę, Romam redijt: uxoremq; Liuiam Druſillam, & tunc grauidam, & ante iam apud ſe Tiberium enixam, petenti Auguſto conceſsit. Nec multo pòſt diem obijt, utroq; liberorum ſuperſtite, Tiberio Druſoq; Neronibus.

5 TIberium quidam Fundis natum exiſtimauerũt, ſecuti leuem coniecturam, quòd materna eius auia Fundana fuerit, & quòd mox ſimulacrum Felicitatis ex ſenatuſconſulto publicatum ibi ſit. Sed ut plures certioreſq; tradunt, natus eſt Romæ in palatio, decimoſexto Cal. Decembris, M. Aemilio Lepido iterum, & Munatio Planco COSS. poſt bellum Philippẽſe. Sic enim in faſtos, actaq; publica relatũ eſt. Nec tamen deſunt, qui partim antecedente anno, Hircij ac Panſæ, partim inſequẽte, Seruilij Iſaurici Antonijq; conſulatu genitum eum ſcribant.

6 INfantiam pueritiamq; habuit luxurioſam & exercitam, comes uſquequaq; parentum fugæ: quos quidem apud Neapolim ſub irruptionem hoſtis nauigium clàm petentes, uagitu ſuo penè bis prodidit: ſemel, cũ à nutricis ubere, itẽ cum à ſinu matris raptim auferretur ab ijs, qui pro neceſsitate temporis mulierculas leuare onere tentabãt. Per Siciliam quoq; & Achaiam circumductus, ac Lacedæmonijs publicè, qui in tutela Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno, diſcrimen uitæ adijt flamma repente è ſyluis undiq; exorta, adeoq; omnem comitatum circumplexa, ut Liuiæ pars ueſtis, & capilli amburerentur. Munera, quibus à Pompeia Sexti Pompeij ſorore in Sicilia donatus eſt, chlamys & fibula, item bullæ aureę durant, oſtendunturq; adhuc Baijs. Poſt reditum in urbem à M. Gallio ſenatore teſtamento adoptatus, hæreditate adita, mox nomine abſtinuit, quòd Gallius aduerſarum Auguſto partium fuerat. Nouem natus annos, defunctum patrem pro roſtris laudauit. Dehinc pubeſcens, Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt, ſiniſteriore funali equo, cùm Marcellus Octauiæ filius dexteriore ueheretur. Præſedit & Actiacis ludis, & Troianis Circenſibus, ductor turmæ puerorum maiorum.

7 VIrili toga ſumpta, adoleſcentiam omnem ſpatiaq; inſequentis ætatis uſq; ad principatus initia, per hæc ferè tranſegit. Munus gladiatoriũ in memoriam patris, &

alterum

alterum in aui Druſi dedit, diuerſis temporibus ac locis. Primũ in foro, ſecundũ in am
phitheatro, rudiarijs quoq; quibuſdam reuocatis, autoramento centum milliũ. Dedit
& ludos, ſed abſens: cuncta magnificè, impenſa matris ac uitrici. Agrippinã M. Agrip
pa genitam, neptem Pomponij Attici equitis Ro. ad quem ſunt Ciceronis epiſtolę, du
xit uxorem: ſublatoq; ex ea filio Druſo, quanquam bene conuenientẽ, rurſumq; graui
dam dimittere, ac Iuliam Auguſti filiam confeſtim coactus eſt ducere, non ſine magno
angore animi: cum & Agrippinæ conſuetudine teneretur, & Iuliæ mores improbaret:
ut quam ſenſiſſet, ſui quoq; ſub priore marito appetentem, quòd ſanè uulgo etiam exi-
ſtimabatur. Sed Agrippinam & abegiſſe poſt diuortiũ doluit, & ſemel omnino ex oc-
curſu uiſam, adeo cõtentis & † tumentibus oculis proſecutus eſt, ut cuſtoditum ſit, ne
unquam in conſpectũ eius poſthac ueniret. Cum Iulia primo cõcorditer, & amore mu
tuo uixit. mox diſſedit, & aliquanto grauius, ut etiam perpetuò ſecubaret, intercepto
cõmunis filij pignore, qui Aquileiæ natus infans extinctus eſt. Druſum fratrẽ in Ger-
mania amiſit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam uſq; peruexit.

Primum, pro prius, cum de duobus agat

Als. contumentibus; fortè cõtinentibus, pro fixis

Prægredi, pro præcedere

8 Ciuilium officiorum rudimentis, regem Archelaum, Trallianos & Theſſalos, ua-
ria quoſq; de cauſa Auguſto cognoſcẽte defendit. Pro Laodicenis, Thyatirenis,
Chijs, terræmotu afflictis, opemq; implorantibus, ſenatum deprecatus eſt, Fannium
Cepionem, qui cum Varrone Muræna in Auguſtum conſpirauerat, reum maieſtatis
apud iudices fecit, & condemnauit. Interq; hæc duplicem curam adminiſtrauit: anno-
næ quæ arctior inciderat, & repurgandorum tota Italia ergaſtulorũ: quorum domini
in inuidiam uenerant, quaſi exceptos ſupprimerent, non ſolum uiatores, ſed & quos ſa
cramenti metus ad huiuſmodi latebras compuliſſet.

Condemnauit, pro uicit, ſiue condẽnari fecit

9 Stipendia prima expeditione Cantabrica tribunus militum fecit: deinde ducto ad
orientẽ exercitu, regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, ac pro tribunali diadema im-
poſuit. Recepit & ſigna quæ M. Craſſo ademerãt Parthi. Poſt hæc comatam Galliam
anno ferè rexit, & barbarorum incurſionibus, & principum diſcordia inquietam. Ex-
hinc Rheticum Vindelicumq; bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum geſsit.
Rhetico atq; Vindelico gentes Alpinas, Pannonico Breucos & Dalmatas ſubegit.
Germanico XL. millia dediticiorum traiecit in Galliam, iuxtaq; ripam Rheni ſedibus
aſſignatis collocauit. quas ob res & ouans, & curru urbem ingreſſus eſt, primus, ut qui
dam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, nouo nec antea cuiquam tributo
genere honoris. Magiſtratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percucurrit, quæ
ſturam, præturam, conſulatum: interpoſitoq; tempore, COS. iterum, etiam tribunitiam
poteſtatem in quinquennium accepit.

10 Tot proſperis confluentibus, integra ætate ac ualetudine proſpera, ſtatuit repente
ſecedere, ſeq; è medio quàmlongiſsime amouere: dubium, uxoris'ne tædio, quam
neq; criminari aut dimittere auderet, neq; ultra perferre poſſet: an ut uitato aſsiduitatis
faſtidio, autoritatem abſentia tueretur, atq; etiam augeret, ſi quando indiguiſſet ſui reſ-
publica. Quidam exiſtimãt, adultis iam Auguſti liberis, loco & quaſi poſſeſſione uſur-
pati à ſe diu ſecundi gradus ſponte ceſſiſſe, exemplo M. Agrippæ, qui M. Marcello ad
munera publica admoto Mitylenas abierit, ne aut obſtare, aut obtrectare aliquid præ-
ſens uideretur. Quam cauſam & ipſe, ſed poſtea, reddidit. Tunc autem honorum ſatie
tatem, ac requiem laborum prætendens, commeatum petijt. neq; aut matri ſuppliciter
precanti, aut uitrico deſeri ſe etiam in ſenatu conquerenti, ueniam dedit, quin & perti-
nacius retinentibus, cibo per quatriduum abſtinuit. Facta tandem abeundi poteſtate,
relictis Romæ uxore & filio, confeſtim Hoſtiam deſcendit: ne uerbo quidem cuiquam
proſequentium reddito, paucoſq; admodum in digreſſu oſculatus.

Dimittere, pro repudiare

11 Ab Hoſtia oram Campaniæ legens, imbecillitate Auguſti nuntiata, paulum ſub-
ſtitit. Sed & increbreſcente rumore, quaſi ad occaſionem maioris ſpei cõmorare
tur, tantũ non aduerſis tempeſtatib. Rhodum enauigauit, amœnitate & ſalubritate in-
ſulæ iam inde captus, cum ad eam ab Armenia rediens appuliſſet. Hic modicis conten
tus ædibus, nec multo laxiore ſuburbano, genus uitæ ciuile admodum inſtituit, ſine li-
ctore aut uiatore gymnaſio interdũ obambulãs, mutuaq; cũ Græculis officia uſurpãs,
propè ex æquo. Fortè quondã in diſponẽdo die, mane prædixerat, quicquid ægrotorũ

Tantũ nõ, pro propemodum

in ciuitate eſſet, uiſitare ſe uelle: Id à proximis aliter exceptum: iuſsiq; ſunt omnes ægri in publicam porticum deferri, ac per ualetudinũ genera diſponi. Perculſus ergo inopi-nata re, diu quid ageret incertus, tamen ſingulos circuit, excuſans factũ etiam tenuiſſi-mo cuiq; & ignoto. Vnum hoc tãtummodo, neq; præterea quicq; notatum eſt, in quo exercuiſſe ius tribunitiæ poteſtatis uiſus ſit. Cum circa ſcholas & auditoria profeſſorũ aſsiduus eſſet, moto inter antiſophiſtas grauiore iurgio, nõ defuit qui eum interuenien-tem & quaſi ſtudioſiorem partis alterius conuitio inceſſeret. ſenſim itaq; regreſſus do-mum, repente cum apparitoribus prodijt, citatumq; pro tribunali uoce præconis con-uiciatorem rapi iuſsit in carcerem. Comperit deinde Iuliam uxorem ob libidines atq; adulteria damnatã, repudiũq; ei ſuo nomine ex autoritate Auguſti remiſſum: & quan-quam lætus nuntio, tamen officij duxit, quantũ in ſe eſſet, exorare filiæ patrẽ frequen-tibus literis, & uel utcunq; meritæ quicquid unquam dono dediſſet, cõcederet. Tranſ-acto autem tribunitię poteſtatis tempore, confeſſus tandem, nihil aliud ſeceſſu deuitaſ-ſe ſe, quàm ęmulationis cum Caio Lucioq; ſuſpitionem, petijt ut ſibi ſecuro iam ab hac parte, corroboratis his & ſecundum locum facile tutantibus, permitteretur reuiſere ne-ceſsitudines, quarum deſiderio teneretur. Sed neq; impetrauit, ultroq; etiam admoni-tus eſt, dimitteret omnem curam ſuorum quos tam cupide reliquiſſet.

Officij duxit, pro putauit officium, absolute

REmanſit ergo Rhodi contra uoluntatem, uix per matrem conſecutus, ut ad uelan- 12
dam ignominiam, quaſi legatus ab Auguſto abeſſet. Enimuero tunc non priuatũ modo, ſed etiam obnoxium & trepidũ egit, mediterraneis agris abditus, uitansq; præ-ternauigantium officia: quibus frequentabatur aſsidue, nemine cum imperio aut ma-giſtratu tendente quoquam, quin diuerteret Rhodum. Et acceſſerunt maioris ſollitu-dinis cauſæ. Nanq; priuignum Caium Orienti præpoſitum, quum uiſendi gratia tra-ieciſſet Samum, alieniorem ſibi ſenſit ex criminationibus M. Lollij comitis & recto-ris eius. Venit etiam in ſuſpitionem, per quoſdam beneficij ſui centuriones, à commea-tu caſtra repetentes, mandata ad complures dediſſe ambigua, & quę tentare ſingulorũ animos ad nouas res uiderentur. De qua ſuſpitione certior ab Auguſto factus, nõ ceſ-ſauit efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis cuſtodem factis atq; dictis ſuis.

EQui quoq; & armorum ſolitas exercitationes omiſit: redegitq; ſe, depoſito patrio 13
habitu, ad pallium & crepidas: atq; in tali ſtatu biennio ferè permãſit, cõtemptior indies & inuiſior: adeo ut imagines eius & ſtatuas Nemauſenſes ſubuerterint: ac fami-liari quodam conuiuio mentione eius orta, extiterit qui Caio polliceretur, cõfeſtim ſe, ſi iuberet, Rhodum nauigaturũ, caputq; exulis (ſic enim appellabatur) relaturũ. Quo præcipue nõ iam metu, ſed diſcrimine coactus eſt, tam ſuis quàm matris impenſiſsimis precibus reditum expoſtulare: impetrauitq;, adiutus aliquantum etiam caſu. Deſtina-tum Auguſto erat, nihil ſuper ea re niſi ex uoluntate maioris filij ſtatuere. Is fortè tunc M. Lollio offenſior, facilis exorabilisq; in uitricum fuit. Permittente ergo Caio reuoca-tus eſt, uerum ſub conditione, ne quam partem curam'ue reipub. attingeret.

Offenſior, pro iratus

REdijt octauo poſt ſeceſſum anno, magna, nec incerta ſpe futurorũ, quam & oſten- 14
tis & prædictionibus ab initio ætatis conceperat. Prægnans enim Liuia, cum an marem editura eſſet uarijs captaret ominibus, ouum incubãti gallinæ ſubductũ, nunc ſua, nunc miniſtrarũ manu per uices eo uſq; fouit, quoad pullus inſigniter criſtatus ex-cluſus eſt. Ac de infante Scribonius mathematicus præclara ſpopondit, etiam regna-turum quandoq;, ſed ſine regio inſigni, ignota ſcilicet tunc adhuc Cæſarum poteſtate. & ingreſſo primam expeditionem, ac per Macedoniã ducente exercitum in Syriam, accidit ut apud Philippos ſacratæ olim uictricium legionũ aræ ſponte ſubitis colluce-rent ignibus: & mox cum Illyricũ petens, iuxta Patauiũ adiſſet Geryonis oraculũ, ſor-te tracta qua monebatur ut de cõſultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret, euenit ut ſummum numerũ iacti ab eo oſtenderent: hodieq; ſub aqua uiſuntur hi tali. Ante paucos uero quàm reuocaretur dies, aquila nunq; antea Rhodi cõſpecta, in cul-mine domus eius aſſedit. Et pridie quàm de reditu certior fieret, ueſtimenta mutanti, tu-nica ardere uiſa eſt. Thraſyllum quoq; mathematicũ, quem ut ſapientię profeſſorẽ con-tubernio admouerat, tũc maxime expertus eſt, affirmantẽ naue prouiſa gaudiũ afferri: cum quidem illum durius & contra prædicta cadentib. rebus, ut falſum & ſecretorum

Sortem trahere, pro ducere

temere

temere cõſcium, eo ipſo momento dum ſpatiatur unà, præcipitare in mare deſtinaſſet.

15 ROmam reuerſus, deducto in forũ filio Druſo, ſtatim è Carinis ac Pompeiana domo Eſquilias in hortos Mecœnatianos tranſmigrauit, totumq; ſe ad quietem contulit, priuata modo officia obiens, ac publicorum munerum expers. Caio & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipſe Germanicum fratris ſui filium adoptare: nec quicquam poſtea pro patrefamiliâs egit, aut ius, quod adoptione amiſerat, ex ulla parte retinuit. Nam neq; donauit, neq; manumiſit: ne hæreditatem quidem aut legata percepit ulla aliter, quàm ut peculio referret accepta. Nihil ex eo tempore prętermiſſum eſt ad maieſtatem eius augendam: ac multo magis poſtquã Agrippa abdicato atq; ſepoſito, certum erat uni ſpem ſucceſſionis incumbere.

Incũbit illi ſpes pro eo quod imminet, aut manet illum

16 DAta rurſus poteſtas tribunitia in quinquenniũ, delegatus pacãdæ Germaniæ ſtatus, Parthorũ legati mãdatis Auguſto Romę redditis, eum quoq; adire in prouinciam iuſſi. Sed nuntiata Illyrici defectione, tranſijt ad curã noui belli, quod grauiſſimũ omniũ externorũ bellorum, poſt Punica, per XV. legiones, paremq; auxiliorũ copiam triennio geſſit, in magnis omnium rerum difficultatibus, ſummaq; frugum inopia. Et quanquam ſæpius reuocaretur, tamen perſeuerauit, metuens ne uicinus & præualens hoſtis inſtaret ultro cedentibus. Ac perſeuerantiæ grande pretium tulit, toto Illyrico, quod intra Italiam regnũq; Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, interq; Danubiũ flumen, & ſinum maris Adriatici patet, perdomito, & in ditionem redacto.

17 CVi gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus acceſſit. Nã ſub id ferè tempus Quintilius Varus cum tribus legionibus in Germania perijt, nemine dubitante, quin uictores Germani iuncturi ſe Pannonijs fuerint, niſi debellatum prius Illyricum eſſet. Quas ob res triumphus ei decretus eſt, multi & magni honores. Cenſuerũt etiam quidam, ut Pannonicus, alij ut Inuictus, nonnulli ut Pius cognominaretur: ſed de cognomine interceſſit Auguſtus, eo contentũ repromittens, quòd ſe defuncto ſuſcepturus eſſet. Triumphum ipſe diſtulit, mœſta ciuitate clade Variana. Nihilo minus urbem prætextatus & laurea coronatus intrauit: poſitũq; in ſeptis tribunal ſenatu aſtante conſcendit, ac medius inter duos COSS. cum Auguſto ſimul ſedit: unde populo conſalutato circum templa deductus eſt.

Repromittere, pro promittere

18 PRoximo anno repetita Germania, cum animaduerteret Varianam cladem temeritate et negligẽtia ducis accidiſſe, nihil nõ de concilij ſententia egit. Semper aliâs ſui arbitrij, contentusq; ſe uno: tunc præter conſuetudinẽ cum pluribus de ratione belli cõmunicauit, curam quoq; ſolito exactiorem præſtitit. Traiecturus Rhenum, commeatum omnem ad certam formulam aſtrictum non antè tranſmiſit, quàm conſiſtens apud ripam, exploraſſet uehiculorũ onera, ne qua deponerentur, niſi conceſſa aut neceſſaria. Trans Rhenum uero eum uitæ ordinem tenuit, ut ſedens in ceſpite nudo cibum caperet, ſæpe ſine tentorio pernoctaret, præcepta ſequentis diei omnia, & ſi quid ſubiti muneris iniungendũ eſſet, per libellos daret: addita monitione, ut de quo quiſq; dubitaret, ſe, nec alio interprete quacunq; uel noctis hora uteretur.

19 DIſciplinam acerrime exegit, animaduerſionum & ignominiarũ generibus ex antiquitate repetitis, atq; etiam legato legionis, quòd paucos milites cum liberto ſuo trans ripam uenatum miſiſſet, ignominia notato. Prælia, quamuis minimum fortunæ caſibusq; permitteret, aliquanto conſtantius inibat, quoties lucubrãte ſe ſubito, ac nullo propellente, decideret lumen & extingueretur, confidens (ut aiebat) oſtento, ſibi ac maioribus ſuis in omni ducatu expertiſſimo. Sed re proſperè geſta, nõ multum abfuit quin à Bructero quodam occideretur: cui inter proximos uerſanti, & trepidatione detecto, tormentis expreſſa confeſſio eſt cogitati facinoris.

20 A Germania in urbem poſt bienniũ regreſſus, triumphũ quem diſtulerat, egit, proſequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat: ac prius quàm in Capitoliũ flecteret, deſcendit è curru, ſeq; præſidenti patri ad genua ſubmiſit. Bationem Pannoniũ ducem ingentibus donatum præmijs, Rauennã tranſtulit, gratiã referens quòd ſe quondã cum exercitu iniquitate loci circũcluſum, paſſus eſt euadere. Prandium dein populo mille menſis, & congiariũ tricenos nummos uiritim dedit. De

dicauit

dicauit & Cōcordiæ ædē: Itē Pollucis & Caſtoris, ſuo fratriſq; nomine de manubijs.

AC non multo pòſt lege per COSS. lata, ut prouincias cum Auguſto communiter adminiſtraret, ſimulq; cenſum ageret, condito luſtro, in Illyricum profectus eſt. Et ſtatim ex itinere reuocatus, iam quidem affectum, ſed tamen ſpirantem adhuc Auguſtū reperit, fuitq; unà ſecreto per totū diem. Scio uulgo perſuaſum, quaſi egreſſo poſt ſecretum ſermonem Tiberio, uox Auguſti per cubicularios excepta ſit: miſerum populum Romanū qui ſub tam lentis maxillis erit. Nec illud quidem ignoro aliquos tradidiſſe, Auguſtum palàm, nec diſſimulāter, morum eius diritatem adeo improbaſſe, ut nonnunquam remiſsiores hilarioreſq; ſermones ſuperueniente eo abrumperet: ſed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuiſſe, uel etiam ambitione tractum, ut tali ſucceſſore deſiderabilior ipſe quādoq; fieret. Adduci tamen nequeo quin exiſtimem, circumſpectiſsimum & prudentiſſimum principem, in tanto præſertim negotio, nihil temere feciſſe: ſed uitijs uirtutibuſq; Tiberij perpenſis, potiores duxiſſe uirtutes: præſertim cum & reipublicæ cauſa adoptare ſe eum pro concione iurauerit, & epiſtolis aliquot, ut peritiſsimū rei militaris, utq; unicum P.R. præſidium proſequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde ſubieci: Vale iucundiſſime Tiberi, & rem gere feliciter, ἐμοὶ καὶ ταῖς μούσαις στρατηγῶν. Iucundiſſime, & ita ſim felix, uir fortiſſime: & dux νομιμώτατε. Vale, & ordinem æſtiuorum tuorum. Ego uero, mi Tiberi, & inter tot rerum difficultates, καὶ τοσαύτην ῥαθυμίαν τῶν στρατευομένων, non potuiſſe quenq; prudentius gerere ſe, quàm tu geſſeris, exiſtimo. Hi quoq; qui tecum fuerunt, omnes confitentur uerſum illum in te poſſe dici: 21

Vnus homo nobis uigilando reſtituit rem.

Siue, inquit, quid incidit de quo ſit cogitandū diligentius, ſiue quid ſtomachor, ualde mediusfidius Tiberium meum deſidero: ſuccurritq; uerſus ille Homericus,

Τούτου δ' ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι.

Continuatio Attenuatum te eſſe continuatione laborum, cum audio & lego, dij me perdant, niſi co
Cohorreſcere horreſcit corpus meum: teq; rogo ut parcas tibi, ne ſi te languere audierimus, & ego et
pro totus hor mater tua expiremus, & de ſumma imperij ſui Populus Ro. periclitetur. Nihil intereſt, ua
reſcere leam ipſe nec'ne, ſi tu non ualebis. Deos obſecro ut te nobis conſeruent, & ualere nunc & ſemper patiantur, ſi non Populum Ro. peroſi ſunt.

EXceſſum Auguſti non prius palàm fecit, quàm Agrippa iuuene interempto. Hunc Tribunus militum cuſtos appoſitus occidit, lectis codicillis, quibus ut id faceret, iubebatur. Quos codicillos dubium fuit, Auguſtus'ne moriens reliquiſſet, quo materiam tumultus poſt ſe ſubduceret, an nomine Auguſti Liuia: & ea conſcio Tiberio, an ignaro dictaſſet. Tiberius renuntianti Tribuno factum eſſe quod imperaſſet, neq; imperaſſe ſe, & redditurū eum ſenatui rationem reſpondit, inuidiā ſcilicet in præſentia uitans. Nam mox ſilentio rem obliterauit. 22

IVre autem tribunitiæ poteſtatis coacto ſenatu, inchoataq; allocutione, derepente uelut impar dolori congemuit, utq; non ſolum uox, ſed ut & ſpiritus deficeret optauit, ac perlegendū librum Druſo filio tradidit. Illatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſſis ſignatoribus niſi ſenatorij ordinis, cæteris extra curiam ſigna agnoſcentibus recitauit per libertum. Teſtamenti initium fuit: Quoniā ſiniſtra fortuna Caium & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Cæſar mihi ex parte dimidia & ſextante hæres eſto. Quo & ipſo aucta eſt ſuſpicio opinantium, ſucceſſorem aſcitum eum neceſſitate magis 23
Abſtinuit quàm iudicio, quando ita præfari non abſtinuerit.

præfari PRincipatū quamuis neq; occupare confeſtim, neq; agere dubitaſſet, & ſtatione militum, hoc eſt ui, & ſpecie dominationis aſſumpta, diu tamē recuſauit impudentiſſimo animo: nunc adhortātes amicos increpans, ut ignaros quanta belua eſſet imperiū: nunc precantem ſenatum & procumbentem ſibi ad genua ambiguis reſponſis & calli 24
Suſpēdere, pro da cunctatione ſuſpendens: ut quidam patientiam rumperent: atq; unus in tumultu
ducere, & ſu- proclamaret, aut agat, aut deſiſtat: alter coràm exprobraret, cæteros quod polliciti ſint,
ſpenſos habere tarde præſtare: ipſum quod præſtet, tarde polliceri. Tandē quaſi coactus, & querens miſeram & oneroſam iniungi ſibi ſeruitutem, recepit imperium, nec tamen aliter quàm ut

depo-

depoſiturum ſe quandoq; ſpem faceret. Ipſius uerba ſunt hæc: Dum ueniam ad id tempus, quo uobis æquum poſsit uideri, dare uos aliquam ſenectuti meæ requiem.

25 CVnctandi cauſa erat metus undiq; imminentium diſcriminum, ut ſæpe lupum ſe auribus tenere diceret. Nam & ſeruus Agrippæ Clemens nomine, non contemnendam manum in ultionem domini compararat: & L. Scribonius Libo, uir nobilis, res nouas clàm moliebatur: & duplex ſeditio militum in Illyrico & in Germania exorta eſt. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia ut æquarentur ſtipendio prætorianis Germanici. Quidam etiam principē detrectabant non à ſe datum: ſummaq; ui Germanicum qui tum his præerat, ad capeſſendam rempublicam perurgebant, quanq; obfirmate reſiſtentem. Quem maxime caſum timens, partes ſibi quas ſenatui liberet, tuendas in republica depopoſcit: quando uniuerſæ ſufficere ſolus nemo poſſet, niſi cum altero, uel etiam cum pluribus. Simulauit & ualetudinē, quo æquiore animo Germanicus celerem ſucceſſionem, uel certe ſocietatem principatus opperiretur. Compoſitis ſeditionibus Clementem quoq; fraude deceptum redegit in poteſtatem. Libonem, ne quid in nouitate acerbius fieret, ſecundo demum anno in ſenatu coarguit, medio temporis ſpatio tantum cauere contentus. Nam & inter pontifices ſacrificanti ſimul, pro ſeceſpita plumbeum cultrum ſubijciendum curauit: & ſecretum petenti non niſi adhibito Druſo filio dedit, dextramq; obambulantis uelut incumbens, quoad perageretur ſermo, continuit.

Prouerbium

Detrectare principem, pro recuſare, & non ferre

26 VErum liberatus metu, ciuilem ſe admodũ inter initia, ac paulo minus quàm priuatum egit. Ex plurimis maximiſq; honoribus, præter paucos & modicos nō recepit. Natalem ſuum plebeijs incurrentem Circenſibus, uix unius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Templa, flamines, ſacerdotes decerni ſibi prohibuit: etiam ſtatuas atque imagines, niſi permittente ſe poni: permiſitq; ea ſola cōditione, ne inter ſimulacra deorum, ſed inter ornamenta ædium ponerentur. Interceſsit & quo minus in acta ſua iuraretur, & ne menſis September Tiberius, October Liuius uocarentur. Prænomen quoq; imperatoris, cognomenq; patris patriæ, & ciuicam in ueſtibulo coronam recuſauit: ac ne Auguſti quidem nomen, quanquã hæreditarium, ullis niſi ad reges ac dynaſtas epiſtolis addidit. Nec amplius quàm omnino tres cōſulatus, unum paucis diebus, alterum tribus menſibus, tertium abſens uſq; in Idus Maias geſſit.

Paulominus q̃. pro propemodũ, noue dixit

27 ADulationes adeo auerſatus eſt, ut neminem ſenatorũ, aut officij, aut negocij cauſa ad lecticam ſuam admiſerit: cōſularem uero ſatiſfacientem ſibi, ac per genua orare conãtem, ità ſuffugerit ut caderet ſupinus: atq; etiã ſi quid in ſermone, uel in continua oratione blãdius de ſe diceretᷓ, nō dubitaret interpellare, ac reprehēdere, & commutare cōtinuò. Dominus appellatus à quodã, denunciauit ne ſe amplius contumeliæ cauſa nominaret. Alium dicentē, ſacras eius occupationes, & rurſus alium, autore eo ſenatũ ſe adijſſe, uerba mutare, & ꝓ autore ſuaſorē, pro ſacris laborioſas dicere coegit.

28 SEd & aduerſus cōuitia maloſq; rumores, & famoſa de ſe ac ſuis carmina, firmus ac patiens ſubinde iactabat, in ciuitate libera linguã menteq; liberas eſſe debere. Et quondam ſenatu cognitionē de eiuſmodi criminibus ac reis flagitãte, Non tantum, inquit, otij habemus, ut implicare nos pluribus negocijs debeamus. Si hanc feneſtrã aperueritis, nihil aliud agi ſinetis: omnium inimicitiæ hoc prætextu ad uos deferentur. Extat & ſermo eius in ſenatu perciuilis: Siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam ut rationem factorũ meorum dictorumq; reddam: ſi perſeuerauerit, inuicem eum odero.

29 ATq; hæc eo notabiliora erant, quòd ipſe in appellandis uenerandiſq; ſingulis & uniuerſis, propè exceſſerat humanitatis modum. Diſſentiens in curia à Q. Haterio, Ignoſcas, inquit, rogo, ſi quid aduerſus te liberius, ſicut ſenator dixero. Et inde omnes alloquens dixit: Et nunc & ſæpe aliàs P. C. bonum & ſalutarem principem, quem uos tanta & tam libera poteſtate inſtruxiſtis, ſenatui ſeruire debere, & uniuerſis ciuib. ſæpe & plerunq; etiam ſingulis, neq; dixiſſe me pœnitet, & bonos & æquos & fauentes uos habui dominos, & adhuc habeo.

30 QVin etiam ſpeciem libertatis quandam induxit, conſeruatis ſenatui ac magiſtratibus & maieſtate priſtina & poteſtate: neq; tam paruum quicquam, neq; tam magnum publici priuatiq; negocij fuit, de quo nō ad P. C. referretᷓ: de uectigalib. ac monopolijs

polijs, de extruendis reficiendis'ue operibus, etiam de legendo uel exautorando milite, ac legionum & auxiliorũ deſcriptione: deniq; quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid & qua forma regum literis reſcribi placeret. Præfectũ alæ, de ui & rapinis reum, cauſam in ſenatu dicere coegit. Nunquam curiam niſi ſolus intrauit: lectica quondam introlatus æger, comites à ſe remouit.

QVædam aduerſus ſententiã ſuam decerni, ne queſtus quidem eſt. Negante eo de- 31
ſtinatos magiſtratus abeſſe oportere, ut præſentes honori acquieſcerent, Prætor deſignatus liberam legationem impetrauit. Iterum cenſente, ut Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem uiæ transferre cõcederetur, obtinere non potuit, quin rata uoluntas legatoris eſſet. Cum S.C. per diſceſsionem forte fieret, tranſeuntem eum in alteram partem in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo. Cætera quoque non niſi per magiſtratus & iure ordinario agebantur, tanta COSS. autoritate, ut legati ex Africa adierint eos, querentes trahi ſe à Cæſare, ad quem miſſi forent. Nec mirum, cum palàm eſſet, ipſum quoq; eiſdem aſſurgere, & decedere uia.

COrripuit conſulares exercitibus præpoſitos, ꝙ non de rebus geſtis ſenatui ſcribe 32
rent, quodq; de tribuendis quibuſdam militaribus donis ad ſe referrent, quaſi nõ omnium tribuendorũ ipſi ius haberent. Prætorẽ collaudauit, quòd honore inito, conſuetudinem antiquam retuliſſet de maioribus ſuis pro concione memorandi. Quorundam illuſtrium exequias uſq; ad rogum frequẽtauit. Parem moderationem minoribus quoq; perſonis et rebus exhibuit. Cum Rhodiorum magiſtratus, quòd literas publicas ſine ſubſcriptione ad ſe dederant, euocaſſet, ne uerbo quidem inſectatus, ac tantummodo iuſſos ſubſcribere remiſit. Diogenes grãmaticus diſputare ſabbatis Rhodi ſolitus, uenientem ut ſe extra ordinem audiret, non admiſerat, ac per ſeruulum ſuum in ſeptimum diem diſtulerat. hunc Romæ ſalutandi ſui cauſa pro foribus aſtantem, nihil amplius, quàm ut poſt ſeptimum annum rediret, admonuit. Præſidibus onerandas tributo prouincias ſuadentibus, reſcripſit, Boni paſtoris eſſe, tondere pecus, nõ deglubere.

Moderatio abſolute, pro lenitate ſine modeſtia

PAulatim principẽ exercuit, præſtititq;, & ſi uariũ diu, cõmodiorem tamen ſæpius, 33
& ad utilitates publicas proniorẽ. ac primo eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret. Itaq; & cõſtitutiones quaſdã ſenatus reſcidit, & magiſtratib. pro tribunali cognoſcentibus, plerũq; ſe offerebat conſiliariũ, aſſidebatq; mixtim, uel ex aduerſo in parte primori. Et ſi quẽ reorũ elabi gratia rumor eſſet, ſubitus aderat, iudicesq; aut è plano aut è q̃ſitoris tribunali legũ, & religionis, & noxę de qua cognoſcerẽt, admonebat: atq; etiã ſi qua in publicis morib. deſidia, aut mala cõſuetudine labarẽt, corrigẽda ſuſcepit.

Eatenus, pro hactenus

Conſiliarius, ut à conſilijs

LVdorum ac munerum impenſas corripuit, mercedibus ſcenicorum reſciſſis, pari- 34
busq; gladiatorũ ad certum numerũ redactis. Corinthiorũ uaſorum precia in immenſum exarſiſſe, treſq; mullos XXX. millibus nummûm ueniſſe, grauiter cõqueſtus, adhibendũ ſupellectili modum cenſuit: annonamq; macelli, ſenatus arbitratu quotannis temperandam, dato ædilibus negocio, popinas ganeasq; uſq; eo inhibendi, ut ne opera quidem piſtoria proponi uenalia ſinerent. Et ut parſimoniam publicam exemplo quoq; iuuaret, ſolennibus ipſe cœnis pridiana ſæpe ac ſemeſa obſonia appoſuit, dimidiatumq; aprum, affirmans, omnia eadem habere, quæ totum. Quotidiana oſcula prohibuit edicto: item ſtrenarum cõmercium, ne ultra Cal. Ianuarias exerceretur. Conſueuerat quadruplã ſtrenam & de manu reddere, ſed offenſus interpellari ſe toto menſe ab ijs qui poteſtatem ſui die feſto non habuiſſent, ultra non reddidit.

MAtronas proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publicus deeſſet, ut propinqui 35
maiorum more de cõmuni ſententia coercerẽt, autor fuit. Equiti Ro. iuriſiurandi gratiam fecit, uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunq; repudiaturum antè iurauerat. Fœminæ famoſæ, ut ad euitandas legum pœnas, iure ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri cœperãt: & ex iuuentute utriuſq; ordinis profligatiſſimus quiſq;, quo minus in opera ſcenę arenæq; edenda S.C. tenerentur, famoſi iudicij notam ſponte ſubibant. Eos eaſq; omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiq; eſſet, exilio affecit. Senatori latum clauum ademit, quem cognouiſſet ſub Cal. Iulij demigraſſe in hortos, quo uilius poſt diem ædes in urbe cõduceret. Alium & quæſtura remouit, quòd uxorem pridie ſortitione ductam, poſtridie repudiaſſet.

Externas

36 EXternas ceremonias, Aegyptios Iudaicosq́ ritus compeſcuit, coactis qui ſuperſtitione ea tenebantur, religioſas ueſtes cum inſtrumento omni comburere. Iudæorum iuuentutem, per ſpeciem ſacramenti, in prouincias grauioris cœli diſtribuit: reliquos gentis eiuſdem, uel ſimilia ſectantes, urbe ſubmouit ſub pœna perpetuæ ſeruitutis niſi obtemperaſſent. Expulit & mathematicos: ſed deprecantibus, ac ſe artem deſituros promittentibus ueniam dedit. *Sub pœna ſeruitutis* *Deſinere artē transitiue*

37 IN primis tuendę pacis à graſſaturis ac latrocinijs ſeditionūq́ licentia curam habuit. Stationes militū per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit. Romæ caſtra conſtituit, quibus prætorianæ cohortes, uagæ ante id tēpus & per hoſpitia diſperſę, continerent. Populares tumultus exortos grauiſsime coercuit: & ne orirentur, ſedulo cauit. Cæde in theatro per diſcordiam admiſſa, capita factionū, & hiſtriones propter quos diſsidebatur, relegauit: nec ut reuocaret, unquā ullis populi precibus potuit euinci. Cum Polētina plebs funus cuiuſdam primipilaris nō prius ex foro miſiſſet, q̄ extorta pecunia per uim hæredibus ad gladiatoriū munus, cohortem ab urbe, & aliam à Cotij regno, diſsimulata itineris cauſa, detectis repente armis, concinentibusq́ ſignis, per diuerſas portas in oppidum immiſit, ac partem maiorē plebis ac decurionū in perpetua uincula coniecit. Aboleuit & ius moreq́ aſylorum, quæ uſquam erant. Cyzicenis in ciues Ro. uiolentius quædā auſis, publice libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerūt. Hoſtiles motus, nulla poſtea expeditione ſuſcepta, per legatos cōpeſcuit: nec per eos quidē, niſi cunctanter & neceſſario. Reges infeſtos ſuſpectosq́ comminationibus magis & querelis, q̄ ui repreſsit. Quoſdā per blanditias atq; promiſſa extractos ad ſe non remiſit, ut Marabodum Germanum, Rhaſcypolim Thracem, Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in formam prouinciæ redegit.

38 BIennio continuo poſt adeptum imperium pedem porta non extulit: ſequenti tempore præter q̄ in propinqua oppida, & cum longiſsime, Antio tenus, nuſquam abfuit: idq́ perraro, & paucos dies: q̄uis prouincias quoq; & exercitus reuiſurum ſe ſępe pronuntiaſſet, & prope quotānis profectionē prępararet, uehiculis cōprehenſis, cōmeatibus per municipia & colonias diſpoſitis, ad extremū uota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus, ut uulgo iam per iocum Callipides uocaretur, quem curſitare, ac ne cubiti quidem menſuram progredi, prouerbio græco notatū eſt. *Itus, reditus*

39 SEd orbatus utroq; filio, quorū Germanic⁹ in Syria, Druſus Romæ obierat, ſeceſſum Campaniæ petijt, cōſtanti & opinione & ſermone penè omniū, quaſi neq; rediturus unq̄, & cito mortē etiā obiturus, quod paulominus utrunq; euenit. Nam neq; Romam amplius redijt: ſed & paucos poſt dies iuxta Tarracinā in prætorio, cui Speluncæ nomē erat, incœnante eo, complura & ingentia ſaxa fortuitò ſupernè delapſa ſunt, multisq́ conuiuarum & miniſtrorum eliſis, præter ſpem euaſit. *Paulominus, pro propemodum*

40 PEragrata Cāpania, cū Capuæ Capitoliū, Nolæ tēplum Auguſti, quā cauſam profectionis prætēderat, dedicaſſet, Capreas ſe cōtulit: præcipue delectatus inſula, quòd uno paruoq́ littore adiret, ſepta undiq; pręruptis immenſæ altitudinis rupibus, & profundo maris. Statimq́ reuocante aſsidua obteſtatione populo, propter cladem, qua apud Fidenas ſupra XX hominū milia gladiatorio munere amphitheatri ruina perierāt, tranſiit in cōtinentē, poteſtatēq́ omnibus adeundi ſui fecit: tanto magis q̄ ab urbe egrediens, ne quis ſe interpellaret, edixerat, ac toto itinere adeuntes ſubmouerat.

41 REgreſſus in inſulam, reip. quidē curā uſq; adeo abiecit, ut poſtea nō decurias equitum unq̄ ſuppleuerit: non tribunos militū præfectosq́, non prouinciarū præſides ullos mutauerit: Hiſpaniā & Syriam per aliquot annos ſine conſularibus legatis habuerit: Armeniā à Parthis occupari, Mœſiam à Dacis Sarmatisq́, Gallias à Germanis uaſtari neglexerit, magno dedecore imperij, nec minore diſcrimine.

42 CAeterum ſecreti licentiam nactus, & quaſi ciuitatis oculis remotus, cuncta ſimul uitia male diu diſsimulata, tandem profudit: de quibus ſingulatim ab exordio referam. In caſtris tiro etiam tum, propter nimiam uini auiditatē, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero uocabatur. Poſtea princeps in ipſa publicorum morum correptione cum Pomponio Flacco, & L. Piſone noctem continuumq́ biduum epulando potandoq́ conſumpſit; quorū alteri Syriam prouinciam, alteri præ

ſecuram urbis cõfeſtim detulit, codicillis quoq; iucundiſsimos, & omniũ horarũ amicos profeſſus. Sextio Claudio libidinoſo ac prodigo ſeni, olim ab Auguſto ignominia notato, & à ſe ante paucos dies apud ſenatũ increpito, cœnam ea lege cõdixit, ne quid ex conſuetudine immutaret aut demeret, utq; nudis puellis miniſtrãtibus cœnaretur. Ignotiſsimũ quæſturæ candidatũ nobiliſsimis antepoſuit, ob epotam in conuiuio propinante ſe uini amphorã. Aſellio Sabino H—S. ducenta donauit pro dialogo, in quo boleti, & ficedulæ, & oſtreæ, & turdi certamen induxerat. Nouum deniq; officium inſtituit à uoluptatibus, præpoſito equite Ro. T. Ceſonio Priſco.

Condixit cœnã pro promiſit
Ignotiſsimus, pro obſcuriſs.
Propinare, præbibere

SEceſſu uero Capreenſi, etiã ſellariam excogitauit ſedem arcanarum libidinum: in quam undiq; cõquiſiti puellarũ & exoletorum greges, monſtroſiq; concubitus repertores, quos Spintrias appellabat, triplici ſerie cõnexi, inuicem inceſtarẽt ſe coram ipſo, ut aſpectu deficientes libidines excitaret. Cubicula plurifariã diſpoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſsimarũ picturarũ & figurarũ adornauit, libriſq; Elephantidis inſtruxit, ne cui in opera edenda exemplar imperatæ ſcenæ deeſſet. In ſyluis quoq; ac nemorib. paſsim uenereos locos cõmentus eſt, proſtanteſq; per antra & cauas rupes ex utriuſq; ſexus pube, Paniſcorum & Nympharum habitu: palamq; iam & uulgato nomine inſulæ abutentes, Caprineum dictitabant. 43

MAiore adhuc & turpiore infamia flagrauit, uix ut referri audiriue, ne dum credi fas ſit: quaſi pueros primæ teneritudinis, quos piſciculos uocabat, inſtitueret ut natanti ſibi inter fœmina uerſarentur ac luderent, lingua morſuq; ſenſim appetentes: atq; etiam quaſi infantes firmiores, necdum tamen lacte depulſos, inguini ceu papillę admoueret, pronior ſanè ad id genus libidinis & natura & ætate. Quare Parrhaſij quoq; tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam ſibi ſub conditione, ut ſi argumẽto offenderetur, decies pro ea H—S acciperet, non modo prætulit, ſed & in cubiculo dedicauit. Fertur etiam in ſacrificando quondam captus facie miniſtri acerram præferentis, nequiſſe abſtinere quin penè uix dum re diuina peracta, ibidem ſtatim ſeductum conſtupraret, ſimulq; fratrẽ eius tibicinem: atq; utriq; mox, quòd mutuo flagitium exprobrabant, crura fregiſſe. 44

Nedum, pro tantum abeſt

FOeminarum quoq;, & quidem illuſtrium, capitibus quantopere ſolitus ſit illudere, euidentiſsime apparuit Malloniæ cuiuſdam exitu: quam perductam, nec quicquam amplius pati cõſtantiſsime recuſantem, delatoribus obiecit: ac ne ream quidem interpellare deſiit, ecquid pœniteret: donec ea relicto iudicio domũ ſe arripuit, ferroq; trãſegit, obſcœnitate oris hirſuto atq; olido ſeni clarè exprobrata. Vnde nota in Atellanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo excepta percrebuit, hircum uetulum capreis naturam ligurire. 45

PEcuniæ parcus ac tenax comites peregrinationũ expeditionũq; nunq̃ ſalario, cibarijs tantũ ſuſtentauit, unam modo liberalitatẽ ex indulgentia uitrici cõſecutus: cum tribus claſsibus factis pro dignitate cuiuſq;, primę ſexcẽta ſeſtertia, ſecundæ quadringenta diſtribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorũ, ſed Græcorum appellabat. 46

PRinceps neq; opera ulla magnifica fecit: nam & quæ ſola ſuſceperat, Auguſti templum, reſtitutionemq; Pompeiani theatri, imperfecta poſt tot annos reliquit: neq; ſpectacula omnino edidit: & ijs quæ ab aliquo ederentur, rariſsime interfuit, ne quid expoſceretur, utiq; poſtquã comœdum Actium coactus eſt manumittere. Paucorum ſenatorum inopia ſuſtentata, ne pluribus opem ferret, negauit ſe alijs ſubuenturũ, niſi ſenatui iuſtas neceſsitatũ cauſas probaſſent. Quo pacto pleroſq; modeſtia & pudore deterruit, in quibus Ortalum Q. Hortenſii oratoris nepotem, qui permodica re familiari, autore Auguſto, quatuor liberos tulerat. 47

PVblicè munificentiam bis omnino exhibuit, propoſito milies H—S gratuitò in triennij tempus, & rurſus quibuſdam dominis inſularum, quæ in monte Cœlio deflagrarant, pretio reſtituto: quorum alterum magna difficultate nummaria populo auxilium flagitante coactus eſt facere, cum per S. C. ſanxiſſet, ut fœneratores duas patrimonij partes in ſolo collocarent, debitores totidem æris alieni ſtatim ſoluerent, nec res expediretur: alterum ad mitigandam temporũ atrocitatẽ. Quod tamẽ beneficium tanti ęſtimauit, ut montẽ Cœlium appellatione mutata uocari Auguſtũ iuſſerit. Militi 48

poſt duplicata ex Auguſti teſtamento legata, nihil unquam largitus eſt, præter quàm ſingula milia denariorum prætorianis quòd Seiano ſe non accommodaſſent: & quædam munera Syriacis legionibus, quòd ſolæ nullam Seiani imaginem inter ſigna coluiſſent. atq; etiam miſsiones ueteranorum rariſsimas fecit, ex ſenio mortem, ex morte compendiũ captãs. Neq; prouincias quidem ulla liberalitate ſubleuauit, excepta Aſia, diſiectis terræmotu ciuitatibus.

49 PRocedente mox tempore etiam ad rapinas conuertit animum. Sat conſtat Cn. Lentulum augurem, cui cenſus maximus fuerit, metu & angore ad faſtidium uitæ ab eo actum, & ut nequo niſi ipſo hærede moreretur. Condemnatam & generoſiſſimam fœminam Lepidam, in gratiam Quirini conſularis prædiuitis & orbi, qui dimiſſam eam è matrimonio poſt uigeſimum annum ueneni olim in ſe comparati arguebat. Præterea Galliarum & Hiſpaniarum, Syriæq; & Græcię principes confiſcatos ob tam leue ac tam impudens calumniarum genus, ut quibuſdam nõ aliud ſit obiectum, quàm quòd partem rei familiaris in pecunia haberent. Plurimis etiã ciuitatibus & priuatis ueteres immunitates, & ius metallorũ ac uectigaliũ adempta. Sed & Vononem regem Parthorũ, qui pulſus à ſuis, quaſi in fidem P. R. cum ingenti gaza Antiochiam ſe receperat, ſpoliatum perfidia, & occiſum.

Dimiſſa è matrimonio, pro repudiata

Cõfiſcatus, ad hominem relatum, non ſolum ad rem, ut confiſcata bona

50 ODium aduerſus neceſsitudines in Druſo primũ fratre detexit, prodita eius epiſtola, qua ſecũ de cogẽdo ad reſtituendã libertatẽ Auguſto agebat: deinde & in reliquis. Iuliæ uxori tantũ abfuit ut relegatæ, quod minimũ eſt, officij aut humanitatis aliquid impertiret, ut ex conſtitutione patris uno oppido clauſam, domo quoq; egredi & cõmercio hominũ frui uetuerit. ſed & peculio cõceſſo à patre, præbitiſq; annuis fraudauit, per ſpeciẽ publici iuris, quòd nihil de his Auguſtus teſtamẽto cauiſſet. Matrem Liuiã grauatus, uelut partes ſibi æquas potentiæ uindicantẽ, & congreſſum eius aſsiduũ uitauit, & longiores ſecretioreſq; ſermones, ne eius cõſilijs, quibus tamẽ interdum & ægrè uti ſolebat, regi uideretur. Tulit etiã perindignè, actum à ſenatu, ut titulis ſuis quaſi Auguſti, ita & Liuiæ filius adijceretur. Quare non parentẽ patriæ appellari, non ullum inſignem honorem recipere publicè paſſus eſt: ſed & frequẽter admonuit, maioribus nec fœminæ conuenientibus negotijs abſtineret: præcipue ut animaduertit incẽdio iuxta ædem Veſtæ & ipſam interueniſſe, populumq; & milites, quo enixius opem ferrent adhortatam, ſicut ſub marito ſolita eſſet.

51 DEhinc ad ſimultatẽ uſq; proceſsit, hac (ut ferunt) de cauſa. Inſtanti ſæpius ut ciuitate donatũ in decurias allegeret, negauit alia ſe conditione allecturum, q̃ ſi pateretur aſcribi albo, extortũ id ſibi à matre. At illa cõmota, ueteres quoſdam ad ſe Auguſti codicillos de acerbitate & intolerãtia morũ eius è ſacrario protulit, atq; recitauit. Hos & cuſtoditos tandiu, & exprobratos tam infeſtè, adeo grauiter tulit, ut quidam putent inter cauſas ſeceſſus hanc ei uel præcipuam fuiſſe. Toto quidem triennio, quo uiuente matre abfuit, ſemel omnino eam, nec amplius q̃ uno die paucíſsimis uidit horis. Ac mox, neq; ægræ adeſſe curauit: defunctamq;, & dum aduẽtus ſui ſpem facit, cõ plurium dierum mora corrupto demum & tabido corpore funeratam prohibuit conſecrari, quaſi id ipſa mandaſſet. Teſtamentũq; eius pro irrito habuit: omneſq; amicitias & familiaritates, etiam quibus ea funeris ſui curam moriens demandarat, intra breue tempus afflixit, uno ex his equeſtris ordinis uiro & in Latomiam condemnato.

52 FIliorum neq; naturalem Druſum, neq; adoptiuum Germanicum patria charitate dilexit, alterius uitijs infenſus. Nã Druſus animi fluxioris remiſsiorisq; uitæ erat. Itaq; ne mortuo quidem perinde affectus eſt, ſed non tantum non ſtatim poſt à funere ad negotiorum conſuetudinem redijt, iuſtitio longiore inhibito. Quin & Ilienſium legatis paulo ſerius cõſolantibus, quaſi obliterata iam doloris memoria irridẽs, ſe quoq; reſpondit uicem eorum dolere, quòd egregium ciuem Hectorem amiſiſſent. Germanico uſque adeo obtrectauit, ut & præclara facta eius pro ſuperuacuis eleuaret: & glorioſiſsimas uictorias, ceu damnoſas R.P. increparet. Quòd uero Alexandriam propter immenſam & repentinam famem incõſulto ſe adiſſet, queſtus eſt in ſenatu. Etiam cauſa mortis fuiſſe ei per Cn. Piſonem legatum Syriæ creditur. Quem mox huius criminis reum, putant quidam mandata prolaturum, niſi ea ſecreta obſtarent, per quæ

Affectus eſt illi, pro erga illũ

multifariam increpitum, & per noctes creberrime acclamatum eſt: Redde Germanicum. Quam ſuſpicionem confirmauit ipſe poſtea, coniuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis.

NVrum Agrippinam poſt mortem mariti liberius quiddam queſtam manu ap- 53
prehendit, Græcoq́ue uerſu, Si non dominaris, inquit, filiola, iniuriam te accipere exiſtimas? Nec ullo mox ſermone dignatus eſt. Quondam uerò inter cœnam porrecta à ſe poma guſtare non auſam etiam uocare deſiit, ſimulans ſe ueneni crimine accerſitum, cum præſtructum utrunq; conſultò eſſet, ut & ipſe tentandi gratia offerret, & illa quaſi certiſsimum exitium caueret. Nouiſsime calumniatus, modo ad ſtatuam Auguſti, modo ad exercitus confugere uelle, Pandatariam relegauit: conuitiantiq́ue oculum per centurionem uerberibus excuſsit. Rurſus mori inedia deſtinanti, per uim ore diducto infulciri cibũ iuſsit. Sed & perſeuerantẽ atq; ita abſumptã, criminoſiſsime inſectatus eſt, cũ diem quoq; natalẽ eius inter nefaſtos referẽdũ ſuaſiſſet. Imputauit etiã, q non laqueo ſtrangulatã in Gemonias abiecerit: proq; tali clemẽtia interponi decretum paſſus eſt, quo ſibi gratiæ agerent, & Capitolino Ioui donum ex auro ſacraretur.

CVm ex Germanico tres nepotes, Neronem, & Druſum, & Caium, ex Druſo u- 54
num Tiberium haberet, deſtitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filijs Neronẽ, & Druſum P.C. cõmendauit, diemq́ue utriuſq; tirocinij congiario ple-
ineunte anno bi dato celebrauit. Sed ut cõperit, ineunte anno pro eorum quoq; ſalute publice uota ſuſcèpta, egit cum ſenatu, nõ debere talia præmia tribui niſi expertis, & ætate prouectis: atq; ex eo patefacta interiore animi ſui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit. Variaq́ue fraude inductos, ut & concitarent ad conuitia, & cõcitati perderent, accuſauit per literas amariſsime congeſtis etiã probris. Et iudicatos hoſtes fame necauit, Neronẽ in inſula Pontia, Druſum in ima parte palatij. Putant Neronem ad uoluntariam mortẽ coactum cũ ei carnifex, quaſi ex ſenatus autoritate miſſus, laqueos & uncos oſtentaret: Druſo aũt adeo alimenta ſubducta, ut tomentum è culcitra tentauerit mandere: amborũ ſic reliquias diſperſas, ut uix quandoq; colligi poſſent.

SVper ueteres amicos ac familiares, XX. ſibi è numero principum ciuitatis depopo 55
ſcerat, uelut cõſiliarios in negotijs publicis: horũ omniũ uix duos aut tres incolumes præſtitit, ceteros aliũ alia de cauſa perculit. Inter quos cũ plurimorũ clade Aelium Seianum, quem ad ſummã potentiã nõ tam beneuolẽtia prouexerat, q̃ ut eſſet cuius miniſterio ac fraudibus liberos Germanici circumueniret, nepotemq́ue ſuum ex Druſo filio naturalem ad ſucceſsionem imperij confirmaret.

NIhilo lenior in cõuictores Græculos, quibus uel maxime acquieſcebat, Zenonẽ 56
Sermocinari quendam exquiſitius ſermocinantẽ, cum interrogaſſet, quænam illa tam moleſta dialectos eſſet, & ille reſpõdiſſet, Doridem, relegauit Aenariã, exiſtimãs exprobratum ſibi ueterem ſeceſſum, q Dorice Rhodij loquantur. Item cum ſoleret ex lectione quotidiana quæſtiones ſuper cœnã proponere, cõperiſſetq́ue, Seleucum Grãmaticum à miniſtris ſuis perquirere, quos quoq; tẽpore tractaret autores, atq; ita præparatũ uenire, primũ à contubernio remouit, deinde etiam ad mortem compulit.

SAeua ac lenta natura ne in puero quidẽ latuit: quam Theodorus Gadareus rheto 57
Aſsimulare, pro ſimili exprimere ricæ præceptor, & proſpexiſſe primus ſagaciter, & aſsimilaſſe aptiſsime uiſus eſt, ſubinde in obiurgando appellans eum, πηλὸν αἵματι συμπεφυρμένον, id eſt, lutum ſanguine maceratum. Sed aliquanto magis in principe eluxit etiã inter initia, cum adhuc fauorem moderationis ſimulatiõe captaret. Scurrã, qui prætereunte funere clarè mortuo mandarat, ut nunciaret Auguſto, nondũ reddi legata quæ plebi reliquiſſet, attractum ad ſe recipere debitũ duciq́ue ad ſuppliciũ imperauit, & patri ſuo uerum referre. Nec multo poſt in ſenatu Pompeio cuidam equiti Ro. quiddam pernegantí, dum uincula minatur, affirmauit fore ut ex Pompeio Pompeianus fieret, acerba cauillatione ſimul hominis nomen inceſſens, ueteremq́ue partium fortunam.

SVb idem tempus conſulente prætore, an iudicia maieſtatis cogi iuberet, exercen- 58
das eſſe leges reſpondit, & atrociſsime exercuit. Statuę quidã Auguſti caput dempſerat, ut alterius imponeret. Acta res in ſenatu, & quia ambigebat, per tormẽta quæſita eſt. Damnato reo paulatim hoc genus calumniæ eò proceſsit, ut hæc quoq; capita-

lia eſſent: Circa Auguſti ſimulacrū ſeruum cecidiſſe, ueſtem mutaſſe, nūmo uel anulo effigiem impreſſam latrinæ aut lupanari intuliſſe, dictū ullum factumúe eius exiſtimatione aliqua læſiſſe. Perijt deniqꝫ & is, qui honores in colonia ſua eodē die decerni ſibi paſſus eſt, quo decreti & Auguſto olim erant.

59 MVlta præterea ſpecie grauitatis, ac morum corrigendorum, ſed & magis naturæ obtemperans, ita ſæue & atrociter factitauit, ut nonnulli uerſiculis quoqꝫ & præſentia exprobrarent, & futura denunciarent mala,

Aſper & immitis, breuiter uis omnia dicam?
    Diſpeream ſi te mater amare poteſt.
Non es eques, quare, non ſunt tibi milia centum.
    Omnia ſi quæras, & Rhodos exilium eſt.
Aurea mutaſti Saturni ſecula Cæſar,
    Incolumi nam te ferrea ſemper erunt.
Faſtidit uinum, quia iam ſitit iſte cruorem:
    Tam bibit hunc auide, quàm bibit ante merum.
Aſpice felicem ſibi non tibi Romule Syllam:
    Et Marium ſi uis aſpice, ſed reducem.
Nec non Antoni ciuilia bella mouentis,
    Non ſemel infectas aſpice cæde manus,
Et dic, Roma perit: regnabit ſanguine multo
    Ad regnum quiſquis uenit ab exilio.

Quæ primo, quaſi ab impatientibus Romæ dominij, ac nō tam ex animi ſententia, ꝙ bile & ſtomacho fingerentur, uolebat accipi: dicebatqꝫ identidem, Oderint, dum probent. Deinde uera planè certaqꝫ eſſe, ipſe fecit fidem.

60 IN paucis diebus ꝙ Capreas attigit, piſcatori qui ſibi ſecretum agenti grandē mullum inopinàter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem iuſsit, territus quòd is à tergo inſulæ per aſpera & deuia erepſiſſet ad ſe. Gratulanti aūt inter pœnam, quòd nō & locuſtam, quā prægrandē ceperat, obtuliſſet, locuſta quoqꝫ lacerari os imperauit. Militem prætorianum ob ſurreptum è uiridario pauonē, capite punijt. In quodam itinere lectica, qua uehebatur, uepribus impedita, exploratorem uiæ primarum cohortiū centurionem ſtratum humi penè ad necem uerberauit.

61 MOx in omne genus crudelitatis erupit, nunꝙ deficiēte materia, cum primo matris, deinde nepotū & nurus, poſtremo Seiani familiares, atqꝫ etiam notos perſequeretur. Poſt cuius interitum uel ſæuiſsimus extitit: quo maxime apparuit, non tam ipſum à Seiano concitari ſolitum, ꝙ Seiano quærenti occaſiones, ſubminiſtraſſe. Etſi cōmentario, quem de uita ſua ſummatim breuiterqꝫ cōpoſuit, auſus eſt ſcribere, Seianum ſe puniſſe, quòd cōperiſſet furere aduerſus Germanici liberos filij ſui: quorū ipſe alterum ſuſpecto iam, alterū oppreſſo demum Seiano interemit. Singulatim crudeliter facta eius exequi longum eſt, generatim uelut exemplaria ſæuitiæ enumerare ſat erit. Nullus à pœna hominū ceſſauit dies, ne religioſus quidem ac ſacer. Animaduerſum in quoſdam ineunte anno nouo. Accuſati damnatiqꝫ multi cum liberis atqꝫ etiam uxoribus ſuis. Interdictum ne capite damnatos propinqui lugerēt, decreta accuſatoribus præcipua præmia, nonnunquam & teſtibus. Nemini delatorum fides abrogata, omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum ſimpliciumqꝫ uerborū. Obiectum eſt poetæ ꝙ in tragœdia Agamemnonē probris laceſsiſſet. Obiectum & hiſtorico, quòd Brutum Caſſiumqꝫ ultimos Romanorū dixiſſet. Animaduerſum ſtatim in autores ſcriptaqꝫ abolita, quamuis probarentur aliquot ante annos, etiam Auguſto audiente recitata. Quibuſdam cuſtodiæ traditis, non modo ſtudendi ſolatium ademptum, ſed etiam ſermonis & colloquij uſus. Citati ad cauſam dicendam, partim ſe domi uulnerauerunt certi damnationis, ſed ad uexationē ignominiamqꝫ uitandam: partim in media curia uenenū hauſerunt: & tamen colligatis uulneribus ac ſemianimes palpitantesqꝫ in carcerem rapti. Nemo punitorum non & in Gemonias abiectus, uncoqꝫ tractus. Viginti uno die abiecti tractiqꝫ: inter eos pueri & fœminæ. Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet uirgines ſtrangulari, uitiatæ prius à carnifice, dein ſtrangulatæ. Mori

uolentibus uis adhibita uiuendi. nam mortem adeo leue ſupplicium putabat, ut cum audiſſet, unum ex reis Carnulium nomine anticipaſſe eam, exclamauerit: Carnulius me euaſit. Et in recognoſcẽdis cuſtodijs precanti cuidam pœnæ maturitatem, reſpondit, Nondum tecum in gratiam redij. Annalibus ſuis uir conſularis inſeruit, frequenti quondam conuiuio, cui & ipſe affuerit, interrogatum eum ſubitò, & clare à quodam nano aſtante mẽſæ inter Capreas, cur Paconius maieſtatis reus tandiu uiueret: ſtatim quidem petulantiam linguæ obiurgaſſe, cæterum poſt paucos dies ſcripſiſſe ſenatui, ut de pœna Paconij quamprimum ſtatueret.

Exacerbatus AVxit intenditq; ſæuitiam, exacerbatus indicio de morte filij ſui Druſi: quẽ cum morbo & intemperãtia periſſe exiſtimaret, ut tandem ueneno interemptũ fraude Liuillæ uxoris atq; Seiani cognouit, neq; tormentis neq; ſupplicio cuiuſquã pepercit, ſoli huic cognitioni adeo per totos dies deditus & intentus, ut Rhodienſem hoſpitem, quem familiaribus literis Romam euocarat, adueniſſe ſibi nuntiatum torqueri ſine mora iuſſerit, quaſi aliquis ex neceſſarijs quæſtioni adeſſet: deinde errore detecto, & occidi, ne diuulgaret iniuriam. Carnificinę eius oſtẽditur locus Capreis, unde damnatos poſt longa & exquiſita tormenta pręcipitari coram ſe in mare iubebat, excipiente claſsiariorũ manu, & contis atq; remis elidente cadauera, ne cui reſidui ſpiritus quicquam ineſſet. Excogitauerat aũt inter genera cruciatus, etiã ut larga meri potione per *Veretrum* fallaciam oneratos, repente ueretris deligatis, fidicularum ſimul urinæq; tormento diſtenderet. Quod & niſi eum mors præueniſſet, & Thraſyllus cõſulto (ut aiunt) differrę quædam ſpe longioris uitæ cõpuliſſet, plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis qui- *Parſurus* dem nepotibus parſurus creditᷣ: cum & Caium ſuſpectum haberet, & Tiberium ut ex adulterio conceptũ aſpernaretur. Nec abhorret à uero. Namq; idẽtidem felicem Priamum uocabat, quòd ſuperſtes omnium ſuorum extitiſſet. 62

QVàm uero inter hæc nõ modo inuiſus ac deteſtabilis, ſed prætrepidus quoq; atq; etiã contumelijs obnoxius uixerit, multa indicia ſunt. Aruſpices ſecreto ac ſine teſtibus conſuli uetuit. Vicina uero urbi oracula etiam diſiicere conatus eſt, ſed maieſtate Pręneſtinarum ſortium territus deſtitit, cum obſignatas deuectasq; Romam nõ reperiſſet in arca, niſi relatas rurſus ad templum. Vnum & alterum conſulares oblatis prouincijs, non auſus à ſe dimittere, uſq; adeo detinuit, donec ſucceſſores poſt aliquot annos pręſentibus daret: cum interim manente officij titulo, etiam delegaret plurima, aſsiduecq; illi per legatos & adiutores ſuos exequenda curarent. 63

NVrum ac nepotes nunq; aliter poſt damnationẽ, q̃ catenatos, obſutaq; lectica loco mouit, prohibitis per militẽ obuijs ac uiatoribus reſpicere uſq; uel cõſiſtere. 64

SEianum res nouas molientem, quamuis iam & natalem eius publice celebrari, & imagines aureas coli paſsim uideret, uix tandem & aſtu magis ac dolo, q̃ principali autoritate ſubuertit. Nam primo, ut à ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi aſſumpſit in quinto conſulatu, quem longo interuallo abſens ob id ipſum ſuſceperat. Deinde ſpe affinitatis ac tribunitiæ poteſtatis deceptũ, inopinantẽ criminatus eſt pudenda miſerandaq; oratione, cum inter alia P.C. precaretur, mitterent alterũ è conſulibus, qui ſenem ſe & ſolum, in conſpectum eorum cum aliquo militari præſidio perduceret. Sic quoq; diffidens, tumultumq; metuens, Druſum nepotem, quem uinculis adhuc Romæ continebat, ſolui ſi res poſceret, ducemq; conſtitui præceperat. Aptatis *Speculabũdus pro ſubinde ſpeculans* etiam nauibus ad quaſcunq; legiones meditabatur fugam, ſpeculabũdus ex altiſsima rupe identidem: ſignaq;, ne nuntij morarentur, tolli procul, ut quidq; foret factum, mandauerat. Verum & oppreſſa coniuratione Seiani nihilo ſecurior aut conſtantior, per IX. proximos menſes non egreſſus eſt uilla, quæ uocatur Iouis. 65

VRebant inſuper anxiam mentem uaria undiq; conuitia, nullo nõ damnatorum omne probri genus coràm, uel per libellos in orcheſtra poſitos ingerente. Quibus quidem diuerſiſsime afficiebatur: modo ut præ pudore ignota & celata cuncta cuperet, nonnunquàm eadem contemneret, & proferret ultro, atq; uulgaret. Quin & Artabani Parthorum regis laceratus eſt literis, parricidia & cædes & ignauiam & luxuriam obijcientis, monentisq; ut uoluntaria morte maximo iuſtiſsimoq; ciuiũ odio quàm primum ſatisfaceret. Poſtremo ſemetipſe pertæſus, talis epiſtolæ principio tantum nõ 66

ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt:

67 QVid ſcribam uobis P. C. aut quomodo ſcribam, aut quid omnino non ſcribam hoc tempore, Dij me deæq; peius perdant, quàm quotidie perire ſentio, ſi ſcio. Exiſtimant quidam, præſciſſe hæc eum peritia futurorũ, ac multo ante quanta ſe quan doq; acerbitas & infamia maneret, proſpexiſſe. Ideoq; ut imperium iniret, & patris pa triæ appellationẽ, & ne in acta ſua iuraretur, obſtinatiſsime recuſaſſe, ne mox maiore dedecore impar tantis honoribus inueniretur. Quod ſanè & ex oratione eius, quam de utraq; re habuit, colligi poteſt: uel cum ait, Similem ſe ſemper ſui futurum, nec unquam mutaturum mores ſuos, quandiu mentis ſanæ fuiſſet: ſed exempli cauſa cauendum, ne ſe ſenatus in acta cuiuſq; obligaret, qui aliquo caſu mutari poſſet. Et rurſus: Si quando aũt, inquit, de moribus meis deuotoq; uobis animo dubitaueritis, quod prius quàm eueniat, opto ut me ſupremus dies huic mutatæ ueſtræ de me opinioni eripiat, nihil honoris adijciet mihi patris appellatio: uobis aũt exprobrabit aut temeritatẽ delati mihi eius cognominis, aut inconſtantiam contrarij de me iudicij.

Deuotus uobis, pro deditus, in bonam partem

68 COrpore fuit amplo atq; robuſto, ſtatura quæ iuſtam excederet: latus ab humeris & pectore, cæteris quoq; membris uſq; ad imos pedes æqualis & congruens: ſiniſtra manu agiliore ac ualidiore: articulis ita firmis, ut recens ac integrum malum digito terebraret, caput pueri uel etiam adoleſcentis talitro uulneraret. Colore erat candido, capillo pone occipitium ſubmiſsiore, ut ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in illo uidebatur. Facie honeſta, in qua tamẽ crebri & ſubtiles tumores, cum prægrandibus oculis, & qui (quod mirum eſſet) noctu etiam & in tenebris uiderent, ſed ad breue: & cùm primum à ſomno patuiſſent, demum rurſum hebeſcebant. Incedebat ceruice rigida & obſtipa, adducto ferè uultu, plerunq; tacitus, nullo aut rariſsimo etiam cum proximis ſermone, eoq; tardiſsimo, nec ſine molli quadam digitorum geſticulatione. Quæ omnia ingrata atq; arrogantiæ plena, & animaduertit Auguſtus in eo, & excuſare tentauit ſæpe apud ſenatum ac populum, profeſſus naturæ uitia eſſe, non animi. Valetudine proſperrima uſus eſt, tempore quidem principatus penè toto propè illæſa, quamuis à trigeſimo ætatis anno arbitratu eam ſuo rexerit ſine adiumento conſilioùe medicorum.

Talitrum, pro ictu digiti, uulgo ein ſchnel

69 CIrca deos ac religiones negligentior, quippe addictus mathematicæ, perſuaſionisquè plenus cuncta fato agi: tonitrua tamen præter modum expaueſcebat: & turbatiore cœlo nunquam non coronam lauream ceruice geſtauit, quòd fulmine afflari negetur id genus frondis.

70 ARtes liberales utriuſq; generis ſtudioſiſsime coluit. In oratione Latina ſecutus eſt Coruinum Meſſalam, quem ſenem adoleſcens obſeruauerat. Sed affectatione & moroſitate nimia obſcurabat ſtylum, ut aliquanto ex tempore, quàm à cura præſtantior haberetur. Compoſuit & carmen lyricum, cuius eſt titulus, Conqueſtio de Iulij Cæſaris morte. Fecit & Græca poemata, imitatus Euphorionem, & Arrianum, & Parthenium: Quibus poetis admodum delectatus, ſcripta eorum & imagines publicis bibliothecis inter ueteres & præcipuos autores dedicauit. Et ob hoc pleriq; eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curauit notitiam hiſtoriæ fabularis, uſq; ad ineptias atq; deriſum. Nam & Grammaticos, quod genus hominum præcipue, ut diximus, appetebat, eiuſmodi ferè quæſtionibus experiebatur, Quæ mater Hecubę, quod Achilli nomen inter uirgines fuiſſet, quid Sirenes cantare ſint ſolitæ: & quo primum die poſt exceſſum Auguſti curiam intrauit, quaſi pietati ſimul ac religioni ſatisfacturus, Minois exemplo, thure quidem ac uino, uerum ſine tibicine ſupplicauit, ut ille olim in morte filij.

Fabularis hiſtoria

71 SErmone Græco quanquam aliàs prõptus & facilis, non tamen uſquequaq; uſus eſt. Abſtinuitq; maxime in ſenatu: adeo quidem, ut monopolium nominaturus, prius ueniam poſtularit, quòd ſibi uerbo peregrino utendum eſſet: atq; etiam in quodam decreto patrum, cum ἐμβλημα recitaretur, cõmutandam cenſuerit uocem, & pro peregrina noſtratem requirẽdam: aut ſi non reperiretur, uel pluribus & per ambitum uerborum rem enunciandam. Militem quoq; Græce teſtimonium interrogatum, niſi Latine reſpondere uetuit.

BIs omnino toto ſeceſſus tempore, Romam redire conatus, ſemel triremi uſq; ad 72
proximos naumachiæ hortos ſubuectus eſt, diſpoſita ſtatione per ripas Tiberis, quæ obuiam prodeuntes ſubmoueret: iterum Appia uſq; ad ſeptimũ lapidem: ſed pro ſpectis modo, nec aditis urbis mœnibus rediјt: primo incertum qua de cauſa: poſtea oſtento territus. Erat ei in oblectamentis ſerpens draco: quem ex conſuetudine manu ſua cibaturus, cum conſumptũ à formicis inueniſſet, monitus eſt ut uim multitudinis caueret. Rediens ergo propè Campaniam Aſturæ in languorem incidit: quo paulum leuatus, Circeios pertẽdit. Ac ne quam ſuſpicionem infirmitatis daret, caſtrenſibus ludis non interfuit ſolum, ſed etiam miſſum in arenam aprum iaculis deſuper petiјt: ſtatimq; latere cõuulſo, & ut exæſtuarat afflatus aura, in grauiorem incidit morbum. Suſtentauit autem aliquandiu, quamuis Miſenum uſq; deuectus, nihil ex ordine quotidiano prætermitteret, ne conuiuia quidem, ac cæteras uoluptates, partim intemperantia, partim diſimulatione. Nam Chariclem medicum, quod cõmeatu abfuturus, è conuiuio egrediens, manum ſibi oſculandi cauſa apprehendiſſet, exiſtimãs tentatas ab eo uenas, remanere ac recumbere hortatus eſt, cœnamq; protraxit: nec abſtinuit cõſuetudine, quin tunc quoq; inſtans in medio triclinio, aſtante lictore, ſingulos ualere dicentes appellaret.

Cibo illum, pro cibum do illi

Valere dicentes, pro ualere iubentes

INterim cum in actis ſenatus legiſſet, dimiſſos, ac ne auditos quidẽ quoſdã reos, de 73
quibus ſtrictim, & nihil aliud q̃ nominatos ab indice, ſcripſerat, pro contempto ſe habitũ fremens, repetere Capreas quoquo modo deſtinauit, nõ temere quicq̃, niſi ex tuto auſurus. Sed & tẽpeſtatibus, & ingraueſcente ui morbi retentus, paulo poſt obiјt in uilla Lucullana, octauo & ſeptuageſimo ætatis anno, tertio & uigeſimo imperiј, decimoſeptimo Cal. Apriles, Cn Acerronio Proculo, C. Portio Nigro COSS. Sunt qui putent uenenũ ei à Caio datum, lentum atq; tabificum. Aliј in remiſsione fortuitæ febris cibum deſideranti negatũ: nõnulli puluinũ iniectum, cum extractum ſibi deficienti anulũ mox reſipiſcẽs requiſiſſet. Seneca eum ſcribit, intellecta defectione, exemptũ annulum quaſi alicui traditurũ parumper tenuiſſe: dein rurſus aptaſſe digito, & compreſſa ſiniſtra manu iacuiſſe diu immobilem. ſubito uocatis miniſtris, ac nemine reſpõdente, conſurrexiſſe, nec procul à lectulo deficientibus uiribus concidiſſe.

SVpremo natali ſuo Apollinẽ Temenitem, & amplitudinis & artis eximiæ, adue- 74
ctum Syracuſis, ut in bibliotheca noui templi poneretur, uiderat per quietem affirmantẽ ſibi, non poſſe ſe ab ipſo dedicari. Et ante paucos quàm obiret dies, turris Phari terræmotu Capreis concidit. Ac Miſeni cinis è fauilla, & carbonibus, ad calfaciendũ triclinium illatus, extinctus & iamdiu frigidus exarſit repente prima ueſpera, atq; in multam noctem pertinaciter luxit.

MOrte eius ita lætatus eſt populus, ut ad primum nuntium diſcurrentes, pars Ti- 75
berium in Tiberim clamitarent, pars terrã matrẽ deosq; manes orarent, ne mortuo ſedẽ ullam niſi inter impios darẽt: aliј uncum & gemonias cadaueri minarẽtur, exacerbati ſuper memoriam priſtinæ crudelitatis, etiam recẽti atrocitate. Nam cum S. C. actum eſſet, ut pœna damnatorũ in decimum ſemper diem differrètur, forte accidit ut quorundam ſuppliciј dies is eſſet, quo nunciatũ de Tiberio erat. Hos implorantes hominum fidem, quia abſente adhuc Caio nemo extabat qui adiri interpellariq; poſſet, cuſtodes ne quid aduerſus conſtitutum facerent ſtrangulauerunt, abieceruntq; in gemonias. Creuit igitur inuidia, quaſi etiam poſt mortem tyranni ſæuitia permanente. Corpus ut moueri à Miſeno cœpit, conclamantibus pleriſq; Atellam potius deferendum, & in amphitheatro ſemiuſtulandum, Romam per milites deportatum eſt, crematumq; publico funere.

TEſtamentum duplex ante bienniũ fecerat: alterum ſua, alterum liberti manu, ſed 76
eodem exemplo: obſignaueratq; etiam humillimorũ ſignis. Eo teſtamento hæredes æquis partibus reliquit, Caium ex Germanico, & Tiberiũ ex Druſo nepotes: ſubſtituitq; inuicẽ. Dedit & legata pleriſq;: inter quos uirginibus Veſtalibus, ac militibus uniuerſis, plebiq; Romanæ uiritim, atq; etiam ſeparatim uicorum magiſtris.

Suetoniј

C. SVETONII TRANQVILLI.

C. CAESAR CALIGVLA

1 GERMANICVS C. Cęſaris pater, Druſi et iunioris Antonię filius, à Tiberio patruo adoptatus, quæſturã quinquennio antè, ꝙ per leges liceret, & poſt eam conſulatũ ſtatim geſsit. Miſſusq; ad exercitũ in Germaniã, exceſſu Auguſti nuntiato, legiones uniuerſas imperatorẽ Tiberiũ pertinaciſsime recuſantes, & ſibi ſummã Reip. deferentes, incertũ cõſtantia an pietate maiore, cõpeſcuit: atq; hoſte mox deuicto, triumphauit. Conſul deinde iterũ creatus, ac prius ꝙ honorẽ iniret, ad cõponendum Orientis ſtatum expulſus, cum Armeniæ regem deuiciſſet, Cappadociã in prouinciæ formã redegiſſet, annum ætatis agens quartũ & trigeſimũ, diutino morbo Antiochiæ obijt, non ſine ueneni ſuſpicione. Nam præter liuores, qui toto corpore erãt, & ſpumas, quæ per os fluebãt, cremati quoq; cor inter oſſa incorruptum repertum eſt: cuius ea natura exiſtimatur, ut tinctum ueneno igne confici nequeat.

Exceſſus, pro obitu
Sibi reciprocũ

2 OBijt aũt (ut opinio fuit) fraude Tiberij, miniſterio & opera Cn. Piſonis: qui ſub idem tempus Syriæ præpoſitus, nec diſsimulans offendendum ſibi aut patrem, aut filium, quaſi planè ita neceſſe eſſet, etiam ægrum Germanicũ grauiſsimis uerborũ ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, affecit: propter quæ ut Romam redijt, penè diſcerptus à populo, à ſenatu capitis damnatus eſt.

3 OMnes Germanico corporis animiq; uirtutes, & quãtas nemini cuiq; cõtigiſſe ſatis cõſtat. Formã, & fortitudinẽ egregiã, ingeniũ in utroq; eloquẽtiæ doctrinęq; genere præcellẽs: beneuolentiã ſingularẽ, cõciliandæq; hominũ gratiæ ac promerẽdi amoris mirũ & efficax ſtudiũ. Formæ minus cõgruebat gracilitas crurũ, ſed ea quoq; paulatim repleta aſsidua equi uectatiõe poſt cibũ. Hoſtẽ cominus ſæpe percuſsit. Orauit cauſas etiã triũphalis, atq; inter cætera ſtudiorũ monumẽta reliquit & comœdias Græcas. Domi foriſq; ciuilis, libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adibat. ſicubi clarorũ uirorũ ſepulchra cognoſceret, inferias manib. dabat. cæſorũ clade Variana ueteres ac diſperſas reliqas uno tumulo humaturus, colligere ſua manu & cõportare primus aggreſſus eſt: obtrectatorib. etiã qualeſcunq; & quãtacunq; de cauſa nactus eſſet, lenis adeo & innoxius, ut Piſoni decreta ſua reſcindẽti, cliẽtelas diu uexanti, nõ prius ſuccenſere in animum induxerit, ꝙ ueneficijs quoq; & deuotionibus impugnari ſe cõperiſſet: ac ne tunc quidem ultra progreſſus, quàm ut & amicitiã ei more maiorum renuntiaret, mandaretq; domeſticis ultionem ſiquid ſibi accideret.

Fœderata, pro fœdere iuncta
Humare, pro humo condere
Deuotio, pro execratione
Renunciare amicitiam, pro denunciare amicitiam diſciſſam

4 QVarum uirtutũ fructũ uberrimũ tulit, ſic ꝓbatus & dilectus à ſuis, ut Auguſtus (omitto eñ neceſsitudines reliquas) diu cũctatus an ſibi ſucceſſorẽ deſtinaret, ad optandũ Tiberio dederit, ſic uulgo fauorabilis, ut plurimi tradãt, quoties aliquo aduenirct, uel ſicunde diſcederet, prę turba occurrẽtiũ proſequentiũue nõnunꝙ eum diſcrimen uitæ adiſſe. E Germania uero poſt cõpreſsã ſeditionẽ reuertẽti, prætorianas cohortes uniuerſas prodiſſe obuiã, ꝙuis pronuntiatũ eſſet, ut duæ tantũmodo exirẽt. Populi aũt Ro. ſexum, ætatem, ordinem omnem uſq; ad uiceſimũ lapidem effudiſſe ſe.

Fauorabilis, pro gratioſus

5 TAmen longe maiora & firmiora de eo iudicia in morte ac poſt mortem extitere. Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt tẽpla, ſubuerſæ deûm aræ, Lares à quibuſdam familiares in publicum abiecti, partus coniugũ expoſiti. Quin & barbaros ferũt, quibus inteſtinũ, quibuſq; aduerſus nos bellũ eſſet, uelut in domeſtico cõmuniq; mœrore conſenſiſſe ad inducias. Regulos quoſdam barbã poſuiſſe, & uxorũ capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus. Regum etiã regem & exercitatione uenandi & conuictu Megiſtanum abſtinuiſſe, quod apud Parthos iuſtitij inſtar eſt.

Radit caput, pro radendũ curat

Romæ

ROmæ equidem, cum ad primam famam ualetudinis attonita & mœſta ciuitas ſe- 6
quentes nuntios operiret, & repente iam ueſperi incertis autoribus conualuiſſe
tandem percrebuiſſet, paſsim cum luminibus & uictimis in Capitolium concurſum
eſt, ac penè reuulſæ templi fores, ne quid geſtientes uota reddere moraretur. Experge
factus è ſomno Tiberius eſt gratulantium uocibus, atq; undiq; concinentium, Salua
Roma, ſalua patria, ſaluus eſt Germanicus. Et ut demũ fato functum, palàm factum
eſt, non ſolatijs ullis, nõ edictis inhiberi luctus publicus potuit: durauitq; etiam per fe
ſtos Decembris menſis dies. Auxit gloriam deſideriumq; defuncti, & atrocitas inſe-
quentium temporum, cunctis nec temere opinantibus, reuerẽtia eius ac metu repreſ-
ſam Tiberij ſæuitiam, quæ mox eruperit.

HAbuit in matrimonio Agrippinam M. Agrippæ & Iuliæ filiam, & ex ea nouem 7
liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus iam puerascens inſigni fe-
ſtiuitate, cuius effigiem habitu Cupidinis in æde Capitolinæ Veneris Liuia dedicauit:
Auguſtus in cubiculo ſuo poſitam, quotieſcunq; introiret, exoſculabatur. Cæteri ſu-
perſtites patri fuerũt. Tres ſexus fœminini, Aprippina, Druſilla, Liuilla, continuo tri
ennio natæ: totidem mares, Nero, & Druſus, & C. Cæſar. Neronem & Druſum ſena-
tus, Tiberio criminante, hoſtes iudicauit.

CAius Cæſar natus eſt pridie Cal. Septemb. patre ſuo, & C. Fonteio Capitone 8
COSS. Vbi natus ſit, incertũ diuerſitas tradentiũ facit. Cn. Lentulus Getulicus
Tiburi genitũ ſcribit: Plinius Secundus in Treueris uico Ambiatino ſupra Cõfluen-
tes: addit etiã, pro argumẽto aras ibi oſtẽdi inſcriptas, Ob Agrippinæ puerperiũ. Ver
ſiculi imperante mox eo diuulgati, apud hybernas legiones procreatum indicant,

In caſtris natus, patrijs nutritus in armis,
Iam deſignati principis omen erat.

Ego in actis, Antij ipſum inuenio editum. Getulicum refellit Plinius, quaſi mentitum
per adulationem, ut ad laudes iuuenis glorioſiq; principis aliquid etiam ex urbe Her-
culi ſacra ſumeret: abuſumq; audentius mendacio, quòd ante annum ferè natus Ger-
manico filius Tiburi fuerat, appellatus & ipſe C. Cæſar: de cuius amabili pueritia im
maturoq; obitu ſuprà diximus. Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res Auguſti
memoriæ mandarunt, Germanicum exacto conſulatu in Galliam miſſum conſenti-
unt, iam nato Caio. Nec Plinij opinionem inſcriptio aræ quicquam adiuuerit, cum
Agrippina bis in ea regione filias enixa ſit: & qualiſcunq; partus, ſine ullo ſexus diſcri
mine, puerperium uocetur: quòd antiqui etiã puellas pueras, ſicut & pueros puellos
dictitarent. Extat & Auguſti epiſtola, ante paucos ꝗ obiret menſes ad Agrippinam
neptem ita ſcripta de Caio hoc (neq; enim quiſꝗ iam alius infans nomine pari tunc ſu
pererat) Puerũ Caium XV. Cal. Iunij (ſi dij uolent) ut ducerent Talarius & Aſellius,
heri cum his conſtitui. Mitto præterea cum eo ex ſeruis meis medicum, quem ſcripſi
Germanico, ſi uellet, ut retineret. Valebis mea Agrippina, & dabis operam ut ualens
peruenias ad Germanicũ tuum. Abũde arbitror patere, nõ potuiſſe ibi naſci Caium,
quò propè bimulus demum perductus ab urbe ſit. Verſiculorum quoq; fidem eadem
hæc eleuant, & eo facilius, quòd hi ſine autore ſunt. Sequenda igitur eſt, quæ ſola acto
rum reſtat & publici inſtrumẽti autoritas: præſertim cum Caius Antiũ, omnibus ſem-
per locis atq; ſeceſsibus prælatũ, non aliter ꝗ natale ſolum dilexerit: tradaturq;, etiam
ſedem ac domicilium imperij tædio urbis transferre eò deſtinaſſe.

CAligulæ cognomen caſtrenſi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites 9
educabatur: apud quos quantum præterea per hanc nutrimentorũ conſuetudi-
nem amore & gratia ualuerit, maxime cognitum eſt, cùm poſt exceſſum Auguſti tu-
multuantes & in furorem uſq; præcipites ſolus haud dubie conſpectu ſuo flexit. Non
enim prius deſtiterunt, quàm ablegari eum ob ſeditionis periculum, & in proximam
ciuitatem demandari animaduertiſſent: tunc demum ad pœnitẽtiam uerſi, repreſſo ac
retento uehiculo, inuidiam, quæ ſibi fieret, deprecati ſunt.

COmitatus eſt patrẽ & in Syriaca expeditione: unde reuerſus primum in matris, 10
deinde ea relegata, in Liuiæ Auguſtæ proauiæ ſuæ cõtubernio manſit. Quam de
functam prætextatus etiã tum pro roſtris laudauit. Tranſijtq; ad Antoniam auiam, &

undeuigeſimo ætatis anno accitus Capreas à Tiberio, uno atq; eodem die togam ſumpſit barbãq; poſuit, ſine ullo honore, qualis cõtigerat tirocinio fratrũ eius. Hic omnib. inſidijs tentatus elicientiũ cogentiũq; ſe ad querelas, nullã unq; occaſionẽ dedit, perinde obliterato ſuorũ caſu, ac ſi nihil cuiq; accidiſſet: quæ uerò ipſe pateretur, incredibili diſsimulatione transmittẽs: tantiq; in auum & qui iuxta erant obſequij, ut nõ immerito ſit dictum, Nec ſeruum meliorẽ ullum, nec deteriorem dominum fuiſſe.

11 NAturam tamen ſæuam atq; probroſam, nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animaduerſionibus pœniſq; ad ſuppliciũ datorum cupidiſsime intereſſet: & ganeas atq; adulteria capillamẽto celatus & ueſte longa noctibus ambiret, ac ſcenicas ſaltandi canendiq; artes ſtudioſiſsime appeteret: facile id ſanè Tiberio patiente, ſi per has manſuefieri poſſet ferum eius ingeniũ: quod ſagaciſsimus ſenex ita prorſus perſpexerat, ut aliquoties prædicaret, exitio ſuo omniumq; Caium uiuere: & ſe natricem (ſerpentis id genus) P.R. Phaetontem orbi terrarum educare.

12 NOn ita multo pòſt Iuniã Claudillã M. Syllani nobiliſsimi uiri filiam duxit uxorem. Deinde augur in locum fratris ſui Druſi deſtinatus, prius quàm inauguraretur, ad pontificatũ traductus eſt, inſigni teſtimonio pietatis atq; indolis, cum deſerta deſolataq; reliquis ſubſidijs aula, Seiano uerò tunc ſuſpecto, mox & oppreſſo, ad ſpem ſucceſsionis paulatim admoueretur. Quam quo magis cõfirmaret, amiſſa Iunia ex partu, Enniam Næuiam Macronis uxorẽ, qui tum prætorianis cohortibus præerat, ſolicitauit ad ſtuprũ, pollicitus & matrimoniũ ſuum, ſi potitus imperio fuiſſet: deq; ea re & iureiurando, & chirographo cauit. Per hanc inſinuatus Macroni, ueneno Tiberiũ aggreſſus eſt, ut quidã opinantur: ſpirantiq; adhuc detrahi anulum, & quoniã ſuſpicionẽ retinentis dabat, puluinũ iuſsit injici: atq; etiam fauces manu ſua oppreſsit, liberto qui ob atrocitatem facinoris exclamauerat, confeſtim in crucem acto. Nec abhorret à ueritate, cùm ſint quidam autores, ipſum poſtea, & ſi nõ de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio profeſſum. Gloriatũ enim eſſe aſsidue in cõmemoranda ſua pietate, ad ulciſcendam necem matris & fratrum introiſſe ſe cum pugione cubiculum Tiberij dormiẽtis, & miſericordia correptum, abiecto ferro receſsiſſe: nec illum, quanq; ſenſiſſet, aut inquirere quicquam, aut exequi auſum.

Deſolata, à deſolando

13 SIc imperium adeptus P.R. uel (ut ita dicam) hominum genus, uoti cõpotem fecit, exoptatiſsimus princeps maximę parti prouincialiũ ac militum, quòd infantem pleriq; cognouerant: ſed & uniuerſæ plebi urbanæ ob memoriã Germanici patris, miſerationemq; propè afflictæ domus. Itaq; ut à Miſeno mouit, quamuis lugẽtis habitu, & funus Tiberij proſequens, tamen inter altaria & uictimas ardenteiſq; tedas, denſiſsimo & lætiſsimo obuiorũ agmine inceſsit, ſuper fauſta nomina ſidus & pullum & puppum & alumnum appellantium.

14 INgreſſoq; urbem, ſtatim conſenſu ſenatus, & irrumpentis in curiam turbę, irrita Tiberij uoluntate, qui teſtamento alterum nepotem ſuum prætextatum adhuc cohæredem ei dederat, ius arbitriumq; omnium rerum illi permiſſum eſt: tanta publica lætitia, ut tribus proximis menſibus, ac ne totis quidem, ſupra centũ LX. milia uictimarũ cæſa tradantur. Cùm deinde paucos poſt dies in proximas Campaniæ inſulas traieciſſet, uota pro reditu ſuſcepta ſunt, ne nimiam quidem occaſionem quoquam omittente in teſtificanda ſolicitudine & cura de incolumitate eius. Vt uero in aduerſam ualetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa palatium, non defuerunt qui depugnaturos ſe armis pro ſalute ægri, quiq; capita ſua titulo propoſito, uouerẽt. Acceſsit ad immenſum ciuium amorem, notabilis etiam externorum fauor. Namq; Artabanus Parthorum rex, odium ſemper contemptumq; Tiberij præ ſe ferens, amicitiam eius ultro petijt: uenitq; ad colloquium legati conſularis, & tranſgreſſus Euphratem, aquilas & ſigna Romana Cæſarumq; imagines adorauit.

Teſtificari, pro teſtari

Notabilis fauor, pro inſigni, in bonã partem

15 INcendebat & ipſe ſtudia hominum omni genere popularitatis. Tiberio cum plurimis lachrymis pro concione laudato, funeratoq; ampliſsime, confeſtim Pandateriam, & Pontias, ad transferendos matris fratriſq; cineres feſtinauit, tempeſtate turbida, quo magis pietas emineret: adijtq; uenerabundus, ac per ſemet in urnas cõdidit. Nec minore ſcena Hoſtiã, prǣfixo in biremis puppe uexillo, & inde Romã Tiberi ſub

uectos

uectos, per ſplendidiſsimū quenq; equeſtris ordinis, medio ac frequēti die duobus ferculis Mauſoleo intulit: inferiasq; his annua religiōe publice inſtituit, & eo amplius matri Circēſes, carpentūq;, quo in pompa traduceretur. At in memoriā patris, Septēbrem menſem Germanicū appellauit. Poſt hæc Antoniæ auiæ quicquid unq; Liuia Auguſta honorum cepiſſet, uno S. C. congeſsit. Patruum Claudium, equitē Ro. ad id tempus, collegam ſibi in conſulatu aſſumpſit. Fratrē Tiberium die uirilis togæ adoptauit, appellauitq; principē iuuentutis. De ſororibus autor fuit ut omnibus ſacramentis adijceretur: Neq; me liberosq; meos chariores habeo, q̃ Caium & ſorores eius. Item relationibus cōſulum: Quod bonū felixq; ſit C. Cæſari ſororibusq; eius. Pari popularitate, damnatos relegatosq; reſtituit: criminumq;, ſiqua reſidua ex priore tempore manabant, omnium gratiam fecit. Cōmentarios ad matris fratrumq; ſuorum cauſas pertinentes, ne cui poſtmodum delatori aut teſti maneret ullus metus, conuectos in forum, & antè clarè obteſtatus deos, neq; legiſſe, neq; attigiſſe quicquam, cōcremauit. Libellum de ſalute ſua oblatum non recepit, cōtendens, nihil ſibi admiſſum cur cuiquam inuiſus eſſet, negauitq; ſe delatoribus aures habere.

SPintrias monſtruoſarum libidinum, ægrè ne profundo mergeret exoratus, urbe 16 ſubmouit. T. Labieni, Cordi Cremutij, Caſsij Seueri ſcripta ſenatuſconſultis abolita, requiri & eſſe in manibus, lectitariq; permiſit: quando maximè ſua intereſſet, ut facta quæq; poſteris tradantur. Rationes imperij ab Auguſto proponi ſolitas, ſed à Tiberio intermiſſas, publicauit. Magiſtratibus liberam iuriſdictionem, & ſine ſui appellatione conceſsit. Equites Romanos ſeuere carioſeq;, nec ſine moderatione recognouit, palàm adempto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominiæ ineſſet: eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione præteritis. Vt leuior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Tentauit & comitiorum more reuocato, ſuffragia populo reddere. Legata ex teſtamēto Tiberij quanq; abolito, ſed & Liuiæ Auguſtę, quod Tiberius ſuppreſſerat, cum fide, ac ſine calumnia repræſentata perſoluit. Ducenteſimam auctionum Italiæ remiſit. Multis incēdiorum damna ſuppleuit: ac ſi quibus regna reſtituit, adiecit & fructum omnē uectigaliorum, & redituū medij tēporis, ut Antiocho Comageno H—S. milies confiſcatū. Quoq; magis nullius non boni exempli fautor uideretur, mulieri libertinæ octoginta donauit, quòd excruciata grauiſsimis tormētis de ſcelere patroni reticuiſſet. Quas ob res inter reliquos honores decretus eſt ei clypeus aureus: quem quotannis certo die collegia ſacerdotum in Capitolium ferrent, ſenatu proſequēte, nobilibusq; pueris ac puellis carmine modulato laudes uirtutum eius canentibus. Decretum aūt ut dies, quo cepiſſet imperium, Palilia uocaretur, uelut argumentum rurſus conditæ urbis.

Repræſentata, pro exhibita

Vectigaliorū, pro uectigaliū

Confiſcata pecunia

Laudes uirtutū, p laudatiōe

COnſulatus quatuor geſsit: Primum ex Calend. Ianuarijs per duos menſes: Se- 17 cundū ex Calend. Ianuarijs per triginta dies: Tertiū uſq; in Idus Ianuarij: Quartum uſq; in ſeptimū Idus eaſdē. Ex omnib. duos nouiſsimos cōiunxit: Tertiū aūt Lugduni inijt ſolus: nō, ut quidā opinantur, ſuperbia negligentiáue, ſed quòd defunctum ſub Calendarū diem collegam reſciſſe abſens nō potuerat. Congiariū populo bis dedit trecenos H—S. toties abundātiſsimū epulum ſenatui equeſtriq; ordini, etiam coniugibus ac liberis utrorumq;. Poſteriore epulo forenſia inſuper uiris, pueris ac fœminis faſcias purpuræ ac conchilij diſtribuit. Et ut lætitiam publicam in perpetuum quoq; augeret, adiecit diem Saturnalibus, appellauitq; Iuuenalem.

MVnera gladiatoria partim in amphitheatro Tauri, partim in ſeptis aliquot edi- 18 dit, quibus inſeruit cateruas Afrorum Campanorūq; pugilum ex utraq; regione electiſsimorum. Neq; ſpectaculis ſemper ipſe præſedit, ſed interdum aut magiſtratibus, aut amicis præſidendi munus iniunxit. Scenicos ludos & aſsidue, & uarij generis, multifariā fecit: quoſdam etiam & nocturnos accenſis tota urbe luminibus. Sparſit & miſsilia uariarū rerū, & panaria cum obſonio uiritim diuiſit. Qua epulatione equiti Ro. contra ſe hilarius auidiusq; ueſcenti, partes ſuas miſit: ſed & ſenatori ob eandem cauſam codicillos, quibus prætorē eum extra ordinem deſignabat. Edidit & Circēſes plurimos à mane uſq; ad ueſperā, interiecta modo Africanarū uenatiōe, modo Troiæ decurſione: quoſdam aūt præcipuos, minio, & chryſocolla cōſtrato circo: nec ullis niſi ex ſenatorio

Iniungere, pro mandare, ἐντάττειν

Contra ſe, ex aduerſo

ex ſenatorio ordine aurigantibus. Commiſit & ſubitos, cùm elegantiam apparatus Circi proſpicientem pauci ex proximis menianis poſtulaſſent.

19 NOuum prætereà atq; inauditũ genus ſpectaculi excogitauit. Nam Baiarũ medium interuallum, & Puteolanæ molis, trium millium & ſexcentorũ ferè paſſuũ, ponte cõiunxit, contractis undiq; onerarijs nauibus, & ordine duplici ad ancoras col locatis, ſuperiectoq; aggere terreno, ac directo in Appiæ uiæ formã. Per hunc pontem ultro citro cõmeauit, biduo cõtinenti. Primo die phalerato equo, inſigniſq; quercica corona, & ſecuri, & cetra, & gladio, aureaq; chlamyde. Poſtridie quadrigario habitu curriculoq; bijugi famoſorũ equorũ, præ ſe ferens Darium puerũ ex Parthorũ obſidibus, comitante prætorianorũ agmine, & in eſſedis cohorte amicorũ. Scio pleroſq; exiſtimaſſe, talem à Caio pontem excogitatũ æmulatione Xerxis, qui nõ ſine admiratione aliquanto anguſtiorẽ Helleſpontum cõtabulauerit: alios, ut Germaniã & Britanniam, quibus imminebat, alicuius immenſi operis fama territaret. Sed auum meum narrantem puer audiebã, cauſam operis ab interioribus aulicis proditã, quòd Thraſyllus mathematicus, anxio de ſucceſſore Tiberio, & in uerũ nepotem proniori, affirmaſſet, non magis Caium imperaturum, q̃ per Baianum ſinum equis diſcurſurum.

Biduum continens, pro perpetuum biduũ
Famoſi equi, pnotis, ac celebribus
Contabulare ponte conſternere

20 EDidit & peregre ſpectacula: in Sicilia Syracuſis Atticos ludos, & in Gallia Lugduni miſcellos. Sed & certamen quoq; græcæ latinæq; facundiæ: quo certamine ferunt uictoribus præmia uictos contuliſſe, eorundem & laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguaúe delere iuſſos, niſi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent.

21 OPera ſub Tiberio ſemiperfecta, tẽplum Auguſti, theatrũq; Pompeij abſoluit. Inchoauit aũt aquęductũ regione Tiburti, & amphitheatrũ iuxta ſepta: quorũ operum à ſucceſſore eius Claudio alterũ peractũ, omiſſum alterũ eſt. Syracuſis collapſa uetuſtate mœnia, deorũq; ędes refectę. Deſtinauerat & Sami Polycratis regiã reſtituere, Mileti didymeũ peragere, in iugo alpium urbem cõdere, ſed ante omnia Iſthmum in Achaia perfodere: miſeratq; iam ad dimetiendum opus primipilarem.

Peragere, pro reficere

22 HActenus quaſi de principe, reliqua ut de monſtro narranda ſunt. Cõpluribus cognominibus aſſumptis (nam & Pius, & Caſtrorum filius, & Pater exercituum, & Opt. Max. Cæſar uocabatur) cum audiret fortè reges, qui officij cauſa in urbem aduenerant, concertantes apud ſe ſuper cœnã de nobilitate generis, exclamauit: Εἷς κοίρανος ἔςω, εἷς βασιλεύς. Nec multũ abſuit quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemq; principatus in regni formam conuerteret. Verum admonitus, & principum & regum ſe exceſsiſſe faſtigiũ, diuinam ex eo maieſtatẽ aſſerere ſibi cœpit. datoq; negotio ut ſimulachra numinũ, religione & arte præclara, inter quæ Olympici Iouis apportarent̃ è Gręcia, quibus càpite dempto ſuum imponeretur, partem palatij ad forum uſq; promouit: atq; æde Caſtoris & Pollucis in ueſtibulum transfigurata, cõſiſtens ſæpe inter fratres deos medius, adorandum ſe adeuntibus exhibebat: & quidam eum Latialem Iouem conſalutauerunt. Templum etiam numini ſuo propriũ, & ſacerdotes, & excogitatiſsimas hoſtias inſtituit. In templo ſimulacrũ ſtabat aureum iconicum: amiciebaturq; quotidie ueſte, quali ipſe uteretur. Magiſteria ſacerdotij ditiſsimus quiſq; & ambitione & licitatione maxima uicibus cõparabant. Hoſtiæ erant phœnicopteri, pauones, tetraones, numidicæ, meleagrides, phaſianæ, quæ generatim per ſingulos dies immolarentur. Et noctibus quidem plenam fulgentẽq; lunam inuitabat aſsidue in amplexus atq; concubitũ. Interdiu uero cũ capitolino Ioue ſecreto fabulabat̃, modo inſuſurrans, ac præbẽs inuicẽ aures, modo clarius, nec ſine iurgijs. Nam uox cõminantis audita eſt: Εἰς γαῖαν Δαναῶν περάωσε, donec exoratus, ut referebat, & in cõtuberniũ ultro inuitatus, ſuper templũ diui Auguſti ponte tranſmiſſo palatium capitoliũq; coniunxit. Mox quo propior eſſet, in Area Capitolina nouæ domus fundamenta iecit.

Transfigurata
Cõparare, plane pro emere

23 AGrippæ ſe nepotem neq; credi, neq; dici ob ignobilitatẽ eius uolebat: ſuccenſebatq;, ſiqui uel oratione, uel carmine, imaginibus eum Cæſarũ insererent. Prædicabat aũt matrẽ ſuam ex inceſto, quod Auguſtus cum Iulia filia cõmiſiſſet, procreatã. Ac nõ contentus hac Auguſti inſectatione, Actiacas, ſiculaſq; uictorias, ut funeſtas Po. Ro. & calamitoſas uetuit ſolennibus ferijs celebrari. Liuiam Auguſtam proauiam

 Vlyſſem

Vlyſſem ſtolatū identidem appellans, etiam ignobilitatis quadam ad ſenatū epiſtola arguere auſus eſt, quaſi materno auo decurione Fundano ortam, cum publicis monumentis certū ſit, Aufidium Lurconē Romæ honoribus functum. Auiæ Antoniæ ſecretum petēti denegauit, niſi ut interueniret Macro præfectus. Ac per iſtiuſmodi indignitates & tædia, cauſa extitit mortis: dato tamen, ut quidam putant, & ueneno. Nec defunctæ ullum honorem habuit: proſpexitq́; è triclinio ardentē rogum. Fratrem Tiberium inopinantē, repente immiſſo tribuno militū, interemit. Syllanum item ſocerū ad necem ſecandasq́; nouacula fauces cōpulit: cauſatus in utroq́;, quòd hic ingreſſum ſe turbatius mare nō eſſet ſecutus: ac ſpe occupādi urbem, ſi quid ſibi per tempeſtates accideret, remanſiſſet: ille antidotū oboluiſſet, quaſi ad præcauenda uenena ſua ſumptū: cùm & Syllanus impatientiā nauſeæ uitaſſet, & moleſtiā nauigandi, & Tiberius propter aſsiduam & ingraueſcentē tuſsim medicamento uſus eſſet. Nam ſucceſſorē imperij Claudium patruum non niſi in ludibrium reſeruauit.

CVm omnib. ſororibus ſuis ſtupri cōſuetudinē fecit: plenoq́; cōuiuio ſingulas infra ſe uiciſsim collocabat, uxore ſupra cubāte. Ex his Druſillā uitiaſſe uirginem, prætextatus adhuc credit: atq́; etiā in cōcubitu eius quondā deprehēſus ab auia Antonia, apud quā ſimul educabant. Mox Lucio Caſsio Longino cōſulari collocatā abduxit, & in modū iuſtæ uxoris ꝓpalàm habuit. Hæredē quoq́; bonorū atq́; imperij æger inſtituit. Eadē defuncta, iuſtitiū indixit: in quo riſiſſe, lauiſſe, cœnaſſe cū parentib. aut coniuge liberisúe, capitale fuit. Ac mœroris impatiēs, cū repente, noctuq́; profugiſſet ab urbe, trāſcurriſſetq́; Cāpaniā, Syracuſas petijt: rurſusq́; inde propere redijt, barba capilloq́; promiſſo. Nec unq́; poſtea quantiſcunq́; de rebus, ne pro cōcione quidē populi, aut apud milites, niſi per nomen Druſillæ deierauit. Reliquas ſorores, nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, ut quas ſæpe exoletis ſuis proſtrauit, quo facilius eas in cauſa Aemilij Lepidi cōdemnauit, quaſi adulteras, & inſidiarū aduerſus ſe cōſcias. Nec ſolum chirographa omniū requiſita fraude ac ſtupro diuulgauit, ſed & tres gladios in necem ſuam præparatos Marti ultori, addito elogio, conſecrauit. 24

Dignatio, pro reuerentia

MAtrimonia cōtraxerit turpius, an dimiſerit, an tenuerit, nō eſt facile diſcernere: Liuiam Oreſtillam C. Piſoni nubentē, cum ad officium & ipſe ueniſſet, ad ſe deduci imperauit, intraq́; paucos dies repudiatam biennio pòſt relegauit, quòd repetiſſe uſum prioris mariti tempore medio uidebatur. Alij tradunt, adhibitū cœnæ nuptiali, mandaſſe ad Piſonem contrà accumbentē, noli uxorē meam premere: ſtatimq́; è conuiuio abduxiſſe eam ſecum: & proximo die, edixiſſe matrimoniū ſibi repertum exemplo Romuli & Auguſti. Lolliam Paulinam C. Memmio conſulari, exercitus regenti nuptam: facta mentione auiæ eius, ut quondā pulcherrimæ, ſubito ex prouincia euocauit: ac perductam à marito cōiunxit ſibi, breuiq́; miſſam fecit, interdicto cuiuſq́; in perpetuum coitu. Ceſoniam neq́; facie inſigni, neq́; ætate integra, matremq́; iam ex alio uiro trium filiarum, ſed luxuriæ ac laſciuiæ perditæ, & ardentius & conſtantius amauit: ut ſæpe chlamyde, peltaq́; & galea armatā, & iuxta adequitantē, militibus oſtenderit, amicis uero etiam nudam. Quam enixam uxorio nomine dignatus eſt, uno atq́; eodem die profeſſus, & maritum ſe eius, & patrem infantis ex ea natæ. Infantē aūt Iuliam Druſillam appellatam, per omnium dearum templa circumferens, Mineruæ gremio impoſuit, alendamq́; & inſtituendam cōmendauit. Nec ullo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quàm feritatis: quæ illi quoq́; tanta iam tunc erat, ut infeſtis digitis ora & oculos ſimul ludentium infantium inceſſeret. 25

Tēpore medio

Miſſam facere pro repudiare

LEue ac frigidum ſit his addere, quo propinquos amicosq́; pacto tractauerit, Ptolemæum regis Iubæ filium, conſobrinū ſuum (erat enim & is M. Antonij è Selene filia nepos) & in primis ipſum Macronē, ipſam Enniam adiutores imperij: quibus omnibus pro neceſſitudinis iure, proq́; meritorū gratia cruenta mors perſoluta eſt. Nihilo reuerentior leniórue erga ſenatum, quoſdam ſummis honoribus functos, ad eſſedum ſibi occurrere togatos per aliquot paſſuū milia, & cœnanti, modo ad pluteū, modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo, paſſus eſt. Alios cū clàm interemiſſet, citare nihilo minus ut uiuos perſeuerauit, paucos poſt dies uolūtaria morte perijſſe mētitus. COSS. oblitis de natali ſuo edicere, abrogauit magiſtratū, fuitq́; per triduū ſine ſumma poteſtate 26

ſtate

ſtate reſp. Quæſtorē ſuū in cōiuratione nominatū flagellauit ueſte detracta, ſubiectaq; militū pedibus, quo firmè uerberaturi inſiſterēt. Simili ſuperbia uiolētiaq; cæteros tractauit ordines. Inquietatus fremitu gratuita in circo loca de media nocte occupantiū, omnes fuſtibus abegit: eliſiq; per eum tumultū uiginti amplius equites Ro. totidē matronæ ſuper innumerā turbam cæterā. Scenicis ludis inter plebem & equitem cauſam diſcordiarū ferens, decimas maturius dabat, ut equeſtria ab infimo quoq; occuparent. Gladiatorio munere, reductis interdū flagrantiſsimo ſole uelis, emitti quenq; uetabat: remotoq; ordinario apparatu, rabidis feris uiliſsimos ſenio confectos, gladiatores quoq; pegmares, patresfamiliarum notos, ſed inſignes debilitate aliqua corporis, ſubijciebat. Ac nonnunquam horreis præcluſis, populo famem indixit. *Viginti amplius, pro plusquam uiginti*

27 SAeuitiam ingenij per hæc maxime oſtendit: Cum ad ſaginam ferarū muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxijs laniandos adnotauit: & cuſtodiarum ſeriem recognoſcens, nullius inſpecto elogio, ſtans tantūmodo intra porticum mediam, à caluo ad caluum duci imperauit. Votum exegit ab eo, qui pro ſalute ſua gladiatoriam operam promiſerat: ſpectauitq; ferro dimicantem, nec dimiſit niſi uictorem, & poſt multas preces. Alterum, qui ſe periturum ea de cauſa uouerat, cunctantem pueris tradidit uerberatum infulatumq;, qui uotum repoſcētes per uicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere. Multos honeſti ordinis, deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla, & munitiones uiarum, aut ad beſtias condemnauit, aut beſtiarum more quadrupedes cauea coercuit, aut medios ſerra diſſecuit. nec omnes grauibus ex cauſis, uerum male de munere ſuo opinatos, uel quòd nunquam per genium ſuum deieraſſent. Parentes ſupplicio filiorum intereſſe cogebat: quorum uni ualetudinem excuſanti lecticam miſit: alium è ſpectaculo pœnæ, epulis ſtatim adhibuit: atq; omni comitate ad hilaritatem & iocos prouocauit. Curatorem munerum ac uenationum per cōtinuos dies in conſpectu ſuo catenis uerberatum nō prius occidit, q̃ offenſus putefacti cerebri odore. Atellanæ poetam, ob ambigui ioci uerſiculum, media omphitheatri arena igni cremauit. Equitem Rom. obiectum feris, cum ſe innocētem proclamaſſet, reduxit, abſciſſaq; lingua rurſus induxit. *Cōpararentur carius, plane pro emerentur* *Deformatos*

28 REuocatum quendam à uetere exilio ſciſcitatus, quid nam ibi facere conſueſſet, reſpondente eo per adulationē: Deos ſemper oraui, ut (quod euenit) periret Tiberius, & tu imperares: opinans ſibi quoq; exules ſuos mortem imprecari, miſit circum inſulas qui uniuerſos contrucidarent. Cum diſcerpi ſenatorē concupiſſet, ſubornauit qui ingredientē curiam repente hoſtem publicū appellantes inuaderēt, graphijsq; confoſſum lacerandum cæteris traderent. Nec antè ſatiatus eſt, q̃ membra, & artus, & uiſcera hominis tracta per uicos, atq; ante ſe congeſta uidiſſet.

29 IMmaniſsima facta augebat atrocitate uerborum. Nihil magis in natura ſua laudare ſe ac probare dicebat, quàm (ut ipſius uerbo utar) ἀδιατρεψίαν, hoc eſt inuerecundiam. Monenti Antoniæ auiæ, tanquam parum eſſet non obedire, Memento, ait, omnia mihi & in omnes licere. Trucidaturus fratrē, quem metu uenenorū præmuniri medicamentis ſuſpicabatur, Antidotum, inquit, aduerſus Cęſarem? Relegatis ſororibus, non ſolum inſulas habere ſe, ſed etiam gladios minabatur. Prætoriū uirum ex ſeceſſu Anticyræ, quam ualetudinis cauſa petierat, propagari ſibi cōmeatum ſæpius deſiderantem, cum mandaſſet interimi, adiecit: neceſſariam eſſe ſanguinis miſsionē, cui tam diu nō prodeſſet helleborum. Decimo quoq; die numerum puniendorum ex cuſtodia ſubſcribens, rationem ſe purgare dicebat. Gallis Græciſq; aliquot uno tempore condemnatis, gloriabatur, Gallogræciam ſe ſubegiſſe. *Propagari cōmeatum, pro producere*

30 NOn temere in quenquam, niſi crebris & minutis ictibus animaduerti paſſus eſt, perpetuo notoq; iam præcepto, ita fieri, ut ſe mori ſentiat. Punito per errorem nominis alio quàm quem deſtinauerat, ipſum quoq; paria meruiſſe dixit. Tragicum illud ſubinde iactabat, Oderint, dum metuant.

Sæpe in cunctos pariter ſenatores, ut Seiani clientes, aut matris, ac fratrū ſuorum delatores inuectus eſt, prolatis libellis, quos crematos ſimulauerat, defenſaq; Tiberij ſæuitia quaſi neceſſaria, cum tot criminantibus credendū eſſet. Equeſtrē ordinē, ut ſcenæ arenæq; deuotū aſsiduè proſcidit. Infenſus turbæ fauenti aduerſus ſtudiū ſuum excla-

mauit, Vtinam P.R. unam ceruicem haberet. Cumq; Tetrinius latro poſtularetur, & qui poſtularẽt, Tetrinios eſſe ait. Retiarij tunicati quinq; numero gregatim dimicãtes, ſine certamine ullo totidem ſecutoribus ſuccubuerant: cum occidi iuberentur, unus re ſumpta fuſcina, omnes uictores interemit. Hanc ut crudeliſsimam cædem & defleuit edicto: & eos qui ſpectare ſuſtinuiſſent, execratus eſt.

Execratus, pro male precatus, ſiue deuouit

QVeri etiam palàm de conditione temporum ſuorum ſolebat, quòd nullis calamitatibus publicis inſignirentur. Auguſti principatum clade Variana, Tiberij ruina ſpectaculorum apud Fidenas memorabilem factum: ſui obliuionẽ imminere proſperitate rerum: atq; identidem exercituum cædes, famem, peſtilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat. 31

ANimũ quoq; remittenti, ludoq; & epulis dedito, eadem dictorũ factorumq; ſæuitia aderat. Sæpe in conſpectu prandentis uel comeſſantis ſeriæ quæſtiones per tormẽta habebant: miles decollandi artifex quibuſcunq; è cuſtodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis, quẽ excogitatũ ab eo ſignificauimus, cũ multos è littore inuitaſſet ad ſe, repente oẽs præcipitauit: quoſdã gubernacula apprehẽdenteis, contis remiſq; detruſit in mare. Romæ publico epulo ſeruũ, ob detractã lectis argenteam laminam, carnifici cõfeſtim tradidit: ut manibus abſciſsis, atq; ante pectus à collo pendentibus, præcedente titulo qui cauſam pœnæ indicaret, per cœtus epulantiũ circunduceretur. Mirmillonẽ è ludo rudibus ſecum batuentẽ, & ſponte proſtratũ, confodit ferrea ſica, ac more uictorũ cũ palma diſcurrit. Admota altaribus uictima, ſuccinctus poparum habitu, elato altè malleo, cultrariũ mactauit. Lautiore cõuiuio effuſus ſubito in cachinnos, COSS. qui iuxta cubabãt, quid nam rideret blande quærentibus, Quid, inquit, niſi uno meo nutu iugulari utrunq; ueſtrum ſtatim poſſe. 32

Decollare etiã apud Senecam

INter uarios iocos, cum aſsiſtens ſimulacro Iouis Apellem tragœdum conſuluiſſet, uter illi maior uideretur: cunctantem flagellis diſcidit, collaudãs ſubinde uocem deprecantis, quaſi etiam in gemitu prædulcem. Quoties uxoris uel amiculę collum exoſcularetur, addebat, Tam bona ceruix ſimulac iuſſero demetur. Quin & ſubinde iactabat, exquiſiturum ſe uel fidiculis de Ceſonia ſua, cur tantopere diligeret. 33

NEc minore liuore ac malignitate, ꝙ ſuperbia ſæuitiaq; penè aduerſus omnis æui homines graſſatus eſt. Statuas uirorum illuſtrium, ab Auguſto ex Capitolina area propter anguſtias in Martium campum collatas, ita ſubuertit atq; diſiecit, ut reſtitui ſaluis titulis nõ ualuerint: uetuitq; poſthac uiuẽtium cuiquam uſquam ſtatuam aut imaginẽ, niſi conſulto ſe & autore poni. Cogitauit etiã de Homeri carminibus abolendis, Cur enim ſibi nõ licere dicens, quod Platoni licuiſſet, qui eum è ciuitate, quam cõſtituebat, eiecerit. Sed & Vergilij, & T. Liuij ſcripta & imagines paulum abfuit quin ex omnibus bibliothecis amoueret: quorũ alterum, ut nullius ingenij minimeq; doctrinæ: alterum ut uerboſum in hiſtoria negligentemq; carpebat. De iuris quoq; conſultis, quaſi ſcientiæ eorum omnem uſum aboliturus ſæpe iactauit, ſe (me hercle) effecturum, ne quid reſpondere poſsint præter æquum. 34

VEtera familiarũ inſignia nobiliſsimo cuiq; ademit: Torquato torquẽ, Cincinnato crinẽ, Cn. Pompeio ſtirpis antiquæ, Magni cognomẽ: Ptolemæũ, de quo retuli, & acceſſitũ è regno, & exceptũ honorifice, nõ alia de cauſa repente percuſsit, ꝙ ꝙ edẽte ſe munus, ingreſſum ſpectacula cõuertiſſe hominũ oculos fulgore purpureæ abollæ animaduertit. Pulchros & comatos, quoties ſibi occurrerẽt, occipitio raſo deturpabat. Erat Eſius Proculus patre primipilari, ob egregiã corporis amplitudinẽ & ſpeciem coloſſeros dictus. Hũc è ſpectaculis detractũ repente & in arenã deductũ, Thraci, & mox hoplomacho cõparauit: biſq; uictorẽ cõſtringi ſine mora iuſsit: & pãnis obſitum uicatim circũduci, ac mulieribus oſtendi, deinde iugulari. Nullus deniq; tam abiectæ cõditionis tamq; extremæ ſortis fuit, cuius nõ cõmodis obtrectaret. Nemorenſi regi, ꝙ multos iam annos potiret' ſacerdotio, ualidiorẽ aduerſariũ ſubornauit. Cũ quodam die muneris, eſſedario Porio, ob proſperã pugnã ſeruum ſuum manumittenti ſtudioſius plauſum eſſet, ita ſe proripuit è ſpectaculis, ut calcata lacinia togæ, prҫceps per gradus iret indignabundus, & clamitans, dominũ gentiũ populũ ex re leuiſsima plus honoris gladiatori tribuentem, quàm conſecratis principibus, aut præſenti ſibi. 35

Deturpare, p deformare

Pudicitiæ

36 PVdicitiæ neq; ſuæ, neq; alienæ pepercit. M. Lepidum, M. Neſtorem Pantomimũ, quoſdam obſides dilexiſſe fertur, cõmercio mutui ſtupri. Valerius Catulus conſulari familia iuuenis, ſtupratũ à ſe, ac latera ſibi cõtubernio eius defeſſa, etiã uociferatus eſt. Super ſororũ inceſta, & notiſſimũ proſtitutæ Pyrallidis amorem, nõ temere ulla illuſtriore fœmina abſtinuit: quas plerunq; cum maritis ad cœnã uocatas, præterq; pedes ſuos tranſeuntes, diligenter ac lente mercantiũ more conſiderabat, etiã faciem manu alleuans, ſiquæ pudore ſubmitterent. Quoties deinde libuiſſet, egreſſus triclinio, cũ maxime placitam ſeuocaſſet, paulo pòſt recentibus adhuc laſciuiæ notis, reuerſus uel laudabat palàm, uel uituperabat ſingula, numerãs bona mala'ue corporis atq; cõcubitus. Quibuſdam abſentiũ maritorum nomine, repudium ipſe miſit, iuſſitq; in acta referri.

Non temere, non ferè

Maxime placitam

37 NEpotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit, cõmentus nouum balnearũ uſum, portẽtoſiſſima genera ciborum atq; cœnarũ: ut calidis frigidiſq; unguentis lauaret: pretioſiſſimas margaritas aceto liquefactas ſorberet: cõuiuijs ex auro panes & obſonia apponeret: aut frugi hominẽ eſſe oportere, dictitans, aut Cæſarẽ. Quin & nummos non mediocris ſummæ è faſtigio baſilicę Iuliæ per aliquot dies ſparſit in plebem. Fabricauit & de cedris liburnicas, gemmatis puppibus, uerſicolorib. uelis, magna thermarũ & porticuum & tricliniorũ laxitate, magnaq; etiam uitium & pomiferarum arborũ uarietate, quibus diſcumbens de die inter choros ac ſymphonias, littora Campaniæ peragraret. In extructionibus prætoriorũ atq; uillarum, omni ratione poſthabita, nihil tam efficere cõcupiſcebat, quàm quod poſſe effici negaretur. Et iactæ itaq; moles infeſto ac profundo mari, exciſæ rupes duriſſimi ſilicis, & campi montibus aggere æquati, & cõplanata foſſuris montium iuga, incredibili quidem celeritate, cum moræ culpa capite lueretur. Ac ne ſingula enumerẽ, immenſas opes, totumq; illud Tiberij Cæſaris uicies ſepties millies H—S non toto uertente anno abſumpſit.

De cedris, pro è cedris

Vertẽte anno, pro finito, ſicut ineunte

38 EXhauſtus igitur atq; egens, ad rapinas cõuertit animũ, uario & exquiſitiſſimo calumniarum, & auctionũ, & uectigalium genere. Negabat iure ciuitatem Romanã uſurpare eos, quorum maiores ſibi poſteriſq; eam impetraſſent, niſi filij eſſent. Neq; enim intelligi debere poſteros ultra hunc gradum. Prolataq; diuorũ Iulij & Auguſti diplomata, ut uetera & obſoleta deflebat. Arguebat & perperã editos cenſus, quibus poſtea quacunq; de cauſa quicquam incrementi acceſſiſſet. Teſtamenta primipilariũ, qui ab initio principatus Tiberij neq; illum, neq; ſe hæredem reliquiſſent, ut ingrata reſcidit. item cæterorũ, ut irrita & uana, quoſcunq; quis diceret hærede Cæſare mori deſtinaſſe. Quo metu iniecto, cum iam & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palàm hæres nuncuparetur, deriſores uocabat, quòd poſt nuncupationem uiuere perſeuerarent, & multis uenenatas macteas miſit. Cognoſcebat autem de talibus cauſis, taxato prius mòdo ſummæ, ad quem conficiendũ conſideret: confecto demum excitabatur. Ac ne paululum quidem moræ patiens, ſuper XL. reos quondam ex diuerſis criminibus una ſententia condemnauit, gloriatuſq; eſt expergefactæ ſomno Cæſoniæ, quantum egiſſet, dum ea meridiaret. Auctione propoſita, reliquias omniũ ſpectaculorum ſubiecit, & uenditauit, exquirens per ſe pretia, & uſq; eò extendens, ut quidam immenſo coacti quædam emere, ac bonis exuti uenas ſibi inciderẽt. Nota res eſt, Aponio Saturnino inter ſubſellia dormitante, monitum à Caio præconem, ne prætorium uirum crebrò capitis motu nutantẽ ſibi pręteriret: nec licendi finem factũ, quoad XIII. gladiatores H—S nonagies ignoranti addicerentur.

Macteæ uenenatæ

39 IN Gallia quoq;, cum damnatarũ ſororum ornamenta & ſupellectilem, & ſeruos, atque etiam liberos, immenſis pretijs uendidiſſet, inuitatus lucro, quicquid inſtrumenti ueteris aulæ erat, ab urbe repetijt, comprehenſis ad deportandũ meritorijs quoq; uehiculis & piſtrinenſibus iumentis, adeo ut & panis Romæ ſæpe deficeret, & litigatorũ pleriq;, quòd occurrere abſentes ad uadimoniũ non poſſent, cauſa caderent. Cui inſtrumento diſtrahendo nihil non fraudis ac lenocinij adhibuit: modo auaritiæ ſingulos increpans, & quòd non puderet eos locupletiores eſſe quàm ſe: modo pœnitentiã ſimulans, quòd principalium rerum priuatis copiam faceret. Compererat prouincialem locupletem ducenta H—S numeraſſe uocatoribus, ut per fallaciam conuiuio interponeretur; nec tulerat moleſte tam magno æſtimari honorem cœnæ ſuæ. Huic poſtero die

Increpo te auaritiæ

Vocatores

ſedenti in auctione miſit, qui neſcio quid friuoli ducentis millibus traderret, diceretq;
Vocatu ipſius cœnaturum apud Cæſarem uocatu ipſius.

VEctigalia noua atq; inaudita primum per publicanos, deinde, quia lucrũ exube 40
rabat, per centuriones tribunosq; prætorianos exercuit, nullo rerũ aut hominũ
genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret. Pro edulijs, quę tota urbe uenirent,
Quadrageſima, ſcilicet pars certum ſtatumq; exigebat. Pro litibus atq; iudicijs ubicunq; conceptis quadrageſima
ſummæ de qua litigaretur: nec ſine pœna, ſi quis cõpoſuiſſe, uel donaſſe negotiũ con-
uinceretur. Ex gerulorũ diurnis quæſtibus pars octaua, ex capturis proſtitutarũ quan
Captura, pro quæſtu tum quæq; uno cõcubitu mereret. Additumq; ad caput legis, ut tenerent publico, &
quæ meretriciũ, quæ'ue lenocinium feciſſent: necnon & matrimonia obnoxia eſſent.

HViuſmodi uectigalibus indictis, neq; ꝓpoſitis, cũ per ignorantiã ſcripturæ mul 41
ta cõmiſſa fierent, tandẽ flagitante Po. Ro. propoſuit quidem legẽ, ſed & minu-
tiſsimis literis, & anguſtiſsimo loco, uti ne cui deſcribere liceret. Ac ne quod nõ manu
biarum genus experiret, lupanar in palatio cõſtituit: diſtinctisq; & inſtructis pro loci
dignitate compluribus cellis, in quibus matronę ingenuiq; ſtarent, miſit circũ fora &
baſilicas nomenclatores ad inuitandos in libidinẽ iuuenes ſenesq;, præbita aduenien
tibus pecunia fœnebri, appoſitisq; qui nomina palàm ſubnotarẽt, quaſi adiuuantium
Cæſaris reditus. Ac ne ex luſu quidem aleæ cõpendium ſpernens, plus mendacio atq;
Demandat illi ſuam uicem etiam periurio lucrabatur. Et quondam proximo colluſori demandata uice ſua, pro-
greſſus in atriũ domus, cum prætereuntes duos equites Ro. locupletes ſine mora cor
Confiſcari homines ripi cõfiſcariq; iuſsiſſet, exultans redijt, glorianſq;, nunquã ſe proſperiore alea uſum.

FIlia uero nata paupertatem, nec iam imperatoria modo, ſed & patria conquerens 42
onera, collationes in alimoniam atq; dotem puellæ recepit. Edixit & ſtrenas ine-
Ineunte anno pro incipiẽte unte anno ſe recepturum, ſtetitq; in ueſtibulo ædiũ Cal. Ianuarijs ad captandas ſtipes,
quas plenis ante eum manibus ac ſinu, omnis generiſ turba fundebat. Nouiſsime con
Ante eum, pro coram eo trectãdæ pecuniæ cupidine incenſus ſæpe ſuper immenſos aureorũ aceruos patentiſ-
ſimo diffuſos loco, & nudis pedib. ſpatiatus, & toto corpore aliquãdiu uolutatus eſt.

MIlitiã, resq; bellicas ſemel attigit, neq; ex deſtinato: ſed cum ad uiſendũ nemus 43
Ex deſtinato, ex propoſito, non caſu flumenq; Clitumni Meuaniã proceſsiſſet, admonitus de ſupplẽdo numero Ba
tauorũ quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicæ impetũ cepit: neq; diſtulit, ſed
legionibus, & auxilijs undiq; excitis, delectibus undiq; acerbiſsime actis, cõtracto &
omnis generis cõmeatu quanto nunq; antè, iter ingreſſus eſt: confecitq; modo tam fe
ſtinanter & rapide, ut prætorianę cohortes cõtra morem ſigna iumentis imponere, &
ita ſubſequi cogerent: interdum adeo ſegniter & delicate, ut octophoro ueheret, atq;
à propinquarũ urbium plebe uerri ſibi uias, & conſpergi propter puluerem exigeret.

POſtquam caſtra attigit, ut ſe acrem & ſeuerũ ducem oſtenderet, legatos qui auxi- 44
lia ſerius ex diuerſis locis adduxerant, cũ ignominia dimiſit. At in exercitu recen
ſendo, pleriſq; centurionũ maturis iam, & nonnullis ante paucisſimos q̃ conſumma-
Conſummare dies, pro explere tempus turi eſſent dies, primos pilos ademit, cauſatus ſeniũ cuiuſq; & imbecillitatẽ: cæterorũ
increpita cupiditate, cõmoda emeritæ militiæ ad ſexcentorũ millium ſummã recidit.
Increpita cupiditas, ut ad rem quoq; ptineat Nihil aũt amplius, q̃ Adminio Cinobellini Britannorũ regis filio, qui pulſus à patre,
cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto, quaſi uniuerſa tradita inſula,
magnificas Romã literas miſit, monitis ſæpe latoribus ut uehiculo ad forum uſq; & cu
riam pertenderent, nec niſi in æde Martis, ac frequente ſenatu COSS. traderent.

MOx deficiẽte belli materia, paucos de cuſtodia Germanos traijci occuliq; trans 45
Rhenum iuſsit, ac ſibi poſt prandium q̃ tumultuoſiſsime, adeſſe hoſtem, nun-
tiari. Quo facto, proripuit ſe cum amicis & parte equitũ prætorianorũ in proximã ſyl-
uam: truncatisq; arboribus, & in modum trophæorũ adornatis, ad lumina reuerſus,
eorum quidem qui ſecuti non eſſent timiditatem & ignauiã corripuit: comites aũt &
participes uictoriæ, nouo genere ac nomine coronarũ donauit, quas diſtinctas ſolis
ac lunæ ſiderumq; ſpecie, exploratorias appellauit. Rurſus obſides quoſdã abductos
è literario ludo, clamq; præmiſſos, deſerto repente conuiuio cum equitatu inſecutus,
ueluti profugos ac reprehenſos in catenis reduxit, in hoc quoq; nimio præter modum
intemperans. Repetita cœna renuntiantes coactum agmen, ſicut erant, loricatos ad
diſcumben-

diſcumbendum adhortatus eſt. Monuit etiam notiſsimo Vergilij uerſu, Durarent, ſecundiſq; ſe rebus ſeruarent. Atq; inter hæc abſentem ſenatum populumq; grauiſsimo obiurgauit edicto, quòd Cæſare præliante, & tantis diſcriminibus obiecto, intẽpeſtiua conuiuia circum & theatra & amœnos ſeceſſus celebrarent.

46 POſtremo, quaſi perpetraturus bellum, directa acie in littore oceani, ac baliſtis machiniſq; diſpoſitis, nemine gnaro ac opinante quidnam cœpturus eſſet, repente ut conchas legerent, galeaſq; & ſinus replerent imperauit, ſpolia oceani uocans Capitolio palatioq; debita. Et in indicium uictoriæ altiſsimam turrem excitauit: ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos nauium curſus ignes emicarent: pronuntiatoq; militi donatiuo centenis uiritim denarijs, quaſi omne exemplum liberalitatis ſupergreſſus, Abite, inquit, læti, abite locupletes.

Nemine gnaro, pro conſcio

Excitare turrim, pro erigere

47 COnuerſus hinc ad curã triumphi, præter captiuos ac transfugas barbaros, Galliarum quoq; proceriſsimũ quenq;, & ut ipſe dicebat, ἀξιοθριαμβευτον, ac nõnullos ex principibus legit, ac ſepoſuit ad pompã: coegitq; non tantũ rutilare & ſubmittere comam, ſed & ſermonẽ Germanicũ addiſcere, & nomina barbarica ferre. Præcepit etiam triremes, quibus introierat oceanum, magna ex parte itinere terreſtri Romã deuehi. Scripſit & procuratoribus, triumphum appararent quàm minima ſumma, ſed quantus nunquã alius fuiſſet, quando in omnium hominum bona ius haberent.

48 PRiuſquam prouincia decederet, conſilium inijt nefandæ atrocitatis, legiones quæ poſt exceſſum Auguſti ſeditionẽ olim mouerant, contrucidandi, quòd & patrem ſuum Germanicum ducem, & ſe infantem tunc obſediſſent: uixq; à tam præcipiti cogitatione reuocatus, inhiberi nullo potuit modo, quin decimare uelle perſeueraret. Vocatos itaq; ad concionem inermes, atq; etiam gladijs depoſitis, equitatu armato circundedit. Sed cum uideret ſuſpectã re pleroſq; dilabi ad reſumenda ſi qua uis fieret arma, profugit concione: confeſtimq; urbem petijt, deflexa omni acerbitate in ſenatum: cui animaduertendos tantorum dedecorum rumores palàm minabatur, querens inter cætera, fraudatum ſe iuſto triumpho: cum ipſe paulo antè, ne quid de honoribus ſuis ageretur, etiam ſub mortis pœna denuntiaſſet.

Sub pœna mortis

49 ADitus ergo in itinere à legatis ampliſsimi ordinis, ut maturaret orãtibus, quàm maxima uoce: Veniam, inquit, ueniã, & hic mecum, capulum gladij crebro uerberans, quo cinctus erat. Edixit & reuerti ſe, ſed ijs tantum qui optarent, equeſtri ordini & populo. nam ſe neq; ciuem neq; principem ſenatui amplius fore. Vetuit etiã quenquam ſenatorum ſibi occurrere, atq; omiſſo, uel dilato triumpho, ouans urbem natali ſuo ingreſſus eſt. Intraq; quartum menſem perijt, ingentia facinora auſus, & aliquanto maiora moliens. Siquidem propoſuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare, interempto prius utriuſq; ordinis electiſsimo quoq;. Quod ne cui dubium uideatur, in ſecretis eius reperti ſunt duo libelli diuerſo titulo: alteri Gladius, alteri Pugio index erat. Ambo notas & nomina continebant morti deſtinatorum. Inuẽta & arca ingens, uariorum uenenorum plena: quibus mox à Claudio demerſis, infecta maria traduntur, non ſine piſcium exitio, quos enectos æſtus in proxima litora eiecit.

Commigrare

Enectos, pro extinctos

50 STatura fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima ceruicis & crurum, & oculis & temporibus concauis, fronte lata & torua, capillo raro, ac circa uerticem nullo, hirſutus cætera. Quare tranſeunte eo proſpicere ex ſuperiore parte, aut omnino quacunq; de cauſa capram nominare, criminoſum & exitiale habebatur. Vultum uero natura horridum ac tetrũ, etiam ex induſtria efferabat, componens ad ſpeculũ in omnem terrorem ac formidinẽ. Valetudo ei neq; corporis neq; animi cõſtitit. Puer comitiali morbo uexatus, in adoleſcentia ita patiens laborum erat, ut tamẽ nonnunq; ſubita defectione ingredi, ſtare, colligere ſemet ac ſufferre uix poſſet. Mentis ualetudinem & ipſe ſenſerat, ac ſubinde de ſeceſſu, deq; purgando cerebro cogitauit. Creditur potionatus à Ceſonia uxore, amatorio quidem medicamẽto, ſed quod in furorem uerterit. Incitabatur inſomnia maxime: neq; enim plus quàm tribus nocturnis horis quieſcebat: ac ne his quidẽ placita quiete, ſed pauida miris rerũ imaginibus, ut qui inter cæteras, pelagi quondam ſpeciem colloquentẽ ſecum uidere uiſus ſit. Ideoq; magna parte noctis, uigiliæ cubandiq; tædio, nunc thoro reſidens, nunc per longiſsimas

Potionatus, ueneno affectus

porticus uagus, inuocare identidem atq; expectare lucem conſuerat.

51 NOn immerito mentis ualetudini attribuerim diuerſiſsima in eodem uitia, ſummam confidentiam, & contra nimium metum. Nam qui deos tantopere cõtemneret, ad minima tonitrua & fulgura cõniuere, caput obuoluere: ad uerò maiora proripere ſe è ſtrato, ſub lectumq; condere ſolebat. Peregrinatione quidem Siculienſi, irriſis multorum locorum miraculis, repente à Meſſana noctu profugit, Aetnæi uerticis fumo ac murmure pauefactus. Aduerſus Barbaros quoq; minaciſsimus, cùm trans Rhenum inter anguſtias denſumq; agmen iter eſſedo faceret, dicente quodam, nõ mediocrem fore conſternationem, ſicunde hoſtis appareat, equum ilico conſcendit: ac propere uerſus ad pontes, ut eos calonibus & impedimentis ſtipatos reperit, impatiens moræ, per manus ac ſuper capita hominum translatus eſt. Mox etiam audita rebellione Germaniæ, fugam, & ſubſidia fugæ claſſes, apparabat, uno ſolatio acquieſcens, transmarinas ſibi ſuperfuturas prouincias, ſi uictores Alpium iuga, ut Cimbri: uel etiam urbem, ut Senones quondam occuparent. Vnde credo percuſſoribus eius poſtea conſilium natum, apud tumultuantes milites ementiendi ipſum ſibi manus intuliſſe, nuntio malæ pugnæ perterritum.

52 VEſtitu, calceatuq;, & cætero habitu, neq; patrio, neq; ciuili, ac ne uirili quidem, ac deniq; non humano ſemper uſus eſt. Sæpe depictas gemmatasq; indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum proceſsit, aliquando ſericatus & cycladatus: ac modo in crepidis, uel cothurnis, modo in ſpeculatoria caliga, nonnunquam ſocco muliebri: plerunq; uerò aurea barba fulmen tenens, ac fuſcinam, aut caduceum deorum inſignia, atq; etiam Veneris cultu conſpectus eſt. Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem aſsidue geſtauit: interdum & Magni Alexandri thoracem repetitum è conditorio eius.

53 E Diſciplinis liberalibus minimũ eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit, quantumuis facundus & promptus: utiq; ſi perorandum in aliquem eſſet, irato & uerba & ſententiæ ſuppetebant: pronuntiatio quoq; & uox, ut neq; eodẽ loci præ ardore conſiſteret, & exaudiret à procul ſtantibus. Peroraturus ſtrictũ ſe lucubrationis ſuæ telum minabatur: lenius cõptiusq; ſcribendi genus adeo contẽnens, ut Senecam tum maxime placentẽ, cõmiſsiones meras cõponere, & arenam eſſe ſine calce diceret. Solebat etiam proſperis oratorũ actionibus reſcribere, & magnorũ in ſenatu reorum accuſationes defenſionesq; meditari: ac (pro ut ſtylus ceſſerat) uel onerare ſententia ſua quemq;, uel ſubleuare, equeſtri quoq; ordine ad audiendũ inuitato per edicta.

Eodẽ loci, pro eodem loco

54 SEd & aliorum generum artes ſtudioſiſsime, & diuerſiſsimas exercuit. Thrax & auriga, idẽ cantor atq; ſaltator, batuebat pugnatorijs armis: aurigabat extructo plurifariam circo: canendi ac ſaltandi uoluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidẽ ſpectaculis tẽperaret, quo minus & tragœdo pronuntianti concineret, & geſtum hiſtrionis quaſi laudans uel corrigẽs palàm effingeret. Nec alia de cauſa uidetur eo die, quo perijt, peruigilium indixiſſe, q̃ ut initium in ſcenam prodeundi licentia temporis auſpicaretur. Saltabat aũt nõnunq; etiã noctu. Et quondã tres conſulares ſecunda uigilia in palatium accitos, multaq; & extrema metuentes, ſuper pulpitum collocauit: deinde repente magno tibiarum & ſcabellorũ crepitu, cum palla tunicaq; talari proſiluit, ac deſaltato cantico abijt. Atq; hic tam docilis ad cætera, natare neſcijt.

55 QVorum uero ſtudio teneretur, omnibus ad inſaniam fauit. M. Neſtorem Pantomimum etiam inter ſpectacula oſculabatur: ac ſi quis ſaltante eo uel leuiter obſtreperet, detrahi iuſſum manu ſua flagellabat. Equiti Ro. tumultuãti, per centurionẽ denunciauit, ut abiret ſine more Hoſtiam, perferretq; ad Ptolemæũ regem in Mauritaniam codicillos ſuos, quorum exemplum erat: Ei, quem iſtuc miſi, neq; boni quicq̃, neq; mali feceris. Thraces quoſdã Germanis corporis cuſtodibus præpoſuit. Mirmillonũ armaturas reſcidit. Columbo uictori, leuiter tamen ſaucio, uenenũ in plagã addidit, quod ex eo Columbinũ appellauit. ſic certe inter alia uenena ſcriptũ ab eo repertũ eſt. Praſinæ factioni ita addictus & deditus, ut cœnaret in ſtabulo aſsidue & maneret, agitatori Eutycho comeſſatione quadam in apophoretis uicies H—S. cõtulit. Incitato equo, cuius cauſa pridie Circenſes, ne inquietaretur, uiciniæ ſilentiũ per milites indicere

ſolebat

ſolebat, præter equile marmoreũ & præſepe eburneũ, præterq́ purpurea tegumenta ac monile è gemmis, domum etiam & familiã, & ſupellectilem dedit, quo lautius nomine eius inuitati acciperentur: conſulatum quoq; traditur deſtinaſſe.

56 ITa bacchantẽ atq; graſſantem, nõ defuit pleriſq; animus adoriri. Sed una & altera conſpiratione detecta, alijs per inopiam occaſionis cunctantibus, duo conſiliũ cõmunicauerunt, perfeceruntq́, non ſine conſcientia potentiſsimorũ libertorum, præfectorumq́ prætorij: quod ipſi quoq;, etſi falſò, in quadam coniuratione quaſi participes nominati, ſuſpectos tamen ſe & inuiſos ſentiebant. Nam & ſtatim ſeductis magnam fecit inuidiam, diſtricto gladio affirmans ſponte ſe periturum, ſi & illis morte dignus uideretur: nec ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, atq; inter ſe omnes committere. Cũq; placuiſſet Palatinis ludis ſpectaculo egreſſum meridie aggredi, primas ſibi partes Caſsius Chærea tribunus cohortis prætoriæ depopoſcit: quem Caius ſeniorẽ iam ut mollem & effœminatũ denotare omni probro conſueuerat: & modo ſignum peteti, Priapũ aut Venerem dare, modo ex aliqua cauſa agenti gratias, oſculandã manum offerre, formatam commotamq́ in obſcœnum modum.

57 FVturæ cædis multa prodigia extiterunt: Olympię ſimulacrum Iouis, quod diſſolui transferriq́ Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint: ſuperuenitq́ ilico quidã Caſsius quoq; nominę, iuſſum ſe ſomnio affirmans immolare taurum Ioui. Capitolium Capuæ idibus Martijs de cœlo tactum eſt: item Romæ cella palatina atrienſis. Nec defuerunt qui cõiectarent, altero oſtento periculum è cuſtodibus domino portendi: altero, cædem rurſus inſignem qualis eodem die facta quondam fuiſſet. Conſulenti quoq; de genitura ſua, Sulla mathematicus certiſsimã necem appropinquare affirmauit. Monuerunt & ſortes Antiatinæ, ut à Caſsio caueret: qua cauſa ille Caſsium Longinũ Aſiæ tum proconſulem occidendum delegauerat, immemor Chæream Caſsium nominari. Pridie quàm periret, ſomniauit conſiſtere ſe in cœlo iuxta ſolium Iouis, impulſumq́ ab eo dextri pedis pollice & in terras præcipitatũ. Prodigiorum loco habita ſunt etiam quæ fortè illo ipſo die paulo prius acciderant. Sacrificans reſperſus eſt phœnicopteri ſanguine. Et Pantomimus M. Neſtor tragœdiam ſaltauit, quam olim Neoptolemus tragœdus ludis, quibus rex Macedonũ Philippus occiſus eſt, egerat. Et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens ſe ruina ſanguinem uomuit, plures ſecundarum certatim experimentũ artis darent, cruore ſcena abundauit. Parabatur & in noctem ſpectaculũ, quo argumenta inferorum per Aegyptios & Aethiopes explicarentur.

Genitura, genesis

58 NOno Cal. Februarias, hora quaſi ſeptima conctatus an ad prandium ſurgeret, marceſcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere, tandem ſuadentibus amicis egreſſus eſt. Cùm in crypta, per quam tranſeundũ erat, pueri nobiles ex Aſia ad edendas in ſcena operas euocati præpararẽtur, ut eos inſpiceret, hortareturq́ reſtitit: ac niſi princeps gregis algere ſe diceret, redire ac repręſentare ſpectaculũ uoluit. Duplex dehinc fama eſt: alij tradunt alloquenti pueros à tergo Chæreã ceruicẽ gladio cæſim grauiter percuſsiſſe, pręmiſſa uoce, Hoc age. Dehinc Cornelium Sabinũ, alterũ è coniuratis, tribunũ ex aduerſo traieciſſe pectus: alij Sabinum, ſubmota per cõſcios cẽturiones turba, ſignum more militiæ petiſſe: & Caio Iouem dante, Chæreã exclamaſſe, Accipe ratum: reſpicientiq́ maxillam ictu diſcidiſſe. Iacentẽ, contractiſq́ membris clamitantẽ ſe uiuere, cæteri uulneribus XXX. cõfecerunt. Nam ſignum erat omnium, Repete. Quidam etiam per obſcœna ferrum adegerunt. Ad primum tumultum lecticarij cum aſſeribus in auxilium accurrerunt: mox Germani corporis cuſtodes, ac nonnullos ex percuſſoribus, quoſdam etiam ſenatores innoxios interemerunt.

59 VIxit annis uigintinouem, inperauit triennio & decem menſibus, diebusq́ octo. Cadauer eius clàm in hortos Lamianos aſportatum, & tumultuario rogo ſemiambuſtum, leui ceſpite obrutum eſt: poſtea per ſorores ab exilio reuerſas erutum, crematum, ſepultumq́. Satis conſtat, prius quàm id fieret, hortorũ cuſtodes umbris inquietatos. In ea quoq; domo, in qua occubuerit, nullã noctem ſine aliquo terrore trãſactam, donec ipſa domus incendio cõſumpta ſit. Perijt unà & uxor Ceſonia, gladio à centurione confoſſa, & filia parieti illiſa.

Inquietare, pro moleſtus eſſe

Conditio

CONditionem temporum illorum etiã per hæc æſtimare quiuis poſsit. Nam neq; 60
cæde uulgata ſtatim creditũ eſt; fuitq; ſuſpicio, ab ipſo Caio famam cædis ſimulatam & emiſſam, ut eo pacto erga ſe hominũ mentes deprehẽderet. Neq; coniurati cuiquam imperiũ deſtinauerunt, & ſenatus in aſſerenda libertate adeo cõſenſit, ut COSS. primo nõ in curiam, quia Iulia uocabatur, ſed in Capitolium conuocarent. Quidã uero ſentẽtiæ loco, abolendam Cæſarum memoriã, ac diruenda templa cenſuerunt. Obſeruatũ aũt notatumq; eſt in primis, Cęſares omnes, quibus Caij prænomen fuit, ferro perijſſe, iam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus ſit occiſus.

C. SVETONII TRANQVILLI.

D. CLAVDIVS CAESAR

PATREM Claudij Cæſaris Druſum, olim Decimũ, mox Ne- 1
rone prænomine, Liuia cum Auguſto grauida nupſiſſet, intra mẽſem tertiũ peperit: fuitq; ſuſpicio, ex uitrico per adulterij cõſuetudinẽ procreatũ. Statim certe uulgatus eſt uerſus:

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

Is Druſus in quæſturę præturæq; honore, dux Rhetici, deinde Germanici belli, oceanum ſeptentrionalẽ primus Romanorum ducum nauigauit: transq; Rhenum foſſas noui & immenſi operis effecit, quæ nũc adhuc Druſianę uocãtur. Hoſtem etiam frequenter cæſum, ac penitus in intimas ſolitudines actum non prius deſtitit inſequi, quàm ſpecies barbarę mulieris humana amplior, uictorem tendere ultrà ſermone latino prohibuiſſet. Quas ob res ouandi ius, & triumphalia ornamenta percepit. Ac poſt præturam confeſtim inito conſulatu, atq; expeditione repetita, ſupremum diem morbo obijt in æſtiuis caſtris, quæ ex eo ſcelerata ſunt appellata. Corpus eius per municipiorũ coloniarumq; primores, ſuſcipiẽtibus obuijs ſcribarũ decurijs, ad urbem deuectum, ſepultumq; eſt in Martio campo. Cæterum exercitus honorariũ ei tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die quotãnis miles decurreret, Galliarũq; ciuitates publicè ſupplicarent. Præterea ſenatus inter alia cõplura, marmoreum arcum cum trophęis uia Appia decreuit, & Germanici cognomẽ ipſi poſteriſq; eius. Fuiſſe aũt creditur nõ minus glorioſi, ꝙ ciuilis animi. Nam ex hoſte ſuper uictorias opima quoq; ſpolia captaſſe, ſummoq; ſæpius diſcrimine duces Germanorũ tota acie inſectatus: nec diſsimulaſſe unq;, priſtinũ ſe reip. ſtatum quandocunq; poſſet reſtituturũ. Vnde exiſtimo nõnullos tradere auſos, ſuſpectũ eum Auguſto, reuocatũq; ex prouincia: & quia cunctarẽt, interceptũ ueneno. Quod equidẽ magis ne prætermitterẽ retuli, ꝙ quia uerum aut uerisimile putem: cum Auguſtus tantopere & uiuum dilexerit, ut cohæredẽ ſemper filijs inſtituerit, ſicut quondã in ſenatu profeſſus eſt: & defunctũ ita pro cõcione laudauerit, ut deos precatus ſit, ſimiles ei Cæſares ſuos facerent: ſibiq; tam honeſtum quandoq; exitum darent, ꝙ illi dediſſent. Nec contentus elogium tumulo eius uerſibus compoſitis à ſe inſculpſiſſe, etiam uitæ memoriam proſa oratione cõpoſuit. Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit, uerum tres omnino reliquit, Germanicum, Liuillam, Claudium.

Super, pro præter

Quõdam, pro aliquando

CLaudius natus eſt, Iulio Antonio, Fabio Africano COSS. Cal. Auguſtis, Lug- 2
duni, eo ipſo die quo primũ ara ibi Auguſto dedicata eſt, appellatusq; Tiberius Claudius Druſus. Mox fratre maiore in Iuliam familiã adoptato, Germanici cognomen aſſumpſit. Infans aũt relictus à patre, ac per omne ferè pueritiæ atq; adoleſcentiæ tẽpus uarijs & tenacibus morbis cõflictatus eſt, adeo ut animo ſimul & corpore hebetato, ne progreſſa quidem ætate ulli publico priuatoq; muneri habilis exiſtimaretur.

Diu etiam

Diu etiam atq; poſt tutelam receptam, alieni arbitrij & ſub pædagogo fuit: quem barbarum & olim ſuperiumentarium, ex induſtria ſibi appoſitum, ut ſe quibuſcunq; de cauſis quàm ſæuiſsime coerceret, ipſe quodam libello conqueritur. Ob hanc eandem ualetudinẽ, & gladiatorio munere, quod ſimul cum fratre memoriæ patris edebat, palliolatus nouo more præſedit: & togæ uirilis die, circa mediam noctẽ, ſine ſolenni officio lectica in Capitolium latus eſt.

3 DIſciplinis tamẽ liberalibus ab ætate prima non mediocrem operam dedit, ac ſæpe experimẽta cuiuſq; etiam publicauit. Verum ne ſic quidem quicquam dignitatis aſſequi, aut ſpem de ſe cõmodiorem in poſterũ facere potuit. Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec abſolutum à natura, ſed tantum inchoatum: ac ſi quem ſocordiæ argueret, ſtultiorẽ agebat filio ſuo Claudio. Auia Auguſta pro deſpectiſsimo ſemper habuit, non affari niſi rariſsime, non monere niſi acerbo & breui ſcripto, aut per internuntios ſolita. Soror Liuilla cum audiſſet quandoq; imperaturũ, tam iniquam & tam indignã ſortem populi Ro. palàm & clarè deteſtata eſt. Nam & auunculus maior Auguſtus quid de eo in utranq; partem opinatus ſit, quo certius cognoſcatur, capita ex ipſius epiſtolis poſui.

4 COllocutus ſum cum Tiberio, ut mandaſti mea Liuia, quid nepoti tuo Tiberio faciundum eſſet ludis Martialibus. Conſentit aũt uterq; noſtrum, ſemel eſſe nobis ſtatuendum, quod conſilium in illo ſequamur. Nam ſi eſt ἄρτιος (ut ita dicam) ὁλόκληρος, quid eſt quod dubitemus, quin per eoſdem articulos & gradus perducendus ſit, per quos frater eius perductus fuit? Sin autem ἠλαττῶσθαι ſentimus eum, καὶ βεβλάφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος, καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, præbenda materia deridendi & illum & nos non eſt hominibus, τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν. Nam ſemper æſtuabimus, ſi de ſingulis articulis temporum deliberabimus, μὴ προυποκειμένου ἡμῖν, poſſe arbitremur eum gerere honores, nec ne. In præſentia tamen quibus de rebus conſulis, curare eum ludis Martialibus triclinium ſacerdotum non diſplicet nobis, ſi eſt paſſurus ſe à Syllani filio homine ſibi affini admoneri, ne quid faciat quod conſpici & derideri poſsit. Spectare eum Circenſes ex puluinari, non placet nobis. Expoſitus enim in prima fronte ſpectaculorũ conſpicietur. In Albanum montem ire eum non placet nobis, aut eſſe Romæ latinarũ diebus. Cur enim non præficitur urbi, ſi poteſt fratrem ſuum ſequi in montem? Habes noſtras mea Liuia ſententias, quibus placet ſemel de tota re aliquid conſtitui, ne ſemper inter ſpem & metum fluctuemus. Licebit autem, ſi uoles, Antoniæ quoq; noſtræ des hanc partem epiſtolæ huius legendam. Rurſus alteris literis: Tiberium adoleſcentem ego uero, dum tu aberis, quotidie inuitabo ad cœnam, ne ſolus cœnet cum ſuo Sulpitio & Athenodoro: qui uellem diligentius & minus μετεώρως deligeret ſibi aliquem, cuius motum & habitum & inceſſum imitaretur miſellus.

ἀτυχεῖ πάνυ ἐν οἷσι σπουδαίοις λίαν.

Vbi non aberrauit eius animus, ſatis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια. Item tertijs literis: Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuiſſe, peream niſi mea Liuia admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui poſsit, cùm declamat, σαφῶς dicere quæ dicenda ſunt non uideo. Nec dubium eſt, quin poſt hæc Auguſtus conſtituerit & reliquerit eum nullo præter auguralis ſacerdotij honore impertitum: ac ne hæredem quidem, niſi inter tertios, ac penè extraneos, ex parte ſexta nuncuparit, legatoq; non amplius quàm octingentorum ſeſtertiorum proſecutus.

5 TIberius patruus petẽti honores, cõſularia ornamẽta detulit. Sed inſtantius legitimos flagitanti, id ſolũ codicillis reſcripſit, quadraginta aureos in Saturnalia, & ſigillaria ſe miſiſſe ei. Tũc demũ abiecta ſpe dignitatis, ad ociũ conceſsit, modo in hortis & ſuburbano, modo in Cãpaniæ ſeceſſu deliteſcens: atq; ex cõtubernio ſordidiſsimorum hominũ ſuper ueterẽ ſegnitiæ notam, ebrietatis & aleæ quoq; infamiam ſubijt.

6 CVm interim (quanquam hoc modo agenti) nunq; aut officium hominum, aut reuerentia publica defuit. Equeſter ordo bis patronũ eum deferendæ pro ſe legationis elegit: ſemel cum deportandũ Romam corpus Auguſti humeris ſuis à COSS. expoſcerent: iterum cum oppreſſum Seianum apud eoſdem gratularentur. Quin &

ſpecta-

ſpectaculis aduenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebant. Senatus quoq; ut ad numerum ſodalium auguſtalium ſorte ductorum extra ordinem adijceretur, cenſuit: & mox ut domus ei, quam incẽdio amiſerat, publica impenſa reſtitueretur, dicendæq; inter conſulares ſententiæ ius eſſet. Quod decretum abolitum eſt, excuſante Tiberio imbecillitatẽ eius, ac damnum liberalitate ſua reſarturum pollicente. Qui tamen moriens & in tertijs hæredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa ſeſtertia uicies proſecutus, cõmendauit inſuper exercitibus, ſenatui, populoq; Ro. inter cæteras neceſsitudines nominatim.

Secunda exiſtimatio, pro fama proſpera

SVb Caio demum fratris filio, ſecundã exiſtimationẽ circa initia imperij omnibus lenocinijs colligente, honores auſpicatus, conſulatum geſsit unà per duos menſes. euenitq; ut primitus ingredienti cum faſcibus forum, præteruolans aquila dexteriore humero conſideret. Sortitus eſt & de altero conſulatu in quartum annum. Præſeditq; nonnunquam ſpectaculis in Caij uicem, acclamante populo, Feliciter, partim patruo imperatoris, partim Germanici fratri. 7

Prædictam cœnam, pro præſtitutam

NEc eo minus cõtumelijs obnoxius uixit. Nã & ſi paulo ſerius ad prædictam cœnæ horam occurriſſet, nõ niſi ægrè, & circuito demũ triclinio recipiebatũ. & quoties poſt cibum obdormiſceret (quod ei ferè accidebat) olearũ ac palmularum oſsibus inceſſebatũ: interdum ferula flagroue, uelut per ludum excitabatur à tropeis. Solebant & manibus ſtertentis ſocci induci, ut repente expergefactus faciem ſibi confricaret. 8

SEd ne diſcriminibus quidẽ caruit. Primũ in ipſo cõſulatu, quod Neronis & Druſi fratrum Cæſaris ſtatuas ſegnius locãdas ponendasq; curaſſet, penè honore ſubmotus. Deinde extraneo, uel etiã domeſticorum aliquo deferente, aſsiduè uarieq; inquietatus. Cũ uero detecta eſſet Lepidi & Getulici cõiuratio, miſſus in Germaniã inter legatos ad gratulandũ, etiam uitæ periculum adijt: indignante ac fremente Caio, patruũ potiſsimum ad ſe miſſum, quaſi ad puerũ regendum: adeo ut non defuerint, qui traderent præcipitatũ quoq; in flumen, ſicut ueſtitus aduenerat. Atq; ex eo nunq; non in ſenatu nouiſsimus conſularium ſententiã dixit, ignominiæ cauſa poſt omnes interrogatus. Etiam cognitio falſi teſtamenti recepta eſt, in quo & ipſe ſignauerat. Poſtremo etiam ſeſtertiũ octogies pro introitu noui ſacerdotij coactus impẽdere, ad eas rei familiaris anguſtias decidit, ut cum obligatã ærario fidem liberare nõ poſſet, in uacuum lege prædiatoria uenalis pependerit ſub edicto præfectorum. 9

Introitus noui ſacerdotij, pro initu

PEr hæc ac talia maxima ætatis parte tranſacta, quinquageſimo anno imperium cepit, quantumuis mirabili caſu. Excluſus inter cæteros ab inſidiatoribus Caij, cum quaſi ſecretum eo deſiderante turbam ſubmouerent, in diætam, cui nomen eſt Hermæum, receſſerat. Neq; multo poſt rumore cædis exterritus, prorepſit ad ſolarium proximum: interq; prætenta foribus uela ſe abdidit. latentem diſcurrens ſorte gregarius miles animaduerſis pedibus è ſtudio ſciſcitandi quiſnam eſſet, agnouit: extractumq;, & præ metu ad genua ſibi accidentem, imperatorẽ ſalutauit. Hinc ad alios cõmilitones fluctuantes, nec quicquam adhuc quàm frementes perduxit. Ab his lecticæ impoſitus, & quia ſerui diffugerant, uiciſsim ſuccollantibus, in caſtra delatus eſt, triſtis ac trepidus, miſerante obuia turba, quaſi ad pœnam raperetũ inſons. Receptus intra uallum, inter excubias militum pernoctauit, aliquanto minore ſpe quàm fiducia. Nam conſules cum ſenatu & cohortibus urbanis forum capitoliumq; occuparunt, aſſerturi cõmunem libertatem: accitusq; & ipſe per Trib. pleb. in curiam ad ſuadenda quæ uiderentur, ui ſe & neceſsitate teneri reſpondit. Poſtero uero die, ſenatu ſegniore in exequendis conatibus per tædium ac diſſenſionem diuerſa cenſentiũ, & multitudine, quæ circunſtabat, unum rectorem iam & nominatim expoſcente, armatos pro concione iurare in nomen ſuum paſſus eſt, promiſitq; ſingulis quinadena H—S. primus Cæſarum fidem militis etiam præmio pigneratus. 10

Neq; quicquã quàm, pro tantum frementes

IMperio ſtabilito nihil antiquius duxit, quàm id biduum, quo de mutando reip. ſtatu hæſitatum erat, memoriæ eximere. Omnium itaq; factorum dictorumq; in eo ueniam & obliuionem in perpetuum ſanxit ac præſtitit, Tribunis modo ac centurionibus paucis è coniuratorũ in Caium numero interemptis, exempli ſimul cauſa & q ſuã quoq; cædem depopoſciſſe cognouerat. Conuerſus hinc ad officia pietatis, iuſiurandum 11

dum neq; ſanctius ſibi, neq; crebrius inſtituit, quàm per Auguſtum. Auiæ Liuiæ diui-nos honores, & Circenſi pompa currum elephantorum Auguſtino ſimilem decernendum curauit: parentibus inferias publicas, & hoc amplius patri Circenſes annuos natalis die, matri carpentũ, quo per circum duceretur, & cognomẽ Auguſtæ, ab auia recuſatum. Ad fratris memoriã per omnem occaſionẽ celebratã, comœdiam quoq; Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de ſententia iudicum coronauit. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratũ, ac ſine grata mentione tranſmiſit, teſtatus quondam per edictum, tanto impenſius petere ſe, ut natalẽ patris Druſi celebrarent, quòd idem eſſet & aui ſui Antonij. Tiberio marmoreum arcum, iuxta Pompeij theatrum decretum quidem olim à ſenatu, uerum omiſſum, peregit. Caij quoq;, etſi acta omnia reſcidit, diem tamen necis, quamuis exordium principatus ſui, uetuit inter faſtos referri.

12 AC in ſemet augẽdo parcus atq; ciuilis, prænomine imperatoris abſtinuit, nimios honores recuſauit: ſponſalia filiæ, natalemq; geniti nepotis ſilentio, ac tantũ domeſtica religione tranſegit. Neminem exulum niſi ex ſenatus autoritate reſtituit. Vt ſibi in curiã præfectũ prætorij tribunosq; militum ſecum inducere liceret: utq; rata eſſent quæ procuratores ſui in iudicando ſtatuerent, precario exegit. Ius nundinarum in priuata prædia à COSS. petijt: cognitionibus magiſtratuum, ut unus è conſularib. frequenter interfuit: eoſdem ſpectacula edentes, ſurgens & ipſe cum cætera turba, uoce ac manu ueneratus eſt. Trib. pl. adeuntibus ſe pro tribunali, excuſauit quòd propter anguſtias non poſſet audire eos niſi ſtantes. Quare in breui ſpacio tantum amoris fauorisq; collegit, ut cum profectum eum Hoſtiam perijſſe ex inſidijs nuntiatũ eſſet, magna conſternatione populus & militem quaſi proditorem, & ſenatum quaſi parricidã diris exe crationibus inceſſere non antè deſtiterit, quàm unus atq; alter, & mox plures à magiſtratibus in roſtra producti, ſaluum & appropinquare confirmarent.

Appropinquare, pro aduentare.

13 NEc tamen expers inſidiarum uſquequaq; permanſit, ſed & ſingulis, & per factionem, & deniq; ciuili bello infeſtatus eſt. E plebe homo nocte media iuxta cubiculum eius cum pugione deprehenſus eſt. Reperti & equeſtris ordinis duo in publico cum dolone, ac uenatorio cultro, præſtolantes: alter ut egreſſum theatro, alter ut ſacrificantem apud Martis ædem adoriretur. Conſpirauerant autem ad res nouas Gallus Aſinius & Statilius Coruinus, Pollionis ac Meſſalæ oratorum nepotes, aſſumptis cõpluribus libertis ipſius atque ſeruis. Bellum ciuile mouit Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, uerum intra quintum diem oppreſſus eſt, legionibus quæ ſacramentum mutauerant, in pœnitentiam religione conuerſis: poſtquam denuntiato ad nouum imperatorem itinere, caſu quodam ac diuinitus, neq; aquila ornari, neq; ſigna conuelli moueriq; potuerunt.

Cõuerſus in pœnitentiam, pro tactus pœnitentia

14 COnſulatus ſuper priſtinum quatuor geſsit. Ex quibus duos primos iunctim, ſequentes per interuallum, quarto quenq; anno, ſemeſtrem nouiſsimum, bimeſtres cæteros. Tertium autem, nouo circa principem exemplo, in locum demortui ſuffectus. Ius & COS. & extra honorem laborioſiſsime dixit, etiã ſuis ſuorumq; diebus ſolennibus, nonnunquam feſtis quoq; antiquitus & religioſis. Nec ſemper præſcripta legum ſecutus, duritiam lenitatémue multarum ex bono & æquo, perinde ut afficeretur, moderatus eſt. Nam & ijs, qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones: & in maiore fraude conuictos, legitimã pœnam supergreſſus, ad beſtias condemnauit.

15 IN cognoſcendo autẽ ac decernendo mira uarietate animi fuit, modo circunſpectus & ſagax, modo inconſultus ac præceps, nonnunquã friuolus amentiq; ſimilis. Cùm decurias rerum actu expungeret, eum qui diſsimulata uacatione, quam beneficio liberorum habebat, reſponderat, ut cupidum iudicandi dimiſit. Alium interpellatũ ab aduerſarijs de propria lite, negãtemq; cognitionis rem, ſed ordinarij iuris eſſe, agere cauſam confeſtim apud ſe coegit, proprio negocio documentum daturam, quàm æquus iudex in alieno negocio futurus eſſet. Fœminam non agnoſcentem filium ſuum, dubia utrinq; argumentorum fide ad confeſsionem compulit, indicto matrimonio iuuenis. Abſentibus ſecundum præſentes facillime dabat, nullo delectu culpæ, niſi quis in aliqua neceſsitate ceſſaſſet. Proclamante quodam, præcidendas falſario manus, carnificem ſta-

cem ſtatim acciri cum machæra menſaq́ʒ lanionia flagitauit. Peregrinitatis reum, orta inter aduocatos leui contentione, togatúmne an palliatum dicere cauſam oporteret, quaſi æquitatem integram oſtentans, mutare habitū ſæpius, & prout accuſaretur, de-fenderetúrue, iuſsit. De quodam etiam negocio, ita ex tabella pronuntiaſſe creditur: ſecundum eos ſe ſentire, qui uera propoſuiſſent. Propter quæ uſqʒ eo euiluit, ut paſsim ac propalam contemptui eſſet. Excuſans quidā teſtem è prouincia ab eo uocatū, negauit præſto eſſe poſſe. Diſsimulata diu cauſa, ac poſt longas demū interrogationes, mortuus eſt, inquit, puto licuit. Alius gratias agens, quòd reū defendi pateretᷓ, adiecit, & tamē fieri ſolet. Illud quoqʒ à maioribus natu audiebā, adeo cauſidicos patiētia eius ſolitos abuti, ut deſcendentē è tribunali non ſolū uoce reuocarent, ſed & lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenſo retinerēt. Ac ne cui hæc mira ſint, litigatori Græculo uox in altercatione excidit, καὶ σὺ γέρων εἶ, καὶ μωρός. id eſt, & tu ſenex, & tu ſtultus es. Equitē quidē Ro. obſcœnitatis in fœminas reum, ſed falſo, & ab impotētibus inimicis confiсto crimine, ſatis conſtat, cum ſcorta meritoria citari aduerſus ſe, & audiri pro teſtimonio uideret, graphium & libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna ſtultitiæ & ſæuitiæ exprobratione ieciſſe in faciē eius, ut genā non leniter perſtrinxerit.

GEſsit & cenſurā intermiſſam diu poſt Paulū Plancumq́ʒ cenſores. ſed hanc quoqʒ inæqualiter, uarioq́ʒ & animo, & euentu. Recognitione equitum iuuenem plenū probri, ſed quem pater probatiſsimum ſibi affirmabat, ſine ignominia dimiſit, habere dicens cenſorē ſuū. Alium corruptelis adulterijſq́ʒ famoſum nihil amplius q̃ monuit, ut aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certe cautius. addiditq́ʒ, quare em̄ ego ſcio quā amicā habeas? Et cum orantibus familiaribus dempſiſſet cuidam appoſitam notam, litura tamen, inquit, extet. Splendidum uirum, Græciæq́ʒ prouinciæ principem, uerum latini ſermonis ignarum, non modo albo iudicū eraſit, ſed etiam in peregrinitatē redegit. Nec quenq́ʒ niſi ſua uoce, utcunqʒ quis poſſet, ac ſine patrono rationē uitæ paſſus eſt reddere. Notauitq́ʒ multos, & quoſdā inopinātes, & ex cauſa noui generis, quòd ſe inſcio, ac ſine cōmeatu Italia exceſsiſſent: quendam uerò, & quòd comes regis in prouincia fuiſſet, referens maiorū temporibus Rabirio Poſthumo, Ptolemæum Alexandriam crediti ſeruandi cauſa ſecuto maieſtatis crimen apud iudices motum. Plures notare conatus, magna inquiſitorum negligentia, ſed ſuo maiore dedecore innoxios ferè reperit, quibuſcunqʒ cœlibatum, aut orbitatem, aut egeſtatem obijceret, maritos, patres, opulentos ſe probantibus: eo quidem, qui ſibimet uim ferro intuliſſe arguebatur, illæſum corpus ueſte depoſita oſtentāte. Fuerūt & illa in cenſura eius notabilia, quòd eſſedum argenteum ſumptuoſe fabricatum, ac uenale, ad ſigillaria redimi, cōcidiq́ʒ coram imperauit: quodq́ʒ uno die, XX edicta propoſuit: inter quæ duo, quorum altero admonebat, ut uberi uinearum prouentu bene dolia picarentur: altero, nihil æquè facere ad uiperæ morſum, quàm taxi arboris ſuccum. 16

Nihil amplius q̃ monuit, pro tantū monuit

EXpeditionem unam omnino ſuſcepit, eamq́ʒ modicam. cùm decretis ſibi à ſenatu ornamentis triumphalibus leuiorem maieſtate principali titulum arbitraretur, ueIletq́ʒ iuſti triumphi decus, unde acquireret, Britanniam potiſsimum elegit: neqʒ tentatam ulli poſt D. Iulium, & tunc tumultuantem ob nō redditos transfugas. Huc cum ab Hoſtia nauigaret, uehementi circio bis penè demerſus eſt, prope Liguriam, iuxtaq́ʒ Stœchadas inſulas. Quare à Maſsilia Geſſoriacum uſqʒ pedeſtri itinere confecto, inde tranſmiſit: ac ſine ullo prælio aut ſanguine inter paucíſsimos dies parte inſulæ in deditionem recepta, ſexto quàm profectus erat menſe, Romā rediјt, triumphauitq́ʒ maximo apparatu. Ad cuius ſpectaculum commeare in urbē non ſolum præſidibus prouinciarum permiſit, uerumetiam exulibus quibuſdam: atqʒ inter hoſtilia ſpolia naualem coronam faſtigio Palatinæ domus iuxta ciuicā fixit, traiecti & quaſi domiti oceani inſigne. Currum eius Meſſalina uxor carpēto ſecuta eſt. Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti: ſed cæteri pedibus & in prætexta, Craſſus Frugi equo phalerato, & in ueſte palmata, quòd eum honorem iterauerat. 17

VRbis annonæq́ʒ curam ſolicitiſsime ſemper egit. Cum Aemiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus manſit: ac deficiente militum ac familiarīū turba, auxilio plebē per magiſtratus ex omnibus uicis cōuocauit: ac poſitis ante ſe 18

cum

cum pecunia fiſcis, ad ſubueniẽdum hortatus eſt, repræſentaturus pro opera dignam cuiq; mercedem. Arctiore autem annona ob aſsiduas ſterilitates, detentus quondam medio foro à turba, conuitijsq; ac ſimul fragminibus panis ita infeſtatus ut ægrè, nec niſi poſtico euadere in palatium ualuerit, nihil non ex eo cogitauit ad inuehendos etiam in tempore hyberno commeatus. Nam & negociatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet: & naues mercaturæ cauſa fabricantibus magna commoda.

19 CONſtituit pro conditione cuiuſq; ciuis uacationẽ legi papiæ popeæ, Latinis ius Quiritum, fœminis ius quatuor liberorum, quæ conſtituta hodie ſeruantur.

20 OPera magna potius q̃ neceſſaria quãmulta perfecit. Sed uel præcipua, aquæductum à Caio inchoatũ, item emiſſariũ Fucini lacus, portumq; Hoſtienſem quanquam ſciret ex his alterum ab Auguſto precantibus aſsidue Marſis negatum, alterum à D. Iulio ſæpius deſtinatũ, ac propter difficultatem omiſſum. Claudiæ aquæ gelidos & uberes fontes, quorũ alteri Cœruleo, alteri Curtio & Albudino nomen eſt: ſimulq; riuum Anienis nouo lapideo opere in urbem perduxit, diuiſitq; in plurimos & ornatiſsimos lacus. Fucinum aggreſſus eſt, non minus compendij ſpe, q̃ gloriæ, cùm quidam priuato ſumptu emiſſuros ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri cõcederentur. Per tria autem paſſuum milia, partim effoſſo monte, partim exciſo, canalem abſoluit ægrè & poſt undecim annos, quamuis continuis XXX. hominum milibus ſine intermiſsione operantibus. Portum Hoſtiæ extruxit, circunducto dextra ſiniſtraq; brachio, & ad introitum profundo iam ſolo mole obiecta: quam quo ſtabilius fundaret, nauem antè demerſit, qua magnus obeliſcus ex Aegypto fuerat aduectus, congeſtiſq; pilis ſuperpoſuit altiſsimam turrim in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes curſum nauigia dirigerent. Congiaria populo ſæpius diſtribuit. *Quãmmulta, pro multa*

21 SPectacula quoq; complura magnificaq; edidit, nõ uſitata modo, ac ſolitis locis, ſed & commentitia, & ex antiquitate repetita, & ubi præterea nemo ante eum. Ludos dedicationis Pompeiani theatri, quod ambuſtum reſtituerat, è tribunali poſito in orcheſtra cõmiſit, cum prius apud ſuperiores ædes ſupplicaſſet, perq; mediam caueam ſedentibus ac ſilentibus cunctis, deſcendiſſet. Fecit & ſeculares, quaſi anticipatos ab Auguſto, nec legitimo tempori reſeruatos: quamuis ipſe in hiſtorijs ſuis prodat, intermiſſos eos Auguſtum multo poſt, diligentiſsime annorum ratione ſubducta, in ordinem redegiſſe. Quare uox præcõis irriſa eſt inuitãtis more ſolenni ad ludos, quos nec ſpectaſſet quiſquã, nec ſpectaturus eſſet: cũ ſupereſſent adhuc qui ſpectauerant, & quidam hiſtrionum producti olim, tunc quoq; producerentur. Circenſes frequẽter etiam in uaticano commiſit, nonnunquam interiecta per quinos miſſus uenatione. Circo uero maximo marmoreis carceribus, auratiſq; metis, quæ utraq; & tophina ac lignea antea fuerant, exculto, propria ſenatoribus conſtituit loca promiſcuè ſpectare ſolitis. Ac ſuper quadrigarum certamina, Troiæ luſum exhibuit, & Africanas, conficiente turma equitum prætorianorum, ducibus tribunis, ipſoq; præfecto. Præterea Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpacia circi agunt, inſiliuntq; defeſſos, & ad terram cornibus detrahunt. Gladiatoria munera pluriſariam, ac multiplicia exhibuit. Anniuerſarium in caſtris prætorianis, ſine uenatione apparatuq;: iuſtum ac legitimum in ſeptis: ibidem extraordinarium & breue, dierumq; paucorum, quodq; appellare cœpit ſportulam: quia primum daturus edixerat, uelut ad ſubitam condictamq; cœnulam inuitare ſe populum. Nec ullo ſpectaculi genere cõmunior aut remiſsior erat, adeo ut oblatos uictoribus aureos prolata ſiniſtra pariter cum uulgo uoce digitiſq; numeraret: ac ſæpe hortando rogandoq; ad hilaritatem homines prouocaret, dominos identidem appellans, immixtis interdum frigidis & accerſitis iocis: Qualis eſt, ut, cum palumbum poſtulantibus daturum ſe promiſit, ſi captus eſſet. Illud quoq; planè quantumuis ſalubriter, & in tempore: cum eſſedario, pro quo quatuor filij deprecabantur, magno omnium fauore indulſiſſet rudem, tabulam ilico miſit, admonens populum, quantopere liberos ſuſcipere deberet, quos uideret & gladiatori pręſidio gratiæq; eſſe. Edidit & in Martio campo expugnationem direptionemq; oppidi ad imaginem bellicam, & deditionem Britanniæ regum, præſeditq; paludatus. Quin & emiſſurus Fucinum lacum, *Anticipare, pro ante tempus facere aliquid* *Cõmunis, pro non ſingularis, aut non exquiſitus*

naumachiam antè commiſit. Sed cùm proclamantibus naumachiarijs, Aue impera-
tor, morituri te ſalutant: reſpõdiſſet, Auete uos: neq; poſt hanc uocem, quaſi uenia da-
ta, quiſquam dimicare uellet, diu cunctatus an omnes igni ferroq; abſumeret, tandem
è ſede ſua proſiluit, ac per ambitum lacus non ſine fœda uacillatione diſcurrens, par-
tim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc ſpectaculo claſsis Sicu-
la & Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium ſingulæ, exciente buccina Trito
ne argenteo: qui è medio lacu per machinam emerſerat.

Exoleta, pro deſueta

Terra mouiſſet pro terræ motus fuiſſet

Obſecratio, pro litania

QVædam circa ceremonias, ciuilemq; & militarem morem, item circa omnium or 22
dinum ſtatum, domi foriſq;, aut correxit, aut exoleta reuocauit, aut etiam noua
inſtituit. In cooptãdis per collegia ſacerdotibus, neminem niſi iuratus nominauit: ob-
ſeruauitq; ſedulo, ut quoties terra in urbe mouiſſet, ferias aduocata concione prætor
indiceret: utq; ob dira aut in urbe, aut in Capitolio uiſa, obſecratio haberetur, eamq;
ipſe iure Max. Pont. commonito pro roſtris populo, præiret, ſubmotaq; operario-
rum ſeruorumq; turba.

Actus rerum, pro actione cauſarum

Poteſtates pro magiſtratibus

RErum actum, diuiſum antea in hybernos æſtiuosq; menſes, cõiunxit. Iuriſdictio- 23
nem de fideicommiſsis, quotannis & tantum in urbe delegari magiſtratibus ſoli-
tam, in perpetuum atq; etiam per prouincias poteſtatibus demandauit. Capiti papiæ
popeæ legis, à Tiberio Cæſare quaſi ſexagenarij generare non poſſent, edicto obroga
uit. Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores à COSS. darentur: utq; hi, quibus à magi-
ſtratibus prouinciæ interdicerentur, urbe quoq; in Italia ſubmouerentur. Ipſe quoſ-
dam nouo exemplo relegauit, ut ultra lapidem tertium uetaret egredi ab urbe. De ma
iore negocio acturus in curia, medius inter COSS. ſellas tribunitio ſubſellio ſedebat.
Commeatus à ſenatu peti ſolitos beneficij ſui fecit.

ORnamenta conſularia etiam procuratoribus ducenarijs indulſit. Senatoriam di 24
gnitatem recuſantibus, equeſtrem quoq; ademit. Latum clauum, quamuis initio
affirmaſſet nõ lecturum ſe ſenatorem niſi ciuis Ro. abnepotem, etiam libertini filio tri-
buit: ſed ſub conditione, ſi prius ab equite Ro. adoptatus eſſet. ac ſic quoq; reprehen-
ſionem uerens, etiam Appium Cæcum cenſorem, generis ſui proautorem, libertino-
rum filios in ſenatum allegiſſe docuit: ignarus, temporibus Appij, & deinceps aliquan
diu, libertinos dictos non ipſos qui manumitterẽtur, ſed ingenuos ex his procreatos.
Collegio quæſtorum pro ſtratura uiarum gladiatorum munus iniũxit: detractaq; Ho
ſtienſi & Gallica prouincia, curam ærarij Saturni reddidit, quam medio tempore præ-
tores, aut utiq; tunc prætura functi ſuſtinuerant. Triumphalia ornamenta Syllano fi-
liæ ſuę ſponſo nondum puberi dedit. Maioribus uero natu, tam multis tamq; facile, ut
epiſtola communi legionum nomine extiterit, petentium ut legatis cõſularibus ſimul
cum exercitu & triumphalia darentur, ne cauſam belli quoquo modo quærerent. A.
Plautio etiam ouationem decreuit: ingreſſoq; urbem obuiam progreſſus, & in Capito
lium eunti, & inde rurſus reuertenti latus texit. Gabinio Secundo Caucis gente Ger-
manica ſuperatis, Caucici cognomen uſurpare conceſsit.

Publicauit, pro populo cõmunem fecit

EQueſtreis militias ita ordinauit, ut poſt cohortem alam, poſt alam tribunatum le 25
gionis daret: ſtipendiaq; inſtituit, & imaginariæ militiæ genus, quod uocatur ſu-
per numerum, quo abſentes & titulo tenus fungerentur. Milites domos ſenatorias ſa-
lutandi cauſa ingredi, etiam patrũ decreto prohibuit. Libertinos, qui ſe pro equitibus
Ro. agerent, publicauit. Ingratos, & de quibus patroni quererentur, reuocauit in ſerui
tutem: aduocatiſq; eorum negauit ſe aduerſus libertos ipſorum ius dicturũ. Cum qui-
dam ægra & affecta mancipia in inſulam Aeſculapij tædio medendi exponerent, om-
nes qui exponerentur, liberos eſſe ſanxit, nec redire in ditionem domini ſi conualuiſ-
ſent: quòd ſi quis necare mallet quem q̃ exponere, cædis crimine teneri. Viatores, ne
per Italiæ oppida niſi aut pedibus aut ſella aut lectica tranſirẽt, monuit edicto. Puteo-
lis & Hoſtiæ ſingulas cohortes ad arcendos incendiorum caſus collocauit. Peregrinæ
conditionis homines uetuit uſurpare Romana nomina, duntaxat gentilitia: ciuitatem
Romanam uſurpantes, in campo Eſquilino ſecuri percuſsit. Prouincias Achaiam &
Macedoniam, quas Tiberius ad curam ſuam tranſtulerat, ſenatui reddidit. Lycijs ob
exitiabiles inter ſe diſcordias libertatem ademit: Rhodijs ob pœnitentiam ueterũ deli

ctorum

ctorum reddidit. Ilienſibus, quaſi Ro. gentis autoribus tributa in perpetuum remiſit, recitata uetere epiſtola Græca ſenatus populiq́ Romani, Seleuco regi amicitiã & ſocietatem ita demũ pollicentis, ſi conſanguineos ſuos Ilienſes ab omni onere immunes præſtitiſſet. Iudæos impulſore Chreſto aſsidue tumultuãtes Roma expulit. Germanorum legatis in orcheſtra ſedere permiſit, ſimplicitate eorum & fiducia motus, quòd in popularia deducti, cum animaduertiſſent Parthos & Armenios ſedentes in ſenatu, ad eadem loca ſponte tranſierant, nihilo deteriorem uirtutem aut conditionem ſuam prædicantes. Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, & tantũ ciuibus ſub Auguſto interdictam, penitus aboleuit: contrà, ſacra Eleuſinia etiã transferre ex Attica Romã conatus eſt. Templũ quoq́ in Sicilia Veneris Erycinæ uetuſtate collapſum, ut ex ærario po. Ro. reficeretur, autor fuit. Cum regibus fœdus in foro icit, porca cæſa, ac uetere fecialium præfatione adhibita. Sed & hæc, & cætera, totumq́ adeo ex parte magna principatum non tam ſuo q̃ uxorum libertorumq́ arbitrio adminiſtrauit, talis ubiq́ plerunq́, qualem eſſe eum aut expediret illis, aut liberet.

26 SPonſas admodum adoleſcens duas habuit, Aemiliam Lepidam Auguſti proneptem, item Liuiam Medullinam, cui cognomen & Camillæ erat, e genere antiquo dictatoris Camilli: priorem, quòd parentes eius Auguſtum offenderant, uirginem adhuc repudiauit: poſteriorem ipſo die, qui erat nuptijs deſtinatus, ex ualetudine amiſit. Vxores deinde duxit Plautiam Herculanillam triumphali, & mox Aeliam Petinam conſulari patre. Cum utraq́ diuortium fecit: ſed cum Petina ex leuibus offenſis, cum Herculanillà ob libidinum probra, & homicidij ſuſpicionem. Poſt has Valeriam Meſſalinam Barbati Meſſalæ conſobrini ſui filiam in matrimonium accepit: quam cum comperiſſet ſuper cætera flagitia atq́ dedecora, C. Silio etiam nupſiſſe, dote inter auſpices conſignata, ſupplicio affecit: confirmauitq́ pro cõcione apud prætorianos, quatenus ſibi matrimonia male cederent, permanſurum ſe in cœlibatu, ac niſi permanſiſſet, non recuſaturum confodi manibus ipſorum. Nec durare ualuit, quin de conditionibus continuo tractaret, etiam de Petinæ quam olim exegerat, deq́ Loliæ Paulinæ, quæ C. Cæſari nupta fuerat. Verum illecebris Agrippinæ Germanici fratris ſui filiæ per ius oſculi, & blanditiarum occaſiones pellectus in amorem, ſubornauit proximo ſenatu, qui cenſerent cogendum ſe ad ducendum eam uxorem, quaſi reipub. maxime intereſſet, dandamq́ cæteris ueniam talium coniugiorũ, quæ ad id tempus inceſta habebantur: ac uix uno interpoſito die confecit nuptias, non repertis qui ſequerentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero primipilari, cuius officium nuptiarum & ipſe cum Agrippina celebrauit.

Diuortiũ fecit cum illa, pro ab illa

27 LIberos ex tribus uxoribus tulit: ex Herculanilla Druſum & Claudiam: ex Petina Antoniam: ex Meſſalina Octauiam, & quem primò Germanicum, mox Britannicum cognominauit. Druſum Pompeium puberem amiſit, piro per luſum in ſublime iactato, & hiatu oris excepto ſtrangulatũ, cui & ante paucos dies filiam Seiani deſpõdiſſet: quo magis miror fuiſſe qui traderent, fraude à Seiano necatum. Claudiam ex liberto ſuo Botere conceptam, quamuis ante quintum menſem diuortij natam, aliq́ cœptam, exponi tamen ad matris ianuam, & nudam iuſsit abijci. Antoniam Cn. Pompeio Magno, deinde Fauſto Syllæ nobiliſsimis iuuenibus, Octauiã Neroni priuigno ſuo collocauit, Syllano antè deſponſatam. Britannicũ uigeſimo imperij die, inq́ ſecundo conſulatu natum ſibi, paruulum etiam tum, & militibus pro cõcione manibus ſuis geſtans, & plebi per ſpectacula gremio aut ante ſe retinens aſsidue commendabat, fauſtisq́ ominibus eum acclamantium turba proſequebatur. E generis Neronem adoptauit, Pompeium atq́ Syllanum non recuſauit modo, ſed & interemit.

28 LIbertorum præcipuè ſuſpexit Poſidem ſpadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares uiros haſta pura donauit. Nec minus Felicem, quem cohortibus & alis, prouinciæq́ Iudææ præpoſuit, trium reginarum maritum. Et Harpocram, cui lectica per urbẽ uehendi, ſpectaculaq́ publicè edendi ius tribuit. Ac ſuper hos Polybium à ſtudijs, qui ſæpe inter duos COSS. ambulabat. Sed ante omnes Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoq́ ſenatus nõ præmijs modo ingentibus, ſed & quæſtorijs, prætorijsq́ ornamentis ornari libenter paſſus eſt: tantum

prætereà acquirere, & rapere, ut quærente eo quondam de fiſci exiguitate, non abſur-
dè ſit dictum, Abundaturum ſi à duobus libertis in conſortium reciperetur.
HIs (ut dixi) uxoribusq; addictus, non principem ſe, ſed miniſtrum egit. Compen 29
dio cuiuſq; horum, uel etiam ſtudio ac libidine, honores, exercitus, impunitates,
ſupplicia largitus eſt: & quidem inſciens plerunq; & ignarus. Ac ne ſingulatim mino-
ra quæq; enumerem, reuocatas libertates, eius iudicia reſciſſa, ſuppoſitos aut etiam pa
Conſocer làm immutatos datorum officiorum codicillos, Appium Syllanum conſocerum ſuū,
Liuiasq;, alterā Druſi, alteram Germanici filiam, crimine incerto, nec defenſione ulla
data, occidit: Item Cn. Pompeium maioris filiæ uirum, & L. Syllanum minoris ſpon-
ſum. ex quibus Pompeius in cōcubitu dilecti adoleſcentuli cōfoſſus eſt: Syllanus ab-
dicare ſe prætura ante quartū cal. Ianuarias, moriq; initio anni coactus. Die ipſo Clau
dij & Agrippinæ nuptiarum, in quinq; & triginta ſenatores; trecentosq; amplius equi
tes Ro. tanta facilitate animaduertit, ut de nece conſularis uiri renunciante centurio-
ne, factum eſſe quod imperaſſet, negaret quicquam ſe imperaſſe: nihilo minus rem cō-
probaret, affirmantibus libertis, officio milites functos, quòd ad ultionem imperato-
ris ultro procurriſſent. Nam illud omnem fidem exceſſerit, quòd nuptijs, quas Meſſa
lina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis & ipſe conſignauerit, inductus quaſi de
induſtria ſimularentur, ad auertendum transferendumq; periculum, quod imminere
ipſi per quædam oſtenta portenderetur.
AVtoritas dignitasq; formæ nō defuit uel ſtanti uel ſedenti, ac præcipuè quieſcen 30
ti. nam & prolixo, nec exili corpore erat: & ſpecie canicieq; pulchra, opimis cer-
uicibus. Cæterum & ingredientem deſtituebant poplites minus firmi, & remiſſe quid
uel ſerio agētem multa dehoneſtabant: riſus indecens, ira turpior, ſpumante rictu, hu-
mentibus naribus: plectra linguæ titubantia, caputq; tum ſemper, tum in quantulo-
cunq; actu uel maxime tremulum.
VAletudine ſicut olim graui, ita princeps perproſpera uſus eſt, excepto ſtomachi 31
dolore, quo ſe correptum etiam de conſciſcenda morte cogitaſſe dixit.
COnuiuia agitauit & ampla & aſsidua, ac ferè patētiſsimis locis, ut plerunq; ſex- 32
centeni ſimul diſcumberent: conuiuatus & ſuper emiſſarium Fucini lacus, ac
penè ſubmerſus, cum emiſſa impetu aqua redundaſſet. Adhibebat omni cœnæ & libe
ros ſuos cum pueris puellisq; nobilibus, qui more ueteri ad fulcra lectorum ſedentes
ueſcerentur. Conuiuæ, qui pridie ſcyphum aureum ſurripuiſſe exiſtimabatur, reuoca-
to in diem poſterum, calicem fictilem appoſuit. Dicitur etiam meditatus edictum, quo
ueniam daret efflatum crepitumq; uentris in conuiuio emittēdi, cum periclitatū quen
dam præ pudore ex continentia reperiſſet.
CIbi uiniq; quocunq; & tempore & loco appetentiſsimus. Cognoſcens quondam 33
in Auguſti foro, uictusq; nidore prandij, quod in maxima Martis æde Salijs ap-
parabatur, deſerto tribunali aſcendit ad ſacerdotes, unaq; diſcubuit. Nec temerè un-
quam triclinio abſceſsit, niſi diſtentus ac madens, & ut ſtatim ſupino ac per ſomnum
hianti pinna in os inderetur, ad exonerandum ſtomachū. Somni breuiſsimi erat. Nam
ante mediam noctem plerunq; uigilabat, ut tamen interdiu nonnunquam in iure di-
cendo obdormiſceret, uixq; ab aduocatis de induſtria uocem augentibus excitare-
tur. Libidinis in fœminas profuſiſsimæ, marium omnino expers. Aleam ſtudioſiſsime
luſit, de cuius arte librum quoq; emiſit. Solitus etiam in geſtatione ludere, ita eſſedo
alueoq; adaptatis, ne luſus confunderetur.
SAeuum, & ſanguinariū natura fuiſſe magnis minimisq; apparuit rebus. Tormen- 34
ta quæſtionum, pœnasq; parricidarum repræſentabat exigebatq; coràm. Cum ſpe
ctare antiqui moris ſupplicium Tiburi concupiſſet, & deligatis ad palum noxijs car-
nifex deeſſet, accitum ab urbe ueſperam uſq; opperiri perſeuerauit. Quocunq; gladia-
torio munere, uel ſuo, uel alieno, etiam forte prolapſos iugulari iubebat, maxime retia
rios, ut expirantium faciem uideret. Cum par quoddam mutuis ictibus concidiſſet,
Meridiani cultellos ſibi paruulos ex utroq; ferro in uſum fieri ſine mora iuſsit. Beſtiarijs meridia
nisq; adeo delectabatur, ut etiā prima luce ad ſpectaculum deſcenderet, & meridie di-
miſſo ad prandium populo perſederet: præterq; deſtinatos etiam leui ſubitaq; de cauſa
quoſdam

quoſdam cõmitteret, de ſabrorum quoq; ac miniſtrorum, atq; id genus numero: ſi aut αὐτόματον, uel pegma, uel quid tale aliud parum ceſſiſſet. Induxit & unum ex nomenclatoribus ſuis, ſicut erat togatus.

35 SEd nihil æquè quàm timidus, ac diffidens fuit. Primis imperij diebus, quanquã (ut diximus) iactator ciuilitatis, neq; conuiuia inire auſus eſt, niſi ut ſpiculatores cum lanceis circumſtarent, militesq; uice miniſtrorũ fungerentur: neq; ægrum quenquam uiſitauit, niſi explorato prius cubiculo, culcitriſq; & ſtragulis prætentatis & excuſſis: reliquo autem tempore ſalutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuit, & quidem omĩbus, & acerbiſſimos. Serò enim ac uix remiſit, ne fœminę prætextatiq; pueri, & puellæ contrectarentur, & ne cuius comiti aut librario calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur. Motu ciuili, cum eum Camillus nõ dubitans etiam citra bellum poſſe terreri, contumelioſa & minaci & contumaci epiſtola cedere imperio iuberet, uitamq; otioſam in priuata re agere, dubitauit adhibitis principibus uiris, an obtemperaret.

36 QVaſdam inſidias temerè delatas adeo expauit, ut deponere imperium tentauerit. Quodam (ut ſuprà retuli) cum ferro circa ſacrificãtem ſe deprenſo, ſenatum per præcones propere cõuocauit, lachrymiſq; & uociferatione miſeratus eſt conditionem ſuam, cui nihil tuti uſquam eſſet: ac diu publico abſtinuit. Meſſalinæ quoq; amorem flagrantiſſimum, non tam indignitate contumeliarum, quàm periculi metu abiecit, cum adultero Silio acquiri imperiũ credidiſſet. Quo tempore fœdum in modum trepidus ad caſtra confugit, nihil tota uia, quàm eſſet ne ſibi ſaluum imperium, requirens.

37 NVlla adeo ſuſpicio, nullus autor tã leuis extitit, à quo nõ mediocri ſcrupulo iniecto ad cauendũ ulciſcendumq; cõpelleretur. Vnus ex litigatorib. ſeducto in ſalutatione affirmauit, ſe uidiſſe per quietem occidi eum à quodã: Deinde paulo pòſt, quaſi percuſſorẽ agnoſceret, libellum tradentẽ aduerſarium ſuum demõſtrauit: confeſtimq; is pro deprehenſo ad pœnã raptus eſt. Pari modo oppreſſum ferunt Appium Syllanũ: quem cum Meſſalina & Narciſſus cõſpiraſſent perdere, diuiſis partibus, alter ante lucem ſimilis attonito, patroni cubiculũ irrupit, affirmans ſomniaſſe ſe, uim ei ab Appio illatam: altera in admirationẽ formata, ſibi quoq; eandem ſpeciem aliquot iam noctib. obuerſari retulit. Nec multo poſt ex cõpoſito irrumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adeſſet præceptũ erat, quaſi planè repræſentaret̃ ſomnij fides, accerſi ſtatim ac mori iuſſus eſt. Nec dubitauit poſtero die Claudius ordinem rei geſtæ perferre ad ſenatum, ac liberto gratias agere, ꝙ pro ſalute ſua etiam dormiens excubaret.

Seducto, pro ſeorſim abducto

Formata in admirationẽ, pro ſimulans admirationem

38 IRæ atq; iracundiæ conſcius ſibi, utrunq; excuſauit edicto, diſtinxitq;: pollicitus alteram quidẽ breuem & innoxiã, alteram non iniuſtã fore. Hoſtienſibus, quia ſibi ſubeunti Tiberim ſcaphas obuiã non miſerint, grauiter correptis, eaq; cum inuidia, ut in ordinem ſe coactum cõſcriberet, repente tantum nõ ſatisfaciens ueniam dedit. Quoſdam in publico parum tempeſtiuè adeuntes manu ſua repulit. Item ſcribam quęſtoriũ, itemq; prætura functũ ſenatorem, inauditos & innoxios relegauit: ꝙ ille aduerſus priuatum ſe intemperantius affuiſſet: hic in ædilitate inquilinos prædiorum ſuorum contra uetitum cocta uendentes mulctaſſet, uillicumq; interuenientem flagellaſſet. Qua de cauſa etiam coercionem popinarũ ædilibus ademit. At ne ſtultitiam quidem ſuam reticuit: ſimulatamq; à ſe ex induſtria ſub Caio, ꝙ aliter euaſurus, peruenturuſq; ad ſuſceptam ſtationem non fuerit, quibuſdam oratiunculis teſtatus eſt. Nec antè perſuaſit, quàm intra breue tempus liber editus ſit, cui index erat, μωρῶν ἀνάστασις. Argumentũ autem, ſtultitiam neminem fingere.

Ira, iracundia

In ordinem coactum

ἐπανάστασις

39 INter cætera in eo mirati ſunt homines & obliuionẽ & inconſiderantiam, uel ut græce dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. Occiſa Meſſalina, paulopoſt quàm in triclinio decubuit, quur domina non ueniret requiſiuit. Multos ex ijs quos capite damnauerat, poſtero ſtatim die & in concilium, & ad aleæ luſum admoueri iuſſit, & quaſi morarentur ut ſomniculoſos per nuntium increpuit. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non ceſſauit omni oratione, filiam, & alumnam, & in gremio ſuo natam atq; educatam prædicare. Aſciturus in nomen familiæ Neronem, quaſi parum reprehenderet̃, quòd adulto iam filio priuignũ adoptaret, identidem diuulgauit, neminem unquam per adoptionem familiæ Claudiæ inſertum.

Supinitatem ac cæcutientiam

SErmonis uero, rerumq́ tantam ſæpe negligentiam oſtendit, ut nec quis, nec inter 40
quos, quo'ue tempore ac loco uerba faceret, ſcire ac cogitare exiſtimaretur. Quum
Vinarij οἰνο- de lanijs aut uinarijs ageretur, exclamauit in curia: Rogo uos, quis poteſt ſine offula ui
πῶλαι uere? Deſcripſit abundãtiam ueterum tabernarũ, unde ſolitus eſſet uinum olim & ipſe
petere. De quæſtore quodam cãdidato inter cauſas ſuffragationis ſuæ poſuit, quòd pa-
ter eius frigidam ægro ſibi tempeſtiuè dediſſet. Inducta teſte in ſenatu, Hæc, inquit, ma
tris meæ liberta, & ornatrix fuit: ſed me patronum ſemper exiſtimauit. Hoc ideo dixi,
quòd quidam ſunt adhuc in domo mea qui me patronum non putant. Sed & pro tri-
bunàli, Hoſtienſibus quiddam publicè orãtibus, cum excanduiſſet, nihil habere ſe uo-
ciferatus eſt quare eos demereatur, ſi quem alium & ſe liberum eſſe. Nam illa eius quo
tidiana, et planè omnium horarum & momentorũ erant, quid ego tibi Theogonius ui
Id eſt eloquen- deor, & λογιότατος: multaq́ talia etiam priuatis deformia, nedum principi, neq́ infa-
tißimus cundo, neq́ indocto, imò etiam pertinaciter liberalibus ſtudijs dedito.

HIſtoriã in adoleſcentia hortãte T. Liuio, Sulpitio uero Flauo etiã adiuuãte, ſcribe 41
re aggreſſus eſt. Et cũ primũ frequenti auditorio cõmiſiſſet, ęgrè perlegit, refrige
ratus ſæpe à ſemetipſo. Nã cum initio recitationis, defractis cõplurib. ſubſellijs obeſita
te cuiuſdã, riſus exortus eſſet, ne ſedato quidẽ tumultu temperare potuit, quin ex inter
uallo ſubinde facti reminiſceret, cachinnosq́ reuocaret. In principatu quoq́ & ſcripſit
plurimũ, & aſſidue recitauit per lectorẽ. Initium aũt ſumpſit hiſtoriæ, poſt cædem Cęſa
ris dictatoris. ſed & tranſijt ad inferiora tẽpora, cœpitq́ à pace ciuili, cum ſentiret neq́
libere, neq́ uere ſibi de ſuperiorib. tradendi poteſtatẽ relictã, correptus ſępe & à matre
& ab auia. Prioris materiæ duo uolumina, poſterioris unum & XL. reliquit. Cõpoſuit
& de uita ſua octo uolumina, magis inepte q̃ inelegãter. Item Ciceronis defenſionem
aduerſus Aſinij Galli libros, ſatis eruditam. Nouas etiam cõmentus eſt literas tres, ac
numero ueterum quaſi maxime neceſſarias addidit. De quarum ratione cum priuatus
adhuc uolumen edidiſſet, mox princeps non difficulter obtinuit, ut in uſu quoq́ pro-
miſcuo eſſent. Extat talis ſcriptura in pleriſq́ libris, ac diurnis titulisq́ operum.

NEc minore cura græca ſtudia ſecutus eſt, amorem præſtantiamq́ linguæ occaſio- 42
ne omni profeſſus. Cuidam barbaro græce & latine diſſerẽti, cum utroq́ inquit,
ſermone noſtro ſis peritus. Et in cõmendanda patribus conſcriptis Achaia, gratam ſi-
bi prouinciam ait cõmunium ſtudiorum commercio. Ac ſæpe in ſenatu legatis perpe-
tua oratione reſpondit. Multum uero pro tribunali etiam Homericis locutus eſt uerſi-
bus. Quoties quidem hoſtem uel inſidiatorem ultus eſſet, excubitori tribuno ſignũ de
more poſcenti, non temerè aliud dedit, quàm

ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνοι.

Deniq́ & græcas ſcripſit hiſtorias, Tyrrhenicôn XX. Carchedoniacôn VIII. Qua-
rum cauſa ueteri Alexandriæ Muſæo additum ex ipſius nomine, inſtitutumq́ ut quo-
tannis in altero Tyrrhenicôn libri, altero Carchedoniacôn diebus ſtatutis, uelut in au-
ditorio recitarentur toti à ſingulis per uices.

Sub exitu, pro SVb exitu uitę ſigna quædam nec obſcura pœnitentis de matrimonio Agrippinæ, 43
ſub exitum deq́ Neronis adoptione dederat. Siquidem cõmemorantibus libertis, ac laudanti
bus cognitionem, qua pridie quandam adulterij ream condemnauerat, ſibi quoq́ in fa
tis eſſe iactauit omnia impudica, ſed non impunita matrimonia. Et ſubinde obuium ſi-
bi Britannicum arctius complexus, hortatus eſt ut creſceret, rationemq́ à ſe omnium
factorum acciperet, græca inſuper uoce proſecutus, ὁ δρος δ' ἐπέγκτ. Cumq́ impubi
teneroq́ adhuc, quando ſtatura permitteret, togam dare deſtinaſſet, adiecit, ut tandem
Populus Ro. uerum Cæſarem habeat.

NOn multoq́ poſt teſtamentũ etiam conſcripſit, ac ſignis omnium magiſtratuum 44
obſignauit. Prius igitur quàm ultra progrederetur, pręuentus eſt ab Agrippina,
quam pręter hæc conſcij quoq́, nec minus delatores multorum criminum arguebant.
Et ueneno quidem occiſum conuenit: ubi autem, & per quem dato, diſcrepat. quidam
tradunt, epulanti in arce cum ſacerdotibus, per Halotũ ſpadonem prægustatorẽ: alij
domeſtico cõuiuio per ipſam Agrippinã, quæ boletum medicatũ auidiſſimo ciborum
talium obtulerat. Etiam de ſubſequentibus diuerſa fama eſt. Multi ſtatim hauſto uene-
no ob-

no obmutuiſſe aiunt, excruciatumq; doloribus nocte tota, defeciſſe prope lucem. Nonnulli inter initia conſopitum, deinde cibo affluente euomuiſſe omnia: repetitumq; toxico, incertum pulti ne addito, cum uelut exhauſtũ refici cibo oporteret, an immiſſo per clyſterem, ut quaſi abundantia laboranti etiam hoc genere egeſtionis ſubueniretur.

45 MOrs eius celata eſt, donec circa ſucceſſorem omnia ordinarent. Itaq; & quaſi prò ægro adhuc uota ſuſcepta ſunt, & inducti per ſimulationem comœdi, qui uelut deſiderantem oblectarent. Exceſsit III. Idus Octobris, Aſinio Marcello, Acilio Auiòla COSS. LXIIII. ætatis, imperij XIIII. anno. Funeratusq; eſt ſolenni principũ pompa, & in numerum deorum relatus. Quem honorem à Nerone deſtitutum abolitumq;, recepit mox per Veſpaſianum.

46 PRæſagia mortis eius præcipua fuerunt: Exortus crinitæ ſtellæ, quam Cometen uocant: tactumq; de cœlo monumentũ Druſi patris. Et quòd eodem anno ex omniũ magiſtratuum genere pleriq; mortem obierant. Sed nec ipſe ignoraſſe, aut diſsimulaſſe ultima uitæ ſuæ tempora uidetur aliquot quidem argumentis. Nam & cum COSS. deſignaret, neminẽ ultra menſem quo obijt, deſignauit: & in ſenatu, cui nouiſsime interfuit, multum ad concordiam liberos ſuos cohortatus, utriuſq; ætatem ſuppliciter patribus cõmendauit. Et in ultima cognitione pro tribunali acceſsiſſe ſe ad finem mortalitatis, quanquam abominantibus qui audiebant, ſemel atq; iterum pronuntiauit.

C. SVETONII TRANQVILLI

NERO CLAVDIVS CAESAR

1 EX GENTE Domitia duæ familiæ claruerunt, Caluinorum, & Aenobarborũ. Aenobarbi autorẽ originis, itemq; cognominis habent L. Domitiũ: cui rure quondam reuertenti, iuuenes gemini auguſtiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, nuntiaret ſenatui ac populo uictoriam, de qua incertũ adhuc erat: Atq; in fidem maieſtatis adeo permulſiſſe malas, ut è nigro rutilũ, æriq; aſsimilem capillum redderent. Quod inſigne manſit & in poſteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. Functi autem conſulatibus VII. triumpho cenſuraq; duplici, & inter patritios allecti perſeuerarunt omnes in eodem cognomine. Ac ne prænomina quidem ulla præterquam Cnei & Lucij uſurparunt: eaq; ipſa notabili uarietate, modo cõtinuantes unumquodq; per ternas perſonas, modo alternantes per ſingulas. Nam primum ſecundumq; ac tertium Aenobarborũ Lucios, rurſus ſequentes tres ex ordine Cneos accepimus: reliquos nõ niſi uiciſſim, tum Lucios, tum Cneos. Plures è familia cognoſci referre arbitror, quo facilius appareat ita degeneraſſe à ſuorum uirtutibus Neronem, ut tamen uitia cuiuſq; quaſi tradita, & ingenita retulerit.

Tradita, pro à maioribus accepta

2 VT igitur paulo altius repetam, atauus eius Cn. Domitius in tribunatu pontificib. offenſior, quòd alium quàm ſe in patris ſui locum cooptaſſent, ius ſacerdotũ ſubrogandorum à collegijs ad populũ tranſtulit. ac in cõſulatu Allobrogibus Aruerniſq; ſuperatis, elephanto per prouinciam inuectus eſt, turba militum quaſi inter ſolennia triumphi proſequente. In hunc dixit Licinius Craſſus orator, nõ eſſe mirandum quòd æneam barbam haberet, cui eſſet os ferreum, cor plumbeum. Huius filius prætor Cæſarem abeuntem cõſulatu, quem aduerſus auſpicia legeſq; geſsiſſe exiſtimabat, ad diſquiſitionem ſenatus uocauit. Mox COS. imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentauit, ſucceſſorq; ei per factionem nominatus, principio ciuilis belli ad Corfiniũ captus eſt. Vnde dimiſſus, Maſſilienſes obſidione laborantes cum aduentu ſuo confirmaſſet, repente deſtituit: acieq; demũ Pharſalica occubuit, uir neq; ſatis conſtans, & ingenio truci. In deſperatione rerum mortem timore appetitã, ita expauit, ut hauſtum uenenum pœnitentia euomuerit, medicumq; manumiſerit, quòd ſibi prudens ac ſciens

minus

minus noxium temperaſſet. Conſultante autem Cn.Pompeio de medijs ac neutrã par
tem ſequentibus,ſolus cenſuit hoſtium numero habendos.

REliquit filium omnibus gentis ſuæ proculdubio præferendum. Is inter conſcios 3
Cæſarianę necis (quanq; inſons) damnatus lege pedia, cum ad Caſſium Brutũq;
ſe propinqua ſibi cognatione cõiunctos contuliſſet, poſt utriuſq; interitũ claſſem olim
commiſſam retinuit:auxit etiam,nec niſi partibus ubiq; profligatis, M.Antonio ſpon-
te,& ingentis meriti loco tradidit: ſoluſq; omnium ex ijs qui pari lege damnati erant,
Percurrere honores reſtitutus in patriam, ampliſſimos honores percucurrit:ac ſubinde redintegrata diſſen
ſione ciuili,eidem Antonio legatus,delâtam ſibi ſummam imperij ab ijs quos Cleopa-
træ pudebat,neq; ſuſcipere, neq; recuſare fidenter, propter ſubitam ualetudinẽ auſus,
In dieb.paucis, pro intra dies paucos tranſijt ad Auguſtum:& in diebus paucis obijt,nõnulla & ipſe infamia aſperſus.Nam
Antonius eum deſiderio amicæ Seruiliæ Naidis transfugiſſe iactauit.

EX hoc Domitius naſcitur, quem emptorem familiæ pecuniæq; in teſtamento Au 4
guſti fuiſſe, mox uulgo notatum ẽſt:non minus aurigandi arte in adoleſcentia cla
rus, quàm deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello. Verum arrogans,
profuſus,immitis,cenſorem L.Plancum uia ſibi decedere ædilis coegit: præturæ con-
ſulatuſq; honore equites Ro.matronaſq; ad agendũ mimum produxit in ſcenam: ue-
nationeſq; & in circo, & in omĩbus urbis regionibus dedit:Munus etiam gladiatoriũ,
ſed tanta ſæuitia,ut neceſſe fuerit Auguſto clàm fruſtra monitum edicto coercere.

EX Antonia maiore patrem Neronis procreauit,omni parte uitæ deteſtabilem. Si 5
quidem comes ad Orientem C.Cæſaris iuuenis occiſo liberto ſuo,ꝙ potare quan
tum iubebatur recuſarat, dimiſſus è cohorte amicorũ nihilo modeſtius uixit. Sed & in
uiæ Appiæ uico repente puerum citatis iumentis,haud ignarus obtriuit.& Romæ me
dio foro cuidam equiti Ro.liberius iurganti oculum eruit.Perfidiæ uero tantæ,ut non
modo argentarios pretijs rerum coemptarum,ſed & in prætura mercede palmarũ au-
rigarios fraudauerit.Notatus ob hęc & ſororis ioco,querentibus dominis factionum,
repræſentanda præmia in poſterum ſanxit. Maieſtatis quoq;, & adulteriorũ, inceſtiq;
cum ſorore Lepida ſub exceſſu Tiberij reus,mutatione temporũ euaſit.Deceſſitq; Pyr
gis morbo aquæ intercutis,ſublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita.

NEro natus eſt ante IX.menſes quàm Tiberius exceſsit,XVIII.Calen.Ianuarias, 6
iam tum quidem exoriente ſole,penè ut radijs prius quàm terra contingerẽt. De
genitura eius ſtatim multa & formidoloſa multis coniectantibus, præſagio fuit etiam
Domitij patris uox,inter gratulationes amicorum negantis quicquam ex ſe & Agrip-
pina,niſi deteſtabile & malo publico naſci potuiſſe. Eiuſdẽ futuræ infelicitatis ſignum
euidens die luſtrico extitit. Nam C.Cæſar rogãte ſorore, infanti ei quod uellet nomen
daret,intuens Claudium patruum ſuum,à quo mox principe Nero adoptatus eſt,eius
ſe dixit dare:neq; ipſe ſerio, ſed per iocum, & aſpernante Agrippina, quòd tum Clau-
dius inter ludibria aulæ erat.Trimulus patrẽ amiſit:cuius ex parte tertia hæres, ne hãc
quidem integram cepit, correptis per cohæredem Caium uniuerſis bonis: & ſubinde
matre etiam relegata,penè inops atq; egens apud amitam Lepidã nutritus eſt,ſub duo
bus pædagogis,ſaltatore atq; tonſore.Verum Claudio imperium adepto,nõ ſolum pa
ternas opes recuperauit, ſed & Criſpi Paſſieni uitrici ſui hæreditate ditatus eſt. Gratia
quidem & potentia reuocatæ reſtitutæq; matris uſq; eo floruit, ut emanaret in uulgus,
miſſos à Meſſalina uxore Claudij, qui eum meridiantem quaſi Britannici æmulum
ſtrangularent. Additum fabulæ, & eoſdem dracone è puluino ſe proferente conterri-
tos refugiſſe. Quæ fabula exorta eſt,deprehenſis in lecto eius circum ceruicalia ſerpen
tis exuuijs: quas tamen aureæ armillæ ex uoluntate matris incluſas, dextro brachio
geſtauit aliquãdiu, ac tædio tandem maternæ memoriæ abiecit, rurſuſq; extremis ſuis
rebus fruſtra requiſiuit.

TEner adhuc,nec dum matura pueritia, Circenſib.ludis Troiã conſtantiſſime fauo 7
rabiliterq; luſit. Vndecimo ętatis anno à Claudio adoptatus eſt, Anneoq; Senecę
iam tunc ſenatori in diſciplinã traditus.Ferunt Senecam proxima nocte uiſum ſibi per
quietẽ C.Cæſari præcipere:& fidẽ ſomnio Nero breui fecit, prodita immanitate natu-
rę,quibus primũ potuit experimẽtis.Nanq; Britannicũ fratrem,ꝙ ſe poſt adoptionem

Aenobar-

Aenobarbum ex cõſuetudine ſalutaſſet, ut ſubdititium apud patrem arguere conatus eſt. Amitam etiam Lepidam ream teſtimonio coràm afflixit, gratificãs matri, à qua rea premebatur. Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donatiuũ propoſuit: indicta decurſione prætorianis, ſcutum ſua manu prætulit: exinde patri gratias in ſenatu egit. Apud eundem C O S. pro Bononienſib. latine, pro Rhodijs atq; Ilienſibus græce uerba fecit. Auſpicatus eſt iuriſdictionem præfecti urbis, ſacro latinarum celeberrimis patronis non translatitias (ut aſſolet) & breues, ſed maximas plurimaſq; poſtulationes certatim ingerentibus, quamuis interdictũ à Claudio eſſet. Nec multo pòſt duxit uxorem Octauiam: edidítq; pro Claudij ſalute Circenſes, & uenationem.

8 SEptemdecim natus annos, ut de Claudio palàm factum eſt, inter horam ſextam ſeptimamq; proceſſit ad excubitores, quum ob totius diei diritatem non aliud auſpicandi tempus accommodatius uideretur: proq; palatij gradibus imperator conſalutatus, lectica in caſtra, & inde raptim appellatis militibus in curiam delatus eſt. Diſceſsit iam ueſperi, ex immenſis quibus cumulabatur honoribus, tantum patris patriæ nomine recuſato propter ætatem.

9 ORſus hinc à pietatis oſtentatione, Claudium apparatiſsimo funere elatum laudauit, cõſecrauitq;. Memoriæ Domitij patris honores maximos habuit. Matri ſummam omnium rerum, publicarum priuatarumq; permiſit. Primo etiam imperij die ſignum excubanti tribuno dedit, optimam matrem: ac deinceps eiuſdem ſæpe lectica per publicum ſimul uectus eſt. Antium coloniam deduxit, aſcriptis ueteranis è prætorio, additiſq; per domicilij translationem ditiſsimis primipilarium, ubi & portum operis ſumptuoſiſsimi fecit.

10 ATq; ut certiorem adhuc indolem oſtenderet, ex Auguſti præſcripto imperaturũ ſe profeſſus, neq; liberalitatis, neq; clementiæ, nec comitatis quidem exhibendæ ullam occaſionem omiſit. Grauiora uectigalia aut aboleuit, aut minuit. Præmia delatorum papiæ legis ad quartas redegit. Diuiſis populo uiritim quadringenis nummis, ſenatorum nobiliſsimo cuiq;, ſed à re familiari deſtituto, annua ſalaria & quibuſdã quingena cõſtituit. Item prætorianis cohortibus frumẽtum, menſtruumq; gratuitũ. Et cum de ſupplicio cuiuſdam capite damnati, ut ex more ſubſcriberet, admonerẽt, Quàm uellem, inquit, neſcire literas. Omnes ordines ſubinde ac memoriter ſalutauit. Agenti ſenatui gratias, reſpondit, cũ meruero. Ad campeſtres exercitationes ſuas admiſit & plebem: declamauitq; ſæpius publice. Recitauit & carmina non modo domi, ſed in theatro, tanta uniuerſorum lætitia, ut ob recitationem ſupplicatio decreta ſit, atq; pars carminum aureis literis Ioui Capitolino dicata.

11 SPectaculorum plurima et uaria genera edidit: iuuenales, circenſes, ſcenicos ludos, gladiatorium munus. Iuuenalibus ſenes quoq; conſulares, anuſq; matronas recepit ad luſum. Circenſibus loca equiti ſecreta à cæteris tribuit: commiſitq; etiam camelorum quadrigas. Ludis quos pro æternitate imperij ſuſceptos appellari Maximos uoluit, ex utroq; ordine & ſexu pleriq; ludicras partes ſuſtinuerunt. notiſſimus eques Romanus elephãto ſuperſedẽs per catadromũ decucurrit. Inducta eſt Afranij togata, quę Incendium inſcribitur: conceſſumq;, ut ſcenici ardentis domus ſupellectilẽ diriperent, ac ſibi haberent. Sparſa & populo miſsilia omniũ rerum per omnes dies, ſingula quotidie millia auium cuiuſq; generis, multiplex penus: teſſeræ frumentariæ, ueſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atq; etiam manſuetæ feræ, nouiſsimè naues, inſulæ, agri.

Decucurrit, ut ante percucurrit

12 HOs ludos ſpectauit è proſcenij faſtigio. Munere quod in amphitheatro ligneo, in regione Martij campi intra anni ſpatiũ fabricato dedit, neminẽ occidit, ne noxiorum quidem. Exhibuit autem ad ferrum etiam quadringentos ſenatores, ſexcentoſq; equites Romanos, & quoſdam fortunæ atq; exiſtimationis integræ: ex ijſdem ordinibus confectoreſq; ferarum, & uaria arenæ miniſteria. Exhibuit & naumachiã marina aqua innantibus beluis. Item pyrrhicas quaſdam è numero epheborũ, quibus poſt editam operam diplomata ciuitatis Romanæ ſingulis obtulit. Inter pyrrhicarũ argumenta, taurus Paſiphaen ligneo iuuencę ſimulacro abditã inijt, ut multi ſpectantiũ crediderunt. Icarus primo ſtatim conatu iuxta cubiculũ eius decidit, ipſumq; cruore reſperſit.

Diplomata

nam

nam perraro præſidere, cæterum accubans primum paruis foraminibus, deinde toto
podio adaperto ſpectare cõſueuerat. Inſtituit & quinquẽnale certamen primus omniũ
Romæ, more græco triplex, muſicum, gymnicum, equeſtre, quod appellauit Neronia.
Dedicatiſq; thermis atq; gymnaſio, ſenatui quoq; & equiti oleum præbuit. Magiſtros
toti certamini præpoſuit conſulares ſorte, ſede prætorum: deinde in orcheſtram ſena-
tumq; deſcendit. Et orationis quidem carminis latini coronam, de qua honeſtiſſimus
quiſq; contenderat, ipſorum conſenſu conceſſam ſibi recepit. citharæ autem, à iudicib.
ad ſe delatam adorauit, ferriq; ad Auguſti ſtatuam iuſſit. Gymnico, quod in ſeptis ede-
bat, inter buthyſię apparatum, barbam primam poſuit, còditã in auream pyxidem, &
pretioſiſsimis margaritis adornatã Capitolio cõſecrauit. Ad athletarũ ſpectaculũ inui
tauit & uirgines Veſtales, quia Olympiæ quoq; Cereris ſacerdotib. ſpectare concedit.

NOn immerito inter ſpectacula ab eo edita, & Tyridatis in urbem introitũ retule 13
rim: quem Armeniæ regem magnis pollicitationibus ſolicitatum, cum deſtinato
per edictum die oſtenſurus populo propter nubilum diſtuliſſet, produxit quo opportu
niſsime potuit, diſpoſitis circa fori templa armatis cohortibus, curuli reſidens apud ro
ſtra triumphantis habitu, inter ſigna militaria, atq; uexilla: & primo per deuexum pul-
pitum ſubeuntem admiſit ad genua, alleuatumq; dextra exoſculatus eſt: dein precanti,
Interpretata tiara deducta, diadema impoſuit, uerba ſupplicis interpretata prætorio uiro multitudi
paßiue ni pronuntiante. Perductũ inde in theatrum, ac rurſus ſupplicantem, iuxta ſe latere de-
xtro collocauit. Ob quæ imperator cònſalutatus, laurea in Capitolium lata.

IAnum geminum clauſit, tam nullo, quàm reſiduo bello. Conſulatus quatuor geſsit: 14
primum bimeſtrem, ſecundum & nouiſſimũ ſemeſtres, tertium quadrimeſtrem. me-
dios duos continuauit, reliquos inter annua ſpatia uariauit.

IN iuriſdictione poſtulatoribus, niſi ſequenti die ac per libellos, non temere reſpon- 15
Singulatim dit. In cognoſcendo morem eum tenuit, ut continuis actionibus omiſſis, ſingulatim
quæq; per uices ageret. Quoties autem ad cõſultandũ ſederet, neq; in cõmune quicq;,
neq; propalàm deliberabat: ſed & conſcriptas ab unoquoq; ſententias tacitus ac ſecre-
to legens, quid ipſi libuiſſet, perinde atq; pluribus idem uideretur, pronunciabat. In cu
riam libertinorũ filios diu non admiſit, admiſſiſq; à prioribus principibus honores de-
negauit. Candidatos qui ſupra numerum eſſent, in ſolatium dilationis ac moræ, legio-
nibus præpoſuit. Conſulatũ in ſenos plerunq; menſes dedit. Defunctoq; circa Calen-
das Ianuarias altero è COSS. neminem ſubſtituit, improbans exemplum uetus Cani-
nij Rebili uno die conſulis. Triumphalia ornamenta etiã quæſtoriæ dignitatis, & non
nullis ex equeſtri ordine tribuit, nec utiq; de cauſa militari. Sed & de quibuſdam rebus
orationes ad ſenatum miſſas, præterito quæſtoris officio, per COS. plerunq; recitabat.

FOrmam ædificiorum urbis nouam excogitauit: & ut ante inſulas ac domos porti- 16
cus eſſent, de quarum ſolarijs incendia arcerentur, eaſq; ſumptu ſuo extruxit. De-
Animaduerſa ſtinarat etiam Hoſtia tenus mœnia promouere, atq; inde foſſa mare ueteri urbi induce
flagitia, pro re. Multa ſub eo & animaduerſa ſeuerè, & coercita, nec minus inſtituta. Adhibitus
punita ſumptibus modus, publicæ cœnæ ad ſportulas redactæ: Interdictum ne quid in popi-
Popinæ nis cocti præter legumina aut olera ueniret, cum antea nullum non obſonij genus pro
Chriſtiani poneretur. Afflicti ſupplicijs Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis nouæ ac male
ficæ. Vetiti quadrigariorũ luſus, quibus inueterata licentia paſſim uagãtibus, fallere ac
furari per iocum ius erat. Pantomimorum factiones cum ipſis ſimul relegatæ.

ADuerſus falſarios tunc primum repertum, ne tabulæ niſi pertuſæ, ac ter lino per 17
foramina traiecto obſignarentur. Cautum, ut in teſtamentis primæ duæ ceræ te
ſtatorum modo nomine inſcripto, uacuæ ſignaturis oſtenderentur: ac ne quis alieni te
ſtamenti ſcriptor legatum ſibi aſcriberet. Item ut litigatores pro patrocinijs certam iu-
ſtamq; mercedem, pro ſubſellijs nullam omnino darent, præbente ærario gratuita: utq;
rerum actu, ab ærario cauſæ ad forum ac recuperatores transferrentur: & ut omnes ap
pellationes à iudicibus ad ſenatum fierent.

AVgendi propagandiq; imperij neq; uoluntate ulla, neq; ſpe motus unquã, etiam 18
ex Britannia deducere exercitum cogitauit: nec niſi uerecundia, ne obtrectare
parentis gloriæ uideretur, deſtitit. Ponti modo regnum concedente Polemone, item
Alpium, defuncto Coctio in prouinciæ formam redegit. Peregri-

19 PEregrinationes duas omnino ſuſcepit, Alexandrinam & Achaicam: ſed Alexan drina ipſo profectionis die deſtitit, turbatus ſimul religione ac periculo. Nam cum circuitis templis in æde Veſtæ reſediſſet, conſurgenti ei primum lacinia obhæſit: deinde tanta caligo coorta eſt, ut diſpicere non poſſet. In Achaia Iſthmum perfodere aggreſſus, prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus eſt: tubaq; ſigno dato, primus raſtello humum effodit, & corbulo congeſtā humeris extulit. Parabat & ad Caſpias portas expeditionem, conſcripta ex Italicis ſenum pedum tironibus noua legione, quam Magni Alexandri phalangem appellabat. Hæc partim nulla reprehenſione, partim etiam non mediocri laude digna in unum cōtuli, ut ſecernerem à probris ac ſceleribus eius, de quibus dehinc dicam.

Omnino ὅλως

20 INter cæteras diſciplinas pueritiæ imbutus tempore & muſica, ſtatim ut imperiū adeptus eſt, Terpnum citharœdū uigentem tunc præter alios acceſijt: diebusq; continuis poſt cœnam canenti in multam noctem aſſidens, paulatim & ipſe meditari exercerique cœpit: nec eorum quicq; omittere, quæ generis eius artifices uel conſeruandę uocis cauſa, uel augendæ factitarent. Sed & plumbeam chartam ſupinus pectore ſuſtinere, & clyſtere uomituq; purgari, & abſtinere pomis cibisq; officiētibus: donec blandiente profectu (quanquam exiguæ uocis & fuſcæ) prodire in ſcenam concupiuit, ſubinde inter familiares græcum prouerbium iactans, Occultæ muſicæ nullum eſſe reſpectū. Et prodijt Neapoli primum, ac ne concuſſo quidem repente motu terræ theatro, antè cantare deſtitit, quàm inchoatū abſolueret νόμον. Ibidem ſæpius & per complures cantauit dies: ſumpto etiam ad reficiendam uocem breui tempore, impatiens ſecreti à balneis in theatrū tranſijt: mediaq; in orcheſtra frequente populo epulatus: ſi paulum ſub bibiſſet, aliquid ſe † ſufferri tinniturū græco ſermone promiſit. Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de nouo commeatu Neapolim confluxerant, plures Alexandria euocauit. Neq; eo ſegnius adoleſcentes equeſtris ordinis, & quinq; amplius millia è plebe robuſtiſsimæ iuuentutis undique elegit, qui diuiſi in factiones, plauſuum genera condiſcerent: bombos, & imbrices, & teſtas uocabant: operamq; nauarent cantanti ſibi inſignes pinguiſſima coma, & excellentiſsimo cultu pueri, nec ſine anulo leuis, quorum duces quadragena millia H—S. merebant.

Prouerbium
Subbibo
Al's ſufferrei
Leuis ſine anulo, abſolute

21 CVm magni æſtimaret cantare etiam Romæ, Neroneum agona ante præſtitutam diem reuocauit. Flagitantibusq; cunctis cœleſtem uocem, reſpondit quidem in hortis ſe copiam uolentibus facturum: ſed adiuuante uulgi preces etiam ſtatione militum quæ tunc excubabat, repræſentaturū ſe pollicitus eſt libens: ac ſine mora nomen ſuum in albo profitentium citharœdorum iuſſit aſcribi, ſorticulaq; in urnam cum cæteris demiſſa intrauit ordine ſuo, ſimulq; præfecti prætorij citharam ſuſtinentes, poſt tribuni militum, iuxtaq; amicorum intimi. Vtq; cōſtitit peracto principio, Nioben ſe cantaturum per Cliuium Rufum conſularem pronuntiauit, & in horam ferè decimā perſeuerauit: coronamq; eam & reliquam certaminis partem in annum ſequentem diſtulit, ut ſæpius canendi occaſio eſſet. Quod cum tardum uideretur, nō ceſſauit identidem ſe publicare. Nō dubitauit etiam in priuatis ſpectaculis operam inter ſcenicos dare, quodam prætorum H—S. decies offerente. Tragœdias quoq; cantauit perſonatus, heroum deorumq;, item heroidum ac dearum perſonis effictis ad ſimilitudinem oris ſui, & fœminæ prout quanq; diligeret. Inter cætera cantauit Canacen parturientē, Oreſtem matricidam, Oedipodem excæcatum, Herculem inſanum. In qua fabula fama eſt, tirunculum militem poſitum ad cuſtodiam aditus, cum eum ornari, ac uinciri catenis, ſicut argumentum poſtulabat, uideret, accurriſſe ferendæ opis gratia.

Albū citharœdorum
Sorticula

22 EQuorum ſtudio uel præcipuè ab ineunte ætate flagrauit, plurimusq; illi ſermo, quanq; uetaretur, de Circēſibus erat: & quondam tractum Praſinum agitatorem inter condiſcipulos querens, obiurgante magiſtro, de Hectore ſe loqui ementitus eſt. Sed quum inter initia imperij eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet, ad omnes etiam minimos Circenſes ſeceſſu cōmeabat: primo clàm, deinde propalàm, ut nemini dubium eſſet, eo die utiq; affuturum. Neq; diſſimulabat, uelle ſe palmarum numerum ampliare: quare ſpectaculū multiplicatis miſſilibus in ſerum protrahebatur, ne dominis quidem iam factionum dignātibus, niſi ad totius diei curſum greges ducere. Mox

hi & ipſe

Aurigare, ſicut nauigare

& ipſe aurigare, atq; etiam ſpectari ſæpius uoluit: poſitoq; in hortis inter ſeruitia & ſordidam plebem rudimento, uniuerſorum ſe oculis in circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam, unde magiſtratus ſolent. Nec contentus harum artium experimenta Romæ dediſſe, Achaiam (ut diximus) petit, hinc maxime motus. Inſtituerāt ciuitates, apud quas muſici agones edi ſolent, omnes citharœdorū coronas ad ipſum mittere. Eas adeo grate recipiebat, ut legatos qui pertuliſſent, nō modo primos admitteret, ſed etiam familiaribus epulis interponeret. A quibuſdam ex his rogatus ut cantaret ſuper cœnam, exceptusq; effuſius, ſolos ſcire audire Græcos, ſolosq; ſe & ſtudijs ſuis dignos ait. Nec profectione dilata, ut primum Caſſiopen traiecit, ſtatim ad aram Iouis Caſsij cantare auſpicatus eſt.

CErtamina deinceps obijt omnia. Nam & quæ diuerſiſsimorum temporum ſunt, 23
cogi in unum annum quibuſdā etiam iteratis iuſsit. Olympiæ quoq; præter conſuetudinem muſicum agona commiſit. Ac ne quid circa hæc occupatum auocaret detineret'ue, cum pręſentia eius urbicas res egere à liberto Helio admoneretur, reſcripſit his uerbis: Quamuis nunc tuum conſilium ſit & uotū, me celeriter reuerti, tamen ſuadere & optare potius debes, ut Nerone dignus reuertar. Cātante eo nec neceſſaria quidem cauſa excedere theatro licitum erat. Itaq; & enixæ quædam in ſpectaculis dicuntur, & multi tædio audiendi laudandiq;, clauſis oppidorum portis, aut furtim deſiluiſſe de muro, aut morte ſimulata funere elati. Quam autē trepide anxieq; certauerit, quanta aduerſariorum æmulatione, quo metu iudicum, uix credi poteſt. Aduerſarios quaſi planè conditionis eiuſdem obſeruare, captare, infamare, ſecreto nonnunquam, ex occurſu maledictis inceſſere: ac ſi qui arte præcellerent, corrumpere etiam ſolebat. Iudices autem prius quàm inciperet, reuerentiſsime alloquebatur: omnia ſe facienda feciſſe, ſed euentum in manu eſſe fortunæ: illos ut ſapientes & doctos uiros, fortuita debere excludere. atq; ut auderet hortantibus, æquiore animo recedebat: ac ne ſic quidē ſine ſolicitudine, taciturnitatem pudoremq; quorundam pro triſtitia ac malignitate arguens, ſuſpectosq; ſibi dicens.

Facienda facere

IN certando uero ita legi obediebat, ut nunquā excreare auſus, ſudorem quoq; frontis brachio detergeret. atq; etiam in quodam tragico actu, cum elapſum baculum cito reſumpſiſſet, pauidus & metuens ne ob delictum certamine ſubmoueretur, non aliter confirmatus eſt, quàm adiurante hypocrita non animaduerſum id inter exultationes ſucclamationesq; populi. Victorem autem ſeipſe pronuntiabat. Qua de cauſa & præconio ubiq; contendit. Ac ne cuius alterius hieronicarum memoria aut ueſtigium extaret uſquam, ſubuerti & unco trahi abijciq; in latrinas omnium ſtatuas & imagines imperauit. Aurigauit quoq; pluriſariam: Olympijs uero etiam decemiugem, quamuis idipſum in rege Mithridate carmine quodam ſuo reprehendiſſet. Sed excuſſus curru ac rurſus repoſitus, cum perdurare non poſſet, deſtitit ante decurſum, nec eo ſecius coronatus eſt. Decedens deinde, prouinciam uniuerſam libertate donauit, ſimulq; iudices ciuitate Romana, & pecunia grandi. Quę beneficia è medio ſtadio Iſthmiorum die ſua ipſe uoce pronuntiauit. 24

Hypocrita, hiſtrio

Decurſus, pro fine curſus

REuerſus è Græcia Neapolim, quòd in ea primū artem protulerat, albis equis introijt, diſiecta parte muri, ut mos hieronicarū eſt. Simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam: Sed & Romam eo curru quo Auguſtus olim triumphauerat, & in ueſte purpurea, diſtinctaq; ſtellis aureis chlamyde, coronāq; capite gerens Olympicam, dextra manu Pythiam, præeunte pompa cæterarum cum titulis, ubi, & quos, quo cantionum, quo'ue fabularum argumento uiciſſet, ſequentibus currum ouantium ritu plauſoribus, Auguſtianos, militesq; ſe triumphi eius clamantibus. Dehinc diruto circi maximi arcu, per uelabrum forumq;, palatium, & Apollinem petijt. Incedenti paſsim uictimæ cæſæ, ſparſo per uias identidem croco, ingeſtæq; aues, ac lemniſci, & bellaria. Sacras coronas in cubili circū lectos poſuit. Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu: qua nota etiam nummum percuſsit. Ac poſt hæc tantum abfuit à remittendo laxandoq; ſtudio, ut conſeruandæ uocis gratia, neq; milites unquam niſi abſens, aut alio uerba pronuntiante appellaret: neq; quicquam ſerio ioco'ue egerit, niſi aſtante phonaſco qui moneret, parceret arterijs, ac ſudarium ad os applicaret: multisq; uel amicitiam 25

Phonaſcus, magiſter uocis exercendæ

ſuam

ſuam obtulerit, uel ſimultatem indixerit, prout quiſq; ſe magis, parcius'ue laudaſſet.

26 PEtulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, crudelitatem ſenſim quidem primo & occulte uelut iuuenili errore exercuit: ſed ut tunc quoq; dubium nemini foret, naturę illa uitia nõ ætatis eſſe. Poſt crepuſculũ ſtatim arrepto pileo uel galero popinas inibat: circumq; uicos uagabat̃ ludibundus, nec ſine pernicie tamen. Siquidem redeuntes à cœna uerberare, ac repugnantes uulnerare, cloacisq; demergere aſſueuerat: tabernulas etiam effringere & expilare, quintana domi conſtituta, ubi partæ & ad licitationem diuidendæ prædæ pretium aſſumeretur. Ac ſæpe in eiuſmodi rixis, oculorũ & uitæ periculum adijt, à quodam laticlauio, cuius uxorem attrectauerat, propè ad necem cæſus. Quare nunquam poſtea ſe publico illud horæ ſine tribunis commiſit, procul & occultè ſubſequentibus. [*Illud horæ, pro eo tempore*] Interdiu quoq; clàm geſtatoria ſella delatus in theatrum, ſeditionibus pantomimorũ ex parte proſcenij ſuperiori, ſignifer ſimul ac ſpectator aderat. Et cum ad manus uentum eſſet, lapidibusq; & ſubſelliorũ fragminibus decerneretur, multa & ipſe iecit in populum, atq; etiam prætoris caput conſauciauit.

27 PAulatim uero inualeſcentibus uitijs, iocularia & latebras omiſit, nullaq; diſsimulandi cura ad maiora palàm erupit. Epulas è medio die ad mediam noctem protrahebat, refotus ſæpius calidis piſcinis, ac tempore æſtiuo niuatis. [*Niuatæ aquæ*] Cœnitabatq; nonnunquam & in publico, naumachia præcluſa, uel Martio campo, uel circo maximo inter ſcortorum totius urbis ambubaiarumq; miniſteria. Quoties Hoſtiam Tiberi deflueret, aut ad Baianum ſinum præternauigaret, diſpoſitæ per littora & ripas diuerſoriæ tabernæ parabantur, inſignes ganeæ, & matronarum inſtitorias operas imitantium, atq; hinc inde orantium ut appelleret. [*Inſtitoriæ operæ*] Indicebat & familiaribus cœnas, quorum uni mellita quadragies H—S conſtiterunt, alteri pluris aliquanto roſaria.

28 SVper ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, Veſtali uirgini Rubrię uim intulit. Acten libertam paulum abfuit quin iuſto matrimonio ſibi coniungeret, ſubmiſsis conſularibus uiris qui regio genere ortam peierarent. Puerum Sporum exectis teſtibus, etiam in muliebrẽ naturam trãsfigurare conatus eſt: cum dote & flammeo per ſolenne nuptiarum celeberrimo officio deductũ ad ſe pro uxore habuit. [*Transfigurare*] Extatq; cuiuſdam non inſcitus iocus, bene agi potuiſſe cum rebus humanis, ſi Domitius pater talem habuiſſet uxorem. Hunc Sporum auguſtarum ornamentis excultum, lecticaq; uectum, & circa conuentus mercatusq; Græciæ, ac mox Romæ circa ſigillaria comitatus eſt, identidem exoſculans. Nam matris concubitum appetiſſe, & ab obtrectatoribus eius, ne ferox atq; impotens mulier & hoc genere gratiæ præualeret, deterritum nemo dubitauit, utiq; poſtquam meretricem, quam fama erat Agrippinæ ſimillimam, inter concubinas recepit. Olim etiam quoties lectica cum matre ueheretur, libidinatum inceſte, ac maculis ueſtis proditum affirmant.

29 SVam quidem pudicitiã uſqueadeo proſtituit, ut contaminatis penè omnibus membris, nouiſsime quaſi genus luſus excogitaret, † quatenus feræ pelle cõtectus emitteretur è cauea, [*Als. quo*] uirorumq; ac fœminarũ ad ſtipitem deligatorum inguina inuaderet: & cum affatim deſæuiſſet, conficeretur à Doryphoro liberto: cui etiam ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit, uoces quoq; & eiulatus uim patientium uirginum imitatus. Ex nonnullis comperi, perſuaſiſsimum habuiſſe eum, neminem hominem pudicum, aut ulla corporis parte purum eſſe: [*Perſuaſiſsimũ*] uerum pleroſq; diſsimulare uitium, & calliditate obtegere. Ideoq; profeſſis apud ſe obſcœnitatem, cætera quoq; conceſsiſſe delicta.

30 DIuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quàm profuſionem: ſordidos ac deparcos eſſe, quibus ratio impenſarum conſtaret: prælautos uereq; magnificos qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturq; auunculum Caium nullo magis nomine, q̃ quòd ingentes à Tiberio relictas opes in breui ſpatio prodegiſſet. Quare nec largiendi, nec abſumendi modũ tenuit. In Tyridatem, quod uix credibile uideatur, octingenta nummûm millia diurna erogauit, abeuntiq; ſuper H—S millies contulit. Menecratem citharœdum, & Specillum Mirmillonem triumphalium uirorum patrimonijs ædibusq; donauit. Cercopithecum Panerotem fœneratorem, & urbanis ruſticisq; prædijs locupletatũ, propè regio extulit funere. Nullã ueſtem bis induit. Quadrigenis in punctum H—S aleam luſit. Piſcatus eſt rete aurato, purpura coccoq; funi-

bus nexis. Nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur, ſoleis mularum argenteis, canuſinatis mulionibus, armillata & phalerata cũ amaxicorũ turba, atq; curſorũ.

31 *Dãnoſior, pro profuſior* NOn alia re damnoſior, quàm in ædificando, domum à palatio Exquilias uſq; fecit: quam primò tranſitoriam, mox incendio abſumptã reſtitutamq;, auream nominauit: de cuius ſpacio atq; cultu ſuffecerit hoc retuliſſe. Veſtibulum eius fuit, in quo coloſſus CXX pedum ſtaret, ipſius effigie: tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet. item ſtagnum maris inſtar, circumſeptum ædificijs ad urbium ſpeciem. rura inſuper aruis atq; uinetis & paſcuis ſyluiſq; uaria, cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In cæteris partibus cuncta auro lita, diſtincta gemmis unionũq; conchis erant. *Cœnationes* Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis, uerſatilibus ut flores, fiſtulatis ut unguenta deſuper ſpargerentur. præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus uice mundi circũageretur. *Vice, pro inſtar* balineæ marinis & Albulis fluentes aquis. Eiuſmodi domum cum abſolutam dedicaret, hactenus comprobauit, ut diceret quaſi *Balineæ, pro balneæ* hominem tandem habitare cœpiſſe. Præterea inchoabat piſcinam à Miſeno ad Auernum lacum contectam, porticibus concluſam, quo quicquid totis Baijs calidarum eſſet, cõmitteretur. Foſſam ab Auerno Hoſtiam uſq;, ut nauibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per CLX. milliaria, latitudinis qua contrariæ quinqueremes cõmearent. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubiq; eſſet cuſtodiæ, in Italiam deportari, etiam ſcelere conuictos, nõ niſi ad opus damnari præceperat. Ad hunc impendiorum furorem *Super, pro ultra* ſuper fiduciam imperij, etiam ſpe quadam repentina immenſarum & reconditarum opum impulſus eſt, ex indicio equitis Romani pro comperto pollicentis, theſauros antiquiſsimę gazæ, quos Dido regina fugiens Tyro ſecum extuliſſet, eſſe in Africa uaſtiſsimis ſpecubus abditos, ac poſſe erui paruula molientium opera.

32 VErum ut ſpes feſellit, deſtitutus, atq; ita iam exhauſtus & egens, ut ſtipendia quoque militum & commoda ueteranorum protrahi ac differri neceſſe eſſet, calumnijs rapiniſq; intendit animum. Ante omnia inſtituit, ut è libertorum defunctorum bonis pro ſemiſſe dodrans cogeretur ei, qui ſine probabili cauſa eo nomine eſſent, quo fuiſſent illæ familiæ, quas ipſe contingeret: deinde ut ingratorum in principem teſtamenta ad fiſcum pertinerent. ac ne impune eſſet ſtudioſis uiris qui ſcripſiſſent, uel dictaſſent ea: tum ut lege maieſtatis facta dictaq; omnia, quibus modo delator non deeſſet tenerentur. *Reuocauit, pro inſtaurauit* Reuocauit & præmia coronarum, quæ unquam ſibi in certaminibus ciuitates detuliſſent. Et quum interdixiſſet uſum amethyſtini ac tyrij coloris, ſubmiſiſſetq; qui nundinarum die pauculas uncias uenderet, præcluſit cunctos negociatores. Quin etiam inter canendum animaduerſam matronam è ſpectaculis, uetita purpura cultam, demonſtraſſe procuratoribus ſuis creditur: detractamq; ilicò non ueſte modo, ſed & bonis exuit. Nulli delegauit officium, ut non adijceret, Scis quid mihi opus ſit: &, Hoc agamus, ne quis quicquam habeat. *Vltimo, pro deniq;* Vltimo templis compluribus dona detraxit, ſimulacraq; ex auro uel argento fabricata conflauit, in his penatium deorum, quæ mox Galba reſtituit.

33 PArricidia & cædes à Claudio exorſus eſt. Cuius necis & ſi non autor, at conſcius fuit: neq; diſsimulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere uenenum is acceperat, quaſi deorum cibum poſthac prouerbio græco collaudare ſit ſolitus. Certe omnibus rerum uerborumq; contumelijs mortuum inſectatus eſt, modo ſtultitiæ, modo ſæuitiæ arguens. Nam & morari eum inter homines deſijſſe producta prima ſyllaba iocabatur: multaq; decreta & conſtituta, ut inſipientis atq; deliri pro irritis habuit. denique buſtum eius conſepiri niſi humili leuiq; materia neglexit. Britãnicum non minus æmulatione uocis, quæ illi iucundior ſuppetebat, quàm metu, ne quando apud hominum gratiam paterna memoria præualeret, ueneno aggreſſus eſt: quod acceptũ à quadam Locuſta uenenariorum indice, cum opinione tardius cederet, uentre modo Britannici moto, accerſitam mulierem ſua manu uerberauit, arguens pro ueneno remedium dediſſe. excuſantiq; minus datum, ad occultandã facinoris inuidiam: Sanè, inquit, legem Iuliam timeo. coegitq; ſe coram in cubiculo, quàm poſſet uelociſſimum ac præſentaneum coquere. deinde in hœdo expertus, poſtquã is quinq; horas protraxit, iterum ac ſæpius recoctũ porcello obiecit: quo ſtatim exanimato, inferri in triclinium, dariq;

dariq; cœnanti ſecum Britannico imperauit. Et cum ille ad primum guſtum concidiſ-
ſet, comitiali morbo ex conſuetudine correptum apud cõuiuas ementitus, poſtero die
raptim inter maximos imbres trãslatitio extulit funere. Locuſtæ pro nauata opera; im
punitatem, prædiaq; ampla, ſed & diſcipulos dedit.

34 MAtrem dicta factaq; ſua exquirentem acerbius & corrigentem, hactenus primò
grauabatur, ut inuidia identidem oneraret, quaſi ceſſurus imperio; Rhodumq;
abiturus: mox & honore omni & poteſtate priuauit, abductaq; militum & Germano-
rum ſtatione, contubernio quoq; ac palatio expulit. Neq; in diuexanda quicquam pen
ſi habuit, ſubmiſſis & qui Romæ morantem litibus, & in ſeceſſu quieſcentem, per con
uitia & iocos, terra mariq; præteruehentes inquietarent. Verum minis eius ac uiolen-
tia territus, perdere ſtatuit. Et cum ueneno ter tentaſſet, ſentiretq; antidotis præmu-
nitam, lacunaria, quæ noctu ſuper dormientem luxata machina deciderent, parauit.
Hoc conſilio per conſcios parum celato, ſolutilem nauem, cuius uel naufragio, uel ca-
meræ ruina periret, commentus eſt: atq; ita reconciliatione ſimulata, iucundiſſimis li-
teris Baias euocauit ad ſolennia quinquatrium ſimul celebranda: datoq; negotio trie-
rarchis, qui liburnicam qua aduecta erat, uelut fortuito concurſu confringerent, pro-
traxit conuiuium. Repetentiq; Baulos in locum corrupti nauigij, machinoſum illud
obtulit, hilare proſecutus, atq; in digreſſu papillas quoq; exoſculatus: reliquum tem-
poris cum magna trepidatione uigilauit, opperiens cœptorum exitum. Sed ut diuer-
ſa omnia, nandoq; euaſiſſe eam comperit, inops conſilij L. Agerinum libertum eius,
ſaluam & incolumem cum gaudio nuntiãtem, abiecto clàm iuxtà pugione, ut percuſ-
ſorem ſibi ſubornatum arripi conſtringiq; iuſſit, matremq; occidi, quaſi deprehenſum
crimen uoluntaria morte uitaſſet. Adduntur his atrociora, nec incertis autoribus: ad
uiſendum interfectæ cadauer accurriſſe, contrectaſſe membra, alia uituperaſſe, alia lau
daſſe, ſitiq; interim oborta bibiſſe. Neq; tamen ſceleris cõſcientiam, quanquam & mi-
litum & ſenatus populiq; gratulationibus cõfirmaretur, aut ſtatim aut unquam poſtea
ferre potuit, ſæpe confeſſus, exagitari ſe materna ſpecie, uerberibus furiarum ac te-
dis ardentibus. Quin & facto per Magos ſacro, euocare manes & exorare tentauit.
Peregrinatione quidem Græciæ Eleuſinijs ſacris, quorum initiatione impij & ſcele-
rati uoce præconis ſubmouerentur, intereſſe non auſus eſt. Iunxitq; parricidio ma-
tris, amitæ necem. Quam cum ex duritia alui cubantem uiſitaret, & illa tractans lanu-
ginem eius, ut aſſolet, iam grandis natu, per blanditias fortè dixiſſet: Simul hanc ex-
cepero, mori uolo: cõuerſus ad proximos, confeſtim ſe poſiturum uelut irridens ait,
præcepitq; medicis ut largius purgarent ægram. Nam necdum defunctæ bona inua-
ſit, ſuppreſſo teſtamento ne quid abſcederet.

35 VXores præter Octauiam duas poſtea duxit, Poppæam Sabinam quæſtorio pà-
tre natam, & equiti Romano antè nuptam: Deinde Statiliam Meſſalinam, Tau
ri bis COS. ac triumphalis abneptem: qua ut potiretur, uirum eius Atticum Veſtinũ
COS. in honore ipſo trucidauit. Octauiæ conſuetudinem cito aſpernatus, corripienti-
bus amicis, ſufficere illi debere, reſpondit, uxoria ornamenta. Eandem mox ſæpe fru-
ſtra ſtrangulare meditatus, dimiſit ut ſterilem: ſed improbante diuortium populo, nec *Meditatus, pro*
parcente conuitijs, etiam relegauit. deniq; occidit ſub crimine adulteriorum adeo im- *tentauit*
pudenti falſoq;, ut in quæſtione pernegãtibus cunctis, Anicetum pædagogum ſuum *Sub crimine*
indicem ſubiecerit, qui dolo ſtupratam à ſe fateretur. Poppæam duodecimo die poſt di
uortium Octauiæ in matrimonium acceptam, dilexit unice. Et tamẽ ipſam quoq; ictu
calcis occidit, quòd ſe ex aurigatione ſero reuerſum, grauida & ægra conuitijs inceſſe-
rat. Ex hac filiam tulit Claudiam Auguſtam, amiſitq; admodum infantem. Nullum a-
deo neceſſitudinis genus eſt, quod non ſcelere perculerit. Antoniam filiam Claudij re-
cuſantem poſt Poppeæ mortem nuptias ſuas, quaſi molitricem nouarum rerum intere *Molitrix*
mit. Similiter interemit cæteros, aut affinitate aliqua ſibi, aut propinquitate coniun-
ctos. In quibus Aulum Plautium iuuenem: quem cum ante mortem per uim conſtu-
praſſet, Eat nunc, inquit, mater mea, & ſucceſſorẽ meum oſculetur: iactãns dilectũ ab
ea, & ad ſpem imperij impulſum. Priuignũ Rufrium Criſpinũ Poppæa natum, impu-
berem adhuc, quia ferebatũ ducatus et imperia ludere, mergendũ mari dum piſcaretur, *Ducatui*

ſeruis ipſius demãdauit. Thuſcum nutricis filiũ relegauit, ꝙ in procuratione Aegypti
balneis in aduentũ ſuum extructis lauiſſet. Senecam præceptorẽ ad necem compulit:
quamuis ſæpe cõmeatum petenti, boniſq; cedenti perſancte iuraſſet, ſuſpectum ſe fru
ſtra, periturumq; potius, quàm nociturum ei. Burro præfecto remediũ ad fauces polli-
citus, toxicum miſit. Libertos diuites & ſenes, olim adoptionis, mox dominationis ſuæ
fautores, atq; rectores, ueneno partim cibis partim potionibus indito intercepit.

NEc minore ſæuitia foris, & in exteros graſſatus eſt. Stella crinita quæ ſummis po- 36
teſtatibus exitium portendere uulgò putatur, per continuas noctes oriri cœpe-
rat. Anxius ea re, ut ex Babilo aſtrologo didicit, ſolere reges talia oſtenta cæde aliqua
illuſtri expiare, atq; à ſemet in capita procerum depellere, nobiliſſimo cuiq; exitium de
ſtinauit. Enimuero multo magis & quaſi per iuſtam cauſam duabus coniurationibus
prouulgatis: quarum prior maiorq; Piſoniana Romæ, poſterior Viniciana Beneuen-
ti conflata atq; detecta eſt. Coniurati è uinculis triplicium catenarum dixere cauſam,
cum quidam crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanq; aliter illi non
poſſent niſi morte ſuccurrere, dedecorato flagitijs omnibus. Damnatorum liberi urbe
pulſi, enectiq; ueneno, aut fame. Conſtat quoſdã cum pædagogis & capſarijs uno pran
dio pariter necatos, alios diurnum uictum prohibitos quærere.

NVllus poſthac adhibitus delectus aut modus interimendi quoſcunque libuiſſet, 37
quacunq; de cauſa. Sed ne de pluribus referam, Saluidieno Orphito obiectũ eſt,
quòd tabernas tres de domo ſua circa forum ciuitatibus ad ſtationem locaſſet: Caſsio
Longino iuriſconſulto, ac luminibus orbato, quòd in uetere gentili ſtemmate C. Caſ-
ſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet: Peto Thraſeę triſtior & pædagogi uultus.
Mori iuſſis non amplius quàm horarium ſpatium dabat. At ne quid moræ interueni-
ret, medicos admouebat, qui cunctantes continuo curarent: ita enim uocabat, uenas
mortis gratia incidere. Creditur etiam Polyphago cuidam Aegyptij generis, crudam
carnem & quicquid daretur mandere aſſueto, concupiſſe uiuos homines laniandos ab
ſumendoſq; obijcere. Elatus inflatuſq; tantis uelut ſucceſſibus, negauit quenquã prin
Iacere ſignificationes cipum ſciſſe quid ſibi liceret. Multaſq; nec dubias ſignificationes ſæpe iecit, ne reliquis
quidem ſe parſurum ſenatoribus, eumq; ordinem ſublaturum quandoq; è republica,
ac prouincias & exercitus equiti Romano ac libertis permiſſurum. Certe neq; adue-
niens, neq; proficiſcẽs quenquam oſculo impertiuit, ac ne reſalutatione quidem. Et in
auſpicando opere Iſthmi, magna frequentia clarè, ut ſibi ac populo Romano bene res
uerteret, optauit, diſſimulata ſenatus mentione.

SEd nec populo, aut mœnibus patriæ pepercit. Dicente quodam in ſermone com- 38
muni, ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, Imò, inquit, ἐμοῦ ζῶντος. planeq; ita fecit. Nam
quaſi offenſus deformitate ueterũ ædificiorum, & anguſtijs flexuriſq; uicorũ, incendit
urbem tam palàm, ut pleriq; conſulares cubiculares eius cum ſtupa tedaq; in prædijs
ſuis deprehenſos nõ attigerint: & quædam horrea circa domum auream, quorum ſpa-
cium maxime deſiderabat, ui bellicis machinis labefactata atq; inflãmata ſint, quòd ſa
xeo muro conſtructa erant. Per ſex dies, ſeptemq; noctes ea clade ſæuitum eſt, ad mo-
numentorum buſtorumq; diuerſoria plebe compulſa. Tunc præter immenſum nume-
rum inſularum, domus priſcorum ducum arſerunt, hoſtilibus adhuc ſpolijs adornatæ:
deorũq; ædes ab regibus, ac deinde Punicis, & Gallicis bellis uotæ dedicatæq;, & quic
quid uiſendum atq; memorabile ex antiquitate durauerat. Hoc incendium è turri Me
cœnatiana proſpectans, lætuſq; flammæ (ut aiebat) pulchritudine, ἅλωσιν Ilij decan-
tauit in illo ſuo ſcenico habitu. Ac ne non hinc quoq; quantum poſſet prædæ & manu
biarum inuaderet, pollicitus cadauerũ & ruderum gratuitã egeſtionem, nemini ad reli
Collationes quias rerum ſuarum adire permiſit: collationibuſq; non receptis modo, uerum & effla
gitatis, prouincias priuatorumq; cenſus propè exhauſit.

ACceſſerũt tantis ex principe malis probriſq; quædã & fortuita: peſtilentia unius 39
autumni, qua XXX funerũ millia in rationem Libitinæ uenerũt. Clades Britan
nica, qua duo præcipua oppida, magna ciuium ſociorũq; cæde direpta ſunt: Ignominia
ad Orientẽ, legionib. in Armenia ſub iugum miſſis, ægreq; Syria retenta. Mirũ & uel
præcipue notabile inter hæc fuit, nihil eum patiẽtius ꝙ maledicta & conuitia hominũ
tuliſſe

tuliſſe: neq; in ullos leniorem, quàm qui ſe dictis aut carminibus laceſsiſſent, extitiſſe.
Multa Græcè Latineq; proſcripta aut uulgata ſunt, ſicut illa, *Proſcripta, pro palàm ſcripta*

> Νέρων, ὀρέστης, ἀλκμαίων, μητροκτόνοι.
> Νεόνυμφον Νέρων ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινεν.

Quis negat Aeneæ magna de ſtirpe Neronem.
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.
Dum tendit citharam noſter, dum cornua Parthus,
Noſter erit Pæan, ille Hecatebeletes.
Roma domus fiet, Veios migrate quirites.
Si non & Veios occupat iſta domus.

Sed neq; autores requiſiuit, & quoſdam per indicem delatos in ſenatũ, affici grauiore pœna prohibuit. Tranſeuntẽ eum Iſidorus cynicus in publico clara uoce corripuerat, quòd Naupli mala bene cãtitaret, ſua bona male diſponeret. Et Datus Attellanarũ hiſtrio in cantico quodã, ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ, ita demõſtrauerat, ut bibentẽ natantemq; faceret, exitum Claudij Agrippinæq; ſignificans: & in nouiſsima clauſula,

Orcus uobis ducit pedes,

ſenatum geſtu notaret. hiſtrionẽ & philoſophum Nero nihil amplius q̃ urbe Italiaq; ſubmouit, uel contemptu omnis infamiæ, uel ne fatendo dolorem, irritaret ingenia.

40 TAlem principem paulo minus per XIIII annos perpeſſus terrarum orbis, tandem deſtituit, initiũ facientibus Gallis, duce Iulio Vindice, qui tum eam prouinciam pro prætore obtinebat. Prædictum à mathematicis Neroni olim erat, fore ut quandoq; deſtitueretur: unde illa uox eius celeberrima, τὸ τεχνίον πᾶσα γαῖα τρέφει: quo maiore uenia meditaretur citharœdicam artem, principi ſibi gratã, priuato neceſſariam. Spoponderunt tamen quidam deſtituto ei ordinationem Orientis, nonnulli nominatim regnum Hieroſolymorum, plures omnis priſtinæ fortunæ reſtitutionem. Cui ſpei pronior, Britannia Armeniaq; amiſſa, ac rurſus utraq; recepta, defunctum ſe fatalibus malis exiſtimabat. Vt uero conſulto Delphis Apolline, ſeptuageſimum ac tertium annum cauendum ſibi audiuit, quaſi eo demum obiturus, ac nihil coniectans de ætate Galbæ, tanta fiducia non modo ſenectam, ſed etiam perpetuam ſingularemq; concepit felicitatẽ, ut amiſsis naufragio pretioſiſsimis rebus, non dubitauerit inter ſuos dicere, piſces eas ſibi relaturos. Neapoli de motu Galliarum cognouit die ipſo quo matrẽ occiderat: adeoq; lente ac ſecure tulit, ut gaudentis etiam ſuſpicionem præberet, tanq̃ occaſione nata ſpoliandarum iure belli opulentiſsimarum prouinciarum: ſtatimq; in gymnaſium progreſſus, certantes athletas effuſiſsimo ſtudio ſpectauit. Cœnæ quoq; tempore interpellatus tumultuoſioribus literis, hactenus excanduit, ut malum ijs, qui deſciſſent, minaretur. Deniq; per octo continuos dies non reſcribere cuiq;, non mandare quid aut præcipere conatus, rem ſilentio obliterauit.

Paulo minus, propenè

Cui ſpei pronior, pro in quam ſpem

41 EDictis tandem Vindicis contumelioſis & frequentibus permotus, ſenatũ epiſtola in ultionem ſui, reiq; publicæ adhortatus eſt, excuſato languore faucium propter quem non adeſſet. Nihil autẽ æquè doluit, q̃ ut citharœdũ malum ſe increpitũ, ac pro Nerone Aenobarbum appellatum. Et nomen quidem gentile, quod ſibi per contumeliam exprobraretur, reſumpturũ ſe profeſſus eſt, depoſito adoptiuo. Cætera conuitia ut falſa, non alio argumento refellebat, quàm quòd etiam inſcitia tantopere laboratę perfectæq; à ſe artis obijceretur, ſingulos ſubinde rogitans, noſſent'ne quenquam præſtantiorem. Sed urgentibus alijs ſuper alios nuntijs, Romam prætrepidus redijt: leuiterq; modo in itinere friuolo auſpicio mente recreata, cum annotaſſet inſculptum monumẽto, militem Gallum ab equite Ro. oppreſſum trahi crinibus, ad eam ſpeciem exiliuit gaudio, cœlumq; adorauit. Ac ne tunc quidem aut ſenatu aut populo coràm appellato, quoſdam è primoribus uiris demum euocauit: tranſactaq; raptim conſultatione, reliquam diei partem per organa hydraulica noui & ignoti generis circunduxit: oſtendensq; ſingula, de ratione ac difficultate cuiuſq; differens, iamq; etiam prolaturum omnia in theatrum affirmauit, ſi per Vindicem liceat.

42 POſtquam etiam deinde Galbam & Hiſpanias deſciuiſſe cognouit, collapſus, animoq; male fracto, diu & ſine uoce & propè intermortuus iacuit: utq; reſipiuit,

ueſte deſciſſa, capite conuerberato, actum de ſe pronuntiauit. Conſolantiq; nutriculæ,
& alijs quoq; iam principibus ſimilia accidiſſe memoranti, ſe uero præter cæteros inau
dita & incognita pati reſpondit, qui ſuum imperium uiuus amitteret. Nec eo ſecius
quicquam ex conſuetudine luxus atq; deſidiæ omiſit, uel imminuit: quinimo cum pro
ſperi quiddam ex prouincijs nuntiatum eſſet, ſuper abundantiſsimam cœnam iocula-
ria in defectionis duces carmina, laſciueq; modulata, quæ uulgo innotuerunt, etiam
Geſticulari geſticulatus eſt: ac ſpectaculis theatri clàm illatus, cuidam ſcenico placenti nuntiũ mi-
carmina ſit, abuti eum occupationibus ſuis.

INitio ſtatim tumultus, multa & immania, uerum non abhorrentia à ſua natura cre- 43
ditur deſtinaſſe: ſucceſſores percuſſoresq; ſubmittere exercitus & prouincias regen
tibus, quaſi conſpiratis idemq; & unum ſentiẽtibus: quicquid ubiq; exulum, quicquid
in urbe hominum Gallicanorum eſſet, contrucidare: illos ne deſciſcentibus aggrega-
rentur, hos ut conſcios popularium ſuorum, atq; fautores. Gallias exercitibus diripien
das permittere, ſenatum uniuerſum ueneno per conuiuia necare, urbem incendere, fe
ris in populum immiſsis, quo difficilius defenderetur. Sed abſterritus non tam pœni-
tentia, q; perficiendi deſperatione, credensq; expeditionem neceſſariam, COSS. ante
Priuauit ho tempus priuauit honore: atq; in utriuſq; locum ſolus inijt conſulatum, quaſi fatale eſ-
nore ſet, non poſſe Gallias debellari, niſi à COS. ac ſuſceptis faſcibus. Cùm poſt epulas tri-
clinio digrederetur, innixus humeris familiariũ, affirmauit, ſimulac primum prouin-
ciam attigiſſet, inermem ſe in conſpectum exercituum proditurum, nec quicquã aliud
Ne quicq̃ ali- quàm fleturum. Reuocatisq; ad pœnitentiam defectoribus, ſequenti die lætũ inter læ-
ud, pro tantum tos cantaturum epinicia, quæ iam nunc ſibi componi oporteret.

IN præparanda expeditione primam curã habuit deligendi uehicula, portandis ſce- 44
nicis organis: concubinasq;, quas ſecum educeret, tondendi ad uirilem modũ, & ſe
curibus peltisq; amazonicis inſtruendi. Mox tribus urbanas ad ſacramentum citauit,
ac nullo idoneo reſpondente, certum dominis ſeruorum numerum indixit: nec niſi ex
Amanuenſes tota cuiuſq; familia probatiſsimos, ne diſpenſatoribus quidem aut amanuenſibus ex-
Inquilini ceptis, recepit. Partem etiam cenſus omnes ordines conferre iuſsit, & inſuper inquili-
nos priuatarum ædium atq; inſularum, penſionem annuam repræſentare fiſco. Exe-
gitq; ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum, argentum puſtulatum, aurum
obryzum: ut pleriq; omnem collationem palàm recuſarent, conſenſu flagitantes à de-
latoribus potius reuocanda præmia quæcunq; cepiſſent.

EX annonæ quoq; caritate lucrantium accreuit inuidia. Nam & forte accidit, ut 45
in publica fame Alexãdrina nauis nuntiaretur puluerem luctatoribus aulicis ad-
uexiſſe. Quare omniũ in ſe odio concitato, nihil contumeliarum defuit quin ſubiret.
Statuæ eius à uertice currus appoſitus eſt cum inſcriptione Græca: Nunc demum ago
na eſſe, & traheret tandẽ. Alterius collo & aſcopera deligata, ſimulq; titulus. Ego quid
potui? ſed tu culeũ meruiſti. Adſcriptũ & columnis, iam gallos eum cantando excitaſ-
ſe. Iam noctibus iurgia cum ſeruis pleriq; ſimulantes, crebro Vindicem poſcebant.

TErrebatur ad hæc euidentibus portẽtis ſomniorũ, & auſpiciorũ, & ominum tum 46
ueteribus, tum nouis. Nunq; antea ſomniare ſolitus, occiſa demũ matre uidit per
quietem nauem ſibi regenti extortum gubernaculum, trahiq; ſe ab Octauia uxore in
artiſsimas tenebras. Et modo pennatarum formicarum multitudine oppleri, modo à
Aſturco ſimulacris gentium ad Pompeij theatrum dedicatarum circuiri, arceriq; progreſſu. A-
ſturconem, quo maxime lætabatur, poſteriore corporis parte in ſimiæ ſpeciem transfi
guratum, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. De Mauſoleo ſponte fori-
bus patefactis exaudita uox eſt, nomine eum ciens. Cal. Ianuarij exornati Lares in ipſo
ſacrificij apparatu conciderunt. Auſpicãti Sporus anulum muneri obtulit: cuius gem-
mæ ſcalptura erat, Proſerpinæ raptus. Votorum nuncupatione magna iam ordinũ fre
quentia uix repertæ Capitolij claues. Cum ex oratione eius, qua in Vindicem perora-
bat, recitaretur in ſenatu, daturos pœnas ſceleratos, ac breui dignum exitum facturos,
conclamatum eſt ab uniuerſis: Tu facies Auguſte. Obſeruatum etiam fuerat, nouiſsi-
mam fabulam cantaſſe eum publicè Oedipodem exulem, atq; in hoc decidiſſe uerſu,

Θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ.

Nuntiata

47 NVntiata etiam interim cæterorum exercituum defectione, literas prandenti ſibi redditas concerpſit, mēſam ſubuertit, duos ſcyphos gratiſsimi uſus, quos Homericos à cælatura carminum Homeri uocabat, ſolo illiſit, ac ſumpto à Locuſta ueneno, & in auream pyxidem condito, tanſiit in hortos Seruilianos. ubi præmiſsis libertorum fidiſsimis Hoſtiam ad claſſem præparandam, tribunos, centurionesq; prætorij de fugæ ſocietate tentauit. Sed partim tergiuerſantibus, partim apertè detrectantibus, uno uero etiam proclamante,

Vſqueadeóne mori miſerum eſt?

uaria agitauit, Parthóſne an Galbam ſupplex peteret, an atratus prodiret in publicum, procq; roſtris quanta poſſet maxima miſeratione ueniam præteritorum precaretur: ac ni flexiſſet animos, uel Aegypti præfecturam concedi ſibi oraret. Inuentus eſt poſtea in ſcrinio eius hac de re ſermo formatus. Sed deterritum putant, ne prius quàm in forum perueniret, diſcerperetur. Sic cogitatione in poſterū diem dilata, ad mediam ferè noctem excitatus, ut comperit ſtationem militum receſsiſſe, proſiluit è lecto, miſitq; circum amicos. Et quia nihil à quoquam renuntiabatur, ipſe cum paucis hoſpitia ſingulorum adijt. Verum clauſis omnium foribus, reſpondente nullo, in cubiculum redijt, unde iam & cuſtodes diffugerant, direptis etiam ſtragulis, amota & pyxide ueneni. Ac ſtatim Spicillum Mirmillonem, uel quemlibet alium percuſſorem, cuius manu periret, requiſiuit. Et nemine reperto, Ergo ego, inquit, nec amicum habeo, nec inimicum, procurritq; quaſi præcipitaturus ſe in Tiberim.

Formatus ſermo

48 SEd reuocato rurſus impetu, aliquid ſecretioris latebræ ad colligendum animum deſiderauit: & offerente Phaonte liberto ſuburbanum ſuum inter ſalariam & Numentanam uiam circa quartum miliarium, ut erat nudo pede, atq; tunicatus, penulam obſoleti coloris ſuperinduit, adopertoq; capite, & ante faciem obtēſo ſudario, equum inſcendit, quatuor ſolis comitantibus, inter quos & Sporus erat: ſtatimq; tremore terræ & fulgure aduerſo pauefactus, audijt ex proximis caſtris clamorem militum, & ſibi aduerſa, & Galbæ proſpera ominantium: etiam ex obuijs uiatoribus quendam dicentem, hi Neronem perſequuntur: alium ſciſcitantem, ecquid in urbe noui de Nerone. Equo autem odore abiecti in uia cadaueris conſternato, detecta facie agnitus eſt à quodam Miſsitio prætoriano, & ſalutatus. Vt ad diuerticulum uentum eſt, dimiſsis equis inter fruticeta ac uepres, per arundineti ſemitam ægrè, nec niſi ſtrata ſub pedibus ueſte, ad aduerſum uillæ parietem euaſit. Ibi hortante eodem Phaonte, ut interim in ſpecum egeſtæ arenæ † cōcederet, negauit ſe uiuum ſub terrā iturum: ac parumper cōmoratus dum clandeſtinus ad uillam introitus pararetur, aquā ex ſubiecta lacuna potaturus manu hauſit: Et hæc eſt, inquit, Neronis decocta. Deinde diuulſa ſentibus penula, traiectos ſurculos raſit: atq; ita quadrupes per anguſtias effoſſæ cauernæ receptus, in proximā cellam decubuit ſuper lectum † modicella culcitra, uetere pallio ſtrato inſtructum. Fameq; & iterum ſiti interpellante, panem quidem ſordidum oblatum aſpernatus eſt, aquæ autem tepidæ aliquantum bibit.

Superinduere

al. conderetur

Potaturus, pro bibiturus

al. modica

49 TVnc unoquoq; hinc inde inſtante, ut quamprimum ſe impendentibus contumelijs eriperet, ſcrobem coràm fieri imperauit, dimenſus ad corporis ſui modulum, componiq; ſimul ſiqua inuenirentur fruſta marmoris, & aquam ſimul ac ligna cōferri curando mox cadaueri, flens ad ſingula, atq; identidem dictitans: Qualis artifex pereo. Inter moras perlatos à curſore Phaontis codicillos præripuit, legitq; ſe hoſtem à ſenatu iudicatum, & quæri ut puniatur more maiorum. Interrogauitq; quale eſſet id genus pœnæ. Et cum comperiſſet, nudi hominis ceruicem inſeri furcæ, corpus uirgis ad necem cædi: conterritus duos pugiones quos ſecum extulerat, arripuit, tentataq; utriuſq; acie, rurſus condidit, cauſatus nondum adeſſe fatalem horam. Ac modo Sporum hortabatur ut lamentari ac plangere inciperet: modo orabat ut ſe aliquis ad mortem capeſſendam exemplo iuuaret: interdum ſegnitiem ſuam his uerbis increpabat: Viuo deformiter ac turpiter, οὐ πρέπει Νέρωνι, οὐ πρέπει. νήφειν δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις. ἄγε ἔγειρε σεαυτόν. Iam equites appropinquabant, quibus præceptum erat ut uiuum eum attraherent. Quod ut ſenſit, trepidanter effatus,

Appropinquare

Ἵππων ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει,

ferrum

ferrum iugulo adegit iuuante Epaphrodito à libellis. Semianimisq; adhuc irrumpenti centurioni, & penula ad uulnus appoſita in auxilium ſe ueniſſe ſimulanti, non aliud reſpondit, quàm, Sero, &, Hæc eſt fides. Atq; in ea uoce defecit, extantibus rigentibusq; oculis uſq; ad horrorem formidinemq; uiſentium. Nihil prius ac magis à comitibus exegerat, quàm ne poteſtas cuiquã capitis ſui fieret, ſed ut quoquo modo totus cremaretur. Permiſitq; hoc Seius Galbæ libertus non multo antè uinculis exolutus, in quæ primo tumultu coniectus fuerat.

FVneratus eſt impenſa ducentorum millium, ſtragulis albis auro intextis, quibus 50
uſus Cal. Ianuarij fuerat. Reliquias Eclogę & Alexandria nutrices cum Acte concubina gentili Domitiorũ monumento condiderunt, quod proſpicitur è campo Martio impoſitum colle hortorum. In eo monumento ſolium Porphyretici marmoris ſuperſtante Lunenſi ara circumſeptum eſt lapide Thaſio.

STatura fuit penè iuſta, corpore maculoſo & fœdo, ſufflauo capillo, uultu pulchro 51
magis q̃ uenuſto, oculis cæſiis & hebetioribus, ceruice obeſa, uentre proiecto, gracillimis cruribus, ualetudine proſpera. Nam qui luxuriæ immoderatiſsimæ eſſet, ter omnino per XIIII annos languit: atq; ita, ut neq; uino neq; cõſuetudine reliqua abſtineret. Circa cultũ habitumq; adeo pudendus, ut comam ſemper in gradus formatã, peregrinatione Achaica etiam ponè uerticem ſummiſerit: ac plerunq; ſyntheſim indutus,
Diſcalciatus ligato circum collum ſudario, prodierit in publicum ſine cinctu, & diſcalciatus.

LIberales diſciplinas omnes ferè puer attigit. Sed à philoſophia eum mater auer- 52
tit, monens imperaturo contrariam eſſe: à cognitione ueterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione ſui detineret. Itaq; ad poeticam pronus carmina libenter ac ſine labore compoſuit: nec (ut quidam putant) aliena pro ſuis edidit. Venêre in manus meas pugillares libelliq; cum quibuſdam notiſsimis uerſibus ipſius chirographo ſcriptis: ut facile appareret, non translatos, aut dictante aliquo exceptos, ſed planè quaſi à cogitante atq; à generante exaratos: ita multa & deleta, & inducta, & ſuperſcripta inerant.

HAbuit & pingendi, fingendiq; maxime non mediocre ſtudium. Maxima autem 53
popularitate efferebatur, omnium æmulus, qui quoquo modo animũ uulgi mo-
Exijt opinio, pro emanauit in uulgus uerent. Exijt poſt ſcenicas coronas opinio, proximo luſtro deſcenſurum eum ad olympia inter athletas. Nam luctabatur aſsidue: nec aliter certamina gymnica Græcia tota ſpectauerat, quàm Brabeutarum more in ſtadio humi aſsidens, ac ſi qua paria longius receſsiſſent, in medium manibus ſuis protrahens. Deſtinauerat etiam qui Apollinem
Aequiparare pro æquare cantu, ſolem aurigando æquiparare æſtimaretur, imitari & Herculis facta. præparatumq; leonem aiunt, quem uel claua, uel brachiorum nexibus in amphitheatri arena ſpectante populo nudus elideret.

SVb exitu quidem uitæ palàm uouerat, ſi ſibi incolumis ſtatus permanſiſſet, prodi- 54
Vtricularius turum ſe parta uictoria ludis, etiam hydraulam, & choraulam, & utricularium: ac nouiſsimo die, hiſtrionem ſaltaturum Vergilij Turnum: & ſunt qui tradant, Paridem hiſtrionem occiſum ab eo, quaſi grauem aduerſarium.

ERat illi æternitatis perpetuæq; famæ cupido, ſed incõſulta. Ideoq; multis rebus ac 55
locis uetere appellatione detracta, nouã induxit ex ſuo nomine. Menſem quoq; Aprilem Neroneum appellauit. Deſtinauerat & Romam Neropolim nuncupare.

REligionum uſquequaq; contemptor, præter unius deæ Syriæ: hanc mox ita ſpre- 56
uit ut urina contaminaret, alia ſuperſtitione captus: in qua ſola pertinaciſsime hæ-
al. imagunculã ſit. Siquidem †acunculam puellarẽ, cum quaſi remediũ inſidiarũ à plebeio quodam &
Trinis, pro ternis ignoto muneri accepiſſet, detecta confeſtim coniuratione, pro ſummo numine triniſq; in die ſacrificijs colere perſeuerauit: uolebatq; credi, monitione eius futura prænoſce-
Attendit huic rei re. Ante paucos q̃ periret menſes, attendit & extiſpicio, nec unquam litauit.

OBijt XXX & ſecundo ætatis anno, die quo quondam Octauiã interemerat. Tan 57
tumq; gaudium publice præbuit, ut plebs pileata tota urbe diſcurreret. Et tamẽ non defuerunt, qui per longum tempus uernis æſtiuiſq; floribus tumulum eius ornarent: ac modo imagines prætextatas in roſtris proferrent, modo edicta quaſi uiuentis, & breui magno inimicorum malo reuerſuri. Quinetiam Vologeſus Parthorũ rex,

miſsis

miſsis ad ſenatum legatis de inſtauranda ſocietate hoc etiã magnopere orauit, ut Neronis memoria coleretur. Deniq; cum poſt XX. annos adoleſcente me extitiſſet conditionis incertæ, qui ſe Neronem eſſe iactaret, tam fauorabile nomen eius apud Parthos fuit, ut uehementer adiutus, & uix redditus ſit.

C. SVETONII TRANQVILLI

SERGIVS GALBA

1 PROGENIES Cæſarum in Nerone defecit: quod futurũ cõpluribus quidem ſignis, ſed euidẽtiſsimis duobus apparuit. Liuiæ olim poſt Auguſti ſtatim nuptias Veientanũ ſuum reuiſenti, præteruolans aquila gallinã albã ramulũ lauri roſtro tenentẽ, ita ut rapuerat, demiſit in gremiũ: cumq; nutriri alitem, pangiq; ramulum placuiſſet, tanta pullorũ ſoboles prouenit, ut hodie quoq; ea uilla Ad gallinas uocetur: tale uero lauretũ, ut triumphaturi Cæſares inde laureas decerperent: fuitq; mos triumphantibus, alias confeſtim eodem loco pangere: & obſeruatum eſt, ſub cuiuſq; obitum arborem ab ipſo inſtitutã elanguiſſe. Ergo nouiſsimo Neronis anno, & ſylua omnis exaruit radicitus, & quicquid ibi gallinarum erat, interijt. ac ſubinde tacta de cœlo Cęſarum æde, capita omnibus ſtatuis ſimul deciderunt: Auguſtiq; ſceptrũ è manibus excuſſum eſt.

Subinde pro mox

2 NEroni Galba ſucceſsit, nullo gradu cõtingens Cæſarũ domũ: ſed haud dubie nobiliſsimus, magnaq; et uetere proſapia: ut qui ſtatuarũ titulis pronepotẽ ſe Q. Catuli Capitolini ſemper aſcripſerit: Imperator uero etiam ſtemma in atrio propoſuerit, quo paternã originẽ ad Iouẽ, maternã ad Paſiphaen Minois uxorẽ referret.

3 IMagines & elogia uniuerſi generis exequi longum eſt, familiæ breuiter attingam. Qui primus Sulpitiorum cognomen Galbę tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur. Quidam putant quòd oppidum Hiſpaniæ fruſtra diu oppugnatum, illitis demũ galbano facibus ſuccenderit: alij quòd in diuturna ualetudine galbeo, id eſt remedijs lanã inuolutis aſsidue uteretur: nonnulli quòd præpinguis fuerit uiſus, quem Galbam Galli uocant: uel contrà, quòd tam exilis quàm ſunt animalia, quæ in æſculis naſcũtur, appellanturq; Galbæ. Familiam illuſtrauit Sergius Galba cõſularis, temporum ſuorum eloquentiſsimus: quem tradunt Hiſpaniam ex prætura obtinentem, XXX Luſitanorum millibus perfidia trucidatis, Viriatini belli cauſam extitiſſe. Eius nepos ob repulſam conſulatus infenſus Iulio Cæſari, cuius legatus in Gallia fuerat, conſpirauit cum Caſsio & Bruto. propter quod Pedia lege dãnatus eſt. Ab hoc ſunt imperatoris Galbæ auus & pater: Auus clarior ſtudijs, quàm dignitate. Non enĩ egreſſus præturæ gradum, multiplicem nec incurioſam hiſtoriam edidit. Pater conſulatu functus, quambreui corpore, atq; etiam gibber, modicæ in dicendo facultatis cauſas induſtrie actitauit. Vxores habuit Mumiam Achaiam neptem Catuli, proneptemq; L. Mumij, qui Corinthum excidit: Item Liuiam Ocellinam, ditem admodum & pulchram: à qua tamen nobilitatis cauſa appetitus ultro exiſtimatur, & aliquanto enixius, poſtquam ſubinde inſtanti uitium corporis ſecretò poſita ueſte detexit, ne quaſi ignaram fallere uideretur. Ex Achaia liberos, Caium & Sergium procreauit: quorum maior Caius attritis facultatibus urbe ceſsit, prohibitusq; à Tiberio ſortiri anno ſuo proconſulatum, uoluntaria morte obijt.

Propter quod

4 SErgius Galba imperator, M. Valerio Meſſala, Cn. Lentulo coss. natus eſt, IX Cal. Ianuarij, in uilla colli ſuppoſita, propè Terracinam ſiniſtrorſum Fundos petentibus. Adoptatus à nouerca ſua, Liuij nomẽ, & Ocellæ cognomẽ aſſumpſit mutato prænomine. Nam Lucium mox pro Sergio uſque ad tempus imperij uſurpauit. Conſtat

Auguſtum

Auguſtum puero adhuc ſalutanti ſe inter æquales, apprehenſa buccula dixiſſe καὶ σὺ
τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ. Sed & Tiberius, cum comperiſſet eum imperaturum,
uerum in ſenecta, Viuat ſanè, ait; quandò id ad nos nihil pertinet. Auo quoque eius ful-
gur procuranti, cùm exta de manibus aquila rapuiſſet, & in frugiferam quercum cõtu-
liſſet, ſummũ, ſed ſerum imperium portendi familiæ, reſpònſum eſt. Et ille irridens: Sa-
nè, inquit, cum mula pepererit. Nihil æquè poſtea Galbam tentantem res nouas con-
firmauit, quàm mulæ partus: cæterisque ut obſcœnum oſtentum abhorrentibus, ſolus pro
lætiſsimo accepit, memor ſacrificij dictique aui. Sumpta uirili toga, ſomniauit Fortunã
dicentem, ſtare ſe ante fores defeſſam, & niſi ocyus reciperetur, cuicunque obuio prædæ
futuram. Vtque euigilauit, aperto atrio, ſimulacrum æneum deæ cubitali maius iuxta li-
men inuenit: idque gremio ſuo Thuſculum, ubi æſtiuare conſueuerat, àuexit: & in parte
ædium conſecratum, menſtruis deinde ſupplicationibus, & peruigilio anniuerſario co-
luit. Quanque ætate nondum cõſtanti, ueterem ciuitatis exoletumque morem, ac tantum
in domo ſua hærentem, obſtinatiſsime retinuit, ut liberti, ſeruique bis die frequentes ad-
eſſent, ac mane ſaluere, ueſperi ualere ſibi ſinguli dicerent.

Attendit iuri, pro ſtuduit

INter liberales diſciplinas attendit & iuri: dedit & matrimonio operã. Verum amiſſa 5
uxore Lepida, duobusque ex ea filijs, remanſit in cœlibatu: neque ſolicitari ulla condi-
tione amplius potuit, ne Agrippinæ quidem uiduatæ morte Domitij: quæ maritum
quoque adhuc necdum cœlibem Galbam, adeo omnibus ſolicitauerat modis, ut inter
conuentum matronarum correpta iurgio, atque etiam manu pulſata ſit à matre Lepida.
Obſeruauit ante omnes Liuiam Auguſtam: cuius & uiuæ gratia plurimum ualuit, &
mortuæ teſtamento penè ditatus eſt. H—S nanque quingenties cum præcipuum inter le-
gatarios habuiſſet, quia notata, nõ perſcripta erat ſumma, hærede Tiberio legatum ad
quinquaginta reuocante, ne hæc quidem accepit.

HOnoribus ante legitimum tempus initis, prętor cõmiſsione ludorũ Floraliũ, no- 6
uum ſpectaculi genus, elephantos funambulos edidit: exinde prouinciæ Aqui-
taniæ anno ferè præfuit: mox conſulatũ per ſex menſes ordinariũ geſsit. Euenitque, ut in
eo ipſe L. Domitio patri Neronis, ipſi Sylvius Otho pater Othonis ſuccederet, uelut
præſagiũ inſequentis caſus, quo medius inter utriuſque filios extitit imperator. A Caio
Cæſare ludis ſubſtitutus, poſtridie quàm ad legiões uenit, ſolẽni forte ſpectaculo plauden-
tes inhibuit, data teſſera, ut manus penulis cõtinerent: ſtatim per caſtra iactatũ eſt,

Diſce miles militare, Galba eſt non Getulicus.

Interdixit peti, pro uetuit

Corroborare, pro durare & robuſtum reddere

Pari ſeueritate interdixit commeatus peti. Veteranum ac tironem militem opere aſ-
ſiduo corroborauit, matureque barbaris, qui iam in Galliam uſque proruperant, coerci-
tis, præſenti quoque Caio talem & ſe & exercitum approbauit, ut inter innumeras, con-
tractasque ex omĩbus prouincijs copias, neque teſtimoniũ neque præmia ampliora ulli per-
ciperent. Ipſe maximè inſignis, quòd cãpeſtrem decurſionem ſcuto moderatus, etiam
ad eſſedum imperatoris per XX. paſſuum millia cucurrit.

Approbat ſe illi talem, pro præſtat

CAede Caij nuntiata, multis ad occaſionem ſtimulantibus, quietem prætulit. Per 7
hoc gratiſsimus Claudio, receptusque in cohortem amicorum, tantæ dignationis
eſt habitus, ut cum ſubita ei ualetudo, nec adeo grauis incidiſſet, dilatus ſit expeditio-
nis Britannicæ dies. Africam pro COS. biennio obtinuit, extra ſortem electus ad ordi-
nandam prouinciam, & inteſtina diſſenſione & Barbarorum tumultu inquietam: or-
dinauitque magna ſeueritatis ac iuſtitiæ cura, etiam in paruulis rebus. Militi, qui per ex-
peditionem annona arctiſsima reſiduum cibariorum tritici modium centum denarijs
uendidiſſe arguebatur, uetuit ſimulatque indigere cibo cœpiſſet, à quoquam opem fer-
ri: & is fame extabuit. At in iure dicendo cùm de proprietate iumenti quæreretur, le-
uibus utrinque argumentis & teſtibus, ideoque difficili coniectura ueritatis, ita decreuit,
ut ad lacũ, ubi adaquari ſolebat, duceretur capite inuoluto, atque ibidem reuelato, eius
eſſet, ad quem ſponte ſe à potu recepiſſet.

Plurimũ uixit pro plerũque; ἐπὶ τὸ πλεῖστον

Quàm ut, pro aliter quàm ut

OB res & tunc in Africa, & olim in Germania geſtas, ornamenta triumphalia ac- 8
cepit, & ſacerdotium triplex, inter XV uiros, ſodaleſque Titios, item Auguſtales
cooptatus. atque ex eo tempore propè ad Neronis medium principatum in ſeceſſu plu-
rimum uixit, ne ad geſtandum quidem unquam iter ingreſſus, quàm ut ſecum uehiculo
proximo

proximo decies H—S. in auro efferret, donec in oppido Fundis moranti Hiſpania Ta raconenſis oblata eſt. Accidítq;, ut cum prouinciam ingreſſus ſacrificaret intra ædem publicam, puero è miniſtris acerram tenenti, capillus repente toto capite caneſceret. Nec defuerunt qui interpretarent, ſignificari rerum mutationẽ, ſucceſſurumq; iuueni ſenem, hoc eſt ipſum Neroni. Nec multo pòſt in Cantabriæ lacum fulmen decidit, re- pertæq; ſunt duodecim ſecures, haud ambiguum ſummi imperij ſignum.

9 PEr octo annos uarie & inæquabiliter prouinciam rexit. Primo acer & uehemens, & in coercendis quidem delictis uel immodicus. nam & numulario non ex fide uerſanti pecunias, manus amputauit, menſæq; eius affixit. & tutorem, quòd pupillum, cui ſubſtitutus hæres erat, ueneno necaſſet, cruce affecit. Implorantiq; leges, & ciuem Ro. ſe teſtificanti, quaſi ſolatio & honore aliquo pœnã leuaturus, mutari, multoq; præ ter cęteras altiorẽ & dealbatã ſtatui crucẽ iuſsit. Paulatim in deſidiam ſegnitiemq; con uerſus eſt, ne quid materiæ præberet Neroni, & ut dicere ſolebat, quòd nemo rationẽ otij ſui reddere cogeretur. Carthagine noua conuentum agens, tumultuari Gallias cõ perit. Legato Aquitaniæ auxilia implorante, ſuperuenerũt & Vindicis literæ, hortan tis, ut humano generi aſſertorem ducemq; ſe accõmodaret. Nec diu cunctatus, condi- tionem partim metu, partim ſpe recepit. Nam & mandata Neronis de nece ſua ad pro curatores clàm miſſa deprehenderat: & confirmabatur cum ſecundiſsimis auſpicijs & ominibus, tum uirginis honeſtæ uaticinatione: tanto magis, quòd eadem illa carmina ſacerdos Iouis Cluuiæ ex penetrali ſomnio monitus eruerat, ante ducentos annos ſi- militer à fatidica puella pronuntiata. Quorum carminũ ſententia erat, Oriturũ quan- doq; ex Hiſpania principem dominumq; rerum.

10 IGitur cum quaſi manumiſsioni uacaturus conſcendiſſet tribunal, propoſitis ante ſe damnatorũ occiſorumq; à Nerone quãplurimis imaginibus, & aſtãte nobili puero, quem exulantẽ ex proxima Baleari inſula ob idipſum acciuerat, deplorauit temporum ſtatum: conſalutatusq; imperator, legatum ſe ſenatus ac populi Ro. profeſſus eſt. De- inde iuſtitio indicto, è plebe quidem prouinciæ legiones & auxilia cõſcripſit, ſuper ex ercitum ueterẽ legionis unius duarumq; alarum & cohortium trium. at è primoribus prudentia atq; ætate præſtantibus, uelut inſtar ſenatus, ad quos de maiore re, quoties opus eſſet, referret, inſtituit. Delegit & equeſtris ordinis iuuenes, qui manente anulo- rum aureorũ uſu, euocati appellarentur, excubiaſq; circa cubiculum ſuum uice militũ agerent. Etiam per prouincias edicta dimiſit, autor ſingulis uniuerſiſq; cõſpirandi, ſi- mul & ut qua poſſet quiſq; opera cõmunem cauſam iuuarẽt. Per idem ferè tempus in munitione oppidi, quod ſedẽ bello delegerat, repertus eſt anulus opere antiquo, ſcal- ptura gemmæ uictoriã cum trophæo exprimente. ac ſubinde Alexandrina nauis de- torſa appulit armis onuſta, ſine gubernatore, ſine nauta ac uectore ullo: ut nemini du- bium eſſet, iuſtũ, piumq;, & fauentibus dijs bellum ſuſcipi: cum repente ex inopinato propè cuncta turbata ſunt. Alarum altera caſtris appropinquantẽ, pœnitentia mutati ſacramenti deſtituere conata eſt, ægreq; retenta in officio: & ſerui, quos à liberto Nero nis ad fraudẽ præparatos muneri acceperat, per angiportũ in balnea tranſeuntẽ pene interemerunt, niſi cohortantibus inuicem, ne occaſionẽ omitterent, interrogatiſq; de qua occaſione loquerentur, expreſſa cruciatu confeſsio eſſet.

Ante, pro corã

Detorſa, pro depulſa

Cohortari inuicem, pro ſe inuicem

11 ACceſsit ad tanta diſcrimina mors Vindicis, qua maxime cõſternatus, deſtitutoq; ſimilis, non multum abfuit quin uitæ renunciaret. Sed ſuperuenientibus ab ur- be nuntijs, ut occiſum Neronẽ, cũctoſq; in uerba ſua iuraſſe cognouit, depoſita legati, ſuſcepit Cęſaris appellationem. Iterq; ingreſſus eſt paludatus, ac dependente à ceruici bus pugione ante pectus: nec prius uſum togæ recuperauit, quàm oppreſsis, qui no- uas res moliebantur, præfecto prætorij Nymphidio Sabino Romæ, in Germania Fonteio Capitone, in Africa Clodio Macro legatis.

12 PRæceſſerat de eo fama ſæuitiæ ſimul atq; auaritiæ, quòd ciuitates Hiſpaniarum, Galliarumq;, quæ cunctantius ſibi acceſſerant, grauioribus tributis, quaſdã etiam murorũ deſtructione puniſſet: & præpoſitos, procuratoreſq; ſupplicio capitis affeciſ- ſet cum coniugibus ac liberis: quodq; oblatam à Taraconẽſibus è uetere templo Iouis coronam auream librarum XV. conflaſſet, ac tres uncias, quæ ponderi deerãt, iuſsiſſet

exigi. Ea fama & confirmata & aucta eſt ut primum urbem introijt. Nam cum claſsiarios, quos Nero ex remigibus iuſtos milites fecerat, redire ad priſtinum ſtatum cogeret, recuſantes, atq; inſuper aquilam, & ſigna pertinacius flagitantes, non modo immiſſo equite diſiecit, ſed decimauit etiam. Item Germanorum cohortem à Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, multiſq; experimentis fideliſsimã diſſoluit, ac ſine ullo cõmodo remiſit in patriã, quaſi Cn. Dolabellæ, iuxta cuius hortos tendebat, proniorem. Illa quoq; uerène an falsò per ludibriũ iactabãtur, appoſita lautiore cœna ingemuiſſe eum. Et ordinario quidem diſpenſatori breuiarium rationũ offerenti, paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe: Cano autem choraulæ, mire placenti, denarios quinq; donaſſe, prolatos manu ſua è peculiaribus loculis ſuis.

QVare aduentus eius non perinde gratus fuit, idq; proximo ſpectaculo apparuit: 13
ſiquidem Atellanis notiſsimum canticum exorſis, Venit iò ſimus à uilla: cuncti ſimul ſpectatores conſentiente uoce reliquam partem retulerunt, ac ſæpius uerſu repetito egerunt.

MAiore adeo & fauore & autoritate adeptus eſt, quàm geſsit, imperium: quam- 14
quam multa documenta egregij principis daret: ſed nequaquã tam grata erant, quàm inuiſa quæ ſecus fierent. Regebatur trium arbitrio, quos unà & intra palatium habitantes, nec unq; non adhærentes, pædagogos uulgo uocabant. Hi erãt T. Iunius legatus eius in Hiſpania, cupiditatis immenſę: Cornelius Laco ex aſſeſſore præfectus prætorij, arrogãtia ſocordiaq; intolerabilis: libertus Icelus, pauloante anulis aureis & Martiani cognomine ornatus, ac iam ſummæ equeſtris gradus candidatus. His diuerſo uitiorum genere graſſantibus, adeo ſe abutendũ permiſit & tradidit, ut uix ſibijpſi conſtaret: modo acerbior parciorq;, modo remiſsior ac negligentior, quàm cõueniret principi electo atq; illius ætatis. Quoſdam claros ex utroq; ordine uiros ſuſpicione minima, inauditos condemnauit. Ciuitatem Romanam raro dedit. Iura trium liberorum uix uni atq; alteri, ac ne his quidẽ, niſi ad certum præfinitumq; tẽpus. Iudicibus ſextã decuriam adijci precantibus, non modo negauit, ſed etiam conceſſum à Claudio beneficium, ne hyeme initioq; anni ad iudicandum euocarentur, eripuit.

Inauditos, pro indicta cauſa

EXiſtimabatur etiam ſenatoria & equeſtria officia biennij ſpatio determinaturus, 15
nec daturus niſi inuitis ac recuſantibus. Liberalitates Neronis non plus decimis conceſsis, per quinquaginta equites Rom. ea conditione reuocandas curauit exigendaſq;, ut & ſi quid ſcenici aut xyſtici donatum olim uendidiſſent, auferretur emptoribus, quando illi abſumpto precio ſoluere nequirent. At contrà, nihil non per comites atq; libertos precio addici, aut donari gratia, paſſus eſt, uectigalia, immunitates, pœnas innocentum, impunitatem noxiorum. Quin etiam populo Ro. depoſcente ſupplicium Haloti & Tigillini, ſolos ex omnibus Neronis emiſſarijs uel maleficientiſsimos incolumes præſtitit: atq; inſuper Halotum procuratione ampliſsima ornauit: pro Tigillino etiam ſæuitiæ populum edicto increpuit.

Determinare, pro terminare

PEr hæc propè uniuerſis ordinibus offenſus, uel præcipua flagrauit inuidia apud 16
milites. Nam cum in uerba eius abſentis iurantibus, donatiuum grandius ſolito præpoſiti pronũtiaſſent, neq; rem ratam habuit, & ſubinde iactauit, ſe legere militem, non emere conſueſſe. Atq; eo quidem nomine omnes qui ubiq; erant exacerbauit. Cæterum prætorianos etiã metu & indignitate cõmouit, remouens ſubinde pleroſq; ut ſuſpectos & Nymphidij ſocios. Sed maximè fremebat ſuperioris Germaniæ exercitus, fraudari ſe præmijs nauatæ aduerſus Gallos & Vindicem operæ. Ergo primi obſequium rupere, ac ſe Calen. Ianuarij adigi ſacramento niſi in nomen ſenatus recuſarũt: ſtatimq; legationem ad prætorianos cum mandatis † deſtinauerunt, diſplicere imperatorem in Hiſpania factum, eligerent ipſi, quem cuncti exercitus comprobarent.

Deſtinare, pro mittere

QVod ut nuntiatum eſt, deſpectui eſſe non tam ſenectam ſuam, quàm orbitatem 17
ratus, Piſonem Frugi Licinianũ, nobilem egregiumq; iuuenem, ac ſibi olim probatiſsimum, teſtamentoq; ſemper in bona & nomen adſcitũ, repente è media ſalutantium turba apprehendit: filiumq; appellans, perduxit in caſtra, ac pro cõcione adoptauit, ne tunc quidem donatiui ulla mentione facta: quo faciliorem occaſionẽ M. Siluio Othoni præbuit perficiendi conata intra ſextum adoptionis diem.

Magna

18 MAgna & aſsidua monſtra iam inde à principio exitum ei, qualis euenit, portenderant. Cum per omne iter dextra ſiniſtraq; oppidatim uictimæ cæderent, taurus ſecuris ictu conſternatus, rupto uinculo, eſſedum eius inuaſit, elatiſq; pedibus totum cruore perfudit: ac deſcendentẽ ſpiculator impulſu turbæ lancea prope uulnerauit. Vrbẽ quoq;, & deinde palatiũ ingreſſum, excepit terra tremore, & aſsimilis quidã mugitui ſonus. Secuta ſunt aliquãto maiora & triſtiora. Monile margaritis gemmiſq; conſertũ ad ornandum Fortunã ſuã Thuſculanã, ex omni gaza ſecreuerat: Id repente quaſi auguſtiore dignius loco capitolinæ Veneri dedicauit: ac proxima nocte ſomniauit ſpeciem Fortunæ querentis fraudatam ſe dono deſtinato, minantiſq; erepturã & ipſam quæ dediſſet. Cumq; exterritus luce prima ad expiandum ſomnium, præmiſsis qui rem diuinã appararent, Thuſculum excucurriſſet, nihil inuenit præter tepidam in ara fauillã, atratumq; iuxta ſenem in catino uitreo thus tenentem, & in calice fictili merum. Obſeruatum etiã eſt, Calen. Ianuarijs, ſacrificãti coronam de capite excidiſſe: auſpicanti pullos euolaſſe: adoptionis die, neq; milites allocuturo caſtrenſem ſellam de more poſitã pro tribunali oblitis miniſtris, & in ſenatu curulem peruerſe collocatam.

19 PRius uero quàm occideretur, ſacrificantem mane aruſpex identidem monuit, caueret periculum, nõ longe percuſſores abeſſe. Haud multo pòſt cognoſcit teneri caſtra ab Othone, ac pleriſq; ut eódem quàm primũ pergeret ſuadentibus, poſſe enim autoritate & præſentia præualere: nihil amplius, quàm continere ſe ſtatuit, & legionariorum firmare præſidijs, qui multifariam diuerſeq; tendebant. Loricã tamen induit linteam, quanquã haud diſsimulans, parũ aduerſus tot mucrones profuturã. Sed extractus rumoribus falſis, quos † conſpirati ut eum in publicum elicerẽt de induſtria diſsiparant, paucis temerè affirmantibus, tranſactũ negocium, oppreſſos qui tumultuarentur, aduenire frequentes cæteros gratulabundos, & in omne obſequiũ paratos: his ut occurreret prodijt tanta fiducia, ut militi cuidam occiſum à ſe Othonem gloriãti, quo autore reſponderit, atq; in forũ uſq; proceſsit. Ibi equites, quibus mandata cædes erat, cum per publicum dimota paganorum turba equos adegiſſent, uiſo procul eo, parumper reſtiterunt: deinde rurſum incitati, deſertum à ſuis contrucidarunt.

Conſpirati, ſicut iurati

20 SVnt qui tradant, ad primum tumultum proclamaſſe eum, Quid agitis commilitones? ego ueſter ſum, & uos mei: donatiuum etiam pollicitum. Plures autem prodiderunt, obtuliſſe ultro iugulum, & ut hoc agerent ac ferirent, quando ita uideret, hortatum. Illud mirum admodum fuerit, neq; præſentium quenquam opem imperatori ferre conatum, & omnes qui accerſerentur, ſpreuiſſe nuntium, excepta Germanicorum uexillatione. Hi ob recens meritum, quòd ſe ægros & inualidos magnopere fouiſſet, in auxilium aduolauere: ſed ſerius, itinere deuio per ignorantiam locorum retardati. Iugulatus eſt ad lacum Curtij, ac relictus, ita uti erat, donec gregarius miles à frumentatione rediens, abiecto onere caput ei amputauit. Et quoniam capillo præ caluitio arripere nõ poterat, in gremium abdidit. Mox inſerto per os pollice, ad Othonem detulit. Ille lixis calonibuſq; donauit, qui haſta ſuffixum, non ſine ludibrio circum caſtra portarunt, acclamantes identidem, Galba cupide fruaris ætate tua: maxime iritati ad talem iocorum petulantiam, quòd ante paucos dies exierat in uulgus, laudanti cuidam formam ſuam, ut adhuc floridam & uegetam, reſpondiſſe eum,

Ἔτι μοὶ μένος ἔμπεδόν ἐστιν

Ab his Patrobij Neroniani libertus, centum aureis redemptum, eo loco ubi iuſſu Galbæ animaduerſum in patronũ fuerat, abiecit. Sero tandem diſpenſator Argius, & hoc & cæterum truncum in priuatis eius hortis Aureliæ uiæ ſepulturæ dedit.

Cæterũ truncum, pro reliquum

21 STatura iuſta fuit, capite caluo, oculis cœruleis, adunco naſo, manibus pedibuſq; articulari morbo diſtortiſsimis, ut neq; calceũ perpeti, neq; libellos euoluere, aut tenere omnino ualeret. Excreuerat etiã in dexteriore latere eius caro, propendebatq; adeo, ut ægrè faſcia ſubſtringeretur.

22 CIbi plurimi traditur, quem tempore hyberno etiam ante lucem capere conſueuerat: inter cœnam uero uſq; eò abundantem, ut congeſtas ſuper manus reliquias circumferri iuberet, ſpargiq; ad pedes ſtantibus. Libidinis in mares pronior, & eos nõ niſi præduros exoletoſq;. Ferebant in Hiſpania & Icelum è ueteribus concubinis, de

Neronis exitu nuntiantem, non modo arctiſsimis oſculis palàm exceptum ab eo, ſed ut ſine mora uelleretur oratum, atq; ſeductum.

PEriit tertio & ſeptuageſimo ætatis anno, imperij menſe ſeptimo. Senatus ut primum licitum fuit, ſtatuam ei decreuerat roſtratæ columnæ ſuperſtantem in parte fori, qua trucidatus eſt. Sed decretum Veſpaſianus aboleuit, percuſſores ſibi ex Hiſpania in Iudæam ſubmiſiſſe opinatus. 23

C. SVETONII TRANQVILLI.

OTHO SILVIVS

MAIORES Othonis ſunt orti oppido Ferentino, familia uetere & honorata, atq; ex principibus Hetruriæ. Auus M. Silvius Otho, patre equite Ro. matre humili, incertum an ingenua, per gratiam Liuiæ Auguſtæ, in cuius domo creuerat, ſenator eſt factus, nec præturæ gradum exceſsit. Pater L. Otho materno genere præclaro, multarũ & magnarũ propinquitatum, tam charus tamq; non abſimilis facie Tiberio principi fuit, ut pleriq; procreatum ex eo crederent. Vrbanos honores, proconſulatum Africæ, & extraordinaria imperia, ſeueriſsime adminiſtrauit. Auſus etiam eſt in Illyrico milites quoſdã, quòd motu Camilli ex pœnitentia præpoſitos ſuos quaſi defectionis aduerſus Claudium autores occiderant, capite punire, & quidem ante principia ſe coram: quamuis ob id ipſum promotos in ampliorem gradum à Claudio ſciret. Quo facto ſicut gloriam auxit, ita gratiam minuit: quam tamen mature recuperauit detecta equitis Ro. fraude, quę prodentibus ſeruis necem Claudio parare cõpererat. Nanq; & ſenatus honore rariſsimo, ſtatua in palatio poſita proſecutus eſt eum: & Claudius allectũ inter patritios collaudans ampliſsimis uerbis, hæc quoq; adiecit: Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidẽ. Ex Albia Terentia ſplendidiſsima fœmina duos tulit filios, L. Titianũ, & minorem Marcum cognominem ſibi. Tulit & filiam, quam nondum nubilem Druſo Germanici filio deſpondit. 1

OTho imperator IIII. Calen. Maij natus eſt, Camillo Aruntio, Domitio Aenobarbo COSS. A prima adoleſcẽtia prodigus ac procax, adeo ut ſæpe flagris ob iurgaretur à patre, ferebatur & uagari noctibus ſolitus, atq; inualidum quenq; obuiorum uel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Poſt patris deinde mortem libertinã aulicam gratioſam, quo efficacius coleret, etiã diligere ſimulauit, quamuis anum, ac penè decrepitã. Per hanc inſinuatus Neroni, facile ſummum inter amicos locum tenuit congruentia morũ: ut uero quidam tradunt, & conſuetudine mutui ſtupri. Ac tantum potentia ualuit, ut damnatum repetundis conſularem uirum, ingens præmium pactus, prius quàm planè reſtitutionem ei impetraſſet, non dubitaret in ſenatum ad agendas gratias introducere. 2

OMmnium autem conſiliorum ſecretorumq; particeps, die, quem Nero necandæ matri deſtinauerat, ad auertendas ſuſpitiones cœnam utriq; exquiſitiſsimæ comitatis dedit. Item Poppæam Sabinam tunc adhuc amicã eius, abductam marito, demandatamq; interim ſibi nuptiarũ ſpecie recepit. Nec corrupiſſe cõtentus, adeo dilexit, ut ne riualem quidem Neronem æquo tulerit animo. Creditur certe non modo miſſos ad arceſſendam non recepiſſe, ſed ipſum etiã excluſiſſe quondam pro foribus aſtantem, miſcentemq; fruſtra minas & preces, ac depoſitum repoſcentem. Quare diducto matrimonio, ſepoſitus eſt per cauſam legationis in Luſitaniã: & ſatis uiſum, ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret: qui tamen ſic quoq; hoc diſticho enotuit. 3

Per cauſam, pro prætextu

Cur Otho mentito ſit quæritis exul honore,
Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ.

Prouinciam adminiſtrauit quæſtorius per decem annos, moderatione atq; abſtinentia ſingulari.

Vt tandem

4 VT tandem occaſio ultionis data eſt, conatibus Galbæ primus acceſsit, eodemq; momento & ipſe ſpem imperij cepit, magnam quidem & ex conditione temporum, ſed aliquãto maiorem ex affirmatione Seleuci mathematici. Qui cùm eum olim ſuperſtitem Neroni fore ſpopondiſſet, tũc ultro inopinatus aduenerat, imperaturum quoq; breui repromittens. Nullo igitur officij, aut ambitionis in quenquam genere omiſſo, quoties cœna principem acciperet, aureos excubãti cohorti uiritim diuidebat: nec eo minus alium alia uia militem demerebatur. Cuidam etiã de parte finium cum uicino litiganti, adhibitus arbiter, totum agrum redemit emancipauitq;: ut iam uix ullus eſſet, qui non & ſentiret & prædicaret ſolum ſucceſsionis imperij dignum.

5 SPerauerat autem fore ut adoptaretur à Galba, idq; in dies expectabat. Sed poſtq; Piſone prælato ſpe decidit, ad uim cõuerſus eſt, inſtigante ſuper animi dolorẽ etiã magnitudine æris alieni. Neq; eñ diſſimulabat, niſi principẽ ſe † ſtare nõ poſſe: nihilq; referre, ab hoſte in acie, an in foro ſub creditorib. caderet. Ante paucos dies ſeruo Cæſaris pro impetrata diſpenſatione, decies ſeſtertiûm expreſſerat. hoc ſubſidiũ tanti cœpti fuit. ac primo quinq; ſpeculatorib. cõmiſſa eſt res, deinde x. alijs, quos ſinguli binos produxerãt. omnibus dena ſeſtertia repræſentata, & quinquagena ꝓmiſſa. Per hos ſolicitati reliqui, nec adeo multi, haud dubia fidutia in ipſo negocio pluribus affuturis.

Stare pro ſubſiſtere

6 TVlerat animus poſt adoptionem ſtatim caſtra occupare, cœnantemq; in palatio Galbam aggredi: ſed obſtitit reſpectus cohortis quæ tunc excubabat, ne oneraretur inuidia, quòd eiuſdem ſtatione & Caius fuerat occiſus, & deſertus Nero. medium quoq; tempus religio & Seleucus exemit. Ergo deſtinata die, præmonitis conſcijs, ut ſe in foro ſub æde Saturni ad miliarium aureum operirentur, mane Galbam ſalutauit: utq; conſueuerat, oſculo exceptus etiam ſacrificanti interfuit, audiuitq; prædicta aruſpicis. Deinde liberto adeſſe architectos nuntiante, quod ſignum conuenerat, quaſi uenalem domũ inſpecturus abſceſsit, proripuitq; ſe poſtica parte palatij ad conſtitutum. Alij febrem ſimulaſſe aiunt, eamq; excuſationem proximis mandaſſe, ſi quæreretur. Tunc abditus propere muliebri ſella in caſtra contendit: ac deficientibus lecticarijs cum deſcendiſſet, curſumq; cœpiſſet, laxato calceo reſtitit: donec omiſſa mora ſuccollatus, & à præſente comitatu imperator conſalutatus, inter fauſtas acclamationes ſtrictosq; gladios ad principia deuenit, obuio quoq; non aliter ac ſi conſcius & particeps foret, adhærente. Ibi miſsis qui Galbam & Piſonem trucidarent, ad conciliandos pollicitationibus militum animos nihil magis pro cõcione teſtatus eſt, quàm id demum ſe habiturum, quod ſibi illi reliquiſſent.

Tulerat animus pro libuit

7 DEinde uergente iam die ingreſſus ſenatum, poſitaq; breui ratione, quaſi raptus de publico, & ſuſcipere imperium ui coactus, geſturusq; communi omnium arbitrio, palatium petit. Ac ſuper cæteras gratulantium adulantiumq; blanditias, ab infima plebe appellatus Nero, nullum indicium recuſantis dedit: imò ut quidam tradiderunt, etiam diplomatibus primisq; epiſtolis ſuis ad quoſdam prouinciarũ præſides, Neronis cognomen adiecit. certe & imagines ſtatuasq; eius reponi paſſus eſt, & procuratores atq; libertos ad eadem officia reuocauit. nec quicquam prius pro poteſtate ſubſcripſit, quàm quingenties ſeſtertiûm ad peragendam auream domum. Dicitur ea nocte per quietem pauefactus, gemitus maximos edidiſſe, repertusq; à concurſantibus, humi ante lectum iacens, per omnia piaculorum genera manes Galbæ, à quo deturbari expelliq; ſe uiderat, propitiare tentaſſe. poſtridie quoq; in augurando tempeſtate orta grauiter prolapſum, identidem obmurmuraſſe:

Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς;

Propitiare manes, ꝓ placare

8 SVb idem uero tempus, Germanici exercitus in Vitellij uerba iurauerãt. Quod ut comperit, autor ſenatui fuit mittendæ legationis, quæ doceret, electum iam principem, quietem & concordiam ſuaderet: & tamen per internuntios ac literas, conſortem imperij, generumq; ſe Vitellio obtulit. Verũ haud dubio bello iam ducibus & copijs, quas Vitellius præmiſerat, appropinquantibus, animũ fidemq; prætorianorum erga ſe penè internitione ampliſsimi ordinis expertus eſt. Placuerat per claſsiarios arma transferri remittiq; nauibus. Ea cum in caſtris ſub noctem promerentur, inſidias quidam ſuſpicati, tumultũ excitauerũt: ac repente omnes, nullo certo duce, in palatiũ

torem prædicantes, ibidem ſtatim nec procul à rogo uim ſuæ uitæ attulerunt. Multi & abſentium accepto nuntio præ dolore armis inter ſe ad internecionem concurrerunt. Deniq; magna pars hominum, incolumem grauiſsime deteſtata, mortuum laudibus tulit, ut uulgo iactatum ſit, etiã Galbam ab eo non tam dominandi, quàm reip. ac libertatis reſtituendæ cauſa interemptum.

C. SVETONII TRANQVILLI

AVLVS VITELLIVS

1 VITELLIORVM Originem alij aliam, & quidem diuerſiſſimam tradunt: partim ueterem & nobilem, partim uero nouam & obſcuram, atq; etiam ſordidam. Quod ego per adulatores obtrectatoresq; imperatoris Vitellij eueniſſe opinarer, niſi aliquanto prius de familiæ conditione uariatũ eſſet. Extatq; elogij ad Q. Vitellium diui Auguſti quæſtorem libellus, quo continetur, Vitellios Fauno Aboriginum rege, & Vitellia, quæ multis locis pro numine coleretur ortos, toto Latio imperaſſe. Horum reſiduã ſtirpem ex Sabinis tranſiſſe Romam, atq; inter patritios allectam. Indicia ſtirpis diu manſiſſe, uiam Vitelliam ab Ianiculo ad mare uſq;. Item coloniam eiuſdem nominis, quã gentili copia aduerſus Equiculos tutandã olim depopoſciſſent. Tempore deinde Samnitici belli præſidio in Apuliã miſſo, quoſdam ex Vitellijs ſubſediſſe Nuceriæ: eorumq; progeniem longo poſt interuallo repetiſſe urbem, atq; ordinem ſenatorium.

2 CONtra plures autorem generis libertinum prodiderunt. Caſsius Seuerus, nec minus alij, eundem & ſutorem ueteramentarium: cuius filius ſectionibus & conſuturis uberius compendium nactus, ex muliere uulgari Antiochi cuiuſdam furnariam exercentis filia equitem Ro. genuerit. Sed quod diſcrepat, ſit in medio. Cæterum P. Vitellius domo Nuceria, ſiue ille ſtirpis antiquæ, ſiue pudendis parentib. atq; auis, eques certe Ro. & rerum Auguſti procurator, quatuor filios ampliſsimæ dignitatis cognomines, ac tantum prænominibus diſtinctos reliquit, Aulum, Quintum, Publium, Lucium. Aulus in conſulatu obijt, quẽ cum Domitio Neronis Cæſaris patre inierat, prælautus alioqui, famoſusq; cœnarum magnificentia. Quintus caruit ordine, cum autore Tiberio ſecerni minus idoneos ſenatores remoueriq; placuiſſet. Publius Germanici comes Cn. Piſonem inimicum & interfectorem eius accuſauit, condemnauitq;. Ac poſt præturæ honorem inter Seiani conſcios arreptus, & in cuſtodiam fratri datus, ſcalpro librario uenas ſibi incidit: nec tam mortis pœnitentia, ꝗ ſuorũ obteſtatione, obligari curariq; ſe paſſus, in eadem cuſtodia morbo perijt. Lucius ex cõſulatu Syriæ præpoſitus, Artabanum Parthorũ regem ſummis artibus, non modo ad colloquium ſuum, ſed etiam ad ueneranda legionum ſigna pellexit. Mox cum Claudio principe, duos inſuper ordinarios cõſulatus, cenſuramq; geſsit. Curam quoq; imperij ſuſtinuit, abſente eo, expeditione Britannica, uir innocens & induſtrius, ſed amore libertinæ perinfamis, cuius etiam ſaliuis melle commixtis, nec clàm quidem aut raro, ſed quotidie ac palam arterias & fauces pro remedio fouebat. Idem miri in adulando ingenij, primus C. Cæſarem adorari ut deũ inſtituit, cum reuerſus ex Syria nõ aliter adire auſus eſſet, quàm capite uelato, circumuertensq; ſe, deinde procumbens. Claudium uxoribus libertisq; addictũ ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Meſſalina petijt, ut ſibi pedes præberet excalciandos: detractumq; ſocculum dextrum, inter togam tunicasq; geſtauit aſsidue, nonnunquàm oſculabundus. Narciſsi quoq; & Pallantis imagines aureas inter lares coluit. Huius & illa uox eſt, Sæpe facias, cum ſeculares ludos edenti Claudio gratularetur.

Deceſsit eo morbo, pro mortuus

DEceſsit paralyſi altero die quàm correptus eſt, duobus filijs ſuperſtitibus, quos 3
ex Sextilia, probatiſsima, nec ignobili fœmina, æditos COSS. uidit: & quidem
eodem ambos, totoq́ anno, cum maiori minor in ſex mẽſes ſucceſsiſſet. Defunctum,
ſenatus publico funere honorauit. Item ſtatua pro roſtris, cum hac inſcriptione, Pie-
tatis immobilis erga principem. Aulus Vitellius L. filius imper. natus eſt octauo Ca-
lend. Octobris, uel, ut quidam, ſeptimo idus Septembris, Druſo Cæſare, Norbano
Flacco COSS. Genituram eius prędictam à mathematicis, ita parentes exhorruerunt,
ut pater magnopere ſemper contenderit, ne qua ei prouincia uiuo ſe committeretur:
mater & miſſum ad legiones, & appellatum imperatorem pro afflicto ſtatim lamẽtata
ſit. Pueritiam, primamq́ adoleſcentiam Capreis egit inter Tiberiana ſcorta, & ipſe
perpetuo Spintrię cognomine notatus, exiſtimatusq́ corporis gratia initium & cau-
ſa incrementorum patri fuiſſe.

SEquenti quoq́ ætate omnibus probris cõtaminatus, præcipuum in aula locum te- 4
nuit. Caio per aurigandi, Claudio per aleæ ſtudium familiaris. Sed aliquanto Ne-
roni acceptior, cum propter eadem hæc, tum peculiari merito, quòd præſidens certa-
mini Neroneo, cupientẽ inter citharœdos cõtendere, nec quamuis flagitantibus cun-
ctis promittere audentẽ, ideoq́ egreſſum theatro reuocauerat, quaſi perſeuerantis po
puli legatione ſuſcepta exorandum præbuerit.

TRium itaq́ principũ indulgentia, nõ ſolum honoribus, uerum & ſacerdotijs am- 5
pliſsimis auctus, proconſulatũ Africæ poſt hæc, curam quoq́ operum publicorũ
adminiſtrauit, & uoluntate diſpari & exiſtimatione. In prouincia ſingularẽ innocen-
tiam præſtitit biennio cõtinuato, cum ſuccedenti fratri legatus ſubſtitiſſet. At in urba-
no officio dona atq́ ornamẽta templorũ ſurripuiſſe, & cõmutaſſe quædam ferebatur,
proq́ auro & argento ſtannum & aurichalcum ſuppoſuiſſe.

VXorem habuit Petroniam conſularis uiri filiam, & ex ea filium Petronianum ca 6
ptum altero oculo. Hunc hæredem è matre ſub conditione inſtitutũ, ſi de pote-
ſtate patris exiſſet, manu emiſit: breuiq́, ut creditum eſt, interemit, inſimulatũ inſuper
parricidij, & quaſi paratum ad ſcelus uenenũ ex conſcientia hauſiſſet. Duxit mox Ga-
leriam Fundanam, prætorio patre. Ac de hac quoq́ liberos utriuſq́ ſexus tulit, ſed ma
rem, titubantia oris propè mutum & elinguem.

A Galba in inferiorem Germaniam contra opinionem miſſus eſt. Adiutum pu- 7
tant T. Iunij ſuffragio, tunc potentiſsimi, & cui iampridem per communem fa-
ctionis ſuæ fauorem conciliatus eſſet: niſi quòd Galba præ ſe tulit, nullos minus me-
tuendos quàm qui de ſolo uictu cogitarẽt: ac poſſe prouincialibus copijs profundam
eius expleri gulam, ut cuiuis euidens ſit, contemptu magis quàm gratia electum. Sa-
tis conſtat, exituro uiaticum defuiſſe, tanta egeſtate rei familiaris, ut uxore & liberis,
quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partẽ an-
ni ablocaret: utq́ ex aure matris detractum unionem pignerauerit ad itineris impen-
ſas. Creditorum quidem præſtolantium ac detinentium turbam, & in ijs Sinueſſanos
Formianosq́, quorũ publica uectigalia interuerterat, non niſi terrore calumniæ amo-
uit, cum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti iniuriarum formulam, quaſi
calce ab eo percuſſus intendiſſet, nec aliter q̃ extortis quinquaginta H—S. remiſiſſet.
Aduenientem male animatus erga principem exercitus, pronusq́ ad res nouas, libens
ac ſupinis manibus excepit, uelut dono deûm oblatum III. COS. filium ætate integra
facili ac prodigo animo. Quam ueterem de ſe perſuaſionẽ Vitellius recentibus etiã de
ſe experimentis auxerat, tota uia caligatorum quoq́ militũ obuios exoſculans, perq́
ſtabula ac diuerſoria mulionibus ac uiatoribus præter modũ comis, ut mane ſingulos
iam'ne ientaſſent, ſciſcitaretur, ſeq́ feciſſe ructu quoq́ oſtenderet.

Ablocare, pro alteri locare

CAſtra uero ingreſſus nihil cuiquã poſcenti negauit, atq́ etiã ultro ignominioſis 8
notas, reis ſordes, damnatis ſupplicia dempſit. Quare uix dum menſe tranſacto,
neq́ diei, neq́ tẽporis habita ratione, ac iam ueſpere ſubito à militib. è cubiculo raptus
ita ut erat in ueſte domeſtica Imp. eſt cõſalutatus, circũlatusq́ per celeberrimos uicos,
ſtrictum diui Iulij gladiũ tenens, detractum delubro Martis, atq́ in prima graulatione
porrectum ſibi à quodam. nec ante in prætorium redijt, quàm flagrante triclinio ex

conceptu

conceptu camini: tum quidem conſternatis, & quaſi omine aduerſo anxijs omnibus, inquit, Bono animo eſtote, nobis alluxit, nullo ſermone alio apud milites uſus. Conſentiente deinde etiam iam ſuperioris prouinciæ exercitu, qui prius à Galba ad ſenatum defecerat, cognomen Germanici delatum ab uniuerſis cupide recepit, Auguſti diſtulit, Cæſaris in perpetuum recuſauit. *Caminus, pro fumario*

9 AC ſubinde cæde Galbę annunciata, cōpoſitis Germanicis rebus, partitus eſt copias, quas aduerſus Othonē prę mitteret, quasq; ipſe perduceret. Prę miſſo agmini lætum euenit auſpicium: ſiquidē à parte dextra repente aquila aduolauit: luſtratisq; ſignis, ingreſſos uiam ſenſim anteceſsit. At cōtrà ipſo mouēte, ſtatuæ equeſtres cū pluriſariā ei ponerent, fractis repente cruribus pariter corruerūt: & laurea, quā religioſiſſime circundederat, in profluentē excidit. Mox Viennæ pro tribunali iura reddenti, gallinaceus ſupra humerū, ac deinde in capite aſtitit. Quibus oſtentis par reſpōdit exitus: nam confirmatum per legatos ſuos imperium, per ſe retinere non potuit.

10 DE Bebriacēſi uictoria, & Othonis exitu, cum adhuc in Gallia eſſet, audijt. nihilq; cunctatus, quicquid prætorianarum cohortium fuit, ut peſsimi exempli uno ex exautorauit edicto, iuſſas tribunis tradere arma. Centum autem atq; uiginti, quorum libellos Othoni datos inuenerat, expoſcentium præmia ob editam in cæde Galbæ operam, cōquiri, & ſupplicio affici imperauit: egregiè prorſus atq; magnificè, & ut ſummi principis ſpem oſtenderet, niſi cætera magis ex natura, & priore uita ſua, quàm ex imperij maieſtate geſsiſſet. Nanq; itinere inchoato, per medias ciuitates ritu triūphantium uectus eſt, perq; flumina delicatiſsimis nauigijs, & uariarum coronarum genere redimitis, inter profuſiſsimos obſoniorum apparatus, nulla familiæ aut militis diſciplina, rapinas ac petulantiā omniū in iocum uertens: qui non contenti epulo ubiq; publicè præbito, quoſcunq; libuiſſet in libertatem aſſerebant, uerbera, & plagas, ſępe uulnera, nonnunq; necem repræſentantes aduerſantibus. Vtq; campos, in quibus pugnatū eſt, adijt, abhorrentes quoſdam cadauerū tabem, deteſtabili uoce cōfirmare auſus eſt. Optime olere occiſum hoſtem, & melius ciuem. Nec eo ſecius ad leniendam grauitatem odoris plurimum meri propalàm hauſit, paſsimq; diuiſit. Pari uanitate atq; inſolentia, lapidem memoriæ Othonis inſcriptum intuens, dignum eo Mauſoleo ait: pugionemq;, quo ſe is occiderat, in Agrippinenſem coloniam miſit, Marti dedicandum. In Apennini quidem iugis etiam peruigilium egit.

11 VRbem deniq; ad claſsicum introijt paludatus, ferroq; ſuccinctus, inter ſigna atq; uexilla, ſagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis. Magis deinde ac magis omni diuino humanoq; iure neglecto, Allienſi die pontificatum maximum cepit. Comitia in decem annos ordinauit, ſeq; perpetuum COS. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendæ reipub. eligeret, medio Martio campo adhibita publicorum ſacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit: ac ſolenni conuiuio citharœdum placentem palàm admonuit, ut & aliquid de Domitio diceret: inchoantiq; Neroniana cantica, primus exultans etiam plauſit.

12 TAlibus principijs magnam imperij partem, non niſi conſilio, & arbitrio uiliſsimi cuiuſq; hiſtrionū & aurigarū adminiſtrauit, & maxime Aſiatici liberti. Hunc adoleſcentulū mutua libidine conſtupratū, mox tedio profugū, cum Puteolis poſcam uendentē deprehēdiſſet, cōiecit in cōpedes, ſtatimq; ſoluit, & rurſus in delicijs habuit. Iterum deinde ob nimiā contumaciā & ferocitatē grauatus, circunforaneo laniſtæ uendidit: dilatumq; ad finē muneris repente ſurripuit, & prouincia demū accepta manumiſit: ac primo imperij die aureis donauit anulis ſuper cœnam, cum mane rogantibus pro eo cunctis, deteſtatus eſſet ſeueriſsime talem equeſtris ordinis maculam.

13 SEd uel præcipuè luxuriæ ſæuitiæq; deditus, epulas trifariam ſemper, interdū quadrifariā diſpertiebat: in ientacula, & prandia, & cœnas, comeſſationesq;, facile omnibus ſufficiens uomitandi conſuetudine. Indicebat aūt aliud alij eadem die, nec cuiq; minus ſinguli apparatus quadringenis milibus nummûm conſtiterunt. Famoſiſsima ſuper cæteras fuit cœna ei data aduentitia à fratre, in qua duo milia lectiſsimorū piſcium, ſeptem auiū appoſita traduntur. Hanc quoq; exuperauit ipſe dedicatione patinę, quam ob immenſam magnitudinem clypeum Mineruæ, *ἀιγίδα πολιούχου* dictitabat. In

hac

hac ſcarorum iocinora, phaſianorũ & pauonum cerebella, linguas phœnicopterûm, murenarum lactes à Carpathio uſq; fretoq; Hiſpaniæ, per nauarchos ac triremes petitarum commiſcuit. Vt autem homo non profundæ modo, ſed intempeſtiuæ quoq; ac ſordidæ gulæ, ne in ſacrificio quidem unquam, aut itinere ullo temperauit, quin inter altaria ibidem ſtatim uiſcus & farra penè rapta è foco manderet, circaq; uiarum popinas fumantia obſonia uel pridiana atq; ſemeſa.

Allicefactos pro allectos

14 PRonus uero ad cuiuſq; & quacunq; de cauſa necem atq; ſuppliciũ, nobiles uiros, condiſcipulos, & æquales ſuos omnibus blanditijs tantum non ad ſocietatem imperij allicefactos, uario genere fraudis occidit, etiã unum ueneno manu ſua porrecto in aquæ frigidæ potione, quam is affectus febre popoſcerat. Tum fœneratorum & ſtipulatorũ, publicanorũq;, qui unquam ſe aut Romæ debitum, aut in uia portorium flagitaſſent, uix ulli pepercit. Ex quibus quendam in ipſa ſalutatione ſupplicio traditum, ſtatimq; reuocatum cunctis clemẽtiam laudantibus, coram interfici iuſsit, uelle ſe dicens paſcere oculos. Alterius pœnæ duos filios adiecit, deprecari pro patre conatos. Sed & equitem Ro. proclamantẽ, cum raperetur ad pœnam, hæres meus es, exhibere teſtamenti tabulas coegit: utq; legit cohæredẽ ſibi libertum eius aſcriptũ, iugulari cum liberto imperauit. Quoſdã & de plebe ob id ipſum, quòd Venetæ factioni clare maledixerant, interemit: contẽptu ſui, & noua ſpe id auſos opinatus. Nullis tamẽ infenſior, quàm uernaculis & mathematicis, ut quiſq; deferretur, inauditũ capite puniebat: exacerbatus quòd poſt edictum ſuum, quo iubebat intra Cal. Octobris urbe Italiaq; mathematici excederẽt, ſtatim libellus eſt propoſitus, & Chaldæos dicere, bonũ factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem calendarũ diem uſquam eſſet. Suſpectus & in mortem matris fuit, quaſi ægræ præberi cibum prohibuiſſet, uaticinante Catta muliere, cui uelut oraculo acquieſcebat, ita demum firmiter ac diutiſsime imperaturum, ſi ſuperſtes parenti extitiſſet. Alij tradunt, ipſam tedio præſentium, & imminentium metu, uenenum à filio impetraſſe, haud ſanè difficulter.

15 OCtauo imperij menſe deſciuerunt ab eo exercitus Mœſiarum, atq; Pannoniæ, Item ex tranſmarinis, Iudaicus & Syriacus: ac pars in abſentis, pars in præſentis Veſpaſiani uerba iurarunt. Ad retinendum ergo cæterorum hominum ſtudium ac fauorem, nihil non publicè priuatimq; nullo adhibito modo largitus eſt. Delectum quoq; ea conditione in urbe egit, ut uoluntarijs non modo miſsionem poſt uictoriam, ſed etiam ueteranorum iuſtæq; militiæ commoda polliceretur. Vrgenti deinde terra mariq; hoſti, hinc fratrem cum claſſe ac tironibus & gladiatorum manu oppoſuit: hinc & Bebriacenſes copias & duces: atq; ubique aut ſuperatus aut proditus, ſalutem ſibi & millies H—S. à Flauio Sabino Veſpaſiani fratre pepigit: ſtatimq; pro gradibus palatij apud frequentes milites, cedere ſe imperio quod inuitus recepiſſet profeſſus, cunctis reclamantibus rem diſtulit: ac nocte interpoſita, primo diluculo ſordidatus deſcendit ad roſtra, multiſq; cum lachrymis eadem uerba, uerum è libello teſtatus eſt. Rurſus interpellãte milite ac populo, & ne deficeret hortante, omnemq; operã ſuam certatim pollicente, animum reſumpſit. Sabinumq;, & reliquos Flauianos nihil iam metuentes, ui ſubita in Capitolium compulit: ſuccenſoq; templo Iouis Opt. Max. oppreſſit, cum & prælium, & incendiũ è Tiberiana proſpiceret domo inter epulas. Non multo poſt pœnitens facti, & in alios culpam conferens, uocata concione iurauit, coegitq; iurare cęteros, nihil ſibi antiquius quiete publica fore. Tũc ſolutũ à latere pugionem, conſuli primum, deinde illo recuſante magiſtratibus, ac mox ſenatoribus ſingulis porrigens, nullo recipiente, quaſi in æde Concordiæ poſiturus, abſceſsit. Sed quibuſdam acclamantibus, ipſum eſſe Concordiam, redijt: nec ſolum retinere ſe ferrum affirmauit, uerumetiam Concordiæ recipere cognomen.

16 SVaſit ſenatui ut legatos cum uirginibus Veſtalibus mitterent, pacem, aut certe tempus ad conſultandum petituros. Poſtridie reſponſa opperienti, nunciatum eſt per exploratorẽ, hoſtem appropinquare. Cõtinuo igitur abſtruſus geſtatoria ſella duobus ſolis comitibus, piſtore & coquo, Auentinũ & paternã domũ clàm petijt, ut inde in Campaniam fugeret. Mox leui rumore & incerto, tanquam pax impetrata eſſet referri ſe in palatiũ paſſus eſt; ubi cum deſerta omnia reperiſſet, dilabentibus & qui ſimul

erant, zona ſe aureorum plena circundedit, confugitq; in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane, lectoq; & culcitra obiectis.

17 IRruperant autem iam agminis anteceſſores, ac nemine obuio rimabantur, ut fit, ſingula. Ab ijs extractus è latebra, ſciſcitantes quis nam eſſet (nam ignorabatur) & ubi eſſe Vitellium ſciret, mendacio eluſit. deinde agnitus rogare non deſtitit, quaſi quædam de ſalute Veſpaſiani dicturus, ut cuſtodiretur interim uel in carcere: donec religatis poſt terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, ueſte diſciſſa ſeminudus in forum tractus eſt, inter magna rerum uerborumq; ludibria, per totum uiæ ſacræ ſpatium: reducta coma à capite, ceu noxij ſolent, atq; etiam mento mucrone gladij ſubiecto, ut uiſendam præberet faciē: neue ſubmitteret quibuſdam ſtercore & cœno inceſſentibus, alijs incendiarium, & patinarium uociferantibus, parte uulgi etiam corporis uitia exprobrante: erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerunq; ex uinolentia, uenter obeſus, alterum femur ſubdebile, impulſu olim quadrigæ, cum auriganti Caio miniſtratorem exhiberet. tandem apud Gemonias minutiſsimis ictibus excarnificatus, atq; confectus eſt, & inde unco tractus in Tiberim.

18 PErijt cum fratre & filio, anno uitæ VII. quinquageſimo. nec fefellit coniecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Viennæ oſtendimus, nō aliud portendi prædixerant, quàm uenturum in alicuius Gallicani hominis poteſtatem: Siquidem ab Antonio Primo aduerſarum partium duce oppreſſus eſt: cui Toloſæ nato cognomē in pueritia Beco fuerat: id ualet, gallinacei roſtrum.

C. SVETONII

TRANQVILLI.

D. VESPASIANVS AVGVSTVS

1 REBELLIONE trium principum & cæde incertum diu & quaſi uagum imperiū ſuſcepit firmauitq; tandem gens Flauia, obſcura illa quidem, ac ſine ullis maiorum imaginibus, ſed tamen Reip. nequaquam pœnitenda, conſtet licet Domitianum cupiditatis ac ſæuitię merito pœnas luiſſe. T. Flauius Petronius municeps Reatinus, bello ciuili Pompeianarum partium centurio, incertum ſponte, an euocatus profugit ex Pharſalica acie, domumq; ſe contulit: ubi deinde uenia & miſsione impetrata, coactiones argentarias factitauit. Huius filius cognomine Sabinus, expers militiæ, & ſi quidam eum primipilarem, nōnulli cum adhuc ordines duceret ſacramento ſolutum per cauſam ualetudinis tradunt, publicū quadrageſimæ in Aſia egit. Manebantq; imagines à ciuitatibus ei poſitæ ſub hoc titulo, καλῶς τελωνήσαντι. Poſtea fœnus apud Heluetios exercuit, ibiq; diē obijt, ſuperſtitib. uxore Veſpaſia Polla, & duobus ex ea liberis: quorū maior Sabinus ad præfecturā urbis, minor Veſpaſianus ad principatū uſq; proceſsit. Polla Nurſiæ honeſto genere orta, patrem habuit Veſpaſium Pollionem, ter Tribunum militū præfectumq; caſtrorum, fratremq; ſenatorē prætoriæ dignitatis. Locus etiam nūc ad ſextum miliariū à Nurſia Spoletū euntibus in monte ſummo appellatur Veſpaſiæ, ubi Veſpaſiorū cōplura monimēta extant, magnū indicium ſplendoris familiæ, & uetuſtatis. Nō negauerim iactatū à quibuſdā, Petronij patrē è regione tranſpadana fuiſſe mācipem operarū, quæ ex Vmbria in Sabinos ad culturā agrorū quotannis cōmeare ſolerent: ſubſediſſe aūt in oppido Reatino, uxore ibidem ducta. ipſe ne ueſtigium quidem de hoc, quamuis ſatis curioſe inquirerem, inueni.

Coactio argentaria

Manceps operarum

2 VEſpaſianus natus eſt in Sabinis ultra Reate uico modico, cui nomen eſt Phalacrine, XV. Calend. Decembris ueſperi, Q. Sulpitio Camerino, C. Poppæo Sabino COSS. quinquennio antequam Auguſtus excederet, educatus ſub paterna auia

Tertulla

Tertulla in prædijs Coſanis. Quare princeps quoq; & locum incunabulorum aſsiduè
frequentauit, manente uilla qualis fuerat olim, ne quid ſcilicet oculorum conſuetudini
deperiret: & auiæ memoriam tantopere dilexit, ut ſolennibus ac feſtis diebus poculo
quoq; eius argenteo potare perſeuerauerit. Sumpta toga uirili, latum clauum, quanq;
fratre adepto, diu auerſatus eſt: nec ut tandem appeteret, compelli niſi à matre potuit.
Ea demum extudit, magis cõuitio quàm precibus uel autoritate, dum eum identidem
per contumeliam anteambulonem fratris appellat. Tribunatum militum in Thracia
meruit. Quæſtor Cretam & Cyrenas prouinciam ſorte cepit. ædilitatis, ac mox præ-
turæ candidatus etiam non ſine repulſa, ſextoq; loco uix adeptus eſt. Ac prima ſtatim
petitione, & in primis prætor infenſus ſenatui, Caium, ne quo non genere demerere-
tur, ludos extraordinarios pro uictoria eius Germanica depopoſcit: pœnæq; coniura
torum addendum cenſuit, ut inſepulti proijcerentur. Egit & gratias ei apud amplisſi-
mum ordinem, quòd ſe honore cœnæ dignatus eſſet.

INter hæc Flauiam Domicillam duxit uxorẽ, Statilij Capellæ equitis Ro. Sabracen 3
ſis ex Africa delegatã olim, Latinæq; cõditionis, ſed mox ingenuam ac ciuẽ Roma
nam recuperatorio iudicio pronunciatã, patre aſſerẽte Flauio Liberali Ferentini geni
to, nec quicq; amplius ꝙ quæſtorius ſcriba. Ex hac liberos tulit, Titum & Domitianũ
& Domicillã. Vxori ac filiæ ſuperſtes fuit, atq; adhuc utranq; priuatus amiſit. Poſt uxo
ris exceſſum, Cenidẽ Antoniæ libertam & à manu, dilectam quondam ſibi, reuocauit
in contubernium, habuitq; etiam imperator penè iuſtæ uxoris loco.

CLaudio principe Narciſsi gratia legatus legionis in Germaniam miſſus eſt: inde 4
in Britanniã translatus, tricies cum hoſte conflixit. Duas ualidiſsimas gentes,
ſuperq; XX. oppida & inſulam Vectem Britanniæ proximam in deditionem redegit,
partim Auli Plautij conſularis legati, partim Claudij ipſius ductu. Quare triumphalia
ornamenta, & in ſpacio breui duplex ſacerdotium accepit. præterea conſulatum, quẽ
geſsit per duos nouiſsimos anni menſes. Medium tempus ad proconſulatum uſq; in
otio ſeceſſuq; egit, Agrippinã timens potentem adhuc apud filium, & defuncti quoq;
Dignatio, pro dignitas Narciſsi amicos peroſam. Exin ſortitus Africam, integerrimè nec ſine magna digna-
tione adminiſtrauit, niſi quòd Adrumeti ſeditione quadam, rapa in eum iacta ſunt. Re
dijt certe nihilo opulentior, ut qui propè labefactata iam fide, omnia prædia fratri ob
ligarit, neceſſarioq; ad mangonicos quæſtus ſuſtinendæ dignitatis cauſa deſcenderit,
Expreſsit, pro extorſit propter quod uulgo Mulio uocabatur. Cõuictus quoq; dicitur ducenta H—S. expreſ-
ſiſſe iuueni, cui latum clauum aduerſus patris uoluntatẽ impetrarat, eoq; nomine gra
uiter increpitus. Peregrinatione Achaica inter comites Neronis, cum cantante eo aut
diſcederet ſæpius, aut præſens obdormiſceret, grauiſsimam contraxit offenſam: prohi
bitusq; non contubernio modo, ſed etiam publica ſalutatione, ſeceſsit in paruã ac de-
uiam ciuitatem, quoad latenti, etiamq; extrema metuenti, prouincia cum exercitu ob-
lata eſt. Percrebruerat Oriente toto uetus & cõſtans opinio, eſſe in fatis, ut eo tẽpore
Quantum, pro ſicut Iudæa profecti rerum potirenẽ. Id de imperatore Ro. quantum euentu poſtea patuit,
prædictum, Iudæi ad ſe trahentes, rebellarunt: cæſoq; præpoſito, legatũ inſuper Syriæ
cõſularem ſuppetias ferentẽ, rapta aquila fugauerunt. Ad hunc motũ cõprimendum
cum exercitu ampliore, & nõ inſtrenuo duce, cui tamen tutò tanta res cõmitteretur,
opus eſſet, ipſe potiſsimũ delectus eſt, & ut induſtriæ expertæ, nec metuẽdus ullo mo
do ob humilitatẽ generis ac nominis. Additis igiẽ ad copias duabus legionibus, octo
alis, cohortibus decem, atq; inter legatos maiore filio aſſumpto, ut primũ prouinciã at
tigit, proximas quoq; ciuitates conuertit in ſe, correcta ſtatim caſtrorũ diſciplina: uno
quoq; & altero prælio tam conſtanter inito, ut in oppugnatione caſtelli lapidis ictum
genu, ſcuto ſagittas aliquot exceperit.

POſt Neronẽ, Galbamq;, Othone atq; Vitellio de principatu certantibus, in ſpem 5
imperij uenit, iampridem ſibi per oſtenta conceptam: In ſuburbano Flauiorum
quercus antiqua, quæ erat Marti ſacrata, per tres Veſpaſiæ partus, ſingulos repente ra
mos à frutice dedit, haud dubia ſigna futuri cuiuſq; fati: Primum exilem, & cito areſa
Perannare, ut pernoctare ctum. ideoq; puella nata non perannauit: Secundum præualidum ac prolixum, & qui
magnã felicitatẽ portenderet: Tertiũ uero inſtar arboris. Quare patrẽ Sabinũ ferunt
aruſpicio

aruſpicio inſuper confirmatũ renuntiaſſe matri, nepotem ei Cæſarem genitũ: nec illam quicꝙ aliud quàm cachinnaſſe, mirantem, ꝙ adhuc ſe mentis compote deliraret iam filius ſuus. Mox cum ædilem eum C. Cæſar ſuccenſens, propter curã uerrendis uijs non adhibitam, luto iuſſiſſet oppleri, congeſto per milites in prætextæ ſinum, non defuerũt qui interpretarentur, quandoꝗ proculcatam deſertamꝙ rempub. ciuili aliqua perturbatione in tutelam eius ac uelut in gremiũ deuenturam. Prandente eo quondam, canis extrarius triclinio manum humanã intulit, menſęꝙ ſubiecit. Cœnante rurſus, bos arator decuſſo iugo tricliniũ irrupit, ac fugatis miniſtris, quaſi repente defeſſus procidit ad ipſos accumbentis pedes, ceruicẽꝗ ſubmiſit. Arbor quoꝗ cupreſſus in agro auito ſine ulla ui tempeſtatis euulſa radicitus atꝗ proſtrata, inſequenti die uiridior ac firmior reſurrexit. At in Achaia ſomniauit, initium ſibi ſuiſꝗ felicitatis futurũ, ſimul ac dens Neroni exemptus eſſet: euenitꝗ ut ſequenti die progreſſus in atrium, medicus dentem ei oſtenderet, recenter quidem exemptũ. Apud Iudęam Carmeli dei oraculũ conſulentẽ, ita cõfirmauere ſortes, ut quicquid cogitaret uolueretꝗ animo quantũlibet magnum, id eſſe prouenturũ pollicerẽ. Et unus ex nobilib. captiuis Ioſephus, cum conijcerẽ in uincula, cõſtantiſſimè aſſeuerauit, fore ut ab eodem breui ſolucerẽ, uerum iam imperatore. Nuntiabanẽ & ex urbe præſagia, Neronem diebus ultimis monitũ per quietem, ut thenſam Iouis Opt. Max. è ſacrario in domum Veſpaſiani, & in circũ deduceret. ac nõ multò poſt, comitia ſecundi cõſulatus ineunte Galba, ſtatua diui Iulij ad Orientem ſponte cõuerſa. acieꝗ Bebriacenſi prius ꝙ cõmitteretur, duas aquilas in conſpectu omnium conflixiſſe: uictaꝗ altera ſuperueniſſe tertiam à ſolis ortu, ac uictricẽ abegiſſe.

6 NEc tamen quicquam antè tentauit, promptiſſimis atꝗ etiam inſtantibus ſuis, ꝙ ſolicitatus quorundam & ignotorũ & abſentium fortuito fauore. Mœſiaci exercitus bina è tribus legionibus millia miſſa auxilio Othoni, poſtquã iter ingreſſis nuntiatum eſt, uictum eum, ac uim uitæ ſuæ attuliſſe, nihilo ſecius Aquileiam uſꝗ perſeuerauerunt, quaſi rumori minus crederent. Ibi per occaſionem ac licentiam omni rapinarum genere graſſati, quum timerẽt ne ſibi reuerſis reddenda ratio, ac ſubeunda pœna eſſet, conſilium inierunt eligendi creandiꝗ imperatoris. Neꝗ enim deteriores eſſe, aut Hiſpaniẽſi exercitu qui Galbã, aut prætoriano qui Othonem, aut Germaniciano qui Vitellium feciſſent. Propoſitis itaꝗ nominibus legatorum conſularium, quot ubique tunc erant, cum cæteros alij alium alia de cauſa improbarent, & quidam è legione tertia, quæ ſub exitu Neronis translata ex Syria in Mœſiam fuerat, Veſpaſianum laudibus ferrent, aſſenſere cuncti, nomenꝗ eius uexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt. Et tunc quidem compreſſa res eſt, reuocatis ad officium numeris parumper. Cæterum diuulgato facto, Tiberius Alexander præfectus Aegypti primus in uerba Veſpaſiani legiones adegit Cal. Iul. qui principatus dies in poſterum obſeruatus eſt. Iudaicus deinde exercitus quinto idus Iulij apud ipſum iurauit. Plurimum cœptis cõtulerunt, iactatum exemplar epiſtolæ, ueræ ſiue falſæ defuncti Othonis ad Veſpaſianum, extrema obteſtatione ultionem mandantis, & ut reipublicæ ſubueniret, optantis: ſimul rumor diſsipatus, deſtinaſſe Vitellium uictorem permutare hyberna legionum: & Germanicas transferre in Orientem ad ſecuriorem molliorem ꝗ militiam. Præterea ex præſidibus prouinciarum Licinius Mutianus, & è regibus Vologeſus Parthus: ille depoſita ſimultate, quam in id tempus ex æmulatione non obſcurè gerebat, Syriacum promiſit exercitum: hic XL. millia ſagittariorum.

Veræ ſiue falſæ, pro ſeu ueræ, ſeu falſæ

7 SVſcepto igitur ciuili bello, ac ducibus copijſꝗ in Italiã præmiſsis, interim Alexandriam tranſijt, ut clauſtra Aegypti obtineret. Hic, cum de firmitate imperij capturus auſpicium, ædem Serapidis, ſubmotis omnibus, ſolus intraſſet, ac propitiato multum deo, tandem ſe conuertiſſet, uerbenas, coronasꝗ & panificia, ut illic aſſolet, Baſilides libertus obtuliſſe ei uiſus eſt: quem neꝗ admiſſum à quoquam, & iampridem propter neruorum ualetudinem uix ingredi, longeꝗ abeſſe conſtabat. Ac ſtatim aduenere literæ, fuſas apud Cremonam Vitellij copias, ipſum in urbe interemptum nuntiantes. Autoritas & quaſi maieſtas quædam, ut ſcilicet inopinato & adhuc nouo principi deerat: hæc quoꝗ acceſſit: E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, ſedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem ualetudinis, demonſtratã à Se-

Aduenere literæ, pro allatæ ſunt

rapide per quietem: reſtituturum oculos, ſi inſpuiſſet: confirmaturum crus, ſi dignare
tur calce contingere. Cum uix fides eſſet rem ullo modo ſucceſſuram, ideoq; ne experi
ri quidem auderet: extremo hortantibus amicis, palàm pro concione utrunq; tentauit,
nec euentus defuit. Per idem tempus Tegeæ in Arcadia, inſtinctu uaticinantiũ effoſſa
ſunt ſacrato loco uaſa operis antiqui, atq; in ijs aſſimilis Veſpaſiano imago.

TAlis, tantaq; cum fama in urbem reuerſus, acto de Iudæis triumpho, conſulatus 8
octo ueteri addidit. Suſcepit & cenſurã, ac per totum imperij tempus nihil habuit
antiquius, ꝙ propè afflictam, nutantemq; remp. ſtabilire primo, deinde & ornare. Mi-
lites, pars uictoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem licentiã audaciamq; pro
ceſſerant. Sed & prouinciæ, ciuitatesq; liberæ, necnon & regna quædam tumultuoſius
inter ſe agebant. Quare Vitellianorũ quidem & exautorauit plurimos, & coercuit. Par
ticipibus autem uictoriæ adeo nihil extra ordinem indulſit, ut etiam legitima præmia
non niſi ſerò perſoluerit. Ac ne quam occaſionem corrigendi diſciplinam prætermitte
ret, adoleſcentulum fragrantem unguento, cum ſibi pro impetrata præfectura gratias
Allium obolere ageret, nutu aſpernatus, uoce etiam grauiſsima increpuit, Maluiſſem alliũ oboluiſſes,
literasq; reuocauit. Claſsiarios uero, qui ab Hoſtia et Puteolis Romam pedibus per ui
cos commeant, petentes cõſtitui aliquid ſibi calciarij nomine, quaſi parum eſſet ſine re
ſponſo abegiſſe, iuſsit poſt hæc excalciatos curſitare: & ex eo ita curſitãt. Achaiam, Ly-
ciam, Rhodum, Byzantium, Samum libertate adempta, item Tracheam Ciliciam, &
Comagenen ditionis regiæ uſq; ad id tempus, in prouinciarum formam redegit. Cap-
padociæ propter aſsiduos barbarorum incurſus legiones addidit, conſularemq; recto-
rem impoſuit pro equite Romano. Deformis urbs ueterib. incendijs ac ruinis erat: ua-
cuas areas occupare, & ędificare, ſi poſſeſſores ceſſarent, cuicunq; permiſit. Ipſe reſtitu
tionem Capitolij aggreſſus, ruderibus purgandis manus primus admouit, ac ſuo collo
quædam extulit. ærearumq; tabularum tria millia, quæ ſimul cõflagrauerant, reſtituen
da ſuſcepit, undiq; inueſtigatis exemplaribus, inſtrumentũ imperij pulcherrimum ac
uetuſtiſsimum: quo continebantur penè ab exordio urbis ſenatuſcõſulta, plebiſcita de
ſocietate & fœdere ac priuilegio cuicunq; conceſſis.

FEcit & noua opera, templum Pacis foro proximũ, diuiq; Claudij in Celio monte, 9
cœptum quidem ab Agrippina, ſed à Nerone propè funditus deſtructũ: item am-
phitheatrum urbe media, ut deſtinaſſe compererat Auguſtum. Ampliſsimos ordines,
Recenſo, pro & exhauſtos cæde uaria, & contaminatos ueteri negligentia, purgauit ſuppleuitq;, re-
recenſito cenſo ſenatu & equite, ſubmotis indigniſsimis, & honeſtiſsimo quoq; Italicorũ ac pro-
uincialium allecto. atq; uti notũ eſſet, utrunq; ordinem non tam libertate inter ſe, ꝙ di-
gnitate differre, de iurgio quodam ſenatoris equitiſq; Ro. ita pronuntiauit: Non opor-
Remaledici tere maledici ſenatoribus, remaledici ciuile, faſq; eſſe.

LItium ſeries ubiq; maiorem in modum excreuerant, manentibus antiquis interca 10
pedine iuriſdictionis, accedentibus nouis ex conditione tumultuq; temporũ. Sor-
te elegit, per quos rapta bello reſtituerentur, quiq; iudicia centumuiralia, quibus pera-
gendis uix ſuffectura litigatorum ætas uidebatur, extra ordinem dijudicarent, redige-
rentq; ad breuiſsimum numerum.

LIbido atque luxuria coercente nullo inualuerat. Autor ſenatui fuit decernendi, ut 11
Filij familiâs quæ ſe alieno ſeruo iunxiſſet, ancilla haberetur: ne'ue filiorum familiâs fœneratori
bus exigendi crediti ius unquam eſſet, hoc eſt, ne poſt patrum quidem mortem: cæte-
ris in rebus ſtatim ab initio principatus uſq; ad exitum ciuilis & clemens.

MEdiocritatem priſtinã neq; diſsimulauit unquam, ac frequenter etiam præ ſe tu- 12
lit. Quin & conantes quoſdam originem Flauij generis ad cõditores Reatinos,
comitẽq; Herculis, cuius monimentũ extat uia ſalaria referre, irriſit ultro. Adeoq; nihil
ornamentorũ extrinſecus cupide appetiuit, ut triumphi die fatigatus tarditate & tędio
pompæ non reticuerit: merito ſe plecti, qui triumphum quaſi aut debitum maioribus
ſuis, aut ſperatum unquam ſibi, tam inepte ſenex concupiſſet. Ac ne tribunitiam qui-
dem poteſtatem, & patris patriæ appellationem, niſi ſerò recepit. Nam cõſuetudinem
ſalutantes ſcrutandi, manente adhuc bello ciuili omiſerat.

Amicorum

13 AMicorum libertatem, cauſidicorum figuras, ac philoſophorum contumaciam leuiſſime tulit. Licinium Mutianum notæ impudicitiæ, ſed meritorum fiducia minus ſui reuerentem, nunquam niſi clàm, & hactenus retaxare ſuſtinuit, ut apud communem aliquem amicum querens, adderet clauſulæ, Ego tamen uir ſum. Saluium Liberalem in defenſione diuitis rei auſum dicere, quid ad Cæſarem, ſi Hipparchus H—S millies habet? & ipſe laudauit. Demetrium Cynicum in itinere obuium ſibi poſt dominationem, ac neq; aſſurgere, neq; ſalutare ſe dignantē, oblatrantem etiam neſcio quid, ſatis habuit canem appellare.

14 OFfenſarum inimicitiarūq; minime memor, executor'ue, Vitellij hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritauit, dotauitq; etiam & inſtruxit. Trepidum eum interdicta aula ſub Nerone, quærentemq; quidnam ageret, aut quò abiret, quidam ex officio admiſsionis ſimul expellens, abire Morboniam iuſſerat. In hunc poſtea deprecantē haud ultra uerba excanduit, & quidem totidem ferè atq; eadem. Nam ut ſuſpicione aliqua, uel metu ad perniciem cuiuſquam compelleretur, tantum abfuit, ut monentibus amicis cauendum eſſe Metium Pompoſianū, quòd uulgo crederetur geneſim habere imperatoriam, inſuper C O S. fecerit, ſpondens quandoq; beneficij memorem futurum.

15 NOn temere quis punitus inſons reperitur, niſi abſente eo & ignaro, aut certe inuito, atq; decepto. Heluidio Priſco qui reuerſum ex Syria ſolus, priuato nomine Veſpaſianum ſalutauerat, & in prætura omnibus edictis ſine honore ac mentione ulla tranſmiſerat, non ante ſuccenſuit, quàm altercationibus inſolentiſſimis penè in ordinem redactus. Hunc quoq;, quamuis relegatū primò, deinde & interfici iuſſum, magni æſtimauit ſeruare quoquo modo, miſſis qui percuſſores reuocarent: & ſeruaſſet, ni ſi iam perijſſe falsò nuntiatum eſſet. Cæterum neq; cæde cuiuſquam unquam lætatus, iuſtis ſupplicijs illachrymauit etiam, & ingemuit. *Illachrymare ſupplicijs*

16 SOla eſt in qua merito culpetur pecuniæ cupiditas. Non enim cōtentus omiſſa ſub Galba uectigalia reuocaſſe, noua & grauia addidiſſe, & auxiſſe tributa prouincijs, nōnullis & duplicaſſe: negotiationes quoq; uel priuato pudendas propalàm exercuit, coemendo quędam tantum ut pluris poſtea diſtraheret: nec candidatis quidem honores, reis'ue tam innoxijs, quàm nocentibus abſolutiones uenditare cunctatus eſt. *Diſtrahere pluris* Creditur etiam procuratorum rapaciſsimum quenq; ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promouère, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem uulgo pro ſpongijs dicebatur uti, quòd quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes. quidam natura cupidiſsimum tradunt, idq; exprobratū ei à ſene bubulco: qui negata ſibi gratuita libertate, quam imperiū adeptum ſuppliciter orabat, proclamauerit, Vulpem pilum mutare, non mores. Sunt contrà qui opinentur, ad manubias & rapinas neceſſitate compulſum, ſumma ærarij fiſciq; inopia, de qua teſtificatus ſit initio ſtatim principatus, profeſſus quadringenties millies opus eſſe, ut reſpub. ſtare poſſet. Quod & ueriſimilius uidetur, quando & male partis optime uſus eſt.

17 IN omne hominum genus liberaliſsimus. Expleuit cenſum ſenatorium. Conſulares inopes quingenis ſeſtertijs annuis ſuſtētauit: Plurimas per totū orbem ciuitates terræmotu aut incendio afflictas, reſtituit in melius.

18 INgenia & artes uel maxime fouit. Primus è fiſco Latinis Græcisq; rhetorib. annua centena cōſtituit. Præſtantes poetas, necnon & artifices coemit. Item coloſſi refectorem inſigni cōgiario magnaq; mercede donauit. Mechanico quoq; grandes columnas exigua impenſa perducturū in Capitolium pollicenti, præmium pro cōmento non mediocre obtulit, operam remiſit, præfatus ſineret ſe plebeculam paſcere pane.

19 LVdis per quos ſcena Marcelliani theatri reſtituta dedicabat̃, uetera quoq; acroamata reuocauerat. Apollinari tragœdo quadringēta, Terpno Diodoroq; citharœdis ducenta, nōnullis centena: quibus minimum, quadragena ſeſtertia ſuper plurimas coronas aureas dedit. Sed & cōuiuabatur aſſidue: ac ſæpius recta, ac dapſile, ut macellarios adiuuaret. Sicut Saturnalib. dabat uiris apophoreta, ita & Cal. Martij fœminis: & tamen ne ſic quidē priſtinæ cupiditatis infamia caruit. Alexādrini Cibiratē eum uocare perſeuerauerunt, cognomine unius è regibus ſuis turpiſſimarū ſordium. Sed & in funere Fauo Archimimus perſonā eius ferens, imitāſq;(ut eſt mos) facta ac dicta uiui,

interrogatis palàm procuratoribus, quanti funus & pompa conſtaret: ut audijt ſeſtertium centies, exclamauit, centum ſibi ſeſtertia darent, ac ſe uel in Tiberim proijcerent.

STatura fuit quadrata, compactis firmisq́ membris, uultu ueluti nitentis. Vnde qui 20
dam urbanorum nō infacete: Siquidem petenti ut & in ſe aliquid diceret, Dicam, inquit, cum uentrem exonerare deſieris. Valetudine proſperrima uſus eſt, quamuis ad tuendam eam nihil amplius q̃ fauces, cæteraq́ membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret, inediamq́ unius diei per ſingulos menſes interponeret.

ORdinem uitæ ferè hunc tenuit: In principatu maturius ſemper, ac de nocte uigi 21
labat: deinde perlectis epiſtolis, officiorumq́ omnium breuiarijs, amicos admit-
Breuiaria pro commentarijs tebat: ac dum ſalutabatur, & calciabat ipſe ſeſe, & amiciebat. Poſt deciſa quæcunq́ ob-
Pallaca ueniſſent negotia, geſtationi, & inde quieti uacabat, accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas conſtituerat, ac ſecretò in balneum, tricliniumq́ tranſibat: Nec ullo tempore facilior, aut indulgentior traditur: eaq́ momenta domeſtici ad aliquid petendum magnopere captabant.

ET ſuper cœnam autem, & ſemper aliàs comiſſimus, multa ioco tranſigebat. Erat 22
enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, ut ne prætextatis quidem uerbis abſtineret. Et tamen nōnulla eius facetiſſima extant, in quibus & hoc: Menſtrium Florum conſularem, admonitus ab eo plauſtra potius q̃ ploſtra dicenda, die poſtero Flaurum ſalutauit. Expugnatus autem à quadam quaſi amore ſui deperiret, cum perductæ pro concubitu ſeſtertia quadraginta donaſſet, admonente diſpenſatore, quemadmodum ſummam rationibus uellet referri, Veſpaſiano, inquit, adamato.

VTebatur & uerſibus græcis tempeſtiuè ſatis, & de quodam proceræ ſtaturæ, im- 23
probiusq́ nato, μακρὰ βιβὰς κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος:
Et maxime de Cerulo liberto, qui diues admodum ob ſubterfugiendū quandoq́ ius fiſci, ingenuum ſe, & Lachetem mutato nomine cœperat efferre, ὦ λάχης λάχης ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ὡς ἐξ ἀρχῆς εἰρήσῃ κήρυλος. Et maxime tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, ut inuidiā aliqua cauillatione dilueret, transferretq́ ad ſales. Quendam è charis miniſtris diſpenſationem cuidam quaſi fratri petentem cum diſtuliſſet, ipſum candidatum ad ſe uocauit: exactaq́ pecunia, quantam is cum ſuffragatore ſuo pepigerat, ſine mora ordinauit. Interpellanti mox miniſtro, Alium tibi, ait, quære fratrem, hic,
Calceare mulas quem tuum putas, meus eſt. Mulionē in itinere quodam ſuſpicatus ad calciandas mulas deſiliſſe, ut adeunti litigatori ſpatium moramq́ præberet, interrogauit, quanti calciaſſet, pactusq́ eſt lucri partem. Reprehendenti filio Tito, quòd etiam urinæ uectigal
Penſio, pro ſolutione cōmentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admouit ad nares, ſciſcitans num odore offenderetur: & illo negante, Atqui, inquit, è lotio eſt. Nuntiantibus legatis, decretam ei publicè non mediocris ſummæ ſtatuam coloſſeam, iuſſit uel continuo ponerent, cauam manum oſtentans, & paratam baſim dicens. Ac ne in metu quidem, ac periculo mortis extremo abſtinuit iocis. Nam cum inter prodigia cætera Mauſoleum Cęſarum derepente patuiſſet, & ſtella in cœlo crinita apparuiſſet, alterum ad Iuniam Caluinam è gente Auguſti pertinere dicebat: alterum ad Parthorū regem qui capillatus eſſet. Prima quoq́ morbi acceſsione, Vt, inquit, puto, deus fio.

COnſulatu ſuo nono tentatus in Campania motiunculis leuibus, ac protinus ur- 24
be repetita, Cutylias, ac Reatina rura, ubi ęſtiuare quotannis ſolebat, petijt. Hic, cum ſuper urgētem ualetudinē creberrimo frigidæ aquæ uſu & inteſtina uitiaſſet, nec eo minus munerib. imperatorijs ex cōſuetudine fungeret, ut etiam legationes audiret cubans, aluo repente uſq́ ad defectionem ſoluta, imperatorem ait ſtantem mori oportere. Dumq́ cōſurgit ac nititur, inter manus ſubleuantiū extinctus eſt VIII. Cal. Iulij, annum gerens ætatis ſexageſimum ac nonum, ſuperq́ menſem ac diem ſeptimum.

COnuenit inter omnes, tam certum eum de ſua ſuorumq́ genitura ſemper fuiſſe, 25
ut poſt aſſiduas in ſe coniurationes auſus ſit affirmare ſenatui, aut filios ſibi ſucceſſuros, aut neminem. Dicitur etiam uidiſſe quondam per quietem ſtateram in media parte ueſtibuli palatinæ domus poſitam examine æquo, cum in altera lance Claudius & Nero ſtarent, in altera ipſe ac filij: nec res ſefellit, quando totidem annis, pariq́ temporis ſpacio utriq́ imperauerunt.

C. Sue-

C. SVETONII TRANQVILLI

DIVVS TITVS

TITVS cognomine paterno, amor ac deliciæ generis humani: tãtum illi ad promerendã omnium uoluntatem uel ingenij, uel artis, uel fortunæ ſupfuit, & quod difficillimũ eſt, in imperio: quando priuatus, atq; etiam ſub patre principe, ne odio quidẽ, nedum uituperatione publica caruit. NAtus eſt III. Calen. Ianuarias inſigni anno Caiana nece, prope Septizonium, ſordidis ædibus, cubiculo uerò perparuo & obſcuro: nam manet adhuc & oſtenditur: educatus in aula cum Britannico ſimul, ac paribus diſciplinis & apud eoſdem magiſtros inſtitutus. Quo quidem tempore aiunt Metopoſcopũ, à Narciſſo Claudij liberto adhibitum ut Britannicũ inſpiceret, cõſtantiſſime affirmaſſe: illum quidem nullo modo, cæterum Titum qui tunc propè aſtabat, utiq; imperaturũ. Erant autem adeo familiares, ut de potione qua Britannicus hauſta perijt, Titus quoq; iuxtà cubans guſtaſſe credatur, grauiq; morbo afflictatus diu. Quorum omnium mox memor, ſtatuam ei auream in palatio poſuit: & alteram ex ebore equeſtrem, quæ Circenſi pompa hodie quoq; præfertur, dedicauit, proſecutuſq; eſt.

Metopoſcopus

2 IN puero ſtatim corporis animiq; dotes exſplenduerũt, magis ac magis deinceps per ætatis gradus: forma egregia, & cui non minus autoritatis ineſſet, quàm gratiæ: præcipuum robur, quanquam neq; procera ſtatura, & uentre paulo proiectiore: memoria ſingularis, docilitas ad omnes ferè tum belli, tum pacis artes. Armorum & equitandi peritiſſimus, Latinæ Græcæq; linguæ, uel in orãdo, uel in fingendis poematibus promptus & facilis ad extemporalitatem uſq;: ſed ne muſicæ quidem rudis, ut qui cantaret & pſalleret iucũde ſcienterq;. E pluribus comperi, notis quoq; excipere uelociſſime ſolitum, cum amanuenſib. ſuis per ludum iocumq; certantem: imitari chirographa quæcunq; uidiſſet, ac profiteri, ſæpe ſe maximum falſarium eſſe potuiſſe.

Exſplendeſcere, p eminere

Scienter, pro ſcite

3 TRibunus militũ & in Germania & in Britannia meruit ſumma induſtria, nec minore modeſtia & fama, ſicut apparet ex imaginum eius multitudine, ac titulis per utranq; prouinciã. Poſt ſtipendia foro operam dedit, honeſtam magis ꝙ aſſiduam. Eodemq; tempore Arricidiã Tertullo patre equite Ro. ſed præfecto quondã prætorianarum cohortiũ, duxit uxorem: & in defunctę locũ Martiam Furullã ſplendidi generis, cũ qua ſublata filia diuortiũ fecit. Ex quæſturæ deinde honore legioni præpoſitus, Taricheam & Gamalã urbes ualidiſſimas Iudææ in poteſtatẽ redegit, equo quadam acie ſub fœminibus amiſſo, alteroq; inſcenſo, cuius rector contra ſe dimicans occubuerat.

4 GAlba mox tenente rempub. miſſus ad gratulandũ, quaquà iret, conuertit homines, quaſi adoptionis gratia arceſſeretur. Sed ubi turbari rurſus cuncta ſenſit, redijt ex itinere: aditoq; Paphiæ Veneris oraculo, dum de nauigatione conſulit, etiam de imperij ſpe confirmatus eſt: Cuius breui compos, & ad perdomandã Iudęam relictus, nouiſſima Hieroſolymorũ oppugnatione XII propugnatores totidem ſagittarũ confecit ictibus: cepitq; eam natali filiæ ſuæ, tanto militum gaudio ac fauore, ut in gratulatione imperatorem eum conſalutauerint, & ſubinde decedentẽ prouincia detinuerint, ſuppliciter, necnon & minaciter efflagitantes, aut remaneret, aut ſecum omnes pariter abduceret: unde nata ſuſpicio eſt, quaſi deſciſcere à patre, Orientiſq; regnum ſibi uendicare tentaſſet. Quam ſuſpicionem auxit, poſtꝙ Alexandriam petens, in conſecrãdo apud Memphim boue Api diadema geſtauit, de more is quidem, rituq; priſcæ religionis: ſed nõ deerant qui ſecus interpretarent. Quare feſtinans in Italiam, cum Rhegiũ, dehinc Puteolos oneraria naue appuliſſet, Romam inde contendit expeditiſsimus: in-

opinantiꝗ patri uelut arguens rumorum de ſe temeritatem, Veni, inquit, pater ueni.

NEꝗ ex eo deſtitit participẽ atꝗ etiam tutorem imperij agere. Triumphauit cum 6
patre, cenſuráꝗ geſsit unà. Eidem collega & in tribunitia poteſtate, & in ſeptem conſulatibus fuit. Receptaꝗ ad ſe propè omnium officiorum cura, cum patris nomine & epiſtolas ipſe dictaret, & edicta conſcriberet, orationesꝗ in ſenatu recitaret etiam quæſtoris uice: præfecturam quoꝗ prætorij ſuſcepit, nunquam ad id tempus, niſi ab equite Romano adminiſtratam. Egitꝗ aliquanto inciuilius & uiolentius: ſiquidem ſuſpectiſſimum quenꝗ ſibi, ſubmiſſis qui per theatra & caſtra, quaſi cõſenſu ad pœnam depoſcerent, haud cunctanter oppreſsit. In his A. Cecinnam conſularem uirum uocatum ad cœnam, ac uixdum triclinio egreſſum, confodi iuſsit: ſanè urgente diſcrimine, quum etiam chirographum eius præparatæ apud milites coniurationis deprehendiſſet. quibus rebus ſicut in poſterum ſecuritati ſatis cauit, ita ad præſens plurimum contraxit inuidiæ, ut non temere quis tam aduerſo rumore, magisꝗ inuitis omnibus tranſierit ad principatum.

PRæter ſæuitiam, ſuſpecta in eo etiam luxuria erat: quòd ad mediam noctem co- 7
meſſationes cum profuſiſsimo quoꝗ familiariũ extenderet: nec minus libido, propter exoletorũ & ſpadonum greges, propterꝗ inſignẽ reginæ Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur. Suſpecta & rapacitas, quòd conſtabat in concionibus patrijs nundinari præmiariꝗ ſolitum: deniꝗ propalàm alium Neronem & opinabantur & prædicabant. At illi ea fama pro bono ceſſit, conuerſaꝗ eſt in maximas laudes: neꝗ ullo uitio reperto, & contrà uirtutibus ſummis. Cõuiuia inſtituit iucunda magis ꝙ profuſa. Amicos elegit, quibus etiam poſt eum principes, ut & ſibi & reipub. neceſſarijs acquieuerunt: præcipueꝗ ſumptam ſibi Berenicen ſtatim ab urbe dimiſit inuitus inuitam. Quoſdam è gratiſſimis delicatorũ, quanquam tam artifices ſaltationis, ut mox ſcenam tenuerint, non modo fouere prolixius, ſed ſpectare in publico omni cœtu ſuperſedit. Nulli ciuium quicquã ademit: abſtinuit alieno, ut ſi quis unquam: ac ne conceſſas quidem ac ſolitas collationes recepit. Et tamen nemine ante ſe munificentia minor. Amphitheatro dedicato, thermisꝗ iuxta celeriter extructis, munus edidit apparatiſsimum largiſſimumꝗ. Dedit & nauale prælium in ueteri naumachia, ibidem & gladiatores, atꝗ uno die quinꝗ millia omne genus ferarum.

Vt ſi quis unquã, pro ut qui maxime

NAtura autem beneuolentiſsimus, cum ex inſtituto Tiberij, omnes dehinc Cæſa- 8
res beneficia à ſuperioribus conceſſa principibus, aliter rata non haberent, ꝙ ſi eadem ijſdem & ipſi dediſſent, primus præterita omnia uno confirmauit edicto: nec à ſe peti paſſus eſt. In cæteris uero deſiderijs hominum obſtinatiſſime tenuit, ne quem ſine ſpe dimitteret. quin & admonentibus domeſticis, quaſi plura polliceretur quàm præſtare poſſet: Non oportere, ait, quenquam à ſermone principis triſtem diſcedere. Atꝗ etiam recordatus quondam ſuper cœnam, quòd nihil cuiquam toto die præſtitiſſet, memorabilem illam meritoꝗ laudatã uocem edidit: Amici, diem perdidi. Populum in primis uniuerſum tanta per omnes occaſiones comitate tractauit, ut propoſito gladiatorio munere, non ad ſuum, ſed ad ſpectantiũ arbitrium editurum ſe profeſſus ſit. Et planè ita fecit. Nã neꝗ negauit quicꝗ petentibus: & ut quę uellent peterent, ultro adhortatus eſt. Quin & ſtudium armaturæ Thracum præ ſe ferens, ſæpe cum populo & uoce & geſtu, ut fautor, cauillatus eſt: uerum maieſtate ſalua, nec minus ęquitate. Ne quid popularitatis prætermitteret, nonnunquam in thermis ſuis admiſſa plebe lauit. Quædam ſub eo fortuita ac triſtia acciderunt, ut conflagratio Veſeui montis in Campania, & incendium Romæ per triduum, totidemꝗ noctes. Item peſtilentia quanta non temere aliàs. In his tot aduerſis ac talibus, non modo principis ſolicitudinem, ſed & parentis affectum unicum præſtitit, nunc conſolando per edicta, nunc opitulando quatenus ſuppeteret facultas. Curatores reſtituendæ Campaniæ è conſularium numero ſorte duxit. Bona oppreſſorum in Veſeuo, quorum hæredes non extabant, reſtitutioni afflictarum ciuitatum attribuit. Vrbis incendio nihil niſi ſibi publicè periſſe teſtatus, cuncta prætoriorum ſuorum ornamenta operibus ac templis deſtinauit: præpoſuitꝗ complures ex equeſtri ordine, quo quæꝗ maturius peragerentur. Medendæ ualetudini, leniendisꝗ morbis, nullam diuinam humanamꝗ opem non adhibuit, in-

Medendæ ualetudini

quiſito

inquiſito omni ſacrificiorum remediorumq; genere. Inter aduerſa temporum, & de-
latores mandatoresq; erant ex licentia ueteri: hos aſsidue in foro flagellis ac fuſtibus
cæſos, ac nouiſsime traductos per amphitheatri arenam, partim ſubijci in ſeruos ac ue- Traducere
nire imperauit, partim in aſperrimas inſularum auehi. Vtq; etiam ſimilia quandoq; au-
ſuros perpetuò coerceret, uetuit inter cætera de eadem re pluribus legibus agi, quæ-
riue de cuiuſquam defunctorum ſtatu ultra certos annos.

9 POntificatum maximũ ideo ſe profeſſus accipere, ut puras ſeruaret manus, fidem
præſtitit, nec autor poſthac cuiuſquã necis, nec conſcius, quãuis interdũ ulciſcen-
di cauſa non deeſſet, ſed periturũ ſe potius, quàm perditurum adiurans. Duos patricij ge-
neris conuictos in affectatione imperij, nihil amplius quàm ut deſiſterent, monuit, dicẽs,
principatum fato dari: ſi quid præterea deſiderarent, promittens ſe tributurum. & cõ-
feſtim quidẽ ad alterius matrẽ, quæ procul aberat, curſores ſuos miſit, qui anxiæ filiũ Curſores
ſaluũ nuntiarent. Cæterũ ipſos non ſolum familiari cœnæ adhibuit, ſed & inſequenti
die gladiatorum ſpectaculo circa ſe ex induſtria collocatis, oblata ſibi ornamenta pu-
gnantium inſpiciẽda porrexit. Dicitur etiam cognita utriuſq; genitura, imminere am-
bobus periculum affirmaſſe, uenturum quandoq; & ab alio, ſicut euenit. Fratrem inſi-
diari ſibi non deſinentẽ, ſed pene ex profeſſo ſolicitantẽ exercitus, meditantem fugã,
nec occidere, neq; ſeponere, ac ne in minore quidem honore habere ſuſtinuit: ſed ut à
primo imperij die, conſortem ſucceſſoremq; teſtari perſeuerauit: nõnunquam ſecretò
lachrymis & precibus orans, ut tandem mutuo erga ſe animo uellet eſſe.

10 INter hæc morte præuẽtus eſt, maiore hominum damno quàm ſuo. Spectaculis ab-
ſolutis, in quorum fine populo coram ubertim fleuerat, Sabinos petit aliquanto tri-
ſtior: quòd ſacrificanti hoſtia aufugerat, quodq; tempeſtate ſerena tonuerat. Deinde ad
primam ſtatim manſionem febrim nactus, cum inde lectica trãsferretur, ſuſpexiſſe di-
citur dimotis plagulis cœlum, multumq; conqueſtus, eripi ſibi uitam immerẽti. Neq;
enim extare ullum ſuum factum pœnitendum, excepto duntaxat uno: id quale fuerit,
neq; ipſe tunc prodidit, neq; cuiquam facile ſuccurrit. Quidam opinantur conſuetudi-
nem recordatũ, quam cum fratris uxore habuerit: ſed nullam habuiſſe perſancte Do-
mitia iurabat, haud negatura, ſi qua omnino fuiſſet: imò etiam gloriatura, quod illi
promptiſsimum erat in omnibus probris.

11 EXceſsit in eadem qua pater uilla, Idibus Septembris, poſt biennium, ac menſes
duos, dieſq; XX. quàm ſucceſſerat patri, altero & quadrageſimo ætatis anno. Quod
ut palàm factum eſt, non ſecus atq; in domeſtico luctu mœrentibus publicè cunctis,
ſenatus prius quàm edicto cõuocaretur, ad curiã cucurrit: obſeratiſq; adhuc foribus,
deinde apertis, tantas mortuo gratias egit laudeſq;, quantas cõgeſsit ne uiuo quidem
unquam atq; præſenti.

C. SVETONII TRANQVILLI

FLAVIVS DOMITIANVS

DOMITIANVS natus eſt IX Calen. Nouẽbris, patre COS.
deſignato, inituroq; menſe inſequẽti honorem, regione ur-
bis ſexta ad Malum punicum, domo, quam poſtea in tem-
plum gẽtis Flauiæ cõuertit. Pubertatis ac primæ adoleſcen-
tiæ tẽpus tãta inopia, tantaq; infamia geſsiſſe fertur, ut nul-
lum uas argenteũ in uſu haberet. Satiſq; conſtat, Clodium
Pollionẽ prætoriũ uirũ, in quem eſt poema Neronis, quod
inſcribit Luſcio, chirographũ eius conſeruaſſe, & nonnunquàm
protuliſſe, noctem ſibi pollicentis: nec defuerunt, qui affir-
marent corruptũ Domitianum & à Nerua, ſucceſſore mox

ſuo. Bello Vitelliano confugit in Capitoliũ cum patruo Sabino, ac parte præſentium copiarũ: ſed irrumpentibus aduerſarijs, & ardente tẽplo, apud æditũ clàm pernoctauit: ac mane Iſiaci celatus habitu, interq; ſacrificulos uanæ ſuperſtitionis, cum ſe trans Tiberim ad condiſcipuli ſui matrẽ comite uno contuliſſet, ita latuit, ut ſcrutãtibus qui ueſtigia ſubſecuti erant, deprehendi nõ potuerit. Poſt uictoriã demum progreſſus, & Cæſar cõſalutatus, honorẽ præturæ urbanæ cum cõſulari poteſtate ſuſcepit titulo tenus, quam iuriſdictionẽ ad collegam proximũ tranſtulit. Cæterũ omnem uim dominationis tam licẽter exercuit, ut iam tum qualis futurus eſſet, oſtenderet. Ne exequar ſingula, contrectatis multorũ uxoribus, Domitiam Longinam Aelio Lamiæ nuptam, etiam in matrimonium abduxit, atq; uno die ſuper XX urbana officia atq; peregrina diſtribuit, mirari ſe Veſpaſiano dictitante, quòd ſucceſſorem non & ſibi mitteret.

Sacrificuli

EXpeditionem quoq; in Galliam Germaniasq;, neq; neceſſariam, & diſſuadentibus paternis amicis inchoauit, tantum ut fratri ſe & operibus & dignatione adæquaret. Ob hæc correptus, quo magis ætatis & conditionis admoneretur, habitabat cum patre unà, ſellamq; eius ac fratris quoties prodirent, lectica ſequebatur: ac triumphum utriuſq; Iudaicum, equo albo comitatus eſt. In ſex conſulatibus, non niſi unum ordinarium geſsit, eumq; cedente & ſuffragante fratre. Simulauit & ipſe mire modeſtiam: in primisq; poeticæ ſtudium, tam inſuetum antea ſibi, quàm poſtea ſpretum & abiectum, recitauitq; etiam publice. Nec tamen eo ſecius, cum Vologeſus Parthorum rex auxilia aduerſus Alanos, ducemq; alterum ex Veſpaſiani liberis depopoſciſſet, omni ope contendit ut ipſe potiſsimum mitteretur. Et quia diſcuſſa res eſt, alios Orientis reges, ut idem poſtularent, donis ac pollicitationibus ſolicitare tentauit. Patre defuncto, diu cunctatus an duplum donatiuum militi donaret, nunq; iactare dubitauit, relictum ſe principem imperij, ſed fraudem teſtamento adhibitam. Neq; ceſſauit ex eo inſidias ſtruere fratri clàm palamq;, quoad correptum graui ualetudine prius ꝙ planè efflaret animam, pro mortuo deſeri iuſsit: defunctumq; nullo præter quam conſecrationis honore dignatus, ſæpe etiam carpſit obliquis orationibus & edictis. 2

Dignatio, pro dignitate

INter initia principatus, quotidie ſecretum ſibi horariũ ſumere ſolebat: nec quicquã amplius quàm muſcas captare, ac ſtylo præacuto configere: ut cuidam interrogãti, eſſet ne quis intus cũ Cæſare, nõ abſurde reſpõſum ſit à Vibio Criſpo, Ne muſca quidem. Deinde uxorem ſuam Domitiã, ex qua in ſecundo ſuo conſulatu filium tulerat, alteroq; anno conſalutauerat ut Auguſtam, eandem Paridis hiſtrionis amore deperditam, repudiauit: intraq; breue tempus impatiens diſsidij, quaſi efflagitante populo reduxit. Circa adminiſtrationem imperij aliquandiu ſe uarium præſtitit, mixtura quoq; inæquabili uitiorum atq; uirtutum, donec uirtutes quoq; in uitia deflexit: quantũ conijectare licet, ſuper ingenij naturam, inopia rapax, metu ſæuus. 3

Deperdita amore

SPectacula magnifica aſsiduè, & ſumptuoſa edidit: nõ in amphitheatro modo, uerum & in circo: ubi præter ſolennes bigarũ quadrigarũq; curſus, prælium duplex etiã, equeſtre ac pedeſtre cõmiſit: atq; in amphitheatro nauale quoq;. nam uenationes gladiatoresq; & noctibus ad lychnuchos, nec uirorum modo pugnas, ſed & fœminarum. Præterea quæſtorijs muneribus, quæ olim omiſſa reuocauerat, ita ſemper interfuit, ut populo poteſtatẽ faceret bina paria è ſuo ludo poſtulandi, quæ nouiſsime aulico apparatu induceret. Ac per omne gladiatorũ ſpectaculũ ante pedes eius ſtabat puerulus coccinatus, portentuoſo paruoq; capite, cum quo plurimũ fabulabatur, nonnunquam ſerio. auditus eſt certe, dum ex eo quærit, ecquid ſciret, & quid ſibi uiſum eſſet ordinatione proxima Aegypto præficere Metium Rufum. Edidit nauales pugnas pene iuſtarum claſsium, effoſſo & circunſtructo iuxta Tiberim lacu, atq; inter maximos imbres proſpectauit. Fecit & ludos ſeculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proximè, ſed olim Auguſtus ediderat. In his Circẽſium die, quò facilius centum miſſus peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſpatijs ad quina corripuit. Inſtituit & quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex, muſicum, equeſtre, gymnicũ, & aliquanto plurium quàm nunc eſt coronarum. Certabant etiam & proſa oratione Græce Latineq;, ac præter citharœdos chorocithariſtæ quoq; & pſallocithariſtæ. In ſtadio uero curſu etiam uirginis certamini præſedit crepidatus, purpureaq; amictus 4

Puerulus, pro puellus

toga græcanica, capite geſtans coronam auream cum effigie Iouis, ac Iunonis, Mineruæq;, aſsidentibus Diali ſacerdote, & collegio Flauialiũ pari habitu, niſi quòd illorum coronis inerat & ipſius imago. Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria Mineruæ, cui collegium inſtituerat: ex quo ſorte ducti magiſterio fungerẽtur, redderẽtq; eximias uenationes, & ſcenicos ludos, ſuperq; oratorum ac poetarum certamina. Congiarium populo nummorum trecenorum ter dedit: atq; inter ſpectacula muneris largiſsimum epulum. Septimontiali ſacrorum quidem die, ſenatui equitiq; panarijs, plebei ſportellis cum obſonio diſtributis, initiũ ueſcẽdi primus fecit: dieq; proximo omne genus rerum miſsilia ſparſit: & quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtris ac ſenatorij ordinis pronuntiauit.

5 PLurima & ampliſsima opera incendio abſumpta reſtituit, in quis & Capitolium, quod rurſus arſerat: ſed omnia ſub titulo tantũ ſuo, ac ſine ulla priſtini autoris memoria. Nouam autem excitauit ædem in Capitolio cuſtodi Ioui, & forum quod nunc Neruæ uocatur. Item Flauiæ templum gẽtis, & ſtadium, & odeum, & naumachiam: è cuius poſtea lapide maximus circus, deuſtis utrinq; lateribus extructus eſt.

6 EXpeditiones partim ſponte ſuſcepit, partim neceſſariò: ſponte in Cattos, neceſſariò unam in Sarmatas, legione cum legato ſimul cæſa. In Dacos duas, primã Oppio Sabino conſulari oppreſſo, ſecundam Cornelio Fuſco præfecto cohortium prætorianarum, cui belli ſummam cõmiſerat. De Cattis Daciſq; poſt uaria prælia duplicem triũphum egit: de Sarmatis laureã modo Capitolino Ioui retulit. Bellum ciuile motũ à L. Antonio ſuperioris Germaniæ præſide cõfecit abſens felicitate mira, cum ipſa dimicationis hora reſolutus repente Rhenus, tranſituras ad Antonium copias Barbarorum inhibuiſſet. De qua uictoria prius præſagijs, quàm nũtijs comperit. Siquidẽ ipſo quo dimicatum eſt die, ſtatuam eius Romæ inſignis aquila circumplexa pennis, clangores lætiſsimos edidit: pauloq; pòſt occiſum Antonium adeo uulgatum eſt, ut caput eius quoq; apportatum uidiſſe ſe pleriq; contenderent.

7 MVlta etiam in communi rerum uſu nouauit. Sportulas publicas ſuſtulit, reuocata cœnarum rectarum conſuetudine. Duas Circenſibus gregum factiones aurati purpureiq; panni ad quatuor priſtinas addidit. Interdixit hiſtrionibus ſcenã, intra domum quidem exercendi artem iure cõceſſo. Caſtrari mares uetuit. Spadonum, qui reſidui apud mãgones erant, pretia moderatus eſt. Ad ſummam quondam ubertatem uini, frumenti uero inopiam, exiſtimans nimio uinearum ſtudio negligi arua, edixit ne quis in Italia nouellaret: utq; in prouincijs uineta ſucciderẽntur, relicta (ubi plurimũ) dimidia parte, nec exequi rem perſeuerauit. Quædam ex maximis officijs inter libertinos militeſq; Ro. cõmunicauit. Geminari legionum caſtra prohibuit: nec plus, quàm mille nummos à quoquam ad ſigna deponi: quòd L. Antonius apud duarum legionum hyberna res nouas moliens, fiduciam cepiſſe etiam ex depoſitorum ſumma uidebatur. Addidit & quartum ſtipendium militi, aureos ternos. *Rectæ cœnæ*

8 IVs diligẽter & induſtriè dixit. Plerunq; & in foro pro tribunali extra ordinẽ ambitioſas centumuirorum ſententias reſcidit. Recuperatores, ne ſe ſemper perſuaſorijs aſſertionibus accommodarent, identidem admonuit. Nummarios iudices cum ſuo quenq; conſilio notauit. Autor & Tribunis pleb. fuit ædilem ſordidum repetũdarum accuſandi, iudiceſq; in eum à ſenatu petendi. Magiſtratibus quoq; urbicis, prouinciarumq; præſidibus coercendis, tantum curæ adhibuit, ut neq; modeſtiores unquã, neq; iuſtiores extiterint: è quibus pleroſq; poſt illum reos omnium criminum uidimus. Suſcepta morum correctione, licentiam theatralem promiſcuè in equite ſpectandi inhibuit. Scripta famoſa uulgoq; edita, quibus primores uiri ac fœminæ notabantur, aboleuit non ſine autorum ignominia. Quæſtorium uirum, quòd geſticulandi ſaltandiq; ſtudio teneretur, mouit ſenatu. Probroſis fœminis lecticæ uſum ademit, iuſq; capiendi legata hæreditateſq;. Equitem Ro. ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimiſſæ adulterij crimen intenderat, eraſit iudicum albo. Quoſdam ex utroq; ordine lege Scatinia condemnauit. Inceſta Veſtalium uirginum, à patre ſuo quoq; & fratre neglecta, uariè ac ſeuerè coercuit: priora capitali ſupplicio, poſteriora more ueteri. Nam cũ Ocellatis ſororibus, itẽ Varonillæ liberũ mortis permiſiſſet arbitriũ corruptoreſq; earum *Perſuaſoriæ aſſertiones* *Dimiſſæ, pro repudiatæ*

earum relegaſſet, mox Corneliam uirginem maximã, abſolutam olim, dehinc longo
interuallo repetitam atq; conuictam, defodi imperauit: ſtupratoresq; uirgis in comitio
ad necem cædi, excepto prætorio uiro: cui dubia etiamnũ cauſa, & incertis quæſtioni-
bus atq; tormẽtis de ſemet profeſſo, exiliũ indulſit. ac nequa religio deûm impune cõ-
taminaretur, monimentũ, quod libertus eius è lapidibus templo Capitolini Iouis deſti
Reliquiæ natis filio conſtruxerat, diruit per milites: oſſaq; & reliquias quæ inerant, mari merſit.

INter initia uſqueadeo ab omni cæde abhorrebat, ut abſente adhuc patre, recorda- 9
tus Vergilij uerſum: Impia quàm cæſis gens eſt epulata iuuencis,
ędicere deſtinauerit, ne boues immolarentur. Cupiditatis quoq; atq; auaritiæ uix ſuſpi
cionem ullam, aut priuatus unquam, aut princeps aliquandiu dedit, imò è diuerſo ma
gnæ ſæpe non abſtinentiæ modo, ſed etiam liberalitatis experimenta. Omnes circa ſe
largiſsime proſecutus, nihil prius aut acrius monuit, quàm nè quid ſordidè facerẽt. Re
lictas ſibi hæreditates ab ijs, quibus liberi erant, non recepit. Legatum etiam ex teſta-
mento Ruſcij Cepionis, qui cauerat ut quotannis ingredientibus curiam ſenatoribus
certam ſummam uiritim præſtaret hæres ſuus, irritum fecit. Reos qui ante quinquen-
nium proximũ apud ærariũ pependiſſent, uniuerſos diſcrimine liberauit: nec repeti,
Teneret, pro niſi intra annũ, eaq; conditione permiſit, ut accuſatori, qui cauſam non teneret, exiliũ
uinceret pœna eſſet. Scribas quæſtorios negotiantes ex conſuetudine, ſed contra Clodiam le-
gem, uenia in præteritũ donauit. Succiſiua, quæ diuiſis per ueteranos agris carptim ſu
perfuerũt, ueteribus poſſeſſoribus, ut uſucapta cõceſsit. Fiſcales calũnias magna calu
mniantiũ pœna repreſsit: ferebaturq; uox eius: Princeps q delatores nõ caſtigat, irritat.

SEd neq; in clementiæ, neq; in abſtinentiæ tenore permanſit: & tamẽ aliquanto ce 10
lerius ad ſæuitiam deſciuit, quàm ad cupiditatem. Diſcipulum Paridis pantomimi
impuberem adhuc, etiam tum maxime ægrum, quòd arte formaq; non abſimilis magi
ſtro uidebatur, occidit. Item Hermogenem Tarſenſem propter quaſdam in hiſtoria fi-
guras, librarijs etiam, qui eam deſcripſerãt, crucifixis. Patremfamiliâs, quòd Thracem
Mirmiloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è ſpectaculis in arenam, ca
nibus obiecit, cum hoc titulo: Impie locutus parmularius. Complures ſenatores, in his
aliquot conſulares interemit: ex quibus Ciuicam Cerealem in ipſo Aſiæ proconſula-
Molitores à tu, Saluidienum Orfitum, Acilium Glabrionem exilio, quaſi molitores nouarum re-
molendo rum. Cæteros leuiſsima quenq; de cauſa: Aelium Lamiam ob ſuſpicioſos quidem, ue-
rum & ueteres & innoxios iocos: quòd poſt abductam uxorem laudanti uocem ſuam;
heu taceo dixerat: quodq; Tito hortanti ſe ad alterum matrimonium reſponderat,
μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις; Saluium Cocceianum, quòd Othonis imperatoris patrui ſui
diem natalem celebrauerat: Metium Pompoſianum, quòd habere imperatoriam ge-
neſim uulgò ferebatur: & quòd depictum orbem terræ in membranas concionesq; re
gum ac ducum ex Tito Liuio circunferret: quodq; ſeruis nomina Magonis & Anni-
balis indidiſſet: Salluſtium Lucullum, Britanniæ legatum, quòd lanceas nouæ formæ
appellari Luculleas paſſus eſſet: Iunium Ruſticum, quòd Peti Traſeæ, & Eluidij Pri-
ſci laudes edidiſſet, appellaretq; eos ſanctiſsimos uiros: cuius criminis occaſione phi-
loſophos omnes urbe Italiaq; ſubmouit. Occidit & Eluidium filium, quòd quaſi ſce-
nico exodio ſub perſona Paridis & Oenones diuortium ſuum cum uxore tractaſſet:
Flauium Sabinum alterum è patruelibus, quòd eum comitiorum conſularium die,
deſtinatum perperam præco non conſulem, ad populum, ſed imperatorem pronun-
tiaſſet. Verum aliquanto poſt ciuilis belli uictoriã ſæuior, pleroſq; partis aduerſæ, du-
dum etiam latentes conſcios, inueſtigato nouo quæſtionis genere diſtorſit, immiſſo
per obſcœna igne. Nonnullis & manus amputauit. Satiſq; cõſtat, duos ſolos è notio-
ribus uenia donatos, tribunum laticlauium, & centurionem, qui ſe, quo facilius exper
tes culpæ oſtenderent, impudicos probauerant: & ob id neq; apud ducem, nec apud
milites ullius momenti eſſe potuiſſe.

ERat autem non ſolum magnæ, ſed & callidæ inopinatæq; ſæuitiæ. Autorem ſum- 11
marum pridie quàm crucifigeret, in cubiculum uocauit, aſsidere in thoro iuxtà
coegit, ſecurum hilaremq; dimiſit, partibus etiam de cœna dignatus eſt. Aretinũ Cle-
mentem conſularem uirum, è familiaribus & emiſſarijs ſuis capitis condemnaturus, in
eadem

eadem uel etiã in maiore gratia habuit, quoad nouiſsime ſimul geſtanti cõſpecto delatore eius: Vis, inquit, hunc nequiſsimũ ſeruũ cras audiamus? Et quo conteptius abuteretur patientia hominũ, nunquam triſtiorem ſententiã ſine præfatione clementiæ pronuntiauit, ut nõ aliud iam certius atrocis exitus ſignũ eſſet, quam principij lenitas. Quoſdam maieſtatis reos in curiam induxerat: & cum prædixiſſet experturũ ſe illa die quam charus ſenatui eſſet, facilè perfecerat, ut etiam more maiorum puniendi cõdemnarentur: dein de atrocitate pœnę conterritus, ad leniẽdam inuidiã interceſsit his uerbis (neque enim ab re fuerit ipſa cognoſcere) Permittite Patres Cõſcripti à pietate ueſtra impetrari, quod ſcio me difficulter impetraturũ, ut damnatis liberũ mortis arbitriũ indulgeatis. Nam & parcetis oculis ueſtris, & intelligent me omnes ſenatui interfuiſſe.

12 EXhauſtus operum ac munerum impenſis, ſtipendioque quod adiecerat, tentauit quidem ad releuandos caſtrenſes ſumptus militum numerũ diminuere. Sed cum obnoxium ſe Barbaris per hoc animaduerteret, neque ſecius eo in explicãdis oneribus omnibus hæreret, nihil penſi habuit quin prædaretur omni modo. bona uiuorum ac mortuorũ uſquequaque, quolibet & accuſatore & crimine, corripiebãtur. Satis erat obijci qualecunque factum dictumque aduerſus maieſtatem principis. Confiſcabantur alieniſsimæ hæreditates, uel exiſtente uno qui diceret, audiſſe ſe ex defuncto cum uiueret, hæredem ſibi Cæſarem eſſe. Præter cæteros Iudaicus fiſcus acerbiſsime actus eſt: ad quem deferebantur, qui uelut profeſsi, Iudaicam intra urbem uiuerent uitam, uel diſsimulata origine impoſita genti tributa non pependiſſent. Interfuiſſe me adoleſcentulũ memini, cum à procuratore frequentiſsimoque cõſilio inſpiceretur nonagenarius ſenex an circunſectus eſſet. Ab iuuenta minime ciuilis, animi confidens etiam, & tum uerbis, tum rebus immodicus, Cenidi patris concubinæ ex Hiſtria reuerſæ, oſculumque ut aſſueuerat offerenti, manum præbuit. Generum fratris indignè ferẽs albatos & ipſum miniſtros habere, proclamauit, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

13 PRincipatũ uero adeptus, neque in ſenatu iactare dubitauit, & patri ſe & fratri imperium dediſſe, illos ſibi reddidiſſe: neque in reducẽda poſt diuortiũ uxore edicere, uocatã eam in puluinar ſuũ. acclamari etiã in amphitheatro epulari die libenter audijt, domino & dominæ feliciter. Sed & Capitolino certamine cũctos ingenti cõſenſu precantes ut Palſuriũ Suram reſtitueret, pulſum olim ſenatu, ac tunc de oratoribus coronatum, nullo reſponſo dignatus, tacere tantummodo iuſsit uoce præconis. Pari arrogantia cùm procuratorũ ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpit: Dominus & deus noſter ſic fieri iubet: unde inſtitutum poſthac, ut ne ſcripto quidem ac ſermone cuiuſquã appellaretur aliter. Statuas ſibi in Capitolio non niſi aureas & argenteas poni permiſit, ac ponderis certi. Ianos arcusque cum quadrigis & inſignibus triumphorũ per regiones urbis, tãtos aut tot extruxit, ut cuidam græce inſcriptum arcui ſit, Aream & Caluitium. Conſulatus XVII. cepit, quot ante eum nemo. Ex quibus ſeptem medios continuauit: omnes autem pene titulo tenus geſsit, nec quenquam ultra Cal. Maij: plures ad Idus uſque Ianuarias. Poſt autem duos triũphos, Germanici cognomine aſſumpto, Septembrem menſem & Octobrem ex appellationibus ſuis, Germanicum Domitianũque tranſnominauit: quod altero ſuſcepiſſet imperiũ, altero natus eſſet. *Formalis epiſtola* *Tranſnominauit*

14 PEr hæc terribilis cũctis & inuiſus, tandem oppreſſus eſt amicorum libertorumque intimorum conſpiratione, ſimul & uxoris. Annum diemque ultimum uitæ iampridem ſuſpectum habebat, horam etiam, nec non & genus mortis. Adoleſcentulo Chaldæi cuncta prædixerant. Pater quoque ſuper cœnam quandam fungis abſtinentem palam irriſerat, ut ignarum ſortis ſuæ, quòd non ferrum potius timeret. Quare pauidus ſemper atque anxius, minimis etiam ſuſpitionibus præter modum cõmouebatur, ut edicti de excidendis uineis propoſiti, gratiam facere non alia magis re compulſus credatur, quàm quòd ſparſi libelli cum his uerſibus erant,

Κὴν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσον ἐπισπεῖσαι καίσαρι θυομένῳ.

Eadem formidine oblatum à ſenatu nouum & excogitatũ honorem, quanquam omnium taliũ appetentiſsimus, recuſauit: quo decretũ erat, ut quoties gereret conſulatũ, equites Ro. quibus ſors obtigiſſet, trabeati, & cum haſtis militaribus pręcederent eum

inter

inter lictores apparitoresq;. Tẽpore quoq; ſuſpecti periculi appropinquãte, ſolicitior in dies, porticuum in quibus ſpatiari conſueuerat, parietes Phengite lapide diſtinxit: è cuius ſplendore per imagines quicquid à tergo fieret, prouideret. Et nec niſi ſecreto, atq; ſolus pleraſq; cuſtodias, receptis quidem in manu catenis audiebat: utq; domeſticis perſuaderet, ne bono quidem exemplo audendam eſſe patroni necem, Epaphroditum à libellis, capitali pœna condemnauit, quòd poſt deſtitutionem Nero in adipiſcenda morte manu eius adiutus exiſtimabatur.

DEniq; Flauium Clementem patruelem ſuũ contemptiſsimæ inertiæ, cuius filios etiamnũ paruulos ſucceſſores palàm deſtinauerat, & abolito priore nomine, alterum Veſpaſianum appellari iuſſerat, alterum Domitianum, repente ex tenuiſsima ſuſpicione tantũ non ipſo eius cõſulatu interemit, quo maxime facto maturauit ſibi exitum. Continuis octo mẽſibus tot fulgura facta nuntiataq; ſunt, ut exclamauerit, Feriat iam quem uolet. Tactum de cælo Capitolium, templumq; Flauiæ gentis: Item domus Palatina, & cubiculum ipſius, atq; etiam è baſi ſtatuæ triũphalis titulus excuſſus ui procellæ in monimentũ proximum decidit. Arbor, quæ priuato adhuc Veſpaſiano euerſa ſurrexerat, tunc rurſus repente corruit. Præneſtina Fortuna, toto imperij ſpatio annum nouum cõmendanti, lætam eandemq; ſemper ſortem dare aſſueta, extremo triſtiſsimam reddidit, nec ſine ſanguinis mentione. Mineruam, quam ſuperſtitioſe colebat, ſomniauit excedere ſacrario, negantemq; ultra ſe tueri eum poſſe, quòd exarmata eſſet à Ioue. Nulla tamen re perinde commotus eſt, quàm reſponſo, caſuq; Aſcletarionis mathematici. Hunc delatum, nec inficiantẽ iactaſſe ſe, quæ prouidiſſet ex arte, ſciſcitatus eſt, quis ipſum maneret exitus: & affirmantem fore ut breui laceraretur à canibus, interfici quidem ſine mora, ſed ad coarguendam temeritatem artis, ſepeliri quoq; accuratiſsime imperauit. Quod cum fieret, euenit, ut repentina tempeſtate deiecto funere, ſemiuſtum cadauer diſcerperent canes, idq; ei cœnanti à mimo Latino, qui prætериens forte animaduerterat, inter cæteras diei fabulas referretur. 15

Tantũ nõ, pro propemodum

Perinde quàm.

Sciſcitatus eſt illum

PRidie quàm periret, cum oblatos tuberes ſeruari iuſsiſſet in craſtinũ, adiecit ſi modo uti licuerit. Et conuerſus ad proximos, affirmauit fore ut ſequẽti die luna ſe in aquario cruentaret, factumq; aliquod exiſteret de quo loquerentur homines per terrarum orbem. At circa mediã noctem ita eſt exterritus, ut ex ſtrato proſiliret: dehinc mane aruſpicem ex Germania miſſum, qui conſultus de fulgure, mutationem rerum prædixerat, audijt condemnauitq;: ac dum exulceratam in fronte uerrucam uehementius ſcalpit, profluente ſanguine: Vtinam, inquit, hactenus. Tunc horas requirẽti, pro quinta, quam metuebat, ſexta ex induſtria nuntiata eſt. His uelut tranſacto iam periculo lætum feſtinantemq; ad corporis curam, Parthenius cubiculo præpoſitus cõuertit, nuntians, eſſe qui magnum neſcio quid afferret, nec differendum. Itaq; ſummotis omnibus in cubiculum ſe recepit, atq; ibi occiſus eſt. 16

Corporis cura

DE inſidiarum cædiſq; genere hæc ferè diuulgata ſunt: Cunctantibus conſpiratis, quando, & quomodo, id eſt, lauantem'ne an cœnantẽ aggrederẽtur, Stephanus Domicillæ procurator, & tunc interceptarũ pecuniarũ reus, conſiliũ operamq; obtulit: ac ſiniſteriore brachio uelut ægro, lanis faſcijſq; per aliquot dies ad auertendam ſuſpicionem obuoluto, ad ipſam horã dolum interiecit: profeſſuſq; conſpirationis indicium, & ob hoc admiſſus, legenti traditũ à ſe libellũ, & attonito ſuffodit inguina. Saucium ac repugnantem adorti Clodianus Cornicularius, & Maximus Parthenij libertus, & Saturius decurio cubiculariorum, & quidam è gladiatorio ludo, uulneribus ſeptem contrucidauerunt. Puer, qui curæ larium cubiculi ex conſuetudine aſsiſtens interfuit cædi, hoc amplius narrabat, ſe iuſſum à Domitiano ad primũ ſtatim uulnus pugionem puluino ſubditum porrigere, ac miniſtros uocare, neq; ad caput quicq; excepto capulo, & præterea omnia clauſa reperiſſe: atq; illum interim correpto, deductoq; ad terrã Stephano, colluctatũ diu, modo ferrũ extorquere, modo, quanq; laniatis digitis, oculos effodere conatum. Occiſus eſt XIIII. Cal. Octobris, anno ætatis XLV. imperij XV. Cadauer eius populari ſandapila per ueſpillones exportatũ, Phyllis nutrix in ſuburbano ſuo Latina uia funerauit: ſed reliquias templo Flauiæ gentis clàm intulit, cineribuſq; Iuliæ filiæ Titi, quam & ipſa educauerat, commiſcuit. 17

Statura

18 STatura fuit procera, uultu modeſto, ruborisq́ pleno, grādibus oculis, uerum acie hebetiore: præterea pulcher ac decens, maxime in iuuenta, & quidem toto corpore, exceptis pedibus: quorum digitos reſtrictiores habebat, poſtea caluitio quoq; deformis, & obeſitate uentris, & crurum gracilitate: quæ tamen ei ualetudine longa remacruerant. Commendari ſe uerecundia oris adeo ſentiebat, ut apud ſenatū ſic quondam iactauerit: Vſq; adhuc certe animum meum probaſtis, & uultum. Caluitio ita offendebatur, ut in contumeliam ſuam traheret, ſi cui alij ioco uel iurgio obiectaretur: quamuis libello, quem de cura capillorum ad amicum edidit, etiam illum ſimul, ſeq; conſolans inſeruerit, οὐχ ὁρᾷς, οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε. Eadem remanent mecum capillorum fata, & forti animo fero comam in adoleſcentia ſeneſcentem. Scias nec gratius quicquam decore, nec breuius. *Vſq; adhuc, pro hucuſq;*

19 LAboris impatiens, per urbem pedibus non temerè ambulauit. In expeditione & agmine, equo rarius, lectica aſsidue uectus eſt. Armorum nullo, ſagittarū uel præcipuo ſtudio tenebatur. Centenas uarij generis feras ſæpe in Albano ſeceſſu cōficientem ſpectauere pleriq;, atq; etiam ex induſtria ita quarūdam capita figentē, ut duobus ictibus quaſi cornua efficeret. Nonnunq; in pueri procul ſtantis præbentisq; pro ſcopulo diſpanſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum innocue euaderent.

20 LIberalia ſtudia in initio imperij neglexit, quanquam bibliothecas incendio abſumptas impenſiſsiſsimè reparare curaſſet, exemplaribus undiq; petitis, miſsisq; Alexandriam qui deſcriberent, emendarentq;. Nunquā tamen aut hiſtoriæ carminibusúe cognoſcendis operam ullam, aut ſtylo uel neceſſario dedit. præter commentarios, & acta Tiberij Cæſaris nihil lectitabat: epiſtolas oratiōesq; & edicta alieno formabat ingenio, ſermonis tamen nec inelegantis. Dictorum interdum etiam notabilium, Vellem, inquit, tam formoſus eſſe, quàm Metius ſibi uidetur: & cuiuſdam caput uarietate capilli ſubrutilum & incanum, perfuſam niuem mulſo dixit. *Notabile, in bonam partem*

21 COnditionē principū miſerrimā aiebat: quibus de coniuratione cōperta non crederetur, niſi occiſis. Quoties otiū eſſet, alea ſe oblectabat, etiam profeſtis diebus, matutinisq; horis: ac lauabat de die, prandebatq; ad ſatietatē, ut non temere ſuper cœnam præter Martianum malum, & modicam in ampulla potiūculam ſumeret. Conuiuabatur frequenter ac largè, ſed penè raptim, certe non ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea comeſſaretur. Nam ad horam ſomni nihil aliud quàm ſecreto ſolus deambulabat. *Nihil aliud q̃, pro tantum modo*

22 LIbidinis nimiæ, aſsiduitatem concubitus uelut exercitatiōis genus clinopalen uocabat. Eratq; fama quaſi concubinas ipſe diuelleret, nataretq; inter uulgatiſsimas meretrices. Fratris filiam adhuc uirginem oblatam in matrimoniū ſibi, cum deuictus Domitiæ nuptijs pertinaciſsime recuſaſſet, non multo poſt alij collocatam ultro corrupit: & quidem uiuo etiam tum Tito: mox patre ac uiro orbatam, ardētiſsime palàq; dilexit, ut etiam cauſa mortis extiterit coactæ conceptum à ſe abigere.

23 OCciſum eum, populus indifferenter, miles grauiſsime tulit, ſtatimq; eum diuum appellare conatus: paratus & ulciſci, niſi duces defuiſſent: quod quidem paulo poſt fecit, expoſtulatis ad pœnam pertinaciſsime cædis autoribus. Contrà, ſenatus adeo lætatus eſt, ut repleta certatim curia non temperaret, quin mortuum contumelioſiſsimo atq; acerbiſsimo acclamationū genere laceraret: ſcalas etiam inferri, clypeosq; & imagines eius coràm detrahi, & ibidem ſolo affligi iuberet: nouiſsime eradendos ubiq; titulos, abolendamq; omnem memoriam decerneret. Ante paucos quàm occideretur menſes, cornix in Capitolio elocuta eſt, ἔσται πάντα καλῶς. Nec defuit qui oſtentum ſic interpretaretur:

Nuper Tarpeio quæ ſedit culmine cornix,
Eſt bene non potuit dicere, dixit, erit.

Ipſum etiam Domitianum ferunt ſomniaſſe gibbam ſibi pone ceruicem auream enatam, pro certoq; habuiſſe: beatiorem poſt ſe lætioremq; portendi reip. ſtatum: ſicut ſanè breui euenit abſtinentia & moderatione inſequentium principum.

DIONIS CASSII NICAEI

NERVA COCCEIVS

GEOR. MERVLA ALEXANDRINO INTERPRETE

POST Domitiani cædem Romæ Cocceius Nerua imperator deſignatur. Flagrabant adhuc odio in Domitianum ciues: quare ſtatuæ omnes tum aureæ, tum argenteæ in illius honorem conſtitutæ, ſubito conflatæ fuerunt. Arcus præterea in eiuſdem unius titulum & nomen ſubſtructi, euertũtur. Cæterum Nerua omneis qui impietatis in deos rei fuerãt, eos abſolui uoluit, exules in patriam reduxit. Serui atq; libertorum plurimi dominis atq; patronis inſidias fecerant, uerum hos ad unũ occidi imperauit. Et ne ſerui de cætero dominos criminarentur, edicto uetuit: neúe liceret aut impietatis, aut Iudaicæ ſectæ quempiam dehinc inſimulari. Multorum tamen nomina falsò delata, inter quos Sura philoſophus condemnatus fuit. Deinde non leui de cauſa aut fortuitò tumultus oritur, ſed quia ex libidine quorundã multi iniuſtè accuſarentur. quare Fronto conſul propalàm dixiſſe fertur: Malũ eſſe eum imperare, ſub quo nemini quippiam cõceſſum ſit: ſed longe peius ſub eo uiuere, ſub quo maxime liceat. Quæ uerba poſteaquam Neruæ nuntiata fuerũt, ne talia deinceps fierent magnopere curauit. Erat is per ſenectutem paulo imbecillior, graui inſuper morbo affectus, cibum ferè euomebat: ſed ne ſibi ſtatuæ ex auro ſiue argento conſtituerentur, omnino recuſauit. Permultos Domitianus dum imperaret, bonis atq; fortunis iniuſte ſpoliauerat: quibus per uim ablata, reſtitui duntaxat ea uoluit, quæ in aula reperta fuiſſent. Ad ſuſtentandam ciuium uitam decies & quinquagies centena milia nummûm erogauit, & quoſdam ſenatorij ordinis delegit, qui agros emerent, eosq; egenis diuiderent. Pecuniæ inops factus, ueſtes primum & uaſa aurea atq; argentea, pretioſam præterea ſupellectilem, ſiue ſua propria, ſiue publica & regia foret, auctioni ſubiecit. Agros, item ingenteis domos, & omnia demum, præter admodum neceſſaria, uendidit. Nihilo tamen ſegnior in iuuandis & extollendis amicis erat: complurıbus ingentia beneficia contulit. Sed ut impendia contraheret, ſacrificia non pauca, equorum curſus atq; certamina, nec minus ſpectacula quædam ſuſtulit. In curia illud iurauit, ſuo iuſſu neminẽ ſenatorũ occiſum iri. Quod ſacramentum, quamuis etiam inſidijs petitus eſſet, inuiolatum ſeruauit. Nihil unquam de ſuo arbitrio ſtatuit, ſed principes uiros in conſilium ſemper adhibebat. Leges tulit multas cum de alijs, tum maxime ne mares caſtrarẽtur, neúe fratris filiam uxorem ducere fas eſſet. Ruffum uero Virginium, quem Romanæ legiones olim imperatorem nominauerant, minime ueritus eſt, uel in conſulatu collegam aſſumere. In huius etiam ſepulchro illud quidam inſcripſere.

Chriſtianos intelligit — *Iudaica ſecta* — *Sura philoſophus* — *Frontonis conſulis dictum* — *Ruffus Virginius*

HIC SITVS RVFFVS, PVLSO QVI VINDICE QVONDAM
IMPERIVM ASSERVIT, NON SIBI SED PATRIAE.

Tanta erat illi integritatis fidutia, ut ſæpe iactauerit, ſe nihil tale feciſſe, quo minus depoſito imperio, ſecurus priuatam uitam ageret. Coniurauerat in eũ forte Craſſus Calphurnius, Craſſorum nepos. Hunc cum cæteris coniuratis dum ludi ederentur, aſſidere iuxta ſe uoluit: Neſciebant coniurationem patefactam eſſe: his gladios obtulit, quos ſcilicet inſpicerent atq; pertentarent, ſatis ne acuti forent. Re autem uera ſignificabat, non admodum ſibi curæ eſſe, ſi uel tunc eo in loco occideretur. Præfectus erat prætorij Aelianus Caſperius, quam præfecturã etiam ſub Domitiano geſſerat: hic tumultuantes prætorianos, aduerſus Neruã concitauit, hoc ſanè conſilio, ut per ſpeciem ulciſcendæ ſeditionis quoſdam eorum, ceu hoſtes Cæſaris, ad mortẽ poſceret. Sed Nerua Caſperio talia molienti adeo reſtitit, ut denudato collo iugulum confodiendum porrigeret: quanquam nihil profecit. Nam hi ferè omnes quos Caſperius deſignauerat, interfecti

Craſſus Calphurnius — *Aelianus Caſperius*

fecti ſunt. Quare cum ob ſenectam ætatē, amiſſa reuerentia, omnibus contēptui quodammodo eſſet, in Capitolium aſcendit: atq; quod felix fauſtumq; S. P. Q. R. & mihi ipſi ſit, præfatus, M. Vlpium Traianum adoptauit, moxq; in curia Cæſarem deſignat. Ad quem imperij iura atq; inſignia (præerat enim tunc Germaniæ) hoc uerſu miſit:

Traianus à Nerua adoptatus

Telis Phœbe tuis lachrymas ulciſcere noſtras.

Ita Traianus adoptatus à Nerua, deinde imperator factus eſt. Cæterum in hoc bonitas Neruæ & ſtudium in remp. maxime apparuit: Nulla intercedebat cum adoptato cognatio, imò uero propinquos & cognatos quàm plurimos habebat: publicæ tamen utilitati atq; ſaluti, ſocietatē ſanguinis poſtpoſuit. Neq; eo deterritus, quòd Traianus genere Hiſpanus, aut ex Italia oriūdus non eſſet, quodq; ante eum peregrinus & alienigena Romanum imperium non tenuiſſet. Virtutē hominis, non genus aut patriam ſpectari oportere exiſtimauit. His confectis, Nerua moritur. Imperauit anno uno, & menſibus quatuor, ac diebus nouem. Vixit autem annos quinq; & ſexaginta, menſes decem, & dies totidem.

DIONIS CASSII NICAEI

TRAIANVS NERVA

GEOR. MERVLA ALEXANDRINO INTERPRETE

TRAIANVS antequam imperiū adipiſceretur, per quietem uidit ſeniorē quendam in tunica & prætexta purpurea, cum corona, qua ſpecie pingi ſenatores ſolent, qui ſignum anulo nunc in ſiniſtrum iugulum, ac deinde in dextrum imprimeret. Vbi uero imperium aſſumpſit, edicta quædam ad ſenatum miſit, atq; illud in primis: Nunquam ſuo iuſſu bonum uirum occiſum iri, aut ignominia notari: id quod non ſolum in præſens ſacramento confirmauit, ſed per totum imperij tempus inuiolatum ſeruauit. Mox Aelianum & prætorianas cohortes, quæ ſeditionem aduerſus Neruam fecerant, quaſi operam ab eis poſceret, ad ſe uocauit, confeſtimq; uelut importunos dimiſit. Romam deinde regreſſus, multa in emendationem publicorum negotiorum, & beneficiū bonorum, quos uehementer amplexabatur, conſtituit. In puerorum alimenta in Italia duntaxat multa elargitus eſt. Cæterum Plotina uxor palatium aſcēdens, ex gradibus, ad populum conuerſa: Talis, inquit, huc ingredior, qualem etiā egredi opto. Quæ modeſte & ſancte in ſumma poteſtate ita ſe geſſit, ut de ea nullus iure conqueri potuerit. Sed Traianus tantiſper Romæ cōmoratus eſt, dum expeditionem in Dacos parauit. Quæ enim illi agerent & molirentur ſubinde reputans, indigne ferebat annua tributa ijs dependi, unde uires & opes magis augerentur, animiq; ad maiora erigerētur. Ergo Decebalus rex cum arma comparari in ſe audiret, extimuit: quippe qui nouerat antea Domitianum, non Romanum populum uictum, tunc aduerſus Romanos & Traianum imperatorem decertandum fore, cui integræ ac ſolidæ uires, robuſtum corpus, animi uigor, mores generoſi ac ſimplices ſupereſſent. Secundum enim & quadrageſimum annum agebat, cum primum imperare cœpit. In qua ætate ita ei omnia ſuppetebant, ut neq; per iuuentutem quicquā ſtulte ac temere aggrederetur: neq; item per ſenectutem langueſcente corpore ſegnis ac timidus, à magnis rebus retardaret. Nullus præterea in eo liuor, nulla malignitas: neminem omino perdere ſtuduit. Contrà uero, bonos & ſtudioſos uiros honorib. & dignitate auxit: quapropter timori aut odio nulli erat. Delatoribus operā nō dabat. Iræ ita moderabatur, ut nunq; ab ea uinceret. Ab aliena pecunia & iniuſtis cædibus iuxtà abſtinuit. Plurimū in gerendis bellis pecuniæ impendebat. Non minore tamē liberalitate & impēſa ſegnius ac animo ornamēta pacis amplexus eſt. Complura, & ualde quidem neceſſaria ædificari curauit, ut portus &

Senatorum ornatus

Plotina uxor Traiani

Traianus in Dacos

ædes publicas. Vias item muniuit:in quibus faciendis, fortunas aut ſanguinē alicuius nunquam abſumpſit. Natura magnificus & gloriæ appetens erat. Circum collapſum, ampliorem atq; etiam elegantiorem reſtituit. Quod ideo ſe feciſſe inſcripſit, ut populum Romanum capere poſſet. Amari & obſeruari ꝗ̃ timeri malebat. Cum populo benignus & manſuetus, Senatum iucundè & honorificè appellabat. Sic dilectus & charus ciuibus, hoſti duntaxat formidabilis, uenationes prætérea, conuiuia, feria & iocos frequenter cum amicis ac familiaribus exercebat. In quorum domos ſæpius uix quatuor comitantibus, etiam ſine ſatellite diuertebat: & familiarius cum his recumbens, quieſcebat. Eloquentiæ & diligentis alicuius eruditionis expers fuit:munera tamē facundi & non indocti hominis pulcherrime obibat. Nihilq; omnino erat quod optime non exerceret. Vini duntaxat appetens, & in adoleſcentulos pronus, citra calumniam habitus eſt:utpote qui nũquam ex eo turpe aut mali quicq; effecit. Nam qui uinũ uſq; ad ſatietatem biberet, ſobrius tamen erat:neq; in crimen prægrauante uino propulſus eſt. Et in maſculorũ amoribus ita ſibi temperauit, ut nihil per uim dum uoluptati obſequitur moliretur. Belli hactenus auidus & ſtudioſus, ut acceptas clades emēdaret, hoſtes exultanteis cōpeſceret, impetusq; reprimeret:& ſi qui rebellaſſent, eos armis ad obſequiũ compelleret. In augenda re familiari moderatus. Militarē etiam diſciplinam tum ſeuerè, tum remiſsè exercuit. Quare milites, id quod ſæpe antea contigerat, nunq; aut contumaces aduerſus imperia, aut elati atq; ſuperbi fuere. Igitur imperatorem iure

Decebalus rex Dacorum Decebalus rex, antè per ignominiam & metum Domitiani ferocior, magnopere reueritus eſt. Cæterum cum in Dacos exercitum Traianus duceret, anteq; caſtris hoſtium appropinquaret, magnus circumferebatur à barbaris fungus, latinis inſcriptus literis:

Buri populi erantq; qui talia uociferarentur, ſocias gentes, & Buros præcipuè, monere & hortari Traianum ut pace compoſita retro domum abiret. Nihilo tamen minus is cum hoſte conflixit ingenti edita cæde. Cum uulneribus ligamēta ſuis deeſſent, propriæ ueſti nō pepercit:quam in lacinias conſciſſam ſauciatis partitus eſt. Militibus qui in ea pugna conciderant, aras conſtitui, & annua parentalia peragi uoluit. In iuga deinde mōtium

Dacorũ regia capta contendit, & iugum ex iugo captans, ad Dacorum regiam euaſit. Hoſtes ex altera parte Luſius præfectus adortus eſt, qui cōtinuo terga dedere. Cecidere item in eo certamine permulti, complures capti. Qua iactura perculſus Decebalus, confeſtim primores

Pacis cōditiones Decebalo datæ pilatorum legatos delegit, atq; ad Traianũ miſit, qui dicerent, regem ad quaſcunq; pacis conditiones uenturum, & quæ imperata forēt, haud grauate facturũ. Tunc Traianus arma & bellica inſtrumenta, machinas præterea, eorumq; artifices ſibi tradi poſtulauit. Transfugas item omneis, & qui ad Dacos profugiſſent, ſiue Romani ſiue ſocij fuiſſent, remitti mandauit: atq; ut caſtella & arces deductis præſidijs euerteret: omni præterea terra decederet, quam de finitimis per uim cepiſſet: eos deniq; amicos & inimicos haberet, quos ſenatus cenſuiſſet. Quibus conditionibus, etſi inuitus, aſſenſus tamen Decebalus fuit. Mox ad Traianum deductus, illum humi procumbens ſuppliciter adorauit. His cōfectis Traianus in Italiam reuenit: Legatos Decebali quos ſecum duxerat, in urbem præmiſit: qui in ſenatum introducti, depoſitis armis, manibusq; in ſeruilem morem porrectis, cum multa ſupplices dixiſſent, ratificata per ſenatum pace, quam Traianus regi dederat, arma reſumpſere. Romam deinde Traianus ingreditur,

Dacicus unde Traianus & ex eo Dacicus appellari cœpit. Tum in theatrum gladiatores inducti, in certamen compoſiti ſunt:his enim magnopere delectabatur. Mimi adhuc & ſaltatores inducti fuere:è quibus unum cui Pyladæ nomen erat, præ cæteris dilexit. Sed in tanto bellorũ ſtudio & gloriæ cupidine, armorumq; cura, res urbanas nunq; deſeruit: ciuiliaq; negotia non minus intente adminiſtrabat. Siquidem ſtudio pugnæ à iure dicendo nunquã auocatus fuit. In Auguſti foro, nunc in porticu Liuiæ, & ſæpiſsime alibi pro tribunali litigantes audiuit, iudiciaq; reddidit. Interea nuntiatur Decebalum præter conuentiones & fœdera, multa ad rebellionem ſpectantia parare ac facere:quippe arma fabricare, transfugas recipere, munitiones & caſtella inſtaurare, uicinas gentes miſsis legationibus ad bellum ſolicitare:his potiſsimum infeſtus, qui ſecũ cōiurare noluiſſent. Iamq;

Iazyges Iazygum agri partem inuaſerat, quam Traianus uictor illis repetentibus minime reſtituere deinde uoluit. Ob hæc iterũ hoſtis à ſenatu iudicatur. Bellũ Traianus ſuſcepit, quod

quod tandem ſine alterius ducis opera confecit. Cæterũ Decebalus longe uiribus im-
par (nam ſi acie dimicare oportuiſſet, ſe facile uinci cognoſcebat) ad dolos & fraudes
cõuertitur, parumq; abfuit quin per inſidias Traianum tolleret. In Mœſiam delectos
perfugas mittit, qui illum per ſpeciem colloquij confoderent. Simpliciter & ex bona fi
de Traianus omnia gerebat: utpote qui ſe facilem ſine metu periculi adeuntibus præ-
beret: quare cum ſibi parum caueret, facile exiſtimabant illum per inſidias excipi poſ-
ſe. Sed rem mandatam peragere latrones nequiuere: ſiquidem unus eorum latrocinij
ſuſpectus, per tormenta continuo conſilia facinoris aperuit. Ergo cum inſidiæ nõ pro-
ceſsiſſent, Longinum, quem in prælijs haud impigrum ducem expertus fuerat, in col- *Longinus*
loquiũ uocat: perſuadetq; ut propius accedat, quaſi quæ Traianus imperaret ſine mo- *Traiani le-*
ra facturus eſſet. Appropinquantem comprehendi iuſsit, atq; propalàm quæ forent *gatus*
Traiani conſilia exquiſiuit. Mox nihil omnino fatentem, in libera cuſtodia tenuit. Inte
rea Traianum per literas monet, ſe non aliter Longinum è uinculis emiſſurũ, niſi ſibi
ignoſceret, pacemq; reconciliaret. Ad hæc Traianus media quædam reſpondit, oſten-
ditq; ſe non tanti facere Longini ſalutem, ut belli & pacis momenta in eo ponerentur.
Decebalus, & ſi iratus, animum tamen aliquantulum compreſsit, neq; ad cædem Lon
gini ſtatim prorupit. Verũ Longinus cum ſe obſeruari uideret, & ſæpius quidnam re-
rum ageret exquiri, ebibito ueneno, cuius tũc copia ſupererat, ſeipſum interemit. Per
ea tempora Traianus lapideum pontem in Iſtro fecit, opus ſanè mirãdum & maxime *Danubius la*
memorabile, cui cætera illius opera uix adæquare poſsis. Viginti ſtant ex quadrato la *pideo ponte*
pide pilæ, quarum altitudo centum & quinquaginta pedum præter fundamenta habe *iunctus*
tur. Latitudo ſexaginta pedes cõtinet. diſtant inter ſe centum & ſeptuaginta pedibus,
fornicibus uero coniunguntur. Impenſa profecto ingens, & uix credibilis. Sed illud *Iſtri amnis*
mirari conuenit, quãnam ratione & quibus uiribus, quoúe artificio in illa gurgitũ alti *natura*
tudine tamq; præcipiti fluuio, tum ſingulæ columnæ extrui ualuerint, tantarũ molum
fundamenta ſtabiliri. Vada præterea limoſa erãt: neq; amnis aliò auerti poterat. Quan
ta uero altitudo ſit aquæ, & quàm late pateat amnis, haud equidem enarrauerim. Dif-
funditur per ea loca ſpatioſus, atq; interim imbriũ mole concitatus, ripas longius ſum-
mouet: alibi uero duplo atq; interim triplo priore ſui parte maior, aut reſtagnat, aut de
fluit. Quà uero arctatur, uorticoſus & ferox, ædificia & pontes non patitur: & rurſum
liberatus anguſtijs, in pelagi formam totus expatiatur: iterumq; coit, quaſi retentus
profundior, & rapidus fertur. Arduum igitur & maxime laborioſum fuit, in ea flumi-
nis parte pontem ædificare. Ex hoc ſanè ingẽs Traiani animus arguitur, atq; adeo ma
gis, quòd nullum commeandi uſum pons præbebat. Pilæ etiamnũ extant ceu in oſten
tationem potentiæ & Cæſaris opum fabricatæ, ſimul etiam ut poſteris teſtatum mane
ret, nihil eſſe quod hominum manu, & opibus Romani imperij effici nõ poſſet. Ponte
Danubiũ ideo Traianus coniungere uoluit, ut expeditius, uel non glaciato amne præ
ſidia facultas traducendi foret, quoties Romani qui trans Danubium agerẽt, à Barba
ris bello & armis uexarentur. Ergo uelut aſtricto frigoribus fluuio, cum res depoſce-
ret, commeare licebat. Cæterum contraria ratio Adrianũ mouit. Siquidem is ueritus *Adrianus pon-*
ne pulſo Romano præſidio, aut oppreſsis legionibus, feræ & indomitæ gentes facto *tem demo-*
aditu ea loca inuaderent, quæ cis Danubium ſunt, Mœſiamq; ſubinde popularentur, *litus eſt*
ſtructuras & fornices quantæ ſuper aquam eminebant, demoliri iuſsit. Traianus uero
ponte Iſtrum tranſgreſſus, bellum magis pro fiducia uirium, quàm pro ſtudio aut indu
ſtria gerens, illic commoratus, Dacos tandem ſubegit: atq; in debellando hoſte, mul-
ta egregij ducis & fortis uiri opera edidit. Complures militum pericula intrepidi adie-
re: pugnando alij multa fortiter fecerunt. Fortè eques accepto uulnere de pugna edu-
ctus, ut ſcilicet adhibitis remedijs ſanari poſſet, deſperata ſalute protinus de taberna-
culo exiuit: nondum enim uis mali uitalia occupauerat: in acieq; conſtitutus, magna
tum iactando, tum etiam faciẽdo, animam efflauit. At Decebalus cum capta regia, ui- *Decebali mors*
cina omnis regio in poteſtatem Ro. populi ueniſſet, uſq; ad captiuitatem periclitatus,
mortem ſibi conſciuit, cuius caput deinde Romam delatum fuit. Ita Dacia iuris & di-
tionis Romanæ facta eſt. Quam mox Traianus in prouinciam redegit, urbes cõdidit,
& colonos deduxit. Regios uero theſauros, quos Decebalus ſubter uada Sargetiæ

amnis, haud procul à regia occultauerat, inuenit. Fluuium fortè rex, captiuorum duntaxat manibus & opera, de proprio curſu auerterat: atq; effoſsis ſubinde uadis, in ſpecu magnam uim auri & argenti occuluit, precioſiſsima quæq; & eos liquores qui recondi & ſeruari poterant eódem congerens. Quibus confectis, ne quiſpiam quæ geſſiſſet proloqui poſſet, omnes qui facti conſcij erant, occidi iuſsit. At Biculis captiuus, cui res cognita erat, abditos theſauros indicauit. Per idem tempus Palma Syriæ præfectus eam Arabiæ partem, quæ ad Petram uergit, edomuit.

Legationes ad Traianum

Traianum Romã repetentem plurimæ Barbararum gentium legationes, atq; etiam Indorum legati adiere. Spectacula magnifica per centũ & uiginti dies Romæ edidit. Iugulata ſunt aliquando mille, interim decem milia beſtiarum, partim feræ, partim mãſuetæ: & innumerabiles gladiatores decertarunt.

Via in Põtinis paludibus

Per eadem tempora in Pontinis paludibus uia ſaxo cõſtrata eſt, ſecundum quam domus ædificatæ ſunt. Pontes præterea magnifice ſtructi: improbi atq; adulterini nummi conflati ſunt.

Licinius Sura

Suræ opes

Suræ Licinio qui tunc deceſſerat, & ſepulchrũ fieri, & ſtatuam dari de publico mandauit. Eò diuitiarum atq; potentię Sura proceſſerat, ut gymnaſium Ro. populo ſuis impenſis ſubſtruxerit. Incredibilis fides & ſuprema amicitia inter utrunq; interceſſerat. Fortè inſidiarum aduerſus imperatorem Sura accuſabatur: æmuli ſubinde inſtare, remq; urgere: Tunc Traianus uel inuocatus in domũ illius cœnaturus acceſsit, dimiſsiſq; ſtipatoribus atq; ſatellitibus, medico Suræ oculos inſpiciendos, deniq; accerſito illius tonſore, mentum radendum commiſit: Vtrunq; enim ex uetere inſtituto tum Romani ciues, tum cæteri imperatores, præter unum Adrianum, facere ſoliti erãt. Hic primus Cæſarum barbã nutrire cœpit. Poſt hæc Traianus lotus accubuit, atq; poſtridie ad eos conuerſus qui Suram inſimulare non ceſſabant, Ecquid, inquit, ſi uim mihi parabat Sura, ut dicitis, cur heri me non occidit? Permulta ſanè Traianus & fecit & tentauit periclitãdi hominis gratia: & quamuis ſæpius illum quidam accuſarent, nunquam tamen induci potuit ut quicquam ab eo metueret.

Parazoniũ tribunatus inſigne

Quinetiam cum tribunatum militum ei traderet, parazoniũ quo pro dignitate accingendus erat, nudum ei porrexit: ac Talem, inquit, enſem accipe, quẽ pro me ita demum ſtrinxeris, ſi iuſtè imperauero: quòd ſi perperam quicquã per me fieri cognoueris, eo in perniciem meam utaris uelim. Statuas etiã & imagines Soſio, Palmæ & Celſo conſtituit, quos uiros præ cæteris coluit, & ſummo in honore habuit. Et ſi qui aduerſus coniuraſſent, eos cognitione ſenatui delegata, puniri uoluit. Inter reos & Craſſus nominatus erat. Bibliothecas extruxit, & in foro ingẽtem columnam ſtatuit: ſiue ut ea pro ſepulchro eſſet, ſiue in oſtentationẽ eius operis quod ille circa forum egit. Cliuus ſurgebat, quem effoſſa quoquo uerſus terra, ita complanauit, ut undiq; columna conſpiceretur: forumq; deinde in areæ modum æquatum manſit.

Columna Traiani

Poſt hæc Armenijs atq; Parthis bellum inferre ſtatuit, hunc prætextum belli faciens, quòd Armeniorum rex, diadema & cætera regni inſignia atq; iura, non ab ſe, ſed à Parthorũ rege uelut illi obnoxius ſumpſiſſet: re autem uera, cupidine magis gloriæ impulſus eſt. Nanq; ſimulac Parthorum & Armeniorum fines ingreſſus eſt, regionis ſatrapę ipſiq; mox reges cum muneribus ei occurrerũt, equumq; duxere ita edoctum ut regẽ adoraret. Nam pedes anteriores in morẽ ſupplicantis flexit, caputq; pedibus eius qui proximus eſſet ſubiecit. Traianus cum ferè uicina omĩa ſine armis & certamine ſubegiſſet, in Satala & Elegiam (Armeniæ ſunt oppida) protinus tranſiuit. Heniochorũ regem proſequutus honore eſt. Parthamaſirem qui in Armenijs regnabat, grauiter mulctauit. Ita omni potitus Armenia, reges qui ſponte deditionem feciſſent, aut in fidem ueniſſent, hos ut amicos benigne habuit: qui uero contumaces obſequiũ abnuiſſent, parereq; recuſaſſent, eos omnes paruo negocio ſubegit. Tum in honorẽ eius multa ſenatus decreuit, atq; illud in primis, ut Optimus appellaretur. Pedibus ferè ingrediebatur, cum milites per omne iter inſtructi & parati erant. Ordines nunq̃ eodem modo ductare, atq; interim aliter quàm ſuetus eſſet, inſtruere. Quoties flumina tranſeũda haberet, ipſe áuidus, pedibus ſicut miles traijciebat. Rumores de hoſte falſos plerunq; diſsipabat, etiam aduerſus ea quæ ſpeculatores expoſuiſſent. Ita milites quæ imperaſſet diligentius exequebantur, & ad omnia belli momenta parati & intrepidi erant. Niſibi & Ecbatanis mox potitus, Parthicus appellatur. Nihil tamẽ eum magis quàm cognomen Optimi iuuit,

utpote

utpote moribus & manſuetudini eius maxime conueniens. Nam reliqua bellis & armis facilius attribuas. Dum uero Antiochię Traianus ageret, atrox & funeſtus motus terræ accidit, uicinis urbibus atq; populis cladem etiam afferens: quanq; ipſa Antiochia inſigni ac publica ſtrage uaſtata fuit. Hyemabat in ea forte Traianus, atq; illic milites frequēter & priuati complures cōuenerant: alij præterea ut iura acciperent: quoſdam legationis officium, merces, & priuata compendia traxerant: quàm plurimi uiſendi imperatoris & ſpectandorū ludorum gratia confluxerant. Ita uix ulla natio aut ciuitas à detrimento & clade immunis extitit, ut planè uniuerſus terrarum orbis, & populi qui Romano parebant imperio, calamitatem ingentem acceperint. Motum terræ fulmina primum anteceſſerunt, tum uenti inſoliti atq; peregrini uehementius ſpirauere: quibus monſtris atq; prodigijs, & ſi grauia & horrenda uidebantur, nemo tamen quæ mala ſecuta ſunt, extimuit. Tum magno & repentino oborto fragore, maria ferueſcere, fluctus intumeſcere, adhuc æſtus uehementius & uiolentius inſurgere, terra omnis ſuccuti, domus ędificia contrario ictu quaſſari, diſsilire alia & ſuperne aſſultantia tecta concidere, crepitus audiebatur ingens & horribilis. Mœnia cōtrario pulſu, modo huc, modo illuc nutantia, confringi & ruere. Mare ipſum turbine contorquebatur: terra autem ubi ædificia non erant, maximo compulſa motu aſſultabat. Tetra omnia erant, ſimul contrita ligna, colliſa uaſa fictilia, & ſaxa aceruatim magno cum ſtridore proruebant. Puluis denſus atq; cōcretus excitari: tantaq; obducta caligo cuncta oppreſſerat, ut alterū uidere, alloqui, & audire minime cuiq;, imò ne ſpirare quidem ingruente uento ac puluere liceret. Multi mortales extra domos uitæ periculū adiere. præcipites tectis erumpebāt, & uelut agmine fugientes in aceruos cogebant̃. Qui omnes ceu à præcipiti loco deiecti, eliſi ſunt. Nō pauci adhuc mutilato corpore abiere. Arbores radicitus conuulſæ procubuerunt. Ingentem turbā proſtrata tecta & ſubuerſi muri obruere. Primo impetu denſi alius ſuper aliū incidētes extinguebant̃. Si qui uero lacero corpore aut lapide uel ligno cōuerberati ceſſiſſent, hi profecto omniū miſerrimi erant: utpote quibus aut uiuere, aut ſubito mori negaret̃. Non ſimplex fuit clades: ſiquidē de tanto mortaliū numero uix ſine noxa unus & alter euaſit. Videre erat hūc cōfracto humero, illū amiſſis brachijs fugere: cōplures capite adempto iacebant, quidā eliſo pectore ſanguinē euomebant: inter quos Pedo COS. qui tamē haud ita multo poſt animā emiſit. Atq; ut ſemel omnia cōplectar, nullum nō calamitatis & miſeriæ genus mortales illi ſuſtinuere. Sed diutius noctu & interdiu id agente fato, terra cōtremuit. Tūc uitæ dubij & pauore cōſternati miſeri, tanto malo remediū aut effugiū inuenire non poterant. Oblæſi tectorū caſu, paſſim moriebant̃. Et quanq; fornices & concamerata atq; uacua loca, prout caſus adegerat, tum periſtylia penſileſq; horti, intercedente ligno à morte quoſdam ſeruaſſent: hi tamen omnes durante motu, fame, et inedia priuſq; opem quiſquā ferre poſſet, cōfecti fuere. Deſinente tremore quidā ruinas aſcenderunt. Tunc mulieris uox, & infantis uagitus auditus eſt. Matrem & filium ruinæ oppreſſerant: mirandumq; fuit quo pacto alendo puero lac ſufficere potuerit. Sed mater & filius terra incolumes educti ſunt. Dū uero accuratius protrita cadauera & collapſas domos rimarentur, alter infans inuētus eſt, qui matris mortuæ ubera adhuc ſugeret. Omnibus autem qui ab excidio & clade ſuperfuerūt, ſalus ingrata, & uita moleſta extitit, cū luctuoſum urbis caſum, totq; obrutos mortales cernerent. Hac cōmuni & miſeranda populorum ſtrage, miſerrima & infeliciſſima tūc Antiochia àfflicta fuit. Traianus uero à tam fœdo diroq; periculo, per feneſtrā domus quam inhabitabat, uix ablatus eſt. Accedens enim fortè quidā humana maior effigie, illum inter exiguos tectorū lapſus incolumem ſubtraxit. Sed tanta deinceps Cæſarem formido tenuit, ut quum iam aliquot dies tremor quieuiſſet, in hippodromo ſub diuo & in publicis tabernaculis uitā ageret. Mons item Caſius ita cōcuſſus eſt, ut nutante cacumine quaſi cōuulſus in ſubiectas urbes labi exiſtimaretur. Subſedere & alij montes, quin etiam aquarū fontes nō antè uiſi emicuere. Fluuij quoq; defecerūt. Cæterū Traianus appetente iam uere, hoſtilem terrā aggredit̃: ſed regio quæ Euphratē attingit, neq; ligna, neq; cæterā materiam fabricādis idoneam nauib. ferebat. Quare nauigia in nemore circa Niſibim ędificata, ea plauſtris impoſita, in fluuiū tranſportari iuſsit. Sic enim cōpacta ęrant, ut ſoluta denuo coniungi poſſent.

Terræmotus grauiſſimus Antiochiæ

Traianus à dijs ſeruatus

Caſius mons

Ergo cum iuxta Cardynon montem, fluuium difficulter ponte iunxiſſet, Barbari continuo occurrere, totisq; uiribus tranſitu prohibere conati ſunt. Sed Traiano naues & milites ſupererant. Tunc alias ſubito conuehi & contabulari iuſſit. Antecedebant aliæ ſagittarijs oppletæ, quas ita remis inhibebăt, ne ſtatim in aduerſam ripă procurrerent: ſed uagantes, modo hanc, modo illam riparum partem petere ſimulabant. Perculſi, & quodămodo attoniti Barbari, unde tanta nauium uis ex ea terra quæ arbores non ferret, coiuiſſet, ripa fluminis cõtinuo ceſſere. Ita ſupato amne, Romani uniuerſam Adiabenorum gentem ſubigunt. Arbela, deinde Gaugamela Traianus cepit: in quorũ campis olim Alexăder debellauit Darium. oppida ſunt hæc Aſſyriæ, quam barbari s litera in t mutata Attyriă uocant. Poſt, Babylonẽ uerſus ire pergit: cui admodũ pauci per uaſtam ſolitudinem occurrere. Iampridem enim Parthorũ uires & opes, ciuilib. armis, tum etiam nouo & domeſtico diſſidio attritæ erant. Lacum bituminis ex itinere Traianus ſpectare & uiſere uoluit, ex quo muri Babylonis ædificati fuere: cuius ea uis eſt ut lateribus aut exiguis lapidibus interlitũ, ſaxo aut quouis ferro muros ſolidiores & firmiores faciat. Os præterea antri, ex quo grauis & peſtilẽs halitus reddit̃, inuiſit, quem neq; terreſtria animalia, nec cœli uolucres pati poſſunt. Nanq; ſi ſuprà deuolauerint, ſiue propius oberrauerint, olfactu ipſo ſtatim exanimes cõcidunt: quare incultus locus & à ſeipſo circũſcriptus ac deſertus manet. Similem ſpecum aliquando Hierapoli, quę ciuitas eſt Aſiæ, uidi. Eadem peſtiferi ſpiritus uis in auibus cognita fuit, atq; deſuper incubui, ut quicquid infra eſſet, deſpicerẽ. Ciſterna undiq; circũſepta ſtat, quă ſuper theatrum conſtructum eſt. ſpirat aura omnibus animantibus noxia. intereuntq; cuncta protinus quæ halitum olfactum'ue hauſerunt. Hi duntaxat impunè peſtifera alioqui ſpiramenta hauriunt, quibus genitalia exciſa ſunt. Cauſa facti incomperta mihi adhuc eſt, quanq; diligentiſſime perſcrutatus de ea fuerim. Id autem ſcribo & trado quod uidi, & quæ audiui, ut audiui. Traianus interea foſſam educere aggreſſus eſt, per quă Euphratem in Tygrim deriuaret, ſimul etiam ut nauigia faciẽdo ponti deueheret. Sed ubi Euphratis alueum Tygri multo excelſiorẽ eſſe comperit, ab incepto deſtitit, ueritus uidelicet ne Euphrates conuerſo in decliuiorem partem fluxu, extenuaretur. Satius igitur duxit plauſtris impoſitas naues, per id terræ quæ exigua interiacebat, in Tygrim trăſmittere. Pontem itaq; fecit quà Euphrates in paludes emiſſus, Tygridi miſcetur: protinusq; Cteſiphonta inuadit, quam mox recepit. Imperatori tunc Parthici cognomen, quod ante ei tributum fuerat, confirmauit ſenatus. Pręterea dies feſtos, ſupplicationes & triumphos, prout illi agere libuiſſet, decreuit. Recepta Cteſiphonte, rubrum dehinc mare nauigare inſtituit. Sinus hic ex oceano Indico in Arabiam profundit̃, quem Erythreum mare, ab Erythreo rege qui illud tenuit, poſteri appellauere. Tygris inſulam facit, in qua per ea tempora regnabat Athabilus. Eam igitur ſine certamine Traianus in poteſtatem redegit. In his tamen locis tum hyemis & fluuij rapido curſu, tum æſtu maris periclitatus eſt. Agger erat & uallũ quod Spaſini incolæ uocăt: à quibus, & ſi Athabilo parerent, benigne & pacatis animis Traianus ſuſceptus fuit. Inde ad oceanum uſque progreſſus, cognita maris natura, nauesq; cõſpicatus, Vtinam, inquit, iuuenis eſſem, & uires atq; robur ſuppeterẽt, profecto enim in fines Indorum penetrarem. Tunc de India multa cognouit, deq; gentis uictu atq; ueſtitu paulo curioſius ſciſcitatus eſt. Alexandrum felicem duxit. Iactabat ſubinde ſe ultra quàm ille penetraſſet, progreſſurum, id quod ſenatui per epiſtolam ſignificauit, ſubiungẽs, ægrè poſſe eas gentes quas deuiciſſet, in fide & officio continere, aut à ui & iniuria defendere: quanquă non ceſſaret quotidie Orientis populos armis agitare & debellare. Nomina præterea uictarum à ſe gentium ſenatui nuntiauit: quarum numerus tantus erat, ut uix recenſeri aut nominari poſſent. Triumphalis tunc arcus, præter alia multa quæ in honorem eius & decreta & facta fuerant, in illius foro ſubſtructus eſt. Iamq; ita ciues ſe ornabant, ut illi in patriam reuertenti læti & plaudentes occurrerent. Sed langueſcente corpore, deficientibus uiribus, neq; Romam redire, neq; quicquam ſuperiore uita & rebus ante geſtis dignum efficere ualuit. Imò uero præ tædio bellorum & magnitudine curarum, coactus aliqua ex parte gentes quas ſubegiſſet, liberas facere. Nă dum & oceanũ nauigat, indeq; remeat, populi ferè omnes qui ad deditionẽ cõpulſi fuerăt, facile deſciuere.

Adiabeni ſuperati

Hierapolis

Romana

Romana enim præſidia quæ fines tuebantur, & quorũ metu uel inuiti in officio perſeuerabant, partim eijcere, partim interficere. Hæc Traianus cum adhuc per oceanũ nauigaret, cognouit. Tranſiuerat eò rerum & locorũ fama, & ſi nihil quod opinioni aut ſermoni reſponderet, inuenerit, præter aggeres atq; ruinas, ex quibus ſcriptores fabuloſa multa cõmenti fuerant. Alexandro autẽ, cuius æmulatione rubrum mare & oceanum nauigauerat, in ea domo parentauit in qua expiraſſe ferebatur. Cæterũ audita populorum rebellione, Maximũ & Luſium in eos populos cum exercitu miſit, qui defecerunt. Sed alter acie uictus occubuit. Luſius uero cũ multa proſpere egiſſet, acceptaq; damna emendaſſet, Niſibim recepit, Edeſſam obſidione & ui captã diripuit, igniq; funditus abſumpſit. Duo legati interea, Erutius Clarus & Iulius Alexander Seleuciã expugnant, atq; uicina urbi cõcremarunt. Interea Traianus nouarũ rerum anxius, Parthis qui iam ad defectionẽ ſpectantes imperia detrectabant, regem dare cõſtituit: propiusq; Cteſiphonta profectus, in patentes campos Romanos ſimul & Parthos in concionem uocat, atq; ex ſuggeſtu multa præfatus ſuper ijs quæ egiſſet, Parthenaſpatẽ regem Parthis diademate impoſito deſignat. mox Arabiam petijt, Agarenosq; rebellantes adortus eſt. Erat illorũ ciuitas parua, neq; admodũ copioſa. Vicina omnis regio ſterilis & deſerta propter aquæ penuriã manebat: & ſi quid liquoris ex ea terra ſcatet, minime potui gratus habetur. Pabuli indiga, ligna nõ fert, quare eam multitudine militũ obſideri aut expugnari nõ facile erat. defendebatur etiam ardore ſolis cui expoſita eſt. Ergo neq; Traianus in præſens, neq; poſtea Seuerus, Agarenos expugnare potuerũt, muri parte maxima ſubruta. Quinctiã equites Traiani iuſſu ſemel murũ ſubeũtes, graui detrimento affecti in caſtra cõtinuo rediere. Ipſe etiam Traianus urbi ſine regio ornatu oberrans, ut hoſtem falleret, uulneratus penè fuit. Generoſa canities & oris maieſtas principẽ prodidit, & quis foret in ementito habitu facile oſtendebat. In eum igitur quem regem ſuſpicati erant, ſagittas frequentes cõiecere: quarum tanta fuit uis, ut qui ponè Cæſarẽ ſequebaẽ, transfixus fuerit. Prodigia inibi multa facta ſunt, tonitrua, atq; fulgetræ, arcus ingens in cœlo uiſus: tempeſtas & grandines immẽſæ. Præterea (quod monſtro ſimile exiſtimatũ eſt) quoties Romanus cum hoſte manus cõſereret, ictu fulminis auertebaẽ. Orta ſubito muſcarum uis, edulijs & poculis inſidens, fœdo contactu cuncta Romano grauia & moleſta faciebat. Digrediens itaq; inde Traianus, morbo primũ tentatur. Per quod ſanè tempus Iudæi qui circa Cyrenem incolebant, Andrea duce cõſtituto, Romanos & Græcos ſine diſcrimine ſtatim obtruncant: nec cæde contenti, humanis carnib. ueſci cœpere. Horum inteſtinis ſtillante adhuc ſanguine cincti, tum pellibus obuoluti, multos per mediũ uſq; ad uerticem diſſecuere, plures beſtijs dilaniandos obiecere, alios inter ſe digladiari coegere, ut ducenta & amplius hominum millia eo furore & armis Iudæorũ interierint. Ingẽs item cædes ab eiſdem in Aegypto patrata fuit. Nec minore clade Cyprij affecti fuere. Siquidẽ in ea inſula, duce Artemione, cõſpirantes Iudæi, circiter ducenta & quadraginta capitũ millia trucidarunt. Qua facti atrocitate, Iudæus de cætero legibus & pœnis Cyprum attingere prohibetẽ: ſi uel ui tempeſtatis, uel per errorem illuc delatus fuerit, ceu capite damnatus, ſtatim morte mulctatur. Sed inulta clades non manſit. Nam Traianus miſſo cũ exercitu Luſio, tum antecedentibus alijs ducibus, Iudæos qui per uniuerſum ferè terrarũ orbem tantum cędis ediderant, profligauit. Inter hæc expeditionẽ in Meſopotamiam parabat, à qua ingraueſcente morbo deterritus eſt. Quare P. Aelio Adriano in Syria cum legionibus relicto, ipſe in Italiam nauigare cœpit. Fruſtra multa tunc Romani tẽtauere, dum Armenia, & Meſopotamia, necnon Parthorum imperio potiri ſtudent, pericula quoq; in irritum ceſſere. Nam Parthi repudiato Parthenaſpate, quem indignũ regno exiſtimabãt, ipſi res ſuas priſco gentis inſtituto adminiſtrare cœperunt. Sed Traianũ grauior morbus oppreſſit. Venenum ſibi datum ſuſpicatus eſt. aiebant quidam compreſſo ſanguine, qui ſtatis diebus per inferiorem partem profluere ſolitus erat, contractam ægritudinem fuiſſe. ſtupore ita membra reſoluta ſunt, ut pars corporis defecta ſenſu aliquandiu manſerit. Mox intercute aqua repletus apud Selinuntẽ Ciliciæ urbem, quæ deinde Traianopolis cognominata eſt, defertur. Ibiq; ſtatim extinctus eſt, cum imperaſſet annos undeuiginti, menſes ſex, & dies quindecim.

Traiani expeditiones

Maximus & Luſius Traiani legati

Edeſſa capta & incenſa

Cyprus Iudæis inacceſſa

Dionis

DIONIS CASSII NICAEI

ADRIANVS

GEOR. MERVLA ALEXAND. INTERPRETE.

ADRIANVM nunquam uiuens Traianus adoptauit: popula-
ris illi erat, educatus ſub eo, affinis deinde: nam illi nupſerat
ſororis Traiani filia, quæ per omnē uitam cum eo uixit. Le-
gatus Syriæ belli Parthici tempore præpoſitus fuit, neq; ul-
lam egregiam dignitatē ab eo accepit. Sed nec conſul niſi ſe-
ro fuit. Cæſarem autem & imperatorē eum, cum Traianus ſi-
ne liberis è uita exceſſiſſet, Tatianus municeps eius, & Cæſa-
ris procurator, factione Plotinę, quę illius amore flagrabat,
cum uicinus eſſet & potens, declarauit. Cæterū pater meus
Apronianus, qui tunc Ciliciæ præerat, de illo pleraq; com-
perta mihi narrabat, quo ordine & conſilio quæq; facta erant. & illud in primis, mor-
tem Traiani aliquot dies ideo occultam fuiſſe, ut adoptio procederet: quæ res dein-
de ex literis eius ad ſenatum patuit. Nam epiſtolis non ipſe, ſed Plotina ſubſcripſit: id
quod in nullo antè alio fecerat. Erat Adrianus, quando imperator declaratus fuit, An-
tiochiæ, quæ metropolis eſt Syriæ. Pridie quàm deſignaretur, ſomniū tale uidit: Ignis
ê cœlo nitenti & puro aere in humerum ſiniſtrum incidit, deinde in dextrum tranſilijt:
illum exterruit, nec læſit. Scripſit autem ad ſenatum Adrianus, rogans imperium ſi-
bi ab eo confirmari, abnuens illud in primis, ut quicquam ſibi, aut tunc, aut alio tem-
pore, ut conſuetum erat, tituli & honoris decerneretur, niſi quod ipſe rogaſſet. Tra-
iani autem oſſa in illius columna condidit. Celebrata fuere per multos annos publica
ſpectacula, quæ Parthica nominata ſunt, quæ tamen ſicut & pleraq; alia exoleuerunt.
Cæterum Adrianus quanquam humane & moderate imperaſſet, tamen propter cæ-
des optimorū quorundam, quos in principio imperij, & antequam uita decederet, in-
terfici curauerat, multum calumniæ, etiam infamiæ ſubiuit: quapropter minimo mi-
nus in deos relatus non fuit. Imperium adeptus, continuo occidi uoluit Palmam, Cel-
ſum, Nigrinum, & Luſium: partim quia in uenatione inſidias illi ſtruxiſſe diceban-
tur, partim alio crimine inſimulati: quòd ſcilicet plurimum potentia, opibus item, at-
que gloria pollerent: quos tamen neq; indicta cauſa damnauit. Nec ægrè tulit quòd hi
cauſam dicerent, imò patrociniū & defenſionem eorum ſuſcepit: quinetiā iurauit, ſuo
iuſſu occiſos non eſſe. Sub finē uitæ fuere perempti Seuerianus, & Fuſcus nepos. Fuit
autē Adrianus genere Afer, Adriani filius, ſuapte natura diſciplinis deditus, & ſtudio-
rum amator: in utraq; lingua impenſe eruditus. Nam quædā ſoluta oratione, & itē poe-
mata uaria reliquit. ambitioſus ſupra modū, utpote qui cętera omnia etiam minima tra-
ctauerit. Nam pinxit uenuſtiſſime, atq; etiam effigies è cæra & creta formauit. Iactabat
præterea, ſe nihil eorū ignorare, quæ aut in pace, aut in bello, ſiue ad regem, ſiue ad pri-
uatum pertinerent. Inuidebat aūt magis q̄ æmulabatur. Quare quoſdā celebres & ex-
cellentes artifices quos æquare nō poterat, alios et quidē frequētes ſubuertit, alios ceu
ſtudiorū & artium ęmulos interfecit: quippe cupiens omnes in quacūq; arte & diſcipli-
Dionyſius na ſuperare. Quapropter Fauorinū Gallum genere, & Dionyſiū Mileſium ſophiſtas
Mileſius tunc egregios tollere tentauit, ut ſcilicet eorū ſectatores, atq; inuicē certantes perderet.
Nam Dionyſius aduerſus Heliodorū, quem ille ſupremè amabat, & epiſtolarū magi-
ſtrum fecerat, talia dixiſſe fertur: Poteſt Cæſar pecunias & honorē tribuere, rhetorem
facere non poteſt. Fauorinus uero cū apud eum de immunitate quā is in patria ſua ob-
tinere cupiebat, cauſam acturus eſſet, ſuſpicās ne aut inferior in iudicio eſſet, aut etiam
cōtumelia afficeretur, cū ad tribunal ueniſſet, nihil aliud dixit, niſi quod per noctē ma-
giſter eius in quiete aſtans mādauit ei, ut pro patria operaret̄ atq; deprecaretur, quan-
do in ea genitus foret. Vtriq; quāuis iratus grauiter Adrianus pepercit, quādo illorum

mortis

mortis nulla honeſta cauſa uideretur. Sed Apollodorum architectum, qui Traiani foꝛrum & odæum, & gymnaſium illo iubente Romæ fabricauerat, primum urbe expulit, poſtea interfecit, quaſi criminis reum: re autem uerà, quòd dum olim cum eo Traianus de operibus cõmunicaret, Adrianus rei neſcius, quædam etiam non uocatus locutus eſt. Cui architectus, Abi obſecro, & cucurbitas depinge. nihil enim horum recte noſti. forte tunc ille huiuſmodi quadam pictura cõmendabatur. Adrianus uero imperium adeptus, iniuriæ recordatus eſt, atq; licentiam huius non tulit: ſiquidẽ deſcriptionem & formam templi Veneris quod Romæ fabricabat, ad eum miſit: quippe ſignificans ſine illius opera & miniſterio, etiã ingentia ædificia extrui poſſe. Quærebat itaq;, an ædificium illud recte & commode ſe haberet. Reſcripſit de templo, ſublime illud & cõcauum fieri oportere, ut ex loco ſuperiori in ſacram uſq; uiam inſignior proſpectus eſſet, & magis conſpicuus: Concauum, ad excipiendas ludorum machinas, quæ in eo latenter compingi, & item ex occulto in theatrum duci poſſent. quantum ad ſimulacra pertineret, dixit, maiora facta fuiſſe quàm ratio altitudinis & magnitudinis poſtularet. Nam ſi ſurgentia ſpectacula & pegmata efferre uoluerint, illud nullo pacto effici poterit humilitate loci. Hæc palàm cum reſcripſiſſet, iratus eſt Cæſar, & ſupra modum doluit. Videbat ſanè ſe id admiſiſſe, quod nullo pacto corrigi poſſet: quare iræ & doloris impatiẽs, cum tolli iuſsit. Talis & ad hunc modum erat Adrianus. Idem Homeri poemata abolere cogitabat, & pro eo Antimachum in ſcholis legendũ inducere, cuius nomen multi adhuc ignorauerant. Erant inſuper ei hæc uitia: hoc eſt quòd nimis diligenter & curioſe quàm expediret, omnia exquireret, quod item uarius foret, et prudẽs minus. Quæ omnia leniebat atq; eleuabat alia diligentia, prouidentia, magnificentia, & dexteritate quadam. Nam nullum ipſe bellum mouit: & ſi quod motũ erat, illud compoſuit: nulli iniuſte pecunias abſtulit: multis multa elargiens publice & priuatim, ſenatui & equeſtri ordini. Alios auxit pecunia, honoribus alios & dignitate honeſtauit: neq; patiebatur à ſe quicquàm peti, ſed pro neceſſitate cuiuſq; omnia faciebat. Diſciplinã militarem diligenter exercuit, ita ut qui uiribus polleret, neq; contumax eſſet, neq; etiam iniurias inferret. Ciuitates ſocias atq; tributarias & ſubditos mirifice iuuit. multas earum inuiſit, & quas nullus ante ſe imperatorũ uiderat: atq; omnibus aliquid opis et auxilij, ut ita dixerim, tulit. Romanũ populum acerbe magis quàm indulgenter tractauit. Nã cum olim quædam per uim, & ſuperbe in ludo armorũ peterent, nihil eis diſtribuit: imò uero iuſſit illud Domitiani pronuntiari. Silete. quod uerbũ minime prolatũ eſt. Nam præco manum continuo ſuſtulit. Ita eo ſigno, quod fieri ſolet, eos quieſcere fecit, atq; tacere. quare, inquit, nõ opus eſt ut ex præcepto ſileant, qui iam tacuere: hoc enim uult princeps. Neq; tamẽ ideo iratus eſt præconi, imò uero maiore in honore habuit, propterea quod grauitatẽ mandati nõ expoſuiſſet. Patiebatur & alia huiuſmodi. Neq; ægre ferebat admoneri & corrigi uel ab humili perſona, ſi quid præter ſententiã & etiam ſubito ac fortuito iuuaret. Tranſeuntem quondã mulier rogauit, ut ſe audiret: cui cum ille reſpõdiſſet, otium mihi nõ eſt: illa deinde clamãs, ait, noli ergo imperare: tum cõuerſus, eam audiuit. Nihil nõ conſulto ſenatu faciebat. Ius aſſidue dicebat cum primorib. ciuium, aliquando in palatio, nonnunquàm in prandio, interdum & quidem ſæpius ex tribunali, ut quæ fierent, publicarentur. Aſſiſtebat interdũ conſulibus, quoties hi iudicarent. In Circenſibus ludis eos apprime honorabat, domumq; à Circo plerunq; reducebat. Geſtabatur in lectica, ne quiſpiam comitum illi moleſtus eſſet. In diebus neq; feſtis, neq; publicis domi manebat. Neminem ne quidem ſalutantem, ne aſſiduo labore fatigaretur, recipiebat, niſi neceſſaria res fuiſſet. Semper circa ſe & Romæ, & extra urbem optimates habuit, quos etiam in conuiuijs adhibebat. Quapropter quartus ſæpe accumbebat. Venabatur quoties cõtingebat, prandebatq; ſine uino. deinde cũ principib. et optimis uiris cœnabat: & ſemper erat cœnatio omnifariam ſermonibus referta. Infirmos amicos uiſitabat: & quoties dies feſtos illi agerent, cum eis ſimul ueniebat, & eorum agris ac domibus ſuauiter utebatur. Vnde & multis eorũ fato functis, & alijs dum uiuerent, ſtatuas in foro poſuit. Neq; tamen familiariũ iniuriam alicui intulit: neq; quicquàm uẽditum, neq; ex ijs quę dicebat neq; faciebat: qualia olim Cæſaris liberti, & qui cũ imperatorib. uictitabant, facere ſoliti erant. Et hæc quidẽ obiter & in ſumma de morib. eius expoſui.

Nunc

Apollodorus architectus

Homeri poemata abolere cogitabat

Adriani uitia, & uirtutes

Nunc quæ generatim fecerit, quatenus eorum meminiſſe licet, percurram. Romam ubi uenit, continuo per edictum condonauit omnia debita, ſiue ea pertinerent regi, ſiue ad ærarium. Decenniũ præſcripſit: à quo tempore debere quiſq; deſineret, nec poſtea debiturus eſſet. Per nataleis dies ſpectacula gratis populo diuidebat, ferasq; multas confodi iuſsit, ut ſemel leones centũ, & totidem leænæ conciderent. Dona per teſſerulas ſeparatim uiris, & ſeparatim mulieribus in theatro & in circo dedit. Item uiros diſcretos à fœminis lauari uoluit. Eodem quo hæc geſta ſunt anno, Euphrates philoſophus uoluntaria morte exceſsit è uita. Veniam dederat ei Adrianus citra ignominiam & infamiam, ut cicutam tum propter ſenectutẽ, tum etiam propter grauem morbum bibere poſſet. Cæterum Adrianus aliam ex alia prouinciam percurrens, regiones & urbes perluſtrabat, & in primis arces omnes ubiq; contemplatus conſiderabat: quarum alias in loca magis opportuna tranſtulit, alias penitus ſubuertit. Omniaq; illa ſimpliciter, non dico quo pacto generalia & communia in exercitibus ſe haberent, ſed arma, machinas, foſſas, uallum, & mœnia, alia priuatim uniuſcuiuſq;, & eorum qui in ordine militabãt, & eas ducebant uitas, ſtatiua, hyberna ipſe intueri & exquirere uoluit.
Militaris disciplina Multa per licentiam in ſolutiorem morem lapſa & quæ fabricata fuerant, correxit, & emendauit: alia deſtruxit & ſuſtulit. Milites uero exercebat ad omnẽ ſpeciem pugnæ: Hos honore affecit, illos officij admonebat. Omnes pariter ea docebat facere, quæ par erat. Atq; ut etiam eius exemplo meliores & duriores redderentur, duro & aſpero uictu utebatur: nam ſiue pedibus iret, ſiue equitaret, nunquam uehiculum, aut quadrigas aſcendit. Caloris & frigoris iuxta patiens: quippe qui etiam Alpinas & Gallicas niues, & Aegypti ardores capite intecto pertulerit. Atq; ut omnia breuiter cõplectar, ſic opere & præceptis per totum imperij tempus milites omneis & exercuit, & exemplo inſtituit, ut uſq; in hodiernum diem quæ ab eo facta fuerunt, ea pro lege & militari inſtituto habeantur. Per belli tempus plurimum in peregrina terra commorabatur. Et externi apparatum eius intuentes, inuiolati etiam pecunijs acceptis, nihil nouarum rerum moliti fuerunt. Sed adeo peritos, & laborũ patientes habebat exercitus, ut olim equites qui uocant̃ Bataui, Danubiũ armati tranſnatauerint. Quæ omnia obſtupefacti hoſtes, in ſeipſos cõuerſi, eo magiſtro uſi ſunt ad diſciplinã eorũ qui inuicẽ cõtendebãt. Theatra et certamina faciebat: urbes peragrabat ſine regio ornatu, imperatoriaq; pompa: nanq; ea nunq; extra Romam uſus eſt. Patriã, quamuis eam magno honore & muneribus auxerit, & multa præclara ei dederit, nunq; tamen inuiſere uoluit.
Venandi studium Venãdi ſtudio uſq; ad inſaniam, & periculum tenebatur: nam inter uenandũ diffracto humero, & crus penè cõtriuit. Vrbem prǽterea in Mœſia condidit, quam Adriani uenatica ſepta nominauit. Et quanq; huic rei aſsiduam operam daret, nihil tamen eorũ neglexit, quæ ad adminiſtrandam remp. & imperij commoda pertinerent. Quantopere item uenationi intentus fuerit, argumentũ eſt Boryſthenes equus, quo in uenando plurimum utebatur: cui mortuo ſepulchrum fecit, columnam erexit, & epigramma inſcripſit. Quare minime mirandum eſt, ſi Plotinam mortuã, cuius potiſsimũ opera imperium adeptus fuerat, eumq; amauerat, excellẽtiſsime coluerit & ornauerit. Per nouem enim funeris dies pullatus inceſsit, templumq; erexit, & hymnos in eam fecit. Sed in uenando tanti roboris fuit, ut ſuem eximiæ magnitudinis ſolus uno ictu occiderit. In Græciã cum ueniſſet multa largitus eſt, ſacriſq; initiatus, myſteria Cereris ſpectare uoluit.
Cereris myſteria Inde per Iudæam in Aegyptum tranſiuit, ubi Pompeio parentauit, carmenq; tale addidit:

Oſſa uiri Magni tenui quàm clauſa ſepulchro.

Tum diſiectum monumentum inſtaurauit, atq; protinus in Aegyptũ ueniens, urbem quam Antinoi nominauit, condidit: de nomine Antinoi pueri eximiæ pulchritudinis, qui ex Bithyniæ urbe Cithynide quam Claudiopolim uocant, ortus, & in delicijs habitus, in Aegypto moritur: ſiue in Nilum ceciderit, ut Adrianus ſcribit, ſiue immolatus, ut ueritas habet, fuerit. Alioqui enim curioſiſsimus harũ rerum, ut ſupra diximus,
Magicis ſacris utebatur Adrianus Adrianus fuit: quippe diuinationibus atq; magicis ſacris crebro utens. Quare ſeu ob amorem, ſiue quod uoluntariam mortem oppetierit (indigebat enim ad ea quæ parabat anima eius hominis qui ſponte occubuiſſet) illum in primis coluit. Quo enim loco is oppetijt, urbem conditam ab eo denominauit: eius ſtatuas per uniuerſum orbem terrarum

tarum, atq; etiã effigies erexit: ſtellã deniq; à ſe uiſam aiebat, quæ Antinoi foret. Eosq; per libenter audiebat, qui familiarius ſecũ uiuebant, quoties talia fabularentur, ex Antinoi ſpiritu uere ſtellam natã, quæ tunc primũ apparuiſſet. Hæc igit̃ crebro ſecũ recogitabat. Interea Hieroſolyma pridem euerſa, rurſus habitari iuſsit, atq; urbem Aeliam Capitolinã appellauit. Ioui item ex aduerſo tẽpli ædem excitauit. Bellũ hinc & graue, & diutinum natũ eſt: magno enim dolore afficiebant̃ Iudæi, atq; indignabant̃ peregrinos ſecum in ciuitate habitare: & illud quoq; etiã grauius ferebant, externa ſacra fieri, & externorum deorũ imagines in ipſa conſtitui. Quieuere tamen ab armis & cædib. Adrianum ueriti, qui per ea tempora uicinis in locis conſtiterat. Nihilo tamen ſecius inter ſe ea ſtudioſe fabricare non ceſſabant, quibus quoties belli neceſsitas poſceret, uti poſſent. Poſtq; uero longius Adrianus abfuit, palam in arma uertunt̃: quanquam aperta acie cũ Romanis congredi nõ auſi ſint, auxilia tamen ſumebant muro & cauernis ſubterraneis ſpecus fodientes, atq; cuniculis oĩa munientes, ut quoties uiolarent̃, liberos haberent ad fugã exitus, inuicem quoq; ſubter terrã clanculum cõmeare. Specus & ſubterraneas uias ſuperne quibuſdã in locis hianteis, ad uentos & lucẽ excipiendam perforauerant. Impetus eorũ Romani primũ contempſere. Verum poſteaq; uniuerſa prouincia tumultuata eſt, & qui ubiq; gentiũ erant, cum eis conſpirauerũt, tunc cognouere atq; intellexerũt q; graue & periculoſum bellum exortũ foret. multa enim mala in Romanos, partim clàm, partim aperte edebant. aſciſcere multos etiã externorum prædæ & lucri cupiditate, & ferè, ut ita dixerim, uniuerſus terrarũ orbis ex motu Iudæorũ concuſſus fuit. Tunc ergo Adrianus minime cunctatus, præcipuos Romanorum duces aduerſus eos miſit. Quorũ primus Iulius Seuerus in Iudẽã ex Britannia uocatus. Hic minime auſus eſt prælium cõmittere: Nam & multitudine longe impar erat ad decertandum, & hi de ſalute deſperauerant. Igitur diuiſos adortus, carptim ut quoſq; poterat, cõprehendens, pro multitudine militũ atq; tribunorũ, tum ab alimentis & cõmeatu interclusos, tardius quidem, ſed minore cũ periculo penitus oppreſsit. Pauci admodum euaſere atq; à cæde ſuperfuerunt. Arces eorũ quinquaginta celeberrimæ dirutæ ſunt. Vici ad nongentos & octogintaquinq;, qui ſanè frequentes & nominatiſsimi erãt, direpti & mox igne cõſumpti ſunt. Viri in excurſionib. & prælijs ipſis, ad quinquaginta milia cæſi fuere. Fame, morbis, ac igni ingens multitudo abſumpta eſt. Sic ferè omnis Iudæa deſolata eſt. Quam cladem, etiã ante bellum, multa ipſis denuntiauerant. Nam Solomonis ſepulchrũ quod illi in ſupremo cultu & reuerentia habent, ſponte & nullo impellente diſcuſſum, corruit. Lupi atq; hyenæ paſsim per urbes incedentes ululabant. Non fuit incruenta uictoria Romanis: ſiquidem multi eorũ occubuere. Quare Adrianus ad ſenatũ ſcribens, eo minime uſus eſt principio, quo cæteri imperatores conſueuerant, ad hunc ſcilicet modum: Si uos & filij ueſtri ualent, bene habet, ego & exercitus ualemus. Seuerum dein debellatis Iudæis in Bithyniam miſit Adrianus, non quidem ad bellum, ſed indigebat prouincia præſide & gubernatore iuſto, ſapienti, & qui in dignitate fuiſſet, autoritatemq; haberet: quæ omnia in eo inerãt. Hic res Bithynicorũ tam priuate q; publice ita diſpoſuit & correxit, ut nos omnes Bithyni in hanc uſq; diem ſemper eius memoriã faciamus. & hic fuit Iudaici belli exitus. Exortum eſt mox alterũ bellum ab Alanis (ſunt hi Maſſagetæ) autore Pharaſmane. Hic Mediam grauiſsime deuaſtauit, Armeniã quoq; & Cappadociam laceſsiuit. Demum Alani accepta pecunia & donis, à Vologeſo partim inducti, partim item quod timebant Flauiũ Arrianũ, qui tũc Cappadociæ præerat, ab armis quieuere. Adrianus per hæc tempora ædem Iouis Olympij, in qua & ipſius ſtatua fuit, Athenis ædificauit. Impoſuit in ea Dracone ex India deportatũ. Feſta præterea Liberi patris, qđ apud eos maximum eſt, princeps in ueſte indigena magnifice concelebrauit: atq; templum eius quod Græci πανέλληνον uocant, ædificare eis conceſsit. Certamen & ludos inſtituit. Pecunias multas, frumentũ annuũ, & inſuper uniuerſam Cephaleniã, Athenienſibus elargitus eſt. Leges multas tulit, ſed illud ĩ primis ſanxit, ne ſenator aut ab ipſo, aut per alterum tributo condemnaret̃. Romam cum ueniſſet, atq; in quodam ſpectaculo aurigam quendam liberũ fieri cum clamore populus rogaret, reſpondit per tabellam, docens iniquum à ſe hoc peti, ut alienum ſeruum liberum faceret, ne domino eius uis &

Aelia

Iudæorum rebellio ſub Adriano

Iulius Seuerus Adriani legatus in Iudæos

Iudæorum clades ſub Adriano

Flauius Arrianus

iniuria fiat. Morbo deinde tentari cœpit. Siquidem ſanguis qui ei cōſuetus erat per nares effundi, tunc maxime abūdauit. deſperata eſt ſalus & uita.

Commodus Cæſar deſignatur

quapropter cum adhuc ſanguinem tranſmiſſurus eſſet, Commodum Luciū ſucceſſorem ſibi, & Romanis Cæſarem deſignauit. Seuerianum uero & Fuſcum nepotem eius, quòd illud ægre ferre uiderentur, ſuſpectos & inuiſos, iuſsit occidi: quorum alter nonagenarius, alter uero decem & octo annos natus erat. Sed Seuerianus priuſquā iugularetur, ignem popoſcit, atq; incēſo thure, Vos, inquit, ò dei teſtor, me nihil mali cōmiſiſſe: de Adriano hoc tantum imprecor, ut cum mori cupiet, nō poſsit. Et hic quidē mortuus eſt. Adrianus poſt morbum, ſæpius fruſtra inuocata morte, ſæpe etiam ſeipſum occidere uoluit. extat eius epiſtola, quæ hoc ipſum ſignificat. Scribit enim. Quàm miſerum eſt mortem optare, &

Seueriani laus & mors

mori nō poſſe. Hunc Seuerianum Traianus ſucceſſorem aliquando & dignum imperio iudicauit: Nam in conuiuio olim quæſiuit ab amicis, ut decem nominarent uiros, quibus ſumma reip. & rerum faſtigium demandari poſſet. Tum uero cōpreſſo aliquantulum ſermone, inquit, Nouem per uos diſcere cupio, unum ego Seuerianum habeo.

Turbo uir fortiſsimus

Floruere ea tempeſtate excellentes alij uiri, ſed maxime celebres atq; illuſtres duo fuere, Turbo, & Similis, qui etiam præmia fortitudinis retulere. Turbo uir fuit maxime militaris, & gubernandi exercitus ſcientiſsimus. Hic primū in prouincijs procurator fuit, deinde præfectus prætorianorū: in quo magiſtratu nihil unq; aut molle, aut ſuperbum geſsit, ſed uelut unus de numero gregariorū militū uixit. & alia multa, tum illud maximū fecit, quòd totā diem cum imperatore uerſabat: ad quem plerunq; poſt mediā noctē accedebat, quo tēpore cæteri ferè homines dormire incipiūt.

Fronto Cornelius orator

Floruit etiam Cornelius Fronto, cuius in agēdis cauſis primę partes erant. Hic aliquādo per ueſperi cum à cœna domū rediret, audiuiſſetq; eum cui patrociniū quandoq; pollicitus fuerat, cauſam agere, in ueſte cœnatoria quā tunc habebat, iudiciū ingreſſus eſt: iudicesq; ſalutauit, nō dicēs Aue, quæ matutina erat ſalutatio, ſed ueſpertino uſus uerbo, Saluete inquit. Turbo nunquā domi per diem, neq; etiam cum morbo laboraret, uiſus fuit: atq; monenti olim Adriano ut quieſceret, reſpondit, oportere præpoſitos rerū ſtantes mori. Cæterū Similis & ætate & honore eos antecedebat, nulli præfectorū, ut ego exiſtimo, cedens, id quod ex paucis cōiectari licet: Olim cum Adrianus cum centurio eſſet, in conſiliū uocauit priuſquā præfectos: cui ille inquit, turpe eſt ò Cæſar, cum centurione diſſerere, præfectos uero non admitti. Præfecturā deinde inuitus accepit, quam deinde depoſuit uacatione data: uixq; dimiſſus, in agro ſeptem annos (quod fuit reliquum uitæ) in otio & quiete exegit, atq; hæc moriens ſepulchro inſcribi iuſsit.

SIMILIS HIC IACET, CVIVS AETAS QVIDEM MVLTORVM ANNORVM FVIT, SEPTEM TAMEN DVNTAXAT ANNIS VIXIT.

Adrianus phthiſi conſumptus

Interea Adrianus nimio ſanguinis defluxu phthiſi, mox tabeſcente corpore hydropiſi corripitur. Adoptauerat Lucium Commodum. Sed cum multo ſanguine & perpetuo defluente, morbo miſerādo teneretur, primores, obiter etiam celebreis ſenatorum domum conuocauit: atq; decūbens in lectulo hæc inquit, Amici uiri, filium ut ex me genuerim, natura non conceſsit, ſed uos per leges dediſtis. Genuerim an elegerim, multum intereſt: Qui genitus filius, is erit quem fata uoluerint: adoptatum aūt unuſquiſq; ſibi pro uoluntate aſſumit. Quare plerunq; per naturam ſtulti atq; mutilati filij dantur:

Commodus imperio deſignatus, è uita exceſsit

qui uero leguntur, integro hi ſunt corpore & mente ſana. Quare Lucium primum ex omnibus delegeramus, qualem neq; filium optare potuiſſem. Sed quādo fata nobis illum eripuere, inueni profecto uobis imperatorē, qui nobis pro illo ſuccedat, quem uobis damus & pollicemur generoſum, mitem, manſuetū, miſericordem, atq; prudentē: & qui neq; temerarium quicq; propter iuuentutē, neq; per ſenectutē negligēter aut timide facere poterit: ſub legibus educatum: & qui ſecundū mores patriæ princeps reip. & dux exercituum fuit: & qui nihil eorum ignoret, quæ ad imperiū pertineant, omnibusq; rebus pulchre uti poterit. hunc & ſi cognoſcā ſupra omneis homines otio deditum,

Antoninus Pius imperator

& inuitum imperium & ſummam rernm capeſſere: tamen ut exiſtimo, nunq; aut uos, aut me deſeret, aut negliget. Sic Antoninus imperator creatus eſt.

M. Annius Verus

Sed cum illi uirilis ſtirps nulla foret, Commodi filium adoptauit, adiuncto etiam Marco Annio Vero. Voluit enim in longū tempus eos qui poſt ſe imperaturi eſſent ſupereſſe. Hunc An

nium

nium Marcū, prius Catilium nominauerant. nepos fuit Annij Veri, qui ter cōſul atq; etiā tribunus fuerat. Vtroſq; adoptari ab Antonino iuſsit: maiore tamen honore proſecutus eſt Verū, cū propter cognationē quæ cū illo intercedebat, tū propter ætatē, & quòd uiuaciore & fortiſsimo ingenio cognoſcebat: ex quo illū ſæpe per iocū, ad ſenſum uerbi Græci reſpiciens, minime aptū iudicijs eſſe dicebat. Cæterū Adrianus, magicis artibus, & incantamentis quibuſdā aquam omnem intercutē eduxit, qua tamen rurſus & celeriter repletus fuit. Poſtq; igit̄ morbus auctus eſt, & utcunq; adhibitis remedijs indies deficiebat, mori decreuit. Sæpe aut uenenū, aut gladiū poſtulabat, & fruſtra quidem: nullus enim porrigebat. Poſteaq; aūt promiſſa pecunia, & data uenia nemo ei obtemperabat, accerſit quendā barbarū Maſtorē nomine, genere Iazygē, quo homine propter robur & audaciā plerunq; in uenationibus uſus fuerat: hunc partim minis, partim magnis pollicitationibus impulit, atq; coegit, ut cædem ſibi inferret: circunſcripſitq; locū ſub mamilla, quem Hermogenes medicus demonſtrauerat: quo letaliter percuſſo, ſtatim ſine dolore expiraret. Sed ubi hoc ei nō ſucceſsit (nam Maſtor tanto facinore perterritus atq; attonitus, aufugit) multū in graui morbo de ſe conquerebatur, quòd nullā poteſtatem haberet, nec ſibi mortem conſciſcere poſſet, maximè quando etiam multa ſuper alios poſſet. Demum conſilio medicorum ſuper uita abſtinuit cibo et potu, qui non ad ſalutem, imò ad morbum exaugendum faceret. Mortuus eſt tandem, dicens illud in populo uulgatū, turba medicorum interfecit Regem. Vixit autem annos duos & ſexaginta, menſes quinque, & dies ſex. Imperauit annos uiginti, menſes undecim. Sepultus eſt in ripa fluuij, iuxta pontem Aelium: illic enim ſepulchrum conditum: iam enim Auguſti monumentum repletum erat: nec quiſquam amplius in eo ſepeliebatur. Infenſiſsimum omnibus cædes fecerant, initio imperij & ſub eius mortē, uelut iniuſtè & impiè occiſi fuerint, quanquam natura minime ſæuus eſſet: Nam cum multi grauiter in eum peccaſſent, id ſatis exiſtimauit, hoc ad eorum ciuitates ſcribere, quòd ſibi non placerent: ſi qui quibus filij erant, pro ſcelere debebant, ſaltem pro numero puerorum ſupplicia eorum eleuauit.

Maſtor barbarus.

Adrianus optat mortem.

DIONIS CASSII

CONFLAGRATIO VESEVI MONTIS, GEORGIO MERVLA ALEXANDRINO INTERPRETE.

SVB Tito in Campania horrenda & miranda quædam obtigerunt. magnus enim ignis per autumnum ſubito exarſit. Mons enim Veſuuius, qui iuxta Neapolim ad mare uergit, abundanteis ignis fontes habet, olim undique altus: ab cuius medio ignis exoritur, quæ pars ſolum igne comprehenſa fuit: extra hæc omnia ſine igne etiam nunc manent. Ex hoc cum cætera eſſent incombuſta, & in cinerem redacta, iuga circunſtantia ab antiquo uſque nunc manent. Quodcunque ambuſtum eſt atque conſumptum, tempore concauum factum eſt: ut mons omnis, ſi licet magnis parua conferre, ſimilis ſit amphitheatro. Vertex arbores & uites habet. Circulus ab igne latior factus, per dies fumum, noctu flammam emittit, ut uideantur in eo odores euaporari, & ſacrificia fieri: & quidem ſemper, interim uero magis, interim uero minus. Sæpe uero cineres effundit, quando ſcilicet aliquid coactum ſubſederit: lapides ſurſum mittit. Quoties uero à ſpiritu & uento uiolatur, ſonat & ſtridet, ceu nō coacta & conſtricta, ſed rara & occulta ſpiracula habens. Talis igitur eſt Veſuuius, & hoc quidem in eo per annum plurimum fit. Quæcunque uero id temporis accidere, quamuis magna & præter ſolitum uiſa ſint, parua tamen ad comparationem eorum quæ tunc acciderūt, etiam ſi omnia in unum conferantur, parua exiſtimari poſſunt. Quæ quidem ſic habebant: Viri multi atq; magni, humanā omnem naturā excedentes, quales gigantes ſcri-

Gigantum ſimulacra

buntur, partim in monte, partim in finitima regione, per urbes interdiu, atque noctu per terram oberrantes, & in aere procurrentes uidebantur. Poſt hæc uehemens ſiccitas, & uehementes terræmotus ſubito facti ſunt, ut planities illa uniuerſa aquis ſcaturiret, & montes ſubſilirent, ſonitus à cauernis ſubterraneis tonitruis perſimiles ſupernè uero & in terra mugire uidebantur. Mare uero fremebat, & cœlum reſonabat. Poſt hæc fragor immenſus ſubito ceu concidentium montium audiebatur. Exiliebant primum lapides ingentes, quaſi ad ſumma montium exirent. Deinde tantus fuit ignis & fumus, ut aera totum obumbraret, totum uero ſolem occultaret ceu defectum. Mox uero ex die nox, & tenebræ ex luce factæ ſunt: & exiſtimabant gigantes inſurrexiſſe. Apparebant quidem illorum effigies in fumo; præterea tubarũ ſonitus audiebantur. Putabant alij aduenisſe chaos, uel per ignem mundum abſumi: atq; fugiebant partim ex domibus in uias, alij extra, alij uero ex mari in terrã: & rurſus ex terra in mare: quidam uero trepidi & amentes, utpote qui exiſtimabãt quid ſecurius eſſe præſente. Hęc autem ſimulac facta ſunt, eructabat immenſus cinis: occupabat enim terram, mare, & aera: & multa quidem alia ſicut accidebat: lædebãtur homines ſcilicet, regiones, & pecora, piſces, præterea aues abſumebat. Inſuper duæ ciuitates conflagrarunt, Herculaneum, & Pompeij. Herculaneum uero & Pompeios ſedente in theatro populo oblimauit. Tantus fuit puluis, ut ab eo loco in Africam, & Syriam, & Aegyptum penetrauerit. Peruenit etiam Romam uſq;. Quinetiam aer totus imminens puluere oppletus fuit. Sol etiam obtenebratus, obſcuratusq; eſt. Nec paruus metus fuit per multos dies, neſciebant homines quod factum eſt, nec coniectari, unde factum eſt. Exiſtimabant enim quæ ſupra & infra erant, euerti, ſolem in terram deſcendere. Cinis aũt nihil magni incommodi attulit. Cæterum deinceps peſtem grauem attulit. Cæterum inſequenti anno à terra progrediens ignis, agente in Campania Tito, ut igni & conflagratis ædificijs remedia daret, urbem Romam populatus eſt. Nam Serapis & Iſidis templum, etiam ſepta, Neptuni ædem, thermas Agrippæ, pantheum, diribitorium, Balbi theatrum, Pompeij porticum, Octauiæ domum cum bibliotheca, templum Iouis Capitolini cum ædibus & ſacellis coniunctis conflagrarunt, ut non ab homine factũ malum, ſed magis diuinitus immiſſum exiſtimari debeat. Ex ijs igitur quæ connumeraui, coniectari licet, quanta fuerint detrimenta & damna. Cæterum Titus duos ex ijs qui COSS. fuerant delegit, ut ædificia repararent: pecunias inſuper dedit. Donauit præterea eorum bona, qui ſine hærede deceſſerant. Nihil enim à priuato homine, neq; ab ærario, neq; fiſco, cum multi multa conferrent, ſumpſit. Ex his quæ tunc aderant, omnia reparauit. & in alijs quidem nihil egregium fecit. amphitheatrũ uero in quo feræ depugnarent, & balneum ſibi cognomine dedicauit. Multa quoque admiranda fecit. Grues inuicem & quatuor elephantes depugnarunt. Aliæ præterea ad nouem milia feræ & cicures iugulatæ ſunt, quas mulieres non admodum illuſtres interfecere. Viri præterea tũ ſingulari certamine, multi pedeſtri pugna, alij nauibus decertarunt. Theatrum uerò quod ipſe conſecerat, cum ex improuiſo aqua repleuiſſet, induxit equos, & alia manſueta animalia, quæ omnia facere didicerant, quæ in terra & in aqua ſolita erant. Induxit & homines in nauibus, quorum pugnas ita partitus fuerat, ut hi Corcyrei, hi Corinthij pugnam committerent. Alij uerò extra in nemore Caij & Lucij, ubi Auguſtus ad hoc ipſum terram effoderat. Etenim eo in loco prima die digladiati ſunt homines & feræ indeſectæ, lacu tabulis munito ad faciem ſimilitudinis, qui item quaque circum uallum habebat: ſecunda uero die equorum curſus: tertia, tria millia hominum nauibus depugnarunt. Deinde terreſtris pugna facta. Victores Athenienſium Syracuſani (his enim nominibus utebantur) naualiq; pugna depugnarũt, atq; in paruam inſulam inſilientes è muro quæ circa monumentum confectum erat, illud cepere. Hæc repræſentata ſunt ad centum dies. Exhibuit deinde quædam ad utilitatem & lucrum. Teſſerulas ligneas ſuperne in theatrum ſparſit, in quibus ſigna erant, aut eſculenti, aut ueſtis, argentei præterea uaſis, & aurei, equorum domitorum, pecorum, ſeruorum. Quæ qui excepiſſent, oportebat ad diſtributores afferre, atque ab eis quod inſcriptum erat, accipere.

Peſtis ex incendio Veſeui.

Amphitheatrum Titi.

Teſſerulæ donatiui

AELII

AELII SPARTIANI

HADRIANVS IMPERATOR

AD DIOCLETIANVM AVG.

ORIGO imperatoris Hadriani uetuſtior à Picētibus, poſterior ab Hiſpanēſibus manat: ſiquidē Hadria ortos maiores ſuos, apud Italicã Scipionũ tēporibus reſediſſe, in libris uitæ ſuæ Hadrianus ipſe commemorat. Hadriano pater Aelius Hadrianus cognomēto Afer fuit, cõſobrinus Traiani imperatoris: mater Domitia Paulina Gadib. orta: ſoror Paulina nupta Seruiano, uxor Sabina: auus Marillinus, qui primus in ſua familia ſenator populi Romani fuit. Natus eſt Romæ IX. Cal. Feb. Veſpaſiano ſepties, & Tito quinquies, COSS. ac decimo ætatis anno patre orbatus, Vlpium Traianum prætoriũ tunc, cõſobrinum ſuum, qui poſtea imperiũ tenuit, & Celiũ Tatianũ equitē Romanũ, tutores habuit. Imbutusq; impenſius Græcis ſtudijs, ingenio eius ſic ad ea declinante, ut à nõnullis Græculus diceretur, quintodecimo anno ad patriã redijt: ac ſtatim militiã inijt, uenandi uſq; ad reprehēſionem ſtudioſus. Quare à Traiano abductus à patria, & pro filio habitus, nec multo poſt decemuir litibus iudicandis datus, atq; inde tribunus ſecundæ Adiutricis legionis creatus, poſt hoc in inferiorē Mœſiam translatus, extremis iam Domitiani temporibus. ibi à mathematico quodam de futuro imperio id dicitur cõperiſſe, quod à patruo magno Aelio Hadriano peritiam cæleſtium callente, prædictum eſſe compererat. Traiano à Nerua adoptato, ad gratulationem exercitus miſſus, in Germaniam ſuperiorem translatus eſt: ex qua feſtinans ad Traianum, ut primus nuntiaret exceſſum Neruæ, à Seruiano ſororis uiro, qui & ſumptibus & ære alieno eius prodito Traiani odium in eum mouit, diu detentus, fractoq; conſulte uehiculo tardatus, pedibus iter faciens eiuſdem Seruiani beneficio ad Traianum antè uenit: Fuitq; in amore Traiani, nec tamen ei per pædagogos puerorum, quos Traianus impenſius diligebat, Gallo fauente defuit. Quo quidē tempore cum ſollicitus de imperatoris erga ſe iudicio, Vergilianas ſortes conſuleret,

Exceſſus, pro morte

Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ
Sacra ferens? noſco crines incanaq; menta
Regis Romani, primam qui legibus urbem
Fundauit Curibus paruis & paupere terra
Miſſus in imperium magnum, cui deinde ſubibit,

ſors excidit, quam alij ex Sibyllinis uerſibus ei proueniſſe dixerunt. Habuit autē præſumptionem imperij mox futuri ex fano quodã Nicephorij Iouis manante reſponſo, quod Apollonius Syrus Platonicus libris ſuis indidit. Deniq; ſtatim ſuffragãte Sura, ad amicitiã Traiani pleniorē redijt, nepte per ſororē Traiani uxore accepta, fauente Plotina, Traiano leuiter (ut Marius Maximus dicit) uolente. Quęſturã geſsit Traiano quater & Arunculeio COSS. in qua cum orationē imperatoris in ſenatu agreſtius pronuntians riſus eſſet, uſq; ad ſummã peritiam & facũdiam latinis operã dedit. Poſt quæſturã acta ſenatus curauit: atq; ad bellũ Dacicum Traianũ familiarius proſecutus eſt. Quandoquidē indulſiſſe uino ſe dicit, Traiani moribus obſequentē: atq; hoc ſe à Traiano locupletiſsime muneratũ. Tribunus plebis factus eſt, Candido & Quadrato iterũ COSS. in quo magiſtratu ad perpetuã tribunitiam poteſtatē omen ſibi factum aſſerit, quod penulas amiſerit, quibus uti tribuni plebis pluuiæ tempore ſolebant, imperatores autē nunq;. Vnde hodieq; imperatores ſine penulis à togatis uidentur. Secunda expeditione Dacica, Traianus eũ primæ legioni Mineruiæ præpoſuit, ſecũq; duxit: Quando quidē multa egregia eius facta claruerunt. Quare adamante gemma, quam Traianus à Nerua acceperat, donatus, ad ſpem ſucceſsionis erectus eſt. Prætor factus eſt ſub Sura bis, Seruiano iterũ COSS. cum ſeſtertiũm uicies ad ludos edendos

Præſumptio, pro ſpe prius concepta.

Hodieq;, pro hodie quoq;

á Traiano accepit. Legatus poſtea prætorius in Pannoniã inferiorem miſſus, Sarmatas compreſſit, diſciplinã militarem tenuit, procuratores latius euagantes coercuit. ob hoc COS. eſt factus. In quo magiſtratu ut á Sura comperit, adoptandum ſe á Traiano eſſe, ab amicis Traiani contemni deſijt ac negligi. Et defuncto quidem Sura, Traiani ei familiaritas creuit, cauſa præcipuè orationũ, quas pro imperatore dictauerat. Vſus Plotinæ quoq; fauore, cuius ſtudio etiã legatus expeditionis Parthicæ tempore deſtinatus eſt. Qua quidẽ tempeſtate utebatur Hadrianus amicitia Soſij Pappi & Pletorij Nepotis, ex ſenatorio ordine. Ex equeſtri autẽ Tatiani tutoris quondã ſui, & Liuiani Turbonis. In adoptionis ſponſionem uenit, Palma & Celſo inimicis ſemper ſuis: & quos poſtea ipſe inſecutus eſt in ſuſpitionẽ affectatæ tyrannidis lapſos. Secũdo COS. fauore Plotinæ factus, totã præſumptionẽ adoptionis emeruit. Corrupiſſe eum Traiani libertos, curaſſe delicatos, eoſdemq; ſepeliſſe per ea tempora, quibus in aula familiarior fuit, opinio multa firmauit. Quinto Iduũ Auguſti die, legatus Syriæ literas adoptionis accepit, quando & natalẽ adoptionis celebrari iuſſit. Tertio Iduũ earundem, quando & natalem imperij ſtatuit celebrandũ, exceſſus ei Traiani nuntiatus eſt. Frequens ſanè opinio fuit, Traiano id animi fuiſſe, ut Neratiũ Priſcum, nõ Hadrianũ ſucceſſorem relinqueret, multis amicis in hoc cõſentientibus, uſq; eò, ut Priſco aliquãdo dixerit, Commendo tibi prouincias, ſi quid mihi fatale contigerit. Et multi quidẽ dicunt, Traianũ in animo id habuiſſe, ut exemplo Alexandri Macedonis, ſine certo ſucceſſore moreretur: multi ad ſenatũ eum orationẽ uoluiſſe mittere, petiturũ ut ſi quid ei eueniſſet, principẽ Romanæ reip. ſenatus daret, additis duntaxat nominibus, ex quibus optimũ idẽ ſenatus eligeret. Nec deſunt, qui factione Plotinæ mortuo iam Traiano, Hadrianũ in adoptionem adſcitũ eſſe prodiderint, ſuppoſito qui pro Traiano feſſa uoce loqueretur. Adeptus imperiũ, ad priſcũ ſe ſtatim morem inſtituit, & tenendæ per orbem terrarũ paci operam intendit. Nam deficientibus his nationibus quas Traianus ſubegerat, Mauri laceſſebãt, Sarmatæ bellũ inferebant, Britanni teneri ſub Romana ditione non poterant, Aegyptus ſeditionibus urgebatur, Lycia deniq; ac Palæſtina rebelles animos efferebãt. Quare omnia trans Euphratẽ ac Tigrim reliquit, exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pronuntiauit, quia teneri non poterant. Pſamatoſſirim, quem Traianus Parthis regẽ fecerat, quòd eũ non magni ponderis apud Parthos uideret, proximis gentibus regem dedit. Tantum autẽ ſtatim clementiæ ſtudiũ habuit, ut cũ ſub primis imperij diebus ab Tatiano per epiſtolas eſſet admonitus, ut & Bebius Macer præfectus urbis ſi reniteretũ eius imperio, necaretur: & Laberius Maximus, qui ſuſpectus imperio in inſula exulabat, & Frugi Craſſus, neminẽ læderet. Quãuis Craſſum poſtea ꝓcurator egreſſum inſula, quaſi res nouas moliretũ, iniuſſu eius occiderit. Militib. ob auſpicia imperij duplicẽ largitionẽ dedit. Luſiũ Quietũ, ſublatis gentib. Mauris, quos regebat, quia ſuſpectus imperio fuerat, exarmauit, Martio Turbone Iudæis compreſſis, ad deprimendũ tumultũ Mauritanię † deſtinato. Poſt hoc Antiochia digreſſus eſt ad inſpiciẽdas reliquias Traiani, quas Tatianus, Plotina, & Mattidia deferebãt. Quib. exceptis, & naui Romana dimiſſis, ipſe Antiochiã regreſſus, prępoſitoq; Syriæ Catilio Seuero, per Illyricũ Romã uenit. Traiano diuinos honores, datis ad ſenatũ & quidem accuratiſſimis literis poſtulauit, & cunctis uolentib. meruit ita, ut ſenatus multa, quę Hadrianus nõ poſtulauerat, in honorẽ Traiani ſponte decerneret. Cũ ad ſenatũ ſcriberet, ueniã petijt, ꝙ de imperio ſuo iudiciũ ſenatui nõ dediſſet, ſalutatus ſcilicet præpropere á militibus imperator, ꝙ eſſe reſp. ſine imperatore non poſſet. Cum triumphũ ei ſenatus, qui Traiano debitus erat, detuliſſet recuſauit ipſe, atq; imaginẽ Traiani curru triumphali uexit, ut optimus imperator ne poſt mortẽ quidẽ triumphi amitteret dignitatẽ. Patris patrię nomen delatũ ſibi ſtatim & iterũ poſtea, diſtulit: quòd hoc nomẽ Auguſtus ſero meruiſſet. Aurũ coronariũ Italiæ remiſit, in prouincijs minuit, & quidẽ difficultatibus ærarij ambitioſe ac diligẽter expoſitis. Audito dein tumultu Sarmatarũ & Alanorũ, præmiſſis exercitibus Mæſiã petijt. Martium Turbonẽ poſt Mauritaniæ præfecturã inſulis ornatũ, Pannoniæ Daciæq; ad tẽpus præfecit. Cum rege mox Alanorũ, qui de imminutis ſtipendijs querebatur, cognito negotio pacẽ cõpoſuit. Nigrini inſidias, quas ille ſacrificãti Hadriano, conſcio

Secundo, pro iterum

Destinato pro miſſo

conſcio ſibi Luſio, & multis alijs parauerat, cum etiā ſucceſſorē Hadrianus ſibimet deſtinaſſet, euaſit. Quare Palma Terracinæ, Celſus Baijs, Nigrinus Fauentiæ, Luſius in itinere, ſenatu iubente, inuito Hadriano, ut ipſe in uita ſua dicit, occiſi ſunt. Vnde ſtatim Hadrianus ad refellendam triſtiſsimā de ſe opinionē, quòd occidi paſſus eſſet uno tempore quatuor cōſulares, Romā uenit, Dacia Turboni credita, titulo Aegyptiacæ præfecturæ, quo plus autoritatis haberet ornato: & ad cōprimendam de ſe famā, congiariū duplex præſens populo dedit, ternis iam per ſingulos aureis ſe abſente diuiſis. In ſenatu quoq; excuſatis quæ facta erant, iurauit, ſe nunq̃ ſenatorem, niſi ex ſenatus ſententia puniturū. Statim Curſum fiſcalem inſtituit, ne magiſtratus hoc onere grauaret̃. Ad colligendā aūt gratiā nihil prætermittens, infinitā pecuniā, quæ fiſco debebat̃, priuatis debitoribus in urbe atq; Italia: in prouincijs uero etiā ex reliquijs ingētes ſummas remiſit, ſyngraphis in foro diui Traiani, quo magis ſecuritas omnibus roboraretur incēſis. Damnatorū bona in fiſcū priuatū redigi uetuit, omni ſumma in ærario publico recepta. Pueris ac puellis, quibus etiā Traianus alimēta detulerat, incrementū liberalitatis adiecit. Senatoribus qui non uitio ſuo decoxerant, patrimoniū pro liberorū modo ſenatoriæ profeſsionis expleuit, ita ut pleriſq; in diem uitæ ſuæ dimenſum ſine dilatione reſtituerit. Ad honores explendos nō ſolū amicis, ſed etiā paſsim aliquantis multa largitus eſt. Fœminas nōnullas ad ſuſtentandam uitā, ſumptibus iuuit. Gladiatoriū munus per ſex dies cōtinuos exhibuit, & mille feras natali ſuo edidit. Optimos quoſq; de ſenatu in cōtuberniū imperatoriæ maieſtatis adſciuit. Ludos Circenſes præter natalitios, decretos ſibi ſpreuit: & in concione & in ſenatu ſæpe dixit, Ita ſe remp. geſturū, ut ſciret populi rem eſſe non propriā. Tertio conſules, cum ipſe ter fuiſſet, plurimos fecit. Infinitos aūt ſecundi conſulatus honore cumulauit. Ipſum autē tertiū conſulatum, & quatuor menſibus tantū egit, & in eo ſæpe ius dixit. Senatui legitimo cum in urbe uel iuxta urbem eſſet, ſemper interfuit. Senatus faſtigiū in tantū extulit, difficilē faciens ſenatores, ut cum Tatianū ex præfecto prætorij, ornamentis conſularibus præditum, faceret ſenatorē, nihil ſe amplius habere, quod in eum conferri poſſet, oſtenderit. Equites Romanos, nec ſine ſe de ſenatorib. nec ſecū iudicare permiſit. Erat eñ tūc mos, ut cū princeps cauſas cognoſceret, & ſenatores & equites Romanos in cōſilium uocaret, ſententiā ex omniū deliberatione proferret. Execratus eſt deniq; principes, qui minus ſenatoribus detuliſſent. Seruiano ſororis uiro, cui tantū detulit, ut ei uenienti de cubiculo ſemper occurrerit, tertiū cōſulatū, nec ſecū tamen, cum ille bis ante Adrianū fuiſſet, ne eſſet ſecūdę ſentētiæ, nō petēti ac ſine precatiōe cōceſsit. Inter hæc tamen & multas prouincias à Traiano acquiſitas reliquit: & theatrū quod ille in cāpo Martio poſuerat, cōtra omnium uota deſtruxit. Et hæc quidē eo triſtiora uidebant̃, ꝙ omnia quæ diſplicere uidiſſet Hadrianus, mandata ſibi ut faceret decreto Traiani eſſe ſimulabat. Cum Tatiani, præfecti ſui & quondā tutoris, potentiā ferre nō poſſet, niſus eſt eum obtruncare: ſed reuocatus eſt, quia iam quatuor conſulariū occiſorū, quorum quidem necem in Tatiani cōſilia refundebat, premebat̃ inuidia. Cui cum ſucceſſorem dare nō poſſet, quia nō petebat, id egit, ut peteret: atq; ubi primū petijt, in Turbonem tranſtulit poteſtatē: cum quidē etiā Simili alteri præfecto, Septiciū Clarum ſucceſſorē dedit. Summotis his à præfectura, quib. debebat imperiū, Campaniā petit: eiuſq; omnia oppida beneficijs & largitionibus ſubleuauit, optimū quenq; amicitijs ſuis iungens. Romæ uero prætorū & conſulum officia frequentauit, cōuiuijs amicorū interfuit. Aegros bis ac ter die, & nōnullos equites Romanos ac libertinos uiſitauit, ſolatijs refouit, cōſilijs ſubleuauit, cōuiuijs ſuis ſemper adhibuit. Oīa deniq; ad priuati hominis modū fecit. Socrui ſuæ honores præcipuos impēdit ludis gladiatorijs, cæteriſq; officijs. Poſt hæc profectus in Gallias, oēs cauſarijs liberalitatibus ſubleuauit. Inde in Germaniā tranſiit: paciſq; magis q̃ belli cupidus, militē quaſi bellū immineret, exercuit, tolerantiæ documētis eū imbuēs, ipſe quoq; inter manipulares uitā militarē† magiſtrans, cibis etiā caſtrenſibus in propatulo libēter utens, hoc eſt, larido, caſeo, & poſca, exēplo Scipiōis Aemiliani & Metelli, & autoris ſui Traiani: multos præmijs, nōnullos honorib. donās, ut ferre poſſent ea quæ aſperius iubebat. ſiquidē ipſe poſt Cæſarē Octauiū, labātē diſciplinā incuria ſuperiorū principū, retinuit, ordinatis & officijs

Magiſtrans, pro moderās aut gubernās

& impendijs: nunq̃ paſſus aliquẽ à caſtris iniuſte abeſſe, cũ tribunos nõ fauor militũ, ſed iuſtitia cõmendaret. exẽplo etiã uirtutis ſuæ cæteros adhortatus, cum etiã uicena milia pedibus armatus ambularet, triclinia de caſtris & porticus & cryptas & topia dirueret: ueſtem humillimã frequenter acciperet, ſine auro balteum ſumeret, ſine gemmis fibulas ſtringeret, capulo uix eburneo ſpatã clauderet: ægros milites in hoſpitijs ſuis uideret, locũ caſtris caperet: nulli uitem, niſi robuſto & bonæ famæ daret, nec tribunũ, niſi plena barba faceret, aut eius ætatis, quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret, nec patereẽ quicq̃ tribunũ à milite accipere: delicata omnia undiq; ſummoueret, arma poſtremo eorũ ſupellectilemq; corrigeret. De militũ etiã ætatibus iudicabat, nequis aut minor q̃ uirtus poſceret, aut maior q̃ pateretur humanitas, in caſtris contra morem ueterem uerſareẽ: agebatq; ut ſibi ſemper noti eſſent, & eorũ numerus ſcireẽ. Laborabat præterea, ut cõdicta militaria diligẽter agnoſceret: reditus quoque prouinciales ſolerter explorans, ut ſi alicubi quippiã deeſſet, expleret. Ante oẽs tamen enitebaẽ, ne quid otioſum uel emeret aliquando, uel paſceret. Ergo cõuerſis regio more militib. Britanniã petijt: in qua multa correxit, murumq; per octoginta milia paſſuũ primus duxit, qui Barbaros Romanosq; diuideret. Septicio Claro præfecto prætorij, & Suetonio Tranquillo Epiſtolarũ magiſtro, multisq; alijs, qui apud Sabinam uxorẽ iniuſſũ eius familiarius ſe tunc egerant, q̃ reuerentia domus aulicæ poſtulabat, ſucceſſores dedit: uxorem etiã ut moroſam & aſperã dimiſſurus, ut ipſe dicebat, ſi priuatus fuiſſet. Et erat curioſus non ſolũ domus ſuæ, ſed etiã amicorũ: ita, ut per frumentarios occulta oĩa exploraret: nec aduerterent amici, ſciri ab imperatore ſuam uitã, prius q̃ ipſe hoc imperator oſtenderet. Vnde non iniucundum eſt rem inſerere, ex quo conſtet eum de amicis multa didiciſſe. Nam cũ ad quendã ſcripſiſſet uxor ſua, quòd uoluptatib. detentus & lauacris ad ſe redire nollet: atq; hoc Hadrianus per frumentarios cognouiſſet, petente illo cõmeatũ, Hadrianus ei lauacra & uoluptates exprobrauit. Cui ille, Num & tibi uxor mea quod & mihi ſcripſit? Et hoc quidã uitioſiſſimum putãt: atq; huic adiungũt, quæ de adultorũ amore ac nuptarũ adulterijs, quibus Hadrianus laboraſſe diciẽ, aſſerũt iungentes, q ne amicis quidẽ ſeruauerit fidẽ. Compoſitis in Britannia rebus, tranſgreſſus in Galliã, Alexandrina ſeditiõe turbatus, quæ nata eſt ob Apin: qui cum repertus eſſet poſt multos annos, turbas inter populos creauit, apud quẽ deberet locari omnibus ſtudioſe certantib. Per idem tẽpus in honorem Plotinæ baſilicã apud Nemauſum opere mirabili extruxit. Poſt hæc Hiſpanias petit, & Tarracone hyemauit, ubi ſumptu ſuo ædẽ Auguſti reſtituit, omnib. Hiſpanis Tarraconem in cõuentũ uocatis: delectũq; ioculariter, ut uerba ipſa ponit Marius Maximus, detractantib. Italicis, uehementiſsime cæteris, prudenter & caute cõſuluit. Quo quidem tẽpore non ſine gloria grauiſsimũ periculũ adijt, apud Tarracone ſpatiãs per hoſpitia uiridaria, ſeruo in ſe cũ gladio furioſius irruẽte: quẽ retentũ ille miniſtris accurrentibus tradidit: & ubi furioſum eſſe cõſtitit, medicis curandũ dedit in nullo omnino cõmotus. Per ea tẽpora & aliàs frequẽter in plurimis locis, in quibus Barbari nõ fluminibus, ſed limitibus diuiduntẽ, ſtipitibus magnis in modũ muralis ſepis funditus iactis atq; cõnexis, Barbaros ſeparauit: Germanis regẽ conſtituit, motus Maurorũ cõpreſsit, & à ſenatu ſupplicatiões emeruit. Bellũ Parthorũ per idem tẽpus in motu tantum fuit, idq; Adriani colloquio repreſſum eſt. Poſt hoc per Aſiã & inſulas ad Achaiã nauigauit, & Eleuſinia ſacra exẽplo Herculis Philippiq; ſuſcepit: multa in Athenienſes cõtulit, & pro agonotheta reſedit. & in Achaia quidẽ etiã illud obſeruatũ ferunt: q cum in ſacris multi cultros haberẽt, cum Hadriano nullus armatus ingreſſus eſt. Poſt in Siciliã nauigauit, in qua Aetnã montẽ conſcendit, ut ſolis ortũ uideret arcus ſpecie, ut diciẽ, uarium. Inde Romã uenit, atq; ex ea in Africã tranſiit, ac multum beneficiorum prouincijs Africanis attribuit. Nec quiſquã ferè principũ tantũ terrarũ tam celeriter peragrauit. Deniq; cum poſt Africã Romam rediſſet, ſtatim ad orientẽ profectus per Athenas iter fecit, atq; opera quæ apud Athenienſes cœperat, dedicauit: ut Iouis Olympij ædem, & arã ſibi: eodemq; modo per Aſiam iter faciens, templa ſui nominis conſecrauit. Deinde à Cappadocibus ſeruitia caſtris profutura ſuſcepit. Toparchas & reges ad amicitiam inuitauit, inuitato etiam Coſdroe rege Parthorum, remiſſaq; illi filia

Implere robur, pro præſtare

Suetonius Tranquillus

illi filia quã Traianus ceperat, ac ꝓmiſſa ſella quę itidẽ capta fuerat. Cumq; ad eũ quidam reges ueniſſent, ita cũ his egit, ut eos pœniteret qui uenire noluerũt, cauſa ſpeciatim Pharaſmanis, qui eius inuitationẽ ſuperbe neglexerit. Et circũiens quidẽ prouincias, procuratores & præſides ꝓ factis ſupplicio affecit, ita ſeuerè, ut accuſatores per ſe crederet immittere. Antiochẽſes inter hæc ita odio habuit, ut Syriã à Phœnice ſeperare uoluerit, ne tot ciuitatũ metropolis Antiochia diceret. Mouerunt ea tẽpeſtate & Iudæi bellũ, quod uetabant mutilare genitalia. Sed in monte Caſsio cũ uidẽdi ſolis ortus gratia nocte aſcẽdiſſet, imbre orto, fulmen decidẽs hoſtiã & uictimariũ ſacrificãti afflauit. Peragrata Arabia Peluſiũ uenit, & Pompeij tumulũ magnificẽtius extruxit. Antinoũ ſuum dum per Nilũ nauigat, perdidit, quẽ muliebriter fleuit: de quo uaria fama eſt, alijs eũ deuotũ pro Hadriano aſſerentib. alijs quod & forma eius oſtentat & nimia uoluptas Hadriani. & Græci quidẽ uolẽte Hadriano eum cõſecrauerũt, oracula per eũ dari aſſerentes, quæ Hadrianus ipſe cõpoſuiſſe iactat. Fuit enim poematũ & literarũ omniũ ſtudioſiſsimus, arithmeticæ, geometriæ, picturæ peritiſsimus. Iã pſallendi & cantãdi ſcientiã præ ſe ferebat: in uoluptatib. nimius. Nã & de ſuis dilectis multa uerſibus cõpoſuit, amatoria carmina ſcripſit. Idẽ armorũ peritiſsimus, & rei militaris ſcientiſsimus, gladiatoria quoq; arma tractauit. Idẽ ſeuerus, lætus, comis, grauis, laſciuus, cunctator, tenax, liberalis, ſimulator, ſæuus, clemẽs, & ſemper in omnib. uarius. Amicos ditauit, & quidẽ nõ petentes, cũ petentib. nihil negaret. Idẽ tñ facile de amicis quicquid inſuſurrabat, audiuit. Atq; ideo propè cunctos uel amiciſsimos, uel eos quos ſummis honoribus euexit, poſtea ut hoſtiũ loco habuit, ut Tatianũ & Nepotẽ, & Septiciũ Clarũ. Nam Eudæmonẽ prius cõſciũ imperij ad egeſtatẽ perduxit: Polyænum & Marcellũ ad mortẽ uolũtariã coegit: Heliodorũ famoſiſſimis literis laceſsiuit: Titianũ ut cõſciũ tyrannidis, & argui paſſus eſt, & ꝓſcribi. Numidiũ Quadratũ, & Catiliũ Seuerũ, & Turbonẽ grauiter inſecutus eſt. Seruianũ ſororis uirũ nonageſimũ iã annũ agentẽ, ne ſibi ſuperuiueret, mori coegit. Libertos deniq; & nõnullos milites inſecutus eſt. Et quãuis eſſet oratione & uerſu promptiſsimus, & in omnib. artibus periſsimus, tñ profeſſores omniũ artiũ ſemper ut doctior riſit, cõtempſit, obtriuit. Cũ his ipſis ꝓfeſſorib. & philoſophis, libris uel carminib. inuicẽ editis ſæpe certauit. Et Fauorinus quidẽ, cum uerbũ eius quoddã ab Hadriano reprehẽſum eſſet, atq; ille ceſsiſſet, arguẽtibus amicis ꝙ male cederet Hadriano, de uerbo quod idonei autores uſurpaſſent, riſum iucũdiſsimũ mouit. Ait eñ, Non recte ſuadetis familiares, qui nõ patimini me illũ doctiorẽ omnibus credere, qui habet triginta legiones. Famæ celebris Hadrianus tam cupidus fuit, ut libros uitæ ſuę ſcriptos à ſe, libertis ſuis literatis dederit, iubẽs ut eos ſuis nominibus publicarent: nã Phlegontis libri Hadriani eſſe dicunt. Catacrianos libros obſcuriſsimos, Antimachũ imitando, ſcripſit. Floro poetæ ſcribenti ad ſe,

Ab hoc dicta Antinoe

Mouere riſum

Ego nolo Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas: reſcripſit,
Ego nolo Florus eſſe,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

Trimetri Iambici Catalectici

Amauit præterea genus dicendi uetuſtum, cõtrouerſias declamauit. Ciceroni Catonem, Vergilio Enniũ, Salluſtio Cæciliũ prætulit. Eademq; iactatione de Homero ac Platone iudicauit. Matheſin ſic ſcire ſibi uiſus eſt, ut ſero Calendis Ianuarijs ſcripſerit, quid ei toto anno poſſet euenire: ita, ut eo anno quo perijt, uſq; ad illã horã qua eſt mortuus, ſcripſerit quid acturus eſſet. Sed quamuis eſſet in reprehendendis muſicis, tragicis, comicis, grãmaticis, rhetoribus, oratoribus, facilis, tamen oẽs profeſſores & honorauit & diuites fecit, licet eos quæſtionib. ſemper agitauit. Et cũ ipſe autor eſſet, ut multi ab eo triſtes recederent, dicebat ſe grauiter ferre, ſiquẽ triſtẽ uideret. In ſumma familiaritate Epictetũ & Heliodorũ philoſophos, & ne nominatim de omnib. dicã, grãmaticos, rhetores, muſicos, geometras, pictores, aſtrologos habuit: præ cæteris, ut multi aſſerũt, eminẽte Fauorino. doctores qui ꝓfeſsioni ſuæ inhabiles uidebant, ditatos, ho-

notatosq;

noratosq́ à profeſsione dimiſit. Quos in priuata uita inimicos habuit, imperator tan-
tum neglexit, ita ut uni, quē capitalē habuerat, factus imperator diceret, Euaſiſti. Iis,
quos ad militiā ipſe per ſe uocauit, equos, mulos, ueſtes, ſumptus, & omnē ornatū ſem
Sigillaritia per exhibuit. Saturnalitia & Sigillaritia frequenter amicis inopinantib. miſit, & ipſe
ab his libenter accepit, & alia inuicē dedit. Ad deprehendēdas obſonatorū fraudes cū
plurimis ſumētibus paſceret, fercula de alijs mēſis etiā ultimis quibuſq́ iuſsit apponi.
Omnes reges muneribus ſuis uicit. Publice frequēter & cū omnibus lauit: ex quo ille
Mutuū ſcabūt iocus balnearis innotuit. Nā cum quodā tēpore ueteranū quendā notū ſibi in militia,
dorſum & cæterā partē corporis uidiſſet atterere, percōtatus cur ſe marmorib. deſtrin
gendū daret. ubi audiuit hoc idcirco fieri, ꝙ ſeruū non haberet, & ſeruis eū donauit &
ſumptib. Verū alia die cū plures ſenes ad prouocandā liberalitatē principis pariter &
ſe attererēt, euocari eos iuſsit, & aliū ab alio inuicē defricari. Fuit & plebis iactantiſsi-
mus amator. Peregrinatiōis ita cupidus, ut omnia quæ legerat de locis orbis terrarū,
præſens uellet addiſcere. Frigora & tempeſtates ita patiēter tulit, ut nunq́ caput tege
ret. Regibus multis plurimū detulit: à pleriſq́ uero etiā pacē redemit, à nōnullis con-
temptus eſt: multis ingētia dedit munera, ſed nulli maiora q́ Hiberorū: cui & elephan
tum & quinquagenariā cohortē poſt magnifica dedit dona. Cum à Pharaſmane ipſe
quoq́ ingentia dona accepiſſet, atq́ inter hæc auratas quoq́ chlamydes, trecentos no
xios cum auratis chlamydibus in harenā miſit ad eius munera deridenda. Cū iudica-
ret, in conſilio habuit nō amicos ſuos aut comites ſolū, ſed iuris cōſultos, & præcipuè
Iuliū Celſum, Saluiū Iulianū, Neratiū Priſcū, aliosq́, quos tamen ſenatus omnis pro-
baſſet. Cōſtituit inter cætera, ut in nulla ciuitate domus aliquæ transferendæ ad aliam
urbem ullius materiæ cauſa diruerent. Liberis proſcriptorū duodecimas bonorū con
ceſsit. Maieſtatis crimina nō admiſit. Ignotorū hæreditates repudiauit: nec notorū ac-
cepit, ſi filios haberent. De theſauris ita cauit, ut ſi quis in ſuo reperiſſet, ipſe potiret: ſi
quis in alieno, dimidiū dño daret: ſi qs in publico, cū fiſco æqualiter partiret. Seruos à
dominis occidi uetuit, eosq́ iuſsit dānari per iudices, ſi digni eſſent. Lenoni & laniſtæ
ſeruū uel ancillā uendi uetuit cauſa nō præſtita. Decoctores bonorū ſuorū, ſi ſuæ auto
Catamidiari, riſus gratia publicitus exhiberi ritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro & dimitti iuſsit. Ergaſtula ſeruorū & liber-
torum tulit. Lauacra pro ſexibus ſeparauit. Si dñs in domo interemptus eſſet, non de
omnibus ſeruis quæſtionē haberi, ſed de his, qui per uicinitatē poterāt ſentire, præce-
pit. In Hetruria pręturā imperator egit. Per Latina oppida dictator & ædilis & duum-
uir fuit. Apud Neapolim demarchus, in patria ſua quinquennalis: & itē Hadriæ quin
quennalis quaſi in alia patria, & Athenis archon fuit. In omnib. penè urbib. & aliquid
ædificauit, & luſus edidit. Athenis mille ferarū uenationē in ſtadio exhibuit. Ab urbe
nunq́ ullū uenatorē aut ſcenicū auocauit. Romę poſt cæteras immenſiſsimas uolupta
tes, in honorem ſocrus ſuæ, aromatica populo donauit. In honorē Traiani balſama &
crocū per gradus theatri fluere iuſsit: Fabulas omnis generis more antiquo in theatro
dedit: Hiſtriones aulicos publicauit. In circo multas feras, & ſæpe centū leones inter-
Pyrrhice, ſaltationis genus militare fecit. Militares pyrrhicas populo frequēter exhibuit: Gladiatores frequēter ſpectauit.
Cum opera ubiq́ infinita feciſſet, nunq́ ipſe, niſi in Traiani patris tēplo nomen ſuum
ſcripſit. Romæ inſtaurauit pantheū, ſepta, baſilicā Neptuni, ſacras ædes plurimas, fo-
rum Auguſti, lauacrū Agrippæ: eaq́ oīa proprijs & ueterū nominibus cōſecrauit. Fe-
cit & ſui nominis pontem, & ſepulchrū iuxta Tiberim, & ædem Bonæ deæ tranſtulit:
& coloſſum ſtantē atq́ ſuſpenſum per Detrianū architectū de eo loco in quo nūc tem-
plum Vrbis eſt ingēti molimine, ita ut operi etiā elephantes XXIIII. exhiberet. Et cum
hoc ſimulacrū poſt Neronis uultū, cui antea dicatū fuerat, Soli cōſecraſſet, aliud tale
Apollodoro architecto autore, facere Lunæ molitus eſt. In colloquijs etiā humillimo
rum ciuiliſsimus fuit, deteſtans eos, qui ſibi hanc uoluptatē humanitatis, quaſi ſeruan
μουσεῖον locus ſtudioſorū tes faſtigium principis inuiderēt. Apud Alexandriā in muſio, multas quæſtiones pro-
feſſoribus propoſuit: & propoſitas ipſe diſſoluit. Marius Maximus dicit, cum natura
crudelem fuiſſe, & idcirco multa pie feciſſe, quòd timeret ne ſibi idem quod Domitia-
no accidit, eueniret. Et cum titulos in operibus nō amaret, multas ciuitates Hadriano
polis appellauit, ut ipſam Carthaginem, Athenarū partem. Aquarū ductus etiam in-
finitos

finitos hoc nomine nuncupauit. Fiſci aduocatũ primus inſtituit. Fuit memoriæ ingentis, facultatis immenſæ: nã ipſe orationes & dictauit, & ad omnia reſpondit. Ioca eius plurima extant, nam fuit etiã dicaculus. Vnde illud quoq; innotuit, quòd cum cuidam caneſcenti quiddam negaſſet, eidem iterum petenti, ſed infecto capite, reſpondit, Iam hoc patri tuo negaui. Nomina plurimis ſine nomenclatore reddidit, quæ ſemel & congeſta ſimul audiuerat, ut nomenclatores ſæpius errantes emendauerit. Dixit & uetera norum nomina quos aliquando dimiſerat. Libros ſtatim lectos & ignotos quidem plurimis memoriter reddidit. Vno tempore ſcripſit, dictauit, audiuit, & cum amicis fabulatus eſt. Si poteſt credi, omnes publicas rationes ita complexus eſt, ut domum priuatam quiuis paterfamiliâs diligens non ſatis nouit. Equos & canes ſic amauit, ut eis ſepulchra cõſtitueret. Oppidum Hadrianotheras in quodam loco, quòd illic & feliciter eſſet uenatus, & urſam occidiſſet, aliquãdo conſtituit. De iudicib. omnibus ſemper cuncta ſcrutãdo, tamdiu requiſiuit, quãdiu uerum inueniret. Libertos ſuos nec ſciri uoluit in publico, nec aliquid apud ſe poſſe, dicto ſuo omnibus ſuperiorib. principib. uitia imputans libertorũ, damnatis omnib. libertis ſuis, quicunq; ſe de eo iactauerãt. Vnde extat etiam illud ſeuere quidẽ, ſed prope ioculare de ſeruis. Nam cum quodã tempore ſeruum ſuũ inter duos ſenatores è cõſpectu ambulare uidiſſet, miſit qui ei colaphũ daret, & diceret, Noli inter eos ambulare, quorum eſſe adhuc potes ſeruus. Inter cibos unice amabat tetrapharmacũ, quod erat de faſiano, ſumine, perna, & cruſtulo. Fuerunt eius temporib. fames, peſtilẽtia, & terræmotus: quæ omnia quantũ potuit, procurauit, multiſq; ciuitatib. uaſtatis per iſta ſubuenit. Fuit etiã Tiberis inundatio. Latiũ multis ciuitatibus dedit, tributa multis remiſit. Expeditiones ſub eo graues nullæ fuerunt. Bella etiã ſilentio penè tranſacta. A militib. propter curã exercitus nimiam multũ amatus eſt, ſimul ꝙ in eos liberaliſsimus fuit. Parthos in amicitia ſemper habuit, ꝙ inde regem retraxit, quẽ Traianus impoſuerat. Armenis regem habere permiſit, cũ ſub Traiano legatũ habuiſſent. A Meſopotamijs nõ exegit tributũ, ꝙ Traianus impoſuit. Albanos & Hiberos amiciſſimos habuit, quòd reges eorũ largitionib. proſecutus eſt, cum ad illũ ueni re cõtempſiſſent. Reges Bactrianorũ legatos ad eum amicitiæ petẽdæ cauſa ſupplices miſerunt. Tutores ſæpiſſime dedit. Diſciplinã ciuilem nõ aliter tenuit, ꝗ; militarem. Senatores & equites Ro. ſemper in publico togatos eſſe iuſſit, niſi ſi à cœna reuerterentur. Ipſe cum in Italia eſſet, ſemper togatus proceſſit. Ad conuiuiũ uenientes ſenatores, ſtans excepit: ſemperq; aut pallio tectus diſcubuit, aut toga ſubmiſſa. Iudicum ſumptus cõſtituit, & ad antiquũ modum redegit. Vehicula cum ingentib. ſarcinis urbem ingredi prohibuit. Sederi equos in ciuitatib. non ſiuit. Ante octauam horam in publico neminem niſi ęgrum lauari paſſus eſt. Ab epiſtolis & à libellis, primus equites Romanos habuit. Eos quos pauperes & innocentes uidit, ſponte ditauit. Quos uero calliditate ditatos, etiam odio habuit. Sacra Romana diligẽtiſſime curauit, peregrina cõtempſit. Pontificis maximi officium peregit. Cauſas Romæ atq; in prouincijs frequenter audiuit, adhibitis conſilio ſuo conſulibus atq; prætoribus & optimis ſenatoribus. Fucinum lacum emiſit. Quatuor cõſulares per omnem Italiã iudices cõſtituit. Quando in Africam uenit, ad aduentũ eius poſt quinquenniũ pluit: atq; ideo ab Africanis dilectus eſt. Peragratis ſanè omnibus orbis partibus, capite nudo, et in ſummis plerunq; imbribus atq; frigoribus, in morbum incidit lætalem. Factusq; de ſucceſſore ſolicitus, primũ de Seruiano cogitauit: quẽ poſtea, ut diximus, mori coegit. Fuſcum quod imperiũ præſagijs & oſtentis agitatus ſperaret, in ſumma deteſtatione habuit: Pletoriũ Nepotem quẽ tantopere ante dilexit, ut ueniens ad eum ægrotantẽ Hadrianus impune non admitteretur, ſuſpitionib. adductus. Eodem modo & Terentiũ Gentianum, & hunc uehementius, quod à ſenatu diligi tunc uidebat. Omnes poſtremo de quorũ imperio cogitauit, quaſi futuros imperatores deteſtatus eſt. & omnem quidem uim crudelitatis ingenitæ uſq; eo repreſſit, donec in uilla Tiburtina profluuio ſanguinis penè ad exitum uenit. Tunc libere Seruianũ quaſi affectatorem imperij, quòd ſeruis regis cœnam miſiſſet, quòd in ſedili regio iuxta lectũ poſito ſediſſet, quòd erectus ad ſtationes militũ ſenex nonagenarius proceſſiſſet, mori coegit, multis alijs interfectis uel aperte, uel per inſidias: quandoquidẽ etiam Sabina uxor nõ ſine fabula ueneni dati ab Hadriano defuncta

cta eſt. Tunc Ceionium Commodum, Nigrini generũ inſidiatoris, quondam ſibi forma commendatum, adoptare conſtituit. Adoptauit ergo Ceionium Commodum Verum inuitis omnibus, eumq́ Aelium Verum Cæſarem appellauit. Ob cuius adoptionem ludos Circenſes dedit, & donatiuũ populo ac militibus expendit: quem prætura honorauit, ac ſtatim Pannonijs impoſuit. decreto conſulatu cum ſumptibus, eundem Commodum ſecundum conſulem deſignauit. Quem cum minus ſanũ uideret, ſæpiſsime dictitauit, in caducũ parietẽ nos inclinauimus, & perdidimus quater millies H—S. quòd populo & militibus pro adoptione Cõmodi dedimus. Cõmodus autẽ præ ualetudine, nec gratias quidem in ſenatu agere potuit Hadriano de adoptione. Deniq́ accepto largius antidoto, ingraueſcente ualetudine, per ſomnum perijt, ipſis calendis Ianuarijs. Quare ab Hadriano uotorum cauſa lugeri eſt uetitus. Et mortuo Aelio Vero Cæſare, Hadrianus ingruente triſtiſsima ualetudine, adoptauit Arriũ Antoninũ, qui poſtea Pius dictus eſt: ſed ea demum lege, ut ille ſibi duos adoptaret, Annium Verum & Marcum Antoninũ. Hi ſunt, qui poſtea duo pariter Auguſti, primi remp. gubernauerunt. Antoninus quidem Pius idcirco appellatus dicitur, quod ſocerũ feſſum ætate, manu ſubleuarit. Quamuis alij cognomentũ hoc ei dicant inditum, quòd multos ſenatores Hadriano iam ſæuiẽti eripuiſſet: alij quòd ipſi Hadriano magnos honores poſt mortem detuliſſet. Antonini adoptionem plurimi tunc factam eſſe doluerunt, ſpeciatim Catilius Seuerus præfectus urbis, qui ſibi præparabat imperium. Qua re prodita, ſucceſſore accepto, dignitate priuatus eſt. Hadrianus autem ultimo uitæ tædio iam affectus, gladio ſe transfigi à ſeruo iuſsit. Quod cum proditum eſſet, & in Antonini uſq́ notitiam ueniſſet, ingreſsis ad ſe pręfectis & filio, rogantibusq́, ut æquo animo neceſſitatem morbi ferret, iratus illis, autorem proditionis iuſsit occidi, qui tamen ab Antonino ſeruatus eſt. Statimq́ teſtamentum ſcripſit: nec tamen actus reip. prætermiſit, dicente Antonino, parricidam ſe futurum, ſi Hadrianum adoptatus ipſe pateretur occidi. & poſt teſtamentum quidem iterum ſe conatus occidere, ſubtracto pugione, ſæuior factus eſt. petijt & uenenũ à medico, qui ſe ipſe ne daret, occidit. Ea tempeſtate ſuperuenit quædam mulier, quæ diceret ſomnio ſe monitam, ut inſinuaret Hadriano, ne ſe occideret, quòd eſſet bene ualiturus: quod cum nõ feciſſet, eſſe cæcatam. Iuſſam tamen iterum Hadriano eadẽ diceret, atq́ genua eius oſcularet, receptura uiſum, ſi id feciſſet. Quod cum inſomniũ impleſſet, oculos recepit, cum aqua quæ in fano erat, ex quo uenerat, oculos abluiſſet. Venit & de Pannonia quidam natus cæcus ad febrientem Hadrianum, eumq́ cõtigit: quo facto, & ipſe oculos recepit, & Hadrianũ febris reliquit: quamuis Marius Maximus hæc per ſimulationem facta cõmemoret. Poſt hoc Hadrianus Baias petijt, Antonino Romæ ad imperandum relicto. Vbi cum nihil proficeret, accerſito Antonino in conſpectu eius apud ipſas Baias perijt, die ſexto Iduum Iuliarum. Inuiſusq́ omnib. ſepultus eſt in uilla Ciceroniana Puteolis. Sub ipſo mortis tempore & Seruianum nonaginta annos agentem, ut ſupra dictum eſt, ne ſibi ſuperuiueret, atq́ ut putabat, imperaret, mori coegit. & ob leues offenſas plurimos iuſsit occidi, quos Antoninus reſeruauit. Et moriens quidem, hos uerſus feciſſe dicitur,

Animula, uagula, blandula,
Hoſpes, comesq́ corporis,
Quæ nunc abibis in loca
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut ſoles, dabis iocos.

Tales autem nec multo meliores fecit & Græcos. Vixit annis LXXII. menſibus V. diebus XVII. Imperauit annis XXI. menſibus XI. Statura fuit procerus, forma comptus, flexo ad pectinem capillo, promiſſa barba, ut uulnera quæ in facie naturalia erãt tegeret: habitudine robuſta. Equitauit, ambulauitq́ plurimum. Armisq́ & pilo ſe ſemper exercuit. Venatu frequentiſsime leonem manu ſua occidit. Venando aũt iugulũ & coſtam fregit. Venationem ſemper cum amicis participauit. In conuiuio tragœdias, comœdias, Atellanas, ſambucas, lectores, poetas pro re ſemper exhibuit. Tiburtinum uillam mire exædificauit, ita ut in ea & prouinciarum & locorũ celeberrima nomina inſcriberet: uelut lyceum, academiã, prytaneum, canopũ, pœcilen, tempe uocaret. Et

ut nihil

ut nihil prætermitteret,etiã inferos finxit.Signa mortis hæc habuit:Natali ſuo ultimo cum Antoninũ commẽdaret,prætexta ſpõte delapſa, caput ei operuit. Anulus in quo imago ipſius ſculpta erat, ſpõte de digito delapſus eſt. Ante diẽ natalis eius, neſcio qs ad ſenatũ ululans uenit.Cõtra quẽ Hadrianus ita motus eſt, quaſi de ſua morte loqueretur,cũ eius uerba nullus agnoſceret.Idẽ cũ uellet in ſenatu dicere, poſt filij mei mortem,poſt mortẽ meã dixit.Somniauit præterea, ſe à patre potionẽ ſoporiferam impetraſſe.Itẽ ſomniauit,à leone ſe oppreſſum eſſe.In mortuũ eũ à multis multa ſunt dicta. Acta eius irrita fieri ſenatus uolebat:nec appellatus eſſet diuus,niſi Antoninus rogaſſet.Templum deniq; ei pro ſepulchro apud Puteolos conſtituit, & quinquennale certamen,& Flamines & ſodales,& multa alia,quæ ad honorem quaſi numinis pertinerent. Quare ut ſupra dictum eſt,multi putant Antoninum Pium dictum.

AELII SPARTIANI

AELIVS VERVS

AD DIOCLETIANVM AVGVSTVM.

DIOCLETIANO AVGVSTO, AELIVS SPARTIANVS SVVS SALVTEM.

IN animo mihi eſt Diocletiane Auguſte, tot principum maxime, non ſolum eorum,qui principum locum in hac ſtatione quam temperas, retentarunt, ut uſq; ad diuum Hadrianum feci:ſed illorum etiam, qui uel Cæſarũ nomine appellati ſunt,nec principes, aut Auguſti fuerũt, uel quolibet alio genere,aut in famam,aut in ſpem principatus uenerunt, cognitionẽ numinis tui ſternere: quorũ pręcipue de Aelio Vero dicendũ eſt, qui primus tantũ Cæſaris nomẽ accepit,adoptione Hadriani familię principũ adſcriptus. Et quoniã nimis pauca dicenda ſunt,nec debet prologus enormior eſſe quàm fabula,de ipſo iam loquar.

Retentarunt pro tenuerunt, niſi mauis, retenuerunt.

CEIONIVS Commodus, qui & Aelius Verus appellatus eſt,quẽ ſibi Hadrianus æuo ingraueſcente morbis triſtioribus preſſus,peragrato iam orbe terrarũ adoptauit, nihil habet in ſua uita memorabile,niſi quod tantũ Cæſar eſt appellatus: non teſtamento, ut antea ſolebat, neq; eo modo,quo Traianus eſt adoptatus:ſed eo propè genere, quo noſtris tẽporibus à ueſtra clemẽtia Maximianus atq; Cõſtantius Cæſares dicti ſunt:quaſi quidã principum filij uiri, & deſignati Auguſtæ maieſtatis hæredes. Et quoniã de Cæſarum nomine in huius præcipue uita eſt aliquid diſputandũ,qui hoc ſolum nomẽ adeptus eſt, Cęſarẽ uel ab elephanto, qui lingua Maurorum cæſa dicitur:in prælio cęſo, eũ qui primus ſic appellatus eſt, doctiſſimi uiri & eruditiſſimi putãt dictũ: uel quia mortua matre,uentre cæſo ſit natus:uel quòd cũ magnis crinibus ſit utero parentis effuſus, uel quòd oculis cæſijs & ultra humanũ morem uiguerit. Certe quæcũq; illa felix neceſsitas fuit,unde tam clarum & duraturum cum æternitate mundi nomen effloruit.Hic ergo de quo ſermo eſt, primùm Lucius Aurelius Verus eſt dictus,ſed ab Hadriano aſcitus in Aeliorum familiam,hoc eſt,in Hadriani tranſcriptus, & appellatus eſt Cæſar.Huic pater Ceionius Commodus fuit, quẽ alij Verum,alij Lucium Aurelium, multi Annium prodiderunt:maiores omnes nobiliſſimi,quorum origo pleraque ex Hetruria fuit,uel ex Fauẽtia.Et de huius quidẽ familia plenius in uita Lucij Aurelij Ceionij Cõmodi Veri Antonini,filij huiuſce, quẽ ſibi adoptare Antoninus iuſſus eſt, diſſeremus. Is enim liber debet omnia quæ ad ſtemma generis pertinent, continere, qui habet principẽ de quo plura dicenda ſunt. Adoptatus aũt Aelius Verus ab Hadriano eo tempore, quo iam,ut ſuperius diximus,parum uigebat, & de ſucceſſore ne-

Cæſar unde dictus.

ceſſario cogitabat, ſtatimq; prætor factus, & Pannonijs dux ac rector impoſitus, mox conſul creatus. Et quia erat deputatus imperio, iterum conſul deſignatus eſt. Datum etiam populo cõgiarium cauſa eius adoptionis, collatumq; militibus H—S ter millies, Circenſes editi: neq; quicquam prætermiſſum quod poſſet lætitiã publicam frequentare. Tantumq; apud Hadrianum principem ualuit, ut præter adoptionis affectum, quo ei uidebatur adiunctus, ſolus omnia quæ cuperet etiã per literas impetraret. Nec prouinciæ quidem cui præpoſitus erat, defuit. Nam bene geſtis rebus uel potius feliciter, & ſi non ſummi, medij tamen obtinuit ducis famam. Hic tamẽ ualetudinis adeo miſeræ fuit, ut Hadrianum ſtatim adoptionis pœnituerit, potueritq; eum amouere à familia imperatoria, cum ſæpe de alijs cogitaret, ſi fortè uixiſſet. Fertur deniq; ab his qui Hadriani uitam diligentius in literas retulerũt, Hadrianum Veri ſciſſe genituram: & eum quem non multo ad remp. regendam probarat, ob hoc tantum adoptaſſe, ut ſuæ ſatis faceret uoluptati: &, ut quidam dicunt, iurando quod interceſsiſſe inter ipſum ac Verum ſecretis conditionibus ferebatur. Fuiſſe enim Hadrianũ peritum matheſeos, Marius Maximus uſqueadeo demonſtrat, ut eum dicat cuncta de ſe ſciſse, ſic, ut omnium dierum uſque ad horam mortis futuros actus antè perſcripſerit. Satis præterea conſtat eum de Vero ſæpe dixiſſe,

Iurando, pro iureiurando

Oſtendent terris hunc tantum fata, neq; ultra Eſſe ſinent.

Quos uerſus cum aliquando in hortulo ſpatians cantitaret, atq; adeſſet unus ex literatis, quorum Hadrianus ſpecioſa ſocietate gaudebat, uelletq; addere,

Nimium uobis Romana propago
Viſa potens ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent,

Hadrianus dixiſſe fertur: hos uerſus uita non capit Veri. illud addens,

Manibus date lilia plenis,
Purpureos ſpargam flores, animamq; nepotis
His ſaltem accumulem donis, & fungar inani Munere.

Cum quidem etiam illud dicitur cum irriſione dixiſſe, Ego mihi diuum adoptaui, nõ filium. Eum tamen cum cõſolaretur unus de literatis qui aderãt, ac diceret, Quid ſi nõ recte conſtellatio eius collecta eſt, quem credimus eſſe uicturum? Hadrianus dixiſſe fertur. Facile iſta dicis tu, qui patrimonij tui nõ reip. quæris hæredem. Vnde apparet, eum habuiſſe in animo alium deligere, atq; hunc ultimo uitæ ſuæ tempore à rep. ſubmouere: ſed haud eius conſilia iuuit euentus. Nam cum de prouincia Aelius rediſſet, atq; orationẽ pulcherrimam, quæ hodie quoq; legitur, ſiue per ſe, ſiue per ſcriniorum aut dicẽdi magiſtros paraſſet, qua Cal. Ianuarijs Hadriano patri gratias ageret, accepta potione qua ſe exiſtimaret iuuari Cal. ipſis Ianuarijs perijt. Iuſſusq; ab Hadriano, quia uota interueniebãt, non lugeri. Fuit hic uitæ lætiſsimæ, eruditus in literis, Hadriano, ut maleuoli loquuntur, acceptior forma, quàm moribus. In aula diu non fuit, in uita priuata, & ſi minus probabilis, minus tamen reprehendendus, ac memor familiæ ſuæ, comptus, decorus, pulchritudinis regiæ, oris uenerãdi, eloquentiæ celſioris, uerſu facilis, in rep. etiam non inutilis. Huius uoluptates ab his, qui uitam eius ſcripſerũt, multæ feruntur: equidem non infames, ſed aliquatenus diffluentes. Nã tetrapharmacum ſeu potius pentapharmacum, quo poſtea ſemper Hadrianus eſt uſus, ipſe dicitur reperiſſe, hoc eſt, ſumen, faſianum, pauonem, cruſtulatam & aprugnam. De quo genere cibi aliter refert Marius Maximus, non pentapharmacum, ſed tetrapharmacũ, appellans: ut & nos ipſi in eius uita proſecuti ſumus. Fertur etiam aliud genus uoluptatis, quod Verus inuenerat. Nam lectum eminentibus quatuor anacliterijs fecerat, minuto reticulo undiq; incluſum, eumq; folijs roſæ, quibus demptum eſſet album, replebat, iacensq; cum concubinis, uelamine de lilijs facto ſe tegebat, unctus odoribus Perſicis. Iam illa frequentantur à nonnullis, quod & accubationes ac menſas de roſis ac lilijs fecerit, & quidem purgatis: quæ & ſi non decora, non tamen ad perniciem publicam prompta ſunt. Atq; idem Ouidij libros Amorum in lecto ſemper habuiſſe, idem Martialem epigrammaticum poetam, Vergilium ſuum dixiſſe. Iam illa leuiora, quòd curſoribus ſuis exemplo cupidinum alas frequenter appoſuit, eosq; uentorum nominibus ſæpe uocitauit, Boream alium, alium Notum, & item Aquilonem aut Cir-

cium, cæteriſq; nominibus appellans, & indefeſſe atq; inhumaniter faciens curſitare. Idem uxori conquerenti de extraneis uoluptatibus, dixiſſe fertur: Patere me per alias exercere cupiditates meas. Vxor enim dignitatis nomen eſt, nō uoluptatis. Eius filius eſt Antoninus Verus, qui adoptatus eſt à Marco. Verus certe cū Marco æquale geſſit imperium. Nam ipſi ſunt, qui primi duo Auguſti appellati ſunt: & quorū faſtis conſularibus ſic nomina præſcribuntur, ut dicantur non tantum duo Antonini, ſed duo Auguſti: tantumq; huius rei & nouitas & dignitas ualuit, ut faſti conſulares nonnulli ab his ſumerent ordinem conſulū. Pro eius adoptione infinitam pecuniā populo & militibus Hadrianus dedit. Sed cū eum uideret homo paulo argutior miſerrimæ ualetudinis, ita ut ſcutū ſolidius iactare non poſſet, dixiſſe fertur: Ter milies perdidimus, quod exercitui populoq; dependimus: ſiquidem ſatis in caducum parietem incubuimus: & qui non ipſam remp. ſed nos ipſos ſuſtentare uix poſsit. Et hæc quidē Hadrianus cum præfecto ſuo locutus eſt. Quæ cum prodidiſſet præfectus, ac per hoc Aelius Cæſar in dies magis magiſq; ſolicitudine, utpote deſperati hominis aggrauaretur, præfecto ſuo Hadrianus qui rem prodiderat, ſucceſſorē dedit, uolens uideri, quòd uerba triſtia temperaſſet, ſed nihil profuit. Nam, ut diximus, Lucius Ceionius Commodus Verus Aelius Cæſar, nā his omnibus nominib. appellatus eſt, perijt: ſepultusq; eſt imperatorio funere: neq; quicq; de regia niſi mortē habuit dignitate. Doluit ergo illius mortem ut bonus pater, non ut bonus princeps. Nam cum amici ſoliciti quærerent qui adoptari poſſet, Hadrianus dixiſſe fertur his, etiam uiuente adhuc Vero decreueram: ex quo oſtendit aut iudicium ſuum, aut ſcientiā futurorum. Poſt hunc deniq; Hadrianus diu anceps quid faceret, Antoninū adoptauit, Pium cognomine appellatum: cui conditionem addidit, ut ipſe ſibi Marcum & Verum Antoninos adoptaret, filiāq; ſuam Vero, non Marco daret. Nec diutius uixit, grauatus languore ac diuerſo genere morborum, ſæpe dicens, Sanum principem mori debere, nō debilem. Statuas ſanè Aelio Vero per totum orbē coloſſas poni iuſsit, templa etiā in nōnullis urbibus fieri. Deniq; illius merito, filium eius Verū, nepotem utpote ſuū, qui pereunte Aelio in familia ipſius Hadriani remanſerat, adoptandum Antonino Pio cum Marco, ut iam diximus, dedit: ſæpe dicens, Habeat reſp. quodcunq; de Vero. quod quidē contrarium his quæ de adoptionis pœnitentia per autores plurimos intimata ſunt, cum Verus poſterior nihil dignum præter clementiā in moribus habuerit, quod imperatoriæ familiæ lumen afferret. Hæc ſunt quæ de Vero Cæſare mandanda literis fuerunt: de quo iccirco nō tacui, quia mihi propoſitū fuit, omnes qui poſt Cæſarē dictatorē, hoc eſt, diuū Iuliū, uel Cæſares, uel Auguſti, uel principes appellati ſunt, quiq; in adoptionē uenirent, uel imperatorū filij, aut parētes Cæſarū nomine cōſecrati ſunt, ſingulis libris exponere, meæ ſatisfaciēs cōſcientiæ, etiā ſi multis nulla ſit neceſsitas talia requirēdi.

IVLII CAPITOLINI

ANTONINVS PIVS

AD DIOCLETIANVM AVG.

TITO Aurelio Fuluio Boionio Antonino Pio, paternū genus è Gallia trāſalpina, Nemauſenſe ſcilicet, auus Titus Aurelius Fuluius, qui per honores diuerſos ad ſecundum conſulatum & præfecturam urbis peruenit. Pater Aurelius Fuluius, qui & ipſe fuit conſul, homo triſtis & æger. Auia materna Bouinia Procilla, mater Arria Fadilla, Auus maternus Arrius Antoninus, bis conſul, homo ſanctus, & qui Neruam miſeratus eſſet, quòd imperare cœpiſſet. Soror uterina Iulia Fadilla. Vitricus Iulius Lupus conſularis. Socer Annius Verus. Vxor Annia Fauſtina. Filij mares duo, duæ fœminæ. Gener per

maiorem filiam, Lamia Syllanus: per minorem, Marcus Antoninus fuere. Ipſe Antoninus Pius natus eſt tertiodecimo Calen. Octobres, ſub Domitiano duodecimo, & Cornelio Dolabella COSS. in uilla Lanuuina: educatus Lori in Aurelia: ubi poſtea palatium extruxit, cuius hodieq; reliquiæ manent. Pueritiam egit cum auo paterno,

Mox, pro deinde † mox cũ materno, omnes ſuos religioſe colens: atq; adeo & conſobrinorũ & uitrici, & multorum affinium hæreditate ditatus eſt. Fuit uir forma conſpicuus, ingenio clarus, moribus clemens, nobilis uultu, & placidus ingenio, ſingularis eloquentiæ, nitidæ literaturæ, præcipue ſobrius, diligens agri cultor, mitis, largus, alieni abſtinens, & omnia hæc cum menſura & ſine iactantia. In cunctis poſtremo laudabilis, & qui merito Numę Pompilio ex bonorũ ſententia comparatur. Pius cognominatus eſt à ſenatu: uel quòd ſocerũ feſſa iã ætate, manu præſente ſenatu leuauerit. (Quod quidẽ non ſatis magnæ pietatis eſt argumentum, cum impius ſit magis qui iſta non faciat, quàm pius qui debitũ reddat) uel quòd eos quos Hadrianus per malam ualetudinem occidi iuſſerat, reſeruauit: uel quòd Hadriano contra omniũ ſtudia, poſt mortẽ infinitos atq; immenſos honores decreuit: uel quòd cũ ſe Hadrianus interimere uellet, ingenti cuſtodia & diligentia fecit ne id poſſet admittere: uel quòd uere natura clementiſsimus,

Trientarium fœnus & nihil temporib. ſuis aſperum fecit. Idem fœnus trientarium, hoc eſt, minimis uſuris exercuit, ut patrimonio ſuo plurimos adiuuaret. Fuit quæſtor liberalis, prætor ſplendidus, conſul cũ Caulio Seuero. Hic in omni uita priuata in agris frequentiſsime uixit: ſed clarus in locis omnibus fuit. Ab Hadriano inter quatuor conſulares, quib. Italia committebatur, electus eſt ad eam partẽ Italiæ regendã, in qua plurimum poſsidebat, ut Hadrianus uiri talis & honori conſuleret & quieti. Huic cum Italiã regeret, imperij omen factũ eſt. Nam cũ tribunal aſcendiſſet, inter alias acclamationes dictũ eſt, Auguſte, dij te ſeruent. Proconſulatũ Aſiæ ſic egit, ut ſolus auũ uinceret. In proconſulatu etiã ſic imperij omen accepit. Nam cũ ſacerdos fœmina Trallis ex more proconſules ſemper hoc nomine ſalutaret, non dixit, Aue proconſul, ſed Aue imperator. Cyzici etiã de ſimulacro dei ad ſtatuã eius corona translata eſt. Et poſt conſulatũ in uiridario taurus marmoreus, cornibus ramis arboris accreſcentibus, appenſus eſt. Et fulgur cœlo ſereno ſine noxa in eius domũ uenit. Et in Hetruria dolia quæ defoſſa fuerãt, ſupra terrã reperta ſunt. Et eius ſtatuas in omni Hetruria examen apũ repleuit. Et ſomnio ſæpe monitus, ſe penitus eius Hadriani ſimulacrũ inſerere. Proficiſcẽs ad proconſulatũ, filiam maiorẽ amiſit. De huius uxore multa dicta ſunt ob nimiã libertatem & uiuendi facilitatẽ, quæ iſte cum animi dolore cõpreſsit. Poſt proconſulatum, in conſilijs Hadriani Romæ frequens uixit, de omnibus de quib. Hadrianus conſulebat, mitiorem ſententiã ſemper oſtendens. Genus ſanè adoptionis tale fertur: Mortuo Aelio Vero, quem ſibi Hadrianus adoptauerat, & Cæſarem nuncupauerat, dies ſenatus habebatur. Eò Arrius Antoninus ſoceri ueſtigia leuans uenit, atq; idcirco ab Hadriano dicitur adoptatus: quæ cauſa ſola eſſe adoptionis, nec potuit omnino, nec debuit: maxime cum & ſemper remp. bene egiſſet Antoninus, & in proconſulatu ſe ſanctũ grauemq; præbuiſſet. Ergo cum eum Hadrianus adoptare ſe uelle publicaſſet, acceptum eſt ſpatium deliberãdi, utrum arrogari ab Hadriano uellet. Adoptionis lex huiuſmodi data eſt: ut quemadmodum Antoninus ab Hadriano adoptabatur, ita ſibi ille adoptaret M Antoninum fratris uxoris ſuæ filium, & L. Verum, Aelij Veri qui ab Hadriano adoptatus fuerat, filium, qui poſtea Verus Antoninus eſt dictus. Adoptatus eſt v Calen. Martias die in ſenatu gratias agens, quòd de ſe ita ſenſiſſet Hadrianus: factusq; eſt patri & in imperio procõſulari, & in tribunitia poteſtate collega. Huius primum hoc fertur: quod cum ab uxore argueretur quaſi parũ neſcio quid ſuis largiens, dixerit. Stulta, poſteaquam ad imperium tranſiuimus, & illud quod habuimus antè, perdidimus. Congiarium militibus ac populo de proprio dedit, & ea quæ pater promiſerat. Et ad opera Hadriani plurimum contulit: & aurum coronarium, quod adoptionis ſuæ cauſa oblatum fuerat, Italicis totum, medium prouincialibus reddidit. Et patri quoad uixit, religioſiſsime paruit. Sed Hadriano apud Baias mortuo, reliquias eius Romam peruexit ſancte ac reuerẽter, atq; in hortis Domitiæ collocauit: etiam repugnantibus cunctis, inter diuos eum retulit. Vxorem Fauſtinam, Auguſtam ap-

pellari

pellari à ſenatu permiſit, Pij appellationē recepit. Patri & matri atq; auis & fratribus iam mortuis, ſtatuas decretas libenter accepit. Circenſes natali ſuo dicatos non reſpuit. Alijs honoribus refutatis, clypeum Hadriano magnificentiſsimū poſuit, & ſacerdotes inſtituit. Factus imperator nulli eorum quos Hadrianus prouexerat, ſucceſſorē dedit. Fuitq; ea conſtantia, ut ſeptenis & nouenis annis in prouincijs bonos præſides detineret. Per legatos ſuos plurima bella geſsit. Nam & Britannos per Lollium Vrbicum legatū uicit, alio muro ceſpititio ſubmotis barbaris ducto: & Mauros ad pacem poſtulandā coegit: & Germanos & Dacos, & multas gentes atq; Iudæos rebellantes contudit per præſides ac legatos. In Achaia etiam atq; Aegypto rebelliones repreſsit. Alanos molientes ſæpe refrenauit: procuratores ſuos modeſte ſuſcipere tributa iuſsit: excedentes modū, rationem factorū ſuorum reddere præcepit: nec unq; læta tus eſt lucro, quo prouincialis oppreſſus eſt. Contra procuratores ſuos conquerentes libenter audiuit. His quos Hadrianus damnauerat, in ſenatu indulgētias petijt, dicēs, etiam ipſum Hadrianum hoc fuiſſe facturū. Imperatorium faſtigium ad ſummā ciuilitatem deduxit. Vnde plus creuit recuſantibus aulicis miniſtris, qui illo nihil per internuntios agente, nec terrere poterant homines aliquando, nec ea quę occulta nō erant uendere. Senatui tantum detulit imperator, quantū cum priuatus eſſet deferri ſibi ab alio principe optauit. Patris patriæ nomē delatū à ſenatu, quod primo diſtulerat, cum ingenti gratiarum actione ſuſcepit. Tertio anno imperij ſui Fauſtinam uxorem perdidit: quæ à ſenatu conſecrata eſt, delatis Circenſibus atq; tēplo, & flaminicis & ſtatuis aureis atq; argenteis: cum etiā ipſe hoc conceſſerit, ut imago eius cunctis Circenſibus poneretur. Statuam auream delatam à ſenatu poſitam ſuſcepit. M. Antoninum quęſtorem, conſulem petente ſenatu creauit. Annium Verum, qui poſtea dictus eſt Antoninus, ante tempus quæſtorem deſignauit: neq; de prouincijs, neq; de ullis actibus quicquam conſtituit, niſi quod prius ad amicos retulit: atq; ex eorū ſententia formas compoſuit. Viſus eſt ſanè ab amicis, & cum priuatis ueſtibus, & domeſtica quædam gerēs. Tanta ſanè diligentia ſubiectos ſibi populos rexit, ut omnia & omnes quaſi ſua eſſent curaret. Prouinciæ ſub eo cunctæ floruerunt. Quadruplatores extincti ſunt. Publicatio bonorū rarior quàm unq; fuit, ita ut unus tantū proſcriberet affectatæ tyrannidis reus, hoc eſt, Attilius Titianus ſenatu puniēte, à quo cōſcios requiri uetuit, filio eius ad omnia ſemper adiuto. Perijt & Priſcianus reus affectatæ tyrānidis, ſed morte uolūtaria. De qua cōiuratione quæri uetuit. Victus Antonini Pij talis fuit, ut eſſet opulentia ſine reprehenſione, parſimonia ſine ſordibus, & menſa eius per ꝓprios ſeruos, proprios aucupes, piſcatores & uenatores inſtrueretur. Balneū quo uſus fuiſſet ſine mercede populo exhibuit: nec omnino quicquam de uitæ priuatæ qualitate mutauit. Salaria multis ſubtraxit, quos otioſos uidebat accipere, dicēs, Nihil eſſe ſordidius, imo crudelius, quàm ſi remp. ij arroderent, qui nihil in eam ſuo labore cōferrent. Vnde etiam Meſomedi lyrico ſalarium imminuit. Rationes omnium prouincialium apprime ſciuit & uectigalium: Patrimoniū priuatū in filiam cōtulit: ſed fructus reip. donauit. Species imperatorias ſuperfluas & prædia uēdidit: & in ſuis proprijs fundis uixit uarie ac pro temporibus: nec ullas expeditiones obijt, niſi quod ad agros ſuos profectus eſt ad Campaniam, dicens, grauem eſſe prouincialibus comitatum principis etiā nimis parci: & tamen ingenti autoritate apud omnes gentes fuit, cum in urbe propterea ſederet, ut undiq; nuntios medius utpote citius poſſet accipere. Congiarium populo dedit, militibus donatiuum addidit. Puellas alimentarias in honorē Fauſtinę, Fauſtinianas conſtituit. Opera eius hæc extant Romæ, Templum Hadriani honori patris dicatum, Græcoſtadium poſt incendium reſtitutum, inſtauratum amphitheatrū, ſepulchrum Hadriani, templum Agrippæ, pons ſublicius, Phari reſtitutio, Caietæ portus, Tarracinenſis portus reſtitutio, lauacrum Oſtienſe, Antiatium aquæ ductus, templa Ianuuiana. Multas etiam ciuitates adiuuit pecunia, ut opera uel noua facerent, uel uetera reſtituerent: ita, ut & magiſtratus adiuuaret, & ſenatores urbis ad functiones ſuas. Hæreditates eorum qui filios habebant, repudiauit. Primus conſtituit ne pœnæ cauſa legatum relictum maneret: ſucceſſorem uiuenti bono iudici nulli dedit, niſi Orphito præfecto urbi, ſed petenti. Nam Gauius Maximus præfectus prætorij uſque

Indulgentia pro uenia

Gratiarum actio

Alimentarij qui publicitus aluntur

ad XX annum ſub eo peruenit, uir ſeueriſſimus, cui Tatius Maximus ſucceſſit. In cuius demortui locum duos præfectos ſubſtituit, Fabium Repentinum & Cornelium Victorinũ. Sed Repentinus famoſa uoce percuſſus eſt, quòd per concubinam principis ad præfecturam ueniſſet. Vſq; adeo ſub eo nullus percuſſus eſt ſenator, ut etiã parricida confeſſus in inſula deſerta poneretur: quia uiuere illi naturæ legibus nõ licebat. Vini, olei, & tritici penuriam per ærarij ſui damna emendo, & gratis populo dando, ſedauit. Aduerſa eius temporibus hæc prouenerunt: Fames de qua diximus, circi ruina, terræmotus, quo Rhodiorum & Aſiæ oppida conciderunt: quæ omnia mirifice inſtaurauit. Et Romæ incendium, quod trecentas quadraginta inſulas uel domos abſumpſit. Et Narbonenſis ciuitas, & Antiochenſe oppidum, & Carthaginenſe forum arſit. Fuit & inundatio Tiberis. Apparuit & ſtella crinita. Natus eſt & biceps puer, & uno partu mulieris quinq; pueri editi ſunt. Viſus eſt in Arabia iubatus anguis maior ſolitis, qui ſe à cauda medium comedit. Lues etiam in Arabia fuit. Hordeum in Mœſia in culminibus arborum natum eſt. Quatuor præterea leones manſueti, ſponte ſe capiendos in Arabia præbuerunt. Pharaſmanes rex ad eum Romam uenit, plusq; illi quàm Hadriano detulit. Pacorum regem Ladijs dedit. Parthorum regẽ ab Armeniorum expugnatione ſolis literis repulit. Abagarũ regem ex Orientis partibus ſola autoritate deduxit. Cauſas regales terminauit. Sellã regiam Parthorũ regi repetẽti, quam Traianus ceperat, pernegauit. Rimethalcen in regnum Boſphoranum, audito inter ipſum & curatorem negotio, remiſit. Olbiopolitis contra Tauroſcythas in Pontũ auxilia miſit: & Tauroſcythas uſq; ad dandos Olbiopolitis obſides uicit. Tantũ ſanè autoritatis apud exteras gentes nemo habuit, cũ ſemper amauerit pacem, eouſq;, ut Scipionis ſententiam frequentarit, qua ille dicebat, Malle ſe unum ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes occidere. Menſes Septembrẽ atq; Octobrem, Antoninum atq; Fauſtinũ appellandos decreuit ſenatus, ſed id Antoninus reſpuit. Nuptias filiæ ſuæ Fauſtinæ, cùm Marco Antonino eam coniungeret, uſq; ad donatiuũ militum celeberrimas fecit. Verum Antoninum poſt quæſturã conſulem fecit. Cum Apollonium quem Chalcide acciuerat, ad Tiberianam domũ in qua habitabat uocaſſet, ut ei M. Antoninum traderet, atq; ille dixiſſet: Non magiſter ad diſcipulum debet uenire, ſed diſcipulus ad magiſtrũ: riſit eũ dicens, Facilius fuit Apollonio à Chalcide Romã uenire, quàm à domo ſua in palatiũ: cuius auaritiã etiã mercedib. notauit. Inter argumẽta pietatis eius & hoc habet, quòd cũ Marcus mortuũ educatorẽ ſuũ fleret, uocareturq; ab aulicis miniſtris ab oſtẽtatione pietatis, ipſe dixerit: Permittite, inquit, illi ut homo ſit: neq; enim uel philoſophia, uel imperiũ tollit affectus. Præfectos ſuos & locupletauit, & ornamẽtis cõſularibus donauit: ſi qs repetundarũ dãnauit, eorũ liberis bona paterna reſtituit, ea tamen lege, ut illi prouincialibus redderent quod parentes acceperant. Ad indulgẽtias proniſsimus fuit. Edita munera, in quibus elephantos, & crocutas, & tigrides, & rhinocenotas, & crocodilos etiã atq; hippopotamos, & omnia ex toto orbe terrarũ cum tigridibus exhibuit. Centũ etiam leones una miſsione edidit. Amicis ſuis in imperio ſuo nõ aliter uſus eſt quàm priuatus: quia & ipſi nunq; de eo cũ libertis ſuis per fumum aliquid uendiderunt: ſiquidẽ libertis ſuis ſeueriſſime uſus eſt. Amauit hiſtrionum artes, piſcando ſe & uenando multum oblectauit, & deambulatione cum amicis atq; ſermone. Vindemias priuati modo cum amicis agebat. Rhetorib. & philoſophis per omnes prouincias & honores & ſalaria detulit. Orationes pleriq; alienas eſſe dixerunt, quę ſub eius nomine ferũtur: Marius Maximus eius proprias fuiſſe dicit. Conuiuia cum amicis, & priuata communicauit & publica: nec ullum ſacrificium per uicarium fecit, niſi cum æger fuit. Cum ſibi & filijs honores peteret, omnia quaſi priuatus fecit. Frequentauit & ipſe amicorum ſuorum conuiuia. Inter alia etiam hoc ciuilitatis eius præcipuum argumentum eſt, quòd cum domum Omuli uiſens, miransq; columnas Porphyreticas, requiſiſſet unde eas haberet: atq; Omulus ei dixiſſet, Cum in domum alienam ueneris, & mutus & ſurdus eſto, patienter tulit. Cuius Omuli multa ioca ſemper patienter accepit. Multa de iure ſanxit, uſusq; eſt iuris peritis, Vinidio Vero, Saluio Valente, Voluſio Metiano, Vlpio Marcello, & Iaboleno. Seditiones ubicunque factas, non crudelitate, ſed modeſtia & grauitate compreſſit. Intra urbes ſepeliri

Inſulæ, potentum domus

Indulgẽtia, pro remiſsione

peliri mortuos uetuit. Sumptum muneribus gladiatorijs inſtituit. Vehicularium curſum ſumma diligentia ſubleuauit. Omnium quæ geſsit, & in ſenatu & per edicta rationem reddidit. Perijt anno ſeptuageſimo: ſed quaſi adoleſcens deſideratus eſt. Mors autem eius talis fuiſſe narratur. Cum Alpinum caſeum in cœna ediſſet auidius, nocte reiectauit, atq; alia die febre cōmotus eſt. Tertia die cum ſe grauari uideret, M. Antonino remp. & filiam præſentibus præfectis cōmendauit, Fortunamq; auream, quę in cubiculo principum poni ſolebat, transferri ad eum iuſsit: ſignum tribuno æquanimitatis dedit, atq; ita cōuerſus quaſi dormiret, ſpiritum reddidit. Apud Lorium alienatus in febri, nihil aliud quàm de rep. & de his regibus quibus iraſcebatur, locutus eſt. Priuatum patrimonium filiæ reliquit. Teſtamento aūt omnes ſuos legatis idoneis proſecutus eſt. Fuit ſtatura eleuata decorus. Sed cum eſſet longus & ſenex, incuruareturq;, tiliaceis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, ut rectus incederet. Senex etiam anteq; ſalutatores uenirent, panem ſiccum comedit ad ſuſtentandas uires. Fuit uoce rauca & ſonora. Cum iucunditate à ſenatu diuus eſt appellatus, cunctis certatim admittentibus: cum omnes eius pietatem, clementiam, ingenium, ſanctimoniam laudarent, decreti etiam ſunt omnes honores, qui optimis principibus antè delati ſunt. Meruit & Flaminem & Circenſes & templum & ſodales Antoninianos; ſolusq; omniū propè principum prorſus ſine ciuili ſanguine & hoſtili, quantum ad ſeipſum pertinet, uixit: & qui rite comparatur Numæ, cuius felicitatem, pietatemq;, & ſecuritatem, ceremoniasq; ſemper obtinuit.

IVLII CAPITOLINI

M. ANTONINVS PHILOSOPHVS

MARCO Antonino in omni uita philoſophāti uiro, & qui ſanctitate uitæ omnibus principibus antecellit, pater Annius Verus, qui in prætura deceſsit: auus Annius Verus, iterum conſul & præfectus urbi, adſcitus in patritios à principibus Veſpaſiano & Tito cenſoribus: patruus Annius Libo conſul: amita Galeria Fauſtina Auguſta: mater Domitia Caluilla, Caluiſii Tulli bis conſulis filia: proauus paternus Annius Verus prætorius ex Succubitano municipio ex Hiſpania factus ſenator: proauus maternus Catilius Seuerus, bis conſul & prę fectus urbi: auia paterna Rupilia Fauſtina, Rupilij Boni conſularis filia, fuere. Natus eſt Marcus Romæ, ſexto Cal. Maias in monte Celio in hortis, auo ſuo iterū & Augure COSS. Cuius familia in originem recurrens, à Numa probatur ſanguinem trahere, ut Marius Maximus docet. Item à rege Salentino Malennio Daſummi filio, qui Lupias cōdidit. Educatus eſt in eo loco in quo natus eſt, & in domo aui ſui Veri iuxta ædes Laterani. Habuit & ſororem natu minorem Anniam Cornificiam: uxorem Anniā Fauſtinam conſobrinam ſuam. M. Antoninus principio aui ſui nomen habuit, & Catilij Seueri materni proaui. Poſt exceſſum uero patris ab Hadriano Annius Veriſsimus uocatus eſt: poſt uirilem autem togam, Annius Verus, patre mortuo, ab auo paterno adoptatus eſt & educatus. Fuit à prima infantia grauis. At ubi egreſſus eſt annos, qui nutricum fouentur auxilio, magnis præceptoribus traditus, ad philoſophię ſcita peruenit. Vſus eſt magiſtris ad prima elementa Euphorione literatore, & Gemino comœdo, muſico Androne, eodemq; geometra: quibus omnibus ut diſciplinarū autoribus plurimum detulit. Vſus præterea grammaticis, Græco, Alexandro: quotidianis Latinis, Troſio Apro, & Pollione, & Eutychio Proculo Siccenſi. Oratoribus uſus eſt, Græcis, Annio Marco, Caninio Celere, & Herode Attico; Latino, Frontone Cornelio. Sed multum ex his Frontoni detulit, cui

Trahere ſanguinem, pro ducere genus

Literator, qui docet prima elementa

lit, cui & ſtatuam in ſenatu petijt. Proculum uero uſq; ad proconſulatũ prouexit. Honoribus in ſe receptis, philoſophiæ operam uehementer dedit, & quidem adhuc puer. Nam duodecimum annum ingreſſus, habitũ philoſophi ſumpſit: & deinceps tolerantiam, cum ſtuderet in pallio, & humi cubaret, uix autem matre agente, inſtrato pellib. lectulo accubaret. Vſus eſt etiam Commodo magiſtro, cuius ei affinitas fuerat deſtinata. Vſus eſt & Apollonio Chalcedonio Stoico philoſopho. Tantum autem ſtudiũ in eo philoſophiæ fuit, ut adſcitus iam in imperatoriã dignitatem, tamen ad domũ Apollonij diſcendi cauſa ueniret. Audiuit & Sextũ Cheronenſem Plutarchi nepotem: Iunium Ruſticum, Claudium Maximum, & Cinnam Catullum, Stoicos. Peripateticæ uero ſtudioſos audiuit Claudium Seuerum, & præcipue Iunium Ruſticũ, quem & reueritus eſt & ſectatus: qui domi militiæq; pollebat, ſtoicę diſciplinę peritiſsimũ, cũ quo omnia cõmunicauit publica priuataq; cõſilia. Cui etiam ante præfectos prætorio ſemper oſculum dedit: quem & conſulem iterum deſignauit, cui poſt obitum à ſenatu ſtatuas poſtulauit. Tantum aũt honoris magiſtris ſuis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, ac ſepulchra eorũ aditu, hoſtijs, floribus ſemper honoraret. Studuit & iuri, audiens L. Voluſium Metianum: tantumq; operis & laboris ſtudijs impendit, ut corpus afficeret, atq; in hoc ſolo pueritia eius reprehenderetur. Frequentauit & declamatorum ſcholas publicas: amauitq; ex condiſcipulis præcipuos ſenatorij ordinis Seium Fuſcianum, & Aufidium Victorinũ: ex equeſtri, Bebium Longũ & Calenum, in quos maxime liberalis fuit: & ita quidem, ut quos non poſſet ob qualitatẽ uitæ reip. præponere, locupletatos teneret. Educatus eſt in Hadriani gremio, qui illum, ut ſuprà diximus, Veriſsimũ nominabat: & qui ei honorem etiã publice ſexenni detulit. Octauo ætatis anno in Saliorũ collegium retulit. In Saliatu omen accepit imperij: coronas omnibus in puluinar ex more iaciẽtibus, aliæ alijs locis hæſerũt, huius uelut manu, capiti Martis aptata eſt. Fuit in eo ſacerdotio & præſul & uates & magiſter, & multos inaugurauit, atq; exaugurauit nemine præeunte, ꝙ ipſe carmina cũcta didiciſſet. Virilẽ togã ſumpſit quintodecimo ætatis anno, ſtatimq; ei L. Ceionij Cõmodi filia deſpõſata eſt ex Hadriani uolũtate. Nec multo poſt præfectus feriarum Latinarũ fuit. In quo honore præclariſsime ſe pro magiſtratibus agentem, & in conuiuijs Hadriani principis oſtendit. Poſt hoc patrimonium paternum ſorori totũ conceſsit: cum eum ad diuiſionem mater uocaret, reſpondit, aui bonis ſe eſſe contentum: addens, ut & mater ſi uellet, in ſororem ſuum patrimoniũ conferret, ne inferior eſſet ſoror marito. Fuit autem ea uitæ indulgentia, ut cogeretur nonnunquã uel in uenationes pergere, uel in theatrum deſcendere, uel ſpectaculis intereſſe. Operam præterea pingendo ſub magiſtro Diogneto dedit. Amauit pugilatum, luctamina, & curſum, & aucupatus: & pila luſit apprime, & uenatus eſt. Sed ab omnibus his intentionib. ſtudiũ eum philoſophiæ abduxit, ſeriumq; & grauẽ reddidit: nõ tamen prorſus abolita in eo comitate, quã præcipue ſuis mox amicis atq; etiã minus notis exhibebat: cũ frugi eſſet ſine cõtumacia, uerecundus ſine ignauia, ſine triſtitia grauis. His ita ſe habentibus, cũ poſt obitũ L. Cæſaris Hadrianus ſucceſſorẽ imperij quæreret, nec idoneus, utpote decẽ & octo annos agens, Marcus haberẽt, amitæ Marci uirum Antoninum Pium, Hadrianus ea lege in adoptionem legit, ut ſibi Marcũ Pius adoptaret: ita tamen, ut & Marcus ſibi Lucium Cõmodũ adoptaret. Sanè ea die qua adoptatus eſt, Verus in ſomnis ſe humeros eburneos habere uidit: ſciſcitatusq; an apti eſſent oneri ferũdo, ſolito reperit fortiores. Vbi autẽ comperit ſe ab Hadriano adoptatũ, magis eſt deterritus ꝗ lætatus: iuſſusq; in Hadriani priuatã domũ migrare, inuitus de maternis hortis receſsit. Cumq; ab eo domeſtici quærerent, cur triſtis in adoptionẽ regiam tranſiret, diſputauit, quę mala in ſe contineret imperiũ. Tunc primũ pro Annio Aurelius cœpit uocari, quod in Aureliã, hoc eſt, Antonini adoptionis iure tranſiſſet. Octauodecimo ergo ætatis anno adoptatus, in ſecundo conſulatu Antonini iam patris ſui, Hadriano ferente, gratia ætatis facta, quæſtor eſt deſignatus. Adoptatusq; in aulicã domũ, omnibus parẽtibus ſuis tantam reuerentiã, quantam priuatus exhibuit. Eratq; haud ſecus rei ſuæ, ꝗ in priuata domo parcus ac diligens, ꝓ inſtituto patris uolẽs agere, dicere, cogitare. Hadriano Baijs abſumpto, cũ Pius ad uehẽdas eius reliquias eſſet profectus, relictus Romę, auo iuſta impleuit

Plutarchus Cheronenſis

Exaugurare

Dedit operã pingẽdo, noue dixit

Gratia ætatis pro eo quod dicimus, diſpenſatio

pleuit.Et gladiatorū quaſi priuatus quęſtor edidit munus.Poſt exceſſum Hadriani ſta
tim Pius per uxorem ſuā Marcū ſciſcitatus eſt:& cum diſſolutis ſponſalibus,quæ cum
Lucij Ceionij Commodi filia deſponderi uoluerat,impar adhuc ætati eſſet,habita de-
liberatione cogitare uelle ſe dixit.His ita geſtis,adhuc quæſtorem & conſulem ſecum
Pius Marcum deſignauit, & Cæſaris appellatione donauit:& Seuirum turmis equitū
Romanorū iam conſulem deſignatum creauit: Et edenti cum collegis ludos ſeuirales
adſedit, & in Tiberianā domum tranſgredi iuſsit, & aulico faſtigio renitentē ornauit,
& in collegia ſacerdotū iubente ſenatu recepit:ſecundum etiam conſulem deſignauit,
cum ipſe quartum pariter iniret. Per eadem tempora cum tantis honoribus occupare
tur, & cum formandus ad regendum ſtatum reip. patris actibus intereſſet, ſtudia cupi
diſsime frequentauit.Poſt hæc Fauſtinā duxit uxorem, & ſuſcepta filia, tribunitia po
teſtate donatus eſt,atq; imperio extra urbem proconſulari,addito iure quintæ relatio-
nis: tantumq; apud Pium ualuit, ut nunquā quenquā ſine eo facile promouerit. Erat
autem in ſummis obſequijs patris Marcus, quamuis nō deeſſent qui aliqua aduerſum
eum inſuſurrarēt, & præ cæteris Valerius Omulus:qui cum Lucillam matrem Marci
in uiridario uenerantem ſimulacrum Apollinis uidiſſet,inſuſurrauit: illa nunc rogat *Inſuſurrare*
ut diem tuum claudas, & filius imperet. quod omnino apud Pium nihil ualuit: tanta
erat Marci probitas,& tanta in imperatorio principatu modeſtia. Aeſtimationis autē
tantam curam habuit,ut & procuratores ſuos puer ſemper moneret ne quid arrogan-
tius facerent, & hæreditates delatas reddens proximis aliquādo reſpuerit: deniq; per
uiginti & tres annos in domo patris ita uerſatus, ut eius quotidie amor creſceret: nec
præter duas noctes per tot annos ab eo manſit diuerſis uicibus. Ob hoc Antoninus
Pius cum ſibi adeſſe finē uitæ uideret,uocatis amicis & præfectis,ut ſucceſſorem eum
imperij omnibus cōmendauit atq; firmauit:ſtatimq; ſigno æquanimitatis tribuno da-
to, Fortunam aureā, quæ in cubiculo ſolebat eſſe,ad Marci cubiculum tranſire iuſsit.
Bonorum maternorū partem Mummio Quadrato ſororis filio, quia illa iam mortua
erat,tradidit.Poſt exceſſum diui Pij à ſenatu coactus regimen publicū capere,fratrem
ſibi participem in imperio deſignauit:quem Lucium Aurelium Verum Commodum
appellauit, Cæſaremq; atq; Auguſtū dixit, atq; ex eo pariter cœperunt rempublicam
regere. Tuncq; primum Romanū imperium duos Auguſtos habere cœpit † lictum *Duo Auguſti*
cum alio participaſſet. Antonini mox ipſe nomen recepit: & quaſi pater L. Commodi *primum*
eſſet,& Verum eum appellauit,addito Antonini nomine: filiamq; ſuam Lucillam fra
tri deſpondit. Ob hanc coniunctionem pueros & puellas nouorum hominū frumen-
tariæ perceptioni aſcribi præceperunt. Actis igitur quæ agenda fuerant in ſenatu, pa-
riter caſtra prætoria petiuerunt, & uicena milia nummûm ſingulis ob participatum
imperium militibus promiſerunt, & cæteris pro rata. Hadriani autem ſepulchro cor- *Participatum*
pus patris intulerunt,magnifico exequiarū officio:mox iuſtitio ſecuto,publice quoq; *pro commu=*
funeris expeditus eſt ordo. Et laudauere uterq; pro roſtris patrem, Flaminemq; ei ex *nicatum*
affinibus,& ſodales ex amiciſsimis, Aurelianos creauere. Adepti imperium,ita ciui- *Sodales,qua=*
liter ſe ambo egerunt, ut lenitatem Pij nemo deſideraret, cum eos Marullus ſui tem- *les nunc mo=*
poris mimographus cauillando impune perſtringeret. Funebre munus patri dede- *nachi aut ca=*
runt. Dabat ſe Marcus totum & philoſophiæ, amorem ciuium affectans. Sed inter- *nonici*
pellauit iſtam felicitatē ſecuritatemq; imperatoris, prima Tiberis inundatio, quæ ſub
illis grauiſsima fuit: quæ res & multa urbis ædificia uexauit,& plurimum animalium
interemit,& famem grauiſsimam peperit. Quæ omnia mala Marcus & Verus ſua cu-
ra & præſentia temperarunt. Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum, quod Volo-
geſus paratū ſub Pio, Marci & Veri tempore indixit, fugato Atidio Corneliano, qui
Syriam tunc adminiſtrabat. Imminebat etiam Britannicum bellum, & Catti in Ger-
maniam ac Rhetiā irruperant. Et aduerſus Britannos quidē Calphurnius Agricola
miſſus eſt,contra Cattos Aufidius Victorinus. Ad Parthicū uero bellum ſenatu con-
ſentiente, Verus frater eius miſſus eſt.Ipſe Romæ remanſit, quòd res urbanæ impera
toris præſentiam poſtularent. Et Verum quidem Marcus Capuam uſq; proſecutus,
amicis comitantibus è ſenatu ornauit, additis officiorū omnium principib. Sed cum
Romam rediſſet Marcus, cognouiſſetq; Verum apud Canuſium ægrotare, ad eum
uidendum

uidendum contendit, ſuſceptis in ſenatu uotis: quę poſtea q̃ Romã rediјt audita Veri tranſmiſsione, ſtatim reddidit. Et Verus quidem poſtea q̃ in Syriam uenit, in delicijs apud Antiochiã & Daphnen uixit, armiſq; ſe gladiatorijs & uenatibus exercuit, cum per legatos bellum Parthicum gerens, imperator appellatus eſſet, cum Marcus horis omnibus reipublicæ actibus incubaret, patienterq; delicias fratris & propè inuitus ac nolens ferret. Deniq; omnia quæ ad bellum erant neceſſaria, Romæ poſitus & diſpoſuit Marcus & ordinauit. Geſtæ ſunt res in Armenia proſpere per Statium Priſcũ Artaxatis captis: delatumq; Armeniacum nomen utriq; principum: quod Marcus per uerecundiam primo recuſauit, poſtea tamen recepit. Profligato autem bello, uterq; Parthicus appellatus eſt. Sed hoc quoq; Marcus delatum nomen repudiauit, quod poſtea recepit. Patris patriæ autẽ nomen delatum fratre abſente, in eiuſdem præſentiã diſtulit: medio belli tempore & Ciuicam patruum Veri & filiam ſuã nupturam, cõmiſſam ſororis ſuæ curæ, eandem locupletatam, Brunduſium uſq; deduxit, & ad eum miſit. Romam uero ſtatim redijt reuocatus eorum ſermonibus qui dicebant, Marcum uelle finiti belli gloriam ſibimet uendicare, atq; iccirco in Syriam proficiſci. Ad proconſulem ſcribit, ne quis filiæ ſuæ iter facienti occurreret. Inter hæc liberales cauſas ita muniuit, ut primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni unumquenq; ciuium natos liberos profiteri, intra triceſimũ diẽ nomine impoſito. Per prouincias tabulariorũ publicorũ uſum inſtituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij: ut ſi forte aliquis in prouincia natus cauſam liberalem diceret, teſtationes inde ferret: atq; hanc totã legẽ de aſſertionibus firmauit, aliaſq; de menſarijs & auctionibus tulit. Senatũ multis cognitionibus, & maxime ad ſe pertinentibus, iudicẽ dedit. De ſtatu etiã defunctorũ intra quinquenniũ quæri iuſsit: neq; quiſquã principum amplius ſenatui detulit. In ſenatus aũt honorificentiã, multis & prætorijs & conſularibus priuatis decidenda negotia delegauit, quo magis eorum cum exercitio iuris autoritas creſceret. Multos ex amicis in ſenatũ allegit cum ædilitijs aut prætorijs dignitatibus: multis ſenatoribus uel pauperibus ſine crimine, dignitates tribunitias ædilitiaſq; conceſsit: nec quenq; in ordinẽ legit, niſi quẽ ipſe bene ſciſſet. Hoc quoq; ſenatoribus detulit, ut quoties de eorũ capite eſſet iudicandum, ſecretò pertractaret, atq; ita in publicum prodiret, nec pateretur equites Romanos talibus intereſſe cauſis. Semper autem cum potuit, interfuit ſenatui, etiam ſi nihil eſſet referendum, ſi Romæ fuit. Si uero aliquid referre uoluit, etiã de Campania ipſe uenit. Comitijs prętere a etiã uſq; ad noctem frequenter interfuit: neq; unquam receſsit de curia, niſi conſul dixiſſet, Nihil uos mo-

Sin aũt, pro ſi minus ramur patres conſcripti: † Sin autem, appellationibus à conſule factis, iudicem dedit. Iudiciariæ rei ſingularem diligentiã adhibuit. Faſtis dies iudiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis, litibuſq; diſceptandis conſtitueret. Prætorem tutelarem primus fecit, cum antè tutores à conſulibus poſcerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur. De curatoribus uero, cum antè non niſi ex lege Lectoria uel propter laſciuiam uel propter dementiam darentur, ita ſtatuit, ut omnes adulti curatores acciperent nõ redditis cauſis. Cauit & ſumptibus publicis, & calumnijs quadruplatorum interceſsit, appoſita falſis delatoribus nota. Delationes quibus fiſcus augeretur, contempſit. De alimentis publicis multa prudenter inuenit. Curatores multis ciuitatibus, quo latius ſenatorias tenderet dignitates, à ſenatu dedit. Italicis ciuitatib. famis tẽpore frumentũ ex urbe donauit: omniq; frumentariæ rei conſuluit. Gladiatoria ſpectacula omnifariã temperauit. Temperauit etiã ſcenicas donationes, iubẽs ut quinos aureos ſcenici acciperẽt: ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederẽt. Vias

Fortè, grauiter etiam urbis atq; itinerũ diligentiſsime curauit. Rei frumentariæ † grauiter prouidit. Datis iuridicis Italiæ conſuluit, ad id exemplum, quo Hadrianus cõſulares uiros reddere iura præceperat. Hiſpanijs exhauſtis Italica allectione, contra Traiani pręcepta, uerecunde conſuluit. Leges etiã addidit de uiceſima hæreditatum, de tutelis liberorũ, de bonis maternis, & item de filiorum ſucceſsionibus pro parte materna, utq; ſenatores peregrini quartã partem in Italia poſsiderent. Dedit præterea curatoribus regionum ac uiarũ poteſtatẽ, ut uel punirent, uel ad præfectum urbi puniendos remitterent eos, qui ultra uectigalia quicquam ab aliquo exegiſſent. Ius autem magis uetus reſtituit, quàm

tuit, quàm nouum fecit. Habuit ſecum præfectos, quorũ & autoritate & periculo ſemper iura dictauit. Vſus autẽ eſt Scæuola præcipue iuris perito. Cum populo autẽ non aliter egit, ꝙ eſt actum ſub ciuitate libera. Fuitq́ per omnia moderatiſsimus in hominibus deterrendis à malo, inuitandis ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberandis: fecitq́ ex malis bonos, ex bonis optimos: moderate etiã cauillationes nonnullorũ ferens. Nam cum quendam Veteraſinum famæ deteſtandæ honorẽ petentem moneret ut ſe ab opinionibus populi uendicaret, & ille contrà reſpondiſſet, multos qui ſecũ in harena pugnaſſent ſe prætores uidere, patienter tulit. Ac ne in quenquã facile uindicaret, prætorem quoq́ dum peſsime egerat, non abdicare ſe prætura iuſsit, ſed collegæ iuriſdictionem mandauit. Fiſco in cauſis compendij nunquam iudicans fauit. ſanè quamuis eſſet conſtans, erat etiam uerecundus. Poſteaquam autẽ à Syria uictor redijt frater, patris patriæ nomen ambobus decretum eſt, cum ſe Marcus abſente Vero erga omnes ſenatores atq́ homines moderatiſsime geſsiſſet. Corona præterea ciuica oblata eſt ambobus: petijtq́ Lucius ut ſecum Marcus triumpharet. Petijt præterea Lucius ut filij Marci Cæſares appellarentur. Sed Marcus tanta fuit moderatione, ut cũ ſimul triumphaſſet, tamen poſt mortem, Lucium tantum Parthicum, Germanicum ſe uocaret, quod ſibi bello proprio pepererat. In triumpho autẽ liberos Marci utriuſq́ ſexus ſecum uexerunt: ita tamen, ut & puellas uirgines ueherent. Ludos etiã ob triumphum decretos ſpectauerunt habitu triumphali. Inter cætera pietatis eius hæc quoq́ moderatio prædicanda eſt, Cunabulis poſt puerorũ lapſum culcitras ſubijci iuſsit: unde hodieq́ rete prætenditur. Dum Parthicum bellum geritur, natum eſt Marcomannicum, quod diu eorum qui aderant arte ſuſpenſum eſt, ut finito iam orientali bello Marcomannicum agi poſſet. Et cum famis tempore populo † inſinuaſſet de bello, fratre poſt quinquennium reuerſo, in ſenatu egit, ambos neceſſarios dicens bello Germanico imperatores. Tantus autem timor belli Marcomannici fuit, ut undiq́ ſacerdotes Antoninus acciuerit, peregrinos ritus impleuerit, Romam omni genere luſtrauerit, retardatusq́ à bellica profectione ſit. celebrauit & Romano ritu lectiſternia per ſeptem dies. Tanta aũt peſtilentia fuit, ut uehiculis cadauera ſint exportata ſarracisq́. Tunc autem Antonini leges ſepeliendi ſepulchrorumq́ aſperrimas ſanxerũt: quandoquidem cauerunt, ut ſi quis uellet fabricare ſepulchrum: quod hodieq́ ſeruat̃. Et multa quidem milia peſtilentia conſumpſit, multosq́ ex proceribus: quorũ ampliſsimis Antoninus ſtatuas collocauit. Tantaq́ clementia fuit, ut & ſumptu publico uulgaria funera iuberet efferri: & uano cuidam, qui diripiendæ urbis occaſionẽ cum quibuſdam cõſcijs requirens, de caprifici arbore in campo Martio cõcionabundus, ignẽ de cœlo lapſurum, finemq́ mũdi affore diceret, ſi ipſe lapſus ex arbore in ciconiã uerteret̃: cum ſtatuto tempore decidiſſet, atq́ ex ſinu ciconiã emiſiſſet, perducto ad ſe atq́ confeſſo ueniã daret. Profecti tamen ſunt paludati ambo imperatores, Parthis & Marcomannis cũcta turbantibus, alijs etiã gentibus, quæ pulſæ à ſuperiorib. Barbaris fugerãt, niſi reciperent̃ bellum inferentib. Nec parũ profuit iſta profectio, cum Aquileiã uſq́ ueniſſent. Nam pleriq́ reges & cũ populis ſuis ſe retraxerũt, & tumultus autores interemerũt. Quadi autẽ amiſſo rege ſuo, nõ prius ſe cõfirmaturos eũ qui erat creatus, dicebãt, ꝙ id noſtris placuiſſet imperatorib. Lucius tamen inuitus profectus eſt, cum pleriq́ ad legatos imperatorũ mitterent, defectionis ueniã poſtulantes. Et Lucius quidẽ quòd amiſſus eſſet præfectus prætorio Furius Victorinus, atq́ pars exercitus interiſſet, redeundum eſſe cenſebat: Marcus autem fingere Barbaros exiſtimans & fugã & cætera quæ ſecuritatem bellicam oſtenderent, ob hoc ne tanti apparatus mole premerent̃, inſtandum eſſe dicebat. Deniq́ tranſcenſis Alpibus longius proceſſerunt, cõpoſueruntq́ omnia quæ ad munimen Italiæ atq́ Illyrici pertinebãt. Placuit aũt urgẽte Lucio, ut præmiſsis ad ſenatũ literis Lucius Romam rediret. Via quoq́ poſtea iter ingreſsi ſunt, ſedens cum fratre in uehiculo Lucius, apoplexi arreptus perijt. Fuit autem conſuetudo Marco, ut in Circenſium ſpectaculo legeret, audiretq́, ac ſubſcriberet: ex quo quidem ſæpe iocis popularibus dicitur laceſsitus. Multum ſanè potuerũt liberti ſub Marco & Vero, Geminas & Agaclytus. Tantæ autem ſanctitatis fuit Marcus, ut Veri uitia & celauerit & defenderit, cum ei uehementiſsime diſplicerent: mortuumq́ cum diuum appellauerit

† *Inſinuare, pro ſignificare*

uerit: amitasq́ eius & ſorores honoribus & ſalarijs decretis ſubleuauerit, atq; prouexerit, ſacrisq́ eum plurimis honorauerit: flaminem & Antonianos ſodales, & omnes honores qui diuis habent, eidem dedicauit. Nemo eſt principũ quem nõ grauis fama perſtringat, uſq; adeo, ut etiã Marcus in ſermonem uenerit, quòd Verum uel ueneno ita ſuſtulerit, ut parte cultri ueneno lita uuluã inciderit, uenenatã partem fratri edendam propinans, & ſibi innoxiã reſeruans: uel certe per medicũ Poſidippum, qui ei ſanguinem intempeſtiue dicitur emiſiſſe. Caſsius poſt mortẽ Veri à Marco deſciuit. Iam in ſuos tanta fuit benignitate Marcus, ut cum in omnes propinquos cuncta honoris ornamenta contulerit, tum in filium Cõmodum, & quidem ſceleſtũ atq; impurũ, cito nomen Cæſaris, & mox ſacerdotiũ, ſtatimq́ nomen imperatoris ac triumphi participationem & conſulatũ. Quo quidem tempore ſine imperatoris filio ad triumphalem currum in circo pedes cucurrit. Poſt Veri obitũ Marcus Antoninus ſolus remp. tenuit, multo melior & feracior ad uirtutes: quippe qui nullis Veri iam impediretur aut ſimulatis callidæ ſeueritatis, quo ille ingenito uitio laborabat, erroribus: aut his quib. præcipuè diſplicebat Marco Antonino iam inde à primo ætatis ſuæ tempore, uel inſtitutis mentis prauæ, uel moribus. Erat enim ipſe tantę tranquillitatis, ut uultũ nunquã mutauerit mœrore uel gaudio, philoſophię deditus ſtoicæ, quã & per optimos quoſq; magiſtros acceperat, & undiq; ipſe collegerat. Nam & Hadrianus hunc eundem ſucceſſorẽ parauerat, niſi & ætas puerilis obſtitiſſet. Quod quidẽ apparet ex eo, quòd generum Pio hunc eundem delegit, ut ad eum dignũ utpote uirum quandocunq; Romanum perueniret imperiũ. Ergo prouincias poſt hæc ingenti moderatione ac benignitate tractauit. Contra Germanos res feliciter geſsit. Speciale ipſe bellum Marcomannicum, ſed quantũ nulla unq; memoria fuit, tum uirtute, tum etiã felicitate tranſegit, & eo quidem tempore, quo peſtilentia grauis multa milia & populariũ & militum intereinerat. Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Vuandalis, ſimul etiam Quadis extinctis, ſeruitio liberauit: & Romæ cum Cõmodo, quem iam Cæſarem fecerat, filio ut diximus ſuo, triumphauit. Cum autem ad hoc bellum omne ærarium exhauſiſſet ſuum, neq; in animum induceret, ut extra ordinem prouincialibus aliquid imperaret, in foro diui Traiani auctionem ornamentorũ imperialium fecit, uendiditq́ aurea pocula & cryſtallina & myrrhina: uaſa etiã regia & ueſtem uxoriam, ſericã & auratã, gemmasq́ etiã quas multas in repoſtorio ſanctiore Adriani repererat. & per duos quidem menſes hæc uenditio celebrata eſt: tantumq́ auri redactum, ut reliquias belli Marcomannici ex ſentẽtia perſecutus, poſtea dederit poteſtatẽ emptoribus, ut ſi quis uellet empta reddere, atq; aurum recipere, ſciret licere. Nec moleſtus ulli fuit qui uel nõ reddidit empta, uel reddidit. Tunc uiris claris permiſit ut eodem cultu, quo & ipſe uel miniſterijs ſimilibus cõuiuia exhiberent. In munere aũt publico tam magnanimus fuit, ut centũ leones una miſsione ſimul exhiberet ſagittis interfectos. Cum igitur in amore omniũ imperaſſet, atq; ab alijs modo frater, modo pater, modo filius, ut cuiuſq; ætas ſinebat, & diceretur & amaretur, octauodecimo anno imperij ſui, ſexageſimo & primo uitæ, diem ultimũ clauſit. Tantusq́ illius amor eo die regij funeris claruit, ut nemo illum plangẽdum cenſuerit, certis omnibus, quòd à dijs cõmodatus, ad deos rediſſet. Deniq; priuſquã funus cõderetur, ut pleriq; dicunt, quod nunq; antea factum fuerat, neq; poſtea, ſenatus populusq́, non diuiſis locis, ſed in una ſede propitiũ deum dixit. Hic ſanè uir tantus & talis, ac dijs uita & morte coniunctus, filium Cõmodum dereliquit: qui ſi felix fuiſſet, filium non reliquiſſet. Et parum ſanè fuit, quòd illi honores diuinos omnis ætas, omnis ſexus, omnis cõditio ac dignitas dedit, niſi quòd etiã ſacrilegus iudicatus eſt, qui eius imaginẽ in ſua domo non habuit, qui per fortunã uel potuit habere, uel debuit. Deniq; hodieq; in multis domibus M. Antonini ſtatuæ cõſiſtũt inter deos penates: nec defuerunt homines, qui ſomnijs eum multa prędixiſſe, augurantes futura & uera cõcinuerunt. Vnde etiam templum ei conſtitutum, dati ſacerdotes Antoniani, & ſodales, & flamines, & omnia quę de ſacratis decreuit antiquitas. Aiũt quidam, quod ueriſimile uidetur, Cõmodum Antoninum ſucceſſorem illius ac filium non eſſe de eo natũ, ſed de adulterio: ac talem fabellam uulgari ſermone contexunt: Fauſtinã quondam Pij filiam, Marci uxorem, cum gladiatores tranſire uidiſſet, unius

ex his amore ſuccenſam, cum longa ægritudine laboraret, uiro de amore confeſſam. Quod cum ad Chaldæos Marcus retuliſſet, illorum fuiſſe conſiliũ, ut occiſo gladiatore, ſanguine illius ſeſe Fauſtina ſublauaret, atq; ita cum uiro cõcumberet. Quod cum eſſet factum, ſolutũ quidem amorem, natum uero Commodum gladiatorem eſſe non principem: qui mille propè pugnas publice populo inſpectante gladiatorias imperator exhibuit: ut in uita eius docebitur. Quod quidem uериſimile ex eo habetur, quòd tã ſancti principis filius his moribus fuit, quib. nullus laniſta, nullus ſcenicus, nullus harenarius, nullus poſtremo ex omniũ dedecorum ac ſcelerũ colluuione concretus. Multi aũt ferũt, Commodũ omnino ex adulterio natum: ſiquidem Fauſtinã ſatis conſtat, apud Caietam conditiones ſibi & nauticas & gladiatorias elegiſſe: de qua cùm diceretur Antonino Marco, ut eam repudiaret, ſi non occideret, dixiſſe fertur, Si uxorẽ dimittimus, reddamus & dotem. Dos autem quid habebatur, niſi imperium quod ille ab ſocero uolente Adriano adoptatus acceperat? Tãtum ſanè ualet boni principis uita, ſanctitas, tranquillitas, pietas, ut eius famam nullius proximi decoloret inuidia. Deniq; Antonino cũ ſuos mores ſemper teneret, neq; alicuius inſuſurratione mutaretur, non obfuit gladiator filius, uxor infamis: deus uſq; etiam nunc habetur, ut uobis ipſi ſacratiſſime imperator Diocletiane, & ſemper uiſum eſt & uidetur: qui eũ inter numina ueſtra, non ut cæteros, ſed ſpecialiter ueneramini, ac ſæpe dicitis, uos uita & clementia tales eſſe cupere, qualis fuit Marcus, etiã ſi philoſophia nec Plato eſſe poſſit ſi reuertat in uitã. & quidẽ hęc breuiter & congeſte. Sub Marco Antonino hæc ſunt geſta. Poſt fratrẽ primum corpus eius Romam deuectũ eſt, & illatum maiorũ ſepulchris: diuini honores decreti. Deinde cum gratias ageret ſenatui quòd fratrẽ cõſecraſſet, occulte oſtẽdit, omnia bellica cõſilia ſua fuiſſe, quibus ſuperati ſunt Parthi. Addidit præterea quędã, quib. oſtendit nunc demũ ſe quaſi à principio acturũ eſſe remp. amoto eo qui remiſſior uidebat. Nec aliter ſenatus accepit, ꝙ Marcus dixerat, ut uideretur gratias agere quòd Verus exceſſiſſet uita. Omnibus deinde ſororib. & affinibus & libertis, iuris & honoris & pecuniæ plurimũ detulit. Erat enim famæ ſuæ curioſiſſimus, & requirens ad uerũ quid quiſq; de ſe diceret, emendans quæ bene reprehenſa uiderent. Proficiſcens ad bellum Germanicũ, filiam ſuam non decurſo luctus tempore, grãdæuo equitis Romani filio Claudio Pompeiano dedit, genere Antiochenſi, nec ſatis nobili: quem poſtea bis conſulẽ fecit, cũ filia eius Auguſta eſſet & Auguſtæ filia. Sed has nuptias & Fauſtina, & ipſa quæ dabat, inuitę habuerunt. Cũ Mauri Hiſpanias propè omnes uaſtarent, res per legatos bene geſtæ ſunt. Et cũ per Aegyptũ bucolici milites grauia multa feciſſent, per Auidium Caſſiũ retuſi ſunt, qui poſtea tyrannidẽ arripuit. Sub ipſis profectionis diebus in ſeceſſu Præneſtino agens, filium nomine Verum Cęſarem executo ſub aure tubere ſeptennem amiſit, quem non plus quinq; diebus luxit, conſolatusq; etiã medicos, actibus publicis ſe reddidit. Et quia ludi Iouis optimi maximi erant, interpellari eos publico luctu noluit: iuſſitq; ut ſtatuæ tantũmodo filio mortuo decernerent, & imago aurea Circenſibus per pompam ferenda, & ut Saliari carmini nomen eius inſereretur. Inſtante ſanè adhuc peſtilentia, & deorum cultũ diligentiſſime reſtituit, & ſeruos quemadmodũ bello Punico factum fuerat, ad militiam parauit, quos Voluntarios exemplo Volonum appellauit. Armauit etiam gladiatores, quos Obſequentes appellauit. Latrones etiã Dalmatiæ atq; Dardaniæ milites fecit. Armauit & Diocmitas: emit & Germanorũ auxilia contra Germanos. Omni pręterea diligentia parauit legiones ad Germanicũ & Marcomannicum bellum: & ne prouincialibus eſſet moleſtus, auctionẽ rerum aulicarũ, ut diximus, fecit in foro diui Traiani, in qua præter ueſtes, & pocula, & uaſa aurea, etiã ſigna cũ tabulis magnorum artificum uendidit. Marcomannos in ipſo tranſitu Danubij deleuit, & prædam prouincialibus reddidit. Gentes omnes ab Illyrici limite uſq; Galliã conſpirauerant, ut Marcomanni, Nariſci, Hermũduri, & Quadi, Sueui, Sarmatæ, Latringes, & Buri: hi alijq; cũ Victoualis Soſibes, Sicobotes, Rhoxolani, Baſtarnæ, Alani, Peucini, Coſtoboci. Imminebat & Parthicũ bellũ & Britannicũ. Magno igit labore etiã ſuo, gentes aſperrimas uicit, militibus ſeſe inuitantibus, ducentibus etiam exercitum legatis & præfectis pretorio: accepitq; in deditionẽ Marcomãnos, plurimis in Italiam traductis. Semper ſanè cum optimatibus, non ſolum bellicas res, ſed etiam ciuiles prius quàm face-

Hic locus prorſus eſt deprauatus

ret aliquid, contulit. Deniq; ſententia illius præcipua ſemper hæc fuit, æquius eſt ut ego tot & talium amicorum conſilium ſequar, quàm ut tot tales amici meam unius uoluntatem ſequantur. Sanè quia durus uidebatur ex philoſophiæ inſtitutione Marcus ad militiæ labores atque ad omnem uitam, grauiter carpebatur. Sed maleloquentiũ dictis, uel literis, uel ſermone reſpondebat. Et multi nobiles bello Germanico ſiue Marcomannico, imò plurimarum gentium, interierunt: quibus omnibus ſtatuas in foro Vlpio collocauit. Quare amici frequenter ſuaſerũt, ut à bellis diſcederet, Romam ueniret. Sed ille contempſit, ac perſtitit: nec prius receſſit, quàm omnia bella finiret. Prouincias ex proconſularibus conſulares, aut ex conſularib. proconſulares, aut prætorias pro belli neceſſitate fecit. Res etiam in Sequanis turbatas, cenſura & autoritate repreſſit. Compoſitæ res in Hiſpania quæ per Luſitaniã turbatæ erant. Filio Commodo accerſito ad limitem, togam uirilem dedit: quare congiarium populo diuiſit, & eum ante tempus conſulem deſignauit. Si quis unquam proſcriptus eſſet à præfecto urbi, non libenter accepit. Ipſe in largitionib. pecuniæ publicæ parciſſimus fuit, quod laudi potius datur quàm reprehenſioni: ſed tamen & bonis uiris pecunias dedit, & oppidis labentibus auxilium tulit, & tributa uel uectigalia ubi neceſſitas cogebat, remiſit. Abſens populi Romani uoluptates curari uehementer præcepit per ditiſſimos editores. Fuit enim populo hic ſermo, cum ſuſtuliſſet ad bellum gladiatores, quòd populum ſublatis uoluptatibus uellet cogere ad philoſophiam: iuſſerat enim ne mercimonia impedirentur, tardius Pantomimos exhiberi nõ uotis diebus. De amatis Pantomimis ab uxore fuit ſermo, ut ſuperius diximus: ſed hæc omnia per epiſtolas ſuas purgauit.

Sermo, pro rumore ſeu fabula

Idem Marcus ſederi in ciuitatibus uetuit in equis ſiue uehiculis, lauacra mixta ſubmouit. Mores matronarum compoſuit diffluẽtes. Et iuuenem nobilium ſacra Serapidis à uulgaritate Peluſiæ ſubmouit. Fama fuit ſanè, quòd ſub philoſophorum ſpecie quidã remp. uexarent & priuatos, quod ille purgauit. Erat mos iſte Antonino, ut omnia crimina minore ſupplicio ꝙ legibus plecti ſolent, puniret: quamuis nõnunquam contra manifeſtos & grauium criminum reos inexorabilis permaneret. Capitales cauſas hominum honeſtorum ipſe cognouit, & quidem ſumma æquitate, ita ut prętorem reprehenderet, qui cito reorum cauſas audierat: iuberetq; illum iterum cognoſcere, dignitatis eorum intereſſe dicens, ut ab eo audirẽtur, qui pro populo iudicaret. Aequitatem etiam circa captos hoſtes cuſtodiuit. Infinitos ex gẽtibus in Romano ſolo collocauit. Fulmen de cœlo precibus ſuis contra hoſtium machinamentum extorſit, ſuis pluuia impetrata cũ ſiti laborarent. Voluit Marcomanniam prouinciã, uoluit etiam Sarmatiam facere: & feciſſet, niſi Auidius Caſsius rebellaſſet ſub eodem in Oriente, qui imperatorem ſe appellauit, ut quidam dicunt, Fauſtina uolente, quæ de mariti ualetudine deſperaret. Alij dicunt, ementita morte Antonini, Caſſium imperatorẽ ſe appellaſſe, cũ diuũ Marcũ appellaſſet. & Antoninus quidẽ nõ eſt ſatis motus defectiõe Caſſij, nec in eius affectus ſæuijt, ſed per ſenatũ hoſtis eſt iudicatus, bonaq; eius proſcripta per ærarium publicum. Relicto ergo Sarmatico Marcomannicoq; bello, cõtra Caſſium profectus eſt. Romæ turbæ etiam fuerunt, quaſi Caſſius abſente Antonino aduẽtaret: ſed Caſſius ſtatim interfectus eſt: caput eius allatũ eſt ad Antoninum. Marcus tamen non exultauit interfectione Caſſij, caputq; eius humari iuſſit. Metianum etiam filiũ Caſſij, cui Alexandria erat commiſſa, exercitus occidit: Nã & præfectum præt. ſibi fecerat, qui & ipſe occiſus eſt. In cõſcios defectionis uetuit ſenatũ grauiter uindicare: ſimul petijt ne quis ſenator tempore principatus ſui occideretur, ne eius pollueretur imperiũ: Eos etiam qui deportati fuerant reuocari iuſſit, cum pauciſſimi cẽturiones capite eſſent puniti. Ignouit & ciuitatibus, quæ Caſſio cõſenſerãt: ignouit Antiochenſibus, qui multa in Marcum pro Caſſio dixerant: quibus & ſpectacula & conuentus publicos tulerat, & omnium concionũ genus, contra quos edictũ grauiſsimũ miſit. Seditioſos aũt eos & oratio Marci indicat indita à Mario Maximo, qua ille uſus eſt apud amicos. Deniq; noluit Antiochiã uidere cum Syriam peteret. Nam nec Cyprũ uoluit uidere, ex qua erat Caſſius. Fuit Alexandriæ, clemẽter cũ ijs agens, poſtea tamẽ Antiochiam uidit. Multa egit cũ regibus, & pacẽ confirmauit ſibi occurrentibus cũctis regibus & legatis Perſarũ. omnib. orientalibus prouincijs chariſſimus

fuit.

fuit, apud multas etiam philoſophiæ ueſtigia reliquit. Apud Aegyptios ciuẽ ſe egit et
philoſophũ in omnibus ſtudijs, templis, locis. Et cum multa Alexandrini in Caſſium
dixiſſent fauſta, tamen omnibus ignouit, & filiam ſuã apud eos reliquit. Fauſtinam u-
xorem ſuã in radicibus montis Tauri, in uico Halale exanimatam ſubitò morbo ami-
ſit. Petijt à ſenatu ut honores Fauſtinæ ædemq; decernerent, laudata eadem, cum ta-
men impudicitiæ fama grauiter laboraſſet, quæ Antoninus uel neſciuit, uel diſſimula
uit. Nouas puellas Fauſtinianas inſtituit in honorẽ uxoris mortuæ. Diuã etiam Fau-
ſtinam à ſenatu appellatam gratulatus eſt: quam ſecum & in æſtiuis habuerat, ut matrẽ
Caſtrorum appellaret. Fecit & coloniam uicum in quo obijt Fauſtina, & ædem illi ex-
truxit. Sed hæc poſtea ædes Heliogabalo dedicata eſt. Ipſum Caſſium pro clementia
occidi paſſus eſt, non occidi iuſſit. Deportatus eſt Heliodorus filius Caſſij, & alij libe-
rum exilium acceperunt cũ bonorum parte. Filij autẽ Caſſij & amplius media parte
acceperunt paterni patrimonij, & auro atq; argento adiuti, mulieres autem etiam or-
namentis, ita ut Alexandria filia Caſſij & Druncianus gener, liberam uagandi pote-
ſtatẽ haberet, commendati amitæ marito. Doluit deniq; Caſſium extinctum, dicens,
uoluiſſe ſe ſine ſenatorio ſanguine imperiũ tranſigere. Orientalibus rebus ordinatis,
Athenis fuit, & inter alia Cereris templũ adijt, ut ſe innocentẽ probaret, & ſacrarium
ſolum ingreſſus eſt. Reuertens ad Italiã nauigio, tempeſtatẽ grauiſſimã paſſus eſt. Per
Brunduſium ueniens in Italiã, togam & ipſe ſumpſit, & milites togatos eſſe iuſſit: nec
unquam ſagati fuerunt ſub eo milites. Romam ut uenit, triumphauit. Exinde Lauiniũ
profectus eſt. Commodũ deinde ſibi collegam in tribunitiã poteſtatem iunxit: congia
rium populo dedit & ſpectacula mirifica: dein ciuilia multa correxit. Gladiatorij mu-
neris ſumptus modum fecit. Sententia Platonis ſemper in ore illius fuit, Florere ciui-
tates, ſi aut philoſophi imperarent, aut imperatores philoſopharentur. Filio ſuo Bru-
tij Præſentis filiã iunxit, nuptijs celebratis exemplo priuatorũ. Quare etiam congiariũ
dedit populo. Deinde ad conficiendũ bellum conuerſus, in adminiſtratione eius belli
obijt, labentibus iam filij moribus ab inſtituto ſuo. Triennio bellũ poſtea cum Marco
mannis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam egit: & ſi anno uno ſuperfuiſſet, pro-
uincias ex his feciſſet. Ante biduum quàm expiraſſet, admiſsis amicis dicitur oſtẽdiſ-
ſe ſententiã de filio eandẽ, quam Philippus de Alexandro, cum de hoc male ſentiret,
addens minime ſe ægrè ferre, filium ſuperſtitẽ relinquens: Nam iam Cõmodus turpẽ
ſe & cruentum oſtentabat. Mors aũt talis fuit: Cum ægrotare cœpiſſet, filium aduoca
uit, atq; ab eo primũ petijt, ut belli reliquias non contemneret, ne uideretur remp. pro
dere: & cum filius ei reſpondiſſet, cupere ſe primum ſanitatẽ, ut uellet, permiſit, petens
tamen ut expectaret paucos dies, aut ſimul proficiſceretur. Deinde abſtinuit cibo po
tuq; mori cupiens, auxitq; morbũ. Sexta die uocatis amicis, & ridens res humanas,
mortem aũt contemnens, ad amicos dixit: Quid me fletis, & non magis de peſtilentia
& communi morte cogitatis? Et cum illi uellent recedere, ingemiſcens ait. Si iam me
dimittitis, uale uobis dico, uos præcedens. Et cum ab eo quæreretur, cui filiũ cõmen-
daret, ille reſpondit, Vobis, ſi dignus fuerit, & dijs immortalibus. Exercitus cognita
mala ualetudine uehementiſſime dolebant, quia illum unice amauerunt. Septimo die
grauatus eſt, & ſolũ filium admiſit: quẽ ſtatim dimiſit, ne in eum morbus tranſiret. Di-
miſſo filio, caput operuit quaſi uolens dormire, ſed nocte animã efflauit. Fertur illum
mori uoluiſſe, cũ filium talem uideret futurũ, qualis extitit poſt eius mortẽ, ne ut ipſe
dicebat, ſimilis Neroni, Caligulæ & Domitiano eſſet. Crimini ei datũ eſt quod adulte
ros uxoris promouerit, Tertullũ & Vtilium & Orphitũ & Moderatum ad uarios ho *Patientia, pro lenitate*
nores, cum Tertullũ etiam prandentẽ cum uxore deprehenderit. de quo mimus in ſce
na præſente Antonino dixit: cum ſtupidus nomen adulteri uxores à ſeruò quæreret,
& ille diceret ter Tullus, & adhuc ſtupidus quæreret, reſpondit ille, iam tibi dixi, Ter
tullus dicitur. Et de hoc quidem multa populus, multa etiam alij dixerunt, patientiam
Antonini incuſantes. Ante tempus ſanè mortis priuſquã ad bellum Marcomannicũ
rediret, in Capitolio iurauit, nullum ſenatorẽ ſe ſciente occiſum, cũ etiam rebelles di-
xerit ſe ſeruaturũ fuiſſe, ſi ſciſſet. Nihil enim magis & timuit & deprecatus eſt, quàm
auaritiæ famam: de qua ſe multis epiſtolis purgat. Dederunt ei uitio quòd & fictus fu

iſſet, nec tam ſimplex quàm uideretur, aut quàm uel Pius uel Verus fuiſſet. Dederun etiam crimini quod aulicam arrogantiã confirmauerit, ſubmouendo amicos à ſocietate communi & à cõuiuijs. Parentibus conſecrationẽ decreuit. Amicos parentũ etiam mortuos ſtatuis ornauit. Suffragatoribus non cito credidit, ſed ſemper diu quæſiuit ꝙ erat uerũ. Eniſa eſt Fabia, ut Fauſtina mortua, in eius matrimoniũ coiret: ſed ille cõcubinã ſibi aſciuit procuratoris uxoris ſuę filiã, ne tot liberis ſuperduceret nouercam.

IVLII CAPITOLINI

VERVS IMPERATOR

AD DIOCLETIANVM AVG.

SCIO pleroſque ita uitam Marci ac Veri, literis atꝗ hiſtoriæ dedicaſſe, ut priorem Verum intimandũ legentibus darent, nõ imperandi ſecutos ordinẽ, ſed uiuendi. Ego uero, ꝙ prior Marcus imperare cœpit, deinde Verus, qui ſuperſtite perijt Marco, priorẽ Marcum, de hinc Verum credidi celebrandũ. Igitur L. Ceionius Aelius Cõmodus Verus Antoninus, qui ex Adriani uolũtate Aelius appellatus eſt, ex Antonini coniũctione Verus & Antoninus, neꝗ inter bonos, neꝗ inter malos principes ponitur, quẽ conſtat non inhorruiſse uitijs, nec abundaſſe uirtutibus: uixiſſe deinde nõ in libero principatu, ſed ſub Marco in ſimili ac pari maieſtatis imperio. A cuius ſecta, laſciuia morũ & uitæ licẽtioris nimietate diſſenſit. Erat enim morũ ſimpliciũ, & qui adumbrare nihil poſſet. Huic naturalis pater fuit L. Aelius Verus, qui ab Adriano adoptatus, primus Cęſar eſt dictus, & in eadẽ ſtatione cõſtitutus perijt. Aui ac proaui & itẽ maiores plurimi conſulares. Natus eſt Lucius Romæ in prætura patris ſui, XVIII. Cal. Ianuarias, die quo & Nero qui rerum potitus eſt. Origo eius paterna pleraꝗ ex Hetruria fuit, materna ex Fauẽtia. Hac proſapia genitus, patre ab Adriano adoptato, in familiam aliã deuenit: mortuoꝗ patre Cæſare, in Adriani familia remanſit. A quo Aurelio datus eſt adoptandus, cũ ſibi ille Pium filiũ, Marcum nepotẽ eſſe uoluiſſet, poſteritati ſatis prouidẽs, & ea quidẽ lege, ut filiam Pij Verus acciperet: quæ data eſt Marco idcirco, quia hic ad hoc impar uidebatur ætate, ut in Marci uita expoſuimus. Duxit aũt uxorem Marci filiam Lucillã: educatus eſt in domo Tiberiana. Audiuit Scaurũ grammaticũ latinum, Scauri filiũ, qui grãmaticus Adriani fuit: Græcos, Telephũ, Hepheſtionẽ, Harpocrationẽ. Rhetores Apolloniũ, Celerẽ Caniniũ, Herodẽ Atticũ: Latinũ, Corneliũ Frontonẽ. Philoſophos, Apolloniũ & Sextũ: hos oẽs amauit unice, atꝗ ab his inuicẽ dilectus eſt: nec tamẽ ingenioſus ad literas. Amauit aũt in pueritia uerſus facere, pòſt orationes: & melior quidẽ orator fuiſſe dicitꝰ ꝙ poeta: imò ut uerius dicã peior poeta ꝙ rhetor. Nec deſunt qui dicãt, eũ adiutũ ingenio amicorũ, atꝗ ab alijs ei illa ipſa qualiacunꝗ ſunt ſcripta. Siquidem multos diſertos & eruditos ſemper ſecũ habuiſſe dicitur. Educatorem habuit Nicomedẽ. Fuit uoluptarius & nimis lætus, & omnib. delicijs, ludis, iocis decenter aptiſsimus. Poſt ſeptimũ annũ in familiam Aureliã traductus, Marci morib. & autoritate formatus eſt. Amauit uenatus, palæſtras, & omnia exercitia iuuentutis. Fuitꝗ priuatus in domo imperatoria uiginti & trib. annis. qua die togã uirilẽ Verus accepit, Antoninus Pius ea occaſiõe, qua patris templũ dedicabat, populo liberalis fuit, mediusꝗ inter Piũ & Marcũ idẽ reſedit, cũ quæſtor populo munus daret. Poſt quæſturã ſtatim conſul eſt factus cũ Sextilio Laterano. interiectis annis, cum Marco fratre iterũ factus eſt cõſul. Diu aũt & priuatus fuit, & ea honorificẽtia caruit, qua Marcus ornabatur. Namꝗ in ſenatu ante quæſturam non ſedit. Neꝗ in itinere cum patre, ſed cum præfecto prætorij uectus eſt. Nec aliud ei honorificentiæ ad nomen adiunctum eſt, quàm quod Auguſti filius appellatus eſt. Fuit ſtudioſus etiam Circenſium

cenſium haud aliter quàm gladiatorij muneris. Hic cum tantis deliciarum & luxuriæ quateretur erroribus, ab Antonino uidetur ob hoc retentus, quòd eum pater ita in adoptionem Pij tranſire iuſſerat, ut nepotem appellaret: cui quantum uidetur, fidem exhibuit, non amorem. Amauit tamen Antoninus Pius ſimplicitatem ingenij puritatemq́ uiuendi: hortatusq́ eſt ut imitaretur & fratrem. Defuncto Pio Marcus in eum omnia contulit, participatu etiam imperatoriæ poteſtatis indulto: ſibiq́ conſortem fecit, cum illi ſoli ſenatus detuliſſet imperium. Dato igitur imperio, & indulta tribunitia poteſtate, proconſulatus etiam honore delato, Verum uocari præcepit, ſuum in eum transferens nomen, cum antè Commodus uocaretur. Lucius quidem Marco uicem reddens ſi ſuſciperet, obſecutus ut legatus proconſuli uel præſes imperatori, iam primum cum Marcus pro ambobus ad milites eſt locutus & pro conſenſus imperio grauiter ſe ad Marci mores egit. Vbi uero in Syriam profectus eſt, non ſolum licentia uitæ liberioris, ſed etiam adulterijs & iuuentutis amoribus infamatus eſt. Siquidem tantæ luxuriæ fuiſſe dicitur, ut etiam poſteaquam de Syria redijt, popinam domi inſtituerit, ad quam poſt conuiuium Marci diuertebat, miniſtrantibus ſibi omni genere turpium perſonarum. Fertur & nocte perpeti alea luſiſſe, cum in Syria concepiſſet id uitium: atq́ intantum uitiorum Caianorum & Neronianorum ac Vitellianorum fuiſſe æmulū, ut uagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite cucullione uulgari uiatorio, & cōmiſceretur cum triconibus, & committeret rixas, diſsimulans quis eſſet. ſæpeq́ afflictū liuida facie rediſſe, & in tabernis agnitum cū ſeſe abſconderet. iaciebat & nummos in popinas maximos, quibus calices frangeret. Amauit & aurigas Praſino fauens. Gladiatorū etiam frequentius pugnas in cōuiuio habuit, trahens cœnam in noctem: & in thoro conuiuali condormiens, ita ut leuatus cum ſtromatibus in cubiculum perferretur. Somni fuit permodici, digeſtionis facillimæ. Sed Marcus hæc omnia quaſi neſciens diſsimulabat rem, pudore illo ne reprehenderet fratrem. Et notiſsimum eius quidē fertur tale conuiuiū, in quo primum duodecim accubuiſſe dicitꝰ, cum ſit notiſsimum dictum de numero conuiuarum, Septem conuiuium, nouem uero conuitium. Donatos aūt pueros decoros, qui miniſtrabant ſingulis. Donatos etiā ſtructores, & lances ſingulis quibuſq́: donata & uiua animalia, uel cicurum uel ferarum auium, uel quadrupedū, quorum cibi appoſiti erant. Donatos etiam calices ſingulis per ſingulas potiones, murrhinos & cryſtallinos Alexandrinos, ac quoties bibitum eſt. Data etiam aurea atq́ argentea pocula, & gemmata. Coronas quinetiā datas, lemniſcis aureis interpoſitis, & alieni tēporis floribus. Data & uaſa aurea cū unguentis ad ſpeciem alabaſtrorū. Data & uehicula cum mulabus, ac mulionibus cū iuncturis argenteis, ut ita de conuiuio redirent. Omne aūt conuiuiū æſtimatum dicitur ſexagies centenis milibus H—S. Hoc conuiuiū poſteaq́ Marcus audiuit, ingemuiſſe dicitur. & doluiſſe publicū fatum. Poſt conuiuiū luſum eſt teſſeris uſq́ ad lucē. Et hęc quidem poſt Parthicū bellum, ad quod eū miſiſſe dicitur Marcus, ne uel in urbe ante oculos omniū peccaret, uel ut parſimoniā peregrinatione addiſceret, uel ut timore bellico emēdatior rediret, uel ut ſe imperatorē eſſe cognoſceret. Sed quātū profecerit, cum alia uita, tū hęc quam narrauimus cœna monſtrauit. Circenſiū tantam curā habuit, ut frequēter prouincialibus literas cauſa Circenſiū & miſerit & acceperit. Deniq́ etiam præſens & cum Marco ſedens, multas à Venetianis eſt paſſus iniurias, quòd turpiſsime cōtra eos faueret. Nam & Volucri equo Praſino aureū ſimulacrū fecerat, quod ſecum portabat. Cui quidē paſſas uuas & nucleos in uicem hordei in præſepe ponebat, quē ſagis fuco tinctis coopertū, in Tiberianā ad ſe adduci iubebat. Cui mortuo ſepulchrum in Vaticano fecit. In huius equi gratiā primum cœperunt equi aurei uel brauia poſtulari. In tanto aūt equus ille honore fuit, ut ei à populo Praſinianorū ſępe modius aureorum poſtularetur. Profectum eum ad Parthicum bellum, Marcus Capuam proſecutus eſt. Cumq́ inde per omniū uillas ſe ingurgitaret, morbo implicitus, apud Canuſium ægrotabat, quò ad eum uiſendum frater contendit. Multa in eius uita ignaua & ſordida, etiam belli tempore deteguntur. Nam cum interfecto legato, cæſis legionibus, Syrijs defectionem cogitantibus, Oriens uaſtaretur, ille in Apulia uenabatur: & apud Corinthum & Athenas inter ſymphonias & cantica nauigabat: & per ſingulas

Inuicem, pro loco

maritimas ciuitates Aſiæ, Pamphyliç, Ciliciæq; clariores, uoluptatibus immorabať. Antiochiam poſteaquàm uenit, ipſe quidem ſe luxuriç dedit. Duces aũt confecerunt Parthicum bellum, Statius Priſcus, & Auidius Caſsius, et Martius Verus per quadriennium, ita ut Babylonẽ & Mediam peruenirent, & Armeniam uendicarent: partúq; eſt ipſi nomen Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romæ agẽti delatum eſt. Egit aũt per quadrienniũ Verus hyemem Laodiciæ, æſtatem apud Daphnen, reliquam partem Antiochiæ. Riſui fuit omnibus Syris, quorum multa ioca in theatro in eũ dicta extant. Vernas in tricliniũ Saturnalibus & diebus feſtis ſemper admiſit. Ad Euphratẽ tamen impulſu comitum ſuorum ſecundo profectus eſt. Epheſum etiam rediıt, ut Lucillã uxorem miſſam à patre Marco ſuſciperet: & idcirco maxime, ne Marcus cũ ea in Syriam ueniret, ac flagitia eius agnoſceret. Nam ſenatui Marcus dixerat, ſe filiam in Syriã deducturũ. Confecto ſanè bello, regna regibus, prouincias uero comitibus ſuis regẽdas dedit. Romam inde ad triumphũ inuitus, quòd Syriam quaſi regnum ſuũ relinqueret, rediıt, & pariter cũ fratre triumphauit, ſuſceptis à ſenatu nominibus, quæ in exercitu acceperat. Fertur præterea ad amicç uulgaris arbitriũ in Syria poſuiſſe barbam. Vnde in eũ à Syris multa ſunt dicta. Fuit eius fati, ut in eas prouincias per quas rediıt, Romã uſq; luem ſecũ deferre uideretur. Et nata fertur peſtilentia in Babylonia: ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles fortè inciderat, ſpiritus peſtilens euaſit, atq; inde Parthos orbemq; cõpleſſe. Et hoc nõ Luciı Veri uitio, ſed Caſsiı, à quo contra fidẽ Seleucia, quæ ut amicos milites noſtros receperat, expugnata eſt. Quod quidẽ inter cæteros etiam Quadratus belli Parthici ſcriptor, incuſatis Seleucenis, qui fidẽ primi ruperant, purgat. Habuit hanc reuerentiã Marci Verus, ut nomina quæ ſibi delata fuerant, cũ fratre cõmunicaret die triumphi, quem pariter celebrarunt. Reuerſus à Parthico bello, minore circa fratrẽ cultu fuit Verus. Nam & libertis inhoneſtius indulſit, & multa ſine fratre diſpoſuit. His acceſſit, quòd quaſi reges aliquos ad triumphũ adduceret, ſic hiſtriones eduxit è Syria, quorũ præcipuus fuit Maximinus, quem Paridis nomine nũcupauit. Villam præterea extruxit in uia Clodia famoſiſſimã, in qua permultos dies & ipſe ingenti luxuria debacchatus eſt cum libertis ſuis, & amicis paribus, quorũ præſentia nulla inerat reuerentia. Et Marcum rogauit, qui uenit ut fratri uenerabilẽ morum ſuorum & imitandã oſtenderet ſanctitudinem: & quinq; diebus in eadẽ uilla reſidens, cognitionibus continuis operam dedit, aut conuiuante fratre, aut cõuiuia comparante. Habuit & Agrippũ hiſtrionẽ, cui cognomentũ erat Memphi, quem & ipſum è Syria ueluti tropheum Parthicum adduxerat, quem Apolauſtũ nominauit. Adduxerat ſecum & fidicinas, & tibicines, & hiſtriones, ſcurraſq; mimarios, & præſtigiatores, & omnia mancipiorũ genera, quorum Syria & Alexandria paſcitur uoluptate, prorſus ut uideretur bellum non Parthicum ſed hiſtricum confeciſſe. Et hæc uitæ diuerſitas, atque alia multa, inter Marcum & Verum ſimultates feciſſe, non aperta ueritas indicabat, ſed occultus rumor inſeuerat. Verum illud præcipuũ, quòd cum Libonem quendam patruelẽ ſuum Marcus legatum in Syriam miſiſſet, atq; ille ſe inſolentius quàm uerecundus ſenator efferret, dicens, ad fratrem ſe ſcripturũ eſſe, ſi quid fortè dubitaret, nec Verus præſens pati poſſet, ſubitoq; morbo notis propè ueneni exiſtentibus interiſſet, uiſum eſt nõnullis, non tamẽ Marco, quòd eius fraude putaretur occiſus. Quæ res ſimultatũ auxit rumorẽ. Liberti multũ potuerunt apud Verum, ut in uita Marci diximus, Geminas et Agaclytus, cui dedit inuito Marco Libonis uxorẽ. Deniq; nuptiıs ab Vero celebratis, Marcus cõuiuio interfuit. Habuit & alios libertos Verus improbos, Codem & Eclectũ, cæterosq;: quos omnes Marcus poſt mortẽ Veri, ſpecie honoris abiecit, Eclecto retento: qui poſtea Commodum filium eius occidit. Ad bellum Germanicum, quòd Marcus nollet Lucium ſine ſe uel ad bellum mittere, uel in urbe dimittere cauſa luxuriæ, ſimul profecti ſunt, atque Aquileiam uenerunt: inuitoq; Lucio Alpes tranſgreſſi, cum Verus apud Aquileiam tantum uectatus conuiuatuſq; eſſet, Marcus autem omnia proſpexiſſet. De quo bello quid per legatos Barbarorum pacem petentium, quid per duces noſtros geſtum eſt, in Marci uita pleniſsime diſputatum eſt. Compoſito autem bello in Pannonia, urgente Lucio Aquileiam rediret, quòd urbanas deſiderabat Lucius uoluptates,

Diſpoſuit, pro ordinauit

luptates, in urbem deſtinatus eſt: ſed non longe ab Altino ſubito in uehiculo morbo quem apoplexin uocāt correptus Lucius, depoſitus è uehiculo, detracto ſanguine Altinum perductus, cum triduo mutus uixiſſet, apud Altinū perijt. Fuit ſermo quod & ſocrum Fauſtinam inceſtaſſet. Et dicitur Fauſtinæ ſocrus dolo, aſperſis oſtreis ueneno extinctus eſſe: idcirco quod conſuetudinem quam cum matre habuerat, filiæ prodidiſſet: quamuis & illa fabula quæ in Marci uita poſita eſt, abhorrens à talis uiri uita ſit exorta: cum multi etiam uxori eius, flagitium mortis aſsignent, idcirco quòd Fabię nimium indulſerat Verus: cuius potentiā uxor Lucij uel Marci ferre nō poſſet. Tanta ſanè familiaritas inter Lucium & Fabiam ſororem fuit, ut hoc quoq; uſurpauerit rumor, quod inierint conſilium ad Marcum è uita tollendum. Idq; cum eſſet per Agaclytum libertum proditum Marco, ante aduentum Lucium Fauſtina nece præuenerat. Fuit decorus corpore, uultū gemmatus, barba propè barbarice demiſſa procerus, & fronte in ſupercilia adductiore uenerabilis. Dicitur ſanè tantam habuiſſe curā flauentium capillorum, ut capiti auri roramenta reſpargeret, quo magis coma illuminata flaueſceret. Lingua impeditior fuit. Aleæ cupidiſsimus: uitæ ſemper luxurioſæ, atq; in pluribus Nero, præter crudelitatem & ludibria. Habuit inter alium luxuriæ apparatum calicem cryſtallinum nomine Volucrem, ex eius equi nomine quem dilexit, humanæ potionis modū ſupergreſſum. Vixit annis quadragintaduobus. Imperauit cum fratre annis undecim. Illatumq; eius corpus eſt Adriani ſepulchro, in quo & Cæſar pater eius naturalis ſepultus eſt. Nota eſt fabula, quam Marci non capit uita, quòd partem uuluę ueneno illitā, cum eam execuiſſet cultro una parte uenenato, Marcus Vero porrexit: ſed hoc nephas eſt de Marco putari, quamuis Veri & cogitata & facta mereantur: quod nos non in medio relinquimus, ſed totam purgatam confutatamq; reſpuimus, cum adhuc poſt Marcum, præter ueſtram clementiam Diocletianę Auguſte, imperatorem talem nec adulatio uideatur potuiſſe confingere.

AELII SPARTIANI

DIDIVS IVLIANVS

AD DIOCLETIANVM AVGVSTVM.

DIDIO Iuliano, qui poſt Pertinacem imperium adeptus eſt, proauus fuit Saluius Iulianus, bis conſul, præfectus urbi, & iuriſconſultus, quod magis eum nobilem fecit. Mater Clara Aemilia: pater Petronius Didius Seuerus: fratres Didius Proculus, & Nūmius Albinus: auūculus Saluius Iulianus: auus paternus, Inſubris Mediolanenſis, maternus ex Adrumentina colonia. Educatus eſt apud Domitiam Lucillam, matrē Marci imperatoris. Inter uiginti uiros electus eſt ſuffragio matris Marci. Quæſtor ante annum q̃ legitima ætas ſinebat deſignatus eſt. Aedilitatem ſuffragio Marci conſecutus eſt. Prætor eiuſdē ſuffragio fuit. Poſt præturā legioni præfuit in Germania uiceſimæ ſecundæ Primigeniæ. inde Belgicā ſanctè ac diu rexit. Ibi Cauchis Germaniæ populis qui Albim fluuiū accolebāt erumpentibus, reſtitit tumultuarijs auxilijs prouincialiū: ob quæ conſulatū meruit, teſtimonio imperatoris. Cattos etiā debellauit. Inde Dalmatiā regendam accepit, eamq; à confinibus hoſtibus uindicauit. Poſt Germaniā inferiorem rexit. Poſt hoc curàm alimentorū in Italia meruit: tunc factus eſt reus per quendam Seuerum clariſsimū militem coniurationis cum Saluio contra Cōmodum: ſed à Commodo, quia multos iam ſenatores occiderat, & quidem nobiles ac potentes in cauſis maieſtatis, ne triſtius grauaretur, Didius liberatus eſt, accuſatore damnato. Abſolutus, iterum ad regendam prouinciam miſſus eſt. Bithyniam deinde rexit: ſed non ea fama qua cæteras. Fuit conſul cum Pertinace, & in proconſulatu Africæ

eidem ſucceſsit, & ſemper ab eo collega eſt & ſucceſſor appellatus: maxime eo die, cum filiam ſuam Iulianus deſpondens affini ſuo, ad Pertinacem ueniſſet, idq; intimaſſet, dixitq; debita reuerētia, quia collega & ſucceſſor meus eſt. Statim enim mors Pertinacis ſecuta eſt. Quo interfecto, cum Sulpitianus imperator in caſtris appellari uellet, & Iulianus cum genero ad ſenatum ueniſſet, quē indictum acceperat, cumq; clauſas ualuas inueniſſet, atq; illic duos tribunos reperiſſet, P. Florianum & Vectium Aprum, cœperunt cohortari tribuni ut locum arriperet: quibus cum diceret, iam alium imperatorem appellatum, retinentes eum ad prætoria caſtra duxerunt. Sed poſteaq; in caſtra uentum eſt, cum Sulpitiano præfecto urbi, ſocero Pertinacis concionante, ſibiq; imperium uindicante, Iulianum è muro ingentia pollicētem nullus admitteret, primùm Iulianus monuit prætorianos, ne eum facerēt imperatorem, qui Pertinacem uindicaret: deinde ſcripſit in tabulis, ſe Commodi memoriā reſtituturū; atq; ita & admiſſus eſt, & imperator appellatus, rogantibus prætorianis, ne Sulpitiano aliquid noceret quòd imperator eſſe uoluiſſet. Tunc Iulianus Flauiū Genialem, & Tullium Criſpinum ſuffragio prætorianorū præfectos prætorij fecit, ſtipatusq; eſt caterua imperatoria per Maurentiū, qui & ante ſe Sulpitiano cōiunxerat. Sanè cū uicena quina milia militibus promiſiſſet, tricena dedit. Inde habita concione militari, ueſpera in ſenatum uenit, totumq; ſe ſenatui permiſit: factoq; ſenatuſconſulto imperator eſt appellatus, & tribunitiam poteſtatem, ius proconſulare in patritias familias relatus, emeruit. Vxor etiā Mallia Scantilla, & filia eius Didia Clara, Auguſtæ ſunt appellatæ. Inde ſe ad palatiū recepit, uxore ac filia illuc uocatis, trepidis & inuitis eò tranſeuntibus, quaſi iam imminens exitium præſagirent. Præfectū urbi Cornelium Repentinū, generū ſuum fecit in locū Sulpitiani. Erat interea in odio populi Didius Iulianus ob hoc, quòd creditum fuerat, emendationem temporum Cōmodi Pertinacis autoritate reparādam: habebaturq; ita, quaſi Iuliani conſilio eſſet Pertinax interemptus. Etiam hi primū qui Iulianum odiſſe cœperant, diſſeminarunt, prima ſtatim die Pertinacis cœna deſpecta, luxurioſum paraſſe conuiuium oſtreis & altilibus & piſcibus adornatum: quod falſum fuiſſe conſtat. Nam Iulianus tantæ parſimoniæ fuiſſe perhibetur, ut per triduum porcellum, per triduum leporem diuideret, ſi quis ei fortè miſiſſet: ſæpe autem nulla exiſtente religione, holeribus, leguminibusq; contentus, ſine carne cœnauerit. Deinde neq; cœnauit prius, quàm ſepultus eſſet Pertinax: & triſtiſsimus cibum ob eius necem ſumpſit, & primam noctem uigilijs cōtinuauit, de tanta neceſsitate ſolicitus. Vbi uero primùm illuxit, ſenatum & equeſtrem ordinem in palatium uenientem admiſit, atq; unumquenq; ut erat ætas, uel patrem, uel filium, uel parentem affatus blandiſsime eſt. Sed populus in roſtris atq; ante curiam ingentibus eum cōuitijs laceſſebat, ſperans deponi ab eo poſſe imperiū, quod milites dederant. Lapidationem quoq; fecere: deſcendenti cum militibus & ſenatu in curiā diras imprecati ſunt: rem diuinā facienti ne litaret optarunt. Lapides etiam in eum iecerūt, cum Iulianus manu eos ſemper placare cuperet. Ingreſſus autem curiā, placide & prudēter uerba fecit. Egit gratias quòd eſſet aſcitus, quod & ipſe & uxor & filia eius Auguſtorū nomen acceperūt. Patris patriæ quoq; nomen recepit. Argenteam ſtatuā reſpuit. E ſenatu in Capitolium pergēti populus obſtitit, ſed ferro & uulneribus, & pollicitationibus aureorum quos digitis oſtendebat ipſe Iulianus, ut fidem faceret, ſummotus atq; depulſus eſt: inde ad Circenſe ſpectaculum itum eſt. Sed occupatis indifferenter omnium ſubſellijs, populus geminauit conuitia in Iulianum. Peſceniū Nigrum, qui iam imperare dicebatur, ad urbis præſidium uocauit. Hæc omnia Iulianus placide tulit, totoq; imperij ſui tempore mitiſsimus fuit. Populus autē in milites uehementiſsime inuehebatur, qui ob pecuniam Pertinacem occidiſſent. Multa igitur quæ Commodus ſtatuerat, Pertinax tulerat, ad conciliandum fauorem populi reſtituit. De ipſo Pertinace neq; male neq; bene quicquam egit: quod grauiſsimum plurimis uiſum eſt. Conſtitit propter metum militum, de honore Pertinacis tacitum eſſe. Et Iulianus quidē neq; Britannicos exercitus, neq; Illyricos timebat. Nigrum uero miſſo primipilario occidi præceperat, timēs præcipue Syriacos exercitus. Ergo Peſcennius Niger in Syria, Septimius Seuerus in Illyrico cū exercitib. quibus præſidebāt, à Iuliano deſciuere. Sed cum ei nuntiatū eſſet Seuerum

Numerus in digitis

deſciuiſſe

deſciuiſſe, quem ſuſpectum nõ habuerat, perturbatus ad ſenatum uenit: impetrauitq́ ut hoſtis Seuerus renuntiaretur: militibus etiam qui Seuerum ſecuti fuerant, dies præſtitutus, ultra quem ſi cum Seuero fuiſſent, hoſtiũ numero haberentur. Miſsi ſunt præterea legati à ſenatu cõſulares ad milites, qui ſuaderent ut Seuerus repudiaretur, & is eſſet imperator quẽ ſenatus elegerat. Inter cæteros legatus eſt Veſpronius Candidus uetus conſularis, olim militibus inuiſus ob durum & ſordidum imperium. Miſſus eſt ſucceſſor Seuero Valerius Catulinus, quaſi poſſet ei ſuccedi, qui militem iam ſibi tenebat. Miſſus præterea Aquilius centurio, notus cædibus ſenatorijs, qui Seuerum occideret. Ipſe autẽ Iulianus prætorianos in campum deduci iubet, muniri turres: ſed milites deſides & urbana luxuria diſſolutos, inuitiſsimos ad exercitiũ militare produxit, ita ut uicarios operis quod unicuiq́ præſcribebatur, mercede cõducerent. Et Seuerus quidẽ ad urbem infeſto agmine ueniebat. Sed Didius Iulianus nihil cum exercitu prætoriano proficiebat, quẽ quotidie populus & magis oderat & ridebat. Et Iulianus ſperans Lætum fautorẽ Seueri, cum per eum Commodi manus euaſiſſet, ingratus tanto beneficio, iuſsit eum occidi. Iuſsit etiam Martiam interfici. Sed dum hæc egit Iulianus, Seuerus claſſem Rauennatem occupat: legati ſenatus qui Iuliano promiſerant operã ſuam, ad Seuerum tranſierũt. Tullius Criſpinus præfectus prætorio contra Seuerum miſſus ut claſſem produceret, repulſus Romam redijt. Hæc cum Iulianus uideret, ſenatum rogauit ut uirgines Veſtales & cæteri ſacerdotes cum ſenatu obuiam exercitui Seueri prodirent, & prætentis infulis rogarent, inane contra Barbaros milites præſidium parans. Hæc tamen agenti Iuliano Fauſtius Quintillus cõſularis augur contradixit, aſſerens, nõ debere imperare eum, qui armis aduerſario nõ poſſet reſiſtere. Cui multi ſenatores conſenſerũt. Quare iratus Didius, milites è caſtris petijt, qui ſenatum ad obſequium cogerent, aut obtruncarent. Sed id conſilium diſplicuit. Neq́ enim decebat, ut cum ſenatus hoſtem Seuerum Iuliani cauſa iudicaſſet, eundem Iulianum pateretur infeſtum. Quare meliore conſilio ad ſenatũ uenit, petijtq́ ut fieret ſenatuſconſultum de participatione imperij. Quod ſtatim factum eſt. Tunc omen quod ſibi Iulianus cum imperium acciperet fecerat, omnibus uenit in mentem. Nam cum conſul deſignatus de eo ſententiã dicens, ita pronuntiaſſet, Didiũ Iulianũ imperatorẽ appellandũ eſſe cenſeo, Iulianus ſuggeſsit, adde & Seuerũ, quod cognomentũ aui & proaui ſibi Iulianus aſciuerat. Sunt tamen qui dicant, nullum fuiſſe Iuliani conſilium de obtruncando ſenatu, cum tanta in eum ſenatus contuliſſet. Poſt ſenatuſconſultum ſtatim Didius Iulianus unum ex præfectis Tullium Criſpinum miſit. Ipſe autem tertium fecit præfectum Veturium Macrinum, ad quem Seuerus literas miſerat, ut eſſet præfectus. Sed pacem ſimulatam, tentatamq́ cædem Seueri Tullio Criſpino præfecto præt. & populus locutus eſt, & Seuerus ſuſpicatus. Deniq́ hoſtem ſe Iuliano Seuerus eſſe maluit, quàm participem, conſenſu militum. Seuerus autem ſtatim & ad plurimos Romam ſcripſit, & occulte miſit edicta quæ propoſita ſunt. Fuit præterea in Iuliano hæc amentia, ut per Magos pleraq́ faceret, quibus putaret uel odium populi deliniri, uel militum arma compeſci. Nam & quaſdam non cõuenientes Romanis ſacris hoſtias immolauerunt, & carmina profana incantauerunt, & ea quæ ad ſpeculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando uertice reſpicere dicuntur, Iulianus fecit. Tuncq́ puer uidiſſe dicitur, & aduentum Seueri, & Iuliani deceſsionem. Et Criſpinus quidẽ cum occurriſſet præcurſorib. Seueri, Iulio Læto autore à Seuero interemptus eſt. Deiecta ſunt etiã ea conſulta è ſenatu. Iulianus conuocato ſenatu, quæſitisq́ ſententijs quid facto opus eſſet, certi nihil cõperit à ſenatu: ſed poſtea ſponte ſua gladiatores Capuæ iuſsit armari per Lollianũ Titianũ, & Claudium Pompeianum è Tarracinenſi ad participatum euocauit, quod & gener imperatoris fuiſſet, & diu militibus præfuiſſet. Sed hoc ille recuſauit, ſenem ſe & debilẽ luminib. reſpondẽs. Tranſierant & ex Vmbria milites ad Seuerum: & præmiſerat quidem literas Seuerus, quibus iubebat interfectores Pertinacis ſeruari. Breui autẽ deſertus eſt ab omnibus Iulianus, & remanſit in palatio cum uno de præfectis ſuis Geniali & genero Repentino. Actũ eſt deniq́ ut Iuliano ſenatus autoritate abrogaretur imperium, & abrogatum eſt, appellatusq́ ſtatim Seuerus imperator, cum fingeretur quòd ueneno ſe abſumpſiſſet Iulianus

Exercitium

Participatus

lianus: miſsi tamen à ſenatu, quorum cura per militem gregarium in palatio idem Iulianus occiſus eſt, fidem Cæſaris implorans, hoc eſt Seueri. Filiam ſuam potitus imperio, dato patrimonio emancipauerat, quod ei cum Auguſtæ nomine ſtatim ſublatum eſt. Corpus eius à Seuero uxori Manlię Scantillę ac filiæ ad ſepulturam eſt redditum, & in proaui monumento translatũ, miliario quinto, uia Lauicana. Obiecta ſané ſunt Iuliano hæc, quòd guloſus fuiſſet, quòd aleator, ꝙ armis gladiatorijs exercitus eſſet, eaq; omnia ſenex fecerit, cum antea nunquã adoleſcens his eſſet uitijs infamatus. Obiecta eſt etiam ſuperbia, cum ille etiam in imperio fuiſſet humilimus. Fuit autem cõtra humaniſsimus ad cõuiuia, benigniſsimus ad ſubſcriptiones, moderatiſsimus ad libertatem. Vixit annis quinquagintaſex, menſibus quatuor. Imperauit menſibus duobus, diebus quinq;. Reprehenſum in eo præcipue quòd eos quos regere autoritate ſua debuerat, regendæ reip. ſibi præſules ipſe feciſſet.

AELII LAMPRIDII

COMMODVS ANTONINVS AD DIOLECTIANVM AVGVSTVM.

DE COMMODI Antonini parentibus, in uita Marci Antonini ſatis eſt diſputatum. Ipſe aũt natus eſt apud Lanuuium cum fratre Antonino Gemino pridie Cal. Septemb. patre patruoq; COSS. ubi & auus maternus dicitur natus. Fauſtina cum eſſet Cõmodo cum fratre prægnans, uiſa eſt in ſomnis ſerpentes parere, ſed ex his unum ferociorem. Cum aũt peperiſſet Cõmodum atq; Antoninum, Antoninus quadrimus eſt elatus, quem parem aſtrorum curſu Commodo mathematici promittebãt. Mortuo igitur fratre, Commodum Marcus & ſuis præceptis, & etiam magnorum atq; optimorum uirorũ erudire conatus eſt. Habuit literatorem Græcũ, Oneſicritum: Latinũ, Capellam Antiſtium. Orator ei Atteius Sanctus fuit. Sed tot diſciplinarũ magiſtri nihil ei profuerunt. Tantũ ualet aut ingenij uis, aut eorum qui in aula inſtitutores habentur. Nam à prima ſtatim pueritia, turpis, improbus, crudelis, libidinoſus, ore quoq; pollutus & conſtupratus fuit. Iam in his artifex quæ ſtationis imperatoriæ nõ erant, ut calices fingeret, ſaltaret, cantaret, ſibilaret, ſcurram deniq; & gladiatorẽ ſe perfectũ oſtenderet. Auſpiciũ crudelitatis apud Centumcellas dedit anno ætatis XII. Nam cum tepidius fortè lotus eſſet, balneatorẽ in fornacẽ conijci iuſsit: quando à pædagogo cui hoc iuſſum fuerat, ueruecina pellis in fornace cõſumpta eſt, ut fidẽ pœnæ de fœtore nidoris impleret. Appellatus eſt aũt Cæſar puer cum fratre ſuo Seuero. XIIII ætatis anno in collegiũ ſacerdotum aſcitus eſt. Cooptatus inter tres ſolos principes iuuẽtutis cum togam ſumpſit: adhuc in prætexta puerili congiariũ dedit, atq; ipſe in baſilica Traiani præſedit. Indutus aũt toga eſt Nonarũ Iuliarũ die, quo in terris Romulus nõ apparuit, & eo tempore quo Caſsius à Marco deſciuit. Profectus eſt cõmendatus militibus cum patre in Syriã & Aegyptũ, & cum eo Romã redijt. Poſt hæc uenia legis Annariæ impetrata, COS. eſt factus: & cum patre imperator eſt appellatus V. Cal. Decemb. die, Pollione & Apro COSS. & triumphauit cum patre: Nam & hoc patres decreuerant. Profectus eſt cum patre & ad Germanicũ bellum. Adhibitos cuſtodes uitæ ſuæ honeſtiores ferre nõ potuit, peſsimos quoſq; detinuit, & ſubmotos uſq; ad ægritudinẽ deſiderauit: quibus per patris mollitiẽ reſtitutis, popinas & ganeas in palatinis ſemper ædibus fecit: neq; unq; pepercit uel pudori, uel ſumptui. In domo aleã exercuit. Mulierculas formę ſcitioris, ut proſtibula mancipia ad lupanariũ ludibriũ pudicitiæ cõtraxit. Imitatus etiã propolas circumforaneos, equos curules ſibi cõparauit. Aurigæ habitu currus rexit, gladiatoribus conuixit, aquã geſsit ut lenonũ miniſter, ut probris natum magis quàm ei loco eum crederes, ad quem fortuna prouexit. Patris miniſteria ſeniora ſubmouit

ra ſubmouit, amicos ſenes abiecit. Filiũ Saluij Iuliani, qui exercitibus præerat, ad impudicitiã fruſtra tentauit, atq; exinde Iuliano tetendit inſidias. Honeſtiſsimos quoſq; aut per cõtumeliam, aut per honorem indigniſsimum abiecit. Appellatus eſt à mimis quaſi obſtupratus, eoſdemq; ita ut nõ appareret, ſubito deportauit. Bellum etiã quod pater penè confecerat, regibus hoſtium addictus remiſit, ac Romam reuerſus eſt. Romam ut redijt, ſubactore ſuo Antero poſt ſe in curru locato, ita triũphauit, ut eum ſæpius ceruice reflexa publice oſcularetur: etiam in orcheſtra hoc idem fecit. Et cum potaret in lucem, heluareturq; uiribus Romani imperij, ueſpera etiam per tabernas ac lupanaria uolitauit. Miſit homines ad prouincias regendas, uel criminum ſocios, uel à criminoſis commendatos. In ſenatus odium ita uenit, ut & ipſe crudeliter in tanti ordinis perniciem ſæuiret, fieretq; contemptui. Crudelis uita Commodi Quadratum & Lucillam compulit ad eius interfectionem cõſilia inire non ſine præf. præt. Tarrutini Paterni conſilio. Datũ autem eſt negotiũ peragendæ necis Claudio Pompeiano propinquo, qui ingreſſus ad Cõmodum diſtricto gladio, cum faciẽdi poteſtatẽ habuiſſet, in hæc uerba prorumpens, Hunc tibi pugionẽ ſenatus mittit: detexit facinus fatuus, nec impleuit, multis cũ eo participantibus cauſam. Poſt hæc interfecti ſunt Pompeianus primo & Quadratus: dein Narbana atq; Norbanus & Paralius, & mater eius Lucilla in exiliũ exacta. Cum præf. præt. uidiſſent Cõmodum in tantũ odiũ incidiſſe, obtentu Anteri, cuius potentiã præf. ferre non poterãt, urbane Anterũ eductũ à palatio ſacrorũ cauſa, & redeuntẽ in hortos ſuos, per frumentarios occiderũt. Id uero grauius quàm de ſe ipſo Cõmodo fuit.釐Paternũ autẽ & huius cædis autorem, & quantũ uidebatur, paratæ necis Cõmodi conſcium, & interuentorem ne coniuratio latius puniretur inſtigante Tigidio, per laticlaui honorẽ à præfecturæ adminiſtratione ſubmouit. Poſt paucos dies inſimulauit eum coniurationis, cum diceret, ob hoc promiſſam Iuliani filio filiam Paterni, ut in Iulianum transferretur imperium. Quare & Paternũ & Iulianum & Vitruuiũ Secundum Paterni familiariſsimũ, qui epiſtolas imperatorias curarat, interfecit. Domus præterea Quintiliorũ omnis extincta, quòd Sextus Cocidiani filius, ſpecie mortis ad defectionem dicerẽt euaſiſſe. Interfecta & Vitraſia Fauſtina, & Velius Ruffus, & Egnatius Capito conſularis. In exilium aũt acti ſunt Aemilius Iunctus & Attilius Seuerus COSS. & in multos alios uarie ſæuitum. Poſt hæc Cõmodus nunquã facile in publicum proceſsit: neq; quicquã ſibi nuntiari paſſus, niſi quod Perennis antè tractaſſet. Perennis aũt Commodi animũ perſciens, inuenit quemadmodũ ipſe potẽs eſſet. Nam perſuaſit Cõmodo ut ipſe delicijs uacaret, idem uero Perennis curis incumberet: quod Cõmodus lætanter accepit. Hac igitur lege uiuens ipſe cum trecentis concubinis, quas ex matronarum meretricumq; delectu ad formæ ſpeciem conciliauerat, trecentiſq; alijs puberibus exoletis, quos æquè ex plebe ac nobilitate, nuptuſq; forma diſceptatrice collegerat, in palatio per cõuiuia & balneas bacchabatũ. Inter hæc habitu uictimarij, uictimas immolauit: in harena rudibus inter cubicularios gladiatores pugnauit, lucentibus aliquando mucronibus. Tunc tamen Perennis cuncta ſibimet uindicauit: quos uoluit interemit, ſpoliauit plurimos, omnia iura ſubuertit, prædam omnem in ſinũ contulit. Ipſe aũt Cõmodus Lucillã ſororẽ, cum eam cõpreſſiſſet, occidit: ſororib. dein ſuis cæteris, ut dicitũ, conſtupratis, cõſobrina patris cõplexibus ſuis coniuncta, uni etiã ex cõcubinis matris nomen impoſuit & uxoris. Quam deprehẽſam in adulterio exegit, exactã relegauit, & poſtea occidit. Ipſas cõcubinas ſuas ſub oculis ſuis ſtuprari iubebat. Nec irruẽtiũ in ſe iuuenũ carebat infamia, omni parte corporis, atq; ore in ſexũ utrunq; pollutus. Occiſus eſt eo tẽpore etiã Claudius quaſi à latronibus: cuius filius cum pugione quondã ad Cõmodum ingreſſus eſt, multiq; alij ſenatores ſine iudicio interempti, fœminæ quoq; diuites. Et nonnulli per prouincias à Perenni ob diuitias inſimulati ſpoliati ſunt, uel etiã interempti. His aũt quibus deerat ficti criminis appoſitio, obijciebatur quòd ſcribere uoluiſſent Commodum hæredem. Eo tempore in Sarmatia res bene geſtas per alios duces, in filium ſuum Perennis referebat. Hic tamen Perennis qui tantum potuit, ſubito, quòd bello Britannico militibus equeſtris loci uiros præfecerat amotis ſenatoribus, prodita re per legatos, exercitus hoſtis appellatus, lacerandusq; militibus eſt deductus. In cuius potentiæ locũ Cle

andrum

andrum ex cubicularijs ſubrogauit. Multa ſanè poſt interfectũ Perennem, eiusq; filiũ, quaſi à ſe non geſta reſcidit, uelut in integrũ reſtituens. Et hanc quidem pœnitentiam ſcelerum ultra triginta dies tenere non potuit, grauiora per Cleandrum faciens, quàm fecerat per ſupra dictum Perennem. Et in potentia quidem Cleander Perenni ſucceſſerat: in præfectura uero Niger, qui ſex tantũ horis præfectus prætorij fuiſſe perhibet. Mutabãtur enim præfecti prætorij per horas ac dies, Commodo peiora omnia quàm fecerat antè, faciente. Fuit item Martius Quartus præfectus præt. diebus quinq;. Horum ſucceſſores ad arbitrium Cleandri aut retenti ſunt, aut occiſi. Ad cuius nutũ etiã libertini in ſenatum atq; in patritios lecti ſunt: tuncq; primum uigintiquinq; COSS. in unum annum, uenditæq; omnes prouinciæ. Omnia Cleander pecunia uenditabat, reuocatos de exilio dignitatibus ornabat, res iudicatas reſcindebat. qui tantũ per ſtultitiam Commodi potuit, ut Byrrum ſororis Commodi uirum reprehendentem, nunciantemq; Commodo quæ fiebant, in ſuſpicionem regni affectati traheret, & occideret, multis alijs qui Byrrum defendebant pariter interemptis. Præfectus etiã Ebutianus inter hos eſt interemptus: in cuius locum ipſe Cleander cum alijs duobus quos ipſe delegerat, præfectus eſt factus. Tuncq; primum tres præf. præt. fuere, inter quos libertinus qui à pugione appellatus eſt. Sed & Cleandro dignus tandem uitæ finis impoſitus. Nam cum inſidijs illius Arrius Antoninus fictis criminibus in Attali gratiã, quem in proconſulatu Aſiæ damnauerat, eſſet occiſus, nec eam tum inuidiam populo ſæuiente Commodus ferre potuiſſet, plebi ad pœnam donatus eſt: cum etiam Apolauſtus, alijq; liberti aulici pariter interempti ſunt. Cleander inter cætera etiam concubinas eius conſtuprauit, de quibus filios ſuſcepit, qui poſt eius interitum cum matribus interempti ſunt. In cuius locum Iulianus & Regillus ſubrogati ſunt: quos & ipſos poſtea pœnis affecit. His occiſis, interemit Seruilium & Dulium Syllanos cum ſuis: mox Anitium Lupum, & Petronios Mamertinum & Suram, filiumq; Mamertini Antoninum ex ſorore ſua genitum. Et poſt eos ſex ſimul ex conſularibus, Allium Fuſcum, Celium Felicem, Luceium Torquatum, Lartium Eurupianum, Valerium Baſsianũ, Pactulcium Magnum cum ſuis: atq; in Aſia Sulpitium Craſſum proconſulem, & Iulium Proculum cum ſuis, Claudiumq; Lucanum conſularem, & conſobrinam patris ſui Fauſtinã Anniã in Achaia, & alios infinitos. Deſtinauerat & alios quatuordecim occidere, cum ſumptus eius iniurijs Romani imperij ſuſtineri non poſſent. Inter hæc Commodus ſenatu ſemet tradente, cum adulterũ matris cõſulem deſignaſſet, appellatus eſt Pius: cum occidiſſet Perennem, appellatus eſt Felix. Inter plurimas cædes multorum ciuium quaſi quidam nouus Sylla, idem Cõmodus ille Pius, ille Felix, finxiſſe etiam quandã contra ſe coniurationẽ dicitur, ut multos occideret. Nec alia ulla fuit defectio præter Alexãdri, qui poſtea ſe & ſuos interemit, & ſororis Lucillæ. Appellatus eſt Cõmodus etiã Britannicus ab adulatoribus, cum Britanni etiã imperatorem cõtra eum deligere uoluerint. Appellatus eſt etiã Romanus Hercules, quod feras Lanuuij in amphitheatro occidiſſet. Erat enim hæc illi cõſuetudo, ut domi beſtias interficeret. Fuit præterea ea dementia, ut urbem Romam, coloniã Commodianam uocari uoluerit: cui furor dicitur inter delinimenta Martiæ iniectus. Voluit etiam in Circo quadrigas agitare. Dalmaticatus in publico proceſsit, atq; ita ſignum quadrigis emittendis dedit. Et eo quidem tempore, quo ad ſenatum retulit de Cõmodiana facienda Roma, non ſolum ſenatus hoc libenter accepit per irriſionem, quantũ intelligitur, ſed etiã ſeipſum Cõmodianum uocauit, Commodum Herculem & deum appellans. Simulauit ſe & in Africam iturum, ut ſumptum itinerarium exigeret: & exegit, eumq; in conuiuia & aleam conuertit. Motilenum præf. præt. per ficus ueneno interemit. Accepit ſtatuas in Herculis habitu, eiq; immolatum eſt ut deo. Multos præterea parauerat interimere, quod per paruulum quendam proditũ eſt, qui tabulã è cubiculo eiecit, in qua occidendorum erant nomina ſcripta. Sacra Iſidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret. Bellonæ ſeruientes uere execare brachium præcepit ſtudio crudelitatis. Iſiacos uero pineis uſq; ad perniciem pectus tundere cogebat. cum Anubin portaret, capita Iſiacorum grauiter obtundebat ore ſimulacri. Claua non ſolum leones in ueſte muliebri & pelle leonina, ſed etiam multos homines afflixit. Debiles pedibus, & eos

Prodigioſa inſania

qui

qui ambulare non poſſent, in gigantum modum formauit, ita ut à genibus de pānis & linteis quaſi dracones digererentur, eoſdemq́ ſagittis cōfecit. Sacra Mithriaca homicidio uero polluit, cū illic aliquid ad ſpeciē timoris uel dici, uel fingi ſoleat. Etiā puer et guloſus, & impudicus fuit. Adoleſcens omne genus infamauit hominū quod erat ſecum, & ab omnibus eſt infamatus, irridentes ſe feris obijciebat. Eum etiam qui Tranquilli librum, uitam Caligulæ continentem legerat, feris obijci iuſſit: quia eundem diem natalis habuerat quem & Caligula. Si quis ſanè ſe mori uelle prædixiſſet, hunc inuitū præcipitari iubebat. In iocis quoq; pernicioſus. nam eum quem uidiſſet albeſcētes inter nigros capillos quaſi uermiculos habere, ſturno appoſito, qui ſe uermes ſectari crederet, capite ſuppuratum reddebat. Obtonſi oneris pinguem hominem medio uentre diſſecuit, ut eius inteſtina ſubito funderētur. Monopodios & Luſcinios eos quibus aut ſingulos tuliſſet oculos, aut ſingulos pedes fregiſſet, appellabat. Multos præterea paſſim extinxit: alios quia Barbarico habitu occurrerant: alios quia nobiles & ſpecioſi erāt. Habuit in delicijs homines appellatos nominibus uerendorum utriuſq; ſexus, quos libentius ſuis oculis applicabat. Habuit & hominem pene prominente ultra modum animalium, quem Onon appellabat, ſibi chariſsimum: quem & ditauit, & ſacerdotio Herculis ruſtici præpoſuit. Dicitur ſæpe pretioſiſſimis cibis humana ſtercora miſcuiſſe, nec abſtinuiſſe guſtu, alijs, ut putabat, irriſis. Duos gibbos retortos in lance argentea ſibi ſinapi perfuſos exhibuit, eoſdemq́ ſtatim promouit ac ditauit. Præf. præt. ſuum Iulianum togatum præſente officio ſuo in piſcinam detruſit: quem ſaltare etiam nudū ante concubinas ſuas iuſſit quatientem cymbala, deformato uultu. Genera leguminū coctorum ad conuiuium propter luxuriæ continuationem raro uocauit. Lauabat per diem ſepties atq; octies, & in ipſis balneis edebat. Deorum templa polluit ſtupris & humano ſanguine. Imitatus eſt & medicum, ut ſanguinem hominibus emitteret ſcalpris feralibus. Menſes quoq; in honorem eius pro Auguſto Commodum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Inuictū, pro Nouembri Exuperatoriū, pro Decembri Amazonium, ex ſigno ipſius adulatores uocabant. Amazonius autem uocatus eſt ex amore concubinæ ſuæ Martiæ, quam pictam in Amazone diligebat: propter quam & ipſe Amazonico habitu in harenam Romanam procedere uoluit. Gladiatorum etiam certamen ſubijt: & nomina gladiatorum recepit eo gaudio, quaſi acciperet triumphalia. Ludum ſemper ingreſſus eſt: & quoties ingrederetur, publicis monumentis indi iuſſit. Pugnaſſe autem dicitur ſeptingenties tricies quinquies. Nominatus inter Cæſares quarto Iduum Octobrium, quas Herculeas poſtea nominauit, Pudente & Pollione COSS. Appellatus Germanicus Idibus Herculeis, Maximo & Orphito COSS. Aſſumptus eſt in omnia collegia ſacerdotalia ſacerdos XIII. Calendas Inuictas, Piſone & Iuliano COSS. Profectus in Germaniam XIIII. Calendas Aelias, ut poſtea nominauit, ijſdem COSS. Togam uirilem accepit cum patre, appellatus imperator V. Calendas Exuperatorias, Pollione iterum & Apro COSS. Triumphauit X. Calendas Amazonias ijſdem COSS. Iterum profectus III. Nonas Commodias, Orphito & Ruffo COSS. Datus in perpetuum ab exercitu & ſenatu in domo Palatina Commodiana conſeruandus XI. Calendas Romanas, Præſente iterum COS. Tertio meditans de profectione, à ſenatu & populo ſuo retentus eſt. Vota pro eo facta ſunt Nonis Pijs, Fuſciano iterum COS. Inter hæc refertur in literas, pugnaſſe illum ſub patre trecenties ſexagies quinquies. Item poſtea tātum palmarum gladiatoriarum confeciſſe, uel uictis retiarijs, uel occiſis, ut mille contingeret. Ferarum autem diuerſarum manu ſua occidit multa millia, ita ut elephantos occideret. Et hæc fecit ſæpe ſpectante populo Romano. Fuit autem ualidus ad hæc, aliâs debilis & infirmus, uitio etiam inter inguina prominenti, ita ut eius tumorem per ſericas ueſtes populus Romanus agnoſceret. Verſus in eum multi ſcripti ſunt, de quibus etiā in opere ſuo Marius Maximus gloriatur. Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret: & orygis cornu haſta tranſmiſerit: & ſingulis ictibus multa millia ferarum ingentium cōficeret. Impudentiæ tantæ fuit, ut cum muliebri ueſte in amphitheatro, uel theatro ſedens, publice ſæpiſsime biberit. Victi ſunt ſub eo tamen, quum ille ſic uiueret, per legatos Mauri, uicti Daci, Pannoniæ quoq; compoſitæ, in Britannia, in Germania &

Mithriaca ſacra

Tranſmiſit haſta

p in Dacia

in Dacia imperium eius recuſantibus prouincialibus. Quæ omnia iſta per duces ſedata ſunt. Ipſe Commodus in ſubſcribendo tardus & negligens, ita ut libellis una forma multis ſubſcriberet: in epiſtolis autem plurimis, Vale, tantum ſcriberet. Agebanturq; omnia per alios, qui etiam cōdemnationes in ſinum uertiſſe dicuntur. Per hanc autem negligentiam, cum & annonam uaſtarent hi, qui tunc rempub. gerebant, etiam inopia ingens Romæ exorta eſt cum fruges non deeſſent. & eos quidem qui omnia uaſtabāt, poſtea Commodus occidit atq; proſcripſit. Ipſe uero ſeculum aureum Cōmodianum nomine aſſimulans uilitatem propoſuit, ex qua maiorem penuriam fecit. Multi ſub eo & alienam pœnam, & ſuam ſalutem pecunia redemerunt. Vendidit etiam ſuppliciorū diuerſitates, & ſepulturas, et immunitates malorum, & alios pro alijs occidit. Vendidit etiam prouincias & adminiſtrationes, quum hi per quos uenderet, partem acciperent, partem uero Commodus. Vendidit nonnullis & inimicorū ſuorum cædes. Vendiderunt ſub eo etiam euentus litium liberti. Præfectos Paternum & Perennem nō diu tulit, ita tamen, ut etiam de his præfectis quos ipſe fecerat, trienniū nullus impleret, quorum plurimos interfecit uel ueneno uel gladio. Et præfectos urbi eadem facilitate mutauit. Cubicularios ſuos libenter occidit, cum omnia ex nutu eorū ſemper feciſſet. Electus cubicularius cum uideret eum tam facile cubicularios occidere, præuenit eum, & factioni mortis eius interfuit. ſpectator gladiatoria ſumpſit arma, panno purpureo nudos humeros aduelans. Habuit præterea morem, ut omnia quæ turpiter, quæ impure, quæ crudeliter, quæ gladiatorie, quæ lenonice faceret, actis urbis indi iuberet, ut Marij Maximi ſcripta teſtantur. Commodianū etiam P. R. dixit, quo ſæpiſſime præſente gladiator pugnauit. Sanè cū illi ſępe pugnanti, ut deo populus fauiſſet, irriſum ſe credens, populum Romanū à militibus claſſiarijs qui uela ducebant, in amphitheatro interimi præceperat. Vrbem incendi iuſſerat, utpote coloniā ſuam. Quod factum eſſet, niſi Lætus præf. præt. Commodum deterruiſſet. Appellatus eſt ſanè inter cætera triumphalia nomina etiam ſexcenties uicies Paulus primus ſecutorū. Prodigia eius imperio & publice & priuatim hæc facta ſunt: Crinita ſtella apparuit. Veſtigia deorum in foro uiſa ſunt exeuntia. Et ante bellum deſertorum cœlum arſit: & repentina caligo ac tenebra in circo Cal. Ianuarijs oborta: & ante lucem fuerant etiā incendiariæ aues, ac diræ. De palatio ipſe ad Cæliū montem in Vectilianas ædes migrauit, negans ſe in palatio poſſe dormire. Ianus geminus ſua ſponte apertus eſt: & Anubis ſimulacrum marmoreum moueri uiſum eſt. Herculis ſignum æneum ſudauit in Minutia per plures dies. Bubo etiam ſupra cubiculū eius deprehenſus eſt tam Romæ quàm Lanuuij. Ipſe autem prodigium non leue ſibi fecit. Nam cum in gladiatoris occiſi uulnus manū miſiſſet, ad caput ſibi deterſit: & contra conſuetudinem, penulatos iuſſit ſpectatores, non togatos ad munus conuenire, quod funeribus ſolebat, ipſe in pullis ueſtimentis præſidens. Galea eius bis per portam Libitinenſem elata eſt. Cōgiarium dedit populo, ſingulis denarios ſeptingenos uicenos quinos: circa alios omnes parciſsimus fuit, quòd luxuriæ ſumptibus ærarium minuerat. Circēſes multos addidit ex libidine potius, quàm religione, & ut dominos factionū ditaret. His incitati, licet nimis ſero, Quintus Aelius Lætus præfectus, & Martia cōcubina eius, inierunt coniurationem ad occidendū eum. Primum ei uenenum dederunt: quod cum minus operaretur, per athletam cum quo exerceri ſolebat, eum ſtrangulauerunt. Fuit forma quidem corporis iuſta, uultu inſubido, ut ebrios ſolent, & ſermone incondito, capillo ſemper fucato, & auri ramentis illuminato, adurens comam & barbam timore tonſoris. Corpus eius ut unco traheretur, atq; in Tiberim mitteret, ſenatus & populus poſtulauit. Sed poſtea iuſſu Pertinacis in monumentum Adriani translatum eſt. Opera eius præter lauacrum, quod Cleander nomine ipſius fecerat, nulla extant: ſed nomen eius alienis operibus inciſum, ſenatus eraſit. Nec patris autem ſui opera perfecit. Claſſem Africanam inſtituit: quæ ſubſidio eſſet, ſi fortè Alexandrina frumenta ceſſaſſent. Ridicule etiam Carthaginem, Alexandriam Commodianam togatam appellauit, cum claſſem quoq; Africanam, Commodianam Herculeam appellaſſet. Ornamēta ſanè quædam coloſſo addidit, quæ poſtea cuncta ſublata ſunt. Coloſſi autem caput dempſit, quod Neronis eſſet, ac ſuum impoſuit: & titulū more ſolito ſubſcripſit, ita ut illum gladiatorium effœminatū non prætermitteret. Hūc

tamen

tamen Seuerus imperator amantiſsimus nominis ſui,odio ut uidet̃ ſenatus,inter deos retulit,flamine addito,quem ipſe uiuus ſibi parauerat,Herculaneo Commodiano. Sorores tres ſuperſtites reliquit. Vt natalis eius celebraretur, Seuerus inſtituit. *Mira acclamandi ratio* Acclamationes ſenatus poſt mortem Commodi graues fuerunt. Vt autem ſciretur quod iudicium ſenatus de Commodo fuerit,ipſas acclamationes de Mario Maximo indidi,& ſententiam ſenatuſconſulti: Hoſti patriæ honores detrahantur,parricidæ honores detrahantur,parricida trahatur. Hoſtis patriæ,parricida gladiator in ſpoliario lanietur. Hoſtis deorum,carnifex ſenatus. Hoſtis deorum,parricida ſenatus:hoſtis deorum,hoſtis ſenatus: gladiatorem in ſpoliario. Qui ſenatū occidit,in ſpoliario ponatur. Qui ſenatū occidit,unco trahatur. Qui innocentes occidit,unco trahatur:hoſtis,parricida uere ſeuere. Qui ſanguini ſuo non pepercit,unco trahatur. Qui te occiſurus fuit,unco trahatur. Nobiſcum timuiſti, nobiſcum periclitatus es. Vt ſalui ſimus Iupiter optime maxime,ſerua nobis Pertinacem. Fidei prætorianorū feliciter: Prætorijs cohortibus feliciter:Exercitibus Romanis feliciter:Pietati ſenatus feliciter. Parricida trahat̃. Rogamus Auguſte parricida trahatur. Hoc rogamus,parricida trahatur. Exaudi Cæſar. Delatores ad leonem, exaudi Cæſar. Speratū ad leonem. Victoriæ populi Romani feliciter: Fidei militum feliciter:Fidei prætorianorū feliciter:Cohortibus prætorijs feliciter. Hoſtis ſtatuas undiq;,parricidæ ſtatuas undiq;, gladiatoris ſtatuas undique,gladiatoris & parricidæ ſtatuæ detrahantur. necator ciuium trahatur,parricida ciuium trahatur. Gladiatoris ſtatuæ detrahantur. Te ſaluo ſalui & ſecuri ſumus,uere,uere: modo uere,modo digne: modo uerę,modo libere. Nunc ſecuri ſumus,delatoribus metum. Vt ſecuri ſimus,delatoribus metum; ſalui ſimus,delatores de ſenatu. Delatoribus fuſtem te ſaluo. Delatores ad leonem te imperante. Delatoribus fuſtem. Parricidæ gladiatoris memoria aboleatur, parricidæ gladiatori ſtatuæ detrahantur. Impuri gladiatoris memoria aboleatur,gladiatorem in ſpoliario. Exaudi Cæſar. Carnifex unco trahatur. Carnifex ſenatus more maiorū unco trahatur. Sæuior Domitiano, impurior Nerone,ſic fecit,ſic patiatur. Memoriæ innocentium ſeruentur,honores innocentium reſtituas. Rogamus,parricidæ cadauer unco trahatur, gladiatoris cadauer unco trahatur:gladiatoris cadauer in ſpoliario ponatur. Præroga,præroga,omnes cenſemus unco trahendū. Qui omnes occidit,unco trahatur. Qui omnem ætatem occidit,unco trahatur. Qui utrunq; ſexum occidit,unco trahatur. Qui ſanguini ſuo non pepercit,unco trahat̃. Qui templa ſpoliauit,unco trahatur. Qui teſtamenta deleuit,unco trahatur. Qui uiuos ſpoliauit,unco trahatur. Seruis ſeruiuimus. Qui pretia uitæ exegit,unco trahatur. Qui pretia uitæ exegit,& fidem nō ſeruauit,unco trahatur. Qui ſenatum uendidit,unco trahatur. Qui filijs abſtulit hæreditatem,unco trahatur. Indices de ſenatu,delatores de ſenatu,ſeruorum ſubornatores de ſenatu. & tu nobiſcum timuiſti,omnia ſcis,bonos & malos noſti:omnia ſcis,omnia emenda,pro te timuimus. O nos felices te uiro imperante. De parricida refer,refer,perroga,præſentiam tuam rogamus. Innocentes ſepulti non ſunt. Parricidę cadauer trahatur. Parricida ſepultos eruit. Parricidę cadauer trahatur. Et cum iuſſu Pertinacis Liuius Laurenſis procurator patrimonij, Fabio Chiloni conſuli deſignato dediſſet,per noctem Commodi cadauer ſepultum eſt. Senatus acclamauit,quo autore ſepelierunt? Parricida ſepultus eruatur,trahatur. Cingius Seuerus dixit,iniuſte ſepultus eſt. Quà pontifex dico,hoc collegium pontificū dicit. quoniam læta percenſui,nunc conuertar ad neceſſaria,cenſeoq;,quod is qui non niſi ad perniciem ciuium,& ad dedecus ſuum uixit,ob honorem ſuum decerni coegit:abolendas ſtatuas quæ undiq; ſunt abolendæ, nomenq; ex omnibus priuatis publiciſq; monumentis eradendum. Menſeſq; his nominibus nuncupandos quibus nuncupabantur,quum primum illud malum in rempub. incubuit.

PERTINAX IMP.

PVBLIO Heluio Pertinaci, pater libertinus Heluius Succeſſus fuit, qui filio nomen ex cõtinuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, impoſuiſſe fertur. Natus eſt Pertinax in Apennino in uilla Martis. Equus pullus ea hora qua natus eſt, in tegulas aſcẽdit, atq; ibi breuiter commoratus decidit, atq; expirauit. Hac re motus pater ad Chaldæum uenit. Qui cum illi futura ingentia prędixiſſet, ſpem ſe perdidiſſe dixit. Puer literis elemẽtarijs & calculo imbutus, datus etiam Græco grammatico, atque inde Sulpitio Apollinari, poſt quem idem Pertinax grãmaticen profeſſus eſt. Sed cum in ea minus quæſtus proficeret, per Lollianũ Auitum conſularem uirum, patris patronum, ducendi ordinis dignitatẽ petijt. Dein præfectus cohortis in Syriam profectus, T. Aurelio imperatore à præſide Syriæ, ꝙ ſine diplomatibus curſum uſurpauerat, pedibus ab Antiochia ad legationẽ ſuam iter facere coactus eſt. Bello Parthico induſtria ſua promeritus, in Britanniã translatus eſt ac retentus. Poſt in Mœſia rexit alam, deinde alimentis diuidendis in uia Aemilia procurauit. Inde claſſem Germanicam rexit. Mater eum uſq; in Germaniã proſecuta eſt, ibiq; obijt. Cuius etiam ſepulchrum ſtare nunc dicitur. Inde ad ducentorũ H—S ſtipendium translatus in Daciam, ſuſpectusq; Marco quorundam relatu, à partibus remotus eſt: et poſtea per Claudium Pompeianũ generum Marci, quaſi adiutor eius futurus, uexillis regẽdis aſcitus eſt. In quo munere approbatus, lectus eſt in ſenatũ. Poſtea iterum re bene geſta, prodita eſt factio, quæ illi concinnata fuerat: Marcusq; imperator ut compenſaret iniuriam, prætorium eum fecit, & primæ legioni regendæ impoſuit: ſtatimq; Rhetias & Noricũ ab hoſtibus uindicauit. Ex quo eminente induſtria, ſtudio Marci imperatoris COS. eſt deſignatus. Extat oratio apud Marium Maximũ, laudes eius continens, & omnia uel quæ fecit, uel quæ perpeſſus eſt. Et præter illam orationem quam longum fuerit connectere, ſæpiſſime Pertinax à Marco, & in cõcione militari, & in ſenatu laudatus eſt: doluitq; palàm Marcus, quòd cum ſenator eſſet, præf. præt. fieri à ſe non poſſet. Caſſiano motu compoſito, è Syria ad Danubij tutelam profectus eſt, atq; inde Mœſiæ utriuſq;, mox Dacię regimen accepit. Bene geſtis his prouincijs, Syriam meruit. Integre ſe uſque ad Syriæ regimen Pertinax tenuit. Poſt exceſſum uero Marci, pecuniæ ſtuduit: quare etiam dictis popularibus laceſſitus, Curiam Romanam poſt quatuor prouincias conſulares, quia conſulatum abſens geſſerat, iam diues ingreſſus eſt, cum eam ſenator antea non uidiſſet. Iuſſus eſt pręterea ſtatim à Perenne in Liguriam ſecedere in uillam paternam. Nam pater eius tabernam coactiliciam in Liguria exercuerat. Sed poſteaquã in Liguriam uenit, multis agris coemptis, tabernam paternam manente forma priore, infinitis ædificijs circumdedit: fuitq; illic per triennium, & mercatus eſt per ſuos ſeruos. Occiſo ſanè Perenni, Cõmodus Pertinaci ſatisfecit, eumq; petijt per literas, ut ad Britaniam proficiſceretur: profectusq; milites ab omni ſeditione deterruit, cum illi quemcunq; imperatorẽ uellent habere & ipſum ſpecialiter Pertinacem. Tunc Pertinax maleuolentiæ notàm ſubijt, quòd dictus eſt inſimulaſſe apud Commodum affectati imperij Antiſtium Burrum, & Arrium Antoninum. & ſeditiones quidem contra ipſe compeſcuit in Britannia: uerùm ingens periculũ adijt, ſeditione legionis penè occiſus, certe inter occiſos relictus. Quam quidem rem idem Pertinax acerrime uindicauit. Denique poſtea ueniam legationis petijt, dicens ſibi ob defenſam diſciplinam infeſtas eſſe legiones. accepto ſucceſſore, alimentorũ ei cura mandata eſt, deinde proconſul Africæ factus eſt. In quo proconſulatu multas ſeditiones perpeſſus dicitur, uaticinationib. earum quæ de templo Cœleſtis emergunt. Poſt hoc præf. urbi factus: in qua præfectura poſt Fuſcianum hominem ſeuerum, Pertinax mitiſſimus & humaniſsimus fuit, & ipſi Com-

Specialiter

Cõmodo plurimum placuit, quia ille eſſet iterum, cum Pertinax factus eſt. Tunc Pertinax interficiendi Commodi cõſcientiam delatam ſibi ab alijs non fugit. Commodo autem interempto, Lætus præſ. præt. & Electus cubicularius ad eum uenerunt, ut eum confirmarent, atq; in caſtra duxerunt: Illic Pertinax milites allocutus eſt. Donatiuum promiſit, ingeri ſibi imperiũ à Læto & Electo dixit. Fictum eſt autem quòd morbo eſſet Cõmodus extinctus, quia & milites ne tentarentur pertimeſcebant. Deniq; à paucis primum eſt Pertinax imperator appellatus. Factus eſt aũt ſexagenario maior imperator. prid. Cal. Ianuarias, de caſtris nocte cum ad ſenatũ ueniſſet, & cellam curiæ iuſſiſſet aperiri, neq; inueniret aditus, in templo Concordiæ reſedit. Et cum ad eum Claudius Pompeianus gener Marci ueniſſet, caſumq; Cõmodi lachrymaſſet, eum hortatus eſt Pertinax ut imperiũ ſumeret: ſed ille recuſauit, quia iam imperatorem Pertinacem uidebat. Statim ergo omnis magiſtratus cum cõſule ad curiam uenerunt, ingreſſumq; Pertinacem nocte imperatorem appellauerunt. Ipſe autem Pertinax poſt laudes ſuas à conſulibus dictas, et poſt uituperationẽ Cõmodi acclamationibus ſenatus oſtenſam, egit gratias ſenatui, & præcipue Læto præfecto prætorij, quo autore & Cõmodus interemptus, & ipſe imperator eſt factus. Sed cum Læto gratias egiſſet Pertinax, Falco cõſul dixit, Qualis imperator es futurus, hinc intelligimus, quòd Lætum & Martiam miniſtros ſcelerũ Commodi poſt te uidemus. Cui Pertinax reſpondit, Iuuenis es cõſul, nec parendi ſcis neceſſitatem. Paruerunt inuiti Commodo, ſed ubi habuerunt facultatem, quid ſemper uoluerint, oſtenderunt. Eadem die qua Auguſtus eſt appellatus, & Flauia Titiana uxor eius Auguſta eſt appellata. His horis quibus ille in Capitoliũ uota ſoluebat, primus ſanè omniũ ea die qua Auguſtus eſt appellatus, etiam patris patriæ nomen recepit: nec nõ ſimul etiam imperium procõſulare, nec non ius quartæ relationis, quod ominis loco fuit Pertinaci. *Ius quartæ relationis* Ad palatiũ ergo Pertinax profectus, quod tũc uacuum erat, quia Cõmodus in Vectilianis occiſus eſt, petenti ſignum prima die tribuno dedit, Militemus, exprobrans utiq; ſegnitiem temporũ ſuperiorum: quod quidem etiam antè in omnibus ducatib. dederat. Exprobrationem aũt iſtam milites non tulerunt, ſtatimq; de imperatore mutando cogitarunt. Ea die etiam ad conuiuiũ magiſtratus & proceres ſenatus rogauit, quam conſuetudinẽ Commodus prætermiſerat. Sanè cum poſtero Calendarũ die ſtatuæ Commodi deijcerent, gemuerũt milites: ſimul quia iterũ ſignum idem dederat imperator. timebatur aũt militia ſub ſene imperatore. deniquè tertiũ nonarum die uotis ipſis, milites Triarium Maternũ Laſciuium ſenatorẽ nobilem ducere in caſtra uoluerunt, ut eum rebus Romanis imponerẽt: ſed ille nudus fugit, atq; ad Pertinacẽ in palatium uenit, & poſt ex urbe deceſſit. Timore ſanè Pertinax coactus, omnia quæ Cõmodus militibus & ueteranis dederat, confirmauit. Suſcipere ſe etiam imperiũ à ſenatu dixit, quod iam ſponte inierat. Quæſtionẽ maieſtatis penitus tulit cum iureiurãdo. *Quæſtio maieſtatis* Reuocauit etiam eos qui deportati fuerãt crimine maieſtatis, eorum memoria reſtituta qui occiſi fuerant. Filium eius Pertinacẽ ſenatus Cæſarem appellauit. Sed Pertinax nec uxoris Auguſtæ appellationẽ recepit, & de filio dixit, cum meruerit. Et cum Cõmodus allectionib. innumeris prætorios miſcuiſſet, ſenatuſcõſultum Pertinax fecit, iuſſitq; eos qui pręturas nõ geſſiſſent, ſed allectiõe accepiſſent, poſt eos eſſe qui uere prætores fuiſſent. Sed hinc quoq; grande odiũ ſibi multorum cõmouit. Cenſus retractari iuſſit, delatores uinctos grauiter puniri iuſſit, & tamen mollius quàm priores imperatores, unicuiq; dignitati, ſi delationis crimen incurreret, pœnã ſtatuẽs. Legem ſanè tulit, ut teſtamenta priora nõ prius eſſent irrita, quàm alia perfecta eſſent, neue ob hoc fiſcus aliquãdo ſuccederet. Ipſeq; profeſſus eſt, nullius ſe aditurũ hæreditatẽ, quæ aut adulatione alicuius delata eſſet, aut lite perplexa, aut legitimi hæredes & neceſſarij priuarent: addiditq; ſenatuſcõſulto hæc uerba, Sanctius eſt P.C. inopem remp. obtinere, quàm ad diuitiarũ cumulum per diſcriminũ atq; dedecorum ueſtigia peruenire. Donatiua & cõgiaria quæ Cõmodus promiſerat, ſoluit. Annonæ cõſultiſſime prouidit. Et cũ tantam pecuniã ęrarij haberet, ut præter decies H—S non ſe inueniſſe fateret, coactus eſt ea exigere quæ Cõmodus indixerat, contra quàm profeſſus fuerat. Deniq; aggreſſus eum Lollianus Gentianus cõſularis, quòd contra promiſſum faceret, neceſſitatis rationẽ accepit. Auctionẽ rerum Cõmodi habuit ita, ut & pueros & cõcubinas uendi

iuberet, exceptis his qui per uim palatio uidebantur inſerti. Et de his quos uendi iuſſit, multi poſtea reducti ad miniſteriũ, oblectauerũt ſenem, qui per alios principes uſq; ad ſenatoriã dignitatem peruenerunt. Scurras turpiſſimorũ nominum dedecora perferen tes, proſcripſit ac uendidit. Cuius nundinationis pecuniã quę ingens fuit, militibus do natiuo dedit. A libertis etiam ea exegit, quibus Cõmodo uendente ditati fuerant. Au ctio ſanè rerum Cõmodi in his inſignior fuit. Veſtis ſubtegmine ſerico aureis filis inſi gnior, per tunicas penulasq;, lacernas & chirodotas Dalmatarũ & cirratas militares, purpureasq; chlamydes Graecanicas atq; caſtrẽſes, & cuculli Bardaici. Et toga armaq; gladiatoria gemmis auroq; cõpoſita, & machaeras Herculaneas, & torques gladiato rias, uaſaq; eluto auro, ebore, argento, citroq; compoſita, atq; etiam phallouitroboli ex materie eadem & uaſa Samnitica, calſactandae reſinae ac pici diuellendis hominib. ac le uigandis: Necnõ uehicula arte fabricae noua, perplexis diuerſisq; rotarum orbibus & & exquiſitis ſedilibus, nunc ad ſolem declinandũ, nunc ad ſpiritus opportunitatẽ per uertiginem: & alia iter metientia, horasq; mõſtrantia, & caetera uitijs eius cõuenientia. Reddidit praeterea dominis eos qui ſe ex priuatis domibus in aulam cõtulerant. Con uiuium imperatoriũ ex immenſo ad certum reuocauit modum: ſumptus etiam omnes Commodi reddidit. Exemplo autem imperatoris cum ille parcius ſe ageret, ex omniũ continentia uilitas nata eſt. Nam imperatoriũ ſumptum, pulſis non neceſſarijs, ad ſoli ti dimidium detraxit. Pręmia militantibus poſuit. Aes alienũ quod primo imperij tem pore contraxerat, ſoluit. Aerarium in ſuum ſtatum reſtituit. Ad opera publica certum ſumptum conſtituit. Reformandis ſuis pecuniam contulit: ſtipendia plurimis retro de bita exoluit. Obeundis poſtremo cunctis muneribus fiſcum parem fecit. Alimentaria etiam compendia quae nouem annorum ex inſtituto Traiani debebantur, obdurata ue recundia ſuſtulit. Auaritiae ſuſpitione priuatus non caruit, cum apud uada Sabatia op preſsis foenore poſſeſſoribus, latius ſuos teneret fines. Deniq; ex uerſu Luciliano agra rius mergus eſt appellatus. Multi autem eum etiam in prouincijs quas conſularis geſ ſit, ſordide ſe egiſſe in literas retulere. Nam uacationes & legationes militares dicitur uendidiſſe. Deniq; cum parentum minimum eſſet patrimoniũ, & nulla haereditas ob ueniſſet, ſubito diues eſt factus. Omibus ſanè poſſeſſiones ſuas reddidit, quibus Com modus ademerat, ſed non ſine pretio. Senatui legitimo ſemper interfuit, ac ſemper ali quid retulit. Ciuilem ſe ſalutantibus & interpellantibus ſemper exhibuit. Eos qui calu mnijs appetiti per ſeruos fuerãt, damnatis ſeruis delatoribus liberauit, in crucem ſubla tis talibus ſeruis, aliquos etiã mortuos uindicauit. Inſidias parauit ei Falco, uolens im perare: de quo conqueſtus eſt in ſenatu, quod quidem ſenatus credidit. Dum ſibi qui dam ſeruus, quaſi Fabiae eſſet filius ex Ceionij Commodi familia, palatinam domum ridicule uindicaſſet, cognitus, iuſſus eſt flagellis caeſus domino reſtitui. In cuius uindi cta hi qui oderant Pertinacem, occaſionẽ ſeditionis inueniſſe dicuntur: Falconi tamen pepercit, & à ſenatu impunitatem eius petijt. Deniq; Falco in rebus ſuis ſecurus uixit, & haerede filio perijt, quamuis multi Falconem neſciſſe dixerint imperium ſibi parari. Alij etiam à ſeruis qui rationes interuerterant, falſis teſtimonijs appetitum eum eſſe di xerunt. Sed Pertinaci factio praeparata eſt per Laetum praef. praet. & eos quos Pertina cis ſanctimonia offenderat. Laetum enim poenituerat, quòd imperatorem fecerat Perti nacem, idcirco quia eum uelut ſtultum intimatorem nonnullarum rerum reprehende bat. Graue praeterea militibus uiſum, quòd in cauſa Falconis multos milites ad unius ſerui teſtimoniũ occidi praeceperat. Trecẽti igitur de caſtris armati ad imperatorias ae des cuneo facto milites uenere. Eadem tamen die immolante Pertinace, negatur in ho ſtia cor repertum: & cum id uellet procurare, caput extorũ non deprehendit. Et tunc quidem omnes milites in caſtris manebant. Qui cum de caſtris ad obſequium princi pis conueniſſent, & Pertinax eo die proceſſionẽ quam ad Atheneum parauerat ut au diret poetam, ob ſacrificij praeſagium diſtuliſſet, hi qui ad obſequium uenerãt, redire in caſtra coeperũt. Sed ſubito globus ille in palatiũ peruenit: neq; aut arceri potuit, aut im peratori nuntiari. Enimuero tantũ odium in Pertinacẽ omnium aulicorũ fuit, ut ad fa cinus milites hortarentr̃. Superuenerunt aũt Pertinaci cum ille aulicum famulitiũ ordi naret: ingreſſiq; porticus palatij uſq; ad locum qui appellatr̃ Sicilia, & Iouis coenatio.

Veſtium genera

Intimator

Hoc

Hoc cognito, Pertinax Lætũ præf. præt. ad eos miſit. Sed ille declinatis militibus per porticus egreſſus, adoperto capite, domum ſe contulit. Verum cum ad interiora prorumperent, Pertinax ad eos proceſsit, eosq; longa & graui oratione placauit. Sed cum Tauſius quidã unus è Tungris in iram & timorẽ milites loquendo adduxiſſet, haſtam in pectus Pertinacis obiecit. Tunc ille precatus Iouem ultorẽ, toga caput operuit, atq; à cæteris confoſſus eſt. & Electus quidem confoſsis duobus, cum eodem perijt. reliqui autem cubicularij Palatini (nam ſuos ſtatim ut imperator factus eſt filijs emancipatos dederat) diffugerũt. Multi ſanè dicunt etiã cubiculum milites irrupiſſe, atq; illic circa lectum fugientem Pertinacem occidiſſe. Fuit autem ſenex uenerabilis, immiſſa barba, reflexo capillo, habitudine corporis pinguiore, uentre prominulo, ſtatura imperatoria, eloquentia mediocri, & magis blandus q̃ benignus, nec unquã creditus ſimplex. Et cum uerbis eſſet affabilis, re erat illiberalis ac propè ſordidus, ut dimidiatas lactucas & carduos in priuata uita conuiuis apponeret: & niſi quod miſſum eſſet edulium, quotquot eſſent amici, nouem libras carnis per tres miſſus ponebat. Si autem plus aliquid miſſum eſſet, etiã in alium diem differebat, cum ſemper ad conuiuiũ multos uocaret. Imperator etiam, ſi ſine conuiuis eſſet, eadem conſuetudine cœnitabat. Amicis ſi quando de prandio ſuo mittere uoluit, miſit offulas binas, aut omaſi partẽ, aliquando lumbos gallinaceos. Faſianum nunquam priuato conuiuio comedit, aut alicui miſit. Cum ſine amicis cœnaret, adhibebat uxorẽ ſuam & Valerianum, ut cum eodẽ qui docuerat, fabulas literatas haberet. Sanè nullum ex his quos Commodus rebus agendis impoſuerat mutauit, expectans urbis natalem, quòd eum diem, rerum principium uolebat eſſe: atq; ideo etiam in balneis ei Commodiani miniſtri necem paraſſe dicuntur. Imperium & omina imperialia ſic horruit, ut ſibi ſemper oſtenderet diſplicere. Deniq; non alium ſe quàm fuerat uideri uolebat. Fuit in curia honorificentiſsimus, ita ut ſenatum fauentem adoraret, & quaſi præfectus urbi cum omnibus ſermonẽ participaret. Voluit etiam imperium deponere, atq; ad priuatã uitam redire. Filios ſuos in palatio nutriri noluit. Tam parcus autẽ & tam lucri cupidus fuit, ut apud uada Sabatia mercaturas exercuerit imperator per homines ſuos, non aliter quàm priuatus ſolebat. Nec multum tamen amatus eſt: Siquidem omnes qui libere fabulas conferebant, male Pertinaci loquebantur, Chreſtologum eum appellantes, qui bene loqueretur, & male faceret. Nam & ciues ſui qui ad eum confluxerant iam imperatorem, & nihil de eo meruerant, ſic eum appellabant. Munera quoq; lucri libidine libenter accepit. Reliquit filium & filiam ſuperſtites. Habuit uxorem Flauij Sulpitiani filiam, quem præf. urbi loco ſuo fecerat. Circa uxoris pudicitiã minus curioſus fuit, cum palàm citharœdum illa diligeret. Ipſe præterea Cornificiam infamiſsime dicitur dilexiſſe. Libertos aulicos uehementiſsime compreſsit: unde grande quoq; odiũ contraxit. Signa interitus hæc fuerũt: Ipſe ante triduum quàm occideretur, in piſcina ſibi uiſus eſt uidere hominem cum gladio infeſtantem. Et ea die qua occiſus eſt, negabãt in oculis ſuis pupillas cum imaginibus, quas reddunt ſpectãtibus, uiſas. Et cum apud Lares ſacrificaret, carbones uiuaciſsimi extincti ſunt, cum inflammari ſoleant: &, ut ſuprà dictum eſt, cor & caput in hoſtijs non eſt repertum. Stellæ etiam iuxta ſolem per diem uiſæ ſunt clariſsimæ ante dies quàm obiret. Et ipſe omen de Iuliano ſucceſſore dediſſe dicitur. Nam cum ei Didius Iulianus fratris filium obtuliſſet, cui deſponderat filiam ſuam, adhortatus iuuenem ad patrui obſeruationem, adiecit, Obſerua collegam & ſucceſſorem meum: Nam ante Iulianus ei & in conſulatu collega fuerat, & in proconſulatu ſucceſſerat. Milites eum & aulici odio habuerunt. Populus mortem eius indigniſsime tulit, quia uidebat omnia per eum antiquata poſſe reſtitui. Caput eius conto fixum, milites qui eum occiderant, per urbẽ in caſtra pertulerunt. Reliquiæ eius recuperato capite, in ſepulchro aui uxoris locatæ ſunt. Et Iulianus ſucceſſor illius, corpus eius quãto potuit honore funeratus eſt, cum id in palatio reperiſſet: qui nunquam eius ullam mentionem uel apud populum uel apud ſenatum publice fecit: ſed cum ipſe quoq; à militibus deſertus iam eſſet, per ſenatum & populum Pertinax in deos relatus eſt. Sub Seuero autem imperatore cum ſenatus ingẽs teſtimoniũ habuiſſet Pertinax, funus imaginarium ei & cenſorium ductum eſt, & ab ipſo Seuero funebri laudatione honoratus eſt. Ipſe autem

Cardui in cibis

Χρηςόλογος

Seuerus amore boni principis à ſenatu Pertinacis nomẽ accepit. Filius Pertinacis, patris flamẽ eſt factus. Marciani ſodales, qui diui Marci ſacra curabant, Heluiani ſunt dicti propter Heluium Pertinacẽ. Circenſes, & imperij natalis additi, qui à Seuero poſtea ſublati ſunt, & genitiali qui manẽt. Natus aũt Cal. Auguſtis, Vero & Bibulo COSS. Interfectus eſt V. Cal. April. Falcone & Claro COSS. Vixit annis LX. menſibus VII. diebus XXVI. Imperauit menſibus II. diebus XXV. Congiariũ dedit populo denarios centenos. Prætorianis promiſit duodena milia nummûm, ſed dedit ſena. Quod exercitibus promiſſum eſt, datũ non eſt, quia mors eum preuenit. Horruiſſe autẽ illum imperium epiſtola docet, quæ uitæ illius à Mario Maximo appoſita eſt, quam ego inſeri ob nimiam longitudinem nolui.

VVLGATII GALLICANI V. C.

AVIDIVS CASSIVS

AVIDIVS Caſſius, ut quidam uolunt, ex familia Caſſiorum fuiſſe dicitur, per matrem tamen auo genitus Auidio Seuero qui ordines duxerat, & poſt ad ſummas dignitates peruenerat: cuius Quadratus in hiſtorijs meminit: & quidem grauiter, cum illum ſummum uirum et neceſſarium reip. aſſerit, & apud ipſum Marcum præualidum. Nam iam eo imperante periſſe fatali ſorte perhibetur. Hic ergo Caſſius ex familia, ut diximus, Caſſiorum, qui in C. Iulium conſpirauerant, oderat tacite principatum, nec ferre poterat imperatoriũ nomen: dicebatq; eſſe grauius nomen imperij, quod non poſſet è rep. tolli niſi per alterum imperatorem. Deniq; tentaſſe in pueritia dicitur extorquere etiam Pio principatum, ſed per patrem uirum ſanctum & grauem, affectationem tyrannidis latuiſſe, habitum tamẽ ſemper ducibus ſuſpectum. Vero autem illum paraſſe inſidias, ipſius Veri epiſtola indicat, quam inſerui. Ex Epiſtola Veri: Auidius Caſſius auidus eſt imperij, quantum & mihi uidetur, & iam inde ſub auo meo patre tuo innotuit, quem uelim obſeruari iubeas. Omnia ei noſtra diſplicent, opes non mediocres parat, literas noſtras ridet. Te philoſopham aniculam, me luxurioſum morionem uocat. Vide quid agendum ſit: ego hominẽ non odi, ſed uide, ne tibi & liberis tuis non bene cõſulat, cum tales inter præcinctos habeas, qualem milites libenter audiũt, libenter uident. Reſcriptum Marci de Auidio Caſſio: Epiſtolam tuam legi, & ſollicitam potius quàm imperatoriam, & non noſtri temporis. Nam ſi ei diuinitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiam ſi uelimus. Scis enim proaui tui dictum, Succeſſorem ſuum nullus occidit: ſin minus, ipſe ſponte ſine noſtra crudelitate fatales laqueos inciderit. Adde quod non poſſumus reum facere, quem nullus accuſat, & ut ipſe dicis, milites amant. Deinde in cauſis maieſtatis hæc natura eſt, ut uideantur uim pati etiã quibus probatur. Scis enim ipſe quid auus tuus Adrianus dixerit, Miſera cõditio imperatorum, quibus de affectu tyrannidis niſi occiſis non poteſt credi. Eius autem exemplum ponere quàm Domitiani qui hoc primus dixiſſe fertur, malui. Tyrannorum enim etiam bona dicta non habent tantum autoritatis, quantum debent. Sibi ergo habeat ſuos mores, maxime cũ bonus dux ſit & ſeuerus, & fortis, & reip. neceſſarius. Nam quod dicis, liberis meis cauendum eſſe morte illius, planè liberi mei pereãt, ſi magis amari merebitur Auidius quàm illi, & ſi reip. expedit Caſſium uiuere quàm liberos Marci. Hæc de Caſſio Verus, hæc Marcus. Sed nos hominis naturam & mores breuiter explicabimus. Neq; enim plura de his ſciri poſſunt, quorũ uitam illuſtrare nullus audet, eorum cauſa à quibus oppreſſi fuerint. Addemus autem quemadmodum ad imperium uenerit, & quemadmodum ſit occiſus, & ubi uictus. Propoſui enim

Affectus, pro affectatione

Hic animus dignus erat imperio

Diocletiane

Diocletiane Auguſte, omnes qui imperatorium nomen ſiue iuſte, ſiue iniuſte habuerunt, in literas mittere, ut om̃es purpuratos Auguſtos cognoſceres. Fuit his moribus, ut nonnunquam trux & aſper uideretur, aliquando mitis & lenis, ſępe religioſus, aliàs contemptor ſacrorum, auidus uini, interim abſtinens, cibi appetens, & inedię patiens, Veneris cupidus & caſtitatis amator. Nec deſuere, qui illum Catilinam uocarent: cum & ipſe ſe ita gauderet appellari, addẽs, futurum ſe Sergium, ſi Dialogiſtam occidiſſet, Antoninum hoc nomine ſignificans: qui tantũ enituit in philoſophia, ut iturus ad bellum Marcomannicum, timentibus cunctis ne quid fatale proueniret, rogatus ſit non adulatione, ſed ſerio, ut præcepta philoſophiæ æderet: nec ille timuit, ſed per ordinem parænеſeos, hoc eſt, præceptionum per triduum diſputauit. Fuit præterea diſciplinæ militaris Auidius Caſsius tenax, & qui ſe Marium dici uellet. Quoniam de ſeueritate illius dicere cœpimus, multa extant crudelitatis potius quàm ſeueritatis eius indicia. Nam primum milites qui aliquid prouincialibus tuliſſent per uim, in illis ipſis locis in quibus peccauerant, in crucem ſuſtulit. Primus etiam id ſupplicij genus inuenit, ut ſtipitem grandem poneret pedum octoginta & centum, id eſt, materiam, & à ſummo uſque ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incenſisq; alijs, alios fumi cruciatu, timore etiam alios necaret. Idem denos catenatos in profluẽtem mergi iubebat, uel in mare. Idem multis deſertoribus manus excidit, alijs crura incidit ac poplites, dicens, maius exemplum eſſe uiuentis miſerabiliter criminoſi quàm occiſi. Cum exercitum duceret, & inſcio ipſo manus auxiliaria, centurionibus ſuis autoribus, tria milia Sarmatarum negligentius agentium in Danubij ripis occidiſſent, & cum præda ingenti ad eum rediſſent, ſperantibus centurionibus præmium, quòd perparua manu tantum hoſtium ſegnius agentibus tribunis & ignorantibus occidiſſent: rapi eos iuſſit, & in crucem tolli, ſeruiliq; ſupplicio affici, quod exemplum non extabat: dicens, euenire potuiſſe ut eſſent inſidiæ, ac periret Romani imperij reuerentia. Et cum ingens ſeditio in exercitu exorta eſſet, proceſsit nudus campeſtri ſolo tectus, & ait, Percutite, inquit, me, ſi audetis, & corruptæ diſciplinæ facinus addite. Tunc conquieſcentibus cunctis meruit timeri, quia non timuit. Quæ res tantum diſciplinæ Romanis addidit, tantum terroris Barbaris iniecit, ut pacem annorum centum ab Antonino abſente peterent: Siquidem uiderant damnatos Romani ducis iudicio etiam eos, qui contra fas uicerant. De hoc multa grauia contra militum licentiam facta inueniuntur apud Aemilium Parthenianum, qui affectatores tyrannidis iam inde à ueteribus hiſtoriæ tradidit. Nam & uirgis cæſos in foro, & in medijs caſtris ſecuri percuſsit, qui ita meruerunt, & manus multis amputauit. Et præter laridum ac buccellatum atq; acetum, militem in expeditione portare prohibuit: & ſi aliud quippiam reperit, luxuriem non leui ſupplicio affecit. Extat de hoc epiſtola diui Marci ad præfectum ſuũ talis: Auidio Caſſio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria, & Daphnicis moribus agentes, quas totas excaldantes ſe reperiſſe Cæſonius Vectilianus ſcripſit. & puto me non erraſſe, ſiquidem & tu notum habeas Caſsium hominem Caſsianæ ſeueritatis & diſciplinæ. neq; enim milites regi poſſunt, niſi in uetere diſciplina. Scis enim uerſum à bono poeta dictum, & omnibus frequentatum,

Moribus antiquis res ſtat Romana uiriſq;.

Tu tantum fac adſint legionibus abunde cõmeatus. Quos, ſi bene Auidium noui, ſcio non perituros. Præfecti ad Marcũ, Recte conſuluiſti mi domine, quòd Caſsium præfeciſti Syriacis legionibus. Nihil enim tam expedit, ꝙ homo ſeuerior Græcanicis militibus. Ille ſanè omnes excaldatiões, omnes flores de capite, collo & ſinu militi excutiet. Annona militaris omnis parata eſt, neq; quicquam deeſt ſub bono duce: non enim multum aut quæritur, aut impenditur. Nec fefellit, de ſe iudicium habitum. Nam ſtatim ad ſigna edici iuſsit, & programma in parietibus fixit, ut ſi quis cinctus inueniretur apud Daphnen, diſcinctus rediret. Arma militum ſeptima die ſemper reſpexit, ueſtimenta etiam & calciamenta & ocreas. delicias omnes de caſtris ſubmouit, iuſsitq; eos hyemem ſub pellibus agere, niſi corrigerent ſuos mores: & egiſſent, niſi honeſtius uixiſſent. Exercitium ſeptimi diei fuit omnium militũ, ita ut ſagittas mitterẽt, & armis luderẽt. Dicebat enim, miſerũ eſſe, cum exercerẽtur athletæ, uenatores & gladiatores,

non exerceri milites, quibus minor eſſet futurus labor, ſi cõſuetus eſſet. Ergo correcta diſciplina & in Armenia, & in Arabia, & in Aegypto res optime geſsit: amatusq; eſt ab omnibus Orientalibus, & ſpeciatim ab Antiochenſibus, qui etiam imperio eius cõ ſenſerunt, ut docet Marius Maximus in uita diui Marci. Nam & cum Bucolici milites per Aegyptum grauia multa facerent, ab hoc retuſi ſunt, ut idem Marius Maximus refert in eo libro, quem ſecundum de uita Marci & Antonini edidit. Hic imperatorem ſe in Oriente appellauit, ut quidã dicunt, Fauſtina uolente, quæ ualetudini Marci iam diffidebat, & timebat ne infantes filios tueri ſola non poſſet, atq; aliquis exiſteret, qui capta ſtatione regia infantes de medio tolleret. Alij autem dicunt, hanc artẽ adhibuiſſe militibus & prouincialibus Caſsium contra Marci amorem, ut ſibi poſſet conſentiri, quo diceret Marcum diem ſuum obijſſe. Nam & diuũ eum appellaſſe dicitur, ut deſiderium illius leniret. Imperatorio nomine cum proceſsiſſet, eum qui ſibi aptauerat ornamenta regia, ſtatim præfectum prætorij fecit, qui & ipſe occiſus eſt Antonio inuito ab exercitu: qui & Metianum cui erat commiſſa Alexandria, quiq; cõſenſerat ſpe participatus Caſsio, inuito atq; ignorante Antonino interemit. Nec tamẽ Antoninus grauiter eſt iratus, rebelliõe cognita, nec in eius liberos aut affectus ſæuijt. Senatus illum hoſtem appellauit, bonaq; eius proſcripſit, quæ Antoninus in priuatum ærarium congeri noluit. Quare ſenatu præcipiente in ærarium publicũ ſunt relata. Nec Romæ terror defuit, cum quidam Auidium Caſsium dicerent, abſente Antonino, qui niſi à uoluptarijs unice amabatur, Romam eſſe uenturum, atq; urbem tyrannice direpturum, maxime ſenatorum cauſa, qui eum hoſtem iudicauerãt bonis proſcriptis. Et amor Antonini hoc maxime enituit, quòd conſenſu omnium, præter Antiochenſes, Auidius interemptus eſt: quem quidem occidi non iuſsit, ſed paſſus eſt, cum apud cunctos clarum eſſet, ſi poteſtatis ſuæ fuiſſet, parſurum illi fuiſſe. Caput eius ad Antoninum cum delatum eſſet, ille non exultauit, non elatus eſt: ſed etiam doluit ereptam ſibi eſſe occaſionem miſericordiæ, cum diceret ſe uiuũ illum uoluiſſe capere, ut illi exprobraret beneficia ſua, eumq; ſeruaret. Deniq; cũ quidã diceret, reprehendendũ Antoninũ quòd tam mitis eſſet in hoſtem ſuum, eiusq; liberos & affectus, atq; omnes quos conſcios tyrannidis reperiſſet, addente illo qui reprehendebat, Quid ſi ille uiciſſet? dixiſſe dicitur, Non ſic deos coluimus, nec ſic uiuimus, ut ille nos uinceret. Enumerauit deinde omnes principes qui occiſi eſſent, habuiſſe cauſas quibus mererẽtur occidi, nec quenquã facile bonum uel uictum à tyranno uel occiſum, dicens, meruiſſe Neronem, debuiſſe Caligulam, Othonem & Vitellium nec imperare uoluiſſe. Nam de Pertinace & Galba paria ſentiebat, cum diceret, In imperatore auaritiam eſſe acerbiſsimum malũ. Deniq; non Auguſtum, non Traianum, nõ Hadrianum, nõ patrem ſuum à rebellibus potuiſſe ſuperari, cum & multi fuerint, & ipſis uel inuitis uel inſcijs extincti. Ipſe autem Antoninus à ſenatu petijt, ne grauiter in conſcios defectionis animaduerteretur, eo ipſo tempore quo rogauit, ne quis ſenator temporibus ſuis capitali ſupplicio afficeretur, quod illi maximum amorem conciliauit. Deniq; pauciſsimis centurionibus punitis, deportatos reuocari iuſsit. Antiochenſibus, qui Auidio Caſsio cõſenſerant, ſed & alijs ciuitatibus quæ illum iuuerant, ignouit: cum primo Antiochenſibus grauiter iratus eſſet, hiſq; ſpectacula ſuſtuliſſet, & multa alia ciuitatis ornamenta, quæ poſtea reddidit. Filios Auidij Caſsij, Antoninus Marcus parte media paterni patrimonij donauit, ita ut filias eius auro, argento, & gẽmis honeſtaret. Nam & Alexandriæ filiæ Caſſii & genero Druentiano, liberam euagandi ubi uellent poteſtatem dedit: uixeruntq; non quaſi tyranni pignora, ſed quaſi ſenatorij ordinis in ſumma ſecuritate: cum illis etiam in lite obijci fortunã propriæ uetuiſſet domus, damnatis aliquibus ob iniuriam quòd in eos petulantes fuiſſent, quos quidem amitæ ſuæ marito commendauit. Si quis autem omnem hanc hiſtoriam ſcire deſiderat, legat Marij Maximi ſecundum librum de uita Marci, in quo ille ea dicit, quæ ſolum Marcus mortuo iam Vero egit. Tunc enim Caſsius rebellauit, ut probat epiſtola miſſa ad Fauſtinam, cuius hoc exemplum eſt: Verus mihi de Auidio uerum ſcripſerat, quòd cuperet imperare. Audiſſe enim te arbitror, quod æruſcatores de eo nuntiarent. Veni igitur in Albanum, ut tractemus omnia dijs uolentibus, nil timens. Hic autẽ apparet, Fauſtinam iſta neſciſſe, cum dicat Marius

Affectus, pro cognatis

Niſi, pro præterquam

Marius infamari eam cupiens, quòd ea conſcia Caſsius imperium ſumpſiſſet. Nam & ipſius epiſtola extat ad Verum, qua urget Marcū, ut in eum grauiter uindicet. Exemplum epiſtolæ Fauſtinæ ad Marcū: Ipſa in Albanum cras, ut iubes, mox ueniam. tamen iam hortor, ut ſi amas liberos tuos, iſtos rebelliones acerrime proſequaris. Male enim aſſueuerunt & duces & milites: qui niſi opprimentur, opprimient. Item alia epiſtola eiuſdem Fauſtinæ ad Marcū: Mater mea Fauſtina patrem tuum Pium eiuſdem in defectione Celſi ſic hortata eſt, ut pietatem primùm circa ſuos ſeruaret, ſic circa alienos. (*Sic, pro deinde*) Non enim pius eſt imperator, qui nō cogitat uxorē & filios. Commodus noſter uides in qua ætate ſit, Pompeianus gener & ſenior eſt & peregrinus. Vide quid agas de Auidio Caſsio & de eius conſcijs. Noli parcere hominibus, qui tibi non pepercerunt: & nec mihi, nec filijs noſtris parcerent, ſi uiciſſent. Ipſa iter tuum mox conſequor: quia Fadilla noſtra ægrotabat, in Formianum uenire non potui. Sed ſi te Formijs inuenire non potero, aſſequar Capuam: quæ ciuitas & meam & filiorum noſtrorum ægritudinem poterit adiuuare. Soteridam medicū in Formianū ut dimittas rogo: ego autē Piſitheo nihil credo, qui puellæ uirgini curationē neſcit adhibere. Signatas mihi literas Calphurnius dedit, ad quas reſcribam: ſi tardauero, per Cacilium ſenē ſpadonem, hominem, ut ſcis, fidelem: cui uerbo mandabo quid uxor Auidij Caſsij, & filij, & gener de te iactare dicantur. Ex his literis intelligitur, Caſsio Fauſtinam conſciā non fuiſſe, quinetiam ſupplicium eius grauiter exegiſſe: ſiquidem Antoninū quieſcentem, & clementiora cogitantē, ad uindictę neceſsitatē impulit. Cui Antoninus quid reſcripſerit, ſubdita epiſtola perdocebit: Tu quidē mea Fauſtina religioſe pro marito & pro noſtris liberis agis. Nam relegi epiſtolam tuam in Formiano, qua me hortaris ut in Auidij cōſcios uindicē. Ego uero & eius liberis parcam, & genero & uxori, & ad ſenatum ſcribam, ne aut proſcriptio grauior ſit, aut pœna crudelior. Non enim quicꝗ eſt, quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus quàm clementia. Hæc Cæſarem deum fecit, hæc Auguſtum conſecrauit: hæc patrem tuum in primis Pij nomine ornauit. Denique ſi ex mea ſententia de bello iudicatum eſſet, nec Auidius eſſet occiſus. Eſto igitur ſecura, dij me tuentur, dijs pietas mea cordi eſt. Pompeianū noſtrum in annum ſequentem conſulem dixi: Hæc Antoninus ad coniugem. Ad ſenatum autem qualem orationem miſerit, intereſt ſcire ex oratione Marci Antonini: Habetis igitur P.C. pro gratulatione uictoriæ generum meum conſulem, Pompeianum dico, cuius ætas olim remuneranda fuerat conſulatu, niſi uiri fortes interueniſſent, quibus reddi debuit quod à rep. debebatur. Nunc quod ad defectionem Caſsianam pertinet, uos oro atꝗ obſecro P.C. ut cenſura ueſtra depoſita, meam pietatem clementiamꝗ ſeruetis, imò ueſtram, neꝗ quenquam ullum ſenatus occidat. Nemo ſenatorū puniatur, nullius fundatur uiri nobilis ſanguis: deportati redeant, proſcripti bona recipiant. Vtinam poſſem multos etiam ab inferis excitare. Non enim unquam placet in imperatore, uindicta ſui doloris: quæ & ſi iuſtior fuerit, acrior uidetur. (*Mira clemētia*) Quare filijs Auidij Caſſii & genero & uxori ueniam dabitis. Et quid dico ueniam? cum illi nihil fecerint. Viuant igitur ſecuri, ſcientes, ſub Marco ſe uiuere. Viuant in patrimonio parentum pro patre donato: auro, argento, ueſtibus fruantur, ſint diuites, ſint ſecuri, ſint uagi & liberi, & per ora omnium ubiꝗ populorum circumferant meæ, circumferant ueſtræ pietatis exemplū. Nec magna hæc eſt P.C. clementia, ueniam proſcriptorum liberis & coniugibus dari. Ego uero à uobis peto, ut conſcios ſenatorij ordinis & equeſtris, à cæde, à proſcriptione, à timore, ab infamia, ab inuidia, & poſtremo ab omni uendicetis iniuria: detiſꝗ hoc meis temporibus, ut in cauſa tyrannidis qui in tumultu cecidit, probetur occiſus. Hanc eius clementiam ſenatus his acclamationibus proſecutus eſt: Antonine pie, dij te ſeruent. Antonine clemens, dij te ſeruēt. Antonine clemens, dij te ſeruent. Tu noluiſti quod licebat, nos fecimus quod decebat. Commodo imperium iuſtum rogamus, progeniem tuam robora. Fac ſecuri ſint liberi tui, bonum imperiū nulla uis lædit. Commodo Antonino tribunitiam poteſtatē rogamus, præſentiam tuam rogamus, philoſophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuę nobilitati tuæ, innocētiæ tuæ. Vincis inimicos, hoſtes exuperas, dij te tuētur, & reliqua. Vixerūt igitur poſteri Auidij Caſsij ſecuri, & ad honores admiſsi ſunt. Sed eos Commodus Antoninus poſt

exceſſum

exceſſum diui patris ſui, omnes uiuos incēdi iuſsit, quaſi in factione deprehēſos. Hæc
ſunt quæ de Caſsio Auidio cōperimus: cuius ipſius mores, ut ſupra diximus, uarij ſem
per fuerūt, ſed ad cenſurā crudelitatemq́ propenſiores: qui ſi obtinuiſſet imperiū, fuiſ-
ſet non modo clemens, ſed bonus, ſed utilis & optimus imperator. Nam extat epiſto-
la eius ad generū ſuum iam imperatoris huiuſmodi: Miſera reſp. quæ iſtos diuitiarū cu
pidos & diuites patitur miſera. Marcus homo ſanè optimus: qui dum clemens dici cu
pit, eos patitur uiuere, quorū ipſe non probat uitam. Vbi L. Caſsius, cuius nos fruſtra
tenet nomen? Vbi Marcus ille Cato Cenſorius? Vbi omnis diſciplina maiorum? quæ
olim quidem intercidit, nunc uero nec quæritur. Marcus Antoninus philoſophatur,
& quærit de clementia, & de animis, & de honeſto & iuſto, nec ſentit pro rep. Vides
multis opus eſſe gladijs, multis elogijs, ut in antiquū ſtatum publica forma reddatur.
Ego uero iſtis præſidibus prouinciarum, an ego proconſules, an ego præſides putem,
qui ob hoc ſibi à ſenatu & ab Antonino prouincias datas credunt, ut luxurientur, ut
diuites fiant? Audiſti præf. prætorij noſtri philoſophi ante triduum quàm fieret, men-
dicum & pauperem, ſed ſubito diuitem factū: unde quæſo, niſi de uiſceribus reip. pro-
uincialiumq́ fortunis? Sint ſanè diuites, ſint locupletes, ærarium publicum referciēt,
tantum dij faueant bonis partibus, reddant Caſsiani reip. principatum. Hæc epiſtola
eius indicat quàm ſeuerus, & quàm triſtis futurus fuerit imperator.

AELII SPARTIANI

SEVERVS

AD DIOCLETIANVM AVG.

INTERFECTO Didio Iuliano, Seuerus Africa oriūdus im
periū obtinuit: cui ciuitas Leptis, pater Geta, maiores equi-
tes Romani ante ciuitatem omnibus datam. Mater Fuluia
Pia, patrui M. Agrippa & Seuerus conſulares. Auus mater-
nus Macer, paternus Fuluius Pius fuere. Ipſe natus eſt Eru
tio Claro bis & Seuero COSS. VI. Idus Apriles. In prima pue
ritia prius quàm Latinis Græcisq́ literis imbueretur, qui-
bus eruditiſsimus fuit, nullum aliū inter pueros ludum, niſi
ad iudices exercuit, cum ipſe prælatis faſcibus ac ſecuribus
ordine puerorum circumſtante ſederet ac iudicaret. Octauo
decimo anno publicè declamauit. Poſtea ſtudiorum cauſa Romam uenit: latum clauū
à diuo Marco petijt, & accepit, fauente ſibi Septimio Seuero affine ſuo, bis iam conſu
lari. Cum Romam ueniſſet, hoſpitem nactus, qui Hadriani uitā imperatoriam eadem
hora legeret, quod ſibi omen futuræ felicitatis arripuit. Habuit etiam aliud omen im-
perij: Cum rogatus ad cœnam imperatoriam palliatus ueniſſet, qui togatus uenire de
buerat, togam præſidiariam ipſius imperatoris accepit. Eadem nocte ſomniauit, lupæ
ſe uberibus ut Remum inhærere uel Romulum: ſedit & in ſella imperatoria temere à
miniſtro poſita, ignarus quòd non liceret. Dormienti etiā in ſtabulo ſerpens caput cin
xit, & ſine noxa expergefactis & acclamantibus familiaribus abijt. Iuuentam plenam
furorum, nonnunquā & criminum habuit. Adulterij cauſam dixit, abſolutusq́ eſt à Iu
liano proconſule, cui & in proconſulatu ſuccesſit, & in conſulatu collega fuit, & in im-
perio item ſuccesſit. Quæſturam diligenter egit: omnibus ſortibus natus, militari poſt
quæſturam ſorte Beticam accepit: atq́ inde Africam petijt, ut mortuo patre rem dome
ſticam componeret. Sed dum in Africa eſt, pro Betica Sardinia ei attributa eſt, quòd
Beticam Mauri populabantur. Acta igitur quæſtura Sardinienſi, legationem procon-
ſulis Africæ accepit. In qua legatione cum eum quidam municipum ſuorum Leptita-
nus, præcedentibus faſcibus ut antiquum contubernalem ipſe plebeius amplexus eſ-
ſet, fuſtibus eum ſub elogio eiuſdem præconis cecidit, legatum P. R. homo plebeius
temere

temerè amplecti noli. Ex quo factum eſt, ut in uehiculo etiam legati ſederent, qui antè pedibus ambulabant. Tunc in quadam ciuitate Africana cum ſolicitus mathematicū conſuluiſſet, poſitaꝗ hora, ingentia uidiſſet aſtrologus, dixit ei, Tuam nō alienam pone genituram. Cum Seuerus iuraſſet, ſuam eſſe, omnia ei dixit, quæ poſtea facta ſunt. Tribunatum plebis Marco imperatore decernēte promeruit, eumꝗ ſeueriſsime exercitiſsimeꝗ egit. Vxorem tunc Martiam duxit: de qua tacuit in hiſtoria uitæ priuatæ: cui poſtea in imperio ſtatuas collocauit. Prætor deſignatus à Marco eſt nō in candida, ſed in competitorum grege, anno ætatis XXXII. Tunc ad Hiſpaniam miſſus ſomniauit primo, ſibi dici ut templum Taraconēſe Auguſti, quod iam habebatur, reſtitueret. Deinde ex altiſsimi montis uertice, orbem terrarū, Romamꝗ deſpexit, cōcinentibus prouincijs lyra, uoce, uel tibia. Ludos abſens edidit. Legioni IIII. Scythicæ deinde præpoſitus eſt circa Maſsiliam. Poſt hoc Athenas petijt, ſtudiorum ſacrorūꝗ cauſa & operum ac uetuſtatum: ubi cum iniurias quaſdam ab Athenienſibus pertuliſſet, inimicus his factus, minuendo eorum priuilegia iam imperator ſe ultus eſt. Deinde Lugdunenſem prouinciam legatus accepit. Cum amiſſa uxore aliā uellet ducere, genituras ſponſarū requirebat, ipſe quoꝗ matheſeos peritiſsimus: & cum audiſſet eſſe in Syria quandam, quæ id genituræ haberet ut regi iungeretur, eandem uxorem petijt, Iuliam ſcilicet, & accepit interuentu amicorum, ex qua ſtatim pater factus eſt. A Gallis ob ſeueritatem & honorificentiam, & abſtinentiam tantum quantum nemo dilectus eſt. Deinde Pannonias proconſulari imperio rexit. Poſt hoc Siciliam proconſularem ſorte meruit, ſuſcepitꝗ Romæ alterum filium. In Sicilia, quaſi de imperio uel uates uel Chaldæos conſuluiſſet, reus factus, apud præfectos prętorio, quibus audiendus datus fuerat, iam Commodo odium ueniente abſolutus eſt, calumniatore in crucem acto. Conſulatum cum Apuleio Ruffino primum egit, Commodo ſe inter plurimos deſignante. *Agere conſulatum* Poſt conſulatum anno fermè fuit otioſus, deinde Læto ſuffragante, exercitui Germanico præponitur. Proficiſcens ad Germanicos exercitus, hortos ſpatioſos comparauit, cum antea ædes breuiſsimas Romæ habuiſſet, & unū fundum. In his hortis cum humi iacens epularetur cum filijs parca cœna, pomaꝗ appoſita maior filius, qui tunc quinquennis erat, cum colluſoribus puerulis manu largiore diuideret, paterꝗ illum reprehendens dixiſſet, Parcius diuide, non enim regias opes poſsides. quinquēnis puer reſpondit, Sed poſsidebo. In Germaniam profectus, ita ſe in ea legatione egit, ut famā nobilitatemꝗ iam antè cumularet. Et hactenus militarē priuatus egit. Dehinc à Germanicis legionibus ubi auditum eſt Commodum occiſum, Iulianum autem cum odio cunctorū imperare, multis hortantibus repugnans imperator eſt appellatus apud Carnuntum idibus Auguſtis: qui etiam ſeſtertia, quod nemo unquam principū militibus dedit. Deinde firmatis quas poſt tergum relinquebat prouincijs, Romam iter contendit, cedentibus ſibi cunctis quacunꝗ iter fecit, cum iam Illyriciani exercitus & Gallicani cogentibus ducibus in eius uerba iuraſſent. Excipiebatur enim ab omnibus quaſi ultor Pertinacis. Per idem tēpus autore Iuliano Septimius Seuerus à ſenatu hoſtis eſt appellatus, legatis ad exercitum ſenatus uerbis miſsis, qui iuberent ut ab eo milites ſenatu præcipiente diſcederent. Et Seuerus quidem cum audiſſet ſenatus conſentientis autoritate miſſos legatos, primo pertimuit: poſtea id egit corruptis legatis, ut apud exercitum pro ſe loquerentur, tranſirentꝗ in eius partes. His cōpertis Iulianus ſenatuſconſultum fecit fieri de participando imperio cum Seuero. Incertū uere id an dolo fecerit, cum iam antè miſiſſet notos ducum interfectores quoſdam qui Seuerum occiderent, ita ut ad Peſcennium Nigrum interficiendū miſerat: qui & ipſe imperium contra eum ſuſceperat, autoribus Syriacis exercitibus. Verum Seuerus euitatis eorum manibus quos ad ſe interficiendū Iulianus miſerat, miſsis ad prætorianos literis, ſignū uel deſerendi uel occidendi Iuliani dedit: ſtatimꝗ auditus eſt: Nam & Iulianus occiſus eſt in palatio, & Seuerus Romā inuitatus, quod nulli unquā contigit, nutu tantū Seuerus uictor eſt factus, armatusꝗ Romam contendit. Occiſo Iuliano cum Seuerus in caſtris & tentorijs quaſi per hoſticum ueniens, adhuc maneret, centum ſenatores legatos ad eum ſenatus miſit ad gratulandum rogandumꝗ: qui ei occurrerunt Interamnæ, armatumꝗ circūſtantibus armatis ſalutarunt, excuſsi ne quid ferri haberent. Et poſtera die

occurrente omni famulitio aulico, ſeptuagenos uicenos aureos legatis dedit: eoſdem præmiſit, facta poteſtate ſi qui uellent remanere, ac ſecum Romã redire. Fecit etiã ſtatim præfectum præt. Flauium Iuuenalem: quem etiam Iulianus tertiũ præfect. præto. ſibi aſſumpſerat. Interim Romæ ingens trepidatio militũ ciuiumq;, quòd armatus contra eos Seuerus ueniret, qui ſe hoſtem iudicaſſent. His acceſsit, quòd comperit Peſcennium Nigrum à Syriacis legionibus imperatorẽ appellatum: cuius edicta & literas ad populum uel ſenatum intercepit, per eos qui miſsi fuerant, ne uel proponerẽtur populo, uel legerentur in curia. Eodem tempore etiã de Clodio Albino ſibi ſubſtituẽdo cogitauit, cui Cæſarianum decretũ, aut Commodianum uidebatur imperium. Sed eos ipſos pertimeſcens de quibus recte iudicabat, Heraclitum ad obtinendas Britannias, Plautianum ad occupandos Nigri liberos miſit. Cum Romam Seuerus ueniſſet, prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi iuſsit occurrere, eoſdem ſic ad tribunal uocauit, armatis undiq; circundatis. Ingreſſus deinde Romam, armatus cum armatis militibus Capitoliũ aſcendit. Inde palatiũ eodem habitu perrexit, prælatis ſignis quæ prætorianis ademerat, ſupinis non erectis. Tota deinde urbe milites in templis, in porticibus, in ædibus Palatinis, quaſi in ſtabulis manſerunt: fuitq; ingreſſus Seueri odioſus atq; terribilis, cum milites inempta diriperent, uaſtationem urbi minantes. Alia die armatis ſtipatus, non ſolum militibus, ſed etiam amicis in ſenatum uenit. In curia reddidit rationẽ ſuſcepti imperij: cauſatusq; eſt, quòd ad ſe occidendum Iulianus notos ducum cædibus miſiſſet. Fieri etiam ſenatuſconſultum coegit, ne liceret imperatori incõſulto ſenatu occidere ſenatorem. Sed cum in ſenatu eſſet, milites per ſeditionẽ dena milia popoſcerunt à ſenatu, exemplo eorum qui Auguſtum Octauium Romam deduxerant, tantumq; acceperant. Et cum eos uoluiſſet cõprimere Seuerus, nec potuiſſet, tamen mitigatos addita liberalitate dimiſit. Funus deinde cenſorium Pertinacis imagini duxit, eumq; inter diuos ſacrauit, addito Flamine & ſodalibus Heluianis, qui Marciani fuerant: ſe quoq; Pertinacem uocari iuſsit, quamuis poſtea id nomen aboleri uoluerit, querimonia amicorum. Dehinc æs alienum diſſoluit. Filias ſuas dotatas, maritis Probo & Aetio dedit. Et cum Probo genero ſuo præfecturam urbis obtuliſſet, ille recuſauit, dixitq;, minus ſibi uideri pręfectum eſſe quàm principis generum. Vtrunq; autem generum ſtatim conſulem fecit, utrunq; ditauit. Alia die ad ſenatum uenit, & amicos Iuliani incuſatos proſcriptioni ac neci dedit. Cauſas plurimas audiuit. Accuſatos à prouincialibus iudices, probatis rebus grauiter puniuit. Rei frumentariæ quam minimam repererat, ita cõſuluit, ut excedens ipſe uita ſeptem annorum canonem P.R. relinqueret. Ad Orientis ſtatum confirmandum profectus eſt, nihil adhuc de Nigro palàm dicens. Ad Africam tamen legiones miſit, ne per Libyam & Aegyptum Niger Africam occuparet, ac P. R. penuria rei frumentariæ perurgeret. Domitium Dextrũ in locum Baſsi præf. urbi reliquit, atq; intra triginta dies quàm Romã uenerat, eſt profectus. Egreſſus ab urbe ad Saxa rubra, ſeditionem ingentem ob locum caſtrorũ metandorum ab exercitu paſſus eſt. Occurrit ei & ſtatim Geta frater ſuus, quem prouinciam ſibi creditam regere præcepit aliud ſperãtem. Nigri liberos ad ſe adductos in eo habuit honore quo ſuos. Miſerat ſanè legionem, quæ Græciam Thraciamq; præriperet, ne eas Peſcennius occuparet: ſed iam Byzantium Niger tenebat. Perinthum etiam Niger uolens occupare, plurimos de exercitu interfecit: atq; ideo hoſtis cum Aemiliano eſt appellatus. Cumq; Seuerum ad participatum uocaret, contẽptus eſt. Promiſit ſanè Nigro tutum exilium, ſi uellet: Aemiliano autem non ignouit. Aemilianus dehinc uictus in Helleſponto à Seueri ducibus, Cyzicum primùm confugit, atq; inde in aliam ciuitatem in qua eorũ iuſſu occiſus eſt. Fuſæ ſunt item copiæ ab ijſdem ducibus etiam Nigri. His auditis, ad Senatum Seuerus Pertinax, quaſi confectis rebus literas miſit. deinde cõflixit cum Nigro, eumq; apud Cyzicum interemit, caputq; eius pilo circuntulit. Filios Nigri poſt hoc, quos ſuorum liberorum cultu habuerat, in exilium cum matre miſit. Literas ad ſenatũ de uictoria dedit. Neq; quenquã ſenatorum, qui Nigri partium fuerant, præter unum ſupplicio affecit. Antiochenſibus iratior fuit, quòd & adminiſtrantem ſe in Oriente riſerant, & Nigrũ etiam uictu iuuerant. Deniq; multa his ademit. Neapolitanis etiã Palæſtinẽſibus ius ciuitatis tulit, quòd pro Nigro

diu in

diu in armis fuerant. In multos animaduertit præter ordinē ſenatoriũ, qui Nigrũ fuerāt ſecuti. Multas etiā ciuitates eiuſdē partis iniurijs affecit & dānis. Eos ſenatores occidit, qui cum Nigro militauerant ducũ uel tribunorũ nomine. deinde circa Arabiam plura geſsit, Parthis etiam in ditionē redactis, nec non etiam Adiabenis: qui quidem omnes cum Peſcennio ſenſerāt. Atq; ob hoc reuerſus triumpho delato, appellatus eſt Arabicus, Adiabenicus, Parthicus. Sed triumphũ reſpuit, ne uideretur de ciuili triumphare uictoria. Recuſauit & Parthicũ nomē, ne Parthos laceſſeret. Redeunti ſanè Romam poſt bellum ciuile Nigri, aliud bellũ ciuile Clodij Albini nuntiatũ eſt, qui rebellauit in Gallia: quare poſtea occiſi ſunt filij Nigri cũ matre. Albinũ igitur ſtatim hoſtem iudicauit, & eos qui ad illum mollius uel ſcripſerunt, uel reſcripſerũt. Et cum iret contra Albinũ, in itinere apud Viminatiũ filium ſuum maiorē Baſsianũ, appoſito Aurelij Antonini nomine Cæſarē appellauit, ut fratrē ſuum Getam ab ſpe imperij, quam ille cōceperat, ſubmoueret. Et nomē quidē Antonini iccirco filio appoſuit, quòd ſomniauerat, Antoninũ ſibi ſucceſſurũ. Vnde Getā etiam quidam Antoninũ putant dictum, ut & ipſe ſuccederet in imperio. Aliqui putāt iccirco illum Antoninũ appellatũ, quòd Seuerus ipſe in Marci familiā tranſire uoluerit. Et primo quidem ab Albinianis Seueri duces uicti ſunt. Tunc ſolicitus cum conſuleret à Pannoniacis auguribus, cōperit ſe uictorem futurũ: aduerſarium uero nec in poteſtatem uenturum, nec euaſurũ, ſed iuxta aquam eſſe periturum. Multi ſtatim amici Albinũ deſerentes uenère, multi duces capti ſunt, in quos Seuerus animaduertit. Multis interim uarie geſtis in Gallia, primo apud Tinurtiũ contra Albinũ feliciſsime pugnauit Seuerus. Cum quidem ingens periculũ equi caſu adijt, ita ut mortuus ictu plumbeæ crederetur, ita ut alius iam penè imperator ab exercitu deligeret. Eo tempore lectis actis, quæ de Clodio Celſino laudando, q Adrumetinus & affinis Albini erat, facta ſunt, iratus ſenatui Seuerus quaſi hoc Albino ſenatus præſtitiſſet, Commodũ inter diuos referendum eſſe cenſuit, quaſi hoc genere ſe de ſenatu poſſet ulciſci, primusq; inter milites diuum Commodũ pronuntiauit, idq; ad ſenatũ ſcripſit addita oratione uictoriæ. Senatorũ deinde qui in bello erant interempti, cadauera diſsipari iuſsit. Deinde Albini corpore allato, penè ſeminecis caput abſcindi iuſsit, Romamq; deferri, idq; literis proſecutus eſt. Victus eſt Albinus die XI. Calen. Mart. Reliquum autem cadauer eius ante domum propriam exponi, ac diuidi iuſsit. Equum præterea ipſe reſidens ſupra cadauer Albini egit, expaueſcentemq; admonuit ut effrenatus audacter protereret. Addunt alij, quòd idem cadauer in Rhodanum abijci præcepit, ſimul etiā uxoris, liberorumq; eius. Interfectis innumeris Albini partium uiris, inter quos multi principes ciuitatis, multæ fœminæ illuſtres fuerũt, omnium bona publicata ſunt, ærariumq; auxerunt. tum Hiſpanorum & Gallorũ proceres multi occiſi ſunt. Deniq; militibus tantum ſtipendiorum, quantum nemo principum dedit. Filijs etiam ſuis ex hac proſcriptione tantum reliquit, quantum nullus imperatorum, cum magnam partem auri per Gallias, per Hiſpanias, per Italiam imperator iam feciſſet: tuncq; primum priuatarum rerum procuratio conſtituta eſt. Multi ſanè poſt Albinum, fidem ei ſeruantes, bello à Seuero ſuperati ſunt. Eodem tempore etiam legio Arabica defeciſſe ad Albinum nuntiata eſt. Vltus igitur grauiter Albinianam defectionem interfectis plurimis, genere quoq; eius extincto, iratus populo & ſenatoribus Romam uenit. Commodum in ſenatu & concione laudauit, Deum appellauit, infamib. diſplicuiſſe dixit: ut appareret eum apertiſsime furere. Poſt hoc de ſua clementia diſſeruit: cum crudeliſsimus fuerit, & ſenatores infra ſcriptos occiderit. Occidit autem ſine cauſę dictione hos nobiles, Mummium Secundinũ, Aſellium Claudianum, Claudium Rufum, Vitalium Victorem, Papium Fauſtum, Aelium Celſum, Iulium Rufum, Lollium Profeſſum, Arunculeium Cornelianũ, Antoninum Balbum, Poſthumium Seuerum, Sergium Luſtralem, Fabium Paulinum, Noniũ Gracchum, Muſtium Fabianũ, Caſperium Agrippinum, Ceionium Albinũ, Claudium Sulpicianum, Memmiũ Rufinum, Caſperium Aemilianum, Cocceium Verum, Erutium Clarum, L. Stilonem, Clodium Rufum, Egnatuleium Honoratum, Petronium Iuniorē: Peſcennios, Feſtum & Neratianum & Aurelianum & Materianum & Iulianũ & Albinum; Cerellios, Macrinum & Fauſtinianum & Iulianum; Herenniũ Nepotem, Sul-

pitium Canum, Valerium Catulinum, Nouiū Ruſum, Claudium Arabianum, Mar-
cum Aſellionem. Horum igitur tantorum ac tam illuſtrium uirorū (nam multi in his
conſulares, multi prætorij, omnes certe ſummi uiri fuere) interfector, ab Afris ut deus
habetur. Cincium Seuerum calumniatus eſt, quòd ſe ueneno appetiſſet, atq; ita inter-
fecit. Narciſſum deinde Commodi ſtrangulatorem leonibus obiecit. Multos præterea
obſcuri loci homines interemit, præter eos quos ius prælij abſumpſit. Poſt hæc cum ſe
uellet commendare hominibus, uehicularium munus à priuatis ad fiſcū traduxit. Cæ-
ſarem deinde Baſsianum Antoninū à ſenatu appellari iuſsit, decretis imperatorijs inſi
gnibus. Rumore deinde belli Parthici extincto, patri, matri, auo, & uxori priori per ſe
ſtatuas collocauit. Plautianū ex amiciſsimo cognita eius uita ita odio habuit, ut & ho-
ſtem publicum appellaret, & depoſitis ſtatuis eius per orbem terræ graui eum inſigni-
ret iniuria, iratus præcipue, quòd inter propinquorū & affiniū Seueri ſimulacra ſuam
ſtatuam ille poſuiſſet. Palęſtinis pœnā remiſit, quam ob cauſam Nigri meruerant. Poſt-
ea iterum cum Plautiano in gratiā redijt, & ueluti ouans urbem ingreſſus capitolium
petijt, quāuis & ipſum procedenti tempore occiderit. Getę minori filio togam uirilem
dedit, maiori Plautiani filiam uxorem iunxit. Hi qui hoſtem publicum Plautianū dixe
rant, deportati ſunt. Ita omnium rerum ſemper quaſi naturali lege mutatio eſt. Filios
deinde conſules deſignauit. Getam fratrē extulit. Profectus dehinc ad bellum Parthi-
cum eſt, edito gladiatorio munere, & congiario populo dato. Multos inter hæc cauſis
uel ueris uel ſimulatis occidit. Damnabantur autem pleriq; cur iocati eſſent, alij cur ta
cuiſſent, alij cur pleraq; figurata dixiſſent, ut eſſet imperator uere nominis ſui, uere
Pertinax, uere Seuerus. Erat ſanè in ſermone uulgari, Parthicū bellū affectare Septi-
mium Seuerum gloriæ cupiditate, non aliqua neceſsitate deductum. Traiecto deniq;
exercitu à Brunduſio continuato itinere uenit in Syriā, Parthoſq; ſubmouit. Sed poſt-
ea in Syriam redijt, ita ut ſe pararet, ac bellum Parthis inferret. Inter hæc Peſcēnianas
reliquias Plautiano autore perſequebatur, ita ut nonnullos etiam ex amicis ſuis quaſi
uitæ ſuæ inſidiatores appeteret. Multos etiam quaſi Chaldæos aut uates de ſua ſalute
conſuluiſſent, interemit. Præcipue ſuſpectos unūquenq; idoneū imperio cum ipſe par
uulos adhuc filios haberet, idq; dici ab his uel crederet uel audiret, qui ſibi auguraban
tur imperium. Deniq; cum occiſi eſſent nonnulli, Seuerus ſe excuſabat: & poſt eorum
mortem negabat fieri ſe iuſsiſſe, quod factum eſt: quod de Læto præcipue Marius Ma
ximus dicit. Cum ſoror ſua Leptitana ad eum ueniſſet uix latine loquēs, ac de illa mul
tum imperator erubeſceret, dato filio eius latoclauo, atq; ipſi multis muneribus, redire
mulierem in patriam præcepit: & quidem cum filio qui breui uita defunctus eſt. Aeſta
te igitur iam exeunte Parthiam ingreſſus Cteſiphontem pulſo rege peruenit, & cepit
hyemali prope tempore, quod in illis regionibus melius per hyemem bella tractantur:
cum herbarum radicibus milites uiuerent, atq; inde morbos ægritudineſq; contrahe-
rent: quare cum obſiſtentibus Parthis, fluente quoq; per inſuetudinem cibi aluo mili-
tum, longius ire non poſſet, tamen perſtitit, & oppidum cepit, & regem fugauit, & plu
rimos interemit, & Parthicum nomen meruit. Ob hoc etiam filium eius Baſsianū An
toninum, qui Cæſar appellatus iam fuerat, annum decimumtertium agentem partici-
pem imperij dixerunt milites. Getam quoq; minorem filium Cæſarem dixerunt, eun-
dem Antoninum, ut pleriq; in literas tradūt, appellantes. Harum appellationum cau-
ſa donatiuū militibus largiſsimum dedit, conceſſa omni præda oppidi Parthici quod
milites quærebant. Inde in Syriam redijt uictor, & Parthicum deferentibus ſibi patri-
bus triumphum, iccirco recuſauit, quòd conſiſtere in curru affectus articulari morbo
non poſſet. filio ſanè conceſsit ut triumpharet. Cui ſenatus Iudaicū triumphum decre-
uerat, iccirco quòd & in Syria res bene geſtæ fuerant à Seuero. Deinde cum Antio-
chiam tranſiſſet, data uirili toga filio maiori ſecum eum conſulem deſignauit, & ſtatim
in Syria conſulatum inierunt. Poſt hoc dato ſtipendio cumulatiore militibus, Alexan
driam petijt. In itinere Palæſtinis plurima iura fundauit. Iudæos fieri ſub graui pœna
Chriſtiani uetuit. Idem etiam de Chriſtianis ſanxit. Deinde Alexandrinis ius Buleutarum dedit,
qui ſine publico cōſilio, ita ut ſub regibus, antè uiuebant uno iudice cōtenti quem Cæ
ſar dediſſet. Multa præterea his iura mutauit. Iucundam ſibi peregrinationem hanc

propter

propter religionem dei Serapidis, & propter nouitatem animalium uel locorum fuiſſe, Seuerus ipſe poſtea ſemper oſtendit. Nam & Memphim & Memnonem, & pyramides, & labyrinthum diligenter inſpexit. Et quoniam longum eſt minora perſequi, huius magnifica illa, quòd uicto & occiſo Iuliano prætorianas cohortes exautorauit: Pertinacem contra uoluntatem militū in deos retulit: Saluij Iuliani decreta iuſsit aboleri, quod non obtinuit. Deniq; cognomentum Pertinacis non tam ex ſua uoluntate, quàm ex morum parſimonia uidetur habuiſſe. Nam & infinita multorum cæde crudelior habitus, & cum quidam ex hoſtibus eidem ſe ſuppliciter obtuliſſet, dixiſſetq;, ille quid facturus eſſet? non mollitus tam prudente dicto interfici eum iuſsit. Fuit præterea delendarum cupidus factionum. propè à nullo congreſſu niſi uictor, Perſarum regem Abagarū ſubegit. Arabas in deditionem accepit. Adiabenos in tributarios coegit. Britanniam, quod maximum eius imperij decus eſt, muro per tranſuerſam inſulam ducto, utrinq; ad finem oceani muniuit: unde etiam Britānici nomen accepit. Tripolim, unde oriundus erat, contuſis bellicoſiſsimis gentibus, ſecuriſsimam reddidit: ac pacem diuturnam, oleum gratuitum, & fœcundiſsimum agrum donauit. Idem cum implacabilis delictis fuit, tum ad eligēdos induſtrios quoſq; iudicij ſingularis. Philoſophiæ ac dicendi ſtudijs ſatis deditus, doctrinæ quoq; nimis cupidus, latronum ubiq; hoſtis, uitam ſuam priuatam publicamq; ipſe compoſuit ad fidem, ſolum tamē uitium crudelitatis excuſans. De hoc ſenatus ita iudicauit, illum aut naſci nō debuiſſe, aut nō mori, quòd & nimis crudelis, & nimis utilis reipublicę uideretur. Domi tamen minus cautus, qui uxorem Iuliam famoſam adulterijs tenuit, etiam coniurationis conſciam. Idem cum pedibus æger bellum moraretur, idq; milites anxie ferrent, eiusq; filiū Baſſianum qui unà erat Auguſtum feciſſent, tolli ſe atq; in tribunal ferri iuſsit: adeſſe deinde omnes tribunos, centuriones, duces, & cohortes, quibus autoribus id acciderat: ſiſti deinde filium, qui Auguſti nomen acceperat. Cumq; animaduerti in omnes autores facti, præter filiū iuberet, rogareturq; omnibus ante tribunal proſtratis, caput manu contingens ait: Tandem ſentitis caput imperare non pedes. Huius dictum eſt, cum eum ex humili per literarum & militiæ officia ad imperium plurimis gradibus fortuna duxiſſet, Omnia inquit, fui, & nihil expedit. Perijt Eboraci in Britannia, ſubactis gentibus quæ Britanniæ uidebantur infeſtæ. anno imperij decimooctauo morbo grauiſsimo extinctus iam ſenex reliquit filios duos, Antoninum Baſsianum, & Getam, cui & ipſi in honorem Marci, Antonini nomen impoſuit. Illatus ſepulchro Marci Antonini, quem ex omnibus imperatoribus tantum coluit, ut & Commodum in diuos referret, & Antonini nomen omnibus deinceps quaſi Auguſti aſcribendum putaret. Ipſi à ſenatu, à gentilibus, liberiſq; eius funus ampliſsimum exhibitum fuit, atq; inter diuos eſt relatus. Opera publica præcipue eius extant, ſeptizonium & thermæ Seuerianæ. Eius deniq; etiam ianuæ in traſtiberina regiōe ad portam nominis ſui, quarum forma intercidens ſtatim uſum publicū inuidit. Iudicium de eo poſt mortem magnum omnium fuit, maxime quòd diu nec à filijs eius boni aliquid reipub. uenit: & poſtea inuadentibus multis rempub. res Romana prædonibus direptui fuit. Hic tam exiguis ueſtibus uſus eſt, ut uix tunica eius aliquid purpuræ haberet, cum hirta chlamyde humeros uelaret, cibi parciſsimus, leguminis patrij auidus, uini aliquādo cupidus, carnis frequenter ignarus. Ipſe decorus, ipſe ingens, promiſſa barba, cano capite & criſpo, uultu reuerendus, canorus uoce, ſed Afrum quiddam uſq; ad ſenectutem ſonans: ac multum poſt mortē amatus, uel inuidia depoſita, uel crudelitatis metu. Legiſſe me apud Aelium Maurum Phlegontis Tralliani libertum memini, Septimium Seuerum moderatiſsime cum moreretur lætatum, quòd duos Antoninos pari imperio reipub. relinqueret, exemplo Pij, qui Verum & Marcum Antoninos per adoptionem filios reipub. reliquit. hoc melius, quòd ille filios per adoptionē, hic per ſe genitos rectores Romanæ reipub. daret, Antoninum ſcilicet Baſsianum, quem ex priore matrimonio ſuſceperat, & Getam quem de Iulia genuerat. Sed illum multum ſpes fefellit. Nam unum parricidium, alterum ſui mores reipub. inuiderūt: ſanctumq; illud nomen in nullo diu bene manſit. Et reputanti mihi Diocletiane Auguſte, neminem propè magnorum uirorum optimum & utilem filium reliquiſſe ſatis claret. Deniq; aut ſine liberis

Heroū filij noxæ

uiri interierunt, aut tales habuerunt pleriq;, ut melius fuerit de rebus humanis ſine po
ſteritate diſcedere. Et ut ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa
Pompilius, quod utile poſſet eſſe reipub. Quid Camillus, num ſui ſimiles liberos ha-
buit? Quid Scipio? Quid Catones, qui magni fuerunt? Iam uero quid de Homero, De
moſthene, Vergilio, Criſpo, & Terentio, Plauto, cæteriſq; alijs loquar? Quid de Cæ-
ſare? Quid de Tullio, cui ſoli melius fuerat liberos non habere? Quid de Auguſto, qui
nec adoptiuum bonum filium habuit, cum illi eligendi poteſtas fuiſſet ex omnibus?
Falſus eſt etiam ipſe Traianus in ſuo municipe ac nepote deligẽdo. Sed ut omittamus
adoptiuos, ne nobis Antonini Pius & Marcus numina reipub. occurrant, ueniamus
ad genitos: Quid Marco felicius fuiſſet, ſi Commodum nõ reliquiſſet hæredem? Quid
Seuero Septimio, ſi Baſsianum non genuiſſet? qui ſtatim inſimulatum fratrem inſidia
rum contra ſe cogitatarum, parricidiali etiam figmento interemit? qui nouercam, ma-
trem quinimo, in cuius ſinu Getam filium eius occiderat, uxorem duxit: qui Papinia-
num iuris aſylum, & doctrinæ legalis theſaurum, quòd parricidium excuſare noluiſ-
ſet, occidit: & præfectum quidem ſuum, ne homini per ſe & per ſciẽtiam ſuam magno
deeſſet & dignitas. Deniq; ut alia omittã, ex huius moribus factum puto, ut Seuerus
triſtior uir ad omnia, imò etiam crudelior, pius & dignus deorũ altaribus duceretur.
Qui quidem diuinã Salluſtij orationem, qua Micipſa filios ad pacem hortatur, ingra
uatus morbo miſiſſe filio dicitur maiori. Idq; fruſtra & hominem tantũ ualetudine. Vi-
xit deniq; in odio populi diu Antoninus, nomenq; illud uenerabile diu minus ama-
tũ eſt: quãuis & ueſtimẽta populo dederit, unde Caracallus eſt dictus, & thermas ma
gnificentiſsimas fecerit. Extat ſanè Romæ Seueri porticus, geſta eius exprimens, à fi-
lio quantũ plurimi docent ſtructa. Signa mortis eius hæc fuerunt: Ipſe ſomniauit qua-
tuor aquilis & gemmato curru præuolante neſcio qua ingenti humana ſpecie ad cœ-
lum ſe raptum, cumq; raperetur, octoginta & nouem numeros explicuiſſe: ultra quot
annos ne unum quidem annum uixit: nam ad imperium ſenex uenit. cumq; poſitus eſ-
ſet in circulo ingenti æreo, diu ſolus & deſtitutus ſtetit. cum uereretur autẽ ne pręceps
rueret, à Ioue ſe uocatum uidit, atq; inter Antoninos locatum. Die Circenſium cum
tres uictoriæ more ſolito eſſent locatæ gypſeæ cum palmis, media quæ ipſius nomine
aſcriptum orbem palmis tenebat, uento icta, de podio ſtans decidit, & humi conſtitit:
eaq; quæ Getæ nomine inſcripta erat, corruit, & omnis comminuta eſt: illa uero quæ
Baſsiani titulum præferebat, amiſſa palma uenti turbine uix conſtitit. Poſt murum a-
pud uallum miſſum in Britannia, cum ad proximam manſionem rediret, nõ ſolum ui
ctor, ſed etiam in æternum pace fundata, uoluens animo quid ominis ſibi occurreret,
Aethiops quidam è numero militari, claræ inter ſcurras famæ, & celebratorũ ſemper
iocorum, cum corona è cupreſſu facta eidem occurrit. Quem cum ille iratus remoue-
ri ab oculis præcepiſſet, & coloris eius tactus omine & coronæ, dixiſſe ille dicitur ioci
cauſa, Totum fuiſti, totum uiciſti, iam deus eſto uictor. Et in ciuitatẽ ueniens, cum rem
diuinã uellet facere, primũ ad Bellonæ templum ductus eſt errore aruſpicis ruſtici, de-
inde hoſtiæ furuæ ſunt applicitæ. Quod cum eſſet aſpernatus, atq; ad palatium ſe reci-
peret, negligentia miniſtrorum nigræ hoſtiæ uſq; ad limen domus Palatinæ imperato-
rem ſecutæ ſunt. Sunt per plurimas ciuitates opera eius inſignia. Magnum uero illud
in ciuitate eius, quòd Romæ omnes ædes publicas, quę uitio temporum labebantur,
inſtaurauit, nuſquam propè ſuo nomine aſcripto, ſeruatis tamen ubiq; titulis condito-
rum. Moriens ſeptem annorum canonem, ita ut quotidiana ſeptuagintaquinq; milia
modiorum expendi poſſent, reliquit: Olei uero tantum, ut per quinquennium non ſo-
lum urbis uſibus, ſed & totius Italiæ, quæ oleo egeret, ſufficeret. Vltima uerba eius di-
cuntur hæc fuiſſe: Turbatam remp. ubiq; accepi, pacatam etiam Britãnis relinquo, ſe-
nex & pedibus æger: firmum imperium Antoninis meis relinquens, ſi boni erunt: im-
becillum, ſi mali. Iuſsit deinde ſignum tribuno dari, Laboremus, quia Pertinax quan-
do in imperium adſcitus eſt, ſignum dederat, Militemus. Fortunã deinde regiam, quæ
comitari principes & in cubiculis poni ſolebat, geminare ſtatuerat, ut ſacratiſsimum ſi
mulacrum utriq; relinqueret filiorũ. Sed cum uideret ſe perurgeri ſub horam mortis,
iuſſiſſe fertur, ut alternis diebus apud filios imperatores in cubiculis Fortuna ponere-

tur

tur. Quod Baſſianus prius cõtempſit, quàm faceret parricidium. Corpus eius à Britannia Romam uſq; cum magna prouincialiũ reuerẽtia ſuſceptum eſt, quamuis aliqui urnulam auream tantum fuiſſe dicant, Seueri reliquias continentem, eandemq; Antoninorum ſepulchro illatam, cum Septimius Pertinax Seuerus illic ubi uita functus eſt, eſſet incenſus. Cum Septizonium faceret, nihil aliud cogitauit, quàm ut ex Africa uenientibus ſuum opus occurreret: & niſi abſente eo per præfectum urbis medium ſimulacrum eius eſſet locatum, aditum Palatinis ædibus, id eſt, regium atrium ab ea parte facere uoluiſſe perhibetur: quod etiam pòſt Alexander cum uellet facere, ab aruſpicibus dicitur eſſe prohibitus, cum hoc ſciſcitatus non litaſſet.

AELII SPARTIANI

PESCENNIVS NIGER

AD DIOCLETIANVM AVG.

RARVM atq; difficile eſt, ut quos tyrãnos aliorum uictoria fecerit, bene mittantur in literas, atq; ideo uix omnia de his plene in monumentis atque annalibus habentur. Primum enim quæ magna ſunt, in eorum honorem ab ſcriptoribus deprauantur: deinde alia ſupprimuntur: poſtremo non magna diligentia in eorum genere ac uita requiritur, quum ſatis ſit, audaciã eorum & bellum in quo uicti fuerint, ac pœnam proferre. Peſcennius ergo Niger, ut alij tradunt, modicis parẽtibus: ut alij, nobilibus fuiſſe dicitur, patre Annio Fuſco, matre Lampridia, auo curatore Aquini. ex qua familia originem ducebat, quod quidem dubiũ etiam nunc habetur. Hic eruditus mediocriter, moribus ferox, diuitijs immodicus, uita parcus, libidinis effrenatæ ad omne genus cupiditatum, ordines diu duxit, multisq; ducatibus peruenit ut exercitus Syriacos iuſſu Cõmodi regeret, ſuffragio maxime athletę, qui Commodum ſtrangulauit, ut omnia tunc fiebant Is poſteaquã comperit occiſum Commodum, Iulianum imperatorem appellatum, eundemq; iuſſu Seueri & ſenatus occiſum, Albinum etiam in Gallia ſumpſiſſe nomen imperatoris, ab exercitibus Syriacis, quos regebat, appellatus eſt imperator, ut quidam dicunt, magis in Iuliani odium, quàm in æmulationem Seueri. Huic ob deteſtationem Iuliani primis imperij diebus ita Romæ fautum eſt à ſenatoribus duntaxat, qui & Seuerum oderant, ut inter lapidationes exe- *Lapidatio, pro* crationesq; omnium illi feliciter optarent, illum principem inſuper, & illum Auguſtũ *inſectatione* populus acclamaret. Iulianum autem oderãt populares, quòd Pertinacem milites occidiſſent, & illum imperatorẽ aduerſa populi uoluntate appellaſſent. Deniq; ingentes ob hoc ſeditiones fuerunt. Ad occidendũ autem Nigrum, primipilarem Iulianus miſerat, ſtulte ad eũ qui haberet exercitus, & ſe tueri poſſet: perinde quaſi qualislibet imperator à primipilario poſſet occidi. Eadem autem dementia etiam Seuero iam principi Iulianus ſucceſſorem miſerat. Deniq; etiam Aquilium centurionem, notum cædib. ducum miſerat, quaſi imperator tantus à centurione poſſet occidi. Par deniq; inſania fuit, quòd cum Seuero ex interdicto de imperio egiſſe fertur, ut iure uideretur ad principatum perueniſſe. Et de Peſcennio Nigro iudicium populi ex eo apparuit, quòd cum ludos Circẽſes Iulianus Romæ daret, & indiſcrete ſubſellia Circi maximi repleta eſſent, ingentiq; iniuria populus affectus eſſet, per omnes uno cõſenſu Peſcennius Niger ad tutelam urbis eſt expetitus, odio ut diximus, Iuliani, & amore occiſi Pertinacis. cui quidem Iulianus dixiſſe fertur, Nec ſibi, neq; Peſcennio longum imperiũ deberi, ſed Seuero, qui magis eſſet odio habendus à ſenatoribus, militibus, prouincialib. popularibus, quod probauit rei euentus. Et Peſcennius quidem Seuero eo tempore quo Lugdunenſem prouinciã regebat, amiciſſimus fuit: nam ipſe miſſus erat ad cõprehendendos

deſertores, qui innumeri Gallias tunc uexabant. In quo officio quòd ſe honeſte geſſit, iucundiſſimũ fuit Seuero, ita ut de eo ad Commodum Septimius referret, aſſerens neceſſarium reipub. uirum. Et re uera in re militari uehemens fuit. Nunquã ſub eo miles prouinciali lignum, oleum, operam extorſit. Ipſe à milite nihil accepit: cum tribunatus ageret, nihil accipi paſſus eſt. Nam & imperator tribunos duos quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit: Extat epiſtola Seueri quam ſcribit ad Rogonium Celſum Gallias regentem: Miſerum eſt, ut imitari eius diſciplinã militarem non poſſimus, quem per bellum uicimus. Milites tui uagantur, tribuni medio die lauant, pro triclinijs popinas habent, pro cubiculis meritoria: ſaltant, bibunt, cantant, & menſuris conuiuiorum uacant, cum ſine menſura potent. Hæc ſi ulla uena paternæ diſciplinę in nobis uiueret, fierent? Emenda igitur primum tribunos, deinde militem: quem quandiu timueris, tandiu timeberis. Sed ſcias id de Nigro, militem timere non poſſe, niſi integri fuerint tribuni & duces militum: Hæc de Peſcennio Seuerus Auguſtus, adhuc milite. Marcus Antoninus ad Corneliũ Balbum: Peſcenniũ mihi laudas, agnoſco: nam & deceſſor tuus eum manu ſtrenuũ, uita grauem, & iam tum plus ꝙ militem dixit. Itaq; miſi literas recitandas ad ſigna, quibus eum trecentis Armenicis, & centum Sarmatis, & mille noſtris præeſſe iuſſi. Tuum eſt oſtendere hominem non ambitione, quod noſtris non conuenit moribus, ſed uirtute ueniſſe ad eum locum quem auus meus Adrianus, quem Traianus proauus non niſi exploratiſſimis dabat. De hoc eodem Commodus: Peſcennium fortem uirum noui, & ei tribunatus iam duos dedi: ducatũ mox dabo, ubi per ſenectutem Aelius Corduenus rempub. recuſauerit: Hęc de eo iudicia omnium fuerunt. Sed & Seuerus ipſe ſæpe dixit, ignoturum ſe Peſcennio, niſi perſeueraret. A Commodo deniq; Peſcennius COS. declaratus, Seuero præpoſitus eſt: & quidem irato, quòd primipilaribus cõmendantibus, conſulatũ Niger mereretur. In uita ſua Seuerus dicit, ſe priuſquã filij ſui id ætatis haberent, ut imperare poſſent, ægrotantem id in animo habuiſſe, ut ſi quid fortè ſibi accidiſſet, Niger Peſcennius eidem & Clodius Albinus ſuccederent, qui ambo Seuero grauiſſimi hoſtes extiterant. Vnde apparet quod etiam Seueri de Peſcennio iudiciũ fuerit. Si Seuero credimus, fuit gloriæ cupidus Niger, uita fictus, moribus turpis, ætatis prouectæ cum imperium inuaſit: ex quo cupiditates eius incuſat, perinde quaſi Seuerus minor ad imperium uenerit, qui annos ſuos contrahit, cum decem & octo annis imperarit & octogeſimonono perierit. Sanè Seuerus Heraclium ad obtinendã Bithyniam miſit. Fuluium autem ad occupandos adultos Nigri filios: nec tamen in ſenatu quicꝙ de Nigro Seuerus dixit, quum iam audiſſet de eius imperio, ipſe autem proficiſceretur ad componendum Orientis ſtatum. Tantũ ſanè illud fecit proficiſcens, ut legiones ad Africam mitteret, ne eam Peſcennius occuparet, & fame populũ Romanum perurgeret. Et uidebatur id facere poſſe pèr Libyam Aegyptumq; uicinas Africæ, difficili licet itinere ac nauigatione. Et Peſcennius quidem ueniente ad Orientem Seuero, Gręciam, Thracias, Macedoniam, interfectis multis illuſtribus uiris tenebat, ad participatũ imperij Seuerum uocans: à quo cauſa eorum quos occiderat, cum Aemiliano hoſtis eſt appellatus: deinde à ducibus Seueri per Aemilianũ pugnans uictus eſt. Et cum illi tutum exilium promitteret ſi ab armis recederet, perſiſtens iterũ pugnauit, & uictus eſt, atq; apud Cyzicum circa paludem fugiens ſauciatus, & ſic ad Seuerum adductus, atq; ſtatim mortuus. Huius caput circumlatum pilo Romam miſſum: filij occiſi, necata uxor, patrimonium publicatum, familia omnis extincta. Sed hæc omnia poſteaquã de Albini rebellione cognitum eſt, facta ſunt: nam prius & filios Nigri, & matrem in exilium miſerat. Red exarſit ſecundo ciuili bello, imò etiam tertio, & factus eſt durior: Tunc enim innumeros ſenatores interemit Seuerus, & ab alijs Syllæ Punici, ab alijs Marij nomen accepit. Fuit ſtatura Peſcẽnius prolixa, forma decorus, capillo in uerticẽ ad gratiam reflexo, uocis canoræ, ita ut in campo loquens per mille paſſus audiretur, niſi uentus aduerſaretur. Oris uerecundi & ſemper rubidi: ceruice adeo nigra, ut quemadmodum multi dicunt, ab ea Nigri nomen acceperit. Cætera corporis parte candidus & magis pinguis: uini auidus, cibi parcus, rei uenereæ niſi ad creandos liberos prorſus ignarus. Deniq; etiam ſacra quædã in Gallia quæ caſtiſſimis decernuntur, conſenſu publico ce

lebranda

lebranda ſuſcepit. Hunc in Cōmodianis hortis in porticu curua, pictum de muſiuo in ter Cōmodi amiciſſimos uidemus ſacra Iſidis ferentem: quibus Cōmodus adeo deditus fuit, ut & caput raderet, & Anubim portaret, & omnis partes expleret. Fuit ergo miles optimus, tribunus ſingularis, dux præcipuus, legatus ſeueriſſimus, conſul inſignis, uir domi foriſq; cōſpicuus, imperator infelix: uſui deniq; reip. ſub Seuero homine tetrico eſſe potuiſſet, ſi cum eo eſſe uoluiſſet. Sed deceptus eſt conſilijs Seueri Aureliani, qui filias ſuas eius filijs deſpondēs, perſiſtere eum fecit in imperio. Hic tantæ fuit autoritatis, ut ad Marcum primum, deinde ad Cōmodum ſcriberet, cum uideret prouincias facili adminiſtrationū mutatione ſuberti: Primum ut nulli ante quinquenniū ſuccederetur prouinciæ præſidi, uel legato, uel proconſuli, quòd prius deponerent poteſtatem, ꝙ ſcirent adminiſtrare: deinde ne noui ad regendam remp. accederent. præter militares adminiſtrationes, intimauit ut aſſeſſores in quib. prouincijs aſſediſſent, in his adminiſtrarent. Quod poſtea Seuerus, & deinceps multi tenuerunt, ut probant Pauli & Vlpiani præfecturæ, qui Papiniano in conſilio fuerunt: ac poſtea cum unus ad memoriam, alter ad libellos paruiſſet, ſtatim præfecti facti ſunt. Huius etiam illud fuit, ut nemo aſſideret in ſua prouincia, nemo adminiſtraret Romæ, niſi Romanus, hoc eſt, oriundus urbe. Addidit præterea cōſiliarijs ſalaria, ne eos grauarent quibus aſſidebāt, dicens, iudicem nec dare debere, nec accipere. Hic erga milites tanta fuit cenſura, ut cū apud Aegyptū ab eo limitanei milites uinum peterent, reſponderit, Nilum habetis, & uinum quæritis? Siquidem tanta illius fluminis dulcedo, ut accolæ uina non quærant. Idem tumultuantibus his qui à Sarracenis uicti fuerant, & dicentibus, Vinum non accepimus, pugnare non poſſumus: Erubeſcite, inquit, illi qui uos uincunt, aquā bibunt. Idem Palæſtinis rogantibus ut eorum cenſitio leuaretur, iccirco quòd eſſet grauata, reſpondit: Vos terras ueſtras leuari cenſitione uultis, ego uero etiam aerem ueſtrum cenſere uellem. Deniq; Delphici Apollinis uates in motu reip. maximo cum nunciaretur tres eſſe imperatores, Seuerum Septimiū, Peſcēnium Nigrum, Clodium Albinū, conſultus quem expediret reip. imperare, uerſum græcum huiuſmodi ſudiſſe dicitur:

Optimus eſt Fuſcus, bonus Afer, peſſimus Albus.

Ex quo intellectum Fuſcum, Nigrum appellatū uaticinatione: Seuerum, Afrum: Album uero Albinum dictum. Nec defuit alia curioſitas. requiſitum eſt qui eſſet obtenturus remp. Ad quod ille reſpondit alium uerſum talem:

Fundetur ſanguis Albi, Nigriq; minantis,
Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.

Item cum quæſitū eſſet quis illi ſucceſſurus eſſet, reſpondiſſe itidem græco uerſu dicit,

Cui dederint ſuperi, nomen habere Pij.

Quod om̄ino intellectū non eſt, niſi cū Baſſianus Antonini, quod uerū ſignū Pij fuit, nomē accepit. Item cū quæreret quādiu imperaturus eſſet, reſpondiſſe græce dicitur.

Bis denis Italum conſcendet nauibus æquor,
Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.

Ex quo intellectum, Seuerum uiginti annos expleturū. Hęc ſunt Diocletiane maxime Auguſtorū quæ de Peſcennio didicimus ex pluribus libris. Non enim facile, ut in principio libri diximus, quiſq; uitas eorum mittit in libros, qui aut principes in rep. nō fuerunt, aut à ſenatu appellati non ſunt imperatores: aut occiſi citius, ad famam uenire nequiuerunt. Inde quòd latet Vindex, quòd Piſo neſcitur, quòd omnes illi qui aut tātum adoptati ſunt, aut à militibus imperatores appellati, ut ſub Domitiano Antonius, aut cito interempti, uitam cum imperij uſurpatione poſuerunt. Sequitur nunc ut de Clodio Albino dicam, qui quaſi ſocius huius habetur, quòd & pariter contra Seuerum rebellauerunt, & ab eodem uicti atque occiſi ſunt. De quo ipſo neq; ſatis clara extant: quia eadem fortuna illius fuit quæ Peſcennij, etiam ſi uita ſatis diſpar. Ac ne quid ex his quæ ad Peſcennium pertinent, præteriſſe uideamur, licet alijs libris cognoſci poſſint, de hoc Peſcennio uates dixerunt, quòd neq; uiuus, neq; mortuus in poteſtatem Seueri uenturus eſſet, ſed iuxta aquas illi pereundum eſſet: quod quidam dicunt ipſum Seuerum de matheſi quam callebat, dixiſſe: Nec abfuit reſponſis ueritas, cum ille inuentus ſit iuxta paludem ſemiuiuus. Hic tantæ fuit ſeueritatis, ut cum

milites quoſdam in caueo argẽteo expeditionis tempore bibere uidiſſet, iuſſerit omne argentum ſubmoueri de uſu expeditionali, addito eo, ut ligneis uaſis uterentur: quod quidem illi odium militare concitauit. Dicebat enim poſſe fieri, ut ſarcinæ militares in poteſtatem hoſtium uenirent, ne ſe barbaræ nationes argento noſtro glorioſiores facerent, cum alia minus apta hoſticam uiderentur ad gloriam. Idem iuſſit uinum in expeditione neminem bibere, ſed aceto uniuerſos eſſe contentos. Idem piſtores ſequi ex- peditionẽ prohibuit, buccellato iubens milites et omnes contentos eſſe. Idem ob unius gallinacei direptionem, decem cõmanipulones qui raptum ab uno comederant, ſecuri percuti iuſſit: & feciſſet, niſi ab omni exercitu propè uſqꝫ ad metum ſeditionis eſſet rogatus: & cum peperciſſet, iuſſit ut dénorum gallinaceorũ pretia prouinciali redderent decem qui ſimul furto cõuixerant, addito eo, ut tota in expeditione in cõmanipulatione nemo focum faceret, ne unqꝫ recens coctum cibum ſumerẽt, ſed pane ac frigidis ueſcerentur, appoſitis ſpeculatorib. qui id curarent. Idem iuſſit, ne in zonis milites ad bellum aureos uel argẽteos nummos portarent, ſed publice cõmendarent, recepturi poſt prælia quod dederant, addens liberis eorum & uxoribus & heredibus certe reddendũ qui ueniſſent, ne ad hoſtes aliquid prædæ perueniret, ſi quid forte aduerſi fortuna feciſſet. Sed hæc omnia, ut ſe habuerat Cõmodi temporum diſſolutio, aduerſa eidem fuere. Denicꝫ & ſi nemo fuit qui ſuis temporib. dux ſeuerior uideretur, ad perniciem illi magis iſta fuere, ꝙ mortuo, ubi & inuidia & odium depoſita erãt, talia exempla ualuerũt. Idem in omni expeditione ante omnes militarem cibum ſumpſit ante papilionem: nec ſibi unqꝫ uel contra ſolem, uel contra imbres quæſiuit tecti ſuffragium, ſi miles non habuit. Tantum denicꝫ belli tempore ratione militibus demonſtrata, ſibi & ſeruis ſuis uel contubernalibus portauit, quantũ à militibus ferebatur, cum ſeruos ſuos annona onerarent, ne illi ſecuri ambularent, & onuſti milites, idqꝫ ab exercitu cum ſuſpirio uiderẽt. Idem in concione iurauit, ſe quandiu in expeditionibus fuiſſet, eſſetqꝫ adhuc futurus, nõ aliter eſſe acturum ſe ꝙ militem, Marium ante oculos habentem & duces tales. nec alias fabulas unqꝫ habuit niſi de Annibale, cæteriſqꝫ talibus. Denicꝫ cum imperatori fa-

Scite ꝗto quidam panegyricũ recitare uellet, dixit ei, Scribe laudes Marij uel Annibalis, uel alicuius ducis optimi uita functi, & dic quid ille fecerit, ut eum nos imitemur. Nam uiuentes laudare irriſio eſt, maxime imperatores, à quibus ſperatur, qui timẽtur, qui præſtare publice poſſunt, qui poſſunt necare, qui proſcribere: ſe autem uiuum placere uelle, mortuum etiam laudari. Amauit de principibus Auguſtum, Veſpaſianum, Titum, Traianum, Pium, Marcum, reliquos fœmineos uel uenenatos uocãs: maxime tamen in hiſtorijs Marium & Camillum, & Q. Martium Coriolanũ dilexit. Interrogatus aũt quid de Scipionibus ſentiret, dixiſſe fertur, Felices illos fuiſſe magis ꝙ fortes: idqꝫ probare domeſticam uitam & iuuentutem, quæ in utroqꝫ minus ſpecioſa domi fuiſſe apud omnes conſtat. Quòd ſi rerum potitus fuiſſet, omnia correcturus fuerat, quæ Seuerus uel non potuit emendare, uel noluit: & quidem ſine crudelitate, imò etiam cum lenitate, ſed militari, non remiſſa & inepta atqꝫ ridicula. Domus eius hodie Romæ uiſitur in campo Iouis, quæ appellaẽ Peſcẽniana: in qua ſimulacrũ eius in trichoro conſtituit, ſtatim poſt annũ ex Thebaico marmore, quod ille ad ſimilitudinẽ ſui factum à rege Thebæorum acceperat. Extat etiam epigrãma græcum, quod latine hanc habet ſententiã:

Terror Aegyptiaci Niger aſtat militis ingens,
 Thebaidos ſocius aurea ſecla uolens,
Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma.
 Hic Antoninis charus & imperio.
Nigrum nomen habet, Nigrum formauimus ipſi,
 Vt conſentirent forma metalla tibi.

Quos quidem uerſus Seuerus eradi noluit, cum hoc ei & præfecti ſuggererent, & officiorum magiſtri, addens, Si talis fuit, ſciant omnes qualem uicerimus: ſi talis non fuit, putent omnes nos talem uiciſſe: imò ſic ſit, quia fuit talis.

Aelij

AELII SPARTIANI

ANTONINVS CARACALLVS

EX DVOBVS liberis quos Septimius Seuerus reliquit, Getam & Baſſianum, quorum unum exercitus, alterũ pater dixit, Geta hoſtis eſt iudicatus: Baſſianum autem obtinuiſſe imperium conſtat: de cuius maioribus fruſtra putamus iterandum, cum omnia in Seueri uita ſatis dicta ſint. Huius igitur pueritia blanda, ingenioſa, parentibus affabilis, amicis parentum iucunda, populo accepta, grata ſenatui, ipſi etiam ad amorem conciliandũ ſalutaris fuit. Non ille in literis tardus, nõ in beneuolentijs ſegnis, non tenax in largitate, nõ lentus in clementia, ſed ſub parentibus, uiſus. Deniq; ſi quando feris obiectos damnatos uidit, fleuit, aut oculos auertit: quod populo plus quàm amabile fuit. Septennis puer cum colluſorem ſuum puerum, ob Iudaicam religionem grauius uerberatũ audiſſet, neq; patrem ſuum neq; patrem pueri uel autores uerberum diu reſpexit. Antiochenſibus & Byzantijs interuentu ſuo iura uetuſta reſtituit: quibus iratus fuit Seuerus, quòd Nigrum iuuerant. Plautiani odium crudelitatis cauſa concepit. Quæ à parentibus gratia ſigillariorum acceperat, ea uel clientibus, uel magiſtris ſponte donauit. Sed hæc puer. Egreſſus uero pueritiam, ſeu patris monitis, ſeu calliditate ingenij, ſiue quòd ſe Alexandro Magno Macedoni æquãdum putabat, reſtrictior, grauior, uultu etiam truculentior factus eſt, prorſus ut eum quem puerum ſcirent, multi eſſe non crederent. Alexãdrum Magnum eiusq; geſta in ore ſemper habuit. Tiberium & Syllam in conuentu plerunq; laudauit. Patre ſuperbior fuit. Fratrem magna eius humilitate deſpexit. Poſt patris mortem in caſtra prætoria pergens, apud milites conqueſtus eſt, circumueniri ſe fratris inſidijs, atq; ita fratrem in palatio fecit occidi. eius corpus ſtatim cremari præcepit. Dixit præterea, in caſtris fratrem ſibi uenenum paraſſe, matri eum irreuerentem fuiſſe: egitq; publice his gratias qui eum occiderunt. Addidit deniq; his qui fideliores erga ſe fuerant ſtipendium. Pars militum apud Albam Getam occiſum ægerrime accepit, dicentibus cunctis, duobus ſe fidem promiſiſſe liberis Seueri, duobus ſeruare debere: clauſisq; portis diu imperator non admiſſus, niſi delinitis animis, non ſolum querelis de Geta & criminationibus editis, ſed enormitate ſtipendij militibus, ut ſolet, placatis, atq; inde Romã redijt. Tunc ſub ueſte ſenatoria loricam habens, cum armatis militibus curiam ingreſſus eſt. Hos in medio inter ſubſellia duplici ordine collocauit, & ſic uerba fecit: Queſtus eſt de fratris inſidijs inuolute & incondite ad illius accuſationem, ſui uero excuſationem: quod quidẽ nec ſenatus libenter accepit, cum ille dixiſſet, fratri ſe omnia permiſiſſe, fratrem ab inſidijs liberaſſe: & illum tamen ſibi grauiſſimas inſidias feciſſe, nec uicem amori reddidiſſe fraterno. Poſt hoc relegatis deportatisq; reditum in patriam reſtituit; inde ad prętorianos proceſſit, & in caſtris manſit. Altera die Capitolium petijt: & eos quos occidere parabat, affabiliter eſt allocutus, innitẽsq; Papiniano & Chiloni, ad palatiũ redijt. Cum flentem matrem Getæ uidiſſet, aliasq; mulieres poſt necem fratris, mulieres occidere conatus eſt: ſed ob hoc retentus, ne augeret̃ fratris occiſi crudelitas. Lætum ad mortem coegit, miſſo à ſe ueneno: ipſe enim inter ſuaſores Getæ mortis primus fuerat, qui & primus interemptus eſt. Ipſe mortẽ eius ſæpiſſime fleuit. Multos qui cædis eius cõſcij fuerant, interemit, eumq; & imaginẽ eius honorauit. Poſt hoc fratrem patruelẽ Afrum, cui pridie partes de cœna miſerat, iuſſit occidi. Qui cum ſe præcipitaſſet percuſſorũ timore, & ad uxorem crure fracto erepſiſſet, tamen per ludibriũ à percuſſoribus deprehẽſus eſt & occiſus. Occidit etiam Pompeianum Marci nepotem ex filia natũ, & ex Pompeiano cui nupta fuerat Lucilla poſt mortẽ Veri imperatoris: quem & conſulẽ bis fecerat, & omnibus bellis præpoſuerat, quę grauiſſima tũc fuerũt: & ita quidẽ ut uideret̃ à latronib, interemptus. Deinde in conſpectu eius Papinianus

ſecuri

ſecuri percuſſus eſt, & à militibus occiſus: quo facto percuſſori dixit: Gladio te exequi oportuit meum iuſſum. Occiſus eſt etiam eius iuſſu Petronius ante templum diui Pij, tractaq́; ſunt eorum per plateam cadauera ſine aliqua humanitatis reuerentia. Filiũ autem Papiniani, qui ante triduũ quæſtor opulentum munus ediderat, interemit. Iiſdem diebus occiſi ſunt innumeri, qui fratris eius partibus fauerant. Occiſi etiam liberti, qui Getæ adminiſtrauerant. Cædes deinde in omnibus locis & in balneis factæ. Occiſiq́; nonnulli etiam cœnantes, inter quos etiam Sammonicus Serenus, cuius libri plurimi ad doctrinã extant. In ſummum diſcrimen etiam Chilo iterũ pręfectus & conſul uenit, ob hoc ꝙ concordiam inter fratres ſuaſerat. Et cum idem Chilo ſublata ueſte ſenatoria, nudis pedibus ab urbanicianis raptus eſſet, Antoninus ſeditionẽ compreſſit. Multas præterea poſtea cædes in urbe fecit, paſsim raptis à militibus nonnullis hominibus & occiſis, quaſi ſeditionẽ uindicans. Heluiũ Pertinacem ſuffectum COS. ob hoc ſolum ꝙ filius eſſet imperatoris, occidit. Neq; ceſſauit unq; ſub diuerſis occaſionibus eos interficere, qui fratris amici fuiſſent. Sæpe in ſenatum, ſæpe in populũ ſuperbe inuectus eſt, aut edictis propoſitis, aut orationibus editis, Syllam ſe etiam oſtendens futurũ. His geſtis Galliam petijt: atq; ut primum in eam uenit, Narbonenſem proconſulem occidit. Cunctis deinde turbatis qui in Gallia res regebant, odium tyrannicũ meruit, quamuis aliquando fingeret ſe benignũ, cum eſſet natura truculentus. Et cum multa contra homines, & cõtra iura ciuitatum feciſſet, morbo implicitus grauiter laborauit. Circa eos qui eum curabant, crudeliſsimus fuit. Deinde ad Orientem profectionẽ parans, omiſſo itinere in Dacia reſedit. Circa Rhetiã non paucos Barbaros interemit: militesq́; ſuos quaſi Syllæ milites, & cohortatus eſt & donauit. Deorum ſanè ſe nominibus appellari uetuit, quod Cõmodus fecerat: cum illi eum quòd leonẽ, aliasq́; feras occidiſſet, Herculem dicerẽt. Et cum Germanos ſubegiſſet, Germanicũ ſe appellauit: uel ioco, uel ſerio, ut erat ſtultus & demens, aſſerens ſi Lucanos uiciſſet, Lucanicum ſe appellandum. Damnati ſunt eo tempore, qui urinam in eo loco fecerunt, in quo ſtatuæ aut imagines erant principis: & qui coronas imaginibus eius detraxerãt, ut alias ponerent. Damnati ſunt & qui remedia quartanis tertianisq́; collo annexa geſtarent. Per Thracias cum præf. præt. iter fecit: inde cum in Aſiam traijceret, naufragij periculũ adijt antemna fracta, ita ut in ſcapham cum protectorib. deſcenderet. Vnde in triremem à præfecto claſſis receptus, euaſit. Excepit apros frequẽter, contra leonem etiam ſtetit: quo etiam miſſis ad amicos literis gloriatus eſt: ſeq; ad Herculis uirtutem acceſſiſſe iactauit. Poſt hoc ad bellum Armeniacum, Parthicumq́; cõuerſus, ducem bellicum qui ſuis competebat moribus fecit. Inde Alexandriam petijt, in gymnaſium populum conuocauit, eumq́; obiurgauit: legi etiam ualidos ad militiam præcepit. Eos autem quos legerat, occidit exemplo Ptolemæi Euergetis, qui octauus hoc nomine appellatus eſt. Dato præterea ſigno militibus ut hoſpites ſuos occiderent, magnam cædem Alexandriæ fecit. Dehinc per Caduſios fines & Babylonios ingreſſus, tumultuarie cum Parthorum ſatrapis manum contulit, feris etiam beſtijs in hoſtes immiſſis. Datis ad ſenatum quaſi poſt uictoriam literis, Parthicus appellatus eſt: nam Germanici nomen patre uiuo fuerat conſecutus. Deinde cum iterum uellet Parthis bellum inferre, atq; hybernare Edeſſæ, atq; inde Carras Luni dei gratia ueniſſet, die natalis ſui VIII. Idus April. ipſis Megalenſibus cum ad requiſita naturæ diſceſſiſſet, inſidijs à Macrino præfecto præt. poſitis, qui poſt eum inuaſit imperiũ, interemptus eſt. Conſcij cædis fuerunt Nemeſianus & frater eius Apollinaris, Retianusq́; qui præfect. legionis ſecundæ Parthicæ militabat, & qui equitibus extraordinarijs præerat, non ignorantibus Martio Agrippa qui claſſi præerat, & præterea pleriſq; officialium impulſu Martialis. Occiſus eſt autem in medio itinere inter Carras & Edeſſam, cũ leuandæ ueſicæ gratia ex equo deſcendiſſet, atq; inter protectores ſuos cõiuratos cædis ageret. Deniq; cum illum in equum ſtrator eius leuaret, pugione latus eius confodit: conclamatumq́; ab omnibus eſt, id Martialem feciſſe. Et quoniam dei Luni fecimus mentionem, ſciendum doctiſſimis quibuſq; id memorię traditum: atq; ita nunc quoq; à Carrenis præcipue haberi, ut qui Lunam fœmineo nomine ac ſexu putauerit nuncupandã, is addictus mulieribus ſemper inſeruiat: at uero qui marem deum eſſe crediderit, is dominetͬ uxori, neq; ullas muliebres patiatur inſidias. *Lunus deus*

Vnde

Vnde quamuis Græci uel Aegyptij eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam
deam dicant, myſtice tamen deum dicunt. Scio de Papiniani nece multos ita in literas
retuliſſe, ut cædis nõ aſciuerint cauſam, alijs alia referentibus: ſed ego malui ueritatem
opinionum edere, quàm de tanti uiri cæde reticere. Papinianũ amiciſſimum fuiſſe im-
peratori Seuero, & ut aliqui loquuntur, affinem etiam per ſecundam uxorem, memo-
riæ traditur: & huic præcipue utrunq; filium à Seuero cõmendatum, eumq; cum Seue
ro profeſſum, ſub Sceuola & Seuero in aduocatione fiſci ſucceſſiſſe, atq; ad hoc cõcor-
diam fratrum Antoninorũ fouiſſe. egiſſe quin etiam ne occideret, cum iam de inſidijs
eius Baſſianus quereretur: atq; ideo unà cum his qui fautores fuerant Getæ, à militi-
bus, non ſolum permittente, uerumetiam ſuadente Antonino, occiſum. Multi dicunt,
Baſſianum occiſo fratre illi mandaſſe, ut & in ſenatu per ſe & apud populũ facinus di-
lueret. illum autem reſpondiſſe: Non tam facile parricidium excuſari poſſe, quàm fieri.
Eſt etiam hęc fabella, quòd dictare noluerit orationem qua inuehendũ erat in fratrem,
ut cauſa eius melior fieret qui occideret. illum autem negantem reſpondiſſe, Aliud eſt
parricidium, accuſare innocentem occiſum. Sed hoc omnino non conuenit: nam neq;
præfectus poterat dictare orationem, & conſtat eum quaſi fautorem Getæ occiſum. Et
fertur quidem, Papinianum cum raptus à militibus ad palatium traheretur occidẽdus,
prædiuinaſſe, dicentem, Stultiſsimum fore qui in ſuum ſubrogaretur locum, niſi appe
titam crudeliter præfecturam uindicaret. Quòd factum eſt: nam Macrinus occidit, ut
ſuprà expoſuimus: qui cum filio factus in caſtris imperator, filium ſuum qui Diadume
nus uocatur, Antoninum uocauit, idcirco quod à prętorianis multum Antoninus de-
ſideratus eſt. Baſsianus uixit annis XLIII. Imperauit annis VI. Publico funere elatus
eſt. Filiũ reliquit qui poſtea & ipſe M. Antoninus Heliogabalus eſt dictus: ita enim no
men Antoninorũ inoleuerat, ut uelli ex animis hominũ non poſſet: quod omnium pe-
ctora uelut Auguſti nomen obſederat. Fuit male moratus, & patre duro crudelior. Aui
dus cibi, uini etiam appetens, ſuis odioſus, & præter milites prætorianos omnibus ca-
ſtris exoſus: prorſus nihil inter fratres ſimile. Opera Romæ reliquit, thermas nominis
ſui eximias: quarũ ſellam ſolearem architecti negant poſſe ulla imitatione qua facta eſt,
fieri. Nam & ex ære uel cupro cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur, quibus cameratio tota
concredita eſt: & tantum eſt ſpatij, ut idipſum fieri negent potuiſſe docti mechanici. Re
liquit & porticũ patris nomine, quæ geſta illius contineret, & triumphos, & bella. Ipſe
Caracalli nomen accepit à ueſtimẽto quod populo dederat demiſſo uſq; ad talos, quod
antè non fuerat: unde hodieq; Antoninianæ dicuntur Caracallæ huiuſmodi, in uſu ma
xime Romanæ plebis frequentatæ. Idem uiam nouam muniuit, quæ eſt ſub eius ther-
mis, Antoninianis ſcilicet, qua pulchrius inter Romanas plateas non facile quicq; in-
uenias. Sacra Iſidis Romam deportauit, & templa ubiq; magnifice eidem deæ fecit. Sa
cra etiam maiore reuerentia celebrauit, q̃ antè celebrabantur. In quo quidem mihi mi-
rum uidetur, quemadmodum ſacra Iſidis primum per hunc Romam ueniſſe dicantur,
cum Antoninus Commodus ita ea celebrauerit, ut & Anubin portaret, & Pauſa ſede
ret: niſi fortè iſte addidit celebritati, non eam primus inuexit. Corpus eius Antonino-
rum ſepulchro illatũ eſt, ut ea ſedes reliquias eius acciperet, quæ nomẽ addiderat. Inter
eſt ſcire quemadmodũ nouercam ſuam Iuliam uxorem duxiſſe dicatur. Quæ cum eſſet
pulcherrima, & quaſi per negligentiam ſe maxima corporis parte nudaſſet, dixiſſetq;
Antoninus, Vellem, ſi liceret. reſpondiſſe fertur: Si libet, licet: An neſcis te imperatorẽ
eſſe, & leges dare, non accipere? Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis ro
boratus eſt: nuptiasq; eas celebrauit, quas ſi ſciret ſe leges dare, uere ſolus prohibere de
buiſſet. Matrem enim (nõ alio dicenda erat nomine) duxit uxorem, ad parricidiũ iun-
xit inceſtum: ſiquidem eam matrimonio ſociauit, cuius filium nuper occiderat. Nõ ab
re eſt etiam diaſyrticũ quiddam in eum dictum addere. Nam cũ Germanici & Parthi-
ci & Arabici & Alemannici nomen aſcriberet (nam Alemannorum gentem deuice-
rat) Heluius Pertinax filius Pertinacis dicitur ioco dixiſſe, Adde ſi placet etiam Geti
cus maximus, quòd Getam occiderat fratrem, & Gotti Getæ dicerentur: quos ille dum
ad Orientem tranſit, tumultuarijs prælijs deuicerat. Occidendi Getæ multa prodigia
extiterunt, ut in uita eius exponemus. Nam quamuis prior ille è uita exceſſerit, nos ta-

Papiniani mors

Hæc ſcelerata uox nunc aſsidue occinitur auribus regum etiam à theologis

Gotti, iidem Getæ

men ordinem ſecuti ſumus: ut qui & prior natus eſt, & prior imperare cœperat, prior ſcriberet. Eo ſanè tempore quo ab exercitu appellatus eſt Auguſtus uiuo patre, quod ille pedibus æger gubernare non poſſe uideretur imperiū, confuſis animis militum & tribunorum, Seuerus dicitur animo uolutaſſe, ut & hunc occideret, niſi repugnaſſent præfecti eius graues uiri. Aliqui contrà dicunt, præfect. uoluiſſe id fieri, ſed Septimium noluiſſe, ne & ſeueritas illius crudelitatis nomine inquinaretur: & cum autores criminis milites fuerint, adoleſcens ſtultæ temeritatis pœnas lueret, tam grauis ſupplicij titulo, ut à patre uideretur occiſus. Hic tamen omnium duriſſimus, & ut uno complectamur uerbo, parricida & inceſtus, patris & matris & fratris inimicus, à Macrino qui eū occiderat, timore militum, ac maxime prætorianorū, inter deos relatus eſt. Habet templum, habet ſalios, habet ſodales Antoninianos, qui Fauſtinæ templū & diuale nomē eripuit: certe templum quod ei ſub Tauri radicibus fundauerat olim maritus Antoninus, in quo poſtea filius Baſſiani Heliogabalus Antoninus ſibi, uel Ioui Syrio, uel Soli (incertum enim id eſt) templum fecit.

AELII SPARTIANI

ANTONINVS GETA

AD CONSTANTINVM AVG.

SCIO Conſtantine Auguſte, & multos & clementiam tuam quæſtionem mouere poſſe, cur etiam Geta Antoninus à me tradatur. de cuius priuſq́ uel uita, uel nece dicam, diſſeram cur & ipſi Antonini à Seuero patre ſit nomē appoſitū. Neq; enī multa in eius uita dici poſſunt, qui prius rebus humanis exemptus eſt, ꝙ cum fratre teneret imperium. Septimius Seuerus quodā tempore cum conſuluiſſet, ac petijſſet ut ſibi indicaretur quo eſſet ſucceſſore moriturus, in ſomnis uidit Antoninū ſibi ſucceſſurum. Quare ſtatim ad milites proceſſit, & Baſſianū filium maiorem natu, M. Aurelium Antoninū appellauit. Quod cum feciſſet, paterna cogitatione, uel ut quidam dicunt, à Iulia uxore cōmonitus, quæ gnara erat ſomnij, ꝙ minori filio hoc facto ipſe intercluſiſſet aditum imperandi, etiam Getam minorem filium Antoninum uocari iuſſit. Itaq; ſemper ab eo in epiſtolis familiarib. dictus eſt Antoninus, cum ſi fortè abeſſet, ſcriberet, Salutate Antoninos filios & ſucceſſores meos. Sed nihil ualuit patris matriſ'ue cautio: nam ſolus ille ſucceſſit, qui primus Antonini nomen accepit. Et hæc de Antonini nomine. Geta autem dictus eſt, uel à patrui nomine, uel aui paterni: de cuius uita & moribus in uita Seueri Marius Maximus primo ſeptenario ſatis copioſe retulit. Fuit autem Antoninus Geta etiam ob hoc ita dictus, ꝙ in animo habuit Seuerus, ut omnes deinceps principes quemadmodū Auguſti, ita etiam Antonini dicerentur, atq; amore Marci quem fuiſſe uel fratrem ſuum dicebat, & cuius philoſophiam literarumq; inſtitutionem ſemper imitatus eſt. Dicunt aliqui, non in Marci honorē tantum Antonini nomini delatū, cum id Marcus adoptiuus habuerit, ſed in eius qui Pius cognominatus, Adriani ſcilicet ſucceſſoris: & quidem ob hoc, quòd Seuerum ille ad fiſci aduocationē delegerat ex formula forenſi, cum ad tantos proceſſus ei patuiſſet dati ab Antonino primi gradus uel honoris auſpicium: ſimul quòd nemo ei uideretur felicior imperator ad cōmodandum nomen eo principe, cuius proprium nomē iam per quatuor principes cucurriſſet. De hoc eodē Seuerus gnarus genituræ illius, cuius, ut pleriq; Afrorum, peritiſſimus fuit, dixiſſe fertur: Mirum mihi uidetur Iuuenalis amantiſſime, Geta noſter diuus futurus, cuius nihil imperiale in genitura uideo. Erat enī Iuuenalis præf. eius præt. Nec eum fefellit. Nam Baſſianus cum eum occidiſſet, ac uereret tyrānicam ex parricidio notam, audiretq;, poſſe mitigari facinus ſi diuum fratrē appel-

laret

laret,dixiſſe fert: Sit diuus dum non ſit uiuus. Deniq; eum inter diuos retulit,atq; ideo utcunq; redijt cum fama in gratiã parricida. Natus eſt Geta Seuero & Vitellio C O S S. Mediolani,& ſi aliter alij prodiderunt, V I. Cal. Iunias ex Iulia: quam idcirco Seuerus uxorem duxerat,quòd eam in genitura habere compererat,ut regis uxor eſſet,iſq; priuatus,ſed iam optimi in repub. loci. Statim ut natus eſt, nuntiatum eſt ouum gallinam in aula peperiſſe purpureũ. Quod cum allatum Baſſianus frater eius accepiſſet,& quaſi paruulus aploſum ad terram fregiſſet,Iulia dixiſſe fertur ioco: Maledicte parricida, fratrem tuum occidiſti. Idq; ioco dictum, Seuerus altius quàm quiſquam præſentiũ accepit: à circumſtãtibus autem poſtea uelut diuinitus effuſum approbatũ eſt. Fuit etiam aliud omen. Nam cum in uilla cuiuſdã Antonini plebei hominis agnus natus eſſet,qui uellus in fronte purpureũ haberet, eadem die atq; hora qua Geta natus eſt, audiſſetq; ille ab aruſpice,poſt Seuerum Antoninum imperaturũ,ac de ſe ille auguraretur,ſed tamen tale fati timeret indicium, ferro eum adegit: quod & ipſum ſigno fuit, Getam ab Antonino interimendũ,ut poſtea ſatis claruit. Fuit etiam aliud omen ingens poſtea,ut exitus docuit huius facinoris quod euenit. Nam cum infantis Getæ natalem Seuerus cõmendare uellet, hoſtiam popa nomine Antoninus percuſſit: quod tunc nec quæſitum nec animaduerſum, poſt uero intellectũ eſt. Fuit adoleſcens moribus aſperis, ſed non impijs,à natura decorus,tractator,guloſus,cupidus ciborum,& uini uarie conditi. Huius illud pueri fertur inſigne, quòd cum uellet partium diuerſarũ uiros Seuerus occidere,& inter ſuos diceret,hoſtes uobis eripio: cõſentiretq; adeo uſq; Baſſianus,ut eorum etiã liberos ſi ſibi conſuleret,diceret occidendos: Geta interrogaſſe fertur,quantus eſſet interficiendorum numerus: Cumq; dixiſſet pater,ille interrogauit,Iſti habent parentes,habent propinquos? Cum reſpõſum eſſet,habere complures: plures ergo in ciuitate triſtes erunt,quàm læti,quòd uicimus. Et obtinuiſſet eius ſententia, niſi Plautianus præfectus,uel Iuuenalis inſtitiſſent ſpe proſcriptionũ,ex quibus ditati ſunt. His accedebat Baſſiani fratris nimia crudelitas: qui cum contenderet & diceret quaſi ioco, quaſi ſerio,omnes cum liberis occidẽdos partium diuerſarũ: Geta ei dixiſſe dicitur: Tu qui nulli parcis,potes etiam fratrem occidere. Quod dictum eius tunc nihil,pòſt uero pro præſagio fuit. Fuit in literis aſſequendis & tenax ueterum ſcriptorum,paternarum etiam ſententiarũ memor,fratri ſemper inuiſus,matri amabilior quàm frater,ſubbalbe tamẽ canorus. Veſtitus nitidi cupidiſſimus, ita ut patri doleret. ſi quid accepit à præſentibus,ad ſuum contulit cultum,neq; quicquam cuipiam dedit. Poſt Parthicum bellum cum ingenti gloria floreret, Baſſiano participe imperij appellato, Geta quoq; Cæſaris & Antonini,ut quidam dicunt,nomen accepit. Familiare illi fuit has quæſtiones grammaticis proponere,ut dicerent,ſingula animalia quomodo uocem emitterent,uelut agni balant,porcelli grunniunt,palumbes minurriunt,urſi ſæuiunt,leones rugiunt,leopardi rictant,elephanti barriunt, ranæ coaxant,equi hinniunt,aſini rudunt, tauri mugiunt,eaſq; de ueteribus approbare. Sereni Sammonici libros familiariſſimos habuit, quos ille ad Antoninũ ſcripſit. Habebat etiam iſtam cõſuetudinem,ut conuiuia & maxime prandia per ſingulas literas iuberet ſciẽtibus ſeruis,uelut in quo erat anſer,aprugna,anas: item pullus,perdix,pauus, porcellus,piſcis,perna,& quæ in eam literam genera edulium caderent: & item faſianus,farta,ficus,& talia. Quare comis etiam habebatur in adoleſcentia. Occiſo eo,pars militum quæ incorrupta erat,parricidium ægerrime accepit,dicentibus cunctis,duobus ſe liberis fidem promiſiſſe,duobus ſeruare debere: clauſiſq; portis diu non eſt imperator admiſſus. Deniq; niſi querelis de Geta editis,& animis militum delinitis, enormib. etiam ſtipendijs datis,Romam Baſſianus redire non potuit. Poſt hæc deniq; & Papinianus,& multi alij interẽpti ſunt,qui uel concordiæ fauerant, uel qui partium Getæ fuerant: ita ut utriuſq; ordinis uiri & in balneo cœnantes,& in publico percuterentur, Papinianus ipſe ſecuri percuſſus ſit,improbante Baſſiano,quod non gladio res peracta ſit. Ventum deniq; eſt uſq; ad ſeditionem urbanicianorum militum: quos quidem non leui autoritate Baſſianus compreſſit, tribuno eorum,ut alij dicunt, interfecto: ut alij, relegato. Ipſe aũt tantum timuit,ut loricam ſub lato habens clauo,etiam curiã ſit ingreſſus,atq; ita rationem facti ſui, & necis Geticæ reddiderit. Quo quidem tempore Heluius Pertinax,filius Pertinacis,qui poſtea eſt

Maledictus

Grammaticorum quæſtiunculæ

ab eodem Baſſiano interemptus, recitanti Fauſtino prætori & dicenti, Sarmaticus maximus & Parthicus maximus, dixiſſe dicitur, adde & Geticus maximus, quaſi Gotticus: quod dictum altius in pectus Baſſiani deſcendit, ut poſtea nece Pertinacis eſt approbatum: nec ſolum Pertinacis, ſed & aliorum, ut ſupra dictum eſt, paſſim & iniquè. Heluium autem etiam ſuſpectũ habuit affectatæ tyrannidis, quòd eſſet in amore omnium, & filius Pertinacis imperatoris: quæ res nulli facile priuato ſatis tuta eſt. Funus Getæ accuratius fuiſſe dicitur, quàm eius qui à fratre uideretur occiſus. Illatusq; eſt maiorum ſepulchro, hoc eſt Seueri, quod eſt in Appia uia euntibus ad portã dextrum, ſpecie Septizonij extructum, quod ſibi ille uiuus ornauerat. Occidere uoluit & matrem Getæ nouercam ſuam, quòd fratrem lugeret: & mulieres quas poſt reditum de curia flentes reperit. Fuit præterea eius immanitatis Antoninus, ut his præcipue blandiretur quos ad necem deſtinabat, ut eius magis blandimentũ timeretur quàm iracundia. Mirum ſanè omnibus uidebatur, quod mortem Getæ toties ipſe etiam fleret, quoties nominis eius mentio fieret, quoties imago uideretur aut ſtatua. Varietas autem tanta fuit Antonini Baſſiani, imò tanta ſitis cædis, ut modo fautores Getæ, modo inimicos occideret, quos ſors obtuliſſet: quo facto magis Geta deſiderabatur.

AELII LAMPRIDII

ANTONINVS HELIOGABALVS

AD CONSTANTINVM AVG.

VITAM Heliogabali Antonini impuriſſimam, qui Varius etiam dictus eſt, nunquam in literas miſiſſem, ne quis fuiſſe Romanorũ principem ſciret, niſi ante Caligulas & Nerones & Vitellios hoc idem habuiſſet imperiũ: ſed cum eadem terra & uenena ferat & frumentũ, atq; alia ſalutaria, alia contraria, eadem ſerpentes & ciconias, compenſationem ſibi lector diligens faciet, cum legerit Auguſtum, Veſpaſianum, Titum, Traianũ, Adrianum, Pium, Marcum, contra hos prodigioſos tyrannos: ſimul intelliget Romanorum iudicia, quòd illi & diu imperarunt, & exitu naturali functi ſunt: hi uero interfecti, tracti, tyranni etiam appellati, quorum nec nomina libet dicere. Igitur occiſo Macrino, eiusq; filio Diadumeno, qui pari poteſtate imperij Antonini etiam nomen acceperant, in Varium Heliogabalum imperium collatũ eſt, idcirco quòd Baſſiani filius diceretur. Fuit autem Heliogabali uel Iouis, uel Solis ſacerdos, atq; Antonini ſibi nomẽ aſciuerat, uel in argumentum generis, uel quòd id nomen uſqueadeo charum eſſe cognouerat gẽtibus, ut etiam parricida Baſſianus cauſa nominis amaretũ. Et hic quidem prius dictus eſt Varius, pòſt Heliogabalus à ſacerdotio dei Heliogabali, cui templum Romæ in eo loco cõſtituit, in quo prius ædes Horci fuit, quem è Syria ſecum adduxit. Poſtremo cum accepit imperium, Antoninus appellatus eſt: atq; ipſe in Romano imperio ultimus Antoninorum fuit. Hic tantum Semiamiræ matri deditus fuit, ut ſine illius uoluntate nihil in rep. faceret, cum ipſa meretricio more uiuẽs, in aula omnia turpia exerceret. Antonino autem Caracallo ſtupro cognita, ita ut hinc uel Varius uel Heliogabalus uulgò cõceptus putaretur Et aiunt quidam, Varij etiam nomen idcirco eidem inditum à condiſcipulis, ꝙ uario ſemine, de meretrice utpote conceptus, uideretur. Hic fertur occiſo Macrini factione patre, ut dicebatur, Antonino in templum dei Heliogabali confugiſſe uelut in aſylum, ne interficeretur à Macrino, qui ſæuiſſime cum filio luxurioſo & crudeli exercuit imperiũ. Sed de nomine hactenus, quãuis ſanctum illud Antoninorũ nomen polluerit. Quod tu Conſtantine ſacratiſſime ita ueneraris, ut Marcum & Pium inter Conſtantios Claudiosq; uelut maiores tuos aureos formaueris, adoptãs uirtutes ueterum

tuis

tuis morib. congruentes, & tibi amicas charasq́. Sed ut ad Antoninū Varium reuertamur, nactus imperiū, Romam nuntios miſit: excitatisq́ omnibus ordinibus, omni etiã populo ad nomen Antoninū, quod non ſolū titulo, ut in Diadumeno fuerat, ſed etiam in ſanguine redditū uidebatur, cum ſe Antoninū Baſsiani filium ſcripſiſſet, ingens eius deſiderium factū eſt. Erat præterea etiam rumor qui nouis poſt tyrannos ſolet donari principibus: qui niſi ex ſummis uirtutibus non permanet, & quē multi mediocres principes amiſerūt. Deniq́ ubi in ſenatu lectæ ſunt literæ Heliogabali, ſtatim fauſta in Antoninum, & dira in Macrinū, eiusq́ filiū dicta ſunt: appellatusq́ Antoninus princeps, uolentibus cunctis, & ſtudioſe credentibus, ut ſeſe habent uota hominū ad credulitatē feſtinantium, cum quod optant, uerum eſſe deſiderant. Sed ubi primum ingreſſus eſt urbem, omiſſis his quæ in prouincia gerebantur, Heliogabalum in Palatino monte iuxta ædes imperatorias conſecrauit, eiq́ templū fecit, ſtudens & Matris typum, & Veſtæ ignem, & Palladium, & ancilia, & omnia Romanis ueneranda in illud transferre templum, & id agens ne quis Romæ deus niſi Heliogabalus coleretur. Dicebat præterea, Iudæorum & Samaritanorū religiones, & Chriſtianam deuotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum ſecretum Heliogabali ſacerdotium teneret. Deinde ubi primum diem ſenatus habuit, matrem ſuam in ſenatum rogari iuſſit. Quæ cum ueniſſet uocata ad conſulum ſubſellia, ſcribendo affuit, id eſt, ſenatuſconſulti conficiendi teſtis: ſolusq́ omnium imperatorum fuit, ſub quo mulier quaſi clariſſima, loco uiri ſenatum ingreſſa eſt. Fecit & in colle Quirinali ſenatulum, id eſt, mulierum ſenatum, in quo antè fuerat conuentus matronalis, ſolennibus duntaxat diebus, & ſi unquam aliqua matrona conſularis, coniugij ornamentis eſſet donata: quod ueteres imperatores affinibus detulerunt, & his maxime quæ nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatæ remanerent. Sed Semiamira facta ſunt ſenatuconſulta ridicula de legibus matronalibus: quæ quo ueſtitu incederent, quæ cui cederet, quæ ad cuius oſculum ueniret: quæ pilento, quæ equo ſaginario, quæ aſino ueheretur, quæ carpento mulari, quæ boum: quæ ſella ueheretur, & utrum pellicea, an oſſea, an eborata, an argentata: & quæ aurum uel gemmas in calciamentis haberent. Ergo cum hybernaſſet Nicomediæ, atque omnia ſordide ageret, inireturq́ à uiris & ſubaret, ſtatim milites facti ſui pœnituit, quod in Macrinum conſpirauerant, ut hunc pricipem facerent: atq́ in conſobrinum eiuſdem Heliogabali Alexandrum, quem Cæſarem ſenatus Macrino interempto appellauerat, inclinauere animos. Quis enim ferre poſſet principem per cuncta caua corporis libidinem recipientem, cum ne beluam quidem talem quiſquam ferat? Romæ denique nihil egit aliud, niſi ut emiſſarios haberet, qui ei bene naſatos perquirerēt, eosq́ ad aulam perducerent, ut eorum conditionibus frui poſſet. Agebat præterea domi fabulam Paridis, ipſe Veneris perſonam ſubiens, ita ut ſubito ueſtes ad pedes defluerēt: nudusq́ una manu ad mammam, altera pudendis adhibita ingenicularet, poſterioribus eminentibus in ſubactorē reiectis & oppoſitis. Vultum præterea eodem quo Venus pingitur, ſchemate figurabat, corpore toto expolitus: eum fructum uitæ præcipuum exiſtimans, ſi dignus atq́ aptus libidini plurimorum uideretur. Vendidit & honores & dignitates & poteſtates, tam per ſe, quàm per omnes ſeruos ac libidinum miniſtros. In ſenatum legit ſine diſcrimine ætatis, cenſus, generis, pecuniæ merito, militaribus etiam præpoſituris, & tribunatibus, & legationibus, & ducatibus uenditis, etiam procurationibus, & Palatinis officijs. Aurigas Protogenē & Gordium, primo in certamine curuli ſocios, poſt in omni uita & actu participes habuit. Multos quorum corpora placuerant, de ſcena, & circo, & harena in aulam traduxit. Herodem uero ſic amauit, ut eidem inguina oſcularetur, quod dictu etiam uerecundū eſt, Floralia ſacra ſe aſſerens celebrare. In uirginem Veſtalem inceſtum admiſit. Sacra P.R. ſublatis penetralibus profanauit. Ignem perpetuum extinguere uoluit. Nec Romanas tantum extinguere uoluit religiones, ſed per orbē terræ, unum ſtudens ut Heliogabalus deus unus ubiq́ coleretur: & in penum Veſtæ, quod ſolæ uirgines ſoliq́ pontifices adeunt, irrupit pollutus ipſe omni contagione morum, cum his qui ſe polluerant. Et penetrale ſacrum eſt auferre conatus: cumq́ ſeriam quaſi ueram rapuiſſet, quamuis uirgo maxima falſam monſtrauerat, atq́ in ea nihil reperiſſet, applosam fregit: nec tamen quicquā re-

Chriſtiana deuotio

ligioni dempſit, quia plures ſimiles factæ dicuntur eſſe, ne quis ueram unquam poſſit auferre. Hæc cum ita eſſent, ſignum tamen quod Palladium eſſe credebat, abſtulit: & auro fictum, in ſui dei templo locauit. Matris etiam deûm ſacra accepit, & adeo debacchatus eſt, ut typũ eriperet, & alia ſacra quæ penitus habentur condita. Iactauit autem caput inter præciſos phanaticos, & genitalia ſibi deuinxit, & omnia fecit quæ Galli facere ſolent. ablatumq́ ſanctum nomẽ in penetrale dei ſui trãſtulit. Salambonem etiam omni planctu & iactatione Syriaci cultus exhibuit, omen ſibi faciens imminentis exitij. Omnes ſanè deos ſui dei miniſtros eſſe aiebat, cum alios eius cubicularios appellaret, alios ſeruos, alios diuerſarũ rerum miniſtros. Lapides qui diui dicũtur, ex proprio templo Dianæ Laodiceæ, ex adyto ſuo, in quo id Oreſtes poſuerat, afferre uoluit. Et Oreſtem quidem ferunt non unum ſimulacrum Dianæ, nec uno in loco poſuiſſe, ſed multa in multis. Poſtea q̃ ſe apud [illegible] flumina circa Hebrum ex reſponſo purificauit, etiam Oreſtam condidit ciuitatem, quam ſæpe cruentari hominũ ſanguine neceſſe eſt. Et Oreſtam quidem urbem Adrianus ſuo nomine uindicari iuſſit, eo tempore quo furore cœperat laborare, ut ex reſponſo cum ei edictum eſſet, ut in furioſi alicuius domũ uel nomen irreperet. Nam ex eo emollitam inſaniam ferunt, per quam multos ſenatores occidi iuſſerat: quibus ſeruatis, Antoninus Pij nomen meruit, quòd eos poſt ad ſenatum adduxit, quos omnes iuſſu principis interfectos credebant. Cædit & humanas hoſtias, lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam patrimis & matrimis, credo ut maior eſſet utriq́ parenti dolor. Omne deniq́ magorum genus aderat illi, operabaturq́ quotidie hortante illo & gratias dijs agente, quod amicos eorum inueniſſet, cum inſpiceret exta puerilia, & excuteret hoſtias ad ritum gentilem ſuum. Cum collatum miſiſſet in populũ, non nummos uel argẽteos, uel aureos, uel bellaria, uel minuta animalia, ſed boues opimos, & camelos, & aſinos, & ceruos populo diripiendos abiecit, imperatoriũ id eſſe dictitans. Inſectatus eſt famam Macrini crudeliter, ſed multo magis Diadumeni quòd Antoninus dictus eſt, Pſeudoantoninũ, & Pſeudophilippum eum appellans, ſimul q cum luxurioſiſſimus extitiſſet, uir fortiſſimus, optimus, grauiſſimus, ſeueriſſimus diceret. Coegit deniq́ ſcriptores nõnullos nefanda, imò potius non ferenda eius dicta de luxuria diſputare, ut in uita eius. Lauacrũ publicũ in ædibus aulicis fecit ſimul, & palàm populo exhibuit, ut eo conditiones bene naſatorũ hominum colligeret. Idq́ diligenter curatũ eſt, ut ex tota penitus urbe, atq́ ex nauticis mononobelos quærerent: ſic eos appellabant, qui uiriliores uidebantur. Cum Marcomãnis bellum inferre uellet, quos Antoninus pulcherrime profligauerat, dictũ eſt à quibuſdam, per Chaldæos & Magos Antoninũ Marcum id egiſſe, ut Marcomanni P. R. ſemper deuoti eſſent atq́ amici, idq́ factis carminibus & cõſecratione. cum quæreret quæ illa eſſent, uel ubi eſſent, ſuppreſſum eſt. Conſtabat enim illum ob hoc conſecrationem quærere, ut eam diſſiparet ſpe belli concitandi. Et idcirco maxime, quòd audierat reſponſum fuiſſe, ab Antonino bellum Marcomannicum finiẽdum, cum hic Varius, & Heliogabalus, & ludibrium publicum diceretur, nomen autem Antonini pollueret in quod inuaſerat. Prodebatur autem per eos maxime, qui dolebãt ſibi homines ad exercendas libidines bene naſatos, & maioris peculij opponi. Vnde etiam de nece eius cogitari cœpit: Et hæc quidem domi. Sed milites peſtem illam uelari imperatoris nomine, pati nequiuerunt, ac primum inter ſeſe, deinde per coronas iecere ſermones, in Alexandrum omnes inclinantes, qui iam Cæſar erat à ſenatu dictus eo tempore quo Macrinus, conſobrinus huius Antonini. Nam Varia una his erat auia: unde Heliogabalus Varius dicebatur. Zoticus ſub eo tantum ualuit, ut ab omnibus officiorum principibus ſic haberetur, quaſi domini maritus eſſet. Erat præterea idem Zoticus qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta & facta uenderet fumis, quàm maxime diuitias enormes ſperans, cum alijs minaretur, alijs pollicеretur, omnes falleret. Egrediensq́ ab illo ſingulos adiret dicens, de te hoc locutus ſum, de te hoc audiui, de te hoc futurũ eſt, ut ſunt homines huiuſmodi: qui ſi admiſſi fuerint ad nimiã familiaritatem principũ, famam non ſolum malorũ, ſed & bonorum principũ uendunt, & qui ſtultitia uel innocentia imperatorũ, qui hoc non perſpiciunt, infami rumigeratione paſcuntur. Nupſit & coijt, ut & pronubũ haberet, clamaretq́, cõcide magire, & eo quidẽ

Collatum

Enormis

tempore

tempore quo Zoticus ægrotabat. quærebat deinde à philoſophis & grauiſsimis uiris,
an & ipſi in adoleſcentia perpeſsi eſſent quæ ipſe pateretur, & quidē impudentiſsime.
neq; enim unquam uerbis pepercit infamibus, cum & digitis impudicitiam oſtētaret;
nec ullus in cōuentu & audiente populo eſſet pudor. Fecit libertos præſides, legatos,
conſules, duces, omneſq; dignitates polluit ignobilitate hominum perditorum. Cum
ad uindemias uocaſſet amicos nobiles, & ad corbes ſediſſet, grauiſsimum quenq; per-
cunctari cœpit, an promptus eſſet in uenerem. erubeſcentibuſq; ſenibus, exclamabat:
Erubuit, ſalua res eſt, ſilentium ac ruborē pro conſenſu ducens. Addidit prętерea ipſe,
quæ faceret ſine ullius pudoris uelamēto. Poſteaq; ſenes uidit erubeſcere ac tacere, uel
quia ætas, uel quia dignitas talia refutabat, contulit ſe ad iuuenes, & ab his cœpit om-
nia exquirere: à quibus cum audiret ætati congrua, gaudere cœpit, & dicere, uere libe
ram uindemiam eſſe, quam ſic celebrarent. Ferunt multi ab ipſo primum repertum, ut
in uindemiarum feſtiuo multa in dominos iocularia, & audientibus dominis diceren-
tur, quæ ipſe cōpoſuerat, & Greca maxime. Horum pleraq; Marius Maximus dicit in
uita ipſius Heliogabali. Erant amici improbi, & ſenes quidā, & ſpecie philoſophi, qui
caput reticulo cōponerent, qui improba quædam pati ſe dicerent, qui maritos ſe habe
re iactarent. Quos quidā finxiſſe dicunt, ut illi fierent uitiorū imitatione chariores. Ad
præfecturam prætorij ſaltatorem, qui hiſtrionicā Romæ fecerat, aſciuit. Præfectum ui
gilum Gordium aurigam fecit: præfectum annonæ Claudium cenſorem. ad honores
reliquos promouit commendatos ſibi pudibilium enormitate membrorum. ad uiceſi
mam hæreditatū mulionem curare iuſsit. iuſsit & curſorē, iuſsit & cocū, & clauſtrariū
artificem. Cum ingreſſus eſt uel caſtra uel curiā, auiam ſuam Variam nomine, de qua
ſuperius dictum eſt, ſecum induxit, ut eius autoritate honeſtior fieret, quia per ſe non
poterat: nec ante eum, quod iam diximus, ſenatum mulier ingreſſa eſt, ita ut ad ſcribē-
dum rogaretur, & ſententiam diceret. In cōuiuijs exoletos maxime iuxta ſe ponebat,
eorumq; attrectatione & tactu præcipue gaudebat: nec quiſquam ei magis poculum
cum bibiſſet, dabat. Inter hæc mala uitæ impudiciſsimæ Alexandrum, quem ſibi ado-
ptauerat, à ſe amoueri iuſsit, dicens ſe pœnitere adoptionis, mandauitq; ad ſenatū, ut
Cæſaris ei nomen abrogaretur. Sed in ſenatu hoc prodito ingens ſilentiū fuit. Siquidē
erat optimus iuuenis Alexander, poſtea cōprobatus genere imperij eius, cum ideo di-
ſpliceret patri, quòd impudicus non eſſet. Erat autem eidem cōſobrinus, & ut quidam
dicunt, à militibus etiam amabatur, & ſenatui acceptus erat, & equeſtri ordini: Nec de
fuit tamen furor uſq; ad exitium uoti peſsimi. Nam ei percuſſores immiſit. Et hoc qui-
dem modo ipſe ſeceſsit ad hortos Spei ueteris, quaſi contra nouum iuuenem uota cō-
cipiens, relicta in palatio matre, & auia, & cōſobrino ſuo: iuſsitq; ut trucidaretur iuue- *Nota tyrannorum*
nis optimus, & reip. neceſſarius. Miſit & ad milites literas, quibus iuſsit ut abrogare-
tur nomen Cæſaris Alexādro. Miſit qui in caſtris ſtatuarū eius titulos luto tegerēt, ut
fieri ſolet de tyrannis. Miſit & ad nutritores eius, quibus imperauit ſub præmiorū ſpe
atq; honorū, ut eum occiderēt quo uellent modo, uel in balneis, uel ueneno, uel ferro.
Sed nihil agunt improbi cōtra innocētes. Nam nulla ui quis adduci potuit ut tantum
facinus impleret, cū in ipſum magis cōuerſa ſint tela, quæ parabat alijs: ab hiſq; fit in-
terfectus, quibus alios appetebat. Sed ubi primū lutati ſunt tituli ſtatuarū, milites om-
nes exarſerūt: & pars in palatium, pars in hortos, in quibus erat Varius, ire tendunt ut
Alexandrū uindicarēt, hominēq; impurū, eundemq; parricidialis animi tādem à rep.
depellerent. Et cum in palatiū ueniſſent, Alexandrū cum matre atq; auia cuſtoditū di-
ligentiſsime poſtea in caſtra duxerūt. Secuta autē erat illos Semiamira mater Helioga
bali pedibus, ſolicita filio. Inde itum eſt in hortos, ubi Varius inuenitur certamen auri
gandi parans, expectans tamē intentiſsime quādo eidem nuntiarēt conſobrinus occi
ſus. Qui ſubito militū ſtrepitu exterritus in angulū ſe cōdidit, obiectuq; ueli cubicula-
ris, quod in introitu erat cubiculi, ſe texit. Miſit ex præfectis alios ad cōpeſcendos mili
tes in caſtra: alios uero ad eos placādos, qui iam in hortos ueniſſent. Antiochianus igi
tur ex præfectis unus, milites qui in hortos uenerant, & ſacramēti admonitione exorā
uit, ne illū occiderēt: quia nec multi uenerāt, & pleriq; cū uexillo, quod Ariſtomachus
tribunus retinuerat, remanſerāt. Hæc in hortis. In caſtris uero milites precāti pręfecto

dixerũt, ſe parſuros eſſe Heliogabalo, ſi & impuros homines, & aurigas, & hiſtriones à ſe dimoueret, atq; ad bonã frugem rediret: his maxime ſubmotis, qui cum omnium dolore apud eum plurimum poterant, & qui omnia eius uendebant, uel uanitate, uel fumis. Remoti ſunt deniq; ab eo, Herodes, Gordus, & Muriſsimus, & duo improbi familiares, qui eum ex ſtulto ſtultiorem faciebant. Mandatũ præterea à militibus præfectis, ne paterentur illum ita diutius uiuere: & ut Alexander cuſtodiretur, ne uel illi aliqua uis afferretur, ſimul ne Cæſar quempiam amicũ Auguſti uideret, ne ulla fieret imitatio turpitudinis. Sed Heliogabalus & ingenti prece Herodẽ repoſcebat impudiciſsimum hominem, & inſidias indies Cæſari propagabat. Deniq; Cal. Ianuarijs, cum ſimul tum deſignati eſſent conſules, noluit cum conſobrino procedere. Ad extremum cum ei auia & mater dicerent, imminere milites ad eius exitiũ, niſi concordiã uiderent inter ſe conſobrinorum, ſumpta prætexta hora diei ſexta proceſsit ad ſenatũ, auia ſua ad ſenatum uocata, & ad ſellam producta. Deinde in Capitoliũ ad uota concipienda, & perficienda ſolennia ire noluit: omnia per præfectũ urbanũ facta ſunt, quaſi conſules illic non eſſent. Nec diſtulit cædem conſobrini: ſed timens ne ſenatus ad aliquem ſe inclinaret, ſi ille cõſobrinum occidiſſet, iuſsit ſubito ſenatum urbe decedere. Omnesq; etiam quibus aut uehicula, aut ſerui deerant, ſubito proficiſci iuſsi ſunt: cum alij per baiulos, alij per fortuita animalia & mercede conducta ueherentur. Sabinũ conſularem uirum, ad quem libros Vlpianus ſcripſit, quòd in urbe remanſiſſet, uocato centurione mollioribus uerbis iuſsit occidi. Sed centurio aure ſurdior, imperari ſibi credidit ut urbe pelleretur: itaq; fecit, ſic uitium centurionis Sabino ſaluti fuit. Remouit & Vlpianũ iuriſconſultum, ut bonum uirum: & Siluinum rhetorem, quem magiſtrum Cæſaris fecerat. Et Siluinus quidem occiſus eſt, Vlpianus uero reſeruatus. Sed milites, & maxime prætoriani, uel ſcientes quæ mala in Heliogabalũ pararãt, uel quod ſibi uiderent inuidiam, facta conſpiratione ad liberandam remp. primum in conſcios uario genere mortis, cum alios uitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderẽt, ut mors eſſet uitæ conſentiens. Poſt hoc in eum impetus factus eſt, atq; in latrina ad quam confugerat, occiſus. Tractus deinde per publicum, additaq; iniuria cadaueri eſt, ut id in cloaculam milites mitterent. Sed cum non cepiſſet cloacula fortuito, per pontem Aemilium annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abiectum eſt, ne unquã ſepeliri poſſet. Tractum eſt cadauer eius etiam per Circi ſpatia, priuſquam in Tiberim præcipitaretur. Nomen eius, id eſt, Antonini, eraſum eſt ſenatu iubente, remanſitq; Varij Heliogabali: ſiquidem illud affectato retinuerat, cum uult uideri filius Antonini. Appellatus eſt poſt mortem Tiberinus, & tractitius, & impurus, & multa ſi quãdo ea erant deſignanda, quæ ſub eo facta uidebantur. Solusq; omnium principum tractus eſt, & in cloacam miſſus, & in Tiberim precipitatus. Quod odio communi omnium contigit, à quo ſpeciatim cauere debent imperatores: ſiquidẽ nec ſepulchra mereantur, qui amorem ſenatus, populi, ac militum non merẽtur. Opera publica ipſius præter ædem Heliogabali dei, quem Solem alij, alij Iouem dicunt: & amphitheatri inſtauratio poſt exuſtionem, & lauacrũ in uico Sulpitio, quod Antoninus Seueri filius cœperat, nulla extant. Et lauacrum quod Antoninus Caracallus dedicauerat, & lauando, & populum admittendo. Sed porticus defuerãt, quę poſtea ob hoc ſub Decio Antonino extructæ ſunt, & ab Alexandro perfectæ. Hic ultimus Antoninorum fuit, quamuis cognomine poſtea Gordianos multi Antoninos putent, qui Antonij dicti ſunt, non Antonini. Vita moribus, improbitate ita odibilis, ut eius nomen ſenatus eraſerit. quem nec ego Antoninum uocaſſem, niſi cauſa cognitionis, quæ cogit plerunq; dici ea etiam nomina, quæ ſunt abolita. Occiſa eſt cum eo & mater Semiamira probroſiſsima mulier, & digna filio. Cautumq; ante omnia poſt Antoninum Heliogabalum, ne unquam mulier ſenatum ingrederetur, utq; inferis eius caput dicaretur, deuouereturq;, per quem id eſſet factum. De huius uita multa in literas miſſa ſunt obſcœna: quæ quia digna memoratu nõ ſunt, ea ſolum prodenda cenſui, quæ ad luxuriam pertinebant: quorũ aliqua priuatus, aliqua iam imperator feciſſe perhibetur: cũ ipſe priuatus diceret ſe Apicium, imperator uero Neronẽ, Othonẽ, & Vitellium imitari. Nam primus omniũ priuatorũ thoros aureis thoralibus texit, quia tunc ex Antonini Marci autoritate id fieri licebat

Vlpianus

licebat, qui omnem apparatum imperatorium publice uendiderat. Deinde æſtiua con uiuia coloribus exhibuit, ut hodie Praſinum uitreum, alia die Venetum deinceps exhiberet, ſemper uarie per dies omnes æſtiuos. Primus deinde menſas & capſas argẽteas habuit. Primus etiam cacabos. Vaſa deinde centenaria argentea ſculpta, & nonnulla ſchematibus libidinoſiſsimis inquinata. Et maſticatũ, & puleiatum, & omnia hæc quæ nunc luxuria retinet, primus inuenit. Nam roſatũ ab alijs acceptum, pinearum etiam attritione odoratius reddidit. Deniq; hæc genera poculorum ante Heliogabalum nõ leguntur. Nec erat ei ulla uita, niſi exquirere nouas uoluptates. Primus fecit de piſcibus iſitia, primus de oſtreis, & leioſtreis, & alijs huiuſmodi marinis conchis, & locuſtis, & cammaris, & ſcyllis. Strauit & triclinia de roſa, & lectos & porticus, ac ſic per ea deambulauit, idq; omni florum genere, lilijs, uiolis, hyacinthis, & narciſsis. Hic non niſi unguento nobili, aut croco piſcinis infectis natauit. Nec cubuit in accubitis facile, niſi his quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum, ſubalares ſæpe culcitras mutans. Senatum nonnunquam ita contempſit, ut mancipia togata appellaret: Populum uero Ro. unius fundi cultorem: equeſtrem ordinem in nullo loco habens. Præfectum urbicum ſæpe poſt cœnam ad potãdum uocabat, adhibitis & præfectis præt. ita ut ſi recuſarent, magiſtri horũ eos cogerent. Voluit & per ſingulas urbes lenones præfectos urbi facere, & ut eſſent in urbe XIIII. & feciſſet, ſi uixiſſet, promoturus omẽs turpiſsimos & ultimæ profeſsionis homines. Hic ſolido argento factos habuit lectos, & tricliniares, & cubiculares. Comedit ſæpius ad imitationem Apicij calcanea camelorum, & criſtas uiuis gallinaceis demptas, linguas pauonum, & luſciniarum: quòd qui ederet, ab epilepſia tutus diceretur. Exhibuit & palatinis ingẽtes dapes extis illorũ refertas, & cerebellis phœnicopterum, & perdicũ ouis, & cerebellis turdorum, & capitibus pſittacorum & faſianorum & pauonum. Barbas ſane mullorum tantas iubebat exhiberi, ut pro naſturtijs, apiaſtris, & faceláribus, & fœno Græco exhiberet plenis ſabatarijs & diſcis, quod præcipue ſtupendum eſt. Canes iecinoribus anſerum pauit. Habuit leones, & leopardos exarmatos in delicijs: quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam & tertiam menſam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis quòd exarmati eſſent, ad pauorem & ridiculum excitandum. Miſit & uuas apamenas in præſepia equis ſuis: & pſittacis atq; faſianis leones pauit & alia animalia. exhibuit & ſumina aprugna per dies decem tricena quotidie cum ſuis bulbis: piſum cum aureis, lentem cum ceraunijs, fabam cum electris, & orizam cum albis exhibens. Albas præterea in uicem piperis piſcibus & tuberibus conſperſit. Oppreſsit in triclinijs uerſatilibus paraſitos ſuos uiolis & floribus, ſic ut animam aliqui efflauerint, cum eripi ad ſummum non poſſent. condito piſcinas & ſolia temperauit, & roſato atq; abſynthiato uulgus ad bibendum inuitauit: & ipſe cum populo tantum bibit, ut in piſcina eum bibiſſe intelligeretur, uiſo quòd unus bibiſſet. Eunuchos pro apophoretis dedit: dedit quadrigas, equos ſtratos, mulos, baſternas & rhedas: dedit & aureos millenos, & centena pondo argenti. Sortes ſanè conuiuiales ſcriptas in cochlearibus habuit tales, ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muſcas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem ſtruthiones, alius decem oua pullina, ut ueræ ſortes eſſent, & fata tentarentur: quod quidem & ludis ſuis exhibuit, cum & urſos decem, & decem gryllos, & decem lactucas, & decem auri libras in ſorte habuit. Primusq; hunc morem ſortis inſtituit, quem nũc uidemus. Sed uere ad ſortem ſcenicos uocauit, cum & canes mortuos, & libram bubulæ carnis haberet in ſorte. Et item centum aureos, & mille argenteos, & centum folles æris, & alia talia, quæ populus tam libenter accepit, ut eum poſtea imperare gratularetur. Fertur in euripis uino plenis nauales circenſes exhibuiſſe, pallia de œnanthio fudiſſe, & elephantorum quatuor quadrigas in Vaticano agitaſſe, dirutis ſepulchris quæ obſiſtebãt. Iunxiſſe etiam camelos quaternos ad currus in circo priuato ſpectaculo. Serpentes per Marſicæ gẽtis ſacerdotes collegiſſe fertur: eosq; ſubito ante lucem, ut ſolet populus ad ludos celebres conuenire, effudiſſe, multosq; afflictos morſu & fuga. Vſus eſt aurea omni tunica, uſus & purpurea, uſus & de gẽmis Perſica, cum grauari ſe diceret onere uoluptatis. Habuit & in calciamẽtis gemmas, & quidem ſculptas: quod riſum omnib. mouit, quaſi poſſent ſculpturę nobilium artificũ uideri in

Lecti duplices

gemmis

gemmis quæ pedibus adhærebant. Voluit uti & diademate gemmato, quia pulchrior fieret, & magis ad fœminarum uultũ aptus, quo & uſus eſt domi. Fertur & promiſiſſe phœnicem cõuiuijs, uel pro ea libras auri mille, ut in prætorio eas dimitteret. Marinæ aquæ colymbos exhibuit, in mediterraneis locis maxime, eoſdẽ & ſingulis amicis na tantibus dimiſit, & iterum piſcibus impleuit. Montem niuiũ in uiridario domus æſtate fecit aduectis niuibus. Ad mare piſcem nunquam comedit: in longiſsimis à mari locis omnia marina ſemper exhibuit: murenarum lactibus & luporum in locis mediterraneis ruſticos pauit. Piſces ſemper quaſi in marina aqua cum colore ſuo coctos condi tura ueneta comedit: mométarias de roſato, & roſis piſcinas exhibuit, & bibit cum omnibus ſuis caldaria de nardo exhibens. Idẽ in lucernis balſamũ exhibuit. Idem mulie res nunquam iterauit, præter uxorem. Lupanaria domi amicis, cliẽtibus, & ſeruis exhibuit. Idem nunquã minus C H—S cœnauit, hoc eſt, argenti libris triginta. Aliquando autem tribus milibus H—S cœnauit, omnibus ſupputatis quę impendit. Cœnas uero & Vitellij & Apicij uicit. Piſces ex uiuarijs ſuis bubus traxit, per macellum trãſiens mẽdicitatem publicam fleuit. Paraſitos ad rotam aquariam ligabat, & cum uertigine ſub aquas mittebat, rurſusq́ in ſummum reuoluebat: eosq́ Ixionios amicos uocauit. Strauit & ſaxis Lacedæmonijs ac Porphyreticis plateas in palatio, quas Antoninianas uocauit: quæ ſaxa uſq; ad noſtram memoriam manſerunt, ſed nuper eruta & exacta ſunt. Conſtituerat & columnã unam dare ingentem, ad quam aſcenderetur intrinſecus, ita ut in ſummo Heliogabalum deum collocaret: ſed tantũ ſaxum non inuenit, cum id de Thebaide afferre cogitaret. Ebrios amicos plerunq; claudebat, & ſubito nocte leones, & leopardos, & urſos exarmatos immittebat, ita ut expergefacti in cubiculo eodẽ, leones, urſos, pardos, cum luce, uel quod eſt grauius, nocte inuenirẽt, ex quo pleriq; exanimati ſunt. Multis uilioribus amicis folles pro accubitis ſternebat, eosq́ reflabat prandentibus illis, ita ut plerunq; ſubito ſub menſis inuenirentur prandentes. Primus deniq; inuenit ſigma in terra ſternere, nõ in lectulis, ut à pedib. utres per pueros ad reflandum ſpiritum ſoluerentur. Mimicis adulteris ea quæ ſolent ſimulato fieri, effici ad uerum iuſsit. Meretrices à lenonibus cũctis redemit ſæpe, & manumiſit. Cum inter fabulas priuatas ſermo eſſet ortus quanti hernioſi eſſe poſſent in urbe Roma, iuſſit omnes notari, eosq́ ad balneas ſuas exhibere. & cum iiſdem lauit, nonnullis etiam honeſtis. Gladiatores ante conuiuium pugnantes ſibi frequenter exhibuit. Strauit ſibi tricliniũ in ſummo luſorio. Et dum pranderet, noxios, & uenationes ſibi exhibuit. Paraſitis in ſecunda menſa ſæpe ceream cœnam, ſæpe ligneam, ſæpe eburneam, aliquando fictilem, nonnunq; uel marmoream etiam uel lapideam exhibuit: ita ut omnia illis exhiberent̃ uidenda de diuerſa materia, quæ ipſe cœnabat, cum tantũ biberent per ſingula fercula, & manus quaſi comediſſent, lauarent. Primus Romanorũ holoſerica ueſte uſus fertur, cum iam ſubſerica in uſu eſſent. Linteamen lotum nunq; attigit, mendicos dicens, qui linteis lotis uterentur. Dalmaticatus in publico poſt cœnam ſępe uiſus eſt, Gurgitẽ Fabiũ & Scipionẽ ſe appellans, quòd cum ea ueſte eſſet, cum qua Fabius & Cornelius à parentibus ad corrigendos mores adoleſcentis in publicum eſſent producti. Omnes de Circo, de theatro, de ſtadio, & omnib. locis, et balneis meretrices collegit in ædes publicas, & apud eas concionem habuit quaſi militarem, dicens eas commilitones: diſputauitq́ de generibus ſchematum & uoluptatum. Adhibuit in tali concione poſtea lenones, exoletos undiq; collectos, & luxurioſiſsimos puerulos & iuuenes. Et cum ad meretrices muliebri ornatu proceſsiſſet, papilla eiecta exoletos habitu puerorũ, qui proſtituuntur, poſt concionẽ pronunciauit his quaſi militibus ternos aureos donatiuũ. Petijtq́ ab his, ut à dijs peterent, ut alios haberet ipſis cõmendandos. Iocabatur ſanè ita cum ſeruis, ut eos iuberet millena pondo ſibi aranearũ deferre propoſito præmio, collegiſſeq́ dicit̃ decẽ milia pondo aranearũ, dicens, & hinc intelligendũ q; magna eſſet Roma. Mittebat paraſitis per cellarios ſalaria annua uaſa cum ranis, & ſcorpijs, & cũ ſerpentibus, & huiuſmodi monſtris. Claudebat in eiuſcemodi uaſis infinitũ muſcarũ, apes manſuetas eas appellans. Quadrigas Circenſium in triclinijs & in porticib. ſibi ſemper exhibuit pranſitãs & cœnitans, cõuiuas ſenes agitare cogens, nõ nullos honoratos iam imperatori. iubebat ſibi & decẽ milia muriũ exhiberi, mille muſtelas

ſtelas, mille ſorices. Dulciarios & lactarios tales habuit, ut quæcunq; coqui de diuerſis edulibus exhibuiſſent, uel ſtructores, uel pomarij, illi modo de dulcijs, modo de lactarijs exhiberent. Exhibuit paraſitis cœnas & de uitreis, & nonnunq; tot picta mantilia in menſam mittebat his edulibus picta quæ apponerentur, quot miſſus eſſet habiturus, ita ut de acu aut de textili pictura exhiberentur. Nonnunq; tamen & tabulæ illis pictæ exhibebantur, ita ut quaſi omnia illis exhiberẽtur, & tamen fame macerarẽtur. Miſcuit gemmas pomis ac floribus, iecit & per feneſtrã cibos totidem, quot exhibuit amicis. Iuſſerat & canonẽ P.R. unius anni meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promiſſo, cum eo tempore iuxta prouiſionem Seueri & Traiani ſeptem annorum canon frumentarius Romæ eſſet. Canes quaternos ingentes iunxit ad currum, & ſic eſt uectatus intra domũ regiam. idq; priuatus in agris ſuis fecit. Proceſsit in publicum & quatuor ceruis iunctis ingentibus. Iunxit ſibi & leones, matrem magnã ſe appellans. Iunxit & tigres, Liberum ſeſe uocans, eodemq; habitu agens, quo dij pinguntur quos imitabatur. Aegyptios dracũculos Romæ habuit, quos illi agathodæmonas uocant. Habuit & hippopotamos, & crocodilum, & rhinocerotẽ, & omnia Aegyptia, quæ per naturam ſui exhiberi poterant. Struthiones & camelos exhibuit in cœnis aliquoties, dicens præceptum Iudæis ut ederent. Illud ſanè mirũ uidetur, quod dicitur ab eo factũ, ut de croco ſigma ſtrauerit, cum ſummos uiros rogaſſet ad prandium, pro eorum dignitate ſe dicens fœnum exhibere. Traiecit & dierũ actus noctibus, & nocturnos diebus, æſtimans hoc inter inſtrumenta luxuriæ, ita ut ſero de ſomno ſurgeret & ſalutari inciperet, mane autẽ dormire inceptaret. Amicis quotidie nec quenq; facile indonatum relinquebat, niſi quem frugi quaſi perditum reperiſſet. Habuit gemmata uehicula & aurata, contẽptis argentatis & eboratis & æratis. Iunxit & quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad papillum, uel ternas & amplius, & ſic uectatus eſt: ſed plerunq; nudus, cum illum nudæ traherent. Habuit & hanc conſuetudinẽ, ut octo caluos rogaret ad cœnã, item octo luſcos, & item octo podagroſos, octo ſurdos, octo nigros, octo longos, & octo pingues, cum capi non poſſent uno ſigmate, ut de his omnibus riſus citaret. Donauit & argentũ omne conuiuis quod habuit in conuiuio, & omnem apparatum poculorum, idq; ſæpius. Hydrogarũ Romanorũ ducum primus publice exhibuit, cum antea militaris menſa eſſet, quam poſtea ſtatim Alexander reddidit. Proponebat præterea his quaſi themata, ut iura noua dapibus condiendis inuenirent: cuius placuiſſet commentum, ei dabat maximum præmium, ita ut ſericam ueſtem donaret, quæ tunc & in raritate uidebatur, & in honore. Si aliquis autem diſplicuiſſet, iubebat ut ſemper id comeſſet, quamdiu tamẽ melius inueniſſet. Semper ſanè aut inter flores ſedit, aut inter odores pretioſos. Amabat ſibi pretia maiora dici earum rerum, quæ menſæ parabantur, orexim conuiuio hanc eſſe aſſerens. Pinxit ſe, ut cupediarium, ut ſeplaſiarium, ut popinarium, ut tabernarium, ut lenonem, idq; totũ domi ſemper exercuit. Sexcẽtorum ſtruthionum capita una cœna multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando & tale conuiuium, ut haberet uiginti & duo fercula ingentium epularum, ſed per ſingula lauarent, & mulieribus uterentur & ipſe & amici, cum iureiurando quod efficerent uoluptatẽ. Celebrauit item tale conuiuium, ut apud amicos ſingulos ſinguli miſſus appararentur, & cũ alter maneret in Capitolio, alter in palatio, alter ſuper aggerẽ, alter in Celio, alter trans Tiberim, & ut quiſq; manſiſſet, tamen per ordinem in eorum domibus ſingula fercula ederentur, ireturq; ad omnium domos: ſic unum conuiuiũ uix toto die finitum eſt, cum & lauarent per ſingula fercula, & mulieribus uterẽtur. Sybariticum miſſum ſemper exhibuit ex oleo & garo, quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. Dicitur & balneas feciſſe multis locis, ac ſemel lauiſſe, atq; ſtatim deſtruxiſſe, ne ex uſu balneas haberet. Hoc idem de domibus, de prætorijs, de zetis feciſſe dicitur. Sed & hæc nonnulla fidem tranſeuntia, credo eſſe ficta ab his, qui in gratiam Alexandri Heliogabalum deformare uoluerũt. Fertur & meretricem notiſsimam & pulcherrimã redemiſſe C. H—S. eamq; intactam, uelut uirginem coluiſſe. Huic eidem priuato cum quidam diceret, non times pauper fieri? dixiſſe dicitur. Quid melius, q; ut ipſe mihi hæres ſim, & uxori meæ? Habuerat præterea facultates, à multis dimiſſas gratia patris. Idem filios ſe nolle dicebat, ne quis ei frugi

Intramurani

ſrugi contingeret. Odores Indicos ſine carbonibus ad uaporãdas zetas iubebat incendi. Iter priuatus nunquam minus ſexaginta uehiculis fecit, auia ſua Varia reclamante, quòd omnia perditurus eſſet. Imperator uero etiam ſexcenta uehicula dicitur duxiſſe, aſſerens decem milibus camelorum Perſarum regem iter facere, & Neronẽ quingentis carrucis iter iniſſe. Cauſa uehiculorum erat lenonum, lenarum, meretricum, exoletorum, ſubactorum etiam bene naſatorum multitudo. In balneis ſemper cum mulieribus fuit, ita ut eas ipſe pſilotro curaret. Ipſe quoq; barbam pſilotro accurãs, quodq; pudendum dictu eſt, eodẽ quo mulieres accurabantur, & eadem hora. raſit & uirilia ſubactoribus ſuis, nouacula manu ſua, qua poſtea barbam fecit. Scobe auri porticum ſtrauit, & argenti, dolens quòd non poſſet & electri: idq; frequenter quacunq; fecit iter pedibus uſq; ad equum, uel carpentum, ut fit hodie de auroſa harena. Calciamentũ nunquam iterauit, annulos etiam negatur iteraſſe. Pretioſas ueſtes ſæpe conſcidit, uel lanam cepit, & appendit, atq; ad eius æſtimationem põderis, piſces amicis exhibuit. Naues onuſtas merſit in portu, magnanimitatis hoc eſſe dicens. Onus uentris auro excepit, in myrrhinis, & onychinis minxit. Idem dixiſſe fertur, Si habuero hæredem, dabo illi tutorem qui illum hæc facere cogat quæ ipſe feci, facturusq; ſum. Habuit etiã iſtam conſuetudinem, ut cœnas ſibi exhiberet tales. Vna die non niſi de faſianis tantum ederet, omnesq; miſſus ſola faſianorum carne ſtrueret. Item alia die de pullis, alia de piſce illo, & item illo, alia de porcis, alia de ſtruthionibus, alia de holeribus, alia de pomis, alia de dulcijs, alia de opere lactario. Sæpe amicos ſuos cum Aethiopibus aniculis incluſit nocturnis manſionibus, & uſq; ad lucem detinuit, cum pulcherrimas his diceret apparatas. Fecit hoc idem etiam de pueris: & tunc utpote ante Philippũm licebat. Ridebat autem ſic nonnunquam, ut publice in theatro ſolus audiretur: ipſe cantauit, ſaltauit, ad tibias dixit, tuba cecinit, pãdurizauit, organo modulatus eſt. Fertur & una die ad omnes Circi & theatri & amphitheatri, & omnium urbis locorum meretrices, tectus cucullione mulionico ne agnoſceretur, ingreſſus, cum tamen omnibus meretricibus ſine effectu libidinis aureos donaret, addens, Nemo ſciat, Antoninus hæc donat. Libidinum genera quædam inuenit, ut ſpinthrias ueterum malorũ uinceret: & omnes apparatus Tiberij & Caligulæ & Neronis norat. Et prædictum eidem erat à ſacerdotibus Syris, biothanatum ſe futurum. Parauerat igitur funes, blatta & ſerico & cocco intortos, quibus ſi neceſſe eſſet, laqueo uitam finiret. Parauerat & gladios aureos, quibus ſe occideret ſi aliqua uis urgeret. Parauerat & in cerauneis & hyacinthis & in ſmaragdis uenena, quibus ſe interimeret ſi quid grauius immineret. Fecerat & altiſsimam turrim, ſubſtratis aureis gemmatiſq; antè tabulis, ex qua ſe præcipitaret, dicens, etiam mortẽ ſuam pretioſam eſſe debere, & ad ſpeciẽ luxuriæ, ut diceretur nemo ſic periſſe. Sed nihil iſta ualuerunt. Nam, ut diximus, & occiſus eſt per ſcurras, & per plateas tractus eſt ſordidiſsime, per cloacas ductus, & in Tiberim ſubmiſſus eſt. Hic finis Antoninorum nomini in rep. fuit, ſcientibus cunctis, iſtum Antoninum tam uita falſum fuiſſe, quàm nomine. Mirũ fortaſſe cuipiam uideatur Conſtantine uenerabilis, quòd hæc clades quam retuli, loco principum fuerit, & quidem propè triennio, ita, ut nemo inuentus fuerit qui iſtum à gubernaculis Romanæ maieſtatis abduceret, cũ Neroni, Vitellio, Caligulæ, cæteriſq; huiuſmodi nunquam tyrannicida defuerit. Sed primum omniũ ipſe ueniam peto, quòd hæc quę apud diuerſos reperi: literis tradidi, cum multa improba reticuerim, & quę ne dici quidem ſine maximo pudore poſſunt. Ea uero quæ dixi, prætextu uerborũ adhibito, quantum potui, texi. Deinde illud quod clementia tua ſolet dicere, crediſſe reficiendũ, Imperatorẽ eſſe, fortunæ eſt. Nam & minus boni, reges fuerunt & peſsimi. Agendum uero quod pietas tua ſolet dicere, ut ſint imperio digni, quos ad regendi neceſsitatem uis fatalis adduxerit. Et quoniam hic ultimus Antoninorum fuit, neq; poſtea hoc nomen in rep. loco principum frequentatum eſt, etiam illud addendum eſt, ne quis error oriatur, cum duos Gordianos narrare cœpero, patrem ac filium, qui ſe de Antoninorum genere dici uolebant, non nomen in illis primũ fuit, ſed prænomen. Deinde ut pleriſq; in libris inuenio, Antonij dicti ſunt, non Antonini. Hæc ſunt de Heliogabalo, cuius uitam me inuitũ & retractantem, ex Gręcis Latiniſq; collectam ſcribere ac tibi afferre uoluiſti, cum iam aliorum antè tule-

Panduriſſare

rimus

rimus. Scribere autem ordiar, qui poſt ſequentur: quorum Alexāder optimus, & cum uera dicendus aſſertione, et annorum tredecim princeps, ſemeſtres alij & uix annui & bimi, Aurelianus præcipuus, & horum omnium decus, autor tui generis Claudius: de quo uereor ad clementiam tuam ſcribens uera dicere, ne maleuolis adulatus uidear eſſe. Sed abſoluar contra liuorem improborū, cum apud alios clarum eſſe perſpexerim. His iungendi ſunt Diocletianus, aurei parēs ſeculi, & Maximianus, ut uulgo dicitur, ferrei, cæteriq; ad pietatē tuam. Te uero Auguſte uenerabilis, multis paginis, ijſdemq; diſertioribus illi proſequētur, quibus id felicior natura detulerit. His addendi ſunt Licinius, Seuerus, Alexander atq; Maxentius. Quorum omnium ius in ditionem tuam deuenit: ſed ita ut nihil eorū uirtuti derogetur. Non enim ego id faciā, quod pleriq; ſcriptores ſolent, ut de his detraham qui uicti ſunt, cum intelligam gloriæ tuæ accedere, ſi omnia de illis quæ bona in ſe habuerunt, uera prædicaro.

AELII LAMPRIDII

ANTONINVS DIADVMENVS

ANTONINI Diadumeni pueri, quem cum patre Opilio Macrino imperatorem dixit exercitus, occiſo Baſsiano factione Macriniana, nihil habet uita memorabile, niſi quòd Antoninus eſt dictus, & quòd ei ſtupenda omina ſunt facta imperij nō diuturni, ut euenit. Nam cum primum innotuit per legiones, occiſum eſſe Baſsianum, ingens mœror obſedit omnium pectora, quòd Antoninum in rep. non haberēt, exiſtimantium quòd cum eo Romanum eſſet imperium periturum. Id ubi Macrino iam imperatori nunciatum eſt, ueritus ne in aliquem Antoninorum, qui multi ex affinibus Antonini Pij erant inter duces, exercitus inclinaret, ſtatim concionem parari iuſsit, filiumq; ſuum hunc puerum Antoninum appellauit. Concionis uerba eiuſdem: Videtis commilitones, & me ætatis prouectæ, & Diadumenum puerum, quem diu principem, ſi dij faueant, habebitis. Intelligo præterea deſiderium ingens Antonini nominis apud uos manere: quare quoniam mihi per conditionem fragilitatis humanæ non multum ſupereſſe uidetur ad uitam, hunc puerum Antoninum uobis autoribus nuncupo, diu uobis Antoninum repræſentaturum. Acclamatum, Macrine imperator, dij te ſeruent. Antonine Diadumene, dij te ſeruent. Antoninum diuum omnes rogamus, Iupiter optime maxime Macrino & Antonino uitam. Tu ſcis Iupiter, Macrinus uinci non poteſt: tu ſcis Iupiter, Macrinus uinci non poteſt. Antoninū habemus, omnia habemus. Antoninum nobis dij dederunt patrem. Antoninus dignus imperio. Macrinus imperator dixit: Habete igitur commilitones pro imperio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos, & ſolitas promotiones, ſed geminatas: dij faciant ut hæc ſæpius fiant. Dabimus autem per cuncta quinquennia id quod hodie deputauimus. Poſt hoc ipſe puerulus Diadumenus Antoninus imperator dixit, Gratias ago uobis commilitones, quòd me imperio donaſtis, & nomine: ſiquidem dignos & me & patrem meum duxiſtis, quos imperatores Romanos diceretis, & quibus committeretis remp. Et pater quidem meus curabit ne deſit imperio: ego autem elaborabo ne deſim nomini Antoninorum. Scio enim me Pij, me Marci, me Veri ſuſcepiſſe nomen, quibus ſatisfacere perdifficile eſt. Interim tamen cauſa imperij, cauſa nominis id omne, quod pater, & tantundem promitto honoribus, ut uenerandus Macrinus pater præſens promiſit, duplicatis. Herodianus Græcus ſcriptor hæc præteriens, Diadumenum tantum Cæſarem dicit puerum à militibus nuncupatum, & cum patre occiſum. Hac habita concione, ſtatim apud Antiochiam moneta Antonini Diadumeni nomine percuſſa eſt, Macrini uſq; ad iuſſum ſenatus dilata eſt. Miſſæ etiam ad ſenatū literæ, quibus nomen Antonini

tonini indicatum eſt. Quare etiam ſenatus imperium id libenter dicitur recepiſſe, quã uis alij Antonini Caracalli odio id factum putent. Parauerat ſanè penulas populo coloris roſei dare Macrinus imperator in honorem Antonini filij ſui, quæ uocaretur Antoninianæ, ut Caracallæ Baſsiani dictæ ſunt, aſſerens filium ſuum penuleũ uel penularium dicendum, quia Caracallus eſſet dictus Baſsianus. Congiariũ etiam prædictum Antoninianum promiſit, ut ipſum edictum poterit indicare. Verba edicti: Vellem quirites iam præſentes eſſemus, Antoninus ueſter uobis congiariũ ſui nominis daret. Daret præterea & pueros Antoninianos, & puellas Antoninianas, quæ tam grati nominis gloriam propagarent, & reliqua. His ita geſtis, ſigna in caſtris & uexilla fieri Antoniniana iuſsit. Fecitq; Baſsiani ſimulacra ex auro atq; argento, atq; dies ſeptem ſupplicatio pro Antonini nomine celebrata eſt. Puer fuit omnium ſpecioſiſsimus, ſtatura longiuſcula, crine flauo, nigris oculis, naſo deducto, ad omnem decorem mento compoſito, ore ad oſcula parato, fortis naturaliter, exercitio delicatior. Hic ubi primum indumenta coccea, & purpurea, cæteraq; caſtrenſia imperij inſignia accepit, quaſi ſidereus & cœleſtis emicuit, ut amaretur ab omnibus gratia uenuſtatis. Hæc ſunt quæ de imperio pueri dicenda putaui. Nunc ueniamus ad omina imperij, quæ cum in alijs, tum in hoc præcipuè ſunt ſtupenda. Die qua natus eſt, pater eius purpuras tum fortè procurator iam ærarij maioris inſpexit: & quas claras probauit, in id conclaue redigi præcepit, in quo poſt duas horas Diadumenus natus eſt. Solent deinde pueri pileo inſigniri naturali, quod obſtetrices rapiunt, & aduocatis credulis uendunt, ſiquidem cauſidici hoc iuuari dicuntur: at iſte puer pileum nõ habuit, ſed diadema tenue, ſed ita forte, ut rumpi non potuerit, uenis intercedentibus ſpecie nerui ſagittarij. ferunt deniq; Diadematum puerum appellatum. Sed ubi adoleuit, aui ſui nomine materni Diadumenum uocatum, quamuis non multum abhorruerit ab illo ſigno diadematis nomen Diadumeni. In agro patris eius oues purpureas XII ferunt natas, quarum una tantum uaria fuerit. Eadem die qua hic natus eſt, aquilam ei conſtat ſenſim palumbum regium paruulum attuliſſe, & poſuiſſe in cunis dormienti, ac receſsiſſe ſine noxa. Pantagathi in domo patris eius nidum poſuerunt. His diebus, quibus ille natus eſt, mathematici accepta genitura eius exclamauerunt, & ipſum filium imperatoris eſſe, & ipſum imperatorem: quaſi mater eius adulterata eſſet, quod fama retinebat. Hinc eidẽ aquila pileũ in agro ambulanti tulit. Et cum comitum infantis clamor eſſet factus, in monumento regio, quod iuxta uillam eſſet, in qua tunc pater agebat, ſupra ſtatuam regis poſuit, ita ut capiti eius aptaret, quod multi ominoſum putarunt, & morti accommodum. Clarum autem euentus oſtendit. Natus eſt præterea natali Antonini, & ea hora, & ſignis propè continentibus, quibus & Antoninus Pius: quare dixerunt mathematici, & imperatoris illum filium futurum, & imperatorem, ſed non diu. Die qua natus eſt, quòd Antonini eſſet natalis, mulier quædam propinqua dicitur exclamaſſe, Antoninus uocetur. ſed Macrinum timuiſſe, quòd nullus ex eius genere hoc nomine cenſeretur, abſtinuiſſeq; nomine imperatorio, ſimul quòd iam rumor de ui genituræ illius emanaſſet. Hæc atq; alia omina fuiſſe multi in literas retulerunt. Sed illud precipue, quòd cum in cunis eſſet Diadumenus, & leo ruptis uinculis, & quidem ferus effugiſſet, atq; ad incunabula eius ueniſſet, puerum delinxit, & inuiolatum reliquit, cum nutrix ſe in leonem miſiſſet, atq; eius morſu affecta perijſſet, quæ ſola fortè in areola inuẽta erat, in qua infans iacebat. Hæc ſunt quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno eſſe uideantur: cuius uitam iunxiſſem patris geſtis, niſi Antoninorũ nomen me ad edendam pueriles ſpecialem expoſitionem uitæ coegiſſet. Et fuit quidem tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum, ut qui eo nomine non niteretur, mereri non uideretur imperium. Vnde etiam quidam & Seuerum, & Pertinacem, & Iulianum Antoninorum prænominibus honorandos putant: unde poſtea duos Gordianos, patrẽ & filium Antoninos cognominatos putent. Sed aliud eſt cum prænomen adſciſcitur, aliud cum ipſum nomen imponitur. Nam Pius uerum nomẽ Antonini habuit, cognomen Pij: Marcus uerum nomen Veriſsimi habuit, ſed hoc ſublato atque abolito, non prænomen Antonini, ſed nomen accepit. Verus autẽ Commodi nomen habuit, quo abolito, Antonini non prænomen, ſed nomen accepit. Commodum autem Marcus Anto-

ninum appellauit, atq; ita in publicum edidit diem natalis ſui. Iam Caracallum Baſsianum ſatis conſtat uel ſomnij cauſa, quod Seuerus uiderat, cum ſibi Antoninũ ſucceſſorem prædictum ſenſiſſet, anno demum XIII Antoninum dixiſſe quando ei etiam imperatoriam addidiſſe dicitur poteſtatem. Getam uero, quem multi Antoninum negant dictum, eadem ratione, qua Baſsianum appellatum ſatis conſtat, ut patri Seuero ſuccederet, quod minime factum eſt. Poſt hoc ipſe Diadumenus ut commendaretur exercitui, ſenatui, populoq; Romano, eſſetq; ingens deſiderium Baſsiani Caracallæ, Antoninum appellatum ſatis conſtat. Extat epiſtola Opilij Macrini patris Diadumeni, qua gloriatur non tam ſe ad imperium perueniſſe, qui eſſet ſecundus imperij, quàm quòd Antoniniani nominis eſſet pater factus, quo clarius illis temporibus non fuerat uel deorum. Quam epiſtolam priuſquam interſerã, libet uerſus inſerere in Commodum dictos, qui ſe Herculem appellauerat: ut intelligant omnes, tam clarum fuiſſe Antoninorum nomen, ut illi nec deorum nomen commode uideretur adiungi. Verſus in Commodum Antoninum dicti,

Commodus Herculeum nomen habere cupit,
Antoninorum non putat eſſe bonum.
Expers humani iuris, & imperij,
Sperans quinetiam clarius eſſe deum,
Quàm ſi ſit princeps nominis egregij,
Non erit iſte deus, nec tamen ullus homo.

Hi uerſus à Græco neſcio quo cõpoſiti, à malo poeta in Latinum tranſlati ſunt: quos ego iccirco inſerendos putaui, ut ſcirent omnes, Antoninos pluris fuiſſe quàm deos: ac trium principum amorem, quo ſapientia, bonitas, pietas, conſecrata ſit, in Antonino pietas, in Vero bonitas, in Marco ſapientia. Redeo nunc ad epiſtolam Macrini Opilij. Opilius Macrinus Noniæ Celſæ coniugi. Quid boni adepti ſumus mea uxor, caret æſtimatione, & fortaſsis de imperio me putes dicere. Non magnum iſtud, quod etiam indignis fortuna conceſsit. Antonini pater factus ſum. Antonini mater es facta. O nos beatos, ò fortunatam domum, pręclaram laudem nunc demum felicis imperij. Dij faxint, & bona Iuno quam colis, ut & ille Antonini meritum effingat: & ego, qui ſum pater Antonini, dignus omnibus uidear. Hæc epiſtola indicat, quantũ gloriæ adeptus ſibi uideretur, quòd uocatus eſt filius Antoninus. Hic tamen XIIII menſe imperij ob inciuilem patris atq; aſperum principatum interfectus eſt cum patre, non ſuo nomine. Quamuis etiam iſtum ultra ætatem ſæuiſſe in pleroſq; reperiam, ut docent literę ab hoc eodem ad patrem miſſæ. Nam cum quidam defectionis ſuſpicionem incurriſſent, & eos Macrinus ſæuiſsime puniſſet, filio fortè abſente, atq; hic audiſſet autores quidẽ defectionis occiſos, quorum tamẽ unus dux Armeniæ erat, & item legatos Aſiæ, atq; Arabiæ ob antiquam familiaritatem dimiſſos, his literis conueniſſe patrem dicitur, paribus miſsis etiam ad matrem: quarum exemplum hiſtoriæ cauſa inſerendum putaui: Patri Auguſto filius Auguſtus. Non ſatis mi pater uideris in amore noſtro tenuiſſe tuos mores, qui tyrannidis affectatæ conſcios reſeruaſti, ſperans eos uel amiciores tibi futuros ſi ijs parceres, uel ob antiquam familiaritatem dimittẽdos: quod nec debuit fieri, nec potuit. Nam primum omnium iam te exulceratis ſuſpicionibus amare non poſſunt. Deniq; crudeliores inimici ſunt, qui obliti ueteris familiaritatis ſe inimiciſsimis tuis iunxerunt. Adde quòd exercitus adhuc habent.

Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli
Reſpice, cui regnum Italiæ, Romanaq; tellus
Debetur.

Feriendi ſunt iſti, ſi uis eſſe ſecurus, Nam uitio generis humani alij nõ ſint defuturi, cũ iſti ſeruantur. Hanc epiſtolam quidam ipſius, quidã magiſtri eius Celiani ferunt, Afri quondam rhetoris. ex qua apparet, quàm aſper futurus iuuenis, ſi uixiſſet. Extat alia epiſtola ad matrem ab eodem deſtinata talis: Dominus noſter & Auguſtus nec te amat, nec ipſum ſe, qui inimicos ſuos ſeruat. Age igitur ut Arabianus, & Thuſcus, & Gellius ad palum deligentur: ne ſi occaſio fuerit, nos interimant. Et quantum Lollius Vrbicus in hiſtoria ſui temporis dicit, iſtæ literæ per notariũ pro-

ditæ, illi puero multum apud milites obſuiſſe dicuntur. Nam cum patrem occidiſſent, quidam hunc ſeruare uoluerunt: ſed extitit cubicularius, qui has epiſtolas concioni militum legit. Interfectis igitur ambobus, & capitibus pilo circumlatis, in Marcum Aurelium Antoninum charitate nominis inclinauit exercitus. Is filius Baſsiani Caracallæ ferebatur: erat autem templi Heliogabali ſacerdos, homo omnium impuriſsimus, & qui fato quodam Romanum deformauerit imperium. De quo quidem quia multa ſunt dicenda, loco ſuo diſſeram.

IVLII CAPITOLINI

OPILIVS MACRINVS

AD DIOCLETIANVM AVG.

VITAE illorum principum, ſeu tyrannorum, ſiue Cæſarum qui non diu imperauerunt, in obſcuro latent: iccirco quòd neq; de priuata eorum uita digna ſunt quæ dicantur, cũ omnino ne ſcirentur quidem, niſi aſpiraſſent ad imperium: & de imperio, quod non diu tenuerunt, non multa dici poſſunt: nos tamen ex diuerſis hiſtorijs erutam lucem proferemus, & ea quidem quæ memoratu digna erunt. Non enim eſt quiſquam in uita, qui non ad diem quodcunq; fecerit: ſed eius qui uitas aliorum ſcribere orditur, officium eſt digna cognitione perſcribere. Et Iunio quidem Cordo ſtudium fuit eorum imperatorum uitas edere, quos obſcuriores uidebat: qui non multum profecit. Nam & pauca reperit, & indigna memoratu, aſſerẽs ſe minima quæq; perſecuturum: quaſi uel de Traiano, aut Pio, aut Marco ſciendum ſit, quoties proceſſerit, quando cibos uariauerit, & quando ueſtem mutauerit, & quos quando promouerit: quæ ille omnia exequendo libros mythiſtorijs repleuit talia ſcribẽdo: cum omnino rerum uſium, aut nulla ſcribenda ſint, aut nimis pauca, ſi tamen ex his mores poſsint animaduerti, qui reuera ſciendi ſunt: ſed ex parte, ut ex ea cætera colligantur. Occiſo ergo Antonino Baſsiano, Opilius Macrinus præfectus præt. eius, qui antea priuatas curabat, imperium arripuit, humili natus loco, & animi atq; oris inuerecũdi: ſeq; nunc Seuerum, nunc Antoninum, cum in odio eſſet omnium & hominum & militum, nuncupauit. Statimq; ad bellum Parthicũ profectus, & uindicandi ſe militibus, & rumoribus quibus premebatur adoleſcẽdi poteſtatem dempſit: quamuis ſenatus eum imperatorem odio Antonini Baſsiani libẽter acceperit, cum in ſenatu omnibus una uox eſſet, quẽuis magis quàm parricidam, quemuis magis quàm inceſtum, quemuis magis quàm impurum, quemuis magis quàm interfectorem & ſenatus & populi. Et mirum omnibus fortaſſe uideatur, cur Diadumenus filius Macrini Antoninus uoluerit nuncupari, cũ autor necis Antoninianæ fuiſſe dicatur. De ipſo quæ in annales relata ſunt, proferam. Vates Cæleſtis apud Carthaginẽ, quæ deo repleta ſolebat uera canere, ſub Antonino Pio, cùm ſciſcitante proconſule de ſtatu ut ſolebat publico, & de ſuo imperio, futura prædiceret, ubi ad principes uentum eſt, clara uoce numerari iuſsit, quoties diceret Antoninum. Tuncq; attentis omnibus, Antonini nomen Auguſti octauo edidit. Sed credentibus cunctis, quòd VIII annis Antoninus Pius imperaturus eſſet, & ille tranſcendit hunc annorum numerũ, & conſtitit apud credentes, uel tunc, uel poſtea per uatem aliud deſignatum. Deniq; adnumeratis omnibus qui Antonini appellati ſunt, is Antoninorum numerus inuenitur. Enimuero Pius primus, Marcus ſecundus, Verus tertius, Cõmodus quartus, quintus Caracallus, ſextus Geta, ſeptimus Diadumenus, octauus Heliogabalus Antonini fuere. Nec inter Antoninos referẽdi ſunt

duo

duo Gordiani:qui aut prænomen tantum Antoninorum habuerunt, aut etiam Antonij dicti ſunt, non Antonini. Inde eſt quòd ſe & Seuerus Antoninū uocauit, & plurimi fuerūt, & Pertinax, & Iulianus, & idem Macrinus. Et ab ipſis Antoninis, qui ueri ſuccesſores Antonini fuerunt, hoc nomen magis quàm proprium retentum eſt. Hæc alij. Sed alij iccirco Antoninum Diadumenum à Macrino patre appellatum ferunt, ut ſuſpicio à Macrino interfecti Antonini militibus tolleretur. Alij uero tātum deſiderium nominis huius fuiſſe dicunt, ut niſi populus & milites Antonini nomen audirent, imperatorium non putarent. Et de Macrino quidem in ſenatu à multis quando nuntiatum eſt Varium Heliogabalum imperatorem, cum iam Cæſarem Alexandrum ſenatus dixiſſet, ea dicta ſunt, ut appareat ignobilem, ſordidum, ſpurcum fuiſſe. Verba deniq; Aurelij Victoris, cui Primo cognomen erat, hæc fuerunt: Macrinum libertinū hominem proſtibulum, ſeruilibus officijs occupatum in domo imperatoria, uenali fide, uita ſordida ſub Commodo, à Seuero remotum etiam à miſerrimis officijs, relegatumq; in Africam: ubi ut infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dediſſe, egiſſe cauſulas, declamaſſe, ius poſtremo dixiſſe. Donatum autē anulis aureis, patrocinante ſibi liberto ſuo Feſto, aduocatū fiſci factum ſub Vero Antonino. Sed & hæc dubia ponuntur, & alia dicuntur ab alijs, quæ ipſa quoq; non tacebimus. Nam pleriq; gladiatoriam pugnam eum exhibuiſſe dixerunt: & accepta rudi ad Africam iſſe, uenatorem primò, poſt etiam tabellionem fuiſſe, deinceps aduocatū fuiſſe fiſci, ex quo officio ad amplisſima quæq; peruenit. Deinde cum eſſet præf. præt. collega ablegato, Antoninū Caracallum imperatorem ſuum interemit tanta fictione, ut ab eo non uideretur occiſus. Nam ſtratore eius redempto, & ſpe ingenti propoſita id egit, ut quaſi militaribus inſidijs, quod uel ob parricidiū uel inceſtum diſpliceret, interemptū diceretur. Statim deniq; arripuit imperium, filio Diadumeno in participatum aſcito: quem continuo, ut diximus, Antoninū appellari à militibus iuſsit: deinde corpus Antonini Romam remiſit ſepulchris maiorum inferendum. Mandauit collegæ dudum ſuo præfecto prætorij, ut munus ſuum curaret, ac præcipue Antoninum honorabiliter ſepeliret ducto funere regio: quod ſciebat ob ueſtimenta populo & congiaria data, multū Antoninum à plebe dilectum. Accedebat etiam illud, quòd militarem motum timebat, ne eo interueniēte ſuum impediretur imperium, quod raptum ierat, ſed quaſi inuitus acceperat, ut ſunt homines, qui ad ea ſe cogi dicunt, quæ uel ſceleribus comparāt. Timuit autem etiam collegā, ne & ipſe imperare cuperet, ſperantibus cunctis, quòd ſi unius numeri cōſenſus accederet, neq; ille recuſaret, & omnes cupidiſsime id facerēt odio Macrini, uel propter uitam improbā, uel propter ignobilitatē, cum omnes ſuperiores nobiles fuiſſent imperatores. Inſulſit præterea nomē Seueri, cum illius nulla cognatione tangerēt, unde iocus extitit: Sic Macrinus eſt Seuerus, quomodo Diadumenus Antoninus. Statim tamen ad delendū militum motū, ſtipendium & legionarijs & prætorianis dedit ſolito uberius, utpote qui extenuare cuperet imperatoris occiſi crimē: profuitq; pecunia, ut ſolet, cui innocētia prodeſſe non poterat. Retentus eſt enim aliquanto tempore in imperio homo uitiorū omniū. Ad ſenatum deinde literas miſit de morte Antonini, diuū illum appellans, excuſanſq; ſe, & iurans quòd de cæde illius neſcierit. Ita ſceleri ſuo more hominū perditorū iunxit periuriū, à quo incipere decuit hominē improbum, cum ad ſenatū ſcriberet. Intereſt ſcire cuiuſmodi oratio fuerit qua ſe excuſauit, ut & impudentia hominis noſcatur, & ſacrilegiū, à quo initiū ſumpſit improbus imperator. Capita ex oratione Macrini & Diadumeni imperatorū: Vellemus P. C. & incolumi Antonino noſtro, & reuecto cum triumpho ueſtrā clementiam uidere. Tunc demū enim florente rep. & omnes felices eſſemus, & ſub eo principe uiueremus, quem nobis Antoninorū loco dij dederant. Verū quia id euenire per tumultū militarem nō potuit, nuntiamus primū quid de nobis exercitus fecerit: deinde honores diuinos, quod primum faciendū eſt, decernimus ei uiro, in cuius uerba iurauimus, cum exercitus ultorē cædis Baſsiani neminē digniorē præfecto eius putauit, cui & ipſe utiq; uindicandam factionē mandaſſet, ſi uiuus deprendere potuiſſet. Et infrà: Detulerunt ad me imperiū, cuius ego P. C. interim tutelā recepi, tenebo regimen, ſi & uobis placuerit, quod militibus placuit, quibus & ſtipendiū dedi, & omnia imperatorio more iuſsi. Itē infrà:

Diadumenum filium meum uobis notum, & imperio miles donauit, & nomine, An-
toninũ uidelicet appellans, ut cohoneſtaret prius nomine, ſic etiã regni honore: quod
uos P. C. bono fauſtoq; omine approbetis petimus, ne uobis deſit Antoninorum no-
men, quod maxime diligitis. Item infrà: Antonino autem diuinos honores & miles de
creuit, & nos decreuimus; & uos P. C. ut decernatis, cum poſsimus imperatorio iure
præcipere, tamen rogamus, dicantes & duas ſtatuas equeſtres, pedeſtres duas habitu
militari, ſedentes ciuili habitu duas. Item diuo Seuero duas triumphales, quæ omnia
P. C. uos impleri iubebitis, nobis religioſe pro prioribus ambientibus. Lectis igitur in
ſenatu literis, contra opinionẽ omnium, & mortem Antonini ſenatus gratanter acce-
pit, & Opilium Macrinum libertatem publicã curaturum ſperans, primũ in patritios
allegit nouum hominẽ, & qui paulo antè procurator priuatæ rei fuiſſet. Eundem cum
ſcriba pontificum eſſet, quos hodie pontifices minores uocant, Pontificẽ Max. appel-
lauit, Pij nomine decreto. Diu tamen lectis literis cum omnino nemo crederet de An-
tonini morte, ſilentium fuit. Sed poſtea q̃ cõſtitit occiſum, ſenatus in eum, uelut in ty-
rannũ, inuectus eſt. Deniq; ſtatim Macrino & proconſulare imperiũ, & poteſtatẽ tri-
bunitiam detulerunt. Filium ſanè ſuum, cum ipſe Felicis nomen recepiſſet, ut ſuſpicio
nem occiſi à ſe Antonini remoueret, Antoninum uocauit, Diadumenũ antea dictum.
Quod quidẽ etiã Varius Heliogabalus, qui ſe Baſsiani filium diceret, homo ſordidiſsi
mus, & ex meretrice cõceptus, idem poſtea nomen accepit. Deniq; uerſus extant cu-
iuſdam poetæ, quibus oſtenditur, Antonini nomen cœpiſſe à Pio, & paulatim per An
toninos uſq; ad ſordes ultimas perueniſſe: ſiquidem Marcus nomen illud ſanctum ui-
tæ genere auxiſſe uidetur, Verus autem degeneraſſe, Commodus uero etiam poſuiſſe
ſacrati nominis reuerentiã. Iam quid de Caracallo Antonino, quidúe de hoc poteſt di
ci? Poſtremo etiã quid de Heliogabalo? qui Antoninorũ ultimus in ſumma impuritate
uixiſſe memoratur. Appellatus igitur imperator, ſuſcepto bello contra Parthos, profe
ctus eſt magno apparatu, ſtudens ſordes generis, & prioris uitæ infamiã uictoriæ ma-
gnitudine abolere. Sed cõflictu habito contra Parthos, defectu legionum quæ ad Va
rium Heliogabalũ confugerant, interemptus eſt. Sed anno amplius imperauit. Sanè
cum eſſet inferior in eo bello quod Antoninus geſſerat, Artabane grauiter necẽ ſuorũ
ciuium uindicante, primo Macrinus repugnauit. Poſtea uero miſsis legatis petijt pa-
cem, quam libenti animo interfecto Antonino Parthus conceſsit. Inde cum ſe Antio-
chiam recepiſſet, ac luxuriæ operã daret, iuſtam cauſam interficiendi ſui præbuit exer-
citui, ac Baſsiani, ut putabatur, filiũ ſequendi, id eſt, Heliogabalũ Baſsianũ Variũ, qui
poſtea & Baſsianus, & Antoninus appellatus eſt. Fuit quædã mulier Mœſa, ſiue Va-
ria ex Emiſſena urbe, ſoror Iuliæ uxoris Seueri Pertinacis Afri, quæ poſt mortẽ Anto
nini Baſsiani ex aulica domo fuerat expulſa per Macrini ſuperbiã: cui quidẽ omnia cõ
ceſsit Macrinus, quæ diu illa collegerat. Huic erãt duæ filiæ, Semiamira & Mammæa,
quarum maiori filius erat Heliogabalus, qui & Baſsiani & Antonini nomen accepit.
Nam Heliogabalum Phœnices uocant Solem. Sed Heliogabalus pulchritudine, ac
ſtatura, & ſacerdotio conſpicuus erat, ac notus omnibus hominibus qui ad templũ ue
niebant, militibus præcipue. His Mœſa, ſiue Varia dixit, Baſsianum filium eſſe Anto
nini, quod paulatim omnibus militibus innotuit. Erat præterea Mœſa ipſa ditiſsima,
ex quo etiam Heliogabalus luxurioſiſsimus: qua promittente militibus, legiones ab-
ductæ ſunt à Macrino. Suſcepta enim illa noctu in oppidum cum ſuis, nepos eius An
toninus eſt appellatus, imperij delatis inſignibus. Hæc ubi ſunt Macrino apud Antio
chiam poſito nuntiata, miratus audaciam muliebrem, ſimul etiam contemnens, Iuli-
anum præfectum ad obſidendos eos cum legionibus miſit. Quibus cum Antoninus
oſtenderetur, miro amore in eum omnibus inclinatis, occiſo Iuliano præfecto ad eum
omnes tranſierunt. Deinde parte exercitus coniuncta, uenit contra Macrinũ Antoni-
nus contra ſe feſtinãtem: commiſſoq; prælio, Macrinus eſt uictus proditione militum
eius, & amore Antonini. fugiens ſanè Macrinus cum paucis & filio, in uico quodã Bi-
thyniæ occiſus eſt cum Diadumeno: ablatumq; eius caput eſt, et ad Antoninũ perlatũ.
Sciendũ præterea quòd Cæſar fuiſſe dicatur, non Auguſtus Diadumenus puer, quem
plerique pari fuiſſe cum patre imperio tradiderunt. occiſus eſt etiam filius, cui hoc ſo-

lum attulit imperium, ut interficeretur à milite. Non enim aliquid dignum in eius uita erat quod dicatur, præter hoc, quòd Antoninorũ nomini eſt uelut nothus appoſitus. Fuit tamen in uita imperatoria paulo rigidior & auſterior, ſperans ſe antè acta omnia poſſe obliuioni dare, cum ipſa ſeueritas illius occaſionem reprehendendi & lacerandi eius aperiret. Nam & Seuerũ ſe & Pertinacem uoluerat nuncupari: quæ duo illi aſperitatis nomina uidebantur. Et cum illum ſenatus Pium ac Felicem nuncupaſſet, Felicis nomen recepit, Pij habere noluit. Vnde in eum epigrãma illatum Græci cuiuſdam poetæ uidetur extare, quod latine hac ſententia continetur,

Hiſtrio iam ſenior turpis, grauis, aſper, iniquus,
Impius, & felix ſic ſimul eſſe cupit,
Vt nolit pius eſſe, uelit tamen eſſe beatus:
Quod natura negat, nec recipit ratio.
Nam pius, & felix poterat dici, atq; uideri,
Cui imperium infelix eſt, erit ille ſibi.

Hos uerſus neſcio quis de Latinis, iuxta eos qui Græci erant propoſiti, in foró poſuit: quibus acceptis Macrinus his uerſibus reſpondiſſe fertur,

Si talem Graium retuliſſent fata poetam,
Qualis Latinus Gabalus iſte fuit,
Nil populus noſſet, nil noſſet curia, magno
Nullus ſcripſiſſet carmina tetra mihi.

His uerſibus Macrinus longe peioribus quàm illi Latini ſunt, reſpondiſſe ſe credidit: ſed non minus eſt riſui habitus, quàm poeta ille, qui de Græco Latine coactus eſt ſcribere. Fuit igitur ſuperbus, et ſanguinarius, & uolens militariter imperare: incuſans quinetiã ſuperiorum temporum diſciplinã, ac ſolum Seuerum præ cæteris laudans. Nam & in crucem milites tulit, & ſeruilibus ſupplicijs ſemper affecit: & cum ſeditiones militares pateretur, multos ſæpius decumauit, aliquando etiam centeſimauit: quod uerbum proprium ipſius eſt, cum ſe clementem diceret, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decumatione atq; uiceſimatione. Longum eſt eius crudelitates omnes aperire, attamen unam oſtendam non magnam, ut ipſe credebat, ſed omnibus tyrannicis immanitatib. triſtiorem. Cum quidam milites ancillę hoſpitis pudorem deprauaſſe ſuſpecti eſſent, atque per quendam frumentarium ille didiciſſet, adduci eos iuſſit, interrogauitq; utrum eſſet factum: quod cum conſtitiſſet, duos boues miræ magnitudinis uiuos ſubito aperiri iuſſit, atq; his ſingulos milites inſeri, capitibus, ut ſecũ colloqui poſſent, exertis. Itaq; pœna hos affecit, cum ne adulteris quidem talia apud maiores ſui temporis eſſent conſtituta ſupplicia. Pugnauit tamen & cõtra Parthos, & contra Armenos, & contra Arabas quos Eudæmonas uocant, non minus fortiter, quàm feliciter. Tribunum, qui excubias deſeri paſſus eſt, carpento rotali ſuperadnexum per totum iter uiuum atq; exanimem traxit. Reddidit etiam Mezentij ſupplicium, quod ille uiuos mortuis illigabat, et ad mortem cogebat longa tabe confectos. Vnde etiam in Circo, cum fauor publicus in Diadumenum ſemper fuiſſet acclamatum, *Centeſimare* *Vtrum pro an*

Egregius forma iuuenis, cui pater haud Mezentius eſſet.

Viuos etiam homines parietibus incluſit, & ſtruxit. Adulterij reos ſemper uiuos ſimul incendit, iunctis corporibus. Seruos qui à dominis fugiſſent, repertos ad gladium ludi deputabat. Delatores ſi non probarent, capite affecit: ſi probarent, delato pecuniæ præmio, infames dimiſit. Fuit in iure non incallidus, adeo ut ſtatuiſſet omnia reſcripta ueterum principum tollere, ut iure, non reſcriptis ageretur, nefas eſſe dicens, leges uideri Commodi & Caracalli, et hominum imperitorũ uoluntates, cum Traianus nunquam libellis reſponderit, ne ad alias cauſas facta præferrentur, quæ ad gratiam compoſita uiderentur. In annonis tribuendis largiſſimus fuit: in auro parciſſimus. In uernaculis uel aulicis tam impius, tam pertinax, tam aſper, ut ſerui illum ſui nõ Macrinum dicerent, ſed Macellinũ, quòd macelli ſpecie domus eius cruẽtaretur ſanguine uernularũ. Vini cibiq; auidiſſimus, nõnunquam uſq; ad ebrietatem, ſed ueſpertinis horis. Nam ſi prandiſſet uel priuatim parciſſimus, in cœna effuſiſſimus. Adhibuit cõuiuio literatos, ut loquens de ſtudijs liberalibus neceſſario abſtineret. Sed cum eius uilitatẽ homines

antiquã cogitarent, crudelitatem nimiam uiderent, hominem putidulum in imperio ferre non poſſent, & maxime milites, qui multa eius meminerant funeſtiſſima, & aliquando turpiſſima, inita factione illum occiderunt cum puero ſuo Diadumeno, ſcilicet Antonino cognomine, de quo dictum eſt quod in ſomnis Antoninus fuiſſet. Vnde etiam uerſus extant huiuſmodi,

Vidimus in ſomnis ciues (niſi fallor) & iſtud,
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
Qui patre uenali genitus, ſed matre pudica:
Centum nam mœchos paſſa eſt, centumq; rogauit.
Ipſe etiam caluus mœchus fuit, inde maritus:
En Pius, en Marcus. Verus nam non fuit ille.

Et iſti uerſus ex græco tranſlati ſunt in latinum. Nam græce ſunt diſertiſſimi: uidentur autem mihi ab aliquo poeta uulgari tranſlati eſſe. Quod cum Macrinus audiſſet, fecit iambos, qui nõ extant: iucundiſſimi autem fuiſſe dicuntur: qui quidem perierunt in eo tumultu, in quo ipſe occiſus eſt, quando et omnia eius à militibus peruerſa ſunt. Genus mortis, ut diximus, tale fuit: Cum in Antoninum Heliogabalũ exercitus inclinaſſet, ille fugit, belloq; uictus eſt, & occiſus in ſuburbano Bithyniæ, ſuis partim deditis, partim occiſis, partim fugatis. Ita Heliogabalus clarus redditus eſt, quòd uideretur patris uindicaſſe mortem: atq; inde in imperium uenit, quod dedecorauit uitijs ingentibus: luxuria, turpitudine, abligurititione, ſuperbia, immanitate: qui & ipſe ſimilem exitũ uitæ ſuæ ſortitus eſt. Hæc de Macrino nobis ſunt cognita, multis aliqua uariantibus, ut ſe habet omnis hiſtoria: quæ de plurimis collecta, ſerenitati tuæ Diocletiane Auguſte detulimus: quia te cupidum ueterum imperatorum eſſe perſpeximus.

IVLII CAPITOLINI

CLODIVS ALBINVS

AD CONSTANTINVM AVG.

VNO eodemq; tempore poſt Pertinacem, qui autore Albino interemptus eſt, Iulianus à ſenatu Romæ, Septimius Seuerus ab exercitu in Illyrico, Peſcẽnius Niger in Oriẽte, Clodius Albinus in Gallia, imperatores appellati ſũt. Et Clodium quidem Herodianus dicit Seueri Cæſarem fuiſſe. Sed cum alter alterum indignaretur imperare, nec Galli ferre poſſent aut Germaniani exercitus, quòd & ipſi ſuum ſpecialem principem haberent, undiq; cuncta turbata ſunt. Fuit aũt Clodius Albinus familia nobili, Adrumetinus tamen ex Africa. Quare ſortem illam qua Seuerum laudatũ in Peſcennij uita diximus, ad ſe trahebat, nolens intelligi peſſimus Albinus: quod eodem uerſu continebatur, quo & Seueri laus, & approbatio Nigri Peſcennij. Sed priuſquam uel de uita eius uel de morte dixero, etiam hoc dicendũ eſt quod eum nobilem fecit. Nam ad hunc eundem quondam Commodus, cum eum ſucceſſorem Albino daret, literas dederat, quibus iuſſerat ut Cæſar eſſet. Exemplum indidi: Imperator Cõmodus Clodio Albino: Alias ad te publice de ſucceſſore, atq; honore tuo miſi: ſed hanc familiarem & domeſticam, omnem (ut uides) manu mea ſcriptam epiſtolam dirigo: qua tibi do facultatem, ut, ſi neceſſitas fuerit, ad milites prodeas, & tibi Cæſareũ nomen aſſumas. Audio enim & Septimiũ Seuerum, & Noniũ Murcum male de me apud milites loqui, ut tibi parent ſtationis Auguſtæ procurationẽ. Habebis præterea cũ id feceris, dandi ſtipendij uſq; ad tres aureos liberam poteſtatẽ: quin & ſuper hoc ad procuratores meos literas miſi, quas ipſe ſignatas excipies ſigno Amazoniæ: & cum opus fuerit, rationalibus dabis, ne te nõ audiant

cum

cum de ærario uolueris imperare. Sanè ut tibi inſigne aliquod imperialis maieſtatis accedat, habebis utendi coccinei pallij facultatem me præſente, & ad me, & cum mecum fueris, habiturus & purpuram, ſed ſine auro: quia ita & proauus meus Verus, qui puer uita functus eſt, ab Adriano qui eum adoptauit, accepit. His literis acceptis à Nonio, facere id quod iubebat, noluit, timēs odioſum Cōmodum propter mores ſuos, quibus remp. perdiderat, & ſe dedecorauerat, quandocunq; feriendum, ne ipſe pariter occideretur. Extat deniq; illius concio: quæ, cum accepit imperium, & quidem Seueri, ut qui dam, uoluntate firmatum, huius rei memoriam facit. cuius hoc exemplum eſt: Inuitum me cōmilitones ductum ad imperium etiam illud probat, quòd Commodum donantem me Cæſariano nomine contempſi: ſed & ueſtræ uoluntati, & Seueri Auguſti parendum eſt. quia credo ſub homine optimo, & uiro forti poſſe bene remp. regi: nec negari poteſt. Marius Maximus dicit, hunc animum Seuero primum fuiſſe, ut ſi quid ei contingeret, Peſcennium Nigrum, & Clodium Albinum ſibi ſubſtitueret. Sed poſtea & filijs iam maiuſculis ſtudens, & Albini amori inuidens, ſentētiam mutaſſe, atq; illos utroſq; bello oppreſſiſſe, maxime precib. uxoris adductū. Deniq; Seuerus eum COS. deſignauit, quod utiq; niſi de optimo uiro nō feciſſet, homo in legendis magiſtratibus diligens. Sed ut ad eum redeam, fuit (ut dixi) Albinus Adrumetinus oriundus, ſed nobilis apud ſuos, & originem à Romanis familijs trahens, Poſthumiorū ſcilicet, & Albinorum Ceioniorum. Quæ familia hodie quoq; Conſtantine Maxime nobiliſſima eſt, & per te aucta, & augenda, quæ per Galienum & Gordianos plurimum creuit. Hic tamen natus lare modico, patrimonio pertenui, parentib. ſanctis, patre Ceionio Poſthumio, matre Aurelia Meſſalina, primus ſuis parentibus fuit: cum exceptus utero, quod contra conſuetudinem puerorum qui naſcuntur, & ſolent rubere, eſſet candidiſſimus, Albinus eſt dictus. Quod uerum eſſe, patris epiſtola ad Aelium Baſſianum tunc proconſulem Africæ data deſignat, affinem, quantum uidetur, eorum ipſorum. Epiſtola Ceionij Poſthumij ad Aelium Baſſianum. Filius mihi natus eſt VII. Cal. Decembr. ita candidus ſtatim toto corpore, ut linteamen quo exceptus eſt, uinceret. Quare ſuſceptum eum Albinorum familiæ, quæ mihi tecum cōmunis eſt, dedi, Albini nomine impoſito. Fac ut remp. & te, & nos, ut facis, diligas. Hic ergo omnem pueritiam in Africa tranſegit, eruditus literis Grecis ac Latinis mediocriter, quòd eſſet animi iam militaris & ſuperbi. Fertur in ſcholis ſæpiſſime cantaſſe inter puerulos,

Arma amens capio, nec ſat rationis in armis, Repetens,
Arma amens capio.

Huic multa imperij ſigna, cum eſſet natus, facta dicūtur. Nam & bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus eſt, quod mirādum fuit, quæ tamen cornua in templo Apollinis Baiani ab eodem poſita iam tribuno diu fuiſſe dicuntur, quod cum ille ſortem de fato ſuo tolleret, his uerſibus eidem dicitur eſſe reſponſum,

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Siſtet eques, ſternet Pœnos, Gallumq; rebellem.

Et in Gallia quidem eum multas gentes domuiſſe conſtat. Ipſe autem ſuſpicabatur de Seuero ſibi prædictū, ſternet Pœnos, quòd Septimius Afer eſſet. Fuit & alid ſignum futuri imperij. Nam quum Cæſariana familia hoc ſpeciale habuerit, ut paruuli domus eius in teſtudineis alueis lauarentur, nato infantulo teſtudo ingens patri eius munere piſcatoris allata eſt. quod ille homo literatus omen accipiens, & teſtudinem libenter accepit, & eam curari iuſſit, atq; infantulo ad excaldationes pueriles dicari, nobilitādum etiam hinc ſperans. Cum rarum eſſet, aquilas in his locis uideri, in quibus natus eſt Albinus, ſeptima eius diei hora conuiuij, quod celebritati pueri deputabatur, cum ei fierent nomina, ſeptem aquilæ paruulæ de nidis allatæ ſunt, & quaſi ad iocum circa cunas pueri conſtitutæ. nec hoc omen pater abnuit, qui iuſſit aquilas ali, & diligenter curari. Acceſſit omen, quod cum pueri eius familiæ ruſſulis faſciolis illigarent, quod forte lotæ atque udæ eſſent ruſſulæ faſciolæ, quas mater prægnans parauerat, purpurea matris illigatus eſt faſcia: Vnde illi ioco nutricis etiam Porphyrij nomen inditum eſt. Hæc atq; alia ſigna imperij futuri fuere, quæ qui uolet noſſe, Aelium Cordum legat, qui friuola ſuper huiuſmodi ominibus cuncta perſequitur. Adoleſcens igitur ſtatim

Paruuli, pro pueris

ſe ad-

ſe ad militiam contulit, atq; Antoninis per Lollium Serenum, & Bebium Metianum, & Ceionium Poſthumianũ ſuos affines innotuit. Egit tribunus equites Dalmatas, egit & legionem quartanorum & primanorũ: Bithynicos exercitus eo tempore quo Auidius rebellabat, fideliter tenuit. Deinde per Commodum ad Galliam trãslatus, in qua fuſis Friſijs tranſrhenanis, celebre nomen ſuum & apud Romanos & apud Barbaros fecit. Quibus rebus accenſus Cõmodus, Cæſarianum ei nomẽ obtulit, & dandi ſtipendij facultatẽ, & pallij coccini utendi. Quibus omnibus ille prudenter abſtinuit, dicens, Commodum quærere, qui aut cum eo perirent, aut quos cum cauſa ipſe poſſet occidere. Quæſturæ gratia illi facta eſt, qua cõceſſa, ædilis non amplius ꝙ decem diebus fuit, quòd ad exercitum feſtinanter mitteretur. Deinde præturam egit ſub Cõmodo famoſiſſimam. Nam eiuſdem ludis Cõmodus & in foro & in theatro pugnas exhibuiſſe perhibetur. COS. à Seuero declaratus eſt eo tempore, quo Albinum ſibi cum Peſcennio parauerat ſubrogare. Ad imperium uenit natu iam grãdior, & maior Peſcẽnio Nigro, ut Seuerus ipſe in uita ſua teſtatur. Sed uicto Peſcennio, cum & filijs ſuis imperium ſeruare cuperet, & uoluntatem ſenatus maiorem circa Clodium Albinum uideret, quòd eſſet uir antiquæ familiæ, literas ad eum per quoſdam ſummi honoris ac ſummæ affectionis miſit, quibus hortabatur, ut quoniam occiſus eſſet Peſcennius Niger, ipſe cum eo fideliter remp. regeret. Quarum exemplũ hoc eſſe Cordus oſtendit: Imperator Seuerus Auguſtus Clodio Albino Cæſari fratri amãtiſſimo, & deſideratiſſimo ſalutem: Victo Peſcennio, literas Romam dedimus, quas ſenatus tui amantiſſimus libenter accepit. Te quæſo, ut eo animo remp. regas, quo dilectus es frater animi mei, frater imperij. Baſſianus & Geta te ſalutant. Iulia noſtra & te & ſororem ſalutat. Infantulo tuo Peſcennio Prineo munera digna ſuo loco tuoq; mittemus. Tu uelim exercitus reip. ac nobis retentes mi unanime, mi chariſſime, mi amantiſſime. Et has quidem literas miſſis ſtipatoribus fideliſſimis dedit, quibus præcepit ut epiſtolã publice darent, poſtea uero dicerent, ſe uelle pleraq; occulte ſuggerere quæ ad res bellicas pertinerent, & ad ſecreta caſtrorũ, atq; aulicam fidem: ubi uero in ſecretũ ueniſſent, quaſi mãdata dicturi, quinque ualidiſſimi eum interimerẽt gladiolis intra ueſtem latentibus. Nec illorum quidem fides defuit. Nam cum ad Albinũ ueniſſent, & epiſtolam dediſſent, qua lecta, cum dicerent quædã ſecretius ſuggerenda, & locum ſemotũ ab omnibus arbitris poſtularent, & cum omnino neminem paterentur ad porticũ longiſſimam cum Albino progredi, ea ſpecie ne mandata proderent, Albinus intellexit inſidias. Deniq; indulgens ſuſpicionibus eos tormentis dedit. Qui diu primo pernegarunt, ſed poſtea uicti neceſſitate, confeſſi ſunt ea quæ Seuerus ijſdem præceperat. Tunc iam proditis rebus, & apertis inſidijs, ea quæ ſuſpicabat Albinus clara eſſe intelligens, exercitu ingenti collecto contra Seuerum atq; eius duces uenit. Et primo quidem conflictu habito contra duces Seueri, potior fuit: poſt autem Seuerus ipſe, cum id egiſſet apud ſenatum ut hoſtis iudicaretur Albinus, contra eum profectus, acerrime fortiſſimeq; pugnauit in Gallia non ſine uarietate fortunæ. Deniq; cum ſollicitus augures conſuleret, reſponſum illi eſt, ut dicit Marius Maximus, uenturũ quidem in poteſtatem eius Albinũ, ſed non uiuũ nec mortuum: quod & factũ eſt. Nam cum ultimũ prælium cõmiſſum eſſet, innumeris ſuorum cæſis, plurimis fugatis, multis etiam deditis, Albinus fugit: &, ut multi dicunt, ſe ipſe percuſſit: ut alij, à ſeruo ſuo percuſſus, ſemiuiuus ad Seuerũ deductus eſt. Vnde confirmatum eſt augurium, quod fuerat antè prædictũ. Multi præterea dicunt, à militibus, cuius nece à Seuero gratiam requirebant. Fuit Albino unus (ut aliqui dicunt) filius. Maximus dicit duo: quibus primũ ueniam dedit, poſtea uero eos cũ matre percuſſit, & in profluentẽ abijci iuſſit. Caput eius exciſum pilo circũtulit, Romamq; miſit literis ad ſenatum datis: quibus inſultabat ꝙ Albinum tantopere dilexiſſent, ut eius affines, & fratrem precipuè ingenti honore cumularẽt. Iacuiſſe ante prætoriũ Seueri Albini corpus per dies plurimos dicitᷣ uſq; ad fœtorem, laniatũq; à canibus in profluentẽ abiectũ eſſe. De moribus eius uaria dicunt. Et Seuerus quidem ipſe hæc de eodem loquit, ut eum dicat turpẽ, malitioſum, improbũ, inhoneſtũ, cupidum, luxurioſum. ſed hæc belli tempore uel poſt bellum, quando ei iam uelut de hoſte credi non poterat, quum & ipſe ad eum quaſi ad amiciſſimum frequẽtes miſerit literas, & multi de Albino bene ſenſerint, & Se-

Potior, pro κρείττων

& Seuerus ipſe Cæſarem ſuum eundem appellari uoluerit: & cum de ſucceſſore cogitaret, hunc primum habuerit ante oculos. Extant præterea Marci epiſtolæ de hoc eodem, quæ teſtimoniũ & uirtutum eius ferant & morum: quarum unam inſerere ad præfectos datam ſuper eius nomine abſurdum nõ fuit. M. Aurelius Antoninus præfectis ſuis ſalutem: Albino ex familia Ceioniorum Afro quidem homini, ſed nõ multa ex Afris habenti, Plautilli genero duas cohortes alares regendas dedi. Eſt homo exercitatus, uita triſtis, grauis moribus: puto eum rebus caſtrenſibus profuturũ, certe obfuturũ non eſſe ſatis noui. Huic ſalarium duplex decreui, ueſtem militarem ſimplicẽ, ſed loci ſui ſtipendium quadruplũ. Hunc uos adhortamini, ut ſe reip. oſtentet, habiturus præmium quod merebitur. Eſt & alia epiſtola, qua idem M. Auidij Caſſij temporibus de hoc eodem ſcripſit, cuius exemplũ hoc eſt: Laudanda eſt Albini conſtantia, qui grauiter deficientes exercitus tenuit, quum ad Auidium Caſſium confugerent. Et niſi hic fuiſſet, omnes defeciſſent. Habemus igitur uirum dignum cõſulatu, quem ſufficiam in locum Caſſij Papirij, qui mihi exanimis propè iam nuntiatus eſt. Quod interim à te publicari nolo, ne aut ad ipſum Papirium, aut ad eius affectus perueniat: noſq; uideamur in locum uiuentis C O S. ſubrogaſſe. Et iſtæ igitur epiſtolæ teſtantur, Albinũ uirum utilem fuiſſe. Indicat & illud præcipue, quòd ad eas ciuitates inſtaurandas quas Niger atriuerat, pecuniam miſit, quo facilius ſibi earum accolas cõciliaret. Guloſum eum Cordus qui talia perſequitur, in ſuis uoluminibus fuiſſe dicit: & ita quidem, ut pomorũ tantum hauſerit, quantum ratio humana non patitur. Nam & quingentas ficus paſſarias, quas Græci calliſtrutias uocant, ieiunum comediſſe dicit, & centum perſica Campana, & melones Hoſtiẽſes decem, & uuarum Lauicanarum pondo uiginti, & ficedulas centum, & oſtrea quadringẽta. Vini ſanè parcum fuiſſe dicit, quod Seuerus negat, qui eum aſſerit ebrium etiam in bello fuiſſe. Cum ſuis etiam nunquã cœnauit: uel propter uinolentiam, ut dicit Seuerus, uel propter morum acrimoniã. Vxori odioſiſſimus fuit, ſeruis iniuſtus, atrox circa militem. Nam ſæpe & ordinarios cẽturiones, ubi cauſæ qualitas nõ poſtulabat, in crucem ſuſtulit. Verberauit certe uirgis ſæpiſſime: neq; unquam delictis pepercit. In ueſtitu nitidiſſimus fuit: in cõuiuio ſordidiſſimus, & ſoli ſtudens copiæ: mulierarius inter primos amatores, auerſæ Veneris ſemper ignarus, & talium perſecutor. Agri colendi peritiſſimus, ita ut etiam Georgica cõſcripſerit. Mileſias nonnulli eiuſdem eſſe dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamuis mediocriter ſcriptæ ſint. A ſenatu tantum amatus eſt, quantum nemo principum, in odium ſpeciatim Seueri, quem uehementer ob crudelitatem oderant ſenatores. Deniq; uicto eo plurimi ſenatores à Seuero interfecti ſunt, qui eius partiũ uel uere fuerant, uel eſſe uidebantur. Deniq; cum apud Lugdunum eundem interfeciſſet, ſtatim literas inquiri iuſſit, ita ut inueniret uel ad quos ipſe ſcripſiſſet, uel qui ad eum reſcripſiſſent: omneſq; illos quorum epiſtolas reperit, hoſtes iudicari à ſenatu fecit: nec his pepercit, ſed & ipſos interemit, & bona eorum propoſuit, atq; in ærarium publicum retulit. Extat epiſtola Seueri, quæ oſtendit animum ſuum miſſa ad ſenatum, cuius hoc exemplum eſt: Nihil mihi gratius poteſt euenire P. C. quàm ut ueſtrum iudicium Albinus haberet potius quàm Seuerus. Ego frumenta reipub. detuli, ego multa bella pro republica geſſi, ego populo Romano tãtum olei detuli, quantũ rerum natura uix habuit. Ego interfecto Peſcennio Nigro uos à malis tyrãnicis liberaui. Magnã ſanè mihi reddidiſtis uicem, magnam gratiam: unum ex Afris, & quidem Adrumetinis, fingentem quòd de Ceioniorũ ſtemmate ſanguinem duceret, uſqueadeo extuliſtis, ut eum principẽ habere uelitis, me principe, ſaluis liberis meis. Defuit'ne quæſo tanto ſenatui, quem amare deberetis, qui uos amaret? Huius fratrem honorib. extuliſtis, ab hoc conſulatus, ab hoc præturas, ab hoc ſperatis cuiuſuis magiſtratus inſignia. Non eam gratiam mihi redditis, quam maiores ueſtri contra Piſonianã factionem, quam item pro Traiano, quam nuper contra Auidium Caſſium præſtiterunt: fictũ illum & ad omnia mendaciorũ genera paratum, qui nobilitatem quoq; mentitus eſt, mihi prępoſuiſtis. Quinetiã audiendus in ſenatu fuit Statilius Corſulenus, qui honores Albino & eius fratri decernendos ducebat: cui hoc ſuperfuit, ut de me ille decerneret homo nobilis ad triumphũ. Maior fuit dolor, ꝙ illũ pro literato laudandũ pleriq; duxiſtis, cum ille nęnijs quibuſdã anilib. occupatus inter

Mileſias

Mileſias Punicas Apuleij ſui, & ludicra literaria conſeneſceret. Hinc apparet quanta ſeueritate factionem uel Peſcennianam, uel Clodianam uindicauerit. Quæ quidem omnia in uita eius poſita ſunt: quæ qui diligentius ſcire uelit, legat Marium Maximum, de Latinis ſcriptoribus: de Græcis, Herodianum, qui ad fidem pleraq; dixerunt. Fuit ſtatura procerus, capillo renodi & criſpo, fronte lata, candore mirabili: & ut pleriq; putant, ex eo nomen accepit: uoce muliebri & propè ad eunuchorum ſonum, motu facili, iracundia graui, furore triſtiſſimo, in luxuria uarius. Nã ſæpe appetens uini, frequenter abſtinens. Armorum ſtrenuus prorſus, ut nõ male ſui temporis Catilina diceretur. Non ab re eſſe credimus, cauſas oſtendere, quibus amorem ſenatus Clodius Albinus meruerit. Cum Britãnicos exercitus regeret iuſſu Commodi, atq; illum interemptum adhuc falſo comperiſſet, cum ſibi ab ipſo Commodo Cæſarianum nomen eſſet delatũ, proceſſit ad milites, & hac concione uſus eſt: Si ſenatus P. R. ſuum illud uetus haberet imperium, nec in unius poteſtate res tanta conſiſteret, non ad Vitellios, neq; ad Nerones, neq; ad Domitianos publica fata ueniſſent: in imperio conſulari noſtrę illæ gentes Ceioniorum, Albinorum, Poſthumiorũ, de quibus patres ueſtri, qui & ipſi ab auis ſuis audierant, multa didicerunt: & certe Africam Romano imperio ſenatus adiunxit. Galliam ſenatus ſubegit, & Hiſpanias: Orientalibus populis ſenatus dedit leges. Parthos tentauit ſenatus: & ſubegiſſet, niſi tam auarum principem Romano exercitui fortuna reipublicæ tunc dediſſet. Britannias Cæſar ſubegit: certe ſenator, nõdum tamen dictator. Hic ipſe Cõmodus quanto melior fuiſſet, ſi timuiſſet ſenatum. Et uſq; ad Neronem quidem ſenatus autoritas ualuit, qui ſordidum & impurum principem damnare non timuit, quum ſententiæ in eum dictæ ſint, qui uitæ necisq; poteſtatem atq; imperium tunc tenebat. Quare commilitones, ego Cæſarium nomen quod mihi Commodus detulit, nolo: dij faxint ut ne alij quidem uelint. Senatus imperet, prouincias diuidat, ſenatus nos conſules faciat, & quid dico ſenatus? uos ipſi & patres ueſtri. eritis enim ipſi ſenatores. Hæc concio, uiuo adhuc Commodo, Romam delata eſt, quæ Commodum in Albinum exaſperauit, ſtatimq; ſucceſſorem miſit Iunium Seuerum, unum ex contubernalibus ſuis. Senatui autem tantum placuit, ut miris acclamationibus abſentem eum ornaret, & uiuo Commodo, & deinceps interempto, ita ut nonnulli etiam Pertinaci autores fuerint ut eum ſibi ſocium aſciſceret, apud Iulianũ de occidendo Pertinace ipſius plurimum autoritas ualuerit. Vt autem hoc uerum intelligatur, epiſtolam Commodi ad præfectos præt. ſuos datam inſerui, qua de occidendo Albino ſignificauit ſuam mentem. Aurelius Cõmodus Seuerus præfectis ſalutem: Audiſſe uos credo primum fictum eſſe, quod ego meorum conſilio interfectus eſſem: deinde Concionem Clodij Albini apud milites meos habitam, qui ſe multum ſenatui cõmendat, idq; quantum uidemus, non fruſtra. Nam qui principem unum in republica negat eſſe debere, quiq; aſſerit, à ſenatu oportere totam rempublicam regi, is per ſenatum ſibi petit imperium. Cauete igitur diligentiſſime: iam enim hominem ſcitis uobis militibus populoq; uitandum. Has literas cum Pertinax inueniſſet, in Albini odium publicauit. Quare Albinus occidendi Pertinacis Iuliano autor fuit.

Aelij

AELII LAMPRIDII

ALEXANDER SEVERVS

AD CONSTANTINVM AVG.

INTERFECTO Vario Heliogabalo (ſic enim maluimus dicere quàm Antoninum, quia & nihil Antoninorũ peſtis illa oſtendit, & hoc nomen ex annalibus ſenatus autoritate eraſum eſt) ad remedium generis humani Aurelius Alexander urbe Arcena genitus, Varij filius, Variæ nepos, & conſobrinus ipſius Heliogabali, accepit imperiũ, cum antè Cæſar à ſenatu eſſet appellatus, mortuo ſcilicet Macrino, Auguſtũq; nomen idem recepit: addito eo, ut & patris patriæ nomen, & ius proconſulare, & tribunitiam poteſtatem, & ius quintę relationis, deferente ſenatu uno die aſſumeret. Et ne præceps iſta honorũ continuatio uideat̃, exponã cauſas, quibus id & ſenatus coactus eſt facere, & ille perpeti. Nõ eñ aut grauitati ſenatus cõgruebat omnia ſimul deferre, aut bono principi raptũ ire tot ſimul dignitates. Milites iam inſueuerant ſibi imperatores & tumultuario iudicio facere, & itẽ facile mutare, afferẽtes nonnunq; ad defenſionẽ, ſe idcirco feciſſe, ꝙ neſciſſent ſenatũ principẽ appellaſſe: nam & Peſcenniũ Nigrũ, & Clodiũ Albinũ, & Auidiũ Caſſiũ, & antea Luciũ Vindicẽ, & L. Antoniũ, & ipſũ Seuerũ, cũ ſenatus iã Iulianũ dixiſſet principẽ, imperatores fecerãt: atq; ita res bella ciuilia ſeuerat, quib. neceſſe fuit militẽ cõtra hoſtẽ paratũ parricidialiter perire. Hac igit̃ cauſa feſtinatũ eſt, ut omnia ſimul Alexãder quaſi iã uerus imperator acciperet. Huc acceſſit nimia & ſenatus & populi inclinatio poſt illã cladem, quæ nõ ſolũ Antoninorũ nomen decolorauit, ſed etiã Romanũ dehoneſtauit imperiũ. Certatim deniq; omnia decreta ſunt & nominũ genera & poteſtatũ. Primus deniq; omniũ cũcta inſignia, & honorificentiæ genera ſimul recepit: ſuffragante ſibimet Cæſaris nomine, quod iã ante aliquot annos meruerat: & magis ſuffragãte uita & moribus, cũ illi magnũ conciliaſſet fauorẽ, quòd eum Heliogabalus occidere conatus eſt: nec potuit, & militibus repugnantib. & ſenatu refragante. Atq; hęc parua ſunt, niſi quòd dignũ ſe exhibuit, quẽ ſenatus ſeruaret, quẽ ſaluũ milites cuperent, quẽ omnium bonorũ ſententia principẽ diceret. Alexander igit̃, cui Mammea mater fuit, (nã & ita dicitur à pleriſq;) à prima pueritia artib. bonis imbutus, tã ciuilibus ꝙ militaribus, ne unũ quidem diẽ ſponte ſua trãſire paſſus eſt, quo ſe nõ & ad literas & ad militiã exerceret. Nã in prima pueritia literatores habuit Valeriũ Cordũ, & L. Veturiũ, & Aurelium Philippũ libertum patris, qui uitam eius poſtea in literas miſit. Grãmaticum in patria Gręcũ, Nebonẽ, rhetorẽ Serapionẽ, philoſophũ Stilionem. Romæ grãmaticos, Scaurinũ Scaurini filium doctorẽ celeberrimũ: rhetores Iulium Frontinũ, & Bebium Macrinũ, & Iulium Granianũ, cuius hodieq; orationes declamatæ feruntur. Sed in latinis non multũ profecit, ut ex eiuſdẽ orationibus apparet, quas in ſenatu habuit: uel in cõcionibus quas apud milites, uel apud populũ: nec ualde amauit latinã facundiam, ſed amauit literatos homines, uehementer eos etiã reformidãs, ne quid de ſe aſperũ ſcriberent. Deniq; eos dignos adeſſe iubebat: ſingula quæq;, quæ publice priuatimq; agebat, ſe ipſo docẽte uolebat addiſcere, ſi fortè ipſi nõ affuiſſent: eaq; petebat, ut ſi uera eſſent, in literas mitterẽt. Dominũ ſe appellari uetuit. Epiſtolas ad ſe quaſi ad priuatũ ſcribi iuſſit, ſeruato tantũ nomine imperatoris. Gẽmas de calciamẽtis & ueſtib. tulit, quibus uſus fuerat Heliogabalus: ueſte, ut & pingit̃, alba uſus eſt, nec aurata, penulis togiſq; cõmunibus. Cũ amicis tã familiariter uixit, ut cõmunis eſſet ei ſępe cõſeſſus, iret & ad cõuiuia eorũ: aliquos aũt haberet quotidianos etiã nõ uocatos: ſalutaret̃ uero quaſi unus de ſenatoribus patente uelo, admiſſionalibus remotis: aut ſolis ijs, qui miniſtri ad fores fuerant: cum antea ſalutare principem non liceret, quòd eos uidere non poterat. Et e-

rat corporis uenuſtate decorus, ut hodie in picturis & in ſtatuis uidemus. Fuit & ſtaturæ militaris, robur militis, ualetudo eius, qui uim ſui corporis ſciret, ac ſemper curaret. Erat præterea cunctis hominibus amabilis: & ab alijs pius appellabatur, ab omnibus certe ſanctus, & utilis reip. Huic ſors in templo præneſtinæ talis extitit, cum illi Heliogabalus inſidiaretur.

Si qua fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus eris.

Alexandri nomen accepit, quòd in templo dicato apud Arcenam urbem Alexandro magno natus eſſet, cum caſu illuc die feſto Alexandri pater cũ uxore patriæ ſolennitatis implendæ cauſa ueniſſet. cui rei argumentũ eſt, quod eadẽ die natalẽ habet hic Mãmeæ Alexãder, qua ille Magnus exceſſit è uita. Delatũ ſibi Antonini nomen à ſenatu recuſauit: cum hic magis affinitate Caracalli iungeretur, quàm ille Heliogabalus ſubdititius. Siquidẽ, ut Marius Maximus dixit in uita Seueri, nobilẽ Orientis mulierẽ Seuerus, cuius hãc geniturã eſſe compererat, ut uxor imperatoris eſſet, adhuc priuatus, & non magni ſatis loci, duxit uxorẽ. Ex qua affinitate hic Alexãder fuit, cui uere per matrẽ ſuã conſobrinus Varius Heliogabalus fuit. Recuſauit & Magni nomẽ, quod ei quaſi Alexandro eſt oblatũ ſenatus iudicio. Intereſt retexere orationẽ, qua nomẽ Antonini & Magni delatũ ſibi à ſenatu recuſauit, quam priuſquam referã addã acclamationes ſenatus, quibus id decretũ eſt ex actis urbis ad pridie Nonas Martias. Cum ſenatus frequens in curiã, hoc eſt, in ædẽ Concordię templũ inauguratũ conueniſſet, rogatuſque eſſet Aurelius Alexander Cæſar Auguſtus ut cõcineret, ac primo recuſaſſet, quòd ſciret de honorib. ſuis agẽdũ, deinde poſtea ueniſſet, acclamatũ: Auguſte innocẽs, dij te ſeruẽt. Alexãder imperator, dij te ſeruẽt. Dij te nobis dederũt, dij cõſeruent. Dij te ex manibus impuri eripuerũt, dij te perpetuent. Impurũ tyrannũ & tu perpeſſus es, impurũ & obſcœnũ & tu uidere doluiſti. Dij illũ eradicauerũt, dij te ſeruent. Infamis imperator rite dãnatus. Felices nos imperio tuo, felicẽ remp. Infamis unco tractus eſt ad exemplũ timoris. Luxurioſus imperator iure punitus eſt. Contaminator honorũ iure punitus eſt. Dij immortales Alexandro Vitã, iudicia deorũ hinc apparent. Et cũ egiſſet gratias Alexãder, acclamatũ eſt: Antonine Alexãder, dij te ſeruẽt. Antonine Aureli, dij te ſeruent. Antonine Pie, dij te ſeruẽt. Antonini nomẽ ſuſcipias rogamus. Pręſta bonis imperatorib. ut Antoninus dicaris. Nomẽ Antoninorũ tu purifica. Quod ille infamauit, tu purifica. Redde in integrũ nomẽ Antoninorũ. Sanguis Antoninorũ ſe cognoſcat. Iniuriã Marci tu uindica. Iniuriã Veri tu uindica. Iniuriã Baſſiani tu uindica. Peior Cõmodo ſolus Heliogabalus, nec imperator, nec Antoninus, nec ciuis, nec ſenator, nec nobilis, nec Romanus. In te ſalus, in te uita ut uiuere delectet. Antoninorũ Alexandro uitã, ut uiuere delectet, & Antoninus uocetur. Antoninorũ tẽpla Antoninus dedicet. Parthos & Perſas Antoninus uincat. Sacrũ nomẽ ſacratus accipiat. Sacrũ nomẽ caſtus accipiat. Antonini nomen ut agnoſcat Antoninorũ honorẽ. Dij cõſeruent in te oĩa, per te omnia Antonine habeas. Et poſt acclamationes Aurelius Alexãder Cæſar Auguſtus: Gratias uobis P. C. nõ nũc primũ, ſed & de Cęſareo nomine, & de uita ſeruata, & Auguſti nomine addito, & de põtificatu maximo, & de tribunitia poteſtate, & procõſulari imperio: quæ oĩa nouo exẽplo uno die in me cõtuliſtis. Et cũ diceret, acclamatũ: Hęc ſuſcepiſti, Antonini nomẽ ſuſcipi mereatᷓ, ſenatus Antonini mereatur. Antonine Auguſte dij te ſeruẽt: Dij te Antoninũ conſeruẽt: monetæ nomẽ Antonini reddatᷓ. Templa Antoninorũ Antoninus conſecret. Aurelius Alexãder Auguſtus: Ne quęſo P. C. ne me ad hanc certaminis neceſsitatẽ uocetis, ut ego cogar tãto nomini ſatisfacere, cũ etiam hoc ipſum nomẽ licet peregrinũ, tamẽ grauare uideatur. Hæc enim nomina inſignia oneroſa ſunt. Quis em̃ Ciceronẽ diceret mutum? quis indoctũ Varronẽ? quis impiũ Metellum? Et, ut hoc dij auertant, quis nõ æquitatẽ nomina ferat digerentẽ in clariſſimã ſpem dignitatũ? Itẽ acclamata quæ ſuprà. Item imperator dixit: Antoninorũ nomẽ uel iã numen potius, quale fuerit, meminit ueſtra clementia: ſi pietatẽ, quid Pio ſanctius? ſi doctrinã, quid Marco prudentius? ſi innocentiã, quid Vero ſimplicius? ſi fortitudinem, quid Baſſiano fortius? Nam nũc Commodi meminiſſe nolo, qui hoc ipſo deterior fuit, quòd cum illis moribus An

tonini nomen obtinuit. Diadumenus autem nec tempus habuit, nec ætatem, & arte patris hoc nomen incurrit. Item acclamatũ ut ſuprà. Item imperator dixit: Nuper cer te P. meminiſtis, cum ille omniũ non ſolum bipedum, ſed etiam quadrupedũ ſpurciſſimus, Antonini nomen præferret, & in turpitudine atq; luxuria Nerones, Vitellios et Commodos uinceret, qui gemitus omniũ fuerint, cum per populi & honeſtorũ coronas una uox eſſet, hunc non rite Antoninum dici, & per hanc peſtem tantum uiolari nomen. & cum diceret, acclamatũ eſt: Dij mala prohibeant. Hæc te imperante non timemus: de his te duce ſecuri ſumus. Viciſti uicia, uiciſti crimina, uiciſti dedecora. Antonini nomen ornauiſti: certi ſumus, bene præſumimus, nos te & à pueritia probauimus, & nunc probamus. Itẽ imperator: Neq; ego P. C. idcirco timeo iſtud uenerabile omnibus nomẽ accipere, quòd uerear ne in hæc uitia delabatur uita, aut quòd nos nominis pudeat, ſed primũ diſplicet alienæ familiæ nomẽ aſſumere, deinde quòd grauari me credo. Et cum hæc diceret, acclamatũ eſt ut ſupra. Item dixit: Si enim Antonini nomen accipio, poſſum & Traiani, poſſum & Titi, poſſum & Veſpaſiani: & cum diceret, acclamatũ eſt: Quomodo Auguſtus, ſic & Antoninus. Tunc imperator: Video P. C. quid uos moueat ad hoc nobis addendum. Auguſtus primus, primus eſt huius autor imperij, & in eius omnes uelut quadã adoptione, aut iure hæreditario ſuccedimus. Antonini ipſi Auguſti dicti ſunt. Antoninus idem Pius Marcum, & itẽ Verum iure adoptionis uocauit: Commodo aũt hæreditarium fuit, ſuſceptũ Diadumeno, affectatum in Baſſiano, ridiculum in Aurelio. Et cum diceret, acclamatũ eſt: Alexander Auguſte, dij te ſeruent uerecũdiæ tuæ, prudentiæ tuæ, innocentiæ tuæ, caſtitati tuæ. hinc intelligimus qualis futurus ſis: hinc probamus. tu facies ut ſenatus bene principes eligat. tu facies optimũ eſſe iudicium ſenatus. Alexãder Auguſte, dij te ſeruent. Templa Antoninorũ Alexãder Auguſtus dedicet. Cæſar noſter, Auguſtus noſter, imperator noſter, dij te ſeruent. Vincas, ualeas, multis annis imperes. Alexander imperator dixit: Intelligo P. C. me obtinuiſſe quod uolui, & in acceptũ refero, plurimas gratias & agẽs & habẽs, eniſurus ut & hoc nomẽ quod in imperiũ detulimus, tale ſit, ut ab alijs deſideretur, & bonis ueſtræ pietatis iudicijs offeratur. Poſt hæc acclamatũ eſt: Magne Alexander, di te ſeruent. Si Antonini nomen repudiaſti, Magni prænomen ſuſcipe. Magne Alexander, dij te ſeruent. Et cum ſæpius dicerent, Alexander Auguſtus ait: Facilius fuit P. C. ut Antoninorũ nomen acciperẽ: aliquid enim uel affinitati deferrẽ, uel cõſortio nominis imperialis. Magni uero nomen cur accipiã? quid eñ iam magnũ feci? cum id Alexãder poſt magna geſta, Pompeius uero poſt magnos triumphos acceperit. Quieſcite igitur uenerandi patres, & uos ipſi magnifici unum me de uobis eſſe cenſete potius quàm Magni nomen ingerite. Poſt hæc acclamatum eſt: Aureli Alexander Auguſte, dij te ſeruent & reliqua ex more. Dimiſſo ſenatu, cum & alia multa eo die eſſent acta, quaſi triumphans domum ſe recepit. Multo clarior uiſus eſt alienis nominibus non receptis quàm ſi recepiſſet, atq; ex eo conſtantiæ ac plenæ grauitatis famam obtinuit. Siquidẽ uni adoleſcenti ſenatus totus perſuadere non potuit: ſed quãuis ſenatu rogante nõ potuerit perſuaderi, ut uel Antonini uel Magni nomina ſuſciperet, tamen ob ingentẽ uigorem animi, & mirandam ſingularemq; conſtantiã, contra militum inſolentiam Seueri nomen à militibus eidem inditũ eſt, quod illi ingentem in præſentia reuerentiã, magnam apud poſteros gloriã peperit, cũ eò acceſſiſſet, ut de animi uirtute nomẽ acceperit: ſiquidem ſolus inuentus ſit, qui tumultuantes legiones exautorauerit, ut ſuo loco oſtẽdetur: in milites aũt grauiſsime animaduerterit, qui forte incurrerunt aliquid quod uideretur iniuſtum, ut & ipſum locis ſuis declarabimus. Omina imperij hæc habuit: Primum, quòd ea die natus eſt, qua defunctus uita Magnus Alexander dicitur: deinde, quòd in templo eius mater enixa eſt: tertio, quòd ipſius nomen accepit. Tum præterea quòd ouum purpurei coloris eadem die natũ, qua ille natus eſt, palumbinum anicula quædam matri eius obtulit: ex quo quidem aruſpices dixerunt, imperatorem quidem illum, ſed non diu futurum, & cito ad imperium peruenturum. Tum præterea quod tabula Traiani imperatoris, quæ geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret, in lectũ eius decidit. His acceſsit quòd nutrix ei Olympias data eſt, quo nomine mater Alexandri appellata eſt. Nutri-

tor Philippus prouenit caſu unus ex ruſticis, quod nomen patri Alexandri Magni fuit. Fertur die prima natalis toto die apud Arcã Cęſaream ſtella primæ magnitudinis uiſa, & ſol circa domũ patris eius fulgido ambitu coronatus. Cũ eius natalẽ aruſpices commendarent, dixerunt eum ſummam rerum tenturum, idcirco quòd hoſtiæ de ea uilla quæ eſſet Seueri imperatoris, adductę eſſent, & quas in illius honorem coloni parassent. Nata in domo laurus iuxta perſici arborem, intra unum annum perſici arborem uicit: Vnde etiam coniectores dixerunt, Perſas ab eo eſſe uincendos. Mater eius pridie quàm pareret, ſomniauit ſe purpureum dracunculum parere. Pater eadẽ nocte in ſomnijs uidit, alis ſe Romanę uictorię, quę in ſenatu, ad cœlũ uehi. Ipſe cũ uatẽ conſuleret de futuris, hos accepiſſe dicit̃ uerſus adhuc paruulus: & primis quidẽ ſortibus:

Te manet imperium cœli, terræq;, mariſq;,

Intellectum eſt, quòd inter diuos etiam referretur:

Te manet imperium, quod tenet imperium:

Ex quo intellectum eſt, Romani illũ imperij principem futurum. Nam ubi eſt imperium, niſi apud Romanos, quod tenet imperium? Et hæc quidem de Græcis uerſibus ſunt prodita. Ipſe autem, cum parentis hortatu animum à philoſophia & muſica ad alias artes traduceret, Vergilij ſortibus huiuſmodi illuſtratus eſt:

Excudent alij ſpirantia mollius æra,
Credo equidem, uiuos ducent de marmore uultus.
Orabunt cauſas melius, cœliq; meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera ducent:
Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Ferunt multa alia ſigna, quibus principem humani generis eſſe conſtaret. Nimius ardor oculorum, & diutius intuentibus grauis, & diuinatio mentis frequentiſſima: rerũ memoria ſingularis, quam nemo niſi Acholius ferebat adiutã. Et cũ puer ad imperiũ perueniſſet, fecit cũcta cum matre, ut & illa uideretur pariter imperare, mulier ſancta, ſed auara, & auri atq; argẽti cupida. Vbi ergo Auguſtum agere cœpit imperiũ, primũ remouit iudices omnes à rep. & à miniſterijs, atq; munerib. quos impurus ille Heliogabalus ex genere hominũ turpiſsimo prouexerat: deinde ſenatũ, & equeſtrẽ ordinẽ purgauit. Ipſas deinde tribus, & eos, qui militarib. nituntur prærogatiuis, purgauit: & palatiũ ſuum, comitatũq; omnẽ, abiectis ex aulico miniſterio cũctis obſcœnis & infamibus: nec quenquam paſſus eſt eſſe in palatinis, niſi neceſſariũ hominẽ. Iureiurando deinde cõſtrinxit, ne quem aſcriptũ, id eſt uagantiũ haberet, ne annonis remp. grauaret, dicens, malum pupillum eſſe imperatorẽ, qui ex uiſceribus prouincialiũ homines non neceſſarios, nec reip. utiles paſceret. Fures iudicare iuſſit, in ciuitatibus ullis nunquam uideri: & ſi eſſent uiſi, iuſsit deportari per rectores prouinciarũ. Annonam militum diligenter inſpexit. tribunos, qui per ſtellaturas militibus aliquid tuliſſent, capitali pœna affecit. Negotia & cauſas prius à ſcriniorum principibus, & doctiſsimis iuriſperitis & ſibi fidelibus, quorũ primus tunc Vlpianus fuit, tractari ordinariq;, atq; ita referri ad ſe præcepit. Leges de iure populi & fiſci moderatas & infinitas ſanxit: neq; ullã conſtitutionẽ ſacrauit ſine uiginti iuriſperitis, & doctiſsimis ac ſapientib. uiris, ijs deniq; diſertiſsimis nõ min⁹ L. ut nõ minus in cõſilio eſſent ſententię, q̃ ſenatuſcõſultũ conficerẽt: & id quidem ita, ut iretur per ſentẽtias ſingulorũ, ac ſcriberet̃ quid quiſque dixiſſet, dato tamen ſpatio ad diſquirendũ cogitandumq; priuſquam dicerent, ne incogitati dicere cogerent̃ de rebus ingentibus. Fuit præterea illi conſuetudo, ut ſi de iure, aut de negotijs tractaret, ſolos doctos & diſertos adhiberet. Si uero de re militari, milites ueteres & ſenes, ac benemeritos, & locorum peritos, ac bellorum & caſtrorũ, & omnes literatos: & maxime eos, qui hiſtoriam norant: requirens quid in talib. cauſis, quales in diſceptatione uerſabantur, ueteres imperatores uel Romani, uel exterarum gentium feciſſent. Referebat Encolpius, quo ille familiariſsimo uſus eſt, illum ſi unquam furem iudicem uidiſſet, paratum habuiſſe digitum ut illi oculũ erueret. Tantum odium eum tenebat eorum, de quibus apud ſe probatũ eſſet quòd fures fuiſſent.

Addit Septimius, qui uitam eius non mediocriter executus eſt, tanti ſtomachi fuiſſe Alexandrũ in eos iudices, qui furtorum fama laboraſſent, etiã ſi damnati non eſſent, ut ſi eos caſu aliquo uideret, cõmotione animi, ſtomachi cholerã euomeret, toto uultu inardeſcente, ita ut nihil poſſet loqui. Nam cum quidã Septimius Arabinus famoſus crimine furtorũ, & ſub Heliogabalo iã liberatus, inter ſenatores principẽ ſalutatũ ueniſſet, exclamauit, ó Numina, ó Iupiter, ó dij immortales, Arabinus non ſolum uiuit, uerumetiã in ſenatũ uenit: fortaſsis etiã de me ſperat, tam fatuũ, tam ſtultũ eſſe me iudicat. Salutabatur aũt nomine, hoc eſt: Aue Alexander. Si quis caput flexiſſet, aut blandius aliquid dixiſſet, uti adulator uel abijciebatur, ſi loci eius qualitas pateretur: uel ridebatur ingenti cachinno, ſi eius dignitas grauiori ſubiacere nõ poſſet iniuriæ. Salutatus conſeſſum obtulit omnib. ſenatoribus: atq; adeo niſi honeſtos & bonæ famæ homines ad ſalutationẽ non admiſit. Iuſsitq; quẽadmodũ in Eleuſinijs ſacris dicit̃, ut nemo ingrediatur, niſi qui ſe innocentẽ nouit. Per prçconẽ edixit ut nemo ſalutaret principẽ, qui ſe furẽ eſſe noſſet, ne aliquando detectus capitali ſupplicio ſubderetur. Ipſe adorari ſe uetuit, cũ iam cœpiſſet Heliogabalus adorari regũ more Perſarũ. Erat præterea hæc illius ſententia, ſolos fures de paupertate conqueri, dũ uolunt ſcelera uitæ ſuæ tegere. Idẽ addebat ſententiã de furibus notam: & Grçce quidẽ, quæ latine hoc ſignificat, Qui multa rapuerit, pauca ſuffragatoribus dederit, ſaluus erit: quæ Græce talis eſt: ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς ἐκφεύξεται. Præfect. præt. ſibi ex ſenatus autoritate conſtituit. præfect. urbis à ſenatu accepit, alterũ præfect. præt. fecit: qui ne fieret, etiam fugerat, dicens, inuitos nõ ambientes in remp. collocandos. ſenatorẽ nunq; ſine omniũ ſenatorũ, qui aderant, conſilio fecit, ita ut per ſentẽtias omniũ crearetur, teſtimonia dicerẽt ſummi uiri: ac ſi feſelliſſent uel teſtes uel hi qui ſentẽtias dicebãt, poſtea in ultimũ reijcerent̃ locũ, ciuium cõdemnatione adhibita, quaſi falſi rei approbati ſine ullius indulgentiæ propoſito. Idẽ ſenatores non niſi ad ſummorũ in palatio uirorum ſuffragiũ fecit, dicens, magnũ uirum eſſe oportere, qui faceret ſenatorem. Idem libertinos nunquam in equeſtrẽ locum redegit, aſſerens, ſeminariũ ſenatorum equeſtrẽ locum eſſe. Moderationis tantæ fuit, ut nemo unq; ab eius latere ſubmoueret̃, ut omnibus ſe blãdum affabilemq; præberet: ut amicos non ſolũ primi ac ſecundi loci, ſed etiam inferiores ægrotantes uiſeret: ut ſibi ab omnibus libere, quæ ſentiebant, dici cuperet: & cum dictũ eſſet, audiret: & cum audiſſet, ita ut res poſcebat, emendaret atq; corrigeret: ſin minus bene factũ eſſet aliquid, etiam ipſe conuinceret, idq; ſine faſtu & ſine amaritudine animi: conſenſum omnibus ſemper offerret, præter eos quos furtorũ denſior fama perſtrinxerat, de abſentibus ſemper requirens. Deniq; cũ ei obijcerent nimiam ciuilitatẽ, & Mammea mater, & uxor Mẽmia Sulpitij conſularis uiri filia, Catuli neptis, & ſæpe dicerent, molliorẽ tibi poteſtatem & contemptibiliorẽ imperij feciſti. ille reſpondit: Sed ſecuriorẽ, atq; diuturniorẽ. Dies deniq; nunquam tranſijt, quin aliquid manſuetum, ciuile, pium faceret: ſed ita ut çrariũ nõ euerteret. Condẽnationes & raras eſſe iuſsit: & quæ factæ fuerant, non indulſit. Vectigalia ciuitatibus ad proprias fabricas deputauit. Fœnus publicũ trientariũ exercuit, ita ut pauperibus pleriſq; ſine uſuris pecunias dederit ad agros emendos, reddẽdas de fructibus. præfect. præt. ſuis ſenatoriã addidit dignitatem, ut uiri clariſſimi & eſſent, & dicerentur: quod antea uel raro fuerat, uel omnino non fuerat: eouſq; ut ſi quis imperatorũ ſucceſſorẽ præfect. præt. dare uellet, laticlauiã eidem per libertum ſubmitteret, ut in multorum uita Marius Maximus dixit. Alexander aũt idcirco ſenatores eſſe uoluit præfect. præt. ne quis non ſenator de Romano ſenatore iudicaret. Milites ſuos ſic ubiq; ſciuit, ut in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militantiũ: ſemperq; cum ſolus eſſet, & ratiões eorũ, & numerum, & dignitates, & ſtipendia recenſeret, ut eſſet ad omnia inſtructiſsimus. Deniq; cum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat & nomina. De promouendis etiam ſibi annotabat: & perlegebat cuncta pictacia: & ſic faciebat diebus etiã pariter annotatis, & quis, & qualis eſſet, & quo inſinuãte promotus. Commeatũ populi Romani ſic adiuuit, ut cum frumenta Heliogabalus euertiſſet, uicẽ de propria pecunia loco ſuo reponeret. Negotiatoribus ut Romam uolentes concurrerent, maximam immunitatẽ dedit. Oleum quod Seuerus populo dederat, quodq; Heliogaba-

Platonis ſententia

 lus immi-

lus imminuerat, turpiſsimis hominibus præfecturã annonæ tribuendo, integrum reſtituit. Ius conferendi rationes, quod impurus ille ſuſtulerat, hic omnib. reddidit. Mechanica opera Romæ plurima inſtituit. Iudæis priuilegia reſeruauit. Chriſtianos eſſe paſſus eſt. Pontificibus tantũ detulit, & XV uiris, atq; auguribus, ut quaſdam cauſas ſacrorum à ſe finitas iterari, & aliter diſtingui pateretur. Præſides prouinciarũ, quos uere non factionibus laudari comperit, & in itineribus ſecũ ſemper in uehiculo habuit, & munerib. adiuuit, dicens, & fures à rep. pellendos ac pauperandos, & integros eſſe redimendos atq; ditandos. Cum edulitatẽ P. R. ab eo peteret, interrogauit per Curionem, quam ſpeciẽ caram putarent. Illi continuo exclamauerunt, carnem bubulã atq; porcinam. Tunc ille non quidẽ edulitatem propoſuit, ſed iuſsit, ne quis ſuminatã occideret, ne quis lactantẽ, ne quis uaccam, ne quis damalionẽ: tantumq; intra biennium, uel propè annum porcinæ carnis fuit & bubulæ, ut cũ fuiſſet octominutalis libra, ad duos unumq; utriuſq; carnis libra redigeretur. Cauſas militũ contra tribunos ſic audiuit, ut ſi aliquẽ reperiſſet tribunorum in crimine, pro facti qualitate ſine indulgentiæ propoſito puniret. De omnibus hominib. per fideles homines ſuos ſemper quæſiuit: & per eos, quos nemo noſſet hoc agere, cum diceret, omnes præda corrũpi poſſe. Seruos ſuos ſemper cum ſeruili ueſte habuit, liberos cum ingenuorũ. Eunuchos de miniſterio ſuo abiecit, & uxori ut ſeruos ſeruire iuſsit. Et cum Heliogabalus mancipiũ eunuchorum fuiſſet, ad certum numerũ eos redegit: nec quicq; in palatio curare uoluit, niſi balneas fœminarũ. cum pleroſq; eunuchos rationibus & procurationib. prępoſuiſſet Heliogabalus; hic illis & ueteres ſuſtulit dignitates. Idem tertiũ genus hominum eunuchos eſſe dicebat: nec uidendũ, nec in uſu habendũ à uiris, ſed uix à fœminis nobilibus. Qui de eo fumum uendiderat, & à quodã militari centum aureos acceperat, in crucem tolli iuſsit per eam uiam, qua eſſet ſeruis ſuis ad ſuburbana imperatoria iter frequẽtiſsimũ. Prouincias prætorias, præſidales plurimas fecit. Proconſulares ex ſenatus uoluntate ordinauit. Balnea mixta Romæ exhiberi prohibuit: quod quidẽ iam antè prohibitũ Heliogabalus fieri permiſerat. Lenonũ uectigal & meretricũ & exoletorum in ſacrum ærariũ inferri uetuit: ſed ſumptib. publicis ad inſtaurationẽ theatri, circi, amphitheatri, & ærarij deputauit. Habuit in animo ut exoletos uetaret, quod poſtea Philippus fecit: ſed ueritus eſt ne prohibens publicũ dedecus in priuatas cupiditates conuerteret, cum homines illicita magis poſcant, prohibitaq; furore perſequanẽ. Braccariorũ, linteonum, uitreariorũ, pellionum, plauſtrariorũ, argentariorum, aurificum, & cæterarũ artium uectigal pulcherrimũ inſtituit: ex eoq; iuſsit thermas, & quas ipſe fundauerat, & ſuperiores populi uſibus exhiberi: ſyluas etiam thermis publicis deputauit. Addidit & oleum luminibus thermarũ, cum antea non ante aurorã paterent, & ante ſolis occaſum clauderentur. Huius imperium incruentum quidam literis tradiderunt, quod contrà eſt. Nam & Seuerus eſt appellatus à militibus ob auſteritatem, & in animaduerſionib. aſper in quibuſdam fuit. Opera ueterum principũ inſtaurauit: ipſe noua multa conſtituit: In his thermas nominis ſui iuxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, aqua inducta, quæ Alexandrina nunc dicitur. Nemus thermis ſuis de priuatis ædibus ſuis, quas emerat, diruptis ædificijs fecit. Oceani ſoliũ primus inter principes appellauit, cum Traianus id non feciſſet, ſed diebus ſolia deputaſſet. Antonini Caracalli thermas additis ſortionibus perfecit, & ornauit. Alexandrinũ opus marmoris de duobus marmoribus, hoc eſt Porphyretico & Lacedæmonio, primus inſtituit, palatio exornato hoc genere marmorandi. Statuas coloſſas in urbe multas locauit, artificibus undiq; conquiſitis. Alexãdri habitu nummos plurimos figurauit: & quidem electreos aliquantos, ſed plurimos tamen aureos. A mulieribus famoſis matrẽ & uxorem ſuam ſalutari uetuit. Conciones in urbe multas habuit more ueterum tribunorũ & cõſulum. Congiariũ populo ter dedit, donatiuũ militibus ter. carnem populo addidit. Vſuras fœneratorum contraxit ad trientes penſiones, etiam pauperibus conſulens. Senatores ſi fœnerarẽtur, uſuras accipere primo uetuit, niſi aliquid muneris cauſa acciperent: poſtea tamen iuſſit in ſemiſſes acciperent donum, munus tamen ſuſtulit. Statuas ſummorum uirorum in foro Traiani collocauit undique translatas. Paulum & Vlpianum in magno honore habuit, quos præfectos ab Heliogabalo alij dicũt

factos

factos, alij ab ipſo. Nam & conſiliarius Alexandri, & magiſter ſcrinij Vlpianus fuiſſe perhibetur: qui tamen ambo aſſeſſores Papiniani fuiſſe dicuntur. Baſilicam Alexandrinam inſtituerat inter campum Martium & ſepta Agrippiana, in latum pedum centum, in longum pedum mille, ita ut tota columnis penderet: quam efficere non potuit morte præuentus. Iſium & Serapium decenter ornauit, additis ſignis & deliacis, & omnibus myſticis. In matrem Mammeam unice pius fuit, ita ut Romę in palatio faceret dietas nominis Mammeæ, quas imperitũ uulgus hodie ad Mammã uocant. Et in Baiano palatium cum ſtagno, quod Mammeæ nomine hodieq; cenſetur. Fecit & alia in Baiano opera magnifica in honorem affiniũ ſuorum, & ſtagna ſtupẽda admiſſo mari. Pontes quos Traianus fecerat, inſtaurauit penè in omnibus locis. Aliquos etiam nouos fecit, ſed inſtauratis nomen Traiani reſeruauit. In animo habuit, omnibus officijs genus ueſtium proprium dare, & omnibus dignitatibus, ut à ueſtitu dignoſcerentur: & omnibus ſeruis, ut in populo poſſent agnoſci, ne quis ſeditioſus eſſet, ſimul ne ſerui ingenuis miſcerentur. Sed hoc Vlpiano Pauloq; diſplicuit, dicentibus, plurimum rixarũ fore, ſi faciles eſſent homines ad iniurias. Tum ſatis eſſe conſtituit, ut equites Romani à ſenatoribus claui qualitate diſcernerentur. Penulis intra urbem frigoris cauſa ut ſenes uterentur permiſit, cum id ueſtimenti genus ſemper itinerarium aut pluuiæ fuiſſet. Matronas tamen intra urbem penulis uti uetuit, in itinere permiſit. Facundiæ fuit Græcæ magis quàm Latinæ, nec uerſu inuenuſtus. Et ad muſicam pronus, matheſeos peritus: & ita quidẽ, ut ex eius iuſſu mathematici publice propoſuerint Romæ, ac ſint profeſsi, ut docerent. Aruſpicinæ quoq; peritiſsimus fuit, ὀρνεοσκόπος magnus, ut & Vaſcones, & Hiſpanorum, & Pannoniorum augures uicerit. Geometriam fecit, pinxit mire, cantauit nobiliter: ſed nunq; alio conſcio, niſi pueris ſuis teſtibus. Vitas principum bonorum uerſibus ſcripſit. Lyra, tibia, organo cecinit; tuba etiã, quod quidem imperator nunquam oſtendit. Palæſtes primus fuit, in armis magnus, adeo ut multa bella & glorioſe geſſerit. Conſulatum ter inijt tantum ordinarium: ac primo nundino ſibi alios ſemper ſuffecit. Seueriſsimus iudex contra fures, appellans eoſdem quotidianorum ſcelerum reos, & damnans acerrime: ac ſolos hoſtes, inimicoſq; reip. uocans. Eum notarium, qui falſum cauſæ breuem in conſilio imperatorio retuliſſet, inciſis digitorum neruis, ita ut nunquam poſſet ſcribere, deportauit. Cum quidam ex honoratis uitæ ſordidæ, & aliquando furtorũ reus, per ambitionem nimiam ad militiã aſpiraſſet, idcirco quòd per reges amicos ambierat, admiſſus ſtatim in furto præſentibus patronis detectus eſt, iuſſuſq; à regibus audiri, damnatus eſt re probata. Et cum quæreretur à regibus, quid apud eos paterentur fures, illi reſponderũt: Crucem. Ad eorũ reſponſum, in crucẽ ſublatus eſt. Ita & patronis autoribus damnatus ambitor eſt: & Alexandri, quam præcipue tuebatur, ſeruata clementia eſt. Statuas coloſſas, uel pedeſtres nudas, uel equeſtres, diuis imperatoribus in foro diui Neruæ, quod tranſitoriũ dicitur, locauit omnibus cum titulis, & columnis æreis, quæ geſtorum ordinem cõtinerẽt exemplo Auguſti, qui ſummorum uirorum ſtatuas in foro ſuo è marmore collocauit additis geſtis. Volebat uideri originem de Romanorum gente trahere, quia eum pudebat Syrum dici: maxime quòd quodam tempore feſto, ut ſolent Antiochenſes, Aegyptij, Alexandrini, laceſsiuerãt eum conuitiolis, Syrum archiſynagogũ eum uocantes, & archierea. Antequã de bellis eius & expeditionibus, & uictorijs loquar, de uita quotidiana & domeſtica pauca diſſeram. Vſus uiuendi eidem hic fuit: Primum, ut ſi facultas eſſet, id eſt, ſi non cum uxore cubuiſſet, matutinis horis in larario ſuo, in quo & diuos principes, ſed optimos electos, & animas ſanctiores, in queis & Apollonium, & quantum ſcriptor ſuorum temporũ dicit, Chriſtum, Abraham, & Orpheũ, & huiuſcemodi deos habebat, ac maiorũ effigies, rem diuinã faciebat. Si id nõ poterat, pro loci qualitate uel uectabat, uel piſcabatur, uel deambulabat, uel uenabatur. Dehinc ſi hora permitteret, actibus publicis pòſt multam operam dabat: idcirco quòd & res bellicæ, & res ciuiles, ut ſuperius dictum eſt, per amicos tractabãtur, ſed ſanctos & fideles, & nunquam uenales: & tractatæ firmabantur, niſi quid noui etiam ipſi placeret. Sane ſi neceſsitas cogeret, ante lucem actibus operã dabat, & in longam horã producebat: neq; unquam tædiauit, aut moroſus, aut iratus reſedit, fronte ſemper pari, & lætus ad

Scrinij magiſter

Penulæ

omnia. Erat enim ingentis prudentiæ, & cui nemo poſſet imponere: & quem ſi aliquis urbane tentare uoluit, intellectus tulit pœnas. Poſt actus publicos, ſeu bellicos, ſeu ciuiles, lectioni Græcæ operam maiorem dabat, De rep. libros Platonis legens. Latina cum legeret, nō alia magis legebat, ꝙ De officijs Ciceronis & De rep. nōnunꝙ & oratores & poetas, in queis Serenū Sammonicū, quem ipſe nouerat, & dilexerat, & Horatium. Legit & uitam Alexandri, quem præcipue imitatus eſt: & ſi in eo cōdemnabat ebrietatē, & crudelitatē in amicos: quāuis utrunque defendatā à bonis ſcriptoribus, quibus ſæpius ille credebat. Poſt lectionē operā palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat. Atque inde unctus lauabatur, ita ut caldarijs uel nunquam uel raro, piſcina ſemper uteretur, in eaque una hora prope maneret: biberet etiam frigidam Claudiam ieiunus ad unum prope ſextarium. Egreſſus balneas multū lactis & panis ſumebat, oua, deinde mulſum: atque his refectus aliquando prandiū inibat, aliquando cibum uſque ad cœnam differebat, prandit tamen ſæpius. Vſusque eſt Hadriani tetrapharmaco frequenter, de quo in libris ſuis Marius Maximus loquitur, cum Hadriani differit uitam. Poſt meridianas horas ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita ut ab epiſtolis & libel lis, & à memoria ſemper aſsiſterent. nonnunquam etiam ſi ſtare per ualetudinem non poſſent, ſederent relegentibus cuncta librarijs, & ijs qui ſcrinium gerebant, ita ut Alexander ſua manu adderet, ſi quid eſſet addendum: ſed ex eius ſententia, qui diſertior habebatur. Poſt epiſtolas, omnes amicos ſimul admiſit, cum omnibus pariter eſt locutus: neque unquam ſolum quenquā, niſi præfectum ſuum uidit, & quidem Vlpianum, ex aſſeſſore ſemper ſuo, cauſa iuſtitiæ ſingularis. Cum autem alterum adhibuit, & Vlpianum rogari iuſsit. Virgilium autem Platonem poetarum uocabat, eiusque imaginem cum Ciceronis ſimulacro in ſecundo larario habuit, ubi & Achillis & magnorū uirorum. Alexandrum uero Magnum inter diuos & optimos in larario maiore conſecrauit. Iniuriam nulli unquam amicorum commitumue fecit: nec magiſtris quidem, aut principibus officiorum. Præfectis autem ſemper detulit, aſſerens eum, qui mereatur iniuriam pati, ab imperatore damnādum eſſe, non dimittendum. Si unquam alicui præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addidit, gratias tibi agit Reſpub. eumque muneratus eſt ita, ut priuatus pro loco ſuo poſſet honeſte uiuere: his quidem muneribus, agris, bobus, equis, frumēto, ferro, impendijs ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum, & operis, quas ratio fabricæ requirebat. Aurum & argentum raro cuiquam, niſi militi diuiſit, nefas eſſe dicens, ut diſpenſator publicus in delectationes ſuas & ſuorum conuerteret id, quod prouinciales dediſſent. Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remiſit. Fecit Romæ curatores urbis quatuordecim, ſed ex conſularibus uiris, quos audire negocia urbana cum præfecto urbis iuſsit, ita ut omnes, aut magna pars adeſſent, cum acta fierent. Corpora omnium conſtituit uinariorum, lupinariorum, caligariorum, & omnino omnium artium: hisque ex ſeſe defenſores dedit, & iuſsit quid ad quos iudices pertineret. Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, uix pecuniam donauit: pretioſas ueſtes, quas Heliogabalus dederat, etiā ſuſtulit. Milites, quos oſtenſionales uocant, non pretioſis, ſed ſpecioſis clarisque ueſtibus ornabat: nec multum inſignibus, aut ad apparatum regium, auri & ſerici deputabat, dicens, imperium in uirtute eſſe, non in decore. Chlamydes hirtas Seueri, & tunicas aſemas uel macrocheras ex purpura non magna ad uſum reuocauit ſuum. In conuiuio aurum neſcijt: pocula mediocria, ſed nitida ſemper habuit. Ducentarum librarum argenti pondus miniſterium eius nunquā tranſiit. Nanos, & nanas, & moriones, & uocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donauit: qui autem uſui nō erant, ſingulis ciuitatibus putauit alendos ſingulos, ne grauarentur ſpecie mendicorum. Eunuchos, quos Heliogabalus & in conſilijs turpibus habebat & promouebat, donauit amicis, addito elogio, ut ſi nō rediſſent ad bonos mores, eoſdem liceret occidi ſine autoritate iudicij. Mulieres infames, quarū infinitum numerum deprehenderat, publicari iuſsit, exoletis omnibus deportatis, aliquibus etiā naufragio merſis, cum quibus illa clades conſuetudinē habuerat funeſtiſsimam. Auratam ueſtem miniſtrorum uel in publico cōuiuio nullus habuit. Cum inter ſuos conuiuaretur, aut Vlpianum, aut doctos homines adhibebat, ut haberet fabulas

las literatas, quibus ſe recreari dicebat & paſci. Habebat cum priuatim conuiuaret, &
librũ in menſa, & legebat, ſed Græca magis. Latinos autẽ poetas lectitabat. Publico
conuiuio ea ſimplicitate egit qua priuato: niſi cum numerus accubantium creſcebat,
& multitudo conuiuarũ, qua ille offendebatur, dicens, ſe in theatro & circo manduca-
re. Oratores & poetas non ſibi panegyricos dicentes, quod exemplo Nigri Peſcennij
ſtultum dicebat, ſed aut orationes recitantes, aut facta ueterũ, quos antè retuli, liben-
ter audiuit: libentius tamen, ſi quis ei recitauit Alexandri Magni laudes, aut meliorũ
retro principum, aut magnorum urbis Romæ uirorum. Ad Athenæum, audiendorũ
& Græcorum & Latinorum rhetorum uel poetarum cauſa, frequenter proceſsit. Au-
diuit autem etiam forenſes oratores cauſas recitantes, quas uel apud ipſum, uel apud
præfectos urbis egerãt. Agoni præſedit, & maxime Herculeo in honorem Magni A-
lexandri Solus poſt meridiem, uel matutinis horis idcirco nunquam aliquos uidebat,
quod ementitos de ſe multa cognouerat. Speciatim Vetronium Turinum quem cum
familiarem habuiſſet, ille omnia uel fingendo ſic uendiderat, ut Alexandri quaſi ſtulti
hominis, & quem ille in poteſtate haberet, & cui multa perſuaderet, infamaret impe-
rium: ſicq́ omnibus perſuaſerat, quòd ad nutum ſuũ omnia faceret. Deniq́ hac illum
arte deprehẽdit, ut quendam immitteret qui à ſe quiddã publice peteret: ab illo autem
occulte quaſi præſidium poſtularet, ut pro eo Alexandro ſecreto ſuggereret. Quod
cum factum eſſet, & Turinus ſuffragium promiſiſſet, dixiſſetq́ ſe quædam imperato-
ri dixiſſe cum nihil dixiſſet, ſed in eo pendere ut adhuc impetraret, euentum uendens:
cumq́ iterum iuſsiſſet Alexander interpellari, & Turinus quaſi agens aliud nutibus
annuiſſet, neq́ tamen interim quicquam dixiſſet, impetratũ autem eſſet quod peteba-
tur, Turinusq́ ab illo qui meruerat fumi uenditor ingentia præmia percepiſſet, accu-
ſari eum Alexander iuſsit: probatisq́ per teſtes omnibus, & quibus præſentibus quid
accepiſſet, & quibus audientibus quid promiſiſſet, in foro tranſitorio ad ſtipitem illũ
ligari præcepit: & fumo appoſito, quem ex ſtipulis atq́ humidis lignis fieri iuſſerat, ne-
cauit, præcone dicente: Fumo punitur, qui uendidit fumum. Ac ne in una tantũ cauſa
uideretur crudelior fuiſſe, quæſiuit diligentiſsime antequam eum damnaret: & inue-
nit, Turinum ſæpe & in cauſis ab utraq́ parte accepiſſe, cum euentus uenderet, & ab
omnibus, qui aut præpoſituras, aut prouincias acceperãt. Spectacula frequentauit cũ
ſumma donãdi parſimonia, dicẽs, & uenatores, & ſcenicos, & aurigas ſic alẽdos, quaſi
ſeruos noſtros, aut uenãtores, aut muliones, aut uoluptarios. Cõuiuium neq́ opimũ,
neq́ nimis parcum, ſed nitoris ſummi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur. Sæ-
pius cocco clauata, aurata uero nunq̃, cum hæc Heliogabalus iam recepiſſet: & ante,
ut quidam prædicat, Hadrianus habuiſſet. Vſus conuiuij diurnus hic fuit: Vini ad to-
tum diem ſextarij XXX, panis mundi pondo XXX, panis ſequentis ad donandum
pondo L. Nam ſemper de manu ſua miniſtris cõuiuij, & panem, & partes aut olerum,
aut carnis, aut leguminũ dabat, ſenili prorſus maturitate patremfamiliâs agens. Erant
decreta & carnis diuerſæ pondo XXX, erant & gallinæ, oua, adhibebat & anſer die- *Anſer in feſtis*
bus feſtis. Calendis autem Ianuarijs, & hilarijs Matris deûm, & ludis Apollinaribus,
& Iouis epulo, & Saturnalibus, & huiuſmodi feſtis diebus faſianus: ita ut aliquãdo &
duo ponerentur, additis gallinaceis duobus. leporem quotidie habuit: uenationem fre-
quentem, ſed eam cum amicis diuidebat: & his maxime, quos ſciebat per ſe non habe-
re. Nec diuitibus quicquã talium munerũ miſit, ſed ab his ſemper accepit. Habuit quo-
tidie † milij ſine pipere ſextarios quatuor, cum pipere duo: & ne ſit longum omnia in- *Al's mellis*
ſerere, quæ Gargilius Martialis eius temporibus ſcriptor ſingulatim perſecutus eſt, o-
mnia illi ad modum & rationẽ ſunt præbita. Pomis uehemẽter indulſit, ita ut ſecunda
menſa illi ſæpius poneretur, unde etiã iocus extitit: Non ſecundam menſam Alexan-
drum habere, ſed ſecundum. Ipſe cibo plurimo reficiebatur: uino neq́ parce, neq́ co-
pioſe, affatim tamen. Frigida ſemper pura uſus, & æſtate uino cum roſa condito: quod
quidem ſolum ex diuerſo genere Heliogabali tenuerat. Et quoniã de lepuſculis facta
eſt mentio, quòd ille leporem quotidie haberet, iocus poeticus emerſit, idcirco quòd
multi ſeptem diebus pulchros eſſe dicũt eos, qui leporẽ comederint, ut Martialis coci
epigramma ſignificat, quod contra quandam Gelliam ſcripſit huiuſmodi,

Cum

Cum leporem mittis, ſemper mihi Gellia mandas,
 Septem formoſus Marce diebus eris.
Si uerum dicis, ſi uerum Gellia mandas,
 Ediſti nunquam Gellia tu leporem.

Sed hos uerſus Martialis in eam quæ deformis eſſet, compoſuit. Poeta uero temporum Alexandri hæc in eum dixit,

Pulchrum quòd uides eſſe noſtrum regem,
Quem Syrum ſua detulit propago,
Venatus facit, & lepus comeſus,
Ex quo continuum capit lepórem.

Hos uerſus cum ad eum quidam ex amicis detuliſſet, reſpondiſſe ille dicitur Græcis uerſibus in hanc ſententiam,

Pulchrum quòd putas eſſe ueſtrum regem
Vulgari miſerande de fabella:
Si uerum putas eſſe, non iraſcor:
Tantum tu comedas u elim lepuſclos,
Vt fias, animi malis repulſis,
Pulcher, ne inuideas liuore mentis.

Cum amicos militares habuiſſet, ut uſum Traiani, quem ille poſt ſecundā menſam potandi uſq; ad pocula inſtituerat, reſeruaret, unum tantum poculum amicis exhibebat in honorem Alexandri Magni: id autem breuius, niſi ſi quis, quod licebat, maius habere poſtulaſſet. Vſus Veneris in eo moderatus fuit, exoletorum ita expers, ut quemadmodum ſuprà diximus, legem de his auferendis ferre uoluerit. Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona hi, qui priuatas cuſtodias non haberent. Balnea omnibus regionibus addidit, quæ fortè nō habebāt. Nam hodieq; multa dicuntur Alexandri. Fecit & domos pulcherrimas, eaſdemq; amicis ſuis maxime integris uiris donauit. Vectigalia publica in id cōtraxit, ut qui X aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem auri præſtarent, hoc eſt, triceſimam partem. Tuncq; primum ſemiſſes aureorum formati ſunt. Tunc etiam cum ad tertiam partem auri uectigal decidiſſet, tremiſſes, dicente Alexandro etiā quartarios futuros, quòd minus non poſſet. Quos quidem iam formatos in moneta detinuit, expectans ut ſi uectigal contrahere potuiſſet, & eoſdem ederet. Sed cum non potuiſſet per publicas neceſsitates, conflari eos iuſsit, & tremiſſes tantum ſolidosq; formari. Formas binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias etiam, atq; amplius, uſq; ad bilibres quoq; & centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, reſolui præcepit: neq; in uſu cuiuſquā uerſari, atq; ex eo his materiæ nomen inditū eſt: cum diceret plus largiendi hāc eſſe imperatori cauſam, ſi cum multos ſolidos minores dare poſsit, dans decē uel amplius una forma, triginta & quinquaginta & centū dare cogeretur. Veſtes ſericas ipſe raras habuit: holoſericas nunquā induit: ſubſericam nunq; donauit. Diuitijs nullius inuidit: pauperes iuuit. honoratos, quos pauperes uere nō per luxuriā aut ſimulationē uidit, ſemper multis cōmodis auxit, agris, ſeruis, animalibus, gregibus, ferramentis ruſticis. In theſauris ueſtē nunquā niſi annū eſſe paſſus eſt, eamq; ſtatim expendi iuſsit. Omnem ueſtem quā donauit, ipſe perſpexit: omne aurum, omne argentum, idq; frequenter appendit. Donauit & ocreas, & braccas, & calciamēta inter ueſtimenta militaria. Purpuræ clariſsimæ non ad uſum ſuum, ſed ad matronarū, ſi quæ aut poſſent, aut uellent, certe ad uendendum grauiſsimus exactor fuit: ita ut Alexandrina purpura hodieq; dicat, quæ uulgo Probiana dicitur: idcirco quod Aurelius Probus baphijs præpoſitus id genus muricis reperiſſet. Vſus eſt ipſe chlamyde coccina ſæpe. In urbe tamen ſemper togatus fuit, & in Italiæ urbibus. Prætextam & pictam togam nunquam niſi COS. accepit: & eam quidem, quam de Iouis templo ſumptam alij quoq; accipiebant, aut præt. aut COSS. Accepit prætextam etiam cum ſacra faceret, ſed loco Pont. Max. non imperatoris. Boni linteaminis appetitor fuit, & quidem puri, dicens, ſi lintei idcirco ſunt, ut nihil aſperum habeant, quid opus eſt purpura? in linea autem aurum mitti etiam dementiam iudicabat, cum aſperitati adderetur rigor. Faſceis ſemper uſus eſt. Braccas albas habuit

habuit,nõ coccinas,ut prius ſolebant.Gemmarũ quod fuit uendidit,& aurum in æra-
rium contulit, dicens,gemmas uiris uſui non eſſe. Matronas aũt regias contentas eſſe
debere uno reticulo,atꝗ inauribus,& baccato monili,&corona,cũ qua ſacrificiũ face
rent:& unico pallio auro ſparſo, & cyclade,quæ ſex uncijs auri plus nõ haberet. Pror
ſus cenſurã ſuis temporibus de proprijs moribus geſsit. Imitati ſunt eũ magni uiri: &
uxorem eius matronę pernobiles.Aulicũ miniſteriũ in id contraxit,ut eſſent tot homi
nes in ſingulis officijs,quot neceſsitas poſtularet:ita ut annonas non dignitatem acci-
perẽt fullones, & ueſtitores,& pictores,& pincernæ,omnes caſtrenſes miniſtri,quem
admodum peſtis illa inſtituerat,ſed annonas ſingulas uix binas.Et cum argentũ in mi
niſterio plus ducentis libris non haberet,nec plures miniſtros,argentum & miniſtros
ante quando poſcebat,accipiebat ab amicis : quod hodieꝗ fit, ſi præſtatur à præfectis
abſente imperatore. Voluptates ſcenicas in cõuiuio nunꝗ habuit, ſed ſumma illa ob-
lectatio fuit,ut catuli cum porcellis luderent, aut perdices inter ſe pugnarent,aut aues
paruulæ ſurſum & deorſum uolitarent.Habuit ſanè in palatio unũ genus uoluptatis,
quo maxime delectatus eſt, & quo ſolicitudines publicas ſubleuaret. Nã auiaria inſti-
tuerat pauonum,faſianorum,gallinaceorum,anatum,perdicũ etiam,hiſꝗ uehemen-
ter oblectabatur.maxime palumborũ, quos habuiſſe ad uiginti millia dicitur: & ne eo
rum paſtus grauaret annonã,ſeruos habuit uectigales,qui eos ex ouis ac pullicenis,ac
pipionibus alerent.Thermis & ſuis & ueterũ frequenter cum populo uſus eſt, & æſta *Pipiones*
te maxime,balneari ueſte ad palatiũ reuertens, hoc ſolũ imperatoriũ habens, ꝙ lacer-
nam coccineã accipiebat. Curſorẽ nunꝗ niſi ſeruũ ſuũ, dicens,ingenuũ currere niſi in
ſacro certamine nõ debere:cocos,piſcatores,fullões,&balneatores nõ niſi ſeruos ſuos
habuit:ita ut ſi quis deeſſet, emeret.Medicus ſub eo unus palatinus ſalariũ accepit:cæ-
teri oẽs qui uſꝗ ad ſex fuerunt,annonas binas aut ternas accipiebãt:ita ut mundas ſin
gulas conſequerẽt aliâs alter. Iudices cum promoueret exemplo ueterũ, ut & Cicero
docet,& argento & neceſſarijs inſtruebat,ita ut præſides prouinciarũ acciperẽt argen
ti pondo uicena,phialas ſenas,mulos binos,equos binos,ueſtes forenſes binas,dome
ſticas ſingulas,balneares ſingulas,aureos centenos,cocos ſingulos.Et ſi uxores nõ ha
berẽt,ſingulas cõcubinas,ꝙ ſine his eſſe nõ poſſent:reddituri depoſita adminiſtratio-
ne,mulas,mulos,equos, muliões,& cocos:cætera ſibi habituri,ſi bene egiſſent:in qua
druplum reddituri, ſi male.Præter condemnationẽ,aut peculatus, aut repetundarum
leges innumeras ſanxit.Carrucas Romæ & rhedas ſenatoribus omnib. ut argentatas
haberẽt permiſit:intereſſe Romanæ dignitatis putans,ut his tantę urbis ſenatores ute
rentur. Conſules quoſcunꝗ uel ordinarios, uel ſuffectos creauit, ex ſenatus ſententia
nominauit, ſumptũ eorum contrahens: & nundina uetera ex ordine inſtituit, uel dies
uel tempora. Quæſtores candidatos ex ſua pecunia iuſsit munera populo dare,ſed ut
poſt quęſturã pręturas acciperẽt,& inde prouincias regerẽt:ærarios uero inſtituit, qui
de ære fiſci ederent munera,eademꝗ parciora.Habuit in animo ut munera per totum
annũ diſpergeret,ut per XXX dies munus populo darẽt. Sed cur id nõ fecerit,in occul
to habet̃. Capitoliũ ſeptimo die cum in urbe eſſet aſcendit,tẽpla frequentauit.Chriſto *Chriſtus*
templum facere uoluit,eumꝗ inter deos recipere. Quod & Hadrianus cogitaſſe fert̃,
qui templa in omnibus ciuitatibus ſine ſimulacris iuſſerat fieri:quæ hodie idcirco quia
non habent numina,dicunt̃ Hadriani,quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur : ſed prohibi-
tus eſt ab his,qui conſulentes ſacra,repererant,omnes Chriſtianos futuros,ſi id opta-
to eueniſſet,& templa reliqua deſerenda. In iocis Alexander dulciſsimus fuit, in fabu
lis amabilis,in conuiuijs comis,ita ut quiſꝗ poſceret quod uellet. Ad aurum colligen-
dum attentus,ad ſeruandum cautus,ad inueniendum ſolicitus, ſed ſine cuiuſquam ex-
cidio. Syrum ſe dici noluit, ſed à maioribus Romanum . Et ſtemma generis depin-
xerat, quo oſtendebatur genus eius à Metellis deſcendere.Rhetoribus,grammaticis,
medicis, aruſpicibus, mathematicis, mechanicis, architectis ſalaria inſtituit, & audi-
toria decreuit, & diſcipulos cum annonis pauperum filios modo ingenuos dari iuſ-
ſit.Etiam in prouincijs oratoribus forenſibus multum detulit, pleriſꝗ etiam annonas
dedit, quos conſtitiſſet gratis agere. Leges in annos firmauit,eaſꝗ etiam ipſe diligen-
tiſsime ſeruauit.Theatralia ſpectacula ſæpe obijt. Theatrum Marcelli reficere uoluit.

Multis ciuitatibus, quæ poſt terræmotus deformes erant, ad inſtaurationem operum & publicorum & priuatorum pecuniã ex uectigalibus dedit. In templis ſanè nunquã præter quatuor aut quinq; argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam poſuit, ſuſurrans uerſum Perſii,

IN SANCTIS QVID FACIT AVRVM.

Expeditiones bellicas habuit, de quibus ordine ſuo ediſſeram. Primũ tamen eius conſuetudinem dicam de rebus uel tacendis, uel prodendis. Tacebantur ſecreta bellorũ: itinerum autem dies publicè proponebãtur, ita ut edictũ penderet ante menſes duos: in quo ſcriptũ eſſet, illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus: & ſi dij uoluerint, in prima manſione manſurus, deinde per ordinem manſiones, deinde ſtatiuæ, deinde ubi annona eſſet accipienda: Et id quidem eo uſq; quamdiu ad fines Barbaricos ueniretur. iam enim inde tacebatur, & omnes ambulabant ita, ne diſpoſitionem Romanam Barbari ſcirent. Certum eſt autem, eum nunquam id quod propoſuerat, feſelliſſe, cum diceret: Nolle ab aulicis ſuas uendi diſpoſitiones: quod factũ fuerat ſub Heliogabalo, cum ab eunuchis omnia uenderentur. Quod genus hominũ idcirco ſecreta omnia in aula noſſe cupiunt, ut ſoli aliquid ſcire uideantur, & habeant unde uel gratiã uel pecuniam requirãt. Et quia de publicandis diſpoſitionibus mentio cõtigit, ubi aliquos uoluiſſet uel rectores prouincijs dare, uel præpoſitos facere, uel procuratores, id eſt, rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus: ſi non probaſſet, ſubiret pœnã capitis: dicebatq;, graue *Chriſtiani* eſſe, cum id Chriſtiani & Iudæi facerent in prædicandis ſacerdotibus qui ordinandi ſunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum cõmitterentur & capita. Aſſeſſoribus ſalaria inſtituit: quamuis ſæpe dixerit, eos eſſe promouendos, qui per ſe remp. gerere poſſent, non per aſſeſſores: addens, militares habere ſuas adminiſtratiões, habere literatos, & ideo unumquenq; hoc agere debere quod noſſet. Theſauros repertos his qui repererãt donauit: & ſi multi eſſent, addidit his eos, quos in ſuis habebat officijs. Cogitabat ſecum, & deſcriptum habebat, cui quid præſtitiſſet: & ſi quos ſciret, uel nihil petiſſe, uel non multum, unde ſumptus ſuos augerent, uocabat eos, & dicebat: Quid eſt cur nihil petis? an me tibi uis fieri debitorem? pete, ne priuatus de me queraris. Dabat autem hæc in beneficijs, quæ famam eius non læderent: bona punitorum, ſed nunquam cum auro, argento, uel gemmis: nam id omne in ærarium reponebat: dabat præpoſituras locorum ciuilium, non militum: dabat eas adminiſtrationes quæ ad procurationes pertinerent. Rationales cito mutabat, ita ut nemo niſi annum compleret: eosq; ſi boni eſſent, oderat, malum neceſſarium uocans. Præſides uero proconſules & legatos nunquã fecit ad beneficium, ſed ad iudiciũ uel ſuum, uel ſenatus. Milites expeditionis tempore ſic diſpoſuit, ut in manſionibus annonas acciperent: nec portarent cibaria decem & ſeptem, ut ſolent, dierum, niſi in Barbarico: quamuis & illic mulis eoſdem atq; camelis adiuuerit, dicens, milites ſe magis ſeruare, quàm ſeipſum, quòd ſalus publica in his eſſet. Aegrotantes ipſe uiſitauit per tentoria milites, etiã ultimos & carpentis uexit, & omnibus neceſſarijs adiuuit. Et ſi fortè grauius laboraſſent, per ciuitates & agros patribusfamiliâs hominibus, & ſanctiorib. matronis eos diſtribuebat, reddens impendia quæ feciſſent, ſiue conualuiſſent illi, ſeu periſſent. Cum quidam Ouinius Camillus ſenator antiquæ familiæ delicatiſsimus rebellare uoluiſſet tyrannidem affectans, eiq; nuntiatum eſſet, ac ſtatim probatum, ad palatium eum rogauit: eiq; gratias egit, quòd curam reip. quæ recuſantibus bonis imponeretur, ſponte reciperet: deinde ad ſenatum proceſsit, & timentem, ac tantæ conſcientiæ tabe confectum, participem imperij appellauit, in palatium recepit, conuiuio adhibuit, ornamentis imperialibus, & melioribus ꝙ ipſe utebatur, affecit. Et cum expeditio barbarica eſſet nuntiata, uel ipſum, ſi uellet, ire, uel ut ſecum proficiſceretur, hortatus eſt. Et cum ipſe pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborem, quem poſt quinq; milia cunctantem equo ſedere iuſsit. Cumq; poſt duas manſiones equo etiã fatigatus eſſet, carpento impoſuit. Hoc quoq; ſeu timore, ſeu uere reſpuentem, abdicantẽ quinetiam imperium, & mori paratũ dimiſit: cõmendatumq; militibus, à quibus Alexander unice amabatur, tutũ ad uillas ſuas ire præcepit, in quibus diu uixit, ſed pòſt iuſſu

imperatoris

imperatoris occiſus eſt, quòd ille militaris eſſet, & à militibus amatus. Scio uulgum hanc rem quam contexui, Traiani putare: ſed neq; in uita eius id Marius Maximus ita expoſuit, neq; Fabius Marcellinus, neq; Aurelius Verus, neq; Statius Valēs, qui omnē eius uitam in literas miſerunt. Contra autem & Septimius, & Acholius, & Encolpius uitæ ſcriptores, cæteriq; de hoc talia prædicarunt: quod ideo addidi, ne quis uulgi magis famam ſequeretur, quàm hiſtoriam, quę rumore utiq; uulgi uerior reperitur. Honores iuris gladij nunquam uendi paſſus eſt, dicens, Neceſſe eſt, ut qui emit, uendat: Ego non patiar mercatores poteſtatum: quos ſi patiar, damnare non poſsim. Erubeſco enim punire illum hominem, qui emit & uendit. Pontificatus, & quindecimuiratus, & auguratus codicillares fecit, ita ut in ſenatu allegarētur. Dexippus dixit uxorem eum cuiuſdam Martiani filiam duxiſſe, eundemq; ab eo Cæſarem nuncupatum. Verum cum uelllet inſidijs occidere Alexandrum Martianus, detecta factione & ipſum interemptum, & uxorem abiectam. Idem dicit, fuiſſe patruum Antoninum Heliogabalum Alexandri, non uxoris ſororis eiuſdem filium. Cum Chriſtiani quędam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contra popinarij dicerent, ſibi eum deberi, reſcripſit, melius eſſe ut quomodocunq; illic deus colatur, quam popinarijs dedatur. Cū igitur tantus ac talis imperator domi ac foris eſſet, inijt Parthicam expeditionē: quam tanta diſciplina, tanta reuerentia ſui egit, ut non milites, ſed ſenatores tranſire dicerentur. Quacunq; iter legiones faciebant, tribuni accincti, centuriones uerecundi, milites amabiles erant: ipſum uero ob hæc tot & tanta bona prouinciales ut deū ſuſcipiebant. Iam uero ipſi milites iuuenem imperatorem ſic amabant ut fratrem, ut filium, ut parentem: ueſtiti honeſte, calciati etiam ad decorem, armati nobiliter, equis etiam inſtructi, & ephippijs ac frenis decentibus prorſus, ut Romanam remp. intelligeret quicunq; Alexandri uidiſſet exercitum. Elaborabat deniq; ut dignus illo nomine uideretur, imò ut Macedonem illū uinceret: dicebatq;, in ter Romanum Alexādrum & Macedonem multum intereſſe debere. Fecerat deniq; ſibi argyroaſpidas & chryſoaſpidas: fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios uocari iuſſerat: & cum quibus multum fecit in Perſide: quæ quidem erat ex ſex legionibus ſimilium armorum: ſtipendiorum uero poſt Perſicum bellum maiorum. Dona regia in templis poſuit: gemmas ſibi oblatas uendidit: muliebre eſſe exiſtimans gemmas poſſidere, quę neq; militi dari poſsint, neq; à uiro haberi. Cū quidam legatus uniones duos uxori eius per ipſum obtuliſſet magni ponderis & inuſitatæ menſuræ, uendi eos iuſſit: qui cum pretium non inuenirent, ne exemplum malum à regina naſceretur, ſi eo uteretur quod emi non poſſet, inauribus Veneris eos dicauit. Vlpianum pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente, quem ſępe à militum ira obiectu purpuræ ſummæ defendit: atq; id eo ſummus imperator fuit, quod eius conſilijs præcipue remp. rexit. In procinctu atq; in expeditionibus apertis papilionibus prandit atq; cœnauit, cum militarem cibum cunctis uidētibus atq; gaudentibus ſumeret, circumiret propè tota tentoria, à ſignis abeſſe neminem pateretur. Si quis de uia in alicuius poſſeſsionem deflexiſſet, pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubijciebatur in conſpectu eius, aut uirgis, aut cōdemnationi: aut ſi hæc omnia trāſiret dignitas hominis, grauiſsimis contumelijs, cum diceret: Vis ne hoc in agro tuo fieri, quod alteri facis? Clamabatq; ſæpius quod à quibuſdam ſiue Iudæis, ſiue Chriſtianis audierat, & tenebat: idq; per præconem cum aliquem emēdaret, dici iubebat: QVOD TIBI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. Quam ſententiam uſq; adeo dilexit, ut & in palatio, & in publicis operibus perſcribi iuberet. Idem cum quandam aniculam affectam iniurijs à milite audiſſet, exautoratum eum militia ſeruum ei dedit, quòd artifex carpentarius eſſet, ut eam paſceret. Et cum dolerent hoc milites factum, perſuaſit omnibus, ut modeſte ferrent, & eos terruit. ἀναίματον imperium eius, cum fuerit durus & tetricus, idcirco uocatum eſt, quod ſenatorem nullū occiderit, ut Herodianus Græcus ſcriptor refert in libris temporum ſuorum. Seueritatis autem tantæ fuit in milites, ut ſæpe legiones integras exautorauerit ex militibus, Quirites appellans, nec exercitum unquā timuerit: idcirco quòd in uitam ſuam dici nihil poſſet, quod unquam tribuni uel duces de ſtipendijs militum quicquam accepiſſent, dicens: Miles nō timet, niſi ueſtitus,

Ius gladij

Chriſtiani

Phalāgarij

Vlpianus

Chriſtiana lex

armatus, calceatus, & ſatur, & habens aliquid in zonula: idcirco quod mendicitas militaris ad omnem deſperationem uocaret armatum. Apparitores deniq; nullos eſſe paſſus eſt tribunis aut ducibus, niſi milites anteire uoluit: iuſsitq; ut ante tribunum quatuor milites ambularent: ante ducem, ſex: ante legatum, decem: hiq; ad domos ſuas reciperentur. Et ut ſeueritas eius agnoſci poſſet, unam concionem militarem indendam putaui, quæ illius in rem militarē mores oſtēderet. Nam cū Antiochiam ueniſſet, ac milites lauacris muliebribus & delicijs uacarent, eiq; nuntiatū eſſet, omnes eos comprehendi iuſsit, & in uincula conijci. Quod ubi compertum eſt, mota ſeditio eſt à legione, cuius ſocij erant in uincula coniecti. Tum ille tribunal aſcendit, uinctisq; omnibus ad tribunal adductis, circumſtātibus etiam militibus, & quidem armatis, ita cœpit: Commilitones, ſi tamen iſta uobis quæ à ueſtris facta ſunt diſplicent, diſciplina maiorum remp. tenet: quæ ſi dilabatur, & nomen Romanū & imperium amittemus. Neq; enim ſub nobis iſta faciēda ſunt, quæ ſub impura illa beſtia nuper facta ſunt. Milites Romani, ueſtri ſocij, mei contubernales & commilitones, amant, potant, lauant, Græcorum more etiam quidam ſe inſtituunt: hoc ego diutius feram? & non eos capitali dedam ſupplicio? Tumultus poſt hoc ortus eſt. Atq; iterum: Qui in cōcione eſtis, uocem in bello contra hoſtem, non contra imperatorem ueſtrum neceſſariam emittite: certe campiductores ueſtri hanc uos docuerūt contra Sarmatas & Germanos ac Perſas emittere: non cōtra eum, qui acceptam à prouincialibus annonam, qui ueſtem qui ſtipendia uobis attribuit. Continete igitur uocem truculentā, campo ac bellis neceſſariam, ne uos hodie omnes uno ore, atq; una uoce quirites dimittam: & incertum, an quirites. Non enim digni eſtis, qui uel Romanæ plebis ſitis, ſi ius Romanum non agnoſcitis. Et cum uehementius fremerent, ac ferro quoq; minarentur: Deponite, inquit, dextras contra hoſtem erigendas, ſi fortes eſtis: me enim iſta non terrent. Si enim unum hominem occideritis, non nobis deerit reſp. non ſenatus, non P. R. qui de uobis uindicet. Cum nihilominus poſt iſta fremerent, exclamauit: Quirites diſcedite, atque arma deponite. Mirando exemplo depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus, omnes non ad caſtra ſed ad diuerſoria uaria receſſerunt. Tuncq; primum intellectum eſt, quantum eius ſeueritas poſſet. Deniq; etiam ſigna ſtipatores & hi qui imperatorem circundederant, in caſtra retulerunt: arma collecta populus ad palatium tulit: eam tamen legionem quam exautorauit, rogatus per dies XXX priuſquam ad expeditionem Perſicam proficiſceretur, loco ſuo reſtituit, eaq; pugnante maxime uicit: cum tamen tribunos eius capitali affecerit ſupplicio, quòd per negligentiam illorum milites apud Daphnen luxuriati eſſent, uel per cōniuentiam ſeditionē feciſſent exercitus. Magno igitur apparatu inde in Perſas profectus, Artaxerxem regem potētiſsimum uicit: cum ipſe Alexander cornua adiret, milites admoneret, ſub ictu teli uerſaretur, manu plurimum faceret, ſingulos quoſq; milites ad laudem uerbis adduceret. Fuſo deniq; fugatoq; tanto rege, qui cum ſeptingentis elephantis, falcatisq; mille & octingentis curribus ad bellum uenerat, equitum multis milibus, ſtatim Antiochiam redijt, & de præda quam Perſis diripuit, ſuum ditauit exercitum: cum & tribunos ea quæ per uicos diripuerant, & duces & ipſos milites habere iuſſiſſet. Tumq; primum Perſæ ſerui apud Romanos fuerunt: quos quidem, quia indigne ferunt Perſarum reges, quempiam ſuorum alicubi ſeruire, acceptis pretijs reddidit: pretiumq; uel his qui manu ceperant ſeruos, dedit, uel in ærarium contulit. Poſt hoc Romam uenit, triumphoq; pulcherrimo acto, apud ſenatum primum hæc uerba habuit: Ex actis ſenatus die ſeptimo Calen. Octobres. Perſas P. C. uicimus, longa eloquentia opus non eſt, tantum ſcire debetis, quæ illorum arma fuerint, qui apparatus. Iam primum elephanti ſeptingenti, ijdemq; turriti cum ſagittarijs & onere ſagittarum. Ex his trecentos cepimus, ducenti interfecti iacent, decem & octo perduximus. Falcati currus mille, ſed adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus: ſed id quia & fingi poterat, facere ſuperſedimus. Centum uiginti millia & equitum fudimus. cataphractarios, quos illi clibanarios uocant, decem millia in bello interemimus, eorum armis noſtros armauimus. Multos Perſarum cepimus, eoſdemq; uendidimus. Terras interamnanas, Meſopotamiæ ſcilicet, neglectas ab impura illa belua recepimus,

Arta-

Artaxerxem potentiſſimum regem tam re quàm nomine, fuſum fugauimus, ita ut eũ terra Perſarum fugientem uideret: & qua ducta fuerant quondam ſigna noſtrorum, eà rex ipſe ſignis effugerit relictis. Hæc ſunt P. C. geſta, eloquentia opus non eſt, milites diuites redeũt, laborẽ in uictoria nemo ſentit. Veſtrũ eſt ſupplicationẽ decernere, ne dijs uideamur ingrati. Acclamatio ſenatus: Alexãder Auguſte, dij te ſeruẽt. Perſice maxime dij te ſeruẽt. Vere Parthicus, uere Perſicus. Trophæa tua & nos uidemus, uictorias & nos uidemus. Iuueni imperatori, patri patrię, põtifici maximo: per te uictoriã undiq; pręſumimus: ille uincit qui milites regit, diues ſenatus, diues miles, diues P. R. Dimiſſo ſenatu Capitoliũ aſcẽdit, atq; inde re diuina facta, & tunicis Perſicis in tẽplo locatis, cõcionẽ huiuſmodi habuit: Quirites uicimus Perſas, milites diuites reduximus, uobis congiariũ pollicemur, cras ludos Circenſes Perſicos dabimus. Hæc nos & in annalibus, & apud multos reperimus. Sed quidã dicũt, à ſeruo ſuo eũ proditum non uiciſſe regem, ſed ne uinceretur fugiſſe. Quod contra multorum opinionem dici non dubium eſt his, qui plurimos legerint. Nam & amiſiſſe illum exercitum dicunt fame, frigore, ac morbo, ut Herodianus autor eſt contra multorum opinionem. Poſt hoc cum ingenti gloria, comitante ſenatu, equeſtri ordine, atq; omni populo, circumfuſisq; undiq; mulierib. & infantibus, maxime militum coniugibus, pedes palatium conſcendit, cum retro currus triumphalis à quatuor elephantis traheretur. Leuabatur manibus omnium Alexander, uixq; illi per horas quatuor ambulare permiſſum eſt, undiq; omnibus clamantibus: Salua Roma, quia ſaluus eſt Alexander. Alia die actis Circenſibus, & item ludis ſcenicis, deinceps congiarium populo Romano dedit. Puellas & pueros quemadmodum Antoninus Fauſtinianas inſtituerat, Mammeanas et Mammeaõs inſtituit. Actæ ſunt res feliciter & in Mauritania Tingitana per Furium Celſum, & in Illyrico per Varium Macrinum affinẽ eius, & in Armenia per Iunium Palmatum: atq; ex omnibus locis ei tabellæ laureatæ ſunt delatæ: quibus in ſenatu & apud populum lectis, omnibus nominibus eſt adornatus. His uero qui remp. bene geſſerant, conſularia ornamenta decreta ſunt, additis etiam ſacerdotijs & agrorũ poſſeſsionibus ijs, qui erant pauperes, & æuo iam graues. Captiuos diuerſarum nationũ amicis donauit, ſi ætas puerilis aut iuuenilis permiſit. Si qui tamen regij aut nobiliores fuerint, eos militiæ, non tamen magnę deputauit. Sola quæ de hoſtib. capta ſunt, limitaneis ducibus, & militibus donauit, ita ut eorum ita eſſent, ſi hæredes illorum militarent, nec unquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentius eos militaturos, ſi etiã ſua rura defenderent. Addidit ſanè his & animalia & ſeruos, ut poſſent colere quod acceperant: ne per inopiam hominum, uel per ſenectutem poſsidentium desererẽtur rura uicina Barbariæ, quod turpiſsimum ille ducebat. Poſt hæc cum ingenti amore apud populum & ſenatum uiueret, & ſperantibus uictoriam cunctis, & inuitis eum dimittentibus, ad Germanicũ bellum profectus eſt, deducentibus cunctis per centum & quinquaginta milia. Erat autem grauiſsimum reip. atq; ipſi, quòd Germanorũ uaſtationibus Gallia diripiebatur. Pudoremq; augebat, quòd uictis iam Parthis, ea natio imminebat reip. ceruicibus, quæ ſemper etiam minuſculis imperatoribus ſubiecta uidebatur. Magnis igitur itineribus, lætis militibus contendit. Sed cum ibi quoq; ſeditioſas legiones cõperiſſet, abijci eas præcipit. Verum Gallicanæ mentes, ut ſeſe habẽt duræ ac retrogradæ, & ſæpe imperatoribus graues, ſeueritatem hominis nimiam & longe maiorem poſt Heliogabalum non tulerunt. Deniq; agentem eum cum paucis in Britannia, ut alij uolunt, in Gallia in uico, cui Sicila nomẽ eſt, non ex omnium ſententia, ſed latrocinantium modo quidam milites, & hi præcipue qui Heliogabali præmijs effloruerant, cum ſeuerum principem pati non poſſent, occiderunt. Multi dicũt à Maximino immiſſos tyrones, qui ei ad exercendũ dati fuerant, eum occidiſſe: multi aliter. à militibus tamen conſtat, cum iniurioſe quaſi in puerum eundem & matrem eius auaram & cupidam multa dixiſſent. Imperauit annis XIII, diebus IX. Vixit annis XXIX, menſibus III, diebus VII. Egit omnia ex conſilio matris, cum qua occiſus eſt. Omina mortis hæc fuerunt: Cum natalem diem commendaret, hoſtia cruenta effugit: & ut ſe ciuiliter gerebat, ac permixtus populo erat, albam eius ueſtem cum qua conſtiterat, cruentauit. Laurus in palatio cuiuſdam ciuitatis, à qua proficiſcebatur ad

tur ad bellum, ingẽs & antiqua, tota ſubito decidit. Arbores fici tres, quę ficus eas ferrent, quibus Alexandrinarum nomen eſt, ſubito ante illius tentorium deciderũt, cum tentoria imperatoria his adnexa eſſent. Mulier Druias eunti exclamauit Gallico ſermone: Vadas, nec uictoriam ſperes, ne militi tuo credas. Tribunal aſcendit ut concionaretur, & fauſtum aliquid diceret: ita cœpit, Occiſo imperatore Heliogabalo. hoc tamen omini fuit, quòd iturus ad bellum, milites alloqui minus fauſta oratiõe cœptauerat. Sed hæc omnia uehementiſſime contempſit. Profectusq; ad bellum, in loco ſuprà dicto ita occiſus eſt. Pranderat fortè publico, ut ſolebat, conuiuio, id eſt, apertis papilionibus cibo militari accepto: neq; enim aliud à diſcumbentibus militibus in tentorijs eſt repertum. Et cum dormiret poſt cõuiuium hora diei ferè ſeptima, unus ex Germanis, qui ſcurrarum officium ſuſtinebat, ingreſſus dormientibus cunctis, ſolo tamẽ imperatore interuigilante uiſus eſt: cui Alexander, quid eſt hic, inquit, cõtubernalis? Num aliquid de hoſtibus nuncias? At ille metu perterritus, & ſperans non poſſe euadere, quòd in tentorium principis irruiſſet, ad contubernales ſuos uenit, eosq; ad durum principem interimendum exhortatus eſt: qui ſubito plures armatiq; ingreſſi, inermes & obſiſtentes contruncauerunt, ipſumq; pluribus ictibus confoderunt. Aliqui dicunt, omnino nihil dictum, ſed tantũ à militibus clamatum: Exi, recede: atq; ita obtruncatum iuuenem optimum. Sed omnis apparatus militaris, qui poſtea eſt ductus in Germaniam à Maximino, Alexandri fuit, & potentiſſimus quidem per Armenios & Oſdroenos & Parthos, & omnis generis hominũ. Cõtempſiſſe Alexandrum mortem, cum ferocitas mẽtis, qua militem ſemper attriuit, tum etiam illa declarant. Thraſybulus mathematicus illi amiciſſimus fuit: qui cum ei dixiſſet, neceſſitatem eſſe ut gladio barbarico periret: primo lętatus eſt, quòd ſibi mortem bellicam, & imperatoriam crederet imminere: deinde diſputauit, oſtenditq;, optimos quoſq; uiolenta morte conſumptos: cum diceret, ipſum Alexandrum, cuius nomen teneret, Pompeium, Cæſarem, Demoſthenem, Tullium, & cæteros inſignes uiros non quieta morte oppetiſſe. Tantumq; animi habuit, ut putaret ſe dijs comparandum, ſi in bello periret: ſed res eũ fefellit, Nam & gladio barbarico, & ſcurræ barbari manu, uerum non in bello, ſed belli tempore perijt. Mortem eius milites, & qui exautorati ab eo quondam fuerãt, grauiſſime tulerunt, atq; autores cædis trucidarunt. Populus uero Romanus, ſenatusq; omnis cum prouincialibus cunctis, neq; triſtius unquam, neq; aſperius acceperunt: ſimul quòd ſucceſſoris aſperitas, atq; ruſticitas Maximini, utpote hominis militaris, cui cum filio poſt eum imperium delatum eſt, grauiorem fati neceſſitatem uidebatur oſtẽdere. Senatus eum in deos retulit. Cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulchrum ampliſſimum meruit. Dati ſunt & ſodales, qui Alexandrini appellati ſunt: addita & feſtiuitas matris nomine, atq; ipſius, quæ hodieq; Romæ religioſiſſime celebratur natali eius die. Cauſa occidendi eius ab alijs hæc fuiſſe perhibetur, quòd mater eius relicto bello Germanico Orientem ad iactãtiam ſui uellet redire, atq; ob hoc eſſet iratus exercitus. Sed hæc ab amatoribus Maximini ficta ſunt, qui uideri noluerunt imperatorem optimum ab amico ſuo interfectum contra iura humana atq; diuina. Hactenus imperium P.R. eum principem habuit, qui diutius imperaret, poſt eum certatim irruentibus, & alijs ſemeſtribus, alijs annuis, pleriſq; per biennium, ad ſummum per triennium imperantibus, uſq; ad eos principes, qui latius imperium tetenderunt, Aurelianum dico, & deinceps: de quibus, ſi uita ſuppeditauerit, ea quæ cõperta fuerint, publicabimus. Reprehenſa ſunt in Alexandro hæc, quòd Syrus eſſe nolebat, quòd aurum amabat, quòd ſuſpicioſiſſimus erat, quòd uectigalia multa inueniebat, quòd ſe Magnum Alexãdrum uideri uolebat, quòd nimis ſeuerus in milites erat, quòd curas priuatas agebat: quę omnia in rep. inſtituerat. Scio ſanè pleroſq; negare hunc à ſenatu Cęſarem appellatum eſſe, ſed à militibus, qui uerum prorſus ignorant. dicere prætereà non hũc fuiſſe conſobrinum Heliogabali, qui ut nos ſequantur, hiſtoricos eius temporis legant, & maxime Acholium, qui & itinera huius principis ſcripſit. Soles quærere Cõſtantine Maxime, quid ſit, quod hominem Syrum & alienigenam, talem principem fecerit, cum tot Romani generis, tot aliarum prouinciarum reperiantur improbi, impuri, crudeles, abiecti, iniuſti, libidinoſi. Iam primum poſſum de bonorum uirorum

rum

rum reſpondere ſententia, potuiſſe natura, quę ubiq; una mater eſt, bonũ principem naſci: deinde timore, quòd peſſimus eſſet occiſus, hunc optimum factum: ſed quia uerũ eſt ſuggerendum, clementiæ ac pietati tuæ lecta reſerabo. Notum eſt illud pietati tuæ, quod in Mario Maximo legiſti, meliorem eſſe remp. & propè tutiorem, in qua princeps malus eſt, ea, in qua ſunt amici principis mali. ſiquidem unus malus poteſt à plurimis bonis corrigi: multi autem mali non poſſunt ab uno quamuis bono ulla ratione ſuperari. Et id quidem ab Homulo ipſi Traiano dictum eſt, cum ille diceret, Domitianum peſſimum fuiſſe, amicos autem bonos habuiſſe: atq; ideo illum magis odio fuiſſe, qui remp. peioris uitæ hominibus commendauerat, quia melius eſt, unum malum pati, quàm multos. Et ut ad rem redeam, Alexander quidem & ipſe optimus fuit. Nã hoc nemo uult niſi bonus: & optimæ matris conſilijs uſus eſt: ac tamen amicos ſanctos, & uenerabiles habuit, non malitioſos, non furaces, non factioſos, non callidos, nõ ad malũ cõſentientes, non bonorum inimicos, non libidinoſos, non crudeles, non circunuentores ſui, non irriſores, non qui illum quaſi fatuum circunducerent: ſed ſanctos, uenerabiles, continentes, religioſos, amantes principis ſui: & qui de illo nec ipſi riderent, nec riſui eſſe uellent: qui nihil uenderent, nihil mentirentur, nihil fingerent: nunquam deciperent exiſtimationem principis ſui, ſed amarent. Huc accedit, quòd eunuchos nec in conſilijs nec in miniſterijs habuit. qui ſoli principes perdunt, dum eos more gẽtium, aut regum Perſarum uolunt uiuere: qui à populo etiam amiciſſimũ principem ſemouent: qui internuncij ſunt, aliud quàm reſpondetur ſæpe referentes, claudentes principem ſuum, & agentes ante omnia, ne quid ſciat: qui cum empti ſint, & praui fuerint, quid tandem poſſunt boni ſapere? Erat deniq; eius ipſius ſententia: Ego de præfectorum, & conſulum, & ſenatorum capitibus mancipia ære empta iudicare non patiar. Scio imperator Conſtantine, quo periculo iſta dicantur apud imperatorem, qui talibus ſeruit: ſed ſalua rep. poſteaquam intellexiſti, quid mali clades iſtę habeant, & quemadmodum principes circunueniant, & tu eos eò loci habes, ut nec chlamyde uti iuſſeris, ſed neceſſitatibus domeſticis delegaris. Iam illud inſigne, quòd ſolum intra palatium præter præfectum, & Vlpianum quidem, neminem uidit: nec dedit alicui facultatem uel fumorum uendendorum de ſe, uel ſibi de alijs male loquendi, maxime occiſo Turino, qui illum quaſi fatuum & uecordem ſæpe uendiderat. His acceſſit, quod amicos, & parentes Alexander ſi malos reperit, aut puniuit: aut ſi uetus uel amicitia, uel neceſſitudo non ſiuit puniri, dimiſit à ſe, dicens: His charior eſt mihi tota reſp. Et ut ſcias, qui uiri in eius conſilio fuerint: Fabius Sabinus Sabini inſignis uiri filius, Cato temporis ſui, Domitius Vlpianus iuris peritiſſimus, Aelius Gordianus Gordiani imperatoris pater, & ipſe re uera uir inſignis. Iulius Paulus iuris peritiſſimus. Claudius Venatus orator ampliſſimus, Pomponius legum peritiſſimus. Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus. hi omnes iuris profeſſores diſcipuli fuere ſplendidiſſimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & ſocij, ut ſcribit Acholius, & Marius Maximus. Catilius Seuerus cognatus eius, uir omnium doctiſſimus, Aelius Serenianus omnium uir ſanctiſſimus, Quintilius Marcellus, quo meliorem ne hiſtoriæ quidem continent. His tot atque alijs talibus uiris quid mali potuit cogitari, uel fieri, cum ad bonum conſentirent? Et eos quidem malorum cohors depulerat, qui circumuenerant Alexandrum primis diebus, ſed prudentia iuuenis his malis occiſis atq; depulſis, amicitia iſta ſancta conualuit. Hi ſunt, qui bonum principem ſuũ fecerunt: & item amici mali, qui Romanos peſſimos etiã poſteris tradiderunt ſuis uitijs laborantes.

IVLII CAPITOLINI

MAXIMINI DVO

AD CONSTANTINVM AVG.

NE faſtidioſum eſſet clementiæ tuæ Conſtantine Maxime, ſingulos quoſque principes, uel principum liberos per libros ſingulos legere, adhibui moderationem, qua in unũ uolumen duos Maximinos, patrem filiumq; congererẽ, Seruaui deinceps ordinem, quem pietas tua etiam ab Tatio Cyrillo clariſſimo uiro, qui Græca in latinum uertit, ſeruari uoluit, quod quidem non in uno tantum libro, ſed etiã in plurimis deinceps reſeruabo, exceptis magnis imperatoribus, quorum res geſtæ plures, atq; clariores, longiorem deſiderant textum. Maximinus ſenior ſub Alexandro imperatore enituit. Militare autẽ ſub Seuero cœpit. hic de uico Thraciæ uicino barbaris, barbaro etiam patre & matre genitus, quorũ alter è Gotthia, alter ex Alanis genitus eſſe perhibetur. Et patri quidem nomẽ Micca, matri Ababa fuiſſe dicit. Sed hæc nomina Maximinus primis tẽporib. ipſe prodidit. poſtea uero ubi ad imperiũ uenit, occuli præcepit, ne utroq; parente barbaro genitus imperator eſſe uideret. Et in prima quidẽ pueritia fuit paſtor, nonnunq; procer, qui latronib. inſidiaretur, & ſuos ab incurſionib. uindicaret. Prima ſtipendia equeſtria huic fuere. Erat enim magnitudine corporis cõſpicuus, uirtute inter omnes milites clarus, forma uirili decorus, ferus moribus, aſper, ſuperbus, contemptor, ſæpe tamen iuſtus. Innoteſcendi ſub Seuero imperatore prima hæc fuit cauſa: Natali Getæ filij minoris Seuerus militares dabat ludos, propoſitis præmijs argenteis, id eſt, armillis, torquib. & baltheolis. Hic adoleſcẽs, & ſemibarbarus, & uix adhuc Latinæ linguæ, propè thrcica imperatorem publice petijt, ut ſibi daret licentiam cõtendẽdi cum ijs, qui iã non mediocri loco militarent. Magnitudinẽ corporis Seuerus miratus, primũ eum cũ lixis cõpoſuit, ſed fortiſſimis quibuſq;, ne diſciplinã militarẽ corrũperet. Tunc Maximinus XVI. lixas uno ſudore deuicit, XVI acceptis præmijs munuſculis non militaribus, iuſſuſq; militare. Tertia forte die, cum proceſſiſſet Seuerus ad campum, in turba exultantem more barbarico Maximinũ uidit, iuſſitq; ſtatim tribuno ut eum coerceret, ac Romana diſciplina imbueret. Tunc ille ubi de ſe intellexit imperatorem locutum, ſuſpicatus barbarus, & notũ ſe eſſe principi, & inter multos conſpicuũ, ad pedes imperatoris equitãtis acceſſit. Tũ uolens Seuerus explorare quãtus in currẽdo eſſet, equũ admiſit multis circuitionib. & cũ imperator laboraſſet, neq; ille accurrẽdo per multa ſpatia deſiſſet, ait ei: Quid uis Threciſce? nunqd delectat luctari poſt curſum? Tũ quantũ libet, inquit, imperator. Poſt hoc ex equo Seuerus deſcẽdit, & recẽtiſsimos quoſq; ac fortiſſimos milites ei cõparari iuſsit. Tũ ille more ſolito VII. fortiſsimos uno ſudore uicit, ſolusq; omniũ à Seuero poſt argẽtea pręmia torque aureo donatus eſt, iuſſusq; inter ſtipatores corporis ſui ſemper in aula cõſiſtere. Hinc igit̃ factus cõſpicuus, inter milites clarus, amari à tribunis, à cõmilitonib. ſuſpici, impetrare ab imperatore quod uellet, locis etiã militię à Seuero adiutus: cũ eſſet adoleſcens, lõgitudine aũt corporis, & uaſtitate, & forma, atq; oculorũ magnitudine, & cãdore oẽs excelleret. Bibiſſe aũt illũ ſæpe in die uini Capitolinam amphorã conſtat: comediſſe & XL. libras carnis: ut autem Cordus dicit, etiam LX. Quod ſatis cõſtat, oleribus ſemper abſtinuit, à frigidis propè ſemper, niſi cũ illi potandi neceſsitas eſſet. Sudores ſæpe ſuos excipiebat, & in calices uel in uaſculum mittebat, ita ut duos uel tres ſextarios ſui ſudoris oſtenderet. Hic diu ſub Antonino Caracallo ordines duxit, centuriatus & cæteras militares dignitates ſępe tractauit. Sub Macrino, quod eum qui imperatoris ſui filium occiderat, uehementer odiſſet, à militia deſijt: & in Thracia in uico, ubi genitus fuerat, poſſeſsiones comparauit.

parauit,ac ſemper cum Gothis cōmercia exercuit. Amatus eſt aūt unice à Getis quaſi corū ciuis. Alani, quicunq; ad ripam uenerūt,amicū eum donis uiciſsim recurrētibus approbabāt. Sed occiſo Macrino cū filio ſuo, ubi Heliogabalū quaſi Antonini filium imperatorem cōperit,iam maturæ ætatis ad eū uenit, petijtq; ut quod auus eius Seuerus iudicij circa ſe habuerat, & ipſe haberet. Sed apud impurū hominē ualere nihil potuit. Nam dicit cum eo iocatus eſſe Heliogabalus turpiſsime dicens: Maximine,XVI. & XX. & XXX. milites diceris aliquādo laſſaſſe,potes tricies cū muliere perficere. Tū ille ubi uidit infamem principē ſic exoſum, à militia diſceſsit:& tamen retentus eſt per amicos Heliogabali, ne hoc quoq; illius famæ accederet, quòd uirū tēporis ſui fortiſsimum,& quē alij Herculem, alij Achillē, alij Aiacem uocabant, à ſuo exercitu dimoueret. Fuit igit Maximinus ſub homine impuriſsimo tantū honore prӕditus tribunatus, ſed nunq; ad manū eius acceſsit, nunquā illū ſalutauit: per totū trienniū huc atq; illuc diſcurrēs, modo agris,modo otio,modo fictis languoribus occupatus eſt. Occiſo Heliogabalo,ubi Maximinus cōperit Alexandrū principem nominatū,Romā cōtendit, quem Alexander miro cum gaudio, mira cū gratulatione ſuſcepit, ut in ſenatu uerba faceret talia: Maximinus P.C. tribunus,cui ego latum clauū addidi,ad me confugit: qui ſub impura illa belua militare non potuit, qui apud diuū parentem meū Seuerum tantus fuit,quantū illum fama cōperitis. Statim deniq; illum tribunū legionis quartæ, ex tyronib. quā ipſe cōpoſuerat,dedit,& eū in hæc uerba prouexit: Veteres milites tibi Maximine mi chariſsime atq; amantiſsime,iccirco nō credidi,quòd ueritus ſum ne uitia eorū ſub alijs inoleſcētia emēdare nō poſſes. Habes tyrones ad tuos mores,ad tuā uirtutē,ad tuū laborē:eos fac miliniā addiſcere,ut mihi multos Maximinos reip. optabiles ſolus efficias. Accepta igit legione, ſtatim eam exercere cœpit. Quinta quaq; die iubebat milites decurrere, ſimulacra bellorū agere:gladios,loricas,galeas,ſcuta,tunicas, & omnia arma illorū quotidie circūſpicere:calciamēta quinetiā ipſa proſpiciebat, prorſus ut ſe parem militibus prӕberet. Sed cum eum quidam tribuni reprehenderent dicentes: Quid tantū laboras?cum eius loci iam ſis,ut ducatū poſsis accipere? dixiſſe fert:Ego uero quo maior fuero,tanto plus laborabo. Exercebat cum militibus ipſe luctam,quinos,ſenos,& ſeptenos iam grandæuus ad terrā proſternens. Deniq; inuidentibus cunctis, cū quidam tribunus ſuperbior magni corporis, uirtutis notæ, atq; ideo ferocior ei dixiſſet:Nō magnā rem facis,ſi tribunus tuos milites uincis. Ille ait, Viſne cōgrediamur?Cumq; aduerſarius annuiſſet, uenientē contra ſe palma in pectus percuſſum ſupinū reiecit, & cōtinuo dixit: Date aliū,ſed tribunū. Erat prӕterea,ut refert Cordus,magnitudine tanta, ut octo pedes digito uideret egreſſus:pollice ita uaſto, ut uxoris dextrocherio uteret ꝓ annulo. Iā illa propè in uulgi ore ſunt poſita, ꝙ hamaxas manibus attraheret,rhedam onuſtā ſolus moueret:equo ſi pugnū dediſſet, dentes ſolueret:ſi calcem,crura frangeret:lapides tophicios friaret,arbores teneriores ſcinderet. Alij deniq; cū Crotoniatē Milonem, alij Herculem, Antæū alij uocāt. His rebus conſpicuū uirum Alexander magnorū meritorū iudex, in ſuā perniciem omni exercitui præfecit,gaudentibus cunctis ubiq; tribunis,ducibus, & militib. Deniq; totū eius exercitū, qui ſub Heliogabalo magna ex parte torpuerat, ad ſuam militarem diſciplinā retraxit. Quod Alexandro,ut diximus,optimo quidē imperatori,ſed tamē cuius ætas ab initio cōtemni potuerit, grauiſsimū fuit. Nam cum in Gallia eſſet,& non longe ab urbe quadā caſtra poſuiſſet,ſubito immiſsis militibus,ut quidā dicunt,ab ipſo,ut alij, à tribunis barbaris, Alexander ad matrē fugiens interemptus eſt,Maximino iam imperatore appellato. Et cauſam quidem Alexandri interimendi alij aliā fuiſſe dicūt. Quidam eīm Mammeā dicunt autorem fuiſſe,ut filius deſerto bello Germanico Orientem peteret,atq; ideo milites in ſeditionē prorupiſſe: Quidā, quòd ille nimis ſeuerus eſſet, & uoluiſſet ita in Gallia legiones exautorare,ut exautorauerat in Oriente. Sed occiſo Alexandro, Maximinus primum è corpore militari, & nondum ſenator, ſine decreto ſenatus Auguſtus ab exercitu appellatus eſt, filio ſibimet in participatū dato: de quo pauca, quæ nobis ſunt cognita, mox dicemus. Maximinus autem ea fuit ſemper aſtutia, ut milites nō ſolum uirtute regeret, ſed etiā præmijs & lucris ſui amantiſsimos redderet. Nunquam annonam cuiuſpiam tulit. Nunq; fuit qui in exercitu faber, aut alte-

rius rei, ut pleriq; ſunt, artifex eſſet. ſolis uenationibus legiones frequenter exercebat. Sed inter has uirtutes tam crudelis fuit, ut illum alij Cyclopem, alij Buſiridem, alij Sci ronem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem, uel Gygem uocarent. Senatus eum tan tum timuit, ut uota in templis publice, priuatimq; mulieres etiam cum ſuis liberis face rent, ne ille unq; urbem Romã uideret. Audiebat enim, alios in crucem ſublatos, alios animalibus nuper occiſis incluſos, alios feris obiectos, alios fuſtibus eliſos, atq; omnia hæc ſine delectu dignitatis, cum uideretur diſciplinã uelle regere militarem, cuius ex emplo ciuilia etiã corrigere uoluit, quod non cõuenit principi qui uelit diligi. Erat em̃ ei perſuaſum, niſi crudelitate imperiũ nõ teneri. Simul & uerebatur, ne propter humi litatem generis barbarica nouitate cõtemnerẽ. Meminerat præterea, ſe Romæ etiam à ſeruis nobilium contemptũ eſſe, ita ut ne à procuratoribus quidem eorum uideretur. Et ut ſe habent ſtultę opiniones, tales eos contra ſperabat futuros, cum iam imperator eſſet: tantum ualet conſcientia degeneris animi. Nam ignobilitatis tegendæ cauſa om nes conſcios generis ſui interemit: nonnullos etiam amicos, qui ei ſæpe miſericordiæ ac pietatis cauſa pleraq; donauerant. Neq; enim fuit crudelius animal in terris: omnia ſic in uiribus ſuis ponens quaſi non poſſet occidi. Deniq; cum immortalẽ ſe propè cre deret ob magnitudinẽ corporis ſui, uirtutisq; munus, quidam in theatro præſente illo dicitur uerſus Græcos dixiſſe, quorum hæc erat latina ſententia:

Et qui ab uno non poteſt occidi, à multis occiditur:
Elephas grandis eſt, & occiditur:
Leo fortis eſt, & occiditur:
Tigris fortis eſt, & occiditur:
Caue multos, ſi ſingulos non times.

Et hæc imperatore ipſo præſente iam dicta ſunt. Sed cũ Maximinus interrogaret ami cos, quid mimus ſcurra dixiſſet, dictũ eſt ei, quòd antiquos uerſus cantaret contra ho mines aſperos ſcriptos: & ille, ut erat Thrax & barbarus, credidit. Nobilẽ circa ſe nẽ minem paſſus eſt, prorſus ut Spartaci aut Athenionis exemplo imperaret. Præterea omnes Alexandri miniſtros uarijs modis interemit. Diſpoſitionibus eius inuidit. Et dum ſuſpectos habet amicos ac miniſtros eius, crudelior factus eſt. Cum eſſet ita mora tus ut ferarum more uiueret, triſtior & immanior factus eſt factione Magni cuiuſdam conſularis uiri contra ſe parata: qui cum multis militibus & centurionibus ad eũ con fodiendum conſiliũ inierat, cum in ſe imperium transferre cuperet. Et genus factionis fuit tale. cum ponte iuncto in Germanos tranſire Maximinus uellet, placuerat ut con tarij cum eo tranſirent, pons poſtea ſolueretur, ille in barbarico ſolo circumuentus oc cideretur, imperiũ Magnus arriperet. Nam omnia cœperat agere, & quidem fortiſsi me, ſtatim ut factus imperator, peritus utpote rei militaris, uolens exiſtimationẽ de ſe habitam tenere, & ante oẽs, Alexandri gloriã, quem ipſe occiderat, uincere. quare im perator etiã in exercitio quotidie milites detinebat. Eratq; in armis ipſe magnus exer citio, & corpore multa ſemper oſtendens. & iſtã quidem factionẽ Maximinus ipſe fin xiſſe perhibetur, ut materiã crudelitatis augeret. Deniq; ſine iudicio, ſine accuſatione, ſine delatore, ſine defenſione oẽs interemit, omniũ bona ſuſtulit: & plus IIII. milibus hominũ occiſis, ſe ſatiare non potuit. Fuit etiã ſub eodem factio, deſciſcentibus ſagitta rijs Oſdroenis ab eodẽ, ob amorem Alexandri & deſideriũ: quem à Maximino apud eos occiſum eſſe conſtabat, nec aliud perſuaderi potuerat. Deniq; etiã ipſi Tycum ex ſuis ſibi ducem atq; imperatorem fecerũt, quem Maximinus priuatum iam dimiſerat: quem quidem & purpura circumdederunt, regioq; apparatu ornarunt, & quaſi ſui mi lites obſepſerunt, & inuitũ quidem. Sed hic Tycus dormiens domi ſuæ ab uno ex ami cis ſuis interfectus eſt, qui ſibi doluit illum eſſe præpoſitum, Macedonio nomine, qui cum Maximino prodidit, quiq; caput eius ad imperatorem detulit. Sed Maximinus primo ei gratias egit: poſtea tamen ut proditorem odio habuit, & occidit. His rebus in dies immanior fiebat, ferarũ more quæ uulneratæ magis exulcerantur. Poſt hæc tran ſiit in Germaniam cum omni exercitu, & Mauris, & Oſdroenis, & Parthis, & om nibus quos ſecum Alexander ducebat ad bellum. Et ob hoc maxime orientalia ſe cum trahebat auxilia, quòd nulli magis contra Germanos, quàm expediti ſagittarij ualent

ualent. Mirandum autem apparatũ belli Alexander habuit, cui Maximinus multa dicitur addidiſſe. Ingreſſus igitur Germaniã tranſrhenanã, per CCC. uel CCCC milia Barbarici ſoli uicos incẽdit, greges abegit, prędas ſuſtulit, Barbarorũ plurimos interemit, militem diuitem reduxit, cepit innumeros: & niſi Germani per amnes, & paludes, & ſyluas confugiſſent, omnem Germaniã in Romanam ditionem redegiſſet: ipſe praeterea manu ſua multa faciebat, cum etiã paludẽ ingreſſus circũuentus eſſet à Germanis, niſi eum equo inhærentem ſui liberaſſent. Habuit enim hoc Barbaricæ temeritatis, ut putaret, imperatorem manu etiã ſua ſemper uti debere. Deniq; quaſi nauale quoddã prælium in palude fecit, plurimosq; illic interemit. Victa igitur Germania, literas Romam ad ſenatum & ad populum miſit, ſe dictante cõſcriptas, quarũ ſententia hæc fuit: Non poſſumus tantum P. C. loqui quantum fecimus. per CCCC. millia Germanorum uicos incendimus, greges abduximus, captiuos abſtraximus, armatos occidimus, in palude pugnauimus. Perueniſſemus ad ſyluas, niſi altitudo paludum nos tranſire non permiſiſſet. Aelius Cordus dicit, hanc omnino ipſius orationem fuiſſe: quod credibile eſt. Quid enim in hac eſt quod non poſſet Barbarus miles? qui pari ſententia & ad populum ſcripſit, ſed maiori reuerentia, iccirco quòd ſenatum oderat, à quo ſe contemni multum credebat. Iuſsit præterea tabulas pingi ita, ut erat bellum ipſum geſtũ, & ante curiam proponi, ut facta eius pictura loqueretur: quas quidem tabulas poſt mortem eius ſenatus & deponi iuſsit & exuri. Fuerunt & alia ſub eo bella plurima, ex quibus ſemper primus uictor reuertit, & cũ ingentibus ſpolijs, atq; captiuis. Extat oratio eiuſdem miſſa ad ſenatum, cuius hoc exemplum eſt: Breui tempore P. C. tot bella geſsi quot nemo ueterum. Tantum prædæ in Romanum ſolum attuli, quantũ ſperari non potuit. Tantum captiuorum adduxi, ut uix ſola Romana ſufficiant. Reliqua orationis uerba non ſunt ad rem neceſſaria. Pacata Germania Syrmium uenit, Sarmatis inferre bellum parans, atq; animo habens, concupiens uſq; ad oceanum ſeptentrionales partẽs in Romanã ditionẽ redigere: quod feciſſet ſi uixiſſet, ut Herodianus dicit Græcus ſcriptor, qui ei, quantum uidemus, in odium Alexandri plurimum fauit. Sed cum Romani eius crudelitatẽ ferre non poſſent, quòd delatores euocaret, accuſatorem immitteret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes quicunq; in iudiciũ ueniſſent, ex ditiſsimis hominibus pauperrimos faceret, nec aliunde niſi malo alieno pecuniam quæreret: deinde ſine delicto cõſulares uiros, & duces multos interimeret, alios Scythicis uehiculis exhiberet, alios in cuſtodia detineret, nihil deniq; prætermitteret quod ad crudelitatem uideretur operari, contra eum defectionem pararunt. Nec ſolũ Romani, ſed quia & in milites ſæuiebat, exercitus qui in Africa erat, ſubita & ingenti ſeditione Gordianum ſenem uirum grauiſsimum, qui erat proconſul, imperatorem fecerunt: cuius factionis hic ordo fuit. Erat fiſci procurator in Libya, qui oẽs Maximini ſtudio ſpoliauerat: hic per ruſticanam plebem, deinde & quoſdam milites interemptus eſt, per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebãt. Sed cum uiderent autores cædis eius acrioribus remedijs ſibi ſubueniendum eſſe, Gordianum proconſulem, uirũ (ut diximus) uenerabilem, natu grandiorem, omni uirtutũ genere florentem, ab Alexandro ex ſenatuſconſulto in Africã miſſum, reclamantem & ſe terræ affligentem, opertum purpura imperare coegerũt, inſtantes cum gladijs, & cum omni genere telorum. Et primo quidẽ inuitus Gordianus purpurã ſumpſerat: poſtea uero, cum uidit neq; filio, neq; familiæ ſuæ tutum id eſſe, uolens ſuſcepit imperiũ. & appellatus ab omnibus Afris Auguſtus cum filio apud oppidum Tiſdrũ, inde Carthaginem uenit cum pompa regali, & protectoribus, & faſcibus laureatis: unde Romã ad ſenatum literas miſit, quæ occiſo Valeriano duce militũ prætorianorũ in odium Maximini gratanter acceptæ ſunt. Appellati etiã Gordianus ſenex, & Gordianus iuuenis à ſenatu Auguſti. Interfecti deinde oẽs delatores, omnes accuſatores, oẽs amici Maximini occiſi ſunt. Interfectus eſt Sabinus præfectus urbis, percuſſus in populo. Vbi hæc geſta ſunt, ſenatus magis timens Maximinũ, aperte ac libere hoſtes appellat Maximinũ, & eius filium. Literas deinde mittit ad omnes prouincias, ut communi ſaluti libertatiq; ſubueniãt, quæ auditæ ſunt ab omnib. Deniq; ubiq; amici, & adminiſtratores, & duces, tribuni, & milites Maximini interfecti ſunt. Paucæ ciuitates fidẽ hoſti publico ſeruauerunt

uauerunt:quæ proditis ĳs qui miſsi ad eos fuerãt,ad Maximinũ cito per indices detulerunt. Literarũ ſenatus exemplũ hoc fuit: Senatus populusq; Romanus, per Gordianos principes ab illa triſtiſsima belua liberari cœptus,procõſulibus,præſidibus, legatis,ducibus,tribunis,magiſtratib.ac ſingulis ciuitatibus, & municipĳs, & oppidis, & uicis,& caſtellis ſalutẽ,quã nũc primũ recipere cœpit, dicit: Dĳs fauentibus Gordianum proconſulem uirũ ſanctiſsimũ,& grauiſsimũ ſenatorem,principẽ meruimus, Auguſtũ appellauimus.Nec ſolum illũ,ſed etiã in ſubſidiũ reip.filiũ eius Gordianũ nobilem iuuenem.Veſtrũ eſt conſentire ad ſalutẽ reip.obtinendã,& ad ſcelera defendenda,& ad illã beluã Maximinũ atq; illius amicos ubicunq; fuerint perſequendos. A nobis etiã Maximinus cum filio ſuo hoſtis eſt iudicatus. Senatuſconſulti aũt hoc fuit exemplũ. Cum uentũ eſſet in ædem Caſtorũ, VI. Cal.Iunias,acceptas literas Iunius Syllanus conſul ex Africa, Gordiani imperatoris patris patrię proconſulis recitauit: Inuitum me P.C.iuuenes,quibus Africa tuenda cõmiſſa eſt,ad imperiũ uocarũt.Sed intuitu ueſtri neceſsitatẽ libens ſuſtineo.Veſtrũ eſt æſtimare quid uelitis. Nã ego uſq; ad ſenatus iudiciũ incertus & uarius fluctuabo. Lectis literis, ſtatim ſenatus acclamauit: Gordiane Auguſte, dĳ te ſeruẽt:felix imperes,tu nos liberaſti:Saluus imperes,tu nos liberaſti:Per te ſalua reſp.oẽs tibi gratias agimus.Item COS. retulit:P.C. De Maximinis quid placet? Reſponſum eſt:Hoſtes, hoſtes. Qui eos occiderit,præmiũ merebitᷣ.Itẽ conſul dixit:De amicis Maximini quid uidetᷣ? Acclamatũ eſt:Hoſtes, hoſtes. Qui eos occiderit,præmiũ merebitᷣ. Ita acclamatũ eſt: Inimicus ſenatus in crucẽ tollatᷣ. Hoſtis ſenatus ubicũq; feriatᷣ,Inimici ſenatus uiui exuranᷣt.Gordiani Auguſti, dĳ uos ſeruẽt. Ambo feliciter agatis,ambo feliciter imperetis.Nepoti Gordiani pręturã decernimꝰ, nepoti Gordiani cõſulatũ ſpondemus.Nepos Gordiani Cæſar appelletᷣ.Tertius Gordianus præturã accipiat. Vbi hoc ſenatuſconſultũ Maximinus accepit, homo natura ferus ſic exarſit,ut nõ hominẽ,ſed beluã putares.Iaciebat ſe in parietes,nonnunq; terræ ſe proſternebat. Exclamabat incondite, arripiebat gladiũ, quaſi ſenatũ poſſet occidere,cõſcindebat ueſtem regiã,alios uerberibus afficiebat,& niſi de medio receſsiſſet, ut quidã ſunt autores,oculos filio adoleſcentulo ſuſtuliſſet. Cauſa aũt iracundię cõtra filiũ hæc fuit: Quòd cum Romã ire iuſſerat cum primũ imperator factus eſt, & ille patris nimio amore neglexerat:putabat aũt quòd ſi ille Romæ fuiſſet, nihil auſurus eſſet ſenatus.Ardentem igitᷣ Maximinũ iracundia amici intra cubiculum receperunt. Sed cum furorem ſuũ tenere non poſſet,ut obliuionẽ cogitationis acciperet,uino ſe primo die obruiſſe dicitᷣ euſq;,ut quid geſtũ eſſet ignoraret.Alia die admiſsis amicis, qui eũ audire non poterant, ſed tacebant, & qui factum ſenatus tacite laudabant,conſilium habuit,quid facto opus eſſet:è conſilio ad concionem proceſsit,in qua cõcione multa in Afros, multa in Gordianum, plura in ſenatum dixit, cohortatusq; milites ad communes iniurias uindicãdas. Concio deniq; omnis militaris fuit, cuius hoc exemplum eſt: Commilitones, rem notam uobis proferimus:Afri fidem fregerunt,quid dicã fregerunt? nam quando tenuerũt? Gordianus ſenex debilis,& morti uicinus ſumpſit imperium.Sanctiſsimi autem P.C.illi, qui & Romulum & Cæſarem occiderunt, me hoſtem iudicauerũt, cum pro his pugnarem, & ipſis uincerem, nec ſolum me,ſed etiã uos & omnes qui mecum ſunt,quos & ſenatui acceptiſsimos,& ſibi aduerſiſsimos eſſe credebant.Quare factum eſt,ut diximus,ut Gordianum adoleſcentulum principem peterent, qui ſtatim factus eſt. Nec prius permiſsi ſunt ad palatium ſtipati armatis ire, q̃ nepotem Gordiani Cæſaris nomine nuncuparent, & Gordianos patrem ac filiũ Auguſtos uocarẽt.Ergo ſi uiri eſtis,ſi uires habetis,eamus contra ſenatũ & Afros, quorũ omnium bona uos habebitis.Dato igitᷣ ſtipendio,& quidem ingenti,Romã uerſus cũ exercitu proficiſci cœpit. Sed Gordianus in Africa primũ à Capeliano quodam agitari cœpit,cui Mauros regenti ſucceſſorem dederat.Contra quẽ filium iuuenem cum miſiſſet,acerrima pugna interfecto filio,ipſe laqueo uitam finiuit,ſciens & in Maximino multum eſſe roboris, & Afris nihil uiriũ,multũ quinimo perfidiæ.Tũc Capelianus uictor pro Maximino omnes Gordiani partium motu partium in Africa interemit atq; proſcripſit.Nec cuiquã pepercit,prorſus ut ex animo Maximini uideretur hæc facere. Ciuitates deniq; ſubuertit, fana diripuit, donaria militib. diuiſit, plebem & principes

ciuitatum

ciuitatum concidit. Ipſe præterea militum animos ſibi conciliabat, prçludens ad impe
rium, ſi Maximinus periſſet. Hæc ubi Romam nuntiata ſunt, ſenatus Maximini & na
turalem & iam neceſſariam crudelitatem timens, mortuis duobus Gordianis, Maxi-
mum Pupienum ex præfecto urbi, & qui plurimas dignitates prçcipue geſsiſſet, igno
bilem genere, ſed uirtutibus clarum, & Clodium Balbinũ moribus delicatiorem, im-
peratores creauit. Quibus à populo Auguſtis appellatis, per milites & eundem popu
lum etiã paruulus nepos Gordiani Cæſar eſt dictus. Tribus igitur imperatoribus con
tra Maximinum fulta reſp. eſt. Horum tamen Maximus uita ſeuerior, prudentia gra-
uior, uirtute conſtantior. Deniq; ipſi contra Maximinum & ſenatus & Balbinus bel-
lum tradiderunt. Profecto igitur ad bellum Maximo contra Maximinum, Balbinus
Romæ bellis inteſtinis & domeſticis ſeditionibus urgebatur, occiſis præcipue per po
pulũ Gallicano & Mecœnate: qui quidẽ populus à prætorianis laniatus eſt, cum Bal-
binus reſiſtere ſeditionibus non ſatis poſſet: deniq; magna pars urbis incenſa eſt. Et re-
creatus quidẽ imperator fuerat Maximinus, audita morte Gordiani atq; eius filij, Ca
peliani uictoria. Verũ ubi & aliud ſenatuſcõſultũ accepit, quo Maximus, & Balbinus,
& Gordianus imperatores appellati ſunt, intellexit ſenatus odia eſſe perpetua, & ſe
uere hoſtẽ omniũ iudicio haberi. Acrior deniq; Italiã ingreſſus eſt. Vbi cum cõperiſſet
Maximũ contra ſe miſſum, uehemẽtius ſæuiẽs, quadrato agmine Hæmonã uenit. Sed
prouincialiũ omniũ cõſiliũ hoc fuit, ut ſublatis omnib. quę uictũ prçbere poſſent, intra
ciuitates ſe reciperẽt, ut Maximinus cũ exercitu ſame urgeret. deniq; ubi primũ caſtra
in cãpo poſuit, neq; quicq; cõmeatus reperiret, incẽſus cõtra eũ exercitus ſuus, ꝙ fame
in Italia laboraſſet, in qua poſt Alpes recreari ſe poſſe credebat, murmurare primũ cœ
pit, deinde etiã aliqua libere dicere. Hæc cũ uellet uindicare, multũ exarſit exercitus,
& odiũ tacitũ in tẽpus diſtulit, quod loco ſuo ſtatim prodidit. Pleriq; ſanè dicũt, ipſam
Hæmonã uacuam & deſertã inuentã eſſe à Maximino ſtulte lætante, ꝙ quaſi ciuitas
tota ceſsiſſet. Poſt hoc Aquileiã uenit, quæ cõtra eũ armatis circa muros diſpoſitis, por
tas clauſit: nec oppugnatio defuit, Menophilo & Criſpino conſularibus uiris autorib.
Cum igitur fruſtra obſideret Aquileiã Maximinus, legatos in eandem urbem miſit.
Quibus populus penè cõſenſerat, niſi Menophilus cum collega reſtitiſſet, dicens, etiã
deum Bellenum per aruſpices ſpopondiſſe, Maximinũ eſſe uincendum. Vnde etiã po
ſtea Maximini milites iactaſſe dicuntur, Apollinem contra ſe pugnaſſe, nec illam Ma-
ximi aut ſenatus, ſed deorũ fuiſſe uictoriam. Quod quidem iccirco ab his fictum eſſe
dicunt, quòd erubeſcebant armatos ſe penè ab inermibus uictos. Ponte itaq; cupis fa
cto, Maximinus fluuium tranſiuit, & de proximo Aquileiam obſidere cœpit. Ingens
autem oppugnatio & diſcrimen tũc fuit, cum ſe ciues ſulfure & flammis, cæteriſq; hu-
iuſmodi propugnaculis à militibus defenderent: quorum alij nudabantur armis, alio-
rum ueſtes incendebantur, aliorum oculi extinguebantur, diruebantur etiam machi
namenta. Inter hæc Maximinus cum filio ſuo adoleſcente, quem Cæſarem appellaue
rat, circumire muros quantum à teli iactu ſatis tutus eſſe poſſet, nunc ſuis uerbis mili-
tes, nunc oppidanos rogare. Verum nihil profecit. Nam multa & in eum crudelitatis
cauſa, & in filium qui ſpecioſiſsimus erat, probra cõgeſta ſunt. Quare Maximinus ſpe
rans ſuorũ ignauia bellum trahi, duces ſuos interemit, eo tempore quo minime opor-
tebat: unde ſibi milites etiam iratiores reddidit. Huc accedebat quòd deficiebant com
meatus: quia ſenatus ad omnes prouincias & portuũ cuſtodes literas dederat, ne ali-
quid cõmeatuum in Maximini poteſtatem ueniret. Miſerat præterea per omnes ciui-
tates prætorios & quæſtorios uiros, qui ubiq; cuſtodias agerent, & omnia contra Ma
ximinum defenderent. Effectũ deniq; eſt, ut obſeſsi anguſtias obſidens ipſe pateretur.
Nuntiabatur inter hæc orbem terrarũ conſenſiſſe in odium Maximini. Quare timẽtes
milites, quorũ affectus in Albano monte erant, medio fortè die cũ à prælio quieſceret,
& Maximinum & filium eius quieſcentes, in tentorio poſitos occiderunt, eorumq; ca-
pita præfixa contis Aquileienſibus demonſtrauerunt. In oppido igitur uicino ſtatim
Maximini ſtatuæ atq; imagines depoſitæ ſunt, & eius præfect. præt. occiſus eſt cũ ami
cis clarioribus. Miſſa etiam Romam capita ſunt eorum. Hic finis Maximinorum fuit
dignus crudelitate patris, indignus bonitate filij. Quibus mortuis ingens lætitia pro-
uincialium

uincialium, dolor grauiſsimus Barbarorũ. Sed milites interfectis publicis hoſtibus recepti ſunt ab oppidanis, rogantes: & primũ ita, ut antè imagines Maximi, & Balbini & Gordiani adorarent, cum omnes dicerent, priores Gordianos in deos relatos. Poſt hoc ingens ex Aquileia commeatus in caſtra quæ laborabant fame, traductus eſt, feſſisq; militibus alia die in concionem uentum eſt, & omnes in Maximi, & Balbini uerba iurarũt, Gordianos priores diuos appellantes. Dici uix poteſt quanta lætitia fuerit, cum Romã per Italiam caput Maximini ferretur, occurrentibus cunctis ad gaudium publicum. Et Maximus quidem, quem multi Pupienum putãt, apud Rauennam bellum parabat per Germanorum auxilia: qui ubi comperit conſenſiſſe exercitum ſibi & collegis ſuis, occiſos autem eſſe Maximinos, ſtatim dimiſsis Germanorum auxilijs, quæ ſibi contra hoſtem parauerat, Romam laureatas literas miſit quæ in urbe ingentem lætitiam fecerunt, ita ut omnes per aras, & templa, & ſacella, & loca religioſa gratias agerent. Balbinus autem homo timidior natura, & qui cum Maximini nomen audiret, etiam tremeret, hecatomben fecit, iuſsitq; per omnes ciuitates pari ſupplicari ſacrificio. deinde Maximus Romã uenit, ſenatũq; ingreſſus, actis ſibi gratijs, concionẽ habuit, atq; inde in palatiũ cum Balbino & Gordiano uictores ſe receperunt. Intereſt ſcire quale ſenatuſconſultum fuerit, uel qui dies urbis, cum eſt nuntiatus interemptus Maximinus. Iam primũ is nuncius, qui ex Aquilienſi urbe Romã miſſus fuerat, tãto impetu mutatis animalibus cucurrit, ut quarta die Romam ueniret, cum apud Rauennam Maximum reliquiſſet. & fortè dies ludorum erat, cum ſubito ſedente Balbino & Gordiano theatrũ nuncius ingreſſus eſt: atq; antequam aliquid indicaretur, omnis populus exclamauit: Maximinus occiſus eſt: ita ut nuntius præuẽtus, & imperatores qui aderant, gaudium publicum nutu & conſenſu indicauerint. Soluto igitur ſpectaculo, omnes ſtatim ad ſuas religiones cõuolarunt: atq; inde ſenatus ad principem, populus ad concionem cucurrerunt. Senatuſconſultum hoc fuit. recitatis in ſenatu per Balbinum Auguſtum literis, acclamauit ſenatus: Hoſtes populi Romani dij perſequuntur: Iupiter optime tibi gratias. Apollo uenerabilis tibi gratias. Maxime Auguſte tibi gratias. Balbine Auguſte tibi gratias. Tibi gratias Gordiane Auguſte. Diuis Gordianis templa decernimus. Maximini nomen olim eraſum, nunc animis eradendum: hoſtis publici caput in profluentem abijciat̃, corpus eius nemo ſepeliat. Qui ſenatui mortem minatus eſt, qui ſenatui uincula minatus eſt, ut debebat interemptus. Sanctiſsimi imperatores gratias uobis agimus. Maxime, Balbine, Gordiane, dij uos ſeruent. Victores hoſtium omnes deſideramus: præſentiã Maximi omnes deſideramus. Balbine Auguſte, dij te ſeruent. Præſentem annum COSS. uos ornetis, in locum Maximini Gordianus ſufficiat̃. Poſt rogatus ſententiã Cuſpidius Celerinus, hæc uerba habuit: P. C. eraſo nomine Maximinorum, appellatisq; diuis Gordianis, uictoriæ cauſa principib. noſtris Maximo, Balbino & Gordiano ſtatuas cum elephantis decernimus, currus triumphales decernimus, ſtatuas equeſtres decernimus, trophea decernimus. Poſt hæc miſſo ſenatu ſupplicationes per totam urbem decretæ. Victores principes in palatium ſe receperunt, de quorum uita in alio libro deinceps dicemus.

MAXIMINVS IVNIOR

MAximinus iunior, de cuius genere ſuperius dictum eſt, tantæ pulchritudinis fuit, ut paſsim amatus ſit à procacioribus fœminis. Nonnullæ etiam optauerunt de eo concipere. Proceritatis uidebatur poſſe illius eſſe, ut ad ſtaturam paternam perueniret. Siquidem anno uiceſimo & primo perijt, in ipſo flore iuuentutis: ut aliqui autem dicunt, octauodecimo, literis & Græcis & Latinis imbutus ad primam diſciplinam. Nam uſus eſt magiſtro Græco literatore Fabilio, cuius epigrãmata Græca multa extant, maxime in imaginibus ipſius pueri; qui uerſus Græcos fecit ex illis Latinis Vergilij, cum ipſum puerum deſcriberet:

Qualis ubi oceani profuſus lucifer unda
Extulit os ſacrum cœlo, tenebraſq; reſoluit,
Talis erat iuuenis primo ſub nomine clarus.

Grammatico Latino uſuſq; eſt Philemone, iuriſperito Modeſtino, oratore Tatiano filio Tatiani ſenioris, qui prouinciarũ libros pulcherrimos ſcripſit, & qui dictus eſt Simia

temporis

temporis ſui, quòd cũcta imitatus eſſet. Habuit & Græcũ rhetorem Eugamiũ ſui temporis clarum. Deſponſata illi erat Iunia Fadilla proneptis Antonini, quam poſtea accepit Toxotius eiuſdem familiæ ſenator, qui perijt poſt præturam, cuius etiã poemata extant. Manſerunt autem apud eam arræ regiæ, quæ tales fuerũt, ut Iunius Cordus loquitur, ex ijs, qui harũ rerum perſcrutatores fuiſſe dicuntur: monoliũ de albis nouem, reticulũ de praſinis undecim, dextrocheriũ cũ coſtula de hyacinthis quatuor, præter ueſtes auratas, & omnes regias, cæteraq́ꝫ inſignia ſponſaliorũ. Adoleſcẽs autẽ ipſe Maximinus ſuperbiæ fuit inſolentiſsimæ, ita ut etiã cum pater ſuus homo crudeliſsimus pleriſq́ꝫ honoratis aſſurgeret, ille reſideret. Vitæ lætioris, uini parciſsimus, cibi auidus, maxime ſyluestris, ita ut non niſi aprũnam, anates, grues, & omnia captiua ederet. Infamabant eum ob nimiã pulchritudinẽ amici Maximi, & Balbini, & Gordiani, & maxime ſenatores, qui ſpeciem illam uel diuinitus lapſam incorruptam eſſe noluerũt. Deniq́ꝫ illo tempore, quo circum Aquileiã muros circũueniens cum patre deditionẽ urbis petebat, nihil aliud ei q̃ ſpurcities obiecta eſt, quæ longe ab illius fuit uita. Veſtibus tã accuratus fuit, ut nulla mulier nitidior eſſet in mũdo. amicis paternis immane quantum obſecutus eſt, ſed ut donaret ac largiretur. Nam in ſalutationib. ſuperbiſsimus erat, & manũ porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur, nõnunq́ꝫ etiam pedes, quod nunq́ꝫ paſſus eſt ſenior Maximinus, qui dicebat: Dij prohibeant, ut quiſquã ingenuorum pedibus meis oſculũ figat. Et quoniã ad Maximinos reuertimur, res iucundæ prętereundæ nõ ſunt. Nam cum eſſet Maximinus pedũ, ut diximus, octo & propè ſemis, calciamentũ eius, id eſt campagũ regium quidam in luco qui eſt inter Aquileiã & Arziam poſuerunt, quod conſtat pede maius fuiſſe hominis ueſtigio atq́ꝫ menſura: unde etiam uulgo tractum eſt, cum de longis & ineptis hominib. diceretur, Caliga Maximini. Quod iccirco indidi, ne qui Cordũ legeret, me prętermiſiſſe crederet aliquid, quod ad rem pertineret. Sed redeã ad filium. De hoc adoleſcente Alexãder Aurelius ad matrem ſuam ſcribit Mammeã, cupiens ei ſorórẽ ſuam Theocliam dare, in hæc uerba: Mi mater, ſi Maximinus ſenior dux noſter, & quidẽ optimus, non aliquid in ſe barbarum cõtineret, iam ego Maximino iuniori Theocliam tuam dediſſem. Sed timeo ne ſoror mea Græcis munditijs erudita, barbarũ ſocerum ferre non poſsit: quamuis ipſe adoleſcens & pulcher, & ſcholaſticus, ad Græcas mundicias eruditus eſſe uideaẽ. Hæc quidem cogito, ſed te tamen conſulo, Maximinũ Maximini filium generũ uelis, an Meſſalam ex familia nobili oratorem potentiſsimum, eundemq́ꝫ doctiſsimũ, & (niſi fallor) in rebus bellicis ſi applicetur, fortem futurum. Hæc Alexander de Maximino, de quo nos nihil amplius habemus quod diceremus. Sanè ne quid prætermiſſum eſſe uideatur, etiam epiſtolam indidi patris Maximini imperatoris iam facti, qui dicit, iccirco ſe etiam filium ſuũ appellaſſe imperatorẽ, ut uideret uel in pictura, uel in ueritate qualis eſſet iunior Maximinus in purpura. Fuit autem talis epiſtola: Ego cum propter affectum, quem pater filio debet, Maximinũ meum imperatorẽ appellari permiſi, tum etiam ut Po. Ro. & ſenatus ille antiquus iuraret, ſe nunq́ꝫ pulchriorem imperatorẽ habuiſſe. Vſus eſt autem idem adoleſcens & aurea lorica exemplo Ptolemæorũ, uſus eſt argentea, uſus & clypeo gẽmato inaurato, & haſta inaurata. Fecit & ſpatas argenteas, fecit etiam aureas, & omnino quicquid eius pulchritudinem poſſet iuuare. Fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas. Hæc ſunt quæ de puero ſciri & dici decuit. Reliqua qui uolet noſſe de rebus uenereis & amatorijs, quibus eum Cordus aſpergit, eundem legat. Nos enim hoc loco finẽ libri faciemus, ad alia, ut iubetur, uelut publico iure properantes. Omina ſanè imperij hæc fuerunt: Serpens dormienti caput circundedit. Poſita ab eodem uitis intra annũ ingentes uuas purpureas attulit, & miræ magnitudinis facta eſt. Scutũ eius ſub ſole arſit. Lanceola ſic fiſſa eſt fulmine, ut tota etiã per ferrum ſcinderetur, & duas partes faceret: unde dixerunt aruſpices, duos imperatores non diuturnos ex una domo, ijſdem nominibus futuros. Lorica pàtris eius nõ, ut ſolet, ferrugine, ſed tota purpureo colore infecta à plurimis uiſa eſt. Filio autem hæc fuerunt: Cum grammatico daretur, quædam parens ſua libros Homericos omnes purpureos dedit, aureis literis ſcriptos. ipſe puerulus cum ad cœnã ab Alexandro eſſet rogatus in patris honorẽ, quod ei deeſſet ueſtis cœnatoria, ipſius Alexandri accepit. Cum infans

eſſet, ſubito per publicum ueniente uehiculo Antonini Caracalli, quod uacuum erat, conſcendit, & ſedit, & uix ægreq; à mulionibus carrucarijs deturbatus eſt. Nec defue-runt, qui cauendum infantem diceret Caracallo. Tum ille dixit: Longe eſt ut mihi ſuc-cedat iſte. Erat enim illo tempore inter ignobiles, & nimis paruus. Mortis omina hæc fuerunt: Venienti cõtra Maximum & Balbinũ Maximino cum filio, mulier quædam paſsis crinibus occurrit lugubri habitu, & exclamauit, Maximini, Maximini, Maxi-mini: neq; quicq; amplius dixit, & mortua eſt. uidebatur enim dicere uoluiſſe, ſuccurri te. Canes circum tentoriũ eius in ſecunda manſione ultra duodecim ulularunt, & ani-mam quaſi flendo poſuerunt, ac prima luce mortui ſunt deprehenſi. Lupi urbem quin genti ſimul ingreſsi ſunt, in quam ſe Maximinus cõtulerat. pleriq; dicunt Hemonam, alij Archimeam, certe quæ deſerta à ciuibus uenienti Maximino patuit. Longum eſt omnia perſequi: quæ qui ſcire deſiderat, is uelim, ut ſæpe dixi, legat Cordum, qui hæc omnia uſq; ad fabellam ſcripſit. Sepulchra eorum nulla extant: in profluentẽ enim ca-dauera eorum miſſa ſunt, & capita eorum in campo Martio inſultante populo exuſta. Scribit Aelius Sabinus (quod prætermittendum non fuit) tantam pulchritudinem o-ris fuiſſe in filio, ut etiam caput eius mortui iam nigrum, iam ſordens, iam maceratum defluente tabo, uelut umbra pulcherrima uideretur. Deniq; cum caput Maximini pi-lo circunferretur, & ex hoc ingens gaudium eſſet, propè par mœror erat, quòd & filij caput pariter portaretur. Addit Dexippus, tantum odium fuiſſe Maximini, ut inter-fectis Gordianis, uiginti uiros ſenatus creauerit, quos opponeret Maximino: è quibus fuerunt Balbinus & Maximus, quos contra eum principes fecerunt. Idem addidit, in conſpectu Maximini iam deſerti à militibus, Anolinum præfectũ prætorio ipſius, & filium eius occiſum. Nec deſunt hiſtorici qui dicant, ipſum Maximinum, ubi deſertus eſt, & ubi filium interemptum ante oculos ſuos uidit, manu ſua ſe interfeciſſe, ne quid ei muliebre contingeret. Prætereũdum ne illud quidem eſt, quòd tanta fide Aquileien ſes contra Maximinum pro ſenatu fuerunt, ut funes de capillis mulierũ facerent, cum deeſſent nerui ad ſagittas emittendas: quod aliquando Romę dicitur factum. Vnde in honorem matronarũ templum Veneri Caluæ ſenatus dicauit. Sanè quod nullo in lo-co tacendũ eſt, cum & Dexippus, & Arrianus, & multi alij Græci ſcripſerunt, Maxi-mum & Balbinũ imperatores contra Maximinũ factos: Maximum autem cum exerci tu miſſum, & apud Rauennam bellum paraſſe, Aquileiam autem niſi uictorẽ non ui-diſſe: Latini ſcriptores non Maximũ, ſed Pupienum contra Maximinum apud Aqui-leiam pugnaſſe dixerunt, eundemq; uiciſſe. qui error unde natus ſit, ſcire non poſſum, niſi forte idem eſt Pupienus, qui & Maximus. Quod ideo teſtatum poſui, ne quis me hoc neſciſſe crederet, quod reuera magnum ſtuporem ac miraculum credat.

IVLII CAPITOLINI

GORDIANI TRES

AD CONSTANTINVM AVGVSTVM

IVERAT quidem conſilium uenerabilis Auguſte, ut ſingu-los quoſq; imperatores exemplo multorũ, libris ſingulis ad tuam clemẽtiam deſtinarẽ. Nam id multos feciſſe uel ipſe ui-deram, uel lectione conceperã. ſed improbum uiſum eſt, uel pietatem tuã multitudine diſtinere librorũ, uel meum labo-rem plurimis uoluminib. occupare. Quare tres Gordianos hoc libro cõtexui, conſulens & meo labori, & lectioni tuæ, ne cogereris plurimos codices uoluendo unã tamen penè hi-ſtoriam lectitare. Sed ne ego, qui longitudinẽ librorũ fugi, multitudinemq; uerborũ: in eam incurriſſe uidear, quam me urbane declinare confingo, iam rem aggrediar. Gordiani non, ut quidam imperiti ſcri-

Deſtinare, pro mittere

ptores

ptores loquũtur, duo, ſed tres fuerunt. Idq; docente Arriano ſcriptore græcæ hiſtoriæ, docente item Dexippo græco autore, potuerunt addiſcere. Qui etiamſi breuiter, ad fidem tamen omnia perſecuti ſunt. Horũ Gordianus ſenior, id eſt primus, natus ex patre Metio Marullo, matre Vlpia Gordiana, originem paternam ex Gracchorum genere habuit, maternam ex Traiani imperatoris: patre, auo, proauo COSS. Socero, proſocero, & item alio proſocero, & duobus abſoceris COSS. ipſe COS. ditiſsimus ac potentiſsimus Romæ Pompeianam domũ poſsidens, in prouincijs tantũ terrarum habens, quantum nemo priuatus. Ipſe ex conſulatu, quem egerat cum Alexandro, ad proconſulatum Africæ miſſus eſt ex ſenatuſconſulto. Sed priuſquã de imperio eius loquar, dicam pauca de moribus. Adoleſcens cum eſſet Gordianus, de quo ſermo eſt, poemata ſcripſit, quæ omnia extant, & cuncta illa, quæ Cicero ex Demetrio, & Arato, & Alcionas, & Vxorium, & Nilum: quæ quidem ad hoc ſcripſit, ut Ciceronis poemata nimis antiqua uiderẽtur. Scripſit præterea quemadmodum Vergilius Aeneidos, Statius Achilleidos, & multi alij Iliados: ita etiam ille Antoniniados, hoc eſt, Antoninum Pium, & Antoninum Marcum uerſibus diſertiſsimis, libris XXX. uitam illorum, & bella & publice priuatimq; geſta perſcribens: Et hæc quidem puerulus. Poſtea uero ubi adoleuit, in Athenæo cõtrouerſiis declamauit, audientibus etiam imperatoribus ſuis. Quæſturam magnificẽtiſsime geſsit, ædilitatis ſuæ tempore XII. populo Ro. munera, id eſt, per ſingulos menſes ſingula de ſuo exhibuit ita, ut gladiatorum nonnũquam quingena paria exhiberet, nunquã minus centenis quinquagenis. Feras Libycas una die centum exhibuit, urſos una die mille. Extat ſylua eius memorabilis, quę picta eſt in domo roſtrata Cn. Pompeij, quæ ipſius, & patris eius, & proaui fuit, quam Philippi temporibus uester fiſcus inuaſit. In qua pictura etiam nunc continẽtur cerui palmati ducenti mixtis Britannis. Equi feri XXX. Oues feræ C. Alces X. Tauri †Cypriaci C. Struthiones Mauri miniati CCC. Onagri XXX. Apri CL. Ibices CC. Damæ CC. Hæc autem omnia populo rapienda conceſsit die muneris, quod ſextum edebat. Præturam nobilem geſsit: poſt iuriſdictionem conſulatum primum inijt cum Antonino Caracallo, ſecundum cum Alexandro. Filios duos habuit, unum conſularem, qui cum ipſo Auguſtus appellatus eſt, qui iuxta Carthaginem in Africa bello abſumptus eſt: & filiam Metiam Fauſtinam, quæ nupta eſt Iunio Balbo conſulari uiro. In conſulatibus clarior fuit ſui temporis conſulibus, ita ut ei Antoninus inuideret, modo prętextas eius, modo latum clauum, modo Circenſes ultra imperatorium mirans modum. Palmatã tunicam, & togam pictam primus Romanorũ priuatus ſuam propriam habuit, cum ante imperatores etiam de Capitolio acciperent, uel de palatio. Equos Siculos C. Cappadoces C. per mittentibus imperatoribus factionibus diuiſit. Et per hæc populo ſatis charus, qui ſemper talibus commouetur. Cordus dicit, in omnibus ciuitatibus Campaniæ, Hetruriæ, Vmbriæ, Flaminiæ, Piceni, de proprio illum per quatriduũ ludos ſcenicos, & iuuenalia edidiſſe. Scripſit & laudes ſoluta oratione omnium Antoninorũ, qui ante eum fuerunt. Tantum autẽ Antoninos dilexit, ut ſibi quoq;, ut multi dicunt, Antonini: ut pleriq; autẽ aſſerunt, Antonij nomen adſcripſerit. Iam illud ſatis cõſtat, quòd filium Gordianum nomine Antonini, & ſigno illuſtrauit, cum apud præfect. ærarij more Rom. profeſſus filium publicis actis eius nomen inſereret. Poſt conſulatum proconſul Africæ factus eſt, adnitentibus cunctis, qui Alexandri imperium etiam in Africa clarũ per proconſulis dignitatem haberi atq; eſſe uoluerunt. Extat epiſtola ipſius Alexãdri, qua ſenatui gratias agit, quòd Gordianum ad Africam proconſulem deſtinauerit, cuius hoc exemplũ eſt: Neq; gratius mihi quicq; P. C. neq; dulcius potuiſtis efficere, quàm ut Antoninum Gordianum proconſulem ad Africã mitteretis, uirum nobilem & magnanimum, diſertum, iuſtum, continentem, bonum, & reliqua. Ex quo apparet quantus uir eo tempore Gordianus fuerit. Amatus eſt ab Afris ita, ut nemo antea proconſulum: ita, ut eum alij Scipionem, Catonẽ alij, multi Mutium, ac Rutilium, aut Lęlium dicerent. Extat eorum acclamatio, quæ à Iunio in literas relata eſt. Nam cum quadam die factum imperatorium legeret, atq; à proconſulibus Scipionibus cœpiſſet, acclamatum eſt: Nouo Scipioni, uero Scipioni Gordiano proconſuli. Hæc & alia frequẽter audiuit. Et erat quidẽ longitudine Romana, canitie decora, & põpali uultu, ruber magis

Al. Cybiratici

x 2 quàm

quàm candidus, facie bene lata, oculis, ore, fronte, uerendus. Corporis qualitate ſubcraſſulus. Moribus ita moderatus, ut nihil poſsis dicere, quod ille aut cupide, aut immodeſte, aut nimie fecerit. Affectus ſuos unice dilexit, filium & nepotē ultra morem, filiam & neptem religioſe. Socero ſuo Annio Seuero tantum detulit, ut in familia eius quaſi filium migraſſe ſe crederet, ut nunquam cum eo lauerit, nunquam illo præſente ſederit. Ante præturam COS. cum eſſet, aut in domo eius ſemper manſit, aut ſi in Pompeiana domo, ad illum uel mane, uel ſero proceſsit. Vini parcus, cibi parciſsimus, ueſtitu nitidus, lauādi cupidus, ita ut & quater & quinquies in die lauaret æſtate, in hyeme bis. Somni plurimi, ita ut in triclinijs ſi fortè apud amicos ederet, etiā ſine pudore dormiret: quod uidebatur facere per naturam, non per ebrietatē atq; luxuriam. Sed boni mores nihil ei profuerunt: hic enim uita uenerabilis, cum Platone ſemper, cum Ariſtotele, cum Tullio, cum Vergilio, cæteriſq; ueteribus agens, alium quàm merebatur exitum paſſus eſt. Nam cum temporibus Maximini, hominis ſæui atq; truculenti, proconſul Africam regeret, eiq; legatus filius eſſet à ſenatu datus: cumq; quidam rationalis acrius contra plurimos Afrorum ſæuiret, quàm Maximinus ipſe pateretur, proſcribens plurimos, interficiens multos, & ſibi ultra procurationem omnia uindicans: retunſus deinde à proconſule atq; legato, cum nobilibus & conſularibus uiris ipſe minaretur: cumq; Afri tam inſolentes iniurias ferre nequirent, primum ipſum rationalem adiunctis ſibi pleriſq; militibus occiderunt. Occiſo deinde eo, cum iam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet, cœperunt cogitare quēadmodum in Maximinos & ruſticos uel Afros ortæ inimicitiæ placarentur. Tunc quidam Mauricius nomine, potens apud Afros decurio, iuxta Tyſdrum nobiliſsima poſt hæc oratione apud plebem in agro ſuo uelut cōcionabundus eſt locutus: Gratias habeo dijs immortalibus ciues, quòd occaſionem dederunt, & quidem neceſſariā, prouidendi nobis contra hominem furioſiſsimum Maximinum. Nos enim, qui procuratorem eius moribus & uita conſimilē occidimus, niſi facto imperatore ſalui eſſe non poſſumus: quocirca, ſi placet, quoniam non longe eſt nobiliſsimus uir proconſul cum filio cōſulari legato, quorū utriq; mortem peſtis illa eſt minata, ſublata de uexillis purpura, imperatores eos dicemus, adhibitiſq; inſignibus Romano iure firmabimus. Tunc acclamatum eſt: Aequum eſt, iuſtum eſt. Gordiane Auguſte, dij te ſeruēt feliciter. Imperator es, cum filio imperes. His actis, propere uentum eſt ad oppidum Tyſdrum, inuentuſq; ſenex uenerabilis poſt iuriſdictionem iacens in lecto, qui circunfuſus purpura humi ſe abiecit, ac retractans eleuatus eſt. Et cum aliud facere nihil poſſet, euitandi periculi gratia, quod à Maximini furoribus haud dubie imminebat, imperatorem ſe appellari paſſus eſt. Erat autem iam octogenarius, & plurimis prouincijs (ut diximus) antè præfuerat: populo Rom. ita commendatus ſuis actibus erat, ut toto dignus uideretur imperio. Alij quidem occiſo iuuene Gordiano filio ſuo, quod Gordianus antè neſcierat: ſed ubi rem comperit, iam morti uicinus, & filio magis timēs, maluit honeſtas cauſas habere moriēdi, quàm dedi uinculis & carceri Maximini. Appellato igitur Gordiano imperatore, iuuenes qui autores huius facinoris erant, ſtatuas Maximini deiecerunt, imagines perfregerūt, nomen publicitus eraſerunt. Ipſum etiam Gordianum Africanū appellauerunt. Addunt quidam Africani cognomentum Gordiano idcirco inditum, non quòd in Africa imperarare cœpiſſet, ſed quod de Scipionum familia originem traheret. In plurimis autē libris inuenio & hunc Gordianum, & filium eius pariter imperatores appellatos, & Antoninos cognominatos: alij uero Antonios. Poſt hoc Carthaginē uentū cum pompa regali & faſcibus laureatis: filiuſq; legatus patris exemplo Scipionum, ut Dexippus græcæ hiſtoriæ autor eſt, gladij poteſtate ſuccinctus eſt. Miſſa deinceps legatio Romā eſt cum literis Gordianorū, hæc quę geſta fuerant in Africa indicans: quæ per Valerianū principem ſenatus, qui poſtea imperauit, gratanter accepta eſt. Miſſæ ſunt & ad amicos nobiles literæ, ut homines potentes & rem probarent, & amiciores fierent ex amicis. Sed tanta gratulatione factos contra Maximū imperatores ſenatus accepit, ut nō ſolum geſta hæc probarent, ſed etiā XX. uiros eligerent: inter quos erat Maximus ſiue Pupienus, & Clodius Balbinus: qui ambo imperatores ſunt creati, poſteaq; Gordiani duo in Africa interempti ſunt. Illos ſanè XX. ſenatus ad hoc creauerat, ut diuideret his

Italicas

Italicas regiones contra Maximinũ pro Gordianis tuendas. Tunc legationes à Maxi-
mino Romam uenerunt, abolitionem præteritorum ſpondentes. Sed uicit Gordiano
rum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur: & ingẽs militibus
ſtipendium, populo agri atq; congiaria promiſſa. Vſqueadeo autem magis Gordianis
quàm Maximinis eſt creditum, ut Vitalianus quidam, qui prętorianis militibus præe-
rat, per audaciſsimos quæſtorẽ & milites iuſſu ſenatus occideretur: quòd ſe antea cru-
deliter egerat, & tunc eius magis immanitas timebatᷣ amica & familiaris moribus Ma-
ximini. de cuius morte hæc fabella fertur: Fictæ ſunt literæ Maximini, ſignatæ quaſi
eiuſdem annulo, & miſsi cum quæſtore milites, qui eas ferrent, addentes quædam præ
ter literas ſecreto eſſe dicenda. Longam igitur porticum petierunt: & cum ille ea, quæ
ſibi erant ſecreto dicenda, perquireret, hortãtib. ut prius ſignũ inſpiceret epiſtolę, dum
conſiderat, interemptus eſt. Perſuaſum deinde eſt militibus, iuſſu Maximini Vitalianũ
interemptum: peractiſq́; rebus, in caſtris Gordianorũ & literæ & uultus ſunr propoſi
ti. Intereſt ut ſenatuſconſultum, quo Gordiani imperatores appellati ſunt, & Maximi-
nus hoſtis, literis propagetur. Non legitimo, ſed indicto ſenatus die COS. iam domi cõ-
uentus, cum prætoribus, ædilibus, & tribunis plebis uenit in curiam. Præfectus urbis,
cui neſcio quid redoluerat, & qui publicas literas non acceperat, à conuentu ſe abſti-
nuit. Sed profuit: nam COS. ante ſolitas acclamationes priuſquã aliquid in Maximinũ
feliciter diceret, ait: P. C. Gordiani duo, pater & filius, ambo ex COSS. unus ueſter pro
conſul, alter ueſter legatus, magno Afrorum conſilio imperatores ſunt appellati. Gra-
tias igitur agamus Tyſdritanæ iuuentuti, gratias Carthaginenſi populo ſemper deuo- *Deuotus, in bo*
to, qui ab immani nos belua, ab illa fera uindicauerunt. Quid timide auditis? quid cir- *nam partem*
cumſpicitis? quid cunctamini? hoc eſt quod ſemper optaſtis, hoſtis eſt Maximinus: dij
faciant ut eſſe iam deſinat, & Gordiani ſenis felicitatẽ atq; prudentiam, iuuenis uirtu-
tem atq; conſtantiam læti experiamur. Poſt hæc literas legit Gordianorũ, ad ſenatum
& ad ſe miſſas. Tunc clamauit ſenatus: Dij uobis gratias. Liberati ab hoſtibus ſumus,
ſi penitus liberemur. Maximinum hoſtem omnes iudicamus. Maximinum cum filio
dijs inferis deuouemus. Gordianos Auguſtos appellamus. Gordianos principes agno
ſcimus. Imperatores de ſenatu dij cõſeruent: imperatores nobiles uictores uideamus:
imperatores noſtros Roma uideat: hoſtes publicos qui occiderit, pręmium merebitur.
Dicit Iunius Cordus, iſtud ſenatuſconſultum fuiſſe tacitum: quod quale ſit, aut quare
ſic appellatum, breui exponam. Omnino exemplum ſenatuſcõſulti taciti nõ aliud eſt S.C. *tacitum*
hodie, quàm quod ueſtra clemẽtia, conuocatis ad interiora maioribus ea diſponit, quę
non ſunt omnibus publicanda: de quibus adiurare etiam ſoletis, ne quis ante rem com
pletam quicq; uel audiat uel intelligat. Hunc autem morem apud ueteres neceſsitates
publicæ repererunt, ut ſi fortè aliqua uis ab hoſtibus immineret, quæ uel cogeret humi
lia captare cõſilia, uel aliqua cõſtituere quę non prius oporteret dici ꝙ effici, uel ſi nol-
lent ad amicos aliqua permanare, ſenatuſconſultũ tacitũ fieret: ita ut nõ ſcribæ, nõ ſer
ui publici, nõ cẽſuales illis actib. intereſſent, ſenatores exciperẽt ſenatores omniũ offi
cia cenſualiũ ſcribarumq́; cõplerent, ne quid fortè proderetur. Factum eſt ergo ſena-
tuſconſultum tacitum, ne res ad Maximinũ perueniret. Sed ſtatim ille, ut ſe habent ho
minum mentes, eorũ duntaxat qui erubeſcunt per ſe ea non agnoſci quę ſciunt, & qui
humiles ſe putant ſi commiſſa non pròdant, omnia comperit Maximinus, ita ut exem-
plum ſenatuſconſulti taciti acciperet, quod nunquam antè fuerat factitatum. Extat de
niq; eius epiſtola ad præf. urbis talis: Senatuſconſultum tacitum ueſtrorum illorum
principum legi: quod præf. urbis factum eſſe fortaſſe non noſti: nam nec interfuiſti. cu
ius exemplum ad te miſi, ut ſcires quomodo Romanam rempub. regeres. Enarrari au-
tem non poteſt, quæ commotio fuerit Maximini, cum audiuit contra ſe Africam de-
ſciuiſſe. Nam ſenatus autoritate percepta, incurrere in parietes, ueſtem ſcindere, gla-
dium arripere, quaſi omnes poſſet occidere, prorſus furere uidebatur. Præfectus urbis
acceptis literis acrioribus, populum & milites allocutus eſt, dicens, Maximinum iam
occiſum. Ex quo maius fuit gaudium, ſtatimq́; deiectæ ſunt ſtatuæ atq; imagines eius,
qui hoſtis fuerat iudicatus. Vſus eſt ſanè ſenatus pendente bello, poteſtate qua debuit.
Nam delatores, calumniatores; procuratores, & omnem illam facem Maximinianæ

x 3 tyran-

ſa neq; infamis, prædicata eſt. Præturam Alexādro autore urbanam tenuit, in qua tantus iuriſdictionis gratia fuit, ut ſtatim conſulatũ quem pater ſero acceperat, mereretur. Maximini, ſeu eiuſdem Alexādri, temporibus ad proconſulatũ patris miſſus legatus eſt obſecutus: atq; illic ea quæ ſuperius dicta ſunt, contigerunt. Fuit uini cupidior, ſemper tamen undecunq; conditi, nunc roſa, nunc maſtiche, nunc abſynthio, cæteriſq; rebus quibus gula maxime delectat. Cibi parcus, ita ut intra punctũ temporis uel prandium, ſi pranderet, uel cœnam finiret. Mulierũ cupidiſſimus: habuiſſe enim decretas ſibi cõcubinas XX & II. fertur. Ex quibus omnibus ternos & quaternos filios reliquit. Appellatusq; eſt ſui temporis Priamus, quem uulgo iocantes, quod eſſet naturæ propenſioris, Priapum, non Priamum ſæpe uocitarunt. Vixit in delicijs in hortis, in balneis, in amœniſſimis nemoribus. Nec pater aſpernatus eſt, ſæpiſſime dicens, illũ quandoq; in ſumma claritate cito eſſe moriturum. Nec tamen in uita ſua fortunæ bonis unquam degenerauit, ſemperq; inter illuſtriſſimos fuit, nec ciuibus, nec reip. ad conſultationem defuit. Deniq; etiam ſenatus libentiſſime illum Auguſtũ appellauit, atq; in eo ſpem publicã poſuit. Veſtitu cultiſſimus, ſeruis & omnibus ſuis charus. Cordus dicit, uxorem eum nunq; habere uoluiſſe. Contrà Dexippus putat, eius filium eſſe Gordianum tertium, qui poſt hoc cum Balbino, & Pupieno, ſiue Maximo puerulus adeptus eſt imperium. Cum ſenior Gordianus mathematicũ aliquando conſuleret de genitura huius, reſpondiſſe ille dicitur, hunc & filium imperatoris, & ipſum imperatorem futurum. Et cũ ſenior Gordianus rideret, oſtendiſſe conſtellationem mathematicũ ferunt, & de libris ueteribus dictaſſe, ita ut probaret ſe uera dixiſſe. Qui quidẽ & ſeni, & iuueni, & diem, & genus mortis, & loca quibus eſſent perituri, obſtinata cõſtantiæ ueritate predixit. Quæ omnia poſtea Gordianus ſenior in Africa, iam imperator, & quando nihil timebat, narraſſe perhibetur: de morte quinetiam ſua filijq;, & de genere mortis dixiſſe. Cantabat præterea uerſus ſenex, cum Gordianum filium uidiſſet, hos ſæpiſſime:

Oſtendent terris hunc tantum fata, neq; ultra
Eſſe ſinent, nimium uobis Romana propago
Viſa potens ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent.

Extant dicta & ſoluta oratione & uerſibus Gordiani iunioris, quæ hodie ab eius affinibus frequentantur, non magna, non minima, ſed media, & quę appareant eſſe hominis ingenioſi, ſed luxuriantis, & ſuum deſerentis ingenium. Pomorum & olerum auidiſſimus fuit, in reliquo ciborum genere parciſſimus: adeo ut ſemper pomorũ aliquid recentium deuoraret, frigidorum percupidus. Nec facile per æſtatem niſi frigida, & quàm plurimum bibit. Et erat corporis uaſti, quare magis ad frigida urgebatur. Hęc de Gordiano iuniore digna memoratu cõperimus: non enim nos talia dicere uoluimus, quæ Iunius Cordus ridicule ac ſtulte compoſuit de uoluptatibus domeſticis, cæteriſq; infimis rebus: quæ qui uelit ſcire, ipſum legat Cordum, qui dicit, & quos ſeruos habuerit unuſquiſque principum, & quos amicos, & quot penulas, quot'ue chlamydes, quorum etiam ſcientia nulli prodeſt. Siquidem ea debent in hiſtoria poni ab hiſtoriographis, quæ aut fugienda ſint, aut ſequenda. Sanè quidem quod apud Vulcatiũ Terentianum, qui ſui temporis ſcripſit hiſtoriam, uidetur mirabile, inſerendum cenſui. Dicit enim Gordianum ſeniorem Auguſti uultum ſic repræſentaſſe, ut & uocem, & morem, & ſtaturam eiuſdem oſtentare uideretur: filium uero Pompeio ſimillimum uiſum, quamuis Pompeius obeſi corporis fuiſſe denegatur. Nepotem autem, cuius etiam nunc uidemus imagines, Scipionis Aſiatici faciem retuliſſe, quod pro ſui admiratione tacendum eſſe non credidi.

Hiſtorijs quæ conueniant

GORDIANVS IVNIOR

POſt mortem duorum Gordianorũ ſenatus trepidus, & Maximinũ uehementius timens, ex uiginti uiris quos ad remp. tuẽdam delegerat, Pupienũ, ſiue Maximũ, & Clodium Balbinũ Auguſtos appellauit, ambos ex conſulibus. tunc populus & milites Gordianũ paruulum, annos agentem, ut pleriq; aſſerunt, undecim: ut nonnulli, tredecim: ut Iunius Cordus dicit, ſexdecim (nam uigeſimo & ſecundo anno eum periſſe aſſerit) petiuerũt, ut Cæſar appellaret: raptuſq; ad ſenatũ, atq; inde in cõcione poſitus,

indumento imperatorio tectus, Cæſar eſt appellatus. Hic natus eſt, ut plures aſſerunt, ex filia Gordiani, ut unus aut duo (nã amplius inuenire non potui) ex filio qui in Africa perijt. Cæſar factus, apud matrem educatus eſt. Et cum extinctis Maximinis, Maximus etiam & Balbinus militari ſeditione interempti eſſent, qui biennio imperauerant, Gordianus adoleſcens qui Cæſar eatenus fuerat, à militibus & populo & ſenatu & omnibus gentibus, ingenti amore, ingẽti ſtudio & gratia Auguſtus eſt appellatus. Amabatur autem merito aui, & auunculi, ſiue patris, qui ambo pro ſenatu, & pro populo Ro. contra Maximinum arma ſumpſerunt, & militari uel morte uel neceſſitate perierunt. Poſt hæc ueterani ad curiam uenerunt, ut diſcerent quid actum eſſet. Ex quibus duo ingreſſi Capitoliũ, cum illic ſenatus ageretur, ante ipſam aram à Gallicano ex conſulibus, & Mœcenate ex ducibus interempti ſunt: atq; bellum inteſtinum ortum eſt, cum eſſent armati etiam ſenatores, ignorantib. ueteranis quòd Gordianus adoleſcens ſolus teneret imperium. Dexippus quidem aſſeuerat, ex filio Gordiani tertium Gordianum eſſe natum: & poſteaquã conſtitit apud ueteranos quoq;, ſolum Gordianum imperare, inter populum & milites ac ueteranos pax roborata eſt. & hic finis belli inteſtini fuit, cum eſſet delatus Gordiano puero conſulatus. Sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, quòd eclipſis ſolis facta eſt, ut nox crederetur, neq; ſine luminibus accenſis quicquã agi poſſet. Poſt hæc tamen uoluptatibus & delicijs populus Ro. uacauit, ut ea quæ fuerant aſpere geſta, mitigaret. Venuſto & Sabino COSS. inita eſt factio in Africa contra Gordianum tertium duce Sabiniano, quem Gordianus per præſidem Mauritaniæ obſeſſum à coniuratis ita oppreſſit, ut ad eum tradendum Carthaginem omnes uenirent, & crimina confitentes, & ueniam ſceleribus poſtulantes. Finita igitur ſolicitudine in Africa, Gordiano iam iterum & Papiniano COSS. bellum Perſicum natum eſt: quare adoleſcens Gordianus priuſquam ad bellum proficiſceretur, duxit uxorem filiam Miſithei, doctiſſimi uiri, quem cauſa eloquentiæ dignum parentela ſua putauit, & præfectum ſtatim fecit. poſt quod non puerile iam & contemptibile uidebatur imperium: ſiquidem & optimi ſoceri conſilijs adiuuaretur, & ipſe pro pietate aliquantulum ſaperet, nec per ſpadones ac miniſtros aulicos matris, uel ignorãtiæ conniuentia uenderetur. Extat deniq; & ſoceri eius ad eum epiſtola, & ipſius Gordiani ad ſocerum: qua intelligitur, eius ſeculum emendatius, ac diligentius ſocero adiuuãte perfectum: quarum exemplum hoc eſt: Domino filio & Auguſto, Miſitheus ſocer & præfectus: Euaſiſſe nos grauem temporum maculam, qua per ſpadones, & per illos qui amici tibi uidebantur (erant autem uehemẽtes inimici) omnia uendebantur, uoluptati nobis eſt, & eo magis quo tibi gratior emendatio eſt: ut ſi qua uitia fuerunt, tua non fuiſſe ſatis conſtet mi fili uenerabilis: neq; enim quiſquam ferre potuit datas eunuchis ſuffragantibus militum præpoſituras, negatum laboribus præmium, aut interemptos aut liberatos pro libidine atque mercede, quos non decebat: uacuatum ærarium per eos qui quotidie inſidioſiſſime frequentabant: initas factiones, ut tu deciperereris, cum inter ſe de bonis peſſimi quiq; haberent conſilia tibimet ſuggerenda: bonos pellerent, deteſtandos inſinuarent, omnes poſtremo tuas fabulas uenderent. Dijs igitur gratias, quòd uolente teipſo emẽdata reſp. eſt. Delectat ſanè boni eſſe principis ſocerũ, & eius qui omnia requirat, & omnia uelit ſcire: & qui pepulerit homines, per quos antea uelut in auctione poſitus nundinatus eſt. Item Gordiani ad ipſum: Imperator Gordianus Auguſtus, Miſitheo patri & præfecto: Niſi dij omnipotentes Romanum tuerentur imperium, etiam nunc per emptos ſpadones uelut in haſta poſiti uenderemur. Deniq; nunc demum intelligo, neq; Felicem prætorianis cohortibus præponi debuiſſe, neq; Serapammoni quartam legionem credendam fuiſſe. Et ne omnia dinumerem, multa non eſſe facienda quæ feci: ſed dijs gratias, quòd te inſinuante, qui nihil uendis, didici ea quæ incluſus ſcire non poteram. Quid enim facerem? quòd nos Maurus uenderet, & conſilio cum Gaudiano & Reuerendo & Montano habito, uel laudaret aliquos, uel uituperaret? & illorum conſenſu quaſi teſtium quod dixerat, approbaret? Mi pater, uerum audias uelim: miſer eſt imperator apud quem uera reticẽtur: qui cum ipſe publice ambulare nõ poſſit, neceſſe eſt ut audiat, & uel audita, uel à plurimis roborata confirmet. His epiſtolis intellectũ eſt, adoleſcentem ſoceri conſilijs emendatũ atq;

correctum. Et Miſithei quidem epiſtolã græcam quidam fuiſſe dicunt, ſed in hanc ſen-tentiam. Tantum autem ualuit eius grauitas & ſanctimonia, ut ex obſcuriſſimo pręter nobilitatem, geſtis etiam Gordianũ clarum principem fecerit. Fuit terræmotus eouſq; grauis imperante Gordiano, ut ciuitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent: ob quæ ſacrificia per totã urbem, totumq; orbem terrarũ ingentia celebrata ſunt. Et Cor-dus quidem dicit, inſpectis libris Sibyllinis, celebratiſq; omnibus quæ illic iuſſa uide-bantur, mundanũ malum eſſe ſedatũ. Sedato terræmotu, Prętextato & Attico COSS. Gordianus aperto Iano gemino, quod ſignũ erat indicii belli, profectus eſt contra Perſas cum exercitu ingenti, & tanto auro, ut uel auxilijs, uel militibus facile Perſas uincere poſſet. Fecit iter in Mœſiam, atq; in ipſo procinctu quicquid hoſtiũ in Thracijs fuit, deleuit, fugauit, expulit, atq; ſubmouit. Inde per Syriam in Antiochiã uenit, quæ à Perſis iam tenebatur. Illic frequẽtibus prælijs pugnauit & uicit, Sapore Perſarũ rege ſub-moto. Et poſt Artaxerxẽ Antiochiam recepit, Carras & Niſibin, quæ omnia ſub Per-ſarum imperio erant. Rex ſanè Perſarum tantum Gordianũ principem timuit, ut cum inſtructus eſſet & ſuis copijs & noſtris, tamen ciuitatibus ipſe præſidia ſponte deduce-ret, eaſq; integras ſuis ciuibus redderet, ita ut nihil quod ad eorũ fortunas pertineret, attaminaret. Sed hæc omnia per Miſitheum ſocerum Gordiani, eundemq; præfectum geſta ſunt. Effectum deniq; eſt, ut Perſæ, qui iam in Italia timebantur, in regnum ſuum pugnante Gordiano redirent, totumq; Orientem Romana reſp. detineret. Extat ora-tio Gordiani ad ſenatum, qua de rebus geſtis ſcribens, Miſitheo præfecto ſuo, & ſoce-ro ingentes gratias agit, cuius partem indidi, ut ex eo uera cognoſceres: Poſt hæc P.C. quæ dum iter agimus, geſta ſunt, quæ ubiq; ſingulis digna ſunt actitata, etiam Perſas, ut breui multa cõnectam, ab Antiochenſiũ ceruicibus quas iam nexas Perſico fer-ro gerebant, & reges Perſarũ, & leges amouimus. Carras deinde, cæteraſq; urbes im-perio Ro. reddidimus, Niſibin uſq; peruenimus: &, ſi dij fauerint, Cteſiphonta uſq; ueniemus. Valeat tantum Miſitheus pręfectus parens noſter, cuius ductu & diſpoſitione & hæc tranſegimus, & reliqua tranſigemus. Veſtrum eſt igitur ſupplicationes decernere, nos dijs cõmendare, Miſitheo gratias agere. His in ſenatu lectis, quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ ſunt, utpote qui Perſas uiciſſet, ut triumpho Perſico trium-pharet: Miſitheo autem quadriga equorũ, & triumphalis currus, & titulus huiuſmodi: Miſitheo eminenti uiro, parenti principũ, pretorij pręfecto & totius urbis, tutori reip. S.P.Q.R. uicẽ reddidit. Sed iſta felicitas longior eſſe nõ potuit. Nam Miſitheus, quantum pleriq; dicunt, artibus Philippi, qui poſt eum præfectus prætorij eſt factus, ut alij, morbo extinctus eſt hærede Romana rep. ut quicquid eius fuerat, uectigalibus urbis accederet. Cuius uiri tãta in rep. diſpoſitio fuit, ut nulla eſſet unquam ciuitas limitanea potior, quæ nõ poſſet exercitũ populi Ro. ac principem ferre, quę totius anni in aceto, frumento, & larido, atq; hordeo & paleis condita nõ haberet: minores uero urbes aliæ XXX dierum, alię XL. nõnullæ duorum menſium, quæ minimũ XV dierum. Idem cum eſſet præfectus, arma militum ſemper inſpexit. Nullum ſenem militare paſſus eſt, nul-lum puerum annonas accipere. Caſtra omnia foſſato circuibat, noctibus etiam plerũq; uigilias frequentabat. Amabaturq; ab omnibus, quòd ſic & rempub. amaret, & princi-pem. Tribuni eum & duces uſqueadeo timuerunt & amauerunt, ut neq; uellent peccare, neque ulla ex parte peccarent. Philippus eum propter pleraq; uehementer timuiſſe fertur, atq; ob hoc per medicos inſidias eius uitæ paraſſe, & quidem hoc genere: cum effuſione alui Miſitheus laboraret, atq; à medicis ſiſtendi uentris gratia poculũ iubere-tur accipere, mutatis quæ fuerant, id fertur datum, quo magis ſolueretur, atq; ita exanimatus eſt. Quo mortuo, Apriano & Pappo COSS. in eius locum pręfectus prætorij factus eſt Philippus Arabs, humili genere natus, ſed ſupbus: qui ſe in nouitate atq; enor-mitate fortunæ non tenuit: ita ut ſtatim Gordiano, qui eum in locũ parentis aſciuerat, inſidias per milites faceret, quæ tales fuerunt: Miſitheus tantũ, quantũ diximus, habuerat conditorũ, ut uacillare diſpoſitio Romana non poſſet: Verum artibus Philippi primum naues frumentariæ ſunt auerſæ: deinde in ea loca deducti ſunt milites, in quibus annona haberi non poſſet. Hinc Gordiano infeſtos milites ſtatim reddidit, non intelligentes, artib. Philippi iuuenem eſſe deceptũ. Sed Philippus etiã addidit, ut rumorem

per

per milites ſpargeret, adoleſcentem eſſe Gordianum, imperium non poſſe regere: melius eſſe illum imperare qui militem gubernaret, qui remp. ſciret. Corrupit præterea etiam principes, effectumq; ut palàm Philippus ad imperiũ poſceretur. Amici Gordiani primum uehementiſſime reſiſtebant. Sed cum milites fame uincerentur, imperium Philippo mandatũ eſt, iuſſumq; à militibus, ut quaſi tutor eius Philippus cum eodem Gordiano pariter imperaret. Suſcepto igitur imperio, cum & Philippus ſe contra Gordianum ſuperbiſſime ageret, & ille ſe imperatorem, atq; imperatorũ prolem, & uirum nobiliſſimæ familię recognoſceret, nec ferre poſſet improbitatem hominis ignobilis apud duces & milites, aſtante præfecto Metio Gordiano affine ſuo, in tribunali proceſſit, ſperans poſſe imperium Philippo abrogari. Sed hac conqueſtione nihil egit, cum illum incuſaſſet, quòd immemor beneficiorũ eius ſibi minus gratus exiſteret. Et cum milites rogaſſet, quum aperte duces ambiſſet, factione Philippi minor apud omnes fuit. Deniq; cum ſe uideret minorem haberi, petijt ut æquale ſaltem inter eos eſſet imperium, nec impetrauit. Dehinc petijt ut loco Cæſaris haberetur, nec id obtinuit. Petijt etiam ut præfecti loco eſſet Philippo, quod & ipſum negatum eſt. Vltimæ preces fuerunt, ut eum Philippus pro duce haberet, & pateretur uiuere. Ad quod quidem penè conſenſerat Philippus, ipſe tacitus, ſed omnia per amicos agens nutibus atq; conſilijs. Verum cum ſecum ipſe cogitaret, amorem populi Romani et ſenatus circa Gordianũ, & totius Africæ ac Syriæ, totiusq; orbis Romani, cum & nobilis eſſet, & nepos ac filius imperatorũ, & bellis grauibus totam remp. liberaſſet, poſſe fieri, ut factione quandoq; militum Gordiano redderetur imperiũ, cum recentes in Gordianum iræ militum famis cauſa uehementes eſſent, clamantẽ ante conſpectũ duci iuſſit, ac ſpoliari, & occidi: quod cum primum dilatũ eſſet, pòſt, ut iuſſit, impletum eſt. Ita Philippus impie, non iure obtinuit imperiũ. Imperauit Gordianus annis ſex. Et dum hæc agerentur, Argunthis Scytharum rex finitimorũ regna uaſtabat, maxime quod compererat, Miſitheum periſſe, cuius conſilio reſp. fuerat gubernata. Philippus autem ne à crudelitate nanciſci uideretur imperium: Romam literas miſit: quibus ſcripſit, Gordianum morbo periſſe, ſeq; à cunctis militibus electum. Nec defuit ut ſenatus de his rebus quas non nouerat, falleretur. Appellato igitur principe Philippo, & Auguſto nuncupato, Gordianũ adoleſcentem inter deos retulit. Fuit iuuenis lętus, pulcher, amabilis, gratus omnibus, in uita iucundus, in literis nobilis, prorſus ut nihil præter ætatẽ deeſſet imperio. Amatus eſt à populo, & ſenatu, & militibus ante Philippi factionem, ita ut nemo principũ. Cordus dicit, omnes milites eum filium appellaſſe, ab omni ſenatu filium dictum, omnem populum delicias ſuas Gordianum dixiſſe. Deniq; Philippus quum eum interfeciſſet, neq; imagines eius tolleret, neq; ſtatuas deponeret, neq; nomen abraderet, ſed diuum ſemper appellãs etiam apud ipſos milites, cum quibus factionem fecerat, ſerio animo, & peregrina calliditate ueneratus eſt. Domus Gordianorum etiam nunc extat, quam iſte Gordianus pulcherrime exornauit. Et uilla eorum uia Præneſtina ducentas columnas uno periſtylo habens, quarum L. Caryſteæ Claudianæ, L. Synnades, L. Numidicæ pari menſura ſunt. In qua baſilicæ centenariæ tres: cætera huic operi conuenientia, & thermæ quales præter urbem, ut tunc nuſquam in orbe terrarum. Familiæ Gordiani hoc ſenatus decreuit, ut à tutelis atq; legationibus, & à publicis neceſſitatibus, niſi ſi uellent, poſteri eius ſemper uacarẽt. Opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam nymphæa, & balneas. Sed balneę priuati hominis fuerunt, & ab eo in uſum priuatum exornatę ſunt. Inſtituerat porticum in campo Martio ſub colle pedum mille, ita ut ab altera parte æquè mille pedum porticus fieret, atq; inter eas pateret ſpatium pedum quingentorũ: cuius ſpatij hinc atq; inde uiridaria eſſent lauro, myrto, & buxo frequentata: medium uero lithoſtrotũ, breuibus columnis altrinſecus poſitis, & ſigillis per pedes mille: quod eſſet deambulatorium, ita ut in capite baſilica eſſet pedum quingentorum. Cogitauerat præterea cum Miſitheo, ut poſt baſilicam thermas æſtiuas ſui nominis faceret, ita ut hyemales in principio porticus poneret, & ſuo uſui eſſent uel uiridaria, uel porticus. Sed hæc omnia nunc priuatorũ & poſſeſſionibus, & hortis, & ędificijs occupata ſunt. Fuerunt ſub Gordiano Romæ elephãti XXX & II. quorũ ipſe XII. miſerat, Alexander X. Alces X. Tigres X. Leones manſueti LX. Leopardi mãſueti XXX.

Belbi, id eſt hyenæ X. gladiatorum fiſcalium paria mille. Hippopotamus, & Rhinoceros unus. Archoleontes X. Camelopardali X. Onagri XX. Equi feri XL. & cætera huiuſmodi animalia innumera, & diuerſa: quæ omnia Philippus ludis ſecularibus uel dedit, uel occidit. Has autem omnes feras manſuetas, & præterea efferas parabat ad triumphum Perſicum: ſed uotum publicum nihil ualuit. Nam omnia hæc Philippus exhibuit ſecularibus ludis, & muneribus, atq; Circenſibus, cum milleſimum ab Vrbe condita annum in conſulatu ſuo, & filij ſui celebrauit. Quod de Cæſare memoriæ traditum eſt, hoc etiam de Gordiano Cordus eueniſſe perſcribit. Nam omnes quicunque illum gladio appetiuerunt, qui nouem fuiſſe dicuntur, poſtea interemptis Philippis, ſua manu, ſuisq; gladijs, & ijſdem quibus illum percuſſerant, interijſſe dicuntur. Trium igitur Gordianorũ hæc fuit uita, qui omnes Augusti appellati ſunt, duobus in Africa interemptis, in Perſidis finibus tertio. Gordiano ſepulchrum milites apud Circeium caſtrum fecerunt in finibus Perſidis, titulum huiuſmodi addentes & Græcis, & Latinis, & Perſicis, & Iudaicis, & Aegyptiacis literis, ut ab omnibus legeretur: DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM, VICTORI GOTTHORVM, VICTORI SARMATARVM, DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM, VICTORI GERMANORVM, SED NON VICTORI PHILIPPORVM: quod ideo uidebatur additum, quia in campis Philippis ab Alanis tumultuario prælio uictus abſceſſerat: ſimul etiam quòd à Philippis uidebatur occiſus. Quem titulum euertiſſe Licinius dicitur eo tempore, quo eſt nactus imperium, cum ſe uellet uideri à Philippis originem trahere. Quæ omnia Conſtantine maxime, idcirco ſum perſecutus, ne quid tuæ cognitioni deeſſet, quòd dignum ſcientia uideretur.

Titulus diuerſis linguis

IVLII CAPITOLINI

MAXIMVS ET BALBINVS

INTEREMPTIS in Africa Gordiano ſenſore cum filio, cum Maximinus ad urbem furens ueniret, ut quòd Gordiani Augusti appellati fuerant, uindicaret, ſenatus pertrepidus in ædem Concordiæ VII. Cal. Iunij concurrit, ludis Apollinaribus remedium contra furorem hominis improbiſſimi requirens. Cum igit̃ duo conſulares, & eminentes quidem uiri, Maximus & Balbinus (quorum Maximus à pleriſq; in hiſtoria reticet̃, & loco eius Pupieni nomen infertur: cum & Dexippus, & Arabianus Maximum & Balbinum dicant electos cõtra Maximinũ poſt Gordianos, quorum alter bonitate, uirtute alter ac ſeueritate, clari habebantur) ingreſſi eſſent curiam, ac præ ſe timorem Maximini aduentu ferrent oſtenderentq;, referente COS. de alijs rebus, qui primam ſententiam erat dicturus, ſic orſus eſt: Minora nos ſolicitant, & propè aniles res feruentiſſimo tempore tractamus in curia: quid enim opus eſt de reſtitutione templorum, de baſilicæ ornatu, de thermis Titianis, de exædificatione amphitheatri agere? cũ immineat Maximinus, quem hoſtem mecum antè dixiſtis: Gordiani duo, in quibus præſidium fuerat, interempti ſint: neq; in præſenti ullum ſit auxilium, quo reſpirare poſſimus. Agite igitur P. C. principes dicite, quid moramini? ne, dum ſingulatim pertimeſcitis, in timore potius quàm in uirtute opprimamini. Poſt hæc tacentibus cunctis, cum Maximus, qui & natu grandior erat, & meritis, & uirtute ac ſeueritate clarior, dicere ſententiã cœpiſſet, qua oſtẽderet duos principes eſſe faciendos: Vectius Sabinus ex familia Vlpiorum, rogato conſule, ut ſibi dicere atq; interfari liceret, ſic orſus eſt: Scio P. C. hanc rebus nouis ineſſe oportere conſtantiam, ut rapienda ſint conſilia, non quærenda: uerbis quinetiam plurimis abſtinendum ſit atq; ſententijs, ubi res perurgent. Ceruices ſuas quiſq; reſpiciat, uxorẽ ac liberos cogitet, auitas patriasq; fortunas: quibus om̃ibus imminet Maximinus, natura

furioſus

furioſus, truculentus, immanis, cauſa uero (ut ſibi uidetur) ſatis iuſta, truculentior. Ille quadrato agmine, caſtris ubique poſitis, ad urbem tendit: uos ſedendo & conſultando diem teritis. Longa oratione opus non eſt: faciendus eſt imperator, immo faciendi ſunt principes: unus qui res domeſticas, alter qui bellicas curet, unus qui in urbe reſideat: alter qui obuiam cum exercitu latronibus pergat. Ego principes dico, uos firmate, ſi placet: ſin minus, meliores oſtendite. Maximum igitur atq; Balbinum: quorum unus in re militari tantus eſt, ut nobilitatẽ generis ſplendore uirtutis allexerit: alter ita clarus nobilitate eſt, ut & morum lenitate reip. ſit neceſſarius, & uitę ſanctimonia, quam à prima ætate in ſtudijs ſemper ac literis tenuit. Habetis ſententiam P. C. mihi fortaſſe periculoſiorem quàm uobis: ſed nec uobis ſatis tutam, ſi non aut alios, aut hos principes feceritis. Poſt hæc acclamatũ eſt uno conſenſu: Aequum eſt, iuſtum eſt. ſententiæ Sabini omnes conſentimus. Maxime & Balbine Auguſti, dij uos ſeruent, dij uos principes fecerunt, dij uos cõſeruent. Vos ſenatum à latronibus uindicate, uobis bellum contra latrones mandamus. Hoſtis publicus Maximinus cũ filio pereat, hoſtem publicũ uos perſequemini. Felices uos iudicio ſenatus, felicem remp. ueſtro imperio. Quod uobis ſenatus detulit, fortiter agite: quod uobis ſenatus detulit, libenter accipite. His atq; alijs acclamationibus imperatores facti ſunt Maximus atq; Balbinus. Egreſſi igitur à ſenatu, primum Capitoliũ aſcenderunt, ac rem diuinam fecerunt. Sed dum in Capitolio rem diuinam faciunt, populus Ro. imperio Maximi contradixit: timebant enim ſeueritatẽ eius homines uulgares. Quare factum eſt ut Gordianum adoleſcentulũ principem peterẽt, qui ſtatim factus eſt: nec prius permiſſi ſunt ad palatium ſtipati armis ire, quàm nepotem Gordiani Cæſaris nomine nuncuparent. Deinde ad roſtra populũ conuocarunt: Vbi cum orationem de ſenatus ſententia, & de ſua electione habuiſſent, populus Ro. cum militibus, qui fortè conuenerant acclamauit, Gordianum Cæſarem omnes rogamus. Hic nepos erat Gordiani ex filia, ut quidã: uel, ut alij, ex filio, qui eſt in Africa occiſus, annum agens ætatis XIIII. ut pleriq; dicunt. qui ſtatim raptus eſt, & nouo genere ſenatuſconſulti cum eadem die ſenatuſconſ. factum eſſet, inductus in curiam, Cæſar eſt appellatus. Prima igitur relatio principũ fuit, ut duo Gordiani diui appellarentur. Aliqui autem unum putant appellatum, ſeniorem uidelicet: ſed ego libris quos Iunius Cordus affatim ſcripſit, legiſſe memini ambos in deos relatos: Siquidẽ ſenior laqueo uitam finiuit: iunior autem in bello cõſumptus eſt, qui utiq; maiorem meretur reuerentiam, quòd eum bella rapuere. Poſt has igitur relationes præfectura urbis in Sabinum collata eſt, uirum grauem, & Maximi moribus congruentem: prætoriana in Pinarium Valentem. Sed prius quàm de actibus eorum loquar, placet aliqua dicere de moribus atq; genere: nõ eo modo quo Iunius Cordus eſt proſecutus omnia, ſed illo quo Suetonius Tranquillus, & Valerius Marcellus: quamuis Curius Fortunatianus, qui omnem hãc hiſtoriam perſcripſit, plura congerit: Cordus uero tam multa, ut etiam pleraq; & minus honeſta perſcripſerit. Maximo pater fuit Maximus, unus è plebe, ut nonnulli dicunt, faber ferrarius: ut alij, redarius uehicularius fabricator: hũc ſuſcepit ex uxore Prima nomine. Cui fratres quatuor uiri fuerunt, & quatuor puellæ, qui omnes in pubertate interierunt. Nato Maximo, carnem bubulam, & quidem multam, aquila in cellã eorum proieciſſe fertur, quę anguſto patebat impluuio: eam deniq; cum iaceret, nec quiſquam attingere auderet religionis timore, iterum ſuſtuliſſe, & in proximum ſacellum quod erat Iouis Pręſtitis, detuliſſe. Id eo tempore nihil uiſum eſt ominis habere, ſed nõ ſine cauſa factum probauit imperium. Pueritiam omnem in domo patrui Pinarij fecit, quem ſtatim ad præfecturã prætorij ſubuexit, ubi factus eſt imperator. Operam grammatico, rhetori non multam dedit. Siquidẽ ſemper uirtuti, et militari ſeueritati ſtuduit. Attamen militaris tribunus fuit, & multos egit numeros, & poſtea præturam ſumptu Peſceninæ Marcellinæ, quæ illum loco filij ſuſceperat, & aluerat. Inde proconſulatũ Bithyniæ egit, & deinceps Græciæ, ac tertio Narbonæ. Miſſus præterea legatus, Sarmatas in Illyrico contudit: atq; inde tranſlatus ad Rhenum, rem contra Germanos ſatis feliciter geſſit. Poſt hæc præfectus urbis prudentiſſimus, ac ingenioſiſſimus, & ſeueriſſimus approbatus eſt. Quare ueluti ſenatus ei homini, quod non licebat, nouæ familiæ, imperium tamen detulit, cõfeſſis omnibus, eo tempore in ſenatu aptiorem nõ eſſe,
qui

qui deberet principis nomen accipere. Et quoniã etiam minora plerique deſiderant, fuit cibi auidus, uini parciſſimus, ad rem ueneream nimis rarus: domi foriſque ſemper ſeuerus, ita ut & triſtis cognomen acciperet. Vultu grauiſſimus & uerecundus, ſtatura procerus, corporis qualitate ſaniſſimus, moribus aſpernabilis, attamen iuſtus, neque unquã uſque ad exitum negotiorũ uel inhumanus, uel inclemens. Rogatus ſemper ignouit, nec iratus eſt, niſi ubi eum iraſci decuit. Factionibus ſe nunquã præbuit, iudicij tenax fuit, neque alijs potius quàm ſibi credidit. Quare & à ſenatu multum dilectus eſt, & à populo timori habitus: ſiquidem ſciebat populus eius cenſoriã præfecturam, quam uidebat poſſe in imperio uehementius conualeſcere. Balbinus nobiliſſimus, & iterum C O S. rector prouinciarum infinitarũ. Nam & Aſiam, & Africam, & Bithyniam, & Galatiam, & Pontum, & Thracias, & Gallias ciuilibus adminiſtrationibus rexerat, ducto nonnunquam exercitu: ſed rebus bellicis minor fuerat quàm ciuilibus, attamẽ bonitate, nimia ſanctitate, ac uerecundia ingentẽ ſibi amorem conciliauerat. Familiæ uetuſtiſſimæ, ut ipſe dicebat, à Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompeium ciuitatem meruerat, cum eſſet ſuæ patriæ nobiliſſimus, idemque hiſtoriæ ſcriptor. Statura æque procerus, corporis qualitate conſpicuus, in uoluptatibus nimius, quem quidẽ adiuuabat diuitiarum abundantia: nam erat à maioribus diues, & multa hæreditatibus per ſe ipſe collegerat. Eloquentia clarus, poemata inter ſui temporis poetas plurima fecit, præcipiti uſu: uini, cibi, rei ueneręę auidus, ueſtitu cultus: nec quicquã defuit, quod illum populo nõ cõmendabilem redderet. Amabilis etiam ſenatui fuit. Hęc de utriuſque uita comperimus. Denique nonnulli quemadmodum Catonem & Cæſarem Salluſtius comparat, ita hunc quoque comparandum putant, ut alterum ſeuerum, clementem alterum: bonum illum, iſtum conſtantem: illum nihil largientem, hunc affluentem copijs omnibus dicerent. Hæc de moribus atque genere. Decretis ergo omnibus imperatorijs honoribus atque inſignibus, percepta tribunitia poteſtate, iure proconſulari, pontificatu maximo, patris etiam patriæ nomine, meruerunt imperium. His geſtis, celebratiſque ſacris, datis ludis ſcenicis ludiſque Circenſibus, gladiatorio etiã munere, Maximus ſuſceptis uotis in Capitolio, ad bellum contra Maximinum miſſus eſt cum exercitu ingenti, prætorianis Romæ manentibus. Vnde autem mos tractus ſit, ut proficiſcentes ad bellum imperatores, munus gladiatoriũ & uenatus darent, breuiter dicendum eſt: Multi dicunt, apud ueteres hanc deuotionem contra hoſtes factam, ut ciuium ſanguine litato ſpecie pugnarũ ſe Nemeſis, id eſt, uis quædam fortunæ ſatiaret: Alij hoc literis tradunt, quod ueriſimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas uidere, & uulnera, & ferrum, & nudas inter ſe cohortes: ne dimicãtes in bello armatos hoſtes timerent, aut uulnera & ſanguinẽ perhorreſcerent. Et Maximo quidẽ ad bellũ profecto, Romæ prætoriani remanſerunt. Inter quos & populũ tanta ſeditio fuit, ut ad bellum inteſtinũ ueniretur, urbis Romæ pars maxima incenderetur, templa fœdarentur, omnes plateę cruore pollueren̄t, cum Balbinus homo ſenior ſeditionẽ ſedare non poſſet. Nã & in publicũ proceſſit, manus ſingulis quibuſque tenuit, & pene ictũ lapidis paſſus eſt. Alij dicunt etiam fuſte percuſſum eſſe, neque ſedaſſe tumultũ, niſi infantem Gordianum purpuratũ ad populum lõgiſſimi hominis collo ſuperpoſitũ produxiſſet. Quo uiſo, populus & milites uſqueadeo placati ſunt, ut amore illius in cõcordiam redirent. Neque unquam quiſquam in illa ætate ſic amatus eſt, merito aui & auũculi, ſeu patris, ut quidam dicunt, qui pro populo Romano contra Maximinũ in Africa uitam finierant: tantum apud Romanos memoria bonarum rerum ualet. Maximo igitur ad bellum profecto, ſenatus per omnes regiones conſulares, prætorios, quæſtorios, ædilitios, tribunitios etiam uiros miſit: ita ut una quæque ciuitas frumentũ, arma & propugnacula & muros pararet, ut per ſingulas urbes Maximinus fatigaretur. Iuſſum tunc tamẽ, ut omnia ex agris in ciuitates colligerentur, ne quid hoſtis publicus inueniret. Scriptum eſt præterea ad omnes prouincias miſſis frumentarijs, iuſſumque ut quicunque Maximinum iuuiſſet, in hoſtium numero duceretur. Inter hæc Romæ iterum ſeditiones inter populum & milites ortæ ſunt. Et cum mille edicta Balbinus proponeret, nec audiretur, ueterani ſe in caſtra prætoria contulerunt cum ipſis prætorianis, quos cœpit populus obſidere: nec unquam ad amicitiam eſſent redacti, niſi fiſtulas aquarias populus incidiſſet. In

ſet. In urbe autem prius ꝙ dictum eſſet milites pacatos uenire, & tegulæ de tectis iactæ ſunt, & omnia quæ domibus erant uaſa proiecta. Atq; ideo maior pars ciuitatis perijt; & multorũ diuitiæ. Nam latrones ſe militibus miſcuerunt ad uaſtanda ea quæ norant ubi reperirent. Cum hæc Romæ geruntur, Maximus ſiue Pupienus apud Rauennam bellũ parabat ingenti apparatu, timens uehementiſſime Maximinũ: de quo ſæpiſſime dicebat, ſe nõ cõtra hominẽ, ſed contra Cyclopem bellũ gerere. Et Maximinus quidẽ apud Aquileíam ita uictus eſt, ut à ſuis occideret: caputq; eius, & filij perlatum eſt Rauennam, quod à Maximo Romam tranſmiſſum eſt. Non tacenda hoc loco deuotio eſt Aquileienſiũ pro Romanis, qui etiam crines mulierũ pro neruis ad ſagittas emittẽdas totondiſſe dicunt. Tantum ſanè lætitiæ fuit in Balbino, qui plus timebat, ut hecatomben faceret, ſtatim ut Maximini caput allatũ eſt. Hecatombe aũt tale ſacrificiũ eſt: centum aræ uno in loco ceſpititiæ extruunt, & ad eas centum ſues, centum oues mactant. Nam ſi imperatoriũ ſacrificium ſit, centum leones, centum aquilæ, & cætera huiuſmodi animalia centena feriuntur. Quod quidẽ etiam Græci quondam feciſſe dicunt, cum peſtilentia laborarent, & à multis imperatorib. id celebratum conſtat. His igitur peractis Balbinus cum ſumma gratulatione Maximũ redeuntem è Rauenna cum exercitu integro & copijs expectabat. Siquidẽ Maximinus ab oppidanis Aquileienſibus, & paucis ꝗ illic erãt militib. ac Criſpino & Menophilo cõſularib. ꝗ à ſenatu miſſi fuerãt, uictus eſt. Ipſe aũt Maximus Aquileiã idcirco acceſſerat, ut omnia tuta & integra uſq; ad Alpes relinqueret: ac ſi quæ eſſent Barbarorũ qui Maximino fauerãt reliquiæ, compeſceret. Miſſi ſunt deniq; ad eum legati ſenatores XX. quorũ nomina ſunt apud Cordum: in his cõſulares IIII. prætorij VIII. quæſtorij VIII. cum coronis, & ſenatuſconſultum, in quo ei ſtatuæ auratæ equeſtres decernebant. Ex quo quidem Balbinus ſubiratus eſt, dicens, Maximum minus ꝙ eum laboraſſe: cum ipſe domi tanta bella compreſſiſſet, ille autem otioſus apud Rauennã reſediſſet. Sed tantum ualuit bellum Maximo, qui profectus eſt contra Maximinũ, ut etiam uictoria decerneretur, quam impletã ille neſciuit. Exercitu igitur ſuſcepto Maximini, ad urbem cum ingenti pompa & multitudine Maximus uenit, mœrentibus militibus, ꝙ eum imperatorem, quem ipſi delegerant, perdiderant: & eos habebãt quos ſenatus legerat. Nec diſſimulari poterat mœror, quia apparebat in frontibus ſingulorũ, & iam quidem nec uerbis abſtinebat: quamuis Maximus & apud milites ſæpe dixiſſet, obliuionem præteritorũ eſſe debere, & ſtipendia magna donaſſet, & auxilia in ea loca quæ delegerant, dimiſiſſet. Sed animi militum ſemel imbuti odio, refrenari nequeunt. Deniq; cum audiſſent ſenatus acclamationes quæ milites tangerent, acriores contra Maximũ & Balbinum extiterunt, ſecũ quotidie cogitãtes, quos imperatores facere deberent. Senatuſconſulti aũt, quo moti ſunt, hæc forma eſt: Cum ingredienti urbem Maximo, Balbinus & Gordianus, & ſenatus, & populus Ro. obuiam proceſſiſſent, acclamationes primum publicæ fuerunt, quę milites contingerent: inde in ſenatum itum eſt: ubi poſt illa quæ cõmunia ſolent eſſe feſta, dictum eſt: Sapienter electi principes ſic agunt, per imperitos electi principes ſic pereunt: cum conſtaret à militibus factum eſſe Maximinũ, Balbinum autem & Maximum à ſenatoribus. His auditis milites grauius ſæuire cœperunt, in ſenatũ præcipue qui ſibi triumphare de militibus uidebatur. Et Balbinus quidẽ cum Maximo urbem cum magna moderatione gaudente ſenatu & populo Ro. regebant, ſenatui plurimũ deferrebatur, leges optimas cõdebant, moderate cauſas audiebant, res bellicas pulcherrime diſponebant: & cum iam paratũ eſſet ut contra Parthos Maximus proficiſceret, Balbinus contra Germanos, puer aũt Gordianus Romæ remaneret, milites occaſionẽ quærentes occidendorum principũ, cum primo inuenire uix poſſent, quia Germani ſtipabant Maximũ atq; Balbinum, quotidie ingraueſcebant. Et erant quidem diſcordiæ inter Balbinũ & Maximum, ſed tacitæ, & quæ intelligerentur potius ꝙ uiderentur: cum Balbinus Maximũ quaſi ignobilem cõtemneret, Maximus Balbinũ quaſi debilem calcaret. Quare occaſio militib. data eſt, intelligentibus, facile diſcordes imperatores poſſe interfici. Ludis deniq; ſcenicis cum multi & milites & aulici occupati eſſent, & in palatio ſoli cum Germanis principes remanſiſſent, impetũ in eos fecerunt. Turbantib. igitur militibus, cum primum nuntiatũ eſſet Maximo, turbam illam tempeſtatẽq; uix eua-

di poſſe

di poſſe, niſi ad Germanos mitteretur: et forte in alia parte palatij Germani cum Balbi
no eſſent, mittit ad Balbinũ Maximus, petens ut ei præſidiũ mitteret. Sed ille ſuſpica-
tus quòd contra ſe eos peteret, quem putabat monarchiã uelle, primum fruſtratus eſt,.
deinde uſq; ad litem peruentũ eſt. In hac tamen ſeditione illis cõtendentibus milites ſu
peruenerũt, atq; ambos eos nudatos ueſtibus regalibus de palatio cum iniurijs produ-
xerunt, et per mediam ciuitatem ad caſtra raptare uoluerunt, magna ex parte laniatos.
Sed ubi cõpererunt Germanos ad defenſionem illorum ſuperuenire, ambos occide-
runt, & in itinere medio reliquerunt. Inter hæc Gordianus Cæſar ſublatus à militibus
imperator eſt appellatus, id eſt Auguſtus, quia non erat alius in præſenti, inſultantibus
militibus ſenatui & populo, qui ſe ſtatim in caſtra receperũt. Germani ſanè ne ſine cau
ſa pugnarent, occiſis imperatorib. ſuis, extra urbem, ubi ſuos habebãt, ſe contulerunt.
Hunc finem habuerunt boni imperatores, indignũ uita & moribus ſuis. Nam neq; Ma
ximo, ſiue Pupieno fortius, neq; Balbino benignius fuit quicq;, quod re ipſa intelligi
poteſt. Neq; enim cum eſſet poteſtas, malos ſenatus eligeret. Huc accedit, quòd multis
honoribus ac poteſtatib. explorati ſunt, cum alter bis COS. & præf. alter COS. & præf.
ad imperiũ longæui perueniſſent, amabiles ſenatui, & populo etiam: quia Maximinum
iam leuiter pertimeſcebant. Hæc ſunt quæ de Maximo ex Herodiano græco ſcriptore
magna ex parte collegimus. Sed multi nõ à Maximo, uerum à Pupieno imperatore a-
pud Aquileiam Maximinũ eſſe uictum dixerunt, & ipſum cum Balbino eſſe occiſum,
ita ut Maximi nomen prætereant. Tanta eſt aũt hiſtoricorum inter ſe errantium impe-
ritia, uel uſurpatio, ut multi eundem Maximum, quem Pupienum uelint dici, cum He
rodianus uitę ſuæ temporũ ſcriptor Maximum dicat, non Pupienũ: cum & Dexippus
Græcorũ ſcriptor, Maximum & Balbinũ imperatores dicat factos contra Maximinũ
poſt Gordianos duos, & à Maximo uictũ Maximinũ, non à Pupieno. His accedit alia
ſcriptorũ imperitia, qui præfectũ prætorij fuiſſe Gordianũ paruulum dicunt, ignoran-
tibus multis collo ſæpe uectum, ut militibus oſtenderetur. Imperarũt autem Maximus
& Balbinus anno uno, cũ Maximinus imperaſſet cum filio, ut quidã dicunt, per trien-
nium: ut alij, per biennium. Nec reticendum eſt, quod Maximus, cum & ſibi & Balbi-
no deferretur iudicio ſenatus imperium, Balbino dixiſſe fertur, ut Herodianus dicit:
Quid tu Balbine, & ego merebimur, cum hãc tam immanem beluã exitio dederimus?
Cũq; Balbinus dixiſſet, ſenatus populiq; Romani feruentiſſimũ amorem, & orbis ter-
ratum, dixiſſe fertur Maximus: Vereor ne militum odium ſentiamus, & mortem. Do
mus Balbini etiam nunc Romæ oſtenditur in Carinis magna & potens, & ab eius fa-
milia hucuſq; poſſeſſa. Maximus, quem Pupienum pleriq; putant, ſummæ tenuitatis,
ſed uirtutis ampliſſimæ fuit. Sub his pugnatũ à Carpis contra Mœſos fuit, & Scythici
belli principium, & Hiſtriæ excidium eo tempore: ut autem Dexippus dicit, Hiſtricæ
ciuitatis. Dexippus Balbinum ſatis laudat, & dicit, forti animo militibus occurriſſe, at-
que interfectum: ut mortem non timeret, quem in omnibus diſciplinis inſtructũ fuiſſe
dicit. Maximũ uero negat eiuſmodi uirum fuiſſe, qualem Græci pleriq; dixerunt. Ad-
didit præterea, contra Maximinum Aquileienſium odium fuiſſe, ut de crinibus mulie
rum ſuarum arcubus neruos facerent, atq; ita ſagittas emitterent. Dexippus & Hero-
dianus, qui horum principũ hiſtoriã perſecuti ſunt, Maximum & Balbinũ fuiſſe prin-
cipes dicunt, delectos à ſenatu contra Maximinũ poſt interitum duorum Gordianorũ
in Africa, cum quibus etiam puer tertius Gordianus electus eſt. Sed apud Latinos ſcri
ptores pleroſq; Maximi nomen non inuenio, & cum Balbino Pupienum imperatorẽ
reperio, uſqueadeo ut idem Pupienus cum Maximino apud Aquileiam pugnaſſe di-
catur: cum memoratis hiſtoricis aſſerentibus, ne Maximus quidem contra Maximinũ
pugnaſſe doceatur, ſed reſediſſe apud Rauẽnam, atq; illic patratam audiſſe uictoriam:
ut mihi uideatur idem eſſe Pupienus, qui Maximus dicitur. Quare etiam gratulatoriã
epiſtolam ſubdidi, quæ ſcripta eſt à COS. ſui temporis de Pupieno & Balbino, in qua lę
tatur redditam ab his poſt latrones improbos eſſe rempub. Pupieno & Balbino Au-
guſtis Claudius Iulianus: Cum primum Iouis opt. max. & deorum immortalium, ſe
natusq; iudicio, & conſenſu generis humani ſuſcepiſſe uos remp. à nefarij latronis ſce-
lere ſeruandam, reddendamq; Romanis legibus domini ſanctiſſimi, & inuictiſſimi Au

guſti, quanquã nondum ex ueſtris literis, ſed tamen ex ſcripto, quod ad me V.C. Celſus Aelianus collega tranſmiſerat, comperiſſem, gratulatus ſum urbi Romæ, cuius ad ſalutẽ eſtis electi: gratulatus ſenatui, cuius pro iudicio, quod in uos habuit, reddidiſtis priſtinam dignitatem: gratulatus Italiæ, quam cum maxima ab hoſtibus uaſtatione defendiſtis; gratulatus prouincijs, quas inexplebili auaritia tyrannorũ laceratas ad ſpem ſalutis reduxiſtis. Deniq; legionibus ipſis, et auxilijs, quę ubiq; terrarum iam uultus ueſtros adorant, qui depoſito dedecore priſtino nunc in ueſtro nomine dignam Romani principatus ſpeciem receperũt. Quocirca nulla uox fortis, nulla oratio felix, nullum ingenium tam fœcundum unquam fuerit, quod poſſit publicam felicitatẽ digne exprimere: quę quanta, & cuiuſmodi ſint, iam in ipſo exordio principatus ueſtri cognoſcere potuimus: qui leges Romanas, æquitatemq; abolitam, & clementiam, quæ iam nulla erat, & uitam, & mores, & libertatem, & ſpem ſucceſſionum atq; hæredum reduxiſtis. Hæc enumerare difficile eſt, nedũ proſequi conſentanea dicendi dignitate. Nam quòd nobis uita per uos reddita eſt, cum dimiſſis paſſim per prouincias carnificibus ſic elatus latro ſurrexit, ut ſe ordini profiteretur iratum, quomodo dicam aut proſequar? præſertim cum mediocritas mea non modo publicam felicitatem, ſed ne peculiare quidem gaudium animi mei poſſit exprimere: cum eos Auguſtos, & principes generis humani uideam, quorum antehac perpetuo cultu mores & modeſtiam meam tanquam ueteribus cenſoribus meis cuperem probata, & etiamſi confidam in priorum principũ teſtimonijs, ueſtris tamen ut grauioribus iudicijs glorier. Dij præſtent præſtabuntq; hanc urbi Romanæ felicitatẽ. Nam cum ad uos reſpicio, nihil aliud optare poſſum, q̃ quod apud deos dicitur uictor Carthaginis precatus: ut ſcilicet in eo ſtatu remp. ſeruarẽt, in quo tunc eſſet, quòd nullus melior inueniretur. Ita ego precor, ut in eo ſtatu uobis remp. ſeruent, in quo eam uos adhuc nutãtem collocauiſtis. Hæc epiſtola probat Pupienum eundem eſſe, qui à pleriſq; Maximus dicitur nomine paterno. Siquidẽ per hæc tempora apud Græcos non facile Pupienus, apud Latinos non facile Maximus inueniatur. Et ea quæ ſunt geſta contra Maximinũ, modo à Pupieno, modo à Maximo acta dicantur. Sed Fortunatiano credamus, qui dicit Pupienum dictum nomine ſuo, cognomine uero paterno Maximum, ut omnium ſtupore legentibus aboliti uideantur.

TREBELLII POLLIONIS

VALERIANVS PATER ET FILIVS.

VALERIANVS imperator nobilis genere, patre Valerio, Cenſor antea, & per dignitatũ omnes gradus ſuis temporibus ad maximum in terris culmen aſcendens: cuius per annos LXX. uita laudabilis in eam conſcenderat gloriã, ut per omnes honores, et magiſtratus inſigniter geſtos, imperator fieret: non ut ſolet, tumultuario populi cõcurſu, non militum ſtrepitu, ſed iure meritorum, & quaſi ex totius orbis una ſententia. Deniq; ſi data eſſet omnib. poteſtas promendi arbitrij, quem imperatorem uellent, alter non eſſet electus. Et ut ſciatur quanta uis in Valeriano meritorũ fuerit publicorũ, ponã ſenatuſconſulta, quibus animaduertãt omnes quid de illo ſemper ampliſſimus ordo iudicauerit. Duobus Decijs COSS. VI. Calen. Nouemb. die cum ob imperatorias literas in æde Caſtorum ſenatus haberetur, ireturq; per ſententias ſingulorum, cui deberet cenſura deferri (Nam id Decij poſuerant in ſenatus ampliſſimi poteſtate) ubi primum prætor edixit: Quid uobis uidetur P.C. de cenſore deligẽdo: atq; eum qui erat princeps, cum ſenatus ſentẽtiam rogaſſet, abſente

abſente Valeriano (nam ille in procinctu ſuo cum Decio tunc agebat) omnes una uoce dixerunt, interrupto more dicendæ ſententiæ: Valeriani uita cenſura eſt. Ille de omnibus iudicet, qui eſt omnibus melior. Ille de ſenatu iudicet, qui nullum habet crimen. Ille de uita noſtra ſententiam ferat, cui nihil poteſt obijci. Valerianus à prima pueritia cenſor fuit. Valerianus in tota uita ſua fuit cenſor. Prudens ſenator, modeſtus ſenator, grauis ſenator. Amicus bonorũ, inimicus tyrannorum: hoſtis criminum, hoſtis uitiorum: hunc cenſorem omnes accipimus, hunc imitari omnes uolumus. Primus genere, nobilis ſanguine, emẽdatus uita, doctrina clarus, moribus ſingularis, exemplũ antiquitatis. Quæ cum eſſent ſæpius dicta, addiderunt omnes, atq; ita diſceſſum eſt. Hoc ſenatuſconſultum ubi Decius accepit, omnes aulicos conuocauit, ipſum etiam Valerianũ præcepit rogari: atq; in conuentu ſummorum uirorũ, recitato ſenatuſconſulto, Felicem te, inquit, Valeriane ſenatus ſententia, imò animis atq; pectoribus: totius orbis humani ſuſcipe cẽſuram, quam tibi detulit Romana reſp. quam ſolus mereris iudicaturus de moribus noſtris. Tu æſtimabis qui manere in curia debeant, tu equeſtrem ordinem in antiquum ſtatum rediges, tu cenſibus modũ pones, tu uectigalia firmabis, diuides ſtatum, reſpublicas receſebis: tibi legum ſcribendarũ autoritas dabitur: tibi de ordinibus militum iudicandũ eſt: tu arma reſpicies: tu de noſtro palatio, tu de iudicibus, tu de præfectis eminẽtiſſimis iudicabis. Excepto deniq; præfecto urbis Romæ, exceptis C O S S. ordinarijs, & ſacrorũ rege, ac maxima uirgine Veſtalium, ſi tamen incorrupta permanebit, de omnibus ſententias feres. Laborabũt autem etiam illi ut tibi placeant, de quibus nõ potes iudicare. Hæc Decius. Sed Valeriano ſententia huiuſmodi fuit: Quæſo ſanctiſſime imperator, ne ad hanc me neceſſitatem alliges, ut ego iudicem de populo, de militibus, de ſenatu, de omni penitus orbe, iudicibus, & tribunis, ac ducibus. Hæc ſunt propter quæ Auguſtũ nomen tenetis, apud uos cenſura deſedit, nõ poteſt hoc implere priuatus. Veniam igitur eius honoris peto, cui uita impar eſt cõfidentia, cui tempora ſic repugnant, ut cenſuram hominũ natura non quærat. Poteram multa & alia ſenatuſconſulta, & iudicia principũ de Valeriano proferre, niſi ea uobis pleriſq; nota eſſent, ut puderet altius uirum extollere, qui fatali quadam neceſſitate ſuperatus eſt. Victus eſt enim à Sapore rege Perſarum, dum ductu cuiuſdam ſui ducis, cui ſummam omnium bellicarũ rerum agendarum cõmiſerat: ſeu fraude, ſeu aduerſa fortuna in ea eſſet loca deductus, ubi nec uigor, nec diſciplina militaris quin caperetur, quicq; ualere potuit. Captus igitur in ditionem Saporis peruenit: quem cum glorioſæ uictoriæ ſucceſſu minus honorifice q̃ deceret, ſuperbo & elato animo detineret, atq; cum Romanorum rege, ut uili & abiecto mancipio loqueretur, literas ab amicis regibus, qui & ei contra Valerianũ fauerant, pleraſq; miſſas accepit, quarum ſeriem Iulius refert. Sapori, rex regum Belſolus: Si ſcirem poſſe aliquando Romanos penitus uinci, gauderem tibi de uictoria quam præfers. Sed quia uel fato, uel uirtute gens illa plurimum poteſt; uide ne quòd ſenem imperatorem cepiſti, & id quidem fraude, male tibi cedat, poſteriſq; tuis. Cogita quãtas gentes Romani ex hoſtibus ſuas fecerint, à quibus ſæpe uicti ſunt. Audiuimus certe quòd Galli eos uicerint, & ingentem illam ciuitatẽ incenderint: Certe Galli Romanis ſeruiunt. Quid Afri? eos nõne uicerunt? certe ſeruiunt Romanis. De longioribus exemplis, & fortaſſe ignotioribus nihil dico. Mithridates Ponticus totam Aſiam tenuit, certe uictus eſt, certe Aſia Romanorũ eſt. Si meum cõſilium requiris, utere occaſione pacis, & Valerianũ ſuis redde: ego gratulor felicitati tuæ, ſi tamen illa uti tu ſcias. Balerus rex Caduſiorũ ſic ſcripſit: Remiſſa mihi auxilia integra & incolumia gratãter accepi, ſed captum Valerianũ principem principũ non ſatis gratulor, magis gratularer ſi redderetur. Romani enim grauiores tunc ſunt, quando uincuntur. Age igitur ut prudentem decet, nec fortuna te inflet, quæ multos decepit. Valerianus & filium imperatorem habet, & nepotem Cæſarem: & quid? Habet & omnem orbem illum Romanum, qui contra te totus inſurget. Redde igitur Valerianum, & fac cum Romanis pacem, nobis etiam ob gentes Ponticas profuturam. Artabaſdes rex Armeniorũ talem ad Saporem epiſtolam miſit: In partem gloriæ uenio: ſed uereor ne non tam uiceris, quàm bella ſeueris. Valerianum & filius repetet & nepos, & duces Romani, & omnis Gallia, & omnis Africa, & omnis Hiſpania, & omnis Italia,

Qui exempti à cenſura

& omnes gentes quæ ſunt in Illyrico, atq; in Oriente, & in Ponto, quæ cum Romanis conſentiunt, aut Romanorum ſunt. Vnum ergo ſenem cepiſti, & omnes gentes orbis terrarum infeſtiſſimas tibi feciſti: fortaſſis & nobis, qui auxilia miſimus, qui uicini ſumus, qui ſemper uobis inter uos pugnantibus laboramus. Bactriani, & Hiberi, & Albani, & Tauroſcythæ Saporis literas non receperunt: ſed ad Romanos duces ſcripſerunt, auxilia pollicentes ad Valerianum de captiuitate liberandum. Sed Valeriano apud Perſas conſeneſcente, Odenatus Palmyrenus collecto exercitu, rem Romanam propè in priſtinum ſtatum reddidit. Cepit regis theſauros, cepit etiam quas theſauris chariores habent reges Parthici, concubinas. Quare magis reformidans Romanos duces Sapor, timore Baliſtæ, atq; Odenati in regnum ſuum ocyus ſe recepit. Atq; hic interim finis belli fuit Perſici. Hæc ſunt digna cognitu de Valeriano, nunc ad Valerianum minorem reuertar.

VALERIANVS IVNIOR

Valerianus iunior alia quàm Gallienus matre genitus, forma conſpicuus, uerecundia probabilis, eruditione pro ætate clarus, moribus periucundus, atq; à fratris diſſolutione ſeiunctus, à patre abſente Cæſar eſt appellatus, à fratre, ut Celeſtinus dicit, Auguſtus. nihil habet prædicabile in uita, niſi quòd eſt nobiliter natus, educatus optime, & miſerabiliter interemptus. Et quoniam ſcio errare pleroſq;, qui Valeriani imperatoris titulũ in ſepulchro legentes, illius Valeriani redditum putant corpus, qui à Perſis eſt captus: ne ullus error obrepat, mittendum in literas cenſui, hunc Valerianum circa Mediolanum ſepultum, addito titulo Claudij iuſſu, Valerianus imperator. Non puto plus aliquid uel de maiore Valeriano, uel de iuniore requirendum. Et quoniam uereor ne modum uoluminis tranſeam, ſi Gallienum Valeriani filium: de quo iam nobis multus ſermo fuit: uel Saloninũ filium etiam Gallieni, qui & Gallienus dictus eſt, huic libro adiungam, ad aliud uolumen tranſeam. Semper enim me uobis dedidi, & famæ, cui negare nihil debeo, neq; poſſum.

TREBELLII POLLIONIS

GALLIENI DVO

CAPTO Valeriano (enimuero unde incipienda eſt Gallieni uita, niſi ab eo precipue malo, quo eius uita depreſſa eſt?) nutante repub. cum Odenatus iam Orientis cepiſſet imperiũ, & Gallienus cõperta patris captiuitate gauderet, uagabantur exercitus, murmurabant duces, erat ingens omniũ mœror, quòd imperator Romanus in Perſide ſeruiliter teneretur. Gallieno igitur & Voluſiano COSS, Macrianus & Baliſta in unum coeunt, exercitus reliquias conuocant: & quum Romanũ in Oriente nutaret imperiũ, quem facerent imperatorem requirũt, Gallieno tam negligẽter ſe agente, ut eius ne mentio quidem apud exercitum fieret. Deniq; cum pluries eius rei cauſa conueniſſent, placuit ut Macrianum cum filijs ſuis imperatores dicerent, ac rempub. defenſandam capeſſerent. Sic igitur imperium delatũ eſt Macriano: & cauſæ Macriano imperandi cum filijs hę fuerunt: Primum, quòd nemo eo tempore ſapientior ducum habebatur, nemo ad res gerendas aptior: deinde ditiſſimus, & qui priuatis poſſet fortunis publica explere diſpẽdia. Huc accedebat, quòd liberi eius fortiſſimi iuuenes tota mente in bellum ruebant, ut eſſent legionibus exemplo ad omnia militaria. Macrianus ergo undiq; collectis exercitibus, Orientis partes petijt: atq; ut poſſet late ſibi delatum defendere & tueri imperiũ, bellum ſic inſtruxit, atq; copias ſic parauit, ut eſſet omniũ circumſpectus, quæ contra eum poterant cogitari. Idem Macrianus Piſonem, unum ex nobilibus principibus ſenatus, ad Achaiã deſtinauit ob hoc, ut Valentem, qui illic proconſulari

ſulari imperio remp. gubernabat, opprimeret. Sed Valens cōperto quòd Piſo contra ſe ueniret, ſumpſit imperiū. Piſo igitur in Theſſaliam ſe recepit. Vbi miſsis à Valente militibus compluribus, interfectus eſt, ipſe quoq; imperator appellatus cognomento Theſſalicus. Sed Macrianus retento in Oriente uno ex filijs, pacatis tamen rebus, Aſiam primùm uenit, deinde Illyricū petijt: in Illyrico cum Aureolo imperatore, qui cōtra Gallienum imperium ſumpſerat, duce Domitiano nomine, manū cōſeruit, unum ex filijs ſecū habens, & XXX. millia militū ducens. Sed uictus eſt Macrianus cum filio Macriano nomine, deditusq; omnis exercitus Aureolo imperatori. Turbata interim rep. totoq; penitus orbe terrarū, ubi Odenatus cōperit Macrianū cum filio interemptum, regnare Aureolum, Gallienum remiſsius agere, feſtinauit ad alterum filium Macriani, cum exercitus hoc daret fortuna capiendū. Sed ij, qui erāt cum filio Macriani Quieto nomine, conſentientes Odenato, autore præfecto Macriani Baliſta iuuenem occiderunt: miſſoq; per murum corpore, Odenato ſe omnes affatim dediderunt. Totius prope igitur Orientis factus eſt Odenatus imperator, cum Illyricum teneret Aureolus, Romā Gallienus. Idem Baliſta multos Emiſſenos, ad quos cōfugerant Macriani milites, cum Quieto, & theſaurorum cuſtode interfecit, ita ut ciuitas penè deleretur. Odenatus inter hæc quaſi Gallieni partes ageret, cuncta eidē nuntiari ex ueritate faciebat. Sed Gallienus cognito quòd Macrianus cū ſuis liberis eſſet occiſus, quaſi ſecurus rerū, ac patre iam recepto, libidini ac uoluptati ſe dedidit: Ludos Circenſes, ludosq; ſcenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam uenationē, & ludos gladiatorios dedit: populūq; quaſi uictorialibus diebus ad feſtiuitatē ac plauſum uocauit. Et cum pleriq; patris eius captiuitatē mœrerēt, ille ſpecie decoris, quòd pater eius uirtutis ſtudio deceptus uideretur, ſupra modum lætatus eſt. Conſtabat autem cēſuram parētis eum ferre non potuiſſe, uotiuumq; illi fuiſſe, quòd imminentem ceruicibus ſuis grauitatem paternā non haberet. Per idem tempus Aemilianus apud Aegyptū ſumpſit imperiū, occupatis horreis multa oppida malo famis preſsit. Sed hunc dux Gallieni Theodotus conflictu habito cepit, atq; imperatori Gallieno uiuū tranſmiſit. Aegyptus enim data Aemiliano per Tranſthebaitanos milites ſæuitum eſt ribus, cum Gallienus in luxuria, & improbitate perſiſteret. Cumq; ludibrijs & heluationi uacaret, neq; aliter remp. regeret, ꝙ cum pueri fingūt per ludibria poteſtates, Galli, quibus inſitū eſt eſſe leues, ac degenerantes à ciuitate Romana, & luxurioſos principes ferre non poſſe, Poſthumū ad imperiū uocarunt: exercitibusq; conſentientibus, qui occupatum imperatorē libidinib. querebant. Contra hunc Theodotus exercitū duxit. Cumq; urbem, in qua erat Poſthumus, obſidere cœpiſſet, decernētibus Gallis, Gallienus muros circumiens ſagitta ictus eſt. Nam & per annos VII. Poſthumus imperauit, & Gallias ab omnibus circumfluētibus Barbaris ualidiſsime uindicauit. His coactus malis, Gallienus pacē cum Aureolo facit oppugnandi Poſthumi ſtudio, longoq; bello tracto per diuerſas obſidiones ac prelia, rem modo feliciter modo infeliciter gerit. Acceſſerat præterea his malis, quòd Scythæ Bithyniam inuaſerāt, ciuitatesq; deleuerāt. Deniq; Aſtacū, quæ poſtea Nicomedia dicta eſt, incenſam grauiter uaſtauerūt. Deniq; quaſi coniuratione totius mundi cōcuſsis orbis partibus, etiam in Sicilia quaſi quoddā ſeruile bellum extitit latronibus euagantibus, qui uix oppreſsi ſunt. Et hæc omnia Gallieni contēptu fiebant. Neq; enim quicq; eſt ad audaciam malis, ad ſpem bonorū bonis promptius, ꝙ cum uel malus timetur, uel diſſolutus contemnitur imperator. Gallieno & Fauſtino COSS. inter tot bellicas clades etiā terræmotus fuit, & tenebræ per multos dies. Auditū præterea tonitruum terra mugiente, non Ioue tonante. Quo motu multæ fabricæ deuoratæ ſunt cū habitatoribus: multi terrore mortui: quod quidem malū triſtius in Aſiæ urbibus fuit. Mota eſt & Roma, mota & Libya: hiatus terræ plurimis in locis fuerunt, cū aqua ſalſa in foſsis appareret. Maria etiā multa urbes occuparūt. Pax igitur deûm quęſita, inſpectis Sibyllæ libris, factumq; Ioui ſalutari, ut preceptū fuerat, ſacrificium. Nam & peſtilentia tanta extiterat uel Romæ, uel in Achaicis urbibus, ut uno die V. millia hominū pari morbo perirent. Sæuiēte fortuna cum hinc terræmotus, inde hiatus ſoli, ex diuerſis partibus peſtilentia orbem Romanū uaſtaret, capto Valeriano, Gallis parte maxima obſeſsis, cum bellū Odenatus inferret, cū Aureolus perur

geret Illyricum, cum Aemilianus Aegyptũ occupaſſet, Gotthi & Clodius, de quo di-
ctum eſt ſuperius, occupatis Thracijs Macedoniam uaſtarunt, Theſſalonicam obſede
runt, neq; uſquam quies mediocriter ſalutem oſtentare uiſa eſt. Quæ omnia contẽptu,
ut ſæpius diximus, Gallieni fiebãt, hominis luxurioſiſsimi, & ſi eſſet ſecurus, ad omne
dedecus paratiſsimi. Pugnatũ eſt in Achaia Macriano duce contra eoſdem Gotthos.
Vnde uicti per Achæos receſſerunt. Scythæ autem, hoc eſt, pars Gotthorũ, Aſiam ua
ſtabant. Tunc etiam templum Dianæ Epheſiæ diſpoliatum & incẽſum eſt: cuius opes
fama in populos ſatis notæ. Pudet numerare inter hæc tempora, cum iſta gererentur,
quæ ſæpe Gallienus malo generis humani quaſi per iocum dixerit. Nam cum ei nun-
tiatum eſſet, Aegyptũ deſciuiſſe, dixiſſe fertur: Quid, ſine lino Aegyptio eſſe nõ poſſu
mus? Cum autẽ uaſtatam Aſiam, & elementorum concurſionibus, & Scytharum in-
curſionibus cõperiſſet: Quid inquit, ſine aphronitris eſſe nõ poſſumus? Perdita Gal-
lia arriſiſſe, ac dixiſſe perhibetur: Nõ ſine trabeatis ſagis tuta reſp. eſt? Sic deniq; de om
nibus partibus mundi, cum eas amitteret, quaſi detrimentis uilium miniſteriorũ uide-
retur affici, iocabatur. Ac ne quid mali deeſſet Gallieni temporibus, Byzantiorũ ciui-
tas clara naualibus bellis, clauſtrũ ponticũ, per eiuſdem Gallieni milites ita omnis ua-
ſtata eſt, ut prorſus nemo ſupereſſet. Deniq; nulla uetus familia apud Byzantios inue-
nitur, niſi ſi quis peregrinatione uel militia occupatus euaſit, qui antiquitatẽ generis,
nobilitatẽq; repræſentet. Contra Poſthumũ igitur Gallienus cum Aureolo, & Clau-
dio duce, qui poſtea imperiũ obtinuit, principe generis Cõſtantini Cęſaris noſtri, bel-
lum incepit: & cũ multis auxilijs Poſthumus iuuaretur Celticis at Frãcicis, in bellum
cũ Victorino proceſsit, cũ quo imperiũ participauerat. Victrix Gallieni pars fuit, plu
ribus prælijs euentuũ ratione decurſis. Erat enim in Gallieno ſubitæ uirtutis audacia:
nam aliquãdo iniurijs grauiter mouebatur. Deniq; ad uindictam Byzantiorũ proceſ-
ſit: & cum non putaret recipi ſe poſſe muris, receptus alio die, omnes milites inermes,
armatorũ corona circundatos, interemit, fracto fœdere quod promiſerat. Per eadem
tempora etiã Scythæ, in Aſia Romanorũ ducũ uirtute ac ductu uaſtati, ad propria re-
ceſſerunt. Interfectis ſanè militibus apud Byzantiũ, Gallienus quaſi magnum aliquid
geſsiſſet, Romã curſu rapido conuolauit: conuocatiſq; patribus, decennia celebrauit
nouo genere ludorum, noua ſpecie pomparum, exquiſito genere uoluptatum. Iam pri
mum inter togatos patres, & equeſtrem ordinẽ, albatos milites, & omni populo præ-
eunte, ſeruis etiam propè omnium, & mulieribus cum cereis facibus & lampadis præ-
cedentibus, Capitoliũ petijt. Proceſſerunt etiam altrinſecus centeni albi boues corni-
bus auro iugatis, & dorſualibus ſericis diſcoloribus præſulgentes. Agnę candentes ab
utraq; parte CC. præceſſerũt, & X. elephãti, qui tunc erãt Romæ, mille CC. gladiatores
pompaliter ornati. Cum auratis ueſtibus matronarũ mãſuetæ feræ diuerſi generis CC.
ornatu quãmaximo affectæ. Carpenta cum mimis, & omni genere hiſtrionũ: pugiles
ſacculis, nõ ueritate pugilantes. Cyclopea etiã luſerũt omnes apenarij, ita ut miranda
quædam & ſtupenda mõſtraret. Omnes uiæ ludis ſtrepituq; & plauſibus perſonabãt.
Ipſe medius cum picta toga & tunica palmata inter patres, ut diximus, omnibus ſacer
dotibus prætextatis Capitoliũ petijt. Haſtæ auratæ altrinſecus quingenæ, uexilla cen-
tena, & præter ea quæ collegiorũ erant, dracones, & ſigna templorũ omniumq; legio-
num ibant. Ibant præterea gentes ſimulatæ, ut Gotthi, Sarmatæ, Franci, Perſæ: ita ut
non minus quàm duceni ſingulis globis ducerentur. Hac pompa homo ineptus elude
re ſe credidit populum Romanum: ſed ut ſunt Romanorum facetiæ, alius Poſthumo
fauebat, alius Regilliano, alius Aureolo aut Aemiliano, alius Saturnino. Nam & ipſe
iam imperare dicebatur. Inter hæc ingens querela de patre, quem inultum filius relin-
queret, & quem externi utcunq; uindicauerant. Nec tamen Gallienus ad talia moue
batur, obſtupefacto uoluptatibus corde: ſed ab ijs qui circum eum erant requirebat, &
quid habemus in prãdio? & quæ uoluptates paratæ ſunt? & qualis cras erit cœna? qua
les Circenſes? Sic cõfecto itinere, celebratiſq; hecatombis, ad domũ regiam redijt: cõ-
uiuijſq; & epulis depulſis, alios dies uoluptatibus publicis deputabat. Prętereundum
non eſt haud ignobile facetiarũ genus. Nam cum rex Perſarum quaſi captiuorum per
pompã (rem ridiculã) duceretur, quidã ſcurræ miſcuerunt ſe Perſis, diligẽtiſsime ſeru

tantes

tantes omnia, atq; uniuſcuiuſq; uultum mira inhiatione mirãtes. A quibus cum quæreretur, quidnam agerent illa ſolertia, illi reſponderunt: Patrem principis quærimus. Quod cum ad Gallienũ perueniſſet, nõ pudore, non mœrore, non pietatẽ commotus eſt, ſcurraſq; iuſsit uiuos exuri. Quod populus factum triſtius quàm quiſquam æſtimat tulit. Milites uero ita doluerunt, ut non multo poſt uicem redderent. Gallieno & Saturnino COSS. Odenatus rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis imperium: idcirco præcipuè, quòd ſe fortibus factis dignum tantæ maieſtatis inſulis declarauit, Gallieno aut nullas, aut luxurioſas, aut ineptas & ridiculas res agente. Deniq; ſtatim bellum Perſis in uindictam Valeriani, quam eius filius negligebat, indixit. Niſibin & Carras ſtatim occupat, tradentib. ſeſe Niſibenis atq; Carrenis, & increpantibus Gallienum. Nec defuit tamen reuerẽtia Odenati circa Gallienũ. Nam captos ſatrapas inſultandi prope gratia, & oſtentandi ſui ad eum miſit. Qui cum Romã deducti eſſent, uincente Odenato triumphauit Gallienus, nulla mentione patris facta: quem nec inter deos quidem niſi coactus retulit, cum mortuũ audiſſet, ſed adhuc uiuentem: nam de illius morte falsò compererat. Odenatus autem ad Cteſiphontem Parthorum multitudinem obſedit: uaſtatiſq; circum om̃ibus locis innumeros homines interemit. Sed cum ſatrapæ omnes ex omnibus regionibus illuc defenſionis cõmunis gratia conuolaſſent, fuerunt longa & uaria prælia, longior tamen Romana uictoria. Et cum nihil aliud ageret, niſi ut Valerianum Odenatus liberaret, inſtabat quotidie, ac locorũ difficultatibus in alieno ſolo imperator optimus laborabat. Dum hæc apud Perſas geruntur, Scythæ in Cappadociã peruaſerũt: illic captis ciuitatib. bello etiã uario diu acies ad Bithyniam contulerunt. Quare milites iterum de nouo imperatore faciendo cogitauerũt: quos omnes Gallienus more ſuo, cum placare atq; in gratiã ſuam reducere non poſſet, occidit. Cum tamẽ ſibi milites dignũ principẽ quærerẽt, Gallienus apud Athenas ἄρχων erat, id eſt ſummus magiſtratus, uanitate illa, qua & ciuis aſcribi deſiderabat, & ſacris omnibus intereſſe: quod neq; Adrianus in ſumma felicitate, neq; Antoninus in adulta fecerat pace, cum tanto ſtudio Græcarum docti fuerint literarum, ut raro aliquibus doctiſsimis magnorum arbitrio ceſſerint uirorum. Areopagitarum præterea cupiebat ingeri numero, contẽpta propè rep. Fuit enim Gallienus, quod negari non poteſt, oratione, poemate, atq; omnibus artibus clarus. Huius eſt illud epithalamium, quod inter centum poetas præcipuum fuit. Nam cum fratrum ſuorũ filios iungeret, om̃es poetæ græci latiniq; epithalamia dixiſſent, idq; per dies plurimos, cum ille manus ſponſorum teneret, ut quidam dicunt, ſeptus ita dixiſſe fertur,

Ite ait ô pueri pariter ſudate medullis
Omnibus inter uos, non murmura ueſtra columbæ,
Brachia non hederæ, non uincant oſcula conchæ.

Longum eſt eius uerſus, orationeſq; cõnectere, quibus ſuo tempore tam in poetas, q̃ in rhetores emicuit. Sed aliud in imperatore quæritur, aliud in oratore uel poeta flagitatur. Laudatur ſanè eius optimum factum. Nam conſulto Valeriani fratris ſui, & Lucilli propinqui, ubi cõperit ab Odenato Perſas uaſtatos, redactam Niſibin & Carras in poteſtatem Romanam, omnem Meſopotamiam noſtram, deniq; Cteſiphõtem eſſe peruẽtum, fugiſſe regem, captos ſatrapas, plurimos Perſarum occiſos: Odenatũ participato imperio Auguſtum uocauit, eiuſq; monetam, qua Perſas captos traheret, cudi iuſsit, quod & ſenatus, & urbs, & omnis ætas gratanter accepit. Fuit præterea idem ingenioſiſsimus, cuius oſtendentia acumen pauca libet ponere. Nam cum taurum ingentem in arenam miſiſſet, exiſſetq; ad eum feriendum uenator, neq; perductum decies potuiſſet occidere, coronam uenatori miſit: muſſantibuſq; cunctis, quid rei eſſet quòd homo ineptiſsimus coronaretur, ille per curionem dici iuſsit: Taurũ toties nõ ferire difficile eſt. Idem cum quidã gẽmas uitreas pro ueris uendidiſſet eius uxori, atq; illa re prodita, uindicari uellet, ſurripi quaſi ad leonẽ uenditorẽ iuſsit. Deinde cauea caponem emittit: mirantibuſq; cunctis rem tam ridiculam, per curionẽ dici iuſsit: Impoſturã fecit, & paſſus eſt. deinde negotiatorem dimiſit. Occupato tamẽ Odenato bello Perſico, & Gallieno rebus ineptiſsimis, ut ſolebat, incumbente, Scythę nauibus factis Heracleam peruenerunt, atq; inde cum pręda in ſolum proprium reuerterunt, quãuis

multi

multi naufragio perierunt, nauali bello ſuperati. Per idem tempus Odenatus inſidijs conſobrini ſui interemptus eſt cum filio Herode, quem & ipſum imperatorem appellauerat. Tum Zenobia uxor eius, quòd paruuli eſſent filij eius, qui ſupererãt Herennianus & Timolaus, ipſa ſuſcepit imperiũ, diuq; rexit non muliebriter, neq; more fœmineo: ſed non ſolùm Gallieno uirago melius imperare potuiſſet, uerũ etiam multis imperatoribus fortius atq; ſolertius. Gallieno ſane ubi nuntiatũ Odenatum interemptũ, bellum Perſis ad ſeram nimis uindictam patris parauit: collectisq; per Heraclianũ ducem militib. ſolertis principis rem gerebat. Qui tamẽ Heraclianus cum cõtra Perſas profectus eſſet, à Palmyrenis uictus, omnes quos parauerat milites perdidit, Zenobia Palmyrenis & orientalibus pleriſq; uiriliter imperante. Inter hæc Scythæ per Euxinũ nauigantes, Iſtrum ingreſsi, multa grauia in ſolo Romano fecerunt. Quibus compertis, Gallienus Cleodamum & Athenæum Byzantios inſtaurandis urbibus muniendisq; præfecit. Pugnatum eſt circa Pontum, & à Byzantijs ducibus uicti ſunt Barbari. Veneriano item duce, nauali bello Gothi ſuperati ſunt, tum ipſe Venerianus militari perijt morte. Atq; inde Cyzicum & Aſiam, deinceps Achaiam omnem uaſtauerunt, & ab Athenienſibus duce Dexippo ſcriptore horum temporũ uicti ſunt. Vnde pulſi per Epirum, Acarnaniam, Boetiã peruagati ſunt. Gallienus interea uix excitatus publicis malis, Gothis uagãtibus per Illyricum occurrit, & fortuitò plurimos interemit. Quo comperto, Scythę facta carragine per montem Geſſacẽ fugere ſunt conati. Omnes inde Scythas Martianus uaria bellorũ fortuna agitauit, quæ omnes Scythas ad rebellionem excitarunt. Et hæc quidem Heracliani ducis erga remp. deuotio fuit. Verũ cum Gallieni tantam improbitatem ferre non poſſent, conſilium inierunt Martianus & Heraclianus, ut alter eorum imperium caperet: et Claudius quidem, ut ſuo dicemus loco, uir omnium optimus electus eſt qui conſilio nõ affuerat, eſſetq; apud cunctos in reuerentia, ut dignus uideretur imperio, quemadmodum poſtea comprobatum eſt. Is enim eſt Claudius, à quo Conſtantinus uigilantiſsimus Cæſar originẽ ducit. Fuit ijſdem ſocius in appetendo imperio quidam Ceronius ſiue Cecropius dux Dalmatarũ, qui eos & urbaniſsime & prudẽtiſsime adiuuit. Sed cum imperium capere uiuo Gallieno non poſſent, huiuſmodi eum inſidijs appetendum eſſe duxerunt, ut labẽ improbiſsimam malis feſſa rep. à gubernaculis humani generis dimouerent, ne diutius theatro & circo addicta rep. per uoluptatum deperiret illecebras. Inſidiarum genus fuit tale: Gallienus ab Aureolo, qui principatum inuaſerat, diſsidebat, ſperans quotidie grauem & intolerabilem tumultuarij imperatoris aduentum. Hoc ſcientes Martianus & Cecropius, ſubito Gallieno iuſſerant nunciari, Aureolum iam uenire. Ille igitur militibus congregatis, quaſi certũ proceſsit ad præliũ, atq; ita miſsis percuſſoribus interemptus eſt. Et quidem Cecropij Dalmatarum ducis gladio Gallienus dicitur eſſe percuſſus, ut quidam ferunt, circa Mediolanum: ubi cõtinuo & frater eius Valerianus eſt interemptus, quem multi Auguſtum, multi Cæſarem, multi neutrum fuiſſe dicunt, quod uериſimile non eſt. Siquidem capto iam Valeriano, ſcriptum inuenimus in faſtis, Valeriano imperatore COS. quis igitur alius potuit eſſe Valerianus niſi Gallieni frater? Conſtat de genere, non ſatis tamen conſtat de dignitate, uel ut cœperunt alij loqui, de maieſtate. Occiſo igitur Gallieno, ſeditio ingens militum fuit, cum ſpe prædæ ac publicæ uaſtationis imperatorem ſibi utilem, neceſſarium, fortem, efficacẽ, ad inuidiam faciendam dicerent raptum. Quare conſilium principum fuit, ut milites eius quo ſolent placari genere ſedarẽtur. Promiſsis itaq; per Martianum aureis uicenis, & acceptis (nam præſto erat theſaurorum copia) Galliенũ tyrannum militari iudicio in faſtos publicos retulerunt. Sic militibus ſedatis, Claudius uir ſanctus, ac iure uenerabilis, & bonis omnibus charus, amicus patriæ, amicus legibus, acceptus ſenatui, populo bene cognitus, accepit imperium. Hæc uita Gallieni fuit breuiter à me literis intimata, qui natus abdomini & uoluptatibus, dies ac noctes uino & ſtupris perdidit orbẽ terrarũ. Triginta propè tyrãnos paſſus eſt Romanũ dehoneſtantes imperiũ, ita ut etiã mulieres eo melius imperarẽt. Ac ne eius prætereatur miſerãda ſolertia, ueris tempore cubicula de roſis fecit. De pomis caſtella compoſuit. Vuas triennio ſeruauit. Hyeme ſumma melones exhibuit. Muſtũ quemadmodũ toto anno haberet, docuit. Ficos uirides, & poma ex arbori-

Zenobia uirago

Carrago

Maieſtas imperatoria

arboribus recentia ſemper alienis menſibus prębuit, mantilibus aureis ſemper ſtrauit. Gemmata uaſa fecit, eademq; aurea. Crinibus ſuis auri ſcobem aſperſit, radiatus ſæpe proceſsit, cum chlamide purpurea gẽmatisq; fibulis & aureis Romæ uiſus eſt, ubi ſemper togati principes uidebantur: purpuream tunicã, auratamq; uirilem, eandemq; manicatam habuit. Gemmato balteo uſus eſt: caligas gemmatas annexuit, cum campagos reticulos appellaret. Conuiuatus in publico eſt. Congiarijs populum molliuit. Senatui ſportulam ſedens erogauit. Matronas ad conſulatum ſuum rogauit, ijſdemq; manum ſibi oſculantibus, quaternos aureos ſui nominis dedit. Vbi de Valeriano patre comperit quòd captus eſſet, id quod philoſophorũ optimus de filio amiſſo dixiſſe fertur: Sciebam me genuiſſe mortalem, dixit ille: Sciebam patrem meum eſſe mortalem. Nec defuit Annius Cornicula, qui eum quaſi conſtantem principem falsò ſua uoce laudaret, peior tamen ille qui credidit. Sæpe ad tibicinem proceſsit, ad organum ſe recepit, cum proceſſui, & receſſui cani iuberet. Lauit die, ſeptimo æſtate uel ſexto, hyeme ſecundo uel tertio. Bibit in aureis ſemper poculis, aſpernatus uitrum, dicens, nil eo eſſe communius. Semper uina uariauit. Necq; unq; in uno conuiuio ex uno uino duo pocula bibit. Concubinæ in eius triclinijs ſæpe accubuerunt. Menſam ſecundam ſcurrarum & mimorum ſemper propè habuit. Cum iret ad hortos nominis ſui, omnia palatina officia ſequebantur. Ibant & præfecti, & magiſtri officiorum omnium adhibebantur conuiuijs & cœnationibus. Lauabant etiam ſimul cum principe. Admittebantur ſæpe etiam mulieres, cum ipſo pulchræ puellæ, cum illis anus deformes: & iocari ſe dicebat, cum orbem terrarum undiq; perdidiſſet. Fuit tamen nimiæ crudelitatis in milites: nam & terna millia, & quaterna militum ſingulis diebus occidit. Statuam ſibi maiorem coloſſo fieri præcepit ſolis habitu, ſed ea imperfecta perijt. Tam magna deniq; cœperat fieri, ut duplex ad coloſſum uideretur. Poni autem illam uoluerat in ſummo Aeſquiliarum monte, ita ut haſtam teneret, per cuius caput infans ad ſummum poſſet aſcendere. Sed & Claudio & Aureliano deinceps ſtulta res uiſa eſt. Siquidem etiam equos & currum fieri iuſſerat pro qualitate ſtatuæ, atq; in acutiſsima baſe poni. Porticũ flaminiam uſq; ad pontem Miluium & ipſe parauerat ducere, ita ut tetraſtiche fieret, ut autem alij dicunt, pentaſtiche: ita ut primus ordo pilas haberet, & ante ſe columnas cum ſtatuis, ſecundus & tertius, & deinceps διὰ τεσσάρων columnas. Longum eſt cuncta in literas mittere; quæ qui uolet ſcire, legat Palfuriũ Suram, qui ephemeridas eius uitæ compoſuit. Nos ad Saloninum reuertamur.

SALONINVS GALLIENVS

HIC Gallieni filius fuit, nepos Valeriani, de quo quippe nihil eſt quod dignum in literas mittatur, niſi quòd nobiliter natus, educatus regie: occiſus deinde nõ ſua, ſed patris cauſa. De huius nomine magna eſt ambiguitas. Nam multi eum Gallienum, multi Saloninum hiſtoriæ prodiderunt. Et qui Saloninũ, idcirco quòd apud Salonas natus eſſet, cognominatum ferunt: qui autem Gallienum, patris nomine cognominatum, & aui Gallieni, ſummi quondam in rep. uiri. Fuit deniq; hactenus ſtatua in pede montis Romulei, hoc eſt ante ſacram uiam intra templum Fauſtinæ aduecta ad arcum Fabianum, quę haberet inſcriptũ, Gallieno minori, Salonino additum: ex quo eius nomen intelligi poterit. Tranſiſſe decennium imperij Gallienum, ſatis clarum eſt: quod idcirco addidi, quia multi eum imperij ſui primo anno perijſſe dixerũt. Fuiſſe autem & alias rebelliones ſub eodem, de quibus proprio dicemus loco. Siquidẽ placuit triginta tyrãnos uno uolumine includere, iccirco quòd nec multa de his dici poſſunt, & in Gallieni uita pleraq; iam dicta ſunt. Et hęc quidem de Gallieno hoc interim libro dixiſſe ſufficiat. Nam & multa iam in Valeriani uita, in libro qui De triginta tyrannis inſcribendus eſt, iam loquemur: quæ iterari, ac ſæpius dici minus utile uidebatur. Huc accedit, quòd quædam etiam ſtudioſe prætermiſi, ne eius poſteri multis rebus editis læderentur. Scis enim ipſe quales homines cum ijs, qui aliqua de maioribus eorũ ſcripſerint, quantum gerant bellum: nec ignota eſſe arbitror quæ dixit M. Tullius in Hortenſio, quem ad exemplum protreptici ſcripſit. Vnum ponam tamen, quod iucunditatem quandam, ſed uulgarem habuit, morem tamen nouum fecit. Nam cum cingula

gula ſua pleriq; militantium, qui ad conuiuium uenerant, ponerent, hora conuiuij Saloninus puer, ſiue Gallienus, his auratos cōſtellatosq; balteos rapuiſſe perhibetur: & cum eſſet difficile in aula palatina requirere quod periſſet, ac taciti militares uiri detrimenta pertuliſſent, poſtea rogati ad conuiuiū, cincti accubuerunt. Cumq; ab his quæreretur, cur non ſoluerent cingulum, reſpondiſſe dicuntur: Salonino deferimus. Atq; hinc tractum morem, ut deinceps cum imperatore cincti diſcumberent. Negare non poſſum, alium pleriſq; uideri huius rei ortum eſſe morem: dicunt enim militare prandium, quod dictum eſt prādium ab eo quòd ad bellum milites paret, à cinctis initum: cui rei argumentum eſt, quòd à diſcinctis etiam cum imperatore cœnatur. Quæ iccirco poſui, quia digna & memoratu uidebantur, & cognitu. Nunc tranſeamus ad triginta tyrannos, qui Gallieni temporibus contemptu mali principis extiterūt. De quibus breuiter, & pauca dicenda ſunt. Neq; enim digni ſunt eorū pleriq;, ut uolumen talium hominum ſaltem nominibus occuparetur. Quamuis eorum aliqui non parum in ſe uirtutis habuiſſe uideātur, multum etiam reip. profuiſſe. Tam uariæ item opiniones ſunt de Salonini nomine, ut qui ſe uerius putant dicere, à matre ſua Salonina appellatū eſſe dicant, quam is perdite dilexerit, Piparam nomine barbarā regis filiam. Gallienus cum ſuis ſemper flauum crinem condidit. De annis aūt Gallieni & Valeriani ad imperium pertinentibus adeo incerta traduntur, ut cum XV. annos eoſdem imperaſſe conſtet, id eſt Gallienum uſq; ad quintumdecimum perueniſſe, Valerianus uero ſexto ſit captus, alij IX. annis, alij bis decem annis: alij etiam Gallienū imperaſſe in literas mittant: cum conſtet & decennalia Romæ ab eodem celebrata, & poſt decennalia Gotthos ab eo uictos, cum Odenato pacem factam, cum Aureolo initam eſſe cōcordiam, pugnatum contra Poſthumum, contra Lollianū, multa etiam ab eo geſta, quæ ad uirtutem, plura tamen quæ ad dedecus pertinebant. Nam & ſemper noctibus popinas dicitur frequentaſſe, & cum lenonibus, mimis, ſcurriſq; uixiſſe.

TREBELLII POLLIONIS

TRIGINTA TYRANNI

SCRIPTIS iam pluribus libris, nō hiſtorico, nec diſerto, ſed pedeſtri eloquio, ad eam temporū ueniemus ſeriem, in qua per annos, quibus Gallienus & Valerianus rempub. tenuerunt, triginta tyranni occupato Valeriano magnis belli Perſici neceſsitatibus extiterunt: cum Gallienum non ſolum uiri, ſed etiam mulieres contemptui haberent, ut ſuis locis probabitur. Sed quoniam tanta obſcuritas eorum hominū fuit, qui ex diuerſis orbis partibus ad imperium conuolabant, ut non multa de his uel dici poſsint à doctioribus, uel requiri: deinde ab omnibus hiſtoricis, qui Græce ac Latine ſcripſerunt, ita nonnulli prætereantur, ut eorū nec nomina frequētentur: poſtremo cum tam uarie à pleriſq; ſuper his nonnulla ſint prodita, in unum eos libellum contuli, & quidem breuem, maxime cum uel in Valeriani, uel in Gallieni uita pleraq; de his dicta, nec repetenda tamen, ſatis conſtet.

CYRIADES I

HIc patrem Cyriadem fugiens, diues & nobilis, cum luxuria ſua & moribus perditis ſanctum ſenem grauaret, direpta magna parte auri, argēti etiam infinito pondere, Perſas petijt: atq; inde Sapori regi coniunctus atq; ſociatus, cum hortator belli Romanis inferendi fuiſſet, Odenatum primum, deinde Saporem ad Romanum ſolum traxit. Antiochia etiam capta, & Cæſarea, Cæſarianum nomen accepit. Atq; inde uocatus Auguſtus, cum omnem Orientem uel uirium audacia, uel terrore quateret,

patrem

patrem uero interemiſſet(quod alij hiſtorici negant factum)ipſe per inſidias ſuorum, cum Valerianus iam ad bellum Perſicũ ueniret, occiſus eſt. Neq; plus de hoc hiſtoriæ quicquam mandatum eſt,quod dignum memoria eſſe uideatur. Quem clarum perfugium & parricidium, & aſpera tyrannis, & ſumma luxuries literis dederunt.

POSTHVMVS II

HIc uir in bello fortiſsimus, in pace conſtantiſsimus, in omni uita grauis, uſqueadeo, ut Saloninũ filium ſuum eidem Gallienus in Gallia poſitũ crederet, quaſi cuſtodi uitæ, & morum, & actuum imperialium inſtitutori. Sed quantum pleriq; aſſerunt, quod eius non cõuenit moribus, poſtea fidem fregit, & occiſo Salonino ſumpſit imperium. Vt autem uerius pleriq; tradiderunt, cum Galli uehementiſsime Gallienũ odiſſent, puerum autem apud ſe imperare ferre non poſſent, eum qui cõmiſſum regebat imperium, imperatorem appellarunt, miſsisq; militibus adoleſcẽtem interfecerũt. Quo interfecto, ab omni exercitu & ab omnib. Gallis Poſthumus gratãter acceptus, talem ſe præbuit per annos ſeptẽ, ut Gallias inſtaurauerit: cum Gallienus luxuriæ & popinis uacaret, & amore barbaræ mulieris conſeneſceret. Geſtum eſt tamen à Gallieno contra hunc bellum, tunc cum ſagitta Gallienus eſt uulneratus. Siquidem nimius amor erga Poſthumum omnium erat in Gallica gente populorum, quod ſubmotis omnibus Germanicis gẽtibus, Romanũ in priſtinam ſecuritatem reuocaſſet imperium. Sed cum ſe grauiſsime regeret, more illo quo Galli nouarum rerum ſemper ſunt cupidi, Lolliano agente interemptus eſt. Si quis ſanè Poſthumi meritum requirit, iudicium de eo Valeriani ex hac epiſtola, quam ille ad Gallos miſit, intelliget: Tranſrhenani limitis ducem, & Galliæ præſidem Poſthumum fecimus, uirum digniſsimũ ſeueritate Gallorum, præſente quo non miles in caſtris, non iura in foro, non in tribunalibus lites, non in curia dignitas pereat: qui unicuiq; proprium, & ſuum ſeruet. Virum quem ego præ cæteris ſtupeo, & qui locum principis mereatur iure: de quo ſpero quòd mihi gratias agetis. Quod ſi me fefellerit opinio quam de illo habeo, ſciatis nuſquam gentium reperiri, qui poſsit penitus approbari. Huius filio Poſthumo nomine tribunatũ Vocontiorum dedi adoleſcenti, qui ſe dignum patris moribus reddet.

POSTHVMVS IVNIOR III

DE hoc propè nihil eſt quod dicatur, niſi quòd à patre appellatus Cæſar, ac deinceps in eius honore Auguſtus cum patre dicitur interemptus: cum Lollianus in locum Poſthumi ſubrogatus, delatum ſibi à Gallis ſumpſiſſet imperium. Fuit autem, quod ſolum memoratu dignum eſt, ita in declamationibus diſertus, ut eius controuerſiæ Quintiliano dicantur inſertę, quem declamatorem Romani generis acutiſsimum, unius capitis lectio prima ſtatim fronte demonſtrat.

LOLLIANVS IIII

HVius rebellione in Gallia Poſthumus uir omnium fortiſsimus interemptus eſt: cum iam nutãte Gallieni luxuria in ueterem ſtatum Romanum reformaſſet imperiũ. Fuit quidem etiã fortiſsimus, ſed rebelliõis intuitu minorẽ apud Gallos autoritatẽ de ſuis uirib. tenuit. Interẽptus autẽ eſt à Victorino Victorinæ, uel Victoriæ filio, quæ poſtea Mater caſtrorũ appellata eſt, & Auguſtæ nomine affecta, cũ ipſa per ſe fugiens tanti põderis molem, primũ in Mariũ, deinde in Tetricũ atq; eius filium cõtuliſſet imperia. Et Lollianus quidẽ nonnihilũ reip. profuit. Nam pleraſq; Gallię ciuitates, nõnulla etiã caſtra Poſthumus per ſeptẽ annos in ſolo barbarico ædificauerat: quę interfecto Poſthumo ſubita irruptione Germanorum & direpta fuerant & incenſa, ſtatum ueterẽ reformauit: deinde à ſuis militibus, quòd in labore nimius eſſet, occiſus eſt. Ita Gallieno perdente remp. in Gallia primũ Poſthumus, deinde Lollianus, Victorinus deinceps, poſtremo Tetricus (nam de Mario nihil dicimus) affectatores Romani nominis extiterũt: quos omẽs datos diuinitus credo, ne cũ illa peſtis inaudita luxuria impediretur, malis poſsidẽdi Romanũ ſolum Germanis daretur facultas: qui ſi eo genere tunc euaſiſſent quo Gotthi & Perſæ, cõſentientibus in Romano ſolo gẽtibus, ue

nerabile hoc Romani nominis finitũ eſſet imperiũ. Lolliani autẽ uita in multis obſcura eſt, ut & ipſius Poſthumi, ſed priuata uirtute clari, nõ nobilitatis põdere uixerunt.

VICTORINVS V

POſthumus ſenior, cum uideret multis ſe Gallieni uiribus peti, atq; auxilium non ſolum militum, uerumetiã alterius principis neceſſariũ, Victorinum militaris induſtriæ uirũ in participatũ uocauit imperij, & cum eodem contra Gallienum cõflixit: Cumq; adhibitis ingentibus Germanorũ auxilijs, diu bella traxiſſent, uicti ſunt. Tunc interfecto etiam Lolliano, ſolus Victorinus in imperio remanſit: qui & ipſe, quòd matrimonijs militum & militariũ corrumpendis operam daret, à quodam actuario, cuius uxorẽ ſtuprauerat, cõpoſita factione Agrippinæ percuſſus, Victorino filio Cæſare à matre Victorina, ſiue Victoria, quæ Mater caſtrorũ dicta eſt, appellato: qui & ipſe puerulus ſtatim eſt interemptus, cum apud Agrippinam pater eius eſſet occiſus. De hoc quòd fortiſsimus fuerit, & præter libidinẽ optimus imperator, à multis multa ſunt dicta. Sed ſatis credimus Iulij Ateriani partem libri cuiuſdam ponere, in quo de Victorino ſic loquitur: Victorino, qui Gallias poſt Iunium Poſthumum rexit, neminem exiſtimo præferendum. Non in uirtute Traianum, non Antoninũ in clementia, non in grauitate Neruam, non in gubernando ærario Veſpaſianum, non in cenſura totius uitæ, ac ſeueritate militari Pertinacem, uel Seuerum. Sed omnia hæc, libido & cupiditas muliercariæ uoluptatis ſic perdidit, ut nemo audeat uirtutes eius in literas mittere, quem conſtat omnium iudicio meruiſſe puniri. Ergo cum id iudicij de Victorino ſcriptores habuerint, ſatis mihi uideor de eius dixiſſe moribus.

VICTORINVS IVNIOR VI

DE hoc nihil amplius in literas eſt relatum, quàm quòd nepos Victoriæ, Victorini filius fuit, & à patre & ab auia ſub eadem hora, qua Victorinus interemptus, Cæſar nuncupatus eſt, ac ſtatim à militibus ita occiſus. Extant deniq; ſepulchra circa Agrippinam breui marmore impreſſa humilia, in quibus unus eſt inſcriptus, Hic duo Victorini tyranni ſiti ſunt.

MARIVS VII

VIctorino, Lolliano, & Poſthumo interemptis, Marius ex fabro, ut dicitur, ferrario triduo tantum imperauit. De hoc quid amplius requiratur ignoro, niſi quòd eum inſigniorem breuiſsimum fecit imperiũ. Nam ut conſul, qui ſex pomeridianis horis conſulatũ ſuffectũ tenuit, à M. Tullio tali aſperſus eſt ioco: Conſulẽ habuimus tam ſeuerũ, tamq; cenſoriũ, ut in eius magiſtratu nemo prãderit, nemo cœnauerit, nemo dormierit: De hoc etiam dici poſſe uidetur, qui una die factus eſt imperator, alia die uiſus eſt imperare, tertia interẽptus eſt. Et uir quidem ſtrennuus, ac militaribus uſq; ad imperiũ gradibus euectus eſt: quẽ pleriq; Mamuriũ, nonnulli Veturiũ, opificem utpote ferrariũ, nuncuparunt. Sed de hoc nimis multa, de quo illud addidiſſe ſatis eſt: Nullius manus uel ad feriendum, uel ad impellendum fortiores fuiſſe, cum in digitis neruos uideretur habuiſſe, non uenas. Nam & carra uenientia digito ſalutari repuliſſe dicitur, & fortiſsimos quoſq; uno digito ſic afflixiſſe, ut quaſi ligni, uel ferri obtuſioris ictu percuſsi dolerent. Multa duorũ digitorum alliſione contriuit. Occiſus eſt à quodam milite, qui cum eius quondã operarius in fabrili officina fuiſſet, contẽptus eſt ab eodem, uel cum duxiſſet, uel cum imperiũ cepiſſet. Addidiſſe hæc uerba dicitur interemptor: Hic eſt gladius, quem ipſe feciſti. Huius cõcio prima talis fuiſſe dicit: Scio cõmilitones poſſe mihi obijci artem priſtinam, cuius mihi omnes teſtes eſtis. Sed dicat quiſq; quod uult, Vtinã ſemper ferrũ exerceam. Non uino, non floribus, nõ mulierculis, non popinis, ut facit Gallienus, indignus patre ſuo, & ſui generis nobilitate, depeream. Ars mihi obijciatur ferraria, dum me & exteræ gentes ferrum attrectaſſe ſuis cladibus recognoſcant in Italia. Deniq; ut omnis Alemannia, omniſq; Germania cũ cæteris quæ adiacent gentibus, Romanũ populum ferratam putent gentẽ, ut ſpecialiter in nobis ferrũ timeant. Vos tamen cogitetis uelim, feciſſe uos principem, qui nũquam

quicquam

quicquam ſcierit tractare, niſi ferrum. Quod iccirco dico, quia ſcio mihi à luxurioſiſsima illa peſte nihil opponi poſſe niſi hoc, quòd gladiorum armorumq; artifex fuerim.

INGENVVS VIII

FVſco & Baſſo coss. cum Gallienus uino & popinis uacaret, cumq; ſe lenonibus, mimis, & meretricibus dederet, ac bona naturę luxurię cõtinuatione deperderet, Ingenuus qui Pannonias tunc regebat, à Mœſiacis legionib. imperator eſt dictus, cęteris Pannoniarum uolentibus: neq; in quoquam melius cõſultum reip. à militibus uidebatur, quàm quòd inſtantibus Sarmatis creatus eſt imperator, qui feſsis rebus mederi ſua uirtute potuiſſet. Cauſa autem ipſi arripiendi tunc imperij fuit, ne ſuſpectus eſſet imperatoribus, quòd erat fortiſsimus, ac reip. neceſſarius, & militibus, quod imperantes uehementer mouet, acceptiſsimus. Sed Gallienus, ut erat nequam & perditus, ita etiam ubi neceſsitas coegiſſet, uelox, fortis, uehemẽs, crudelis: deniq; Ingenuum conflictu habito uicit, eoq; occiſo, in omnes Mœſiacos tam milites quàm ciues aſperrime ſæuijt: nec quenquam ſuæ crudelitatis exortem reliquit: uſqueadeo aſper & truculentus, ut pleraſq; ciuitates uacuas à uirili ſexu relinqueret. Fertur ſanè idem Ingenuus ciuitate capta intraſſe domũ, in qua ſe pugione transfodit, atq; ita uitam finiſſe, ne in tyranni crudelis poteſtatem ueniret. Extat ſanè epiſtola Gallieni, quam ad Celerem Verianũ ſcripſit, qua eius nimietas crudelitatis oſtenditur: quam ego idcirco interpoſui, ut omnes intelligerent, hominem luxurioſum crudeliſsimum eſſe, ſi neceſsitas poſtulet: Gallienus Veriano: Non mihi ſatisfacies, ſi tantum armatos occideris, quos & fors belli interimere potuiſſet. Perimendus eſt omnis ſexus uirilis, ſi & ſenes atq; impuberes ſine reprehenſione noſtra occidi poſſent. Occidendus eſt quicunq; male uoluit, occidendus eſt quicunq; male dixit. contra me, contra Valeriani filium, contra tot principum patrem & fratrem Ingenuus factus eſt imperator. Lacera, occide, concide: animum meum intelligere potes, mea mente iraſcere, qui hæc manu mea ſcripſi.

REGILLIANVS IX

FAti publici fuit, ut Gallieni tẽpore quicunq; potuit, ad imperiũ proſiliret. Regillianus deniq; in Illyrico ducatũ gerens, imperator eſt factus autoribus imperij Mœſiis, qui cũ Ingenuo fuerant antè ſuperati. In quorũ parentes grauiter Gallienus ſęuierat. Hic tamen multa fortiter cõtra Sarmatas geſsit, ſed autoribus Roxolanis, conſentientibusq; militibus, & timore prouincialium, ne iterũ Gallienus grauiora faceret, interemptus eſt. Mirabile fortaſſe uideatur, ſi quæ origo imperij eius fuerit, declarẽ. Militari enim ioco regna promeruit. Nam cũ milites cum eo quidam cœnarẽt, aſtitit Valerianus tribunus, qui diceret: Regilliani nomen unde credimus dictum? Alius continuo, credimus quod à regno. Tum is qui aderat ſcholaſticus, cœpit quaſi grãmaticaliter declinare, & dicere, rex regis regi Regillianus. Milites, ut eſt hominũ genus pronũ ad ea quæ cogitãt, dixerũt: Ergo poteſt rex eſſe? itẽ alius, ergo poteſt nos regere? item alius, deus tibi regis nomẽ impoſuit. Quid multa? His dictis cũ alia die mane proceſsiſſet, à principibus imperator eſt ſalutatus. Ita quod alijs uel audacia uel iudiciũ detulit, huic iocularis aſtutia. Fuit, quod negari nõ poteſt, uir in militari re ſemperprobatus, & Gallieno iam antè ſuſpectus, quod dignus uideretur imperio: gentis Daciæ, Decibali ipſius ut ferũ affinis. Extat epiſtola diui Claudij adhuc priuati, qua Regilliano Illyrici duci gratias agit ob redditũ Illyricũ, cum omnia Gallieni ſegnitia deperirent, quã ego repertã in Archiuis inſerendã putaui. fuit enim publica. Claudius Regilliano multã ſalutem: Felicẽ remp. quæ te talem uirũ habere rei caſtrenſis bellis his meruit, felicem Gallienũ, etiã ſi ei uera nemo nec de bonis, nec de malis nuntiat. Pertulerũt ad me Bonitus & Celſus ſtipatores principis noſtri, qualis apud Scupos in pugnando fueris, quot uno die prælia, & qua celeritate cõfeceris. Dignus eras triũpho, ſi antiqua tẽpora extarẽt. Sed quid multa? Memor cuiuſdã ominis cautius uelim uincas. Arcus Sarmaticos, & duo ſaga ad me uelim mittas, ſed fibulatoria, cum ipſe miſerim de noſtris. Hac epiſtola oſtendit, quid de Regilliano ſenſerit Claudius, cuius grauiſsimũ iudiciũ ſuis tẽporibus fuiſſe nõ dubiũ eſt. Nec à Gallieno quidẽ uir iſte promotus eſt, ſed à pa

tre eius Valeriano, & ut Claudius & Macrianus & Ingenuus & Poſthumus & Aureolus, qui omnes in imperio interempti ſunt, cum mererētur imperium. Mirabile autem hoc fuit in Valeriano principe, quòd omnes quoſcunq; duces fecit, poſtea militū teſtimonio ad imperiū peruenerunt, ut appareat ſenem imperatorē in deligendis reip. ducibus talem fuiſſe, qualem Romana felicitas, ſi continuari fataliter potuiſſet, ſub bono principe requirebat. Et utinam uel illi qui arripuerant imperia, regnare potuiſſent, uel eius filius Gallienus in imperio diutius non fuiſſet, ut libere ſe in ſuo ſtatu reſp. noſtra tenuiſſet. Sed nimis ſibi fortuna indulgendum putauit, quæ cum Valeriano & bonos principes tulit, & Gallienum diutius quàm oportebat, reip. reſeruauit.

AVREOLVS X

HIc quoq; Illyricianos exercitus regens in contēptu Gallieni, ut omnes eo tēpore, coactus à militib. ſumpſit imperiū. Et cum Macrianus cū filio ſuo Macriano contra Gallienū ueniret, cū plurimis exercitus eius cepit: aliquos corruptos fidei ſuæ addixit. & cū factus eſſet inualidus imperator, cumq; Gallienus expugnare uirū fortē fruſtra tentaſſet, pacē cum eo contra Poſthumū pugnaturus fecit, quorū pleraq; & dicta ſunt & dicenda. Hunc eundem Aureolum Claudius interfecto iam Gallieno cōflictu habito, apud eum pontē interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atq; illic ut tyrannū ſepulchro humiliore donauit. Extat etiam epigrāma Græcū in hanc formam,

Dona ſepulchrorum uictor poſt multa tyranni
 Prælia, iam felix Claudius Aureolum
Munere proſequitur mortali, & iure ſuperſtes
 Viuere quem uellet, ſi pateretur amor.
Militis egregij uitam qui iure negauit
 Omnibus indignis, & magis Aureolo,
Ille tamen clemens, qui corporis ultima ſeruans,
 Et pontem Aureoli dedicat, & tumulum.

Hos ego uerſus à quodam grammatico translatos ita poſui, ut fidem ſeruarē: non quo melius non potuerint transferri, ſed ut fidelitas hiſtorica ſeruaretur, quam ego præ cæteris cuſtodiendam putaui, qui id quod ad eloquētiam pertinet, nihil curo. Rem enim uobis propoſui deferre, non uerba: maxime tanta rerum copia, ut triginta tyrānorum ſimul uitas ſcribendas acceſſerim.

MACRIANVS XI

CApto Valeriano diu clariſsimo principe ciuitatis, fortiſsimo deinde imperatore, ad poſtremū omnium infeliciſsimo, uel quòd ſenex apud Perſas conſenuit, uel quòd indignos ſe poſteros dereliquit: cum Gallienū cōtemnendum Baliſta præfectus Valeriani, & Macrianus primus intelligerent, quærētibus etiam militibus principem, unum in locum conceſſerunt, quærentes quid faciendum eſſet. Tuncq; conſtitit Gallieno longe poſito, Aureolo uſurpante imperiū, debere aliquē principem fieri, & quidem optimum, ne quiſpiam tyrannus exiſteret. Verba igitur Baliſtæ (quantum Mæonius Aſtyanax, qui conſilio interfuit, aſſerit) hæc: Mea ætas & profeſsio & uoluntas longe ab imperio abſunt, & ego quod negare non poſſum, bonum principem quæro. Sed quis tandem eſt, qui Valeriani locum poſſit implere? niſi talis, qualis tu es ô Macriane, fortis, conſtans, integer, probatus in rep. & quod maxime ad imperiū pertinet, diues. Arripe igitur locum meritis tuis debitum: me profecto quandiu uoles, uteris: tu cum rep. tantum bene agas, ut te Romanus orbis factum principem gaudeat. Ad hæc Macrianus: Fateor Baliſta, imperium prudenti non fruſtra eſt. Volo enim reip. ſubuenire, atq; illam peſtem à legum gubernaculis dimouere: ſed non hoc in me ætatis eſt. Senex ſum, ad exemplum equitare non poſſum. Lauandum eſt mihi frequētius, edendum delicatius, diuitiæ me iamdudum ab uſu militiæ retraxerunt. Iuuenes aliqui ſunt quærendi, nec unus, ſed duo, uel tres fortiſsimi, qui ex diuerſis partibus orbis Ro. rem pub. reſtituant, quam Valerianus fato, Gallienus uitæ ſuæ genere perdiderunt. Poſt hæc intellexit eum Baliſta ſic agere, ut de filijs ſuis uideretur cogitare, atq; adeo ſic aggreſſus

greſſus eſt: Prudētiæ tuæ remp. tradimus. Da igitur liberos tuos Macrianū & Quietum fortiſsimos iuuenes, olim tribunos à Valeriano factos, qui Gallieno imperante, quòd boni ſunt, ſalui eſſe nō poſſunt. Tūc ille ubi intellectū ſe eſſe cōperit, Do, inquit, manus, de meo ſtipendiū militi duplex daturus: tu tantū præfecti mihi ſtudiū, & annonam in neceſſarijs locis præbe. Iam ego faxim, ut Gallienus ſordidiſsimus fœminarū omniū duces ſui parētis intelligat. Factus eſt igitur cum Macriano & Quieto duobus filijs, cunctis militib. uolentibus imperator. Ac ſtatim contra Gallienū uenire cœpit, utcunq; rebus in Oriente derelictis. Sed cum XLV milia militū ſecū duceret, in Illyrico uel in Thraciarū extremis congreſſus cum Aureolo, uictus & cū filio interemptus eſt. Triginta deniq; millia militū in Aureoli poteſtatē cōceſſere. Domitianus autē eundem uicit dux Aureoli fortiſsimus, & uehemētiſsimus, qui ſe originē diceret à Domitiano imperatore trahere atq; à Domicilla. De Macriano autē nefas mihi uidetur iudicium Valeriani præterire, quod ille in oratione ſua, quam ad ſenatū è Perſidis finibus miſerat, poſuit. Inter cætera ex oratione diui Valeriani: Ego P.C. bellum Perſicum gerens, Macriano totā remp. credidi, quod à parte militari ille uobis fidelis, ille mihi deuotus, illum & amat & timet miles. Vtcunq; res exegerit, cum exercitibus agit. nec P. C. noua uel inopinata nobis ſunt. pueri eius uirtus in Italia, adoleſcētis in Gallia, iuuenis in Thracia, in Africa iam prouecti, ſeneſcentis deniq; in Illyrico & Dalmatia comprobata eſt, cum in diuerſis prælijs ad exemplū fortiter faceret. Huc accedit, quòd habet iuuenes filios Romano dignos collegio, noſtra dignos amicitia. & reliqua.

MACRIANVS IVNIOR XII

MVlta de hoc in patris imperio prælibata ſunt, qui nunq; imperator factus eſſet, niſi prudentiæ patris eius creditum uideretur. De hoc planè multa miranda dicuntur, quæ ad fortitudinem pertineant iuuenilis ætatis. Sed ad facta, aut quantum in bellis minus ualet fortitudo. Hic enim uehemens cum prudentiſsimo patre, cuius merito imperare cœperat, à Domitiano uictus, triginta, ut ſuperius dixi, millibus militū ſpoliatus eſt: matre nobili, patre tantum forti, & ad bellum parato, atq; ab ultima militia in ſummum perueniente ducatum, & ſplendore ſublimi.

QVIETVS XIII

HIc, ut diximus, Macriani filius fuit: cum patre & fratre Baliſtæ iudicio imperator eſt factus. Sed ubi cōperit Odenatus, qui olim iam Orientē tenebat, ab Aureolo Macrianū patrem, Quietum, & eius fratrem Macrianū uictos, milites in eius poteſtatem cōceſsiſſe, quaſi Gallieni partes uindicaret, adoleſcentē cum Baliſta præfecto dudum interemit. Idem quoq; adoleſcens digniſsimus Ro. imperio fuit, ut uere Macriani filius, & Macrianus etiam frater, qui duo afflictis rebus potuerunt remp. gerere. Videtur non mihi prætereundū de Macrianorū familia, quæ hodieq; floret, id dicere, quod ſpeciale ſemper habuerūt. Alexandrū Magnū Macedonem uiri in auro & argēto, mulieres in reticulis & dextrocherijs, & in annulis, & in omni ornamētorum genere, exculptū ſemper habuerunt: euſq; ut tunicæ, & limbi, & penulæ matronales in familia eius hodieq; ſint, quæ Alexandri effigiē delicijs uariantibus monſtrent. Vidimus proxime Cornelium Macrū in eadem familia uirū, cum cœnā in templo Herculis daret, paterā electrinā, quæ in medio uultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem hiſtoriam contineret ſignis breuibus & minutulis, pontifici propinare; quam quidē circumferri ad omnes tanti illius uiri cupidiſsimos iuſsit. Quod icciрco poſui, quia dicuntur iuuari in omni actu ſuo, qui Alexandrū expreſſum uel auro geſtitant uel argento.

ODENATVS XIIII

NIſi Odenatus princeps Palmyrenorum capto Valeriano, feſsis Ro. reip. uiribus ſumpſiſſet imperiū, in Oriente res perditæ eſſent. Quare aſſumpto nomine primū regali cū uxore Zenobia, & filio maiore, cui erat nomē Herodes, minoribus Herenniano & Timolao, collecto exercitu contra Perſas profectus eſt: Niſibin primū, & orientis pleraq; cū omni Meſopotamia in poteſtatē recepit; deinde ipſum regē uictum

z 3 fugere

fugere coegit:poſtremo Cteſiphōta uſq;, Saporē & eius liberos perſecutus, captis cō cubinis,capta etiā magna præda,ad Orientē uertit, ſperās quòd Macrianū, qui impe- rare contra Gallienū cœperat, poſſet opprimere. ſed illo iam profecto contra Aureo- lum & cōtra Gallienū,eo interempto,filiū Quietū interfecit,Baliſta(ut pleriq; aſſerūt) regnū uſurpāte,ne & ipſe poſſet occidi.Compoſito igit̃ magna ex parte Oriētis ſtatu, à cōſobrino ſuo Męonio,qui & ipſe imperiū ſumpſerat,interemptus eſt cū filio ſuo He rode,qui & ipſe poſt reditū de Perſide cū patre imperator eſt appellatus. Iratum fuiſſe reip.deū credo, q interfecto Valeriano noluit Odenatū reſeruare. Ille planè cū uxore Zenobia, nō ſolū Orientē,quē iam in priſtinū reformauerat ſtatū, ſed omes omino to tius orbis partes reformaſſet. uir acer in bellis,et quantū pleriq; ſcriptores loquunt̃,ue natu memorabili ſemper inclytus,qui à prima ætate capiendis leonib,& pardis,urſis, cæteriſq; ſylueſtribus animalib. ſudorē officij uirilis impēdit. quiq; ſemper in ſyluis ac montib.uixit,perferēs calorē,pluuias,& omia mala, quæ in ſe cōtinent uenatoriæ uo luptates:quibus duratus, ſolem ac puluerē bellis Perſicis tulit. Non aliter etiā coniuge aſſueta,quæ multorū ſententia fortior marito fuiſſe perhibetur.Mulierum omniū no- bilisſima Orientalium fœminarū, &(ut Cornelius Capitolinus aſſerit)ſpecioſisſima.

HERODES XV

NOn Zenobia matre, ſed priore uxore genitus Herodes cum patre accepit impe rium, homo omniū delicatisſimus, & prorſus Orientalis, & græcæ luxuriæ, cui erāt ſigillata tentoria,& aurati papiliones,& omnia Perſica.Deniq; ingenio eius uſus Odenatus quicquid concubinarū regaliū,quicquid diuitiarū gēmarumq; cepit,eidem tradidit paternæ indulgētiæ affectione permotus.Et erat circa illū Zenobia nouercali animo,quare cōmendabiliorē patri eū fecerat:neq; plura ſunt quę de Herode dicātur.

MAEONIVS XVI

HIc conſobrinus Odenati fuit. Nec ulla re alia ductus, niſi damnabili inuidia im- peratorem optimum interemit,cum ei nihil aliud obijceretur, præter filij Hero- dis delicias.Dicitur autem primùm cum Zenobia conſenſiſſe,quæ ferre non poterat, ut priuignus eius Herodes priore loco quàm filij eius Herennianus & Timolaus prin cipes dicerentur.Sed hic quoq; ſpurcisſimus fuit, quare imperator appellatus per erro rem, breui à militibus pro ſuæ luxuriæ meritis interemptus eſt.

BALISTA XVII

DE hoc utrū imperauerit,ſcriptores inter ſe ambigūt. Multi enim dicunt, Quieto per Odenatū occiſo,Baliſtæ ueniā datam:tamen eum imperaſſe,quòd nec Gal- lieno,nec Aureolo,nec Odenato ſe crederet. Alij aſſerunt,priuatum eum in agro ſuo, quem apud Daphnen ſibi cōpararat, interemptum. Multi, & ſumpſiſſe illum purpu- ram,& more Romano imperaſſe, exercitū duxiſſe, & de ſe plura promiſiſſe dixerunt. Occiſum autem per hos,quos Aureolus miſerat ad comprehendendum Quietū Ma- criani filium,quem prædam ſuam eſſe dicebat. Fuit uir inſignis, eruditus ad gerēdam remp.in conſilijs uehemēs,in expeditionibus clarus, in prouiſione annonaria ſingula ris. Valeriano ſic acceptus,ut eum quibuſdā literis hoc teſtimonio proſecutus ſit: Vale rianus Ragonio Claro præfecto Illyrici, & Galliarū: Si quid in te bonæ frugis eſt, quam eſſe ſcio parēs Clare,diſpoſitionē Baliſtæ proſequere:hac in forma remp. uides, ut nec ille prouinciales grauet: ut illic equos contineat, ubi ſunt pabula: illic annonas militū mandet,ubi ſunt frumenta.Non prouincialē, non poſſeſſorē cogat illic frumen- ta ubi non habet dare,illic equū ubi nō poteſt paſcere. nec eſt ulla alia prouiſio melior, q̃ ut in locis ſuis erogentur quæ naſcūtur, ne aut uehiculis, aut ſumptibus remp.gra- uent. Galatia frumētis abundat,referta eſt Thracia,plenū eſt Illyricū: illic pedites col- locent̃. quanq; in Thracia etiā equites ſine noxa prouincialiū hyemare posſint. Mul- tum enim ex cāpis fœni colligit̃. Iam ubi laridū, iam cæteræ ſpecies in his dandæ ſunt locis,in quibus affatim redundant.Quę omnia ſunt Baliſtæ conſilia,qui ex quaq; pro- uincia unā tantum ſpeciē prębeti iuſsit,quòd ea redundaret,atq; ab ea milites ſubmo- ueri,id

ueri, id quod publicitus eſt decretum. Eſt & alia eius epiſtola, qua gratias Baliſtæ agit, in qua docet, ſibi præcepta gubernandæ reip. ab eodem data, gaudens quòd eius conſilio nullum adſcriptitiū, id eſt uacantem haberet, et tribunū nullum ſtipatorem, qui nō uere pugnaret. Hic igitur uir in tentorio ſuo cubans, à quodam gregario milite Odenati in Gallieni gratiam dicitur interemptus. De quo ipſe uera nō ſatis cōperi, idcirco quòd ſcriptores temporū de huius præfectura multa, de imperio pauca dixerunt.

VALENS XVIII

HIc uir militaris, ſimul etiam ciuiliū uirtutum gloria pollens, proconſulatū Achaię dato à Gallieno tunc honore gubernabat: quem Macrianus uehementer reformidans, ſimul quòd in omni genere uitæ ſatis clarū norat, ſimul quòd inimicū ſibi eſſe inuidia uirtutum ſciebat, miſſo Piſone nobiliſſimæ tunc & conſularis familiæ uiro, interfici præcepit. Valens diligentiſſime cauens & prouidens, neq; aliter ſibi poſſe ſubueniri exiſtimans, ſumpſit imperium, & breui à militibus interemptus eſt. Fuit & Valens ſuperior, & bene uenit in mentem. Et quum de hoc Valente loquimur, etiam de illo Valente qui ſuperiorum principum temporibus interemptus eſt, aliquid dicemus. Nam huius Valentis qui ſub Gallieno imperauit, auunculus magnus fuiſſe perhibetur. Alij tantum auunculum dicunt. Sed par in ambobus fuit fortuna. Nam & ille cum paucis diebus Illyrico imperaſſet, occiſus eſt.

PISO XIX

HIc à Macriano ad interficiendū Valentem miſſus, ubi eum prouidum futurorum imperare cognouit, Theſſaliam conceſſit, atque illic paucis ſibi conſentientibus ſumpſit imperium, Theſſalicusq; appellatus, interemptus eſt, uir ſummæ ſanctitatis, & temporibus ſuis Frugi dictus, & qui ex illa Piſonum familia ducere originem dicere/tur, cui ſe Cicero nobilitādi cauſa ſociauerat. Hic omnibus principibus acceptiſsimus fuit. Ipſe deniq; Valens qui ad eum percuſſores miſiſſe perhibetur, dixiſſe dicitur, non ſibi apud deos inferos cōſtare rationem, quod quamuis hoſtem ſuum Piſonem tamen iuſſiſſet occidi, uirum cui ſimilem Romana reſpublica non haberet. Senatuſconſultum de Piſone factum ad noſcendam eius maieſtatem libenter inſerui: Die ſeptimo Calendas Iulias, quum eſſet nunciatum Piſonem à Valente interemptum, ipſum Valentem à ſuis occiſum, Aurelius Fuſcus conſularis primæ ſententiæ, qui in locum Valeriani ſucceſſerat, ait: Conſul conſule. Quumq; conſultus eſſet, Diuinos, inquit, honores Piſoni decerno P. C. Gallienum, & Valerianum, & Saloninum imperatores noſtros eſſe confido. Neq; enim melior uir quiſquam fuit, neq; conſtantior. Poſt quem cæteri conſulti ſtatuam inter triumphales, & currus quadriiugos Piſoni decreuerunt. Sed ſtatua eius uidetur: quadrigæ autem quæ decretæ fuerant, quaſi transferendæ ad alium poſitæ ſunt, nec adhuc redditæ. Nam in his locis fuerūt poſitæ, in quibus thermæ Diocletianæ ſunt exædificatæ, tam æterni nominis, quàm ſacrati.

AEMILIANVS XX

ET hoc familiare eſt populo Aegyptiorū, ut uel furioſi ac dementes de leuibus quibuſq; ad ſummæ reipub. pericula perducātur: ſæpe illi ob neglectas ſalutationes, locum in balneis non cōceſſum, carnem & olera ſequeſtrata, calciamēta ſeruilia, & cætera talia uſq; ad ſummum reipub. periculum ſeditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus peruenerūt. Familiari ergo ſibi furore cum quadam die cuiuſdam ſeruus curatoris qui Alexandriam tunc regebat, militari ob hoc cæſus eſſet, quòd crepidas ſuas meliores eſſe quàm militis diceret, collecta multitudo ad domum Aemiliani ducis anceps uenit, atq; eum omni ſeditionum inſtrumento & furore perſecuta eſt. ictus eſt lapidibus, petitus eſt ferro: nec deſijt ullum ſeditionis telum. Quare coactus Aemilianus ſumpſit imperium, cum ſciret ſibi undecunq; pereundum. Conſenſerunt ei Aegyptiacus exercitus, maxime in Gallieni odium, nec eius ad regendam rempublicam uigor defuit. Nam Thebaidem, totamq; Aegyptū peragrauit, & quatenus potuit Barbarorū gentes forti autoritate ſubmouit. Deniq; Alexāder uel Alexandrinus (nam incertū id

quoq; habetur) uirtutum merito uocatus eſt. Et cum contra Indos pararet expeditionem, miſſo Theodoto duce, Gallieno iubente dedit pœnas: ſiquidem ſtrangulatus in carcere captiuorum ueterum more perhibetur. Tacendum eſſe non credo, quòd cum de Aegypto loquor, uetus ſuggeſſit hiſtoria, ſimul etiam Gallieni factũ: qui cum Theodoto uellet imperium proconſulare decernere, à ſacerdotibus eſt prohibitus, qui dixerunt, faſces cõſulares ingredi Alexandriã non licere: cuius rei etiam Ciceronem, cum contra Gabinium loquitur, meminiſſe ſatis nouimus. deniq; non extat memoria rei frequentatæ. Quare ſcire oportet, Herennium Celſum ueſtrum parentem dum conſulatũ cupit, hoc quod deſiderat, non licere. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Aegyptijs literis ſcriptum, tunc demum Aegyptũ liberam fore, cum in eam ueniſſent Romani faſces, & prætexta Romanorũ: quod apud Proculum grãmaticum, doctiſſimum ſui temporis uirum, cum de peregrinis regionibus loquitur, inuenitur.

SATVRNINVS XXI

OPtimus ducum Gallieni tempore, ſed à Valeriano dilectus Saturninus fuit. Hic quoq; cum diſſolutionem Gallieni pernoctantis in publico ferre non poſſet, & milites nõ exemplo imperatoris ſui, ſed ſuo regeret, ab exercitibus ſumpſit imperium, uir prudentiæ ſingularis, grauitatis inſignis, uitæ amabilis, uictoriarum barbararum etiam ubiq; notarum. Hic ea die qua eſt amictus à militibus peplo imperatorio, concione adhibita dixiſſe fertur: Commilitones bonum ducem perdidiſtis, & malum principem feciſtis. Deniq; cum multa ſtrenue in imperio feciſſet, quòd eſſet ſeuerior & grauior militibus, ab ijſdem ipſis à quibus factus fuerat, interẽptus eſt. Huius inſigne eſt, quòd conuiuio diſcumbere milites, ne inferiora nudarentur, cum ſagis iuſſit, hyeme grauibus, æſtate perlucidis.

TETRICVS SENIOR XXII

INterfecto Victorino & eius filio, mater eius Victoria, ſiue Victorina, Tetricum ſenatorem pop. Ro. præſidatũ in Gallia regentem, ad imperium hortata, quòd eius erat, ut pleriq; loquunt̃, affinis, Auguſtũ appellari fecit, filiumq; eius Cæſarem nuncupauit. Et cũ multa Tetricus feliciter egiſſet, diuq; imperaſſet, ab Aureliano uictus, quũ militũ ſuorum impudentiã & procacitatem ferre non poſſet, uolens ſe grauiſſimo principi et ſeueriſſimo dedit. Verſus deniq; illius fert̃, quem ſtatim ad Aurelianũ ſcripſerat:

Eripe me his inuicte malis.

Quare cum Aurelianus nihil ſimplex, neq; mite, aut tranquillum facile cogitaret, ſenatorem pop. Rom. eundemq; conſularem, qui iure præſidali omnes Gallias rexerat, per triumphũ duxit eodem tempore, quo & Zenobiam Odenati uxorem cum filijs minoribus Odenati Herenniano & Timolao: pudore tamen uictus uir nimium ſeuerus, eum quem triumphauerat, correctorem totius Italiæ fecit, id eſt, Campaniæ, Samnij, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, atq; Vmbriæ, Piceni, & Flaminię, omniſq; annonariæ regionis: ac Tetricum non ſolum uiuere, ſed etiam in ſumma dignitate manere paſſus eſt, quum illum ſæpe collegam, nonnunquam commilitonem, aliquando etiam imperatorem appellaret.

TETRICVS IVNIOR XXIII

HIc puerulus à Victoria Cæſar eſt appellatus, quum illa Mater caſtrorum ab exercitu nuncupata eſſet. qui & ipſe cum patre per triumphum ductus, poſtea omnibus ſenatorijs honoribus functus eſt illibato patrimonio, quod quidem ad ſuos poſteros miſit, ut Gellius Fuſcus dicit, ſemper inſignis. Narrabat auus meus, hunc ſibi familiarem fuiſſe, neq; quenquã illi ab Aureliano, aut poſtea ab alijs principibus eſſe prę latum. Tetricorum domus hodieq; extat in monte Cælio inter duos lucos cõtra Iſium Metellinum pulcherrima, in qua Aurelianus pictus eſt, utriq; prætextam tribuens ſenatoriam dignitatem, accipiens ab his ſceptrum, coronam ciuicam picturatam de muſeo. Quam cum dedicaſſet, Aurelianũ ipſum dicuntur duo Tetrici adhibuiſſe cõuiuio.

Trebel-

TREBELLIANVS XXIIII

PVdet iam perſequi quanti ſub Gallieno fuerunt tyrãni, uitio peſtis illius: ſiquidem erat in eo ea luxuria, ut rebelles plurimos mereretur: & ea crudelitas, ut iure timeretur. Quare & in Trebellianũ factum in Iſauria principem, ipſis Iſauris ſibi ducẽ quærentibus: quem cum alij archipiratã uocaſſent, ipſe ſe imperatorem appellauit. Monetam etiam cudi iuſſit, palatiũ in arce Iſauriæ cõſtituit: qui quidem cum ſe in intima Iſaurorum loca munitus difficultatibus locorum & montibus contuliſſet, aliquãdiu apud Cilicas imperauit. Sed per Gallieni ducem Cauſiſoleum natione Aegyptium, fratrem Theodoti, qui Aemilianum ceperat, ad campum deductus, eſt uictus & occiſus. Necp tamen poſtea Iſauri timore, ne in eos Gallienus ſæuiret, ad æqualitatẽ perduci quauis principum humanitate potuerunt. Denicp poſt Trebellianum pro Barbaris habẽtur, & cum in medio Ro. nominis ſolo regio eorum ſit, nouo genere cuſtodiarũ quaſi limes includitur, locis defenſa non hominibus. Nam non ſunt ſtatura decori, non uirtute graues, non inſtructi armis, non conſilijs prudentes, ſed hoc ſolo ſecuri, quòd in editis poſiti adiri nequeunt: quos quidem diuus Claudius penè ad hoc perduxerat, ut à ſuis ſemotos locis in Cilicia collocaret, daturus uni ex amiciſſimis omnem Iſaurorum poſſeſſionem, ne quid ex ea poſtea rebellionis oriretur.

HERENNIANVS XXV

ODenatus moriens duos paruulos reliquit, Herennianum, & fratrem eius Timolaum: quorum nomine Zenobia uſurpato ſibi imperio diutius quàm fœminam decuit, rempub. obtinuit, paruulos Ro. imperatoris habitu proferens purpuratos, eoſdemcp adhibens concionibus: quas illa uiriliter frequentauit, Didonem, & Semiramidem, & Cleopatram ſui generis principem inter cætera prædicans. Sed de eorum exitu incertum eſt. Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte ſua eſſe conſumptos: ſiquidem Zenobiæ poſteri etiam nunc Romæ inter nobiles manent.

TIMOLAVS XXVI

DE hoc ea putamus digna notatione, quæ de fratre ſunt digna. Vnum tamen eſt, quod eum à fratre ſeparat, quòd tanti fuit ardoris ad ſtudia Romana, ut breui conſecutus, quæ inſinuauerat grammaticus, eſſe dicatur, potuiſſe quinetiam ſummum Latinorum rhetorem facere.

CELSVS XXVII

OCcupatis partibus Gallicanis, Orientalibus, quinetiam Ponti, Thraciarum, & Illyrici, dum Gallienus popinatur, & balneis ac lenonibus deputat uitam, Afri quocp autore Vibio Paſſieno proconſule Africæ, & Fabio Pomponiano duce limitis Libyci, Celſum imperatorem appellauerunt peplo deæ Cœleſtis ornatum. Hic priuatus ex tribunis in Africa poſitus in agris ſuis uiuebat: ſed ea iuſtitia, & corporis magnitudine, ut dignus uideretur imperio. Quare creatus per quandam mulierẽ Gallienam nomine, cõſobrinam Gallieni, ſeptimo die interemptus eſt, atcp adeo etiam inter obſcuros principes uix relatus eſt. Corpus eius à canibus conſumptum eſt, Siccenſibus qui Gallieno fidem ſeruauerant perurgentibus, & nouo iniuriæ genere imago in crucem ſublata perſultante uulgo, quaſi patibulo ipſe Celſus uideretur affixus.

ZENOBIA XXVIII

OMnis conſumptus eſt pudor: ſiquidẽ fatigata repub. eouſcp peruentũ eſt, ut Gallieno nequiſſime agente, optime etiam mulieres imperarent. Et quidem peregrina nomine Zenobia, de qua iam multa dicta ſunt, quæ ſe de Cleopatrarũ, Ptolemæorumcp gente iactaret, poſt Odenatũ maritum imperiali ſagulo perfuſo per humeros habitu donis ornata, diademate etiam accepto, nomine filiorũ Herẽniani & Timolai diutius cp fœmineus ſexus patiebatur, imperauit. Siquidem Gallieno adhuc regẽte remp. regale mulier ſuperba munus obtinuit: & Claudio bellis Gotthicis occupatò, uix denicp ab Aureliano uicta & triũphata cõceſſit in iura Ro. Extat epiſtola Aureliani, quæ

captiuæ

captiuæ mulieri teſtimoniũ fert. Nam cum à quibuſdam reprehenderetur, quòd mulie
rem ueluti ducem aliquem uir fortiſſimus triumphaſſet, miſſis ad ſenatum populumq́ꝫ
Ro. literis, hac ſe atteſtatione defendit: Audio P. C. mihi obijci, quòd non uirile mu
nus impleuerim Zenobiam triumphando. Næ illi qui me reprehendunt, ſatis lauda-
rent, ſi ſcirent qualis illa eſt mulier, q̃ꝫ prudens in conſilijs, q̃ꝫ conſtans in diſpoſitionib.
q̃ꝫ erga milites grauis, q̃ꝫ larga cum neceſſitas poſtulet, q̃ꝫ triſtis cum ſeueritas poſcat.
Poſſum dicere, illius eſſe quòd Odenatus Perſas uicit, ac fugato Sapore Cteſiphontẽ
uſqꝫ peruenit. Poſſum aſſerere, tanto apud Orientales & Aegyptiorũ populos timori
mulierem fuiſſe, ut ſe non Arabes, non Saraceni, non Armènij cõmouerent. Nec ego
illi uitam conſeruaſſem, niſi eam ſciſſem multum Ro. reip. profuiſſe, cum ſibi uel liberis
ſuis Orientis ſeruaret imperium. Sibi ergo habeãt propriarum uenena linguarum hi,
quibus nihil placet. Nam ſi uiciſſe ac triumphaſſe fœminam non eſt decorum, quid de
Gallieno loquuntur, in cuius contemptum hæc bene rexit imperium? Quid de diuo
Claudio, ſancto ac uenerabili duce, qui eam quòd ipſe Gotthicis eſſet expeditionibus
occupatus, paſſus eſſe dicitur imperare, idq́ꝫ occulte ac prudenter, ut illa ſeruãte Orien
talis fines imperij, ipſe ſecurius quæ inſtituerat perpetraret? Hęc oratio indicat, quid iu
dicij Aurelianus habuerit de Zenobia: cuius ea caſtitas fuiſſe dicitur, ut ne uirũ ſuum
quidem ſciret, niſi tentatis conceptionibus. Nam cum ſemel concubuiſſet, expectatis
menſtruis continebat ſe, ſi prægnans eſſet: Sin minus, iterum poteſtatem quærendis li-
beris dabat. Vixit regali pompa more magis Perſico. Adorata eſt more regum Perſa-
rum. Conuiuata eſt imperatorũ more Ro. Ad conciones galeata proceſſit cum limbo
purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam cyclade ueluti
fibula muliebri aſtricta, brachio ſæpe nudo. Fuit uultu ſubaquilo, fuſci coloris, oculis
ſupra modum uigentibus nigris, ſpiritus diuini, uenuſtatis incredibilis: tantus candor
in dentibus, ut margaritas eam pleriqꝫ putarent habere, nõ dentes. Vox clara & uirilis:
ſeueritas, ubi neceſſitas poſtulabat tyrannorũ: bonorum principum clementia, ubi pie
tas requirebat. Larga prudenter, conſeruatrix theſaurorum ultra fœmineum modum.
Vſa uehiculo carpentario, raro pilento, equo ſæpius. Fertur autem uel tria uel quatuor
millia frequenter cum peditibus ambulaſſe. Nata eſt Hiſpanorũ cupiditate: bibit ſæpe
cum ducibus, cum eſſet aliàs ſobria: bibit etiam cum Perſis atqꝫ Armenijs, ut eos uin-
ceret. Vſa eſt uaſis aureis gemmatis ad conuiuia, quibus & Cleopatra uſa eſt. In mini-
ſterio eunuchos grauioris ætatis habuit, puellas nimis raras. Filios latine loqui iuſſe-
rat, adeo ut Græce uel difficile, uel raro loquerẽtur. Ipſa latini ſermonis non uſquequa-
que ignara, ſed ut loqueretur pudore cohibita: loquebatur & Aegyptiace ad perfectũ
modum. Hiſtoriæ Alexandrinæ atqꝫ Orientalis ita perita, ut eam epitomaſſe dicatur.
Latinam autem Gręce legerat. Cum illam Aurelianus cepiſſet, atqꝫ in conſpectũ ſuum
ductam ſic appellaſſet: Quid ô Zenobia auſa es inſultare Romanis imperatoribus? Il
la dixiſſe fertur: Imperatorem te eſſe cognoſco qui uincis: Gallienum, & Aureolum,
& cæteros, principes non putaui. Victoriam mei ſimilem credens in conſortium regni
uenire ſi facultas locorum pateretur, optaui. Ducta eſt igitur per triumphum ea ſpecie,
ut nihil pompabilius populo Ro. uideretur. iam primum ornata gemmis ingentibus,
ita ut ornamentorũ onere laboraret. Fertur enim mulier fortiſſima ſæpiſſime reſtitiſſe,
cum diceret ſe gemmarum onera ferre nõ poſſe. Vincti erant præterea pedes auro, ma
nus etiam catenis aureis; nec collo aureum uinculũ deerat, quod ſcurra Perſicus præ-
ferebat. Huic ab Aureliano uiuere conceſſum eſt. Ferturq́ꝫ uixiſſe cum liberis, matro-
næ iam more Romanæ, data ſibi poſſeſſione in Tiburti, quæ hodieq́ꝫ Zenobia dicitur,
non longe ab Adriani palatio, atqꝫ ab eo loco cui nomen eſt Conche.

VICTORIA XXX

NOn tam digna res erat, ut etiam Victorina, ſiue Victoria in literas mitteretur, ni-
ſi Gallieni mores hoc facerent, ut memoria dignæ etiam mulieres cenſerentẽ. Vi-
ctoria enim ubi filiũ ac nepotem à militib. uidit occiſos, Poſthumũ, deinde Lollianum,
Mariũ etiam, quem principẽ milites nuncuparunt, interemptos, Tetricum, de quo ſu-
perius dictum eſt, ad imperium hortata eſt, ut uirile ſemper facinus auderet; inſignita
eſt præ-

eſt præterea hoc titulo, ut caſtrorum ſe diceret matrem. Cuſi ſunt eius nummi ærei, aurei, & argentei, quorum hodieq; forma extat apud Treuiros. quæ quidem non diutius uixit. Nam Tetrico imperante, ut pleriq; loquuntur, occiſa, ut alij aſſerunt, fatali neceſſitate cõſumpta. Hæc ſunt quæ de triginta Tyrannis dicenda uidebantur: quos ego in unum uolumen idcirco contuli, ne ſi de ſingulis ſingula quæq; narrarem, naſcerenẽ indigna faſtidia, & ea quæ ferre lector nõ poſſet. Nunc ad Claudium principem redeo, de quo ſpeciale mihi uolumen, quamuis breue, merito uitæ illius uidetur edendum, addito fratre ſingulari uiro, ita ut de familia tam ſancta & tam nobili ſaltẽ pauca referantur. Studioſe in medio fœminas poſui ad ludibriũ Gallieni, quo nihil prodigioſius paſſa eſt reſp. Ro. duos etiam nunc tyrannos, quaſi extra numerũ, quòd alieni eſſent temporis, additurus: unum qui fuit Maximini temporibus, alterum qui Claudij: ut tyrannorum triginta uiri hoc uolumine tenerentur. Quæſo qui expletum iam librum acceperas, boni cõſulas: atq; hos uolumini tuo uolens addas: quos ego quemadmodũ Valentem ſuperiorem huic uolumini, ſic poſt Claudium & Aurelianum his qui inter Tacitũ & Diocletianum fuerunt, addere deſtinaueram. Sed errorem meum maior hiſtoriæ diligentia tuæ eruditionis auertit. Habeo igitur gratiam, quòd titulum meum prudentię tuæ benignitas impleuit. Nemo in templo Pacis dicturus eſt, me fœminas inter tyrannos, cum riſu & ioco tyrannas uidelicet & tyrannides, ut ipſi de me ſolent iactare, poſuiſſe. Habent integrum numerum ex arcanis hiſtoriæ in meas literas datum. Titus enim & Cenſorinus, quorum unus, ut dixi, ſub Maximino, alter ſub Claudio fuit, ambo ab ijſdem militibus, à quibus purpura uelati fuerant, interempti ſunt.

TITVS

DOcet Dexippus, nec Herodianus tacet, omneſq; qui talia legenda poſteris tradiderunt, Titum tribunum Maurorũ, qui à Maximino inter priuatos relictus fuerat, timore uiolentæ mortis, ut alij dicunt: inuitum uero, & à militibus coactum, ut plerique aſſerunt, imperaſſe. Atq; hunc intra paucos dies poſt uindicatam defectionem, quam conſularis uir Magnus Maximino parauerat, à ſuis militibus interemptum. Imperaſſe autem menſibus ſex. Fuit hic uir de primis erga rempub. domi foriſq; laudabilis, ſed imperio parum felix. Alij dicunt, ab Armenijs ſagittarijs quos Maximinus ut Alexandrinos & oderat & offenderat, principem factum. Nec mireris tantam eſſe uarietatem de homine, cuius uix nomen agnoſcitur. Huius uxor Calphurnia, fuit ſancta & uenerabilis fœmina, de genere Cenſorinorũ, id eſt, Piſonum, quam maiores noſtri uniuiriam ſacerdotẽ inter ſacratiſſimas fœminas adorarunt: cuius ſtatuam in templo Veneris adhuc uidemus argolicam, ſed auratam. Hæc uniones Cleopatranas habuiſſe perhibetur. Hæc lancem centum librarum argenti, cuius pleriq; poetæ meminerunt, in qua maiorum eius expreſſa oſtenditur hiſtoria. Longius mihi uideor proceſſiſſe quàm res poſtulabat: ſed quid faciam? omnis ſcientia naturæ facilitate uerboſa eſt. Quare ad Cenſorinum reuertar, hominem nobilem: ſed qui non tam bono, quàm malo reip. ſeptem diebus dicitur imperaſſe.

CENSORINVS

CEnſorinus uir planè militaris, & antiquæ in curia dignitatis, bis conſul, bis præfectus prætorij, ter præfectus urbi, quarto procõſul, tertio cõſularis, legatus prætorius ſecundo, quarto ædilitius, tertio quæſtorius, extra ordinẽ quoq; legatione Perſica functus, etiam Sarmatica. Poſt omnes tamen honores cum in agro ſuo degeret ſenex, atq; uno pede claudicans uulnere, quod bello Perſico Valeriani temporibus acceperat, factus eſt imperator, & ſcurrarũ ioco Claudius appellatus eſt. Cumq; ſe grauiſſime gereret, neq; à militibus ob diſciplinam cenſoriam ferri poſſet, ab his ipſis à quibus factus fuerat, interemptus eſt. Extat eius ſepulchrũ, in quo grandibus literis circa Bononiam inciſi ſunt omnes eius honores, ultimo tamen uerſu adſcripto,

Felix ad omnia, infeliciſſimus imperator.

Extat eius familia Cenſorinorũ nomine frequentata: cuius pars Thracias odio rerum Romanarũ, pars Bithyniam petijt. Extat etiam domus pulcherrima adiuncta gẽtibus Flauijs

Flauijs, quæ quondam Titi principis fuiſſe perhibetur. Habes integrum numerũ Triginta tyrannorum, qui cum male nobis quidem, ſed bono animo cauſabaris. Da nunc cuiuis libellum, nõ tam diſerte, quàm fideliter ſcriptum. Neq; ego eloquentiam uideor pollicitus eſſe, ſed rem: qui hos libellos quos de uita principũ edidi, non ſcribo, ſed dicto: & dicto cum ea feſtinatione, quã ſi quid uel ipſe promiſero, uel tu petieris, ſic perurges, ut reſpirandi non habeam facultatem.

TREBELLII POLLIONIS

DIVVS CLAVDIVS

FELICITER uentum eſt ad principem Claudiũ, qui nobis intuitu Conſtantij Cæſaris cum cura in literis digerendus eſt. De quo ego idcirco recuſare nõ potui, quòd alios tumultuarios uidelicet imperatores ac regulos ſcripſeram eo libro, quem de Triginta tyrannis edidi, qui Cleopatranam etiam ſtirpem, & Victorianam, & quæ nunc eſt, detinet. Siquidem eò res proceſſit, ut mulierũ etiam uitas ſcribi Gallieni cõparatio effecerit. Neq; enim fas erat eum tacere principẽ, qui tantam generis prolem, qui bellũ Gothicum ſua uirtute confecit, qui manum publicis cladibus uictor impoſuit, qui Gallienũ prodigioſum imperatorem etiam ſi non autor conſilij fuit, tamen ipſe imperaturus bono generis humani à gubernaculis publicis depulit: qui ſi diutius in hac eſſet cõmoratus repub. Scipiones bonos, & Camillos, omnesq; illos ueteres ſuis uirtutibus ſuis conſilijs, ſua prouidentia reddidiſſet. Breue illius in imperio fuit tempus: ſed breue fuiſſet etiam ſi quãtum hominum uita ſuppetit, tantum uir talis imperare potuiſſet. Quid enim in illo nõ mirabile? quid non conſpicuum? quid non triumphalibus uetuſtiſſimis præferendũ? In quo Traiani uirtus, Antonini pietas, Auguſti moderatio, & magnorum principũ bona ſic fuerunt, ut non ab alijs exemplũ caperet, ſed etiam ſi illi nõ fuiſſent, hic cæteris reliquiſſet exemplum. Doctiſſimi mathematicorũ centum & uiginti annos homini ad uiuendũ datos iudicant, neq; amplius cuiquã iactitant eſſe cõceſſum: etiam illud addentes, Moſen ſolum, dei, ut Iudæorũ libri loquuntur, familiarem, CXXV annos uixiſſe: qui cum quereretur quòd iuuenis interiret, reſponſum ei ab incerto ferunt numine, neminẽ plus eſſe uicturũ. Quare etiã ſi C. & XXV annos Claudius uixiſſet, neceſſariã quidem mortẽ eius expectandam fuiſſe, ut Tullius de Scipione loquitur pro Milone, ſtupenda, & mirabilis docet uita. Quid enim magnum uir ille domi foriſq; non habuit? Amauit parentes. Quid mirum? Amauit & fratres. Iam poteſt dignũ eſſe miraculo. Amauit propinquos, res noſtris temporibus comparanda miraculo. Inuidit nulli, malos perſecutus eſt. Fures iudices palàm aperteq; damnauit. Stultis quaſi negligeret indulſit. Leges optimas dedit. Talis in repub. fuit, ut eius ſtirpem ad imperiũ ſummi principes eligerent, emendatior ſenatus optaret. In gratiam me quiſpiam putet Conſtantij Cæſaris loqui: ſed teſtis eſt & tua conſcientia, & uita mea, nihil unquam cogitaſſe, dixiſſe, feciſſe gratioſum. Claudium principem loquor, cuius uita, probitas, & omnia quę in republica geſſit, tantam poſteris famam dedere, ut ſenatus populuſq; Ro. nouis eum honoribus poſt mortem affecerit. Illi clypeus aureus, uel, ut grammatici loquuntur, clypeum aureum ſenatus totius iudicio in Romana curia collocatũ eſt, ut etiam nunc uidetur. Expreſſa thorace uultus eius imago. Illi quod nulli antea, populus Ro. ſumptu ſuo in Capitolio ante Iouis optimi maximi templũ ſtatuã aureã decem pedũ collocauit. Illi totius orbis iudicio in roſtris poſita eſt columna, palmata ſtatua ſuperfixa, librarũ argenti mille quingentarum. Ille uelut futurorũ memor, gentes Flauias, quæ Veſpaſiani & Titi, nolo aũt dicere Domitiani, fuerãt, propagauit: ille bellũ Gotthicũ breui tẽpore impleuit. Adulator igit̃ ſenatus, adulator populus Ro. adulatrices exteræ gẽtes, adulatrices prouinciæ: ſiquidem

ſiquidem omnes ordines, omnis ætas, omnis ciuitas ſtatuis, uexillis, coronis, fanis, arcubus bonum principem aris ac templis honorauerũt. Intereſt eorũ qui bonos imitantur principes, & totius orbis humani intereſt cognoſcere, quæ de illo uiro ſenatuſconſulta ſint, ut omnes iudicium publicæ mentis agnoſcant. Nam cum eſſet nunciatũ nono Cal. Apriles ipſo in ſacrario matris ſanguinis die Claudium imperatorem factum, neq; cogi ſenatus ſacrorũ celebrandorum cauſa poſſet, ſumptis togis itum eſt ad Apollinis templum, ac lectis literis Claudij principis, hæc in Claudium dicta ſunt: Auguſte Claudi, dij te nobis præſtent: dictum ſexagies. Claudi Auguſte, principem te, aut qualis tu es, ſemper optauimus: dictum quadragies. Claudi Auguſte, te reſp. requirebat: dictum quadragies. Claudi Auguſte, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus ſenator, tu uere princeps: dictum octuagies, Claudi Auguſte, tu nos ab Aureolo uindica: dictũ quinquies. Claudi Auguſte, tu nos à Palmyrenis uindica: dictum quinquies. Claudi Auguſte, tu nos à Zenobia & à Victoria libera: dictum ſepties. Claudi Auguſte, Tetricus nihil fuit: dictum ſepties. Qui primum ut factus eſt imperator, Aureolum qui grauior reip. fuerat, quod multum Gallieno placebat, conflictu habito à reip. gubernaculis depulit: tyrannumq; miſſis ad populum edictis, datis etiam ad ſenatum orationibus iudicauit. His accedit, quòd arrogantem Aureolum, & fœdus petentem, imperator grauis & ſeuerus non audiuit, reſponſo tali repudiatum: Hæc à Gallieno petenda fuerant, qui conſentire moribus poterat, & timere. Deniq; iudicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum uitæ ac moribus ſuis habuit: & hunc tamen quidam hiſtorici laudare conati ſunt, & ridicule quidem. Nam Gallus Antipater, ancillariorum & hiſtoricorum dehoneſtamentũ, principium de Aureolo ſic habuit: Venimus ad imperatorem nominis ſui. Magna uidelicet uirtus, ab auro nomen accipere. At ego ſcio, ſæpius inter gladiatores bonis pugnatoribus hoc nomen appoſitum. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum. Sed redeamus ad Claudium. Nam ut ſuperius diximus, illi Gotthi, qui euaſerant eo tempore, quo illos Macrianus eſt perſecutus, quoſq; Claudius emitti non ſiuerat, ne quid fieret quod effectum eſt, omnes gentes ſuorum ad Romanas incitauerunt prædas. Deniq; Scytharum diuerſi populi, Peucini, Trutungi, Auſtrogoti, Virtingui, Sigipedes, Celtæ etiam & Heruli prædæ cupiditate in Romanum ſolum & remp. uenerunt, atq; illic pleraq; uaſtarunt, dum alijs occupatus eſt Claudius, dumq; ſe ad id bellum quod confecit, imperatorie inſtruit, ut uideantur fata Romana boni principis occupatione lentata. Sed credo, ut Claudij gloria accreſceret, eiuſq; fieret glorioſior toto penitus orbe uictoria. Armatarũ deniq; gentium trecenta uiginti millia, tunc fuere. Dicat nũc qui nos adulationis accuſat, Claudium minus eſſe † amabilem. Armatorum trecenta xx. millia. Quis tandem Xerxes hoc habuit? quæ fabella iſtum numerum effinxit? Quis poeta compoſuit? trecenta uiginti millia armatorum fuerunt. Adde ſeruos, adde familias, adde carraginem, & epota flumina, cõſumptaſq; ſyluas. Laboraſſe deniq; terram ipſam, quæ tantum Barbarici timoris accepit. Extat ipſius epiſtola miſſa ad ſenatum legenda ad populum, qua indicat de numero Barbarorum, quæ talis eſt: Senatui P. Q. Ro. Claudius princeps (hanc autem ipſe dictaſſe perhibetur, ego uerba magiſtri memoriæ non requiro) P. C. militantes audite quod uerum eſt: CCCXX. millia Barbarorum in Romanum ſolum armati uenerunt: hæc ſi uicero, uos uicem reddite meritis: ſi non uicero, ſcitote me poſt Gallienum uelle pugnare. Fatigata eſt tota reſp. Pugnabimus poſt Valerianum, poſt Ingenuum, poſt Regillianum, poſt Lollianum, poſt Poſthumũ, poſt Celſum, poſt mille alios, qui contemptu Gallieni principis à rep. defecerunt. Non ſcuta, non ſpatæ, non pila iam ſuperſunt. Gallias & Hiſpanias uires reip. Tetricus tenet, & oẽs ſagittarios (quòd pudet dicere) Zenobia poſſidet. Quicquid fecerimus, ſatis grande eſt. Hos igitur Claudius ingenita illa uirtute ſeparauit. Hos breui tempore attriuit. De his uix aliquos ad patrium ſolum redire permiſit. Rogo quantum precium eſt clypeus in curia tantæ uictoriæ, quantum una aurea ſtatua. Dicit Ennius de Scipione: Quantam ſtatuam faciet Populus Ro. quantam columnã, quæ res tuas geſtas loquatur? Poſſumus dicere, Flauium Claudium unicum in terris principem, non columnis, non ſtatuis, ſed famæ uiribus adiuuari. Habuerunt præte-

Forte, quàm Annibalem

rea duo millia nauium, duplicē ſcilicet numerū, ꝗ̄ illum quo tota pariter Græcia, omniſq; Theſſalia, urbes etiā Aſiæ quondā expugnare conata eſt. Sed illud poeticus ſtylus fingit, hoc uera cōtinet hiſtoria. Claudio igitur ſcriptores adulamur, qui duo millia nauiū Barbararū, & trecēta uiginti millia armatorū deleuit, oppreſsit, attriuit: qui carraginem tantā quantā numerus hic armatorū ſibimet aptare potuit & parare, nūc incendia fecit, nunc cum omnibus familijs Romano ſeruitio deputauit, ut docet eiuſdē epiſtola, quam ad Iunium Brocchum ſcripſit Illyricum tuentem. Claudius Broccho: Deleuimus CCC.XX. millia Gotthorum, II. millia nauium merſimus. Tecta ſunt flumina ſcutis, ſpatis & lanceolis omnia littora operiuntur. Campi oſsib. latent tecti, nullum iter purum eſt, ingens carrago deſerta eſt. Tantum mulierū cepimus, ut binas & ternas mulieres uictor ſibi miles poſſit adiungere. Et utinā Gallienum non eſſet paſſa reſp. utinam ſexcentos tyrannos non pertuliſſet. Saluis militibus, quos prælia ſuſtulerunt: ſaluis legionibus, quas Gallienus male uictor occidit, quantum eſſet additum reip. Siquidē nūc uerba naufragij publici colligit noſtra diligentia ad Ro. reip. decus. Pugnatū eſt enim apud Mœſios, & multa prælia fuerunt apud Martianopolim, multi naufragio perierunt: pleriq; capti reges, captę diuerſarū gentium nobiles fœminæ: impletæ Barbaris ſeruis, ſenibuſq; cultoribus Romanę prouincię. Factus miles Barbarus, & colonus ex Gottho. Nec ulla fuit regio, quæ Gotthum ſeruū triumphali quodā ſeruitio nō haberet. Quid boum Barbarorū noſtri uidere maiores? quid ouium? quid equarum quas fama nobilitat Celticarū? Hoc totum ad Claudij gloriā pertinet. Claudius & ſecuritate remp. & opulentiæ nimietate donauit. Pugnatū præterea eſt apud Byzantios, ipſis qui ſuperfuerāt Byzantijs fortiter facientib. Pugnatū apud Theſſalonicēſes, quos Claudio abſente obſederant Barbari. Pugnatū in diuerſis regionib. & ubiq; auſpicijs Claudianis uicti ſunt Gotthi, prorſus ut iam tunc Conſtantio Cæſari nepoti futuro uideretur Claudius ſecuram parare rempub. Et bene uenit in mentem, exprimēda eſt ſors quæ Claudio data eſſe perhibet, eo magis, ut intelligāt omnes, genus Claudij ad felicitatem reip. diuinitus conſtitutum. Nam cum conſuleret factus imperator, quandiu imperaturus eſſet, ſors talis emerſit:

Tu qui nunc patrias gubernas oras,
Et mundum regis, arbiter deorum
In ueteres tuis nouellis.
Regnabunt etenim tui minores,
Et reges facient ſuos minores.

Item cum in Apennino de ſe conſuleret, reſponſum huiuſmodi accepit,

Tertia dum Latio regnantem uiderit æſtas. Item cum de poſteris ſuis,
His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Item cum de fratre Quintillo, quem cōſortem habere uolebat imperij, reſponſum eſt,

Oſtendent terris hunc tantum fata.

Quæ idcirco poſui, ut ſit omnibus clarū, Conſtantiū diuini generis uirū ſanctiſsimum Cęſarē, & Auguſtę ipſum familiæ eſſe, & Auguſtos multos de ſe daturū, ſaluis Diocletiano & Maximiniano Auguſtis, & eius fratre Galerio. Sed dū hęc à diuo Claudio aguntur, Palmyreni ducib. Sabba & Timogene cōtra Aegyptios bellū ſumūt, atq; ab his Aegyptia peruicacia & indefeſſa pugnādi cōtinuatione uincūtur. Dux tamē Aegyptiorū Probatus Timogenis inſidijs interēptus eſt. Aegyptij uero omnes ſe Ro. imperatori dediderūt, in abſentis Claudij uerba iurantes. Atticiano & Orphito COSS. auſpicia Claudiana fauor diuinus adiuuit. Nā cū ſe in Hæmi montē multitudo barbararū gentiū quæ ſuperfuerant, cōtuliſſet, illic ita fame ac peſtilētia laborarunt, ut iam Claudius dedignaret & uincere. Deniq; finitū eſt aſperrimū bellū, terroreſq; Romani nominis ſunt depulſi. Vera dici fides cogit, ſimul ut ſciant hi, qui adulatores nos exiſtimari cupiūt, id quod hiſtoria dici poſtulat, nō tacere. Eo tēpore quo parta eſt plena uictoria, pleriq; milites Claudij ſecūdis rebus elati, quæ ſapientiū quoq; animos fatigant, ita in prædā uerſi ſunt, ut nō cogitarēt, à paucisſimis ſe poſſe fatigari, dū occupati animo atq; corporib. auertendis prædis inſeruiūt. Deniq; in ipſa uictoria propè duo millia militū à paucis barbaris, & his qui fugerant, interempti ſunt. Sed ubi hoc comperit

comperit Claudius, omnes qui rebelles animos extulerant, conducto exercitu rapit,
atq; in uincula Romā etiam mittit ludo publico deputandos: ita id quod uel fortuna
uel miles egerat, uirtute boni principis æquatū eſt. Nec ſola de hoſte uictoria, ſed etiā
uindicta præſumpta eſt. In quo bello quod geſtū eſt, equitum Dalmatarū ingens exti-
tit uirtus, quòd originē ex ea prouincia Claudius uidebatur oſtēdere, quāuis alij Dar
danū, & ab Ilio Troianorū, atq; ipſo Dardano ſanguinē dicerent trahere. Fuerūt per
ea tempora & apud Cretam Scythæ, & Cyprū uaſtare tentarunt: ſed ubiq; morbo ex
ercitu laborante, ſuperati ſunt. Finito ſanè bello Gotthico, grauiſſimus morbus incre
buit: tunc cum etiā Claudius affectus morbo mortales reliquit, & familiare uirtutibus
ſuis petijt cœlum. Quo ad deos atq; ad ſidera demigrante, Quintillus frater eiuſdem,
uir ſanctus, & ſui fratris (ut uere dixerim) frater, delatū ſibi omniū iudicio ſuſcepit im-
perium, non hæreditariū, ſed merito uirtutū: qui factus eſſet imperator, etiam ſi frater
Claudij principis non fuiſſet. Sub hoc barbari qui ſuperfuerant, Anchialo uaſtata co-
nati ſunt Nicopolim etiam obtinere. Sed illi prouincialiū uirtute obtriti ſunt. Quintil-
lus aūt ob breuitatē temporis nihil dignum imperio gerere potuit. Nā ſeptimadecima
die, quòd ſe grauem & ſeriū contra milites oſtenderat, ac uerū principē pollicebatur,
eo genere quo Galba, quo Pertinax interemptus eſt. Et Dexippus quidē Claudium
non dicit occiſum, ſed tantum mortuū. Nec tamen addidit morbo, ut dubium ſentire
uideatur. Quoniā res bellicas diximus, de Claudij genere & familia ſaltē pauca dicen
da ſunt: ne ea quæ ſcienda ſunt, prӕteriſſe uideamur. Claudius, Quintillus, & Criſpus,
fratres fuerunt. Criſpi filia Claudia, ex ea & Eutropio nobiliſsimo gentis Dardanæ
uiro Conſtantius Cӕſar eſt genitus. Fuerunt etiā ſorores, quarū una Cōſtantina nomi
ne, nupta tribuno Aſſiriorū in primis annis defecit. De auis nobis parū cognitum. Va
ria enī plerię; prodiderunt. Ipſe Claudius inſignis morum grauitate, inſignis uita ſin-
gulari & unica caſtimonia, uini parcus, ad cibū promptus, ſtatura procerus, oculis ar-
dentibus, lato & pleno uultu: digitis uſq; adeo fortibus, ut ſæpe equis & mulis ictu pu-
gni dentes excuſſerit. Fecerat hoc etiā adoleſcens in militia, cū ludicro Martiali in cā-
po luctamen inter fortiſſimos quoſq; mōſtraret. Nam iratus ei qui non balteū, ſed ge-
nitalia ſibi contorſerat, oēs dentes uno pugno excuſſit. Quæ res indulgentiā meruit
pudore uindictæ: ſiquidē tunc Decius imperator, quo præſente fuerat perpetratum,
& uirtutem & uerecundiā Claudij publice prædicauit: donatumq; armillis & torqui-
bus, à militū congreſſu faceſſere præcepit, ne quid atrocius quàm luctamen exigit fa-
ceret. Ipſi Claudio liberi nulli fuerunt, Quintillus duos reliquit: Criſpus, ut diximus,
filiā. Nūc ad iudicia principū ueniamus, quæ de illo à diuerſis edita ſunt: & eatenus
quidē ut appareret quādoq; Claudiū imperatorē futurum. Epiſtola Valeriani ad Zo-
ſimionē procuratorem Syrię: Claudiū Illyricianæ gentis uirum tribunū Martiæ quin
tæ legioni fortiſſimę dedimus, uirum deuotiſſimis quibuſq; ac fortiſsimis ueterū præ-
ferendū. Huic ſalariū de noſtro priuato ærario dabis annuos frumēti modios tria mil-
lia: hordei ſex millia: Laridi libras duo millia: Vini ueteris ſextarios tria millia quin-
gentos: Olei boni ſextarios centum quinquaginta: Olei ſecūdi ſextarios ſexcentos: Sa
lis modios uiginti: Ceræ pondo centū quinquaginta: Fœni, paleæ, aceti, holeris, her-
barū, quantū ſatis eſt: Pellium tentoriarū decurias triginta: mulos annuos ſex: equos
annuos tres, camelos annuas decē: mulas annuas nouē: Argenti in opere annua pon
do quinquaginta: Philippeos noſtri uultus annuos centum quinquaginta, & in ſtre-
nis quadraginta ſeptem, & trientes centū ſexaginta. Item in caueos & ſcyphos pondo
undecim. Item in caueos & ſcyphos & zuma pondo undecim. Tunicas ruſſas milita-
res annuas, ſagochlamydes annuas duas. Fibulas argenteas inauratas duas. Fibulam
aureā cum acum Cypream unam. Balteū argenteum inauratū unum, annulum bige-
meum uncialē, brachialem unum unciarū ſeptem. Torquem librālē unum, caſſidem
inauratā unam. Scuta chryſographata duo: loricā unā, quam refundat. Lanceas Her-
culeanas duas, aclydes duas, falces duas, falces fœnarias quatuor. Cocū quem refun-
dat unū, mulionem quē refundat unum. Mulieres ſpecioſas ex captiuis duas. Albam
ſubſericam unā cum purpura ſuccubitana, ſubarmale unū cum purpura Maura. No-
tarium quem refundat unum, ſtructorem quem refundat unum. Accubitalium Cy-

A 2 priorum

priorum paria duo. Interulas puras. Togam quã refundat unam. Latũ clauum quem refundat unũ. Venatores qui obſequantur duos, carpentariũ unum. Curã prętorij unum. Aquariũ unum, Piſcatorẽ unum, Dulciariũ unũ. Ligni quotidiani põdo mille, ſi eſt copia: ſin minus, quantũ fuerit, & ubi fuerit. coctiliũ quotidiana batilla quatuor. Balneatorẽ unum, & ad balneas ligna: ſin minus, lauetur in publico. Iam cætera quæ propter minutias ſuas ſcribi nequeunt, pro moderatione præſtabis, ſed ita, ut nihil ad deretur. Et ſi alicubi aliquid defuerit, non preciũ, nec in minimo exigatur. Hęc aũt omnia idcirco ſpecialiter nõ quaſi tribuno, ſed quaſi duci detuli: quia uir talis eſt, ut ei plura etiam deferenda ſint. Item ex epiſtola eiuſdẽ alia inter cætera ad Ablauiũ Muræmã præfectũ prætorij. Deſine aũt conqueri, quòd adhuc Claudius eſt tribunus, nec exercitus ducem loco accipit, unde etiam ſenatum & populum conqueri iactabas. dux factus eſt, & dux totius Illyrici. habet in poteſtatẽ Thracias, Mœſos, Dalmatas, Pannonios, Dacos exercitus: uir ille ſummus noſtro quoq; iudicio ſperet conſulatum, ſi eius animo accommodum eſt, quando uoluerit, accipiat prætorianam, accipiat præfecturam. Sanè ſcias tantum ei à nobis decretum ſalarij, quantum habet Aegypti præfectura: tantum ueſtium, quantum proconſulatui Africano detulimus: tantũ argenti; quantum accipit curator Illyrici Metarius: tantũ miniſteriorum, quantum nos ipſi nobis per ſingulas quaſq; decernimus ciuitates: ut intelligant omnes quæ ſit noſtra de uiro tali ſententia. Item epiſtola Decij de eodem Claudio: Decius Meſſalæ præſidi Achaiæ ſalutem. Inter cætera Tribunum uero Claudium, optimum iuuenem, fortiſſimum militem, conſtantiſſimum ciuem, caſtris, ſenatui & reip. neceſſarium, in Thermopylas ire præcepimus: mandata eidem cura Peloponnenſium, ſcientes, neminem melius omnia quæ iniungimus, eſſe curaturum. Huic ex regione Dardania dabis milites ducentos, ex cataphractarijs centum, ex equitibus c. & ſexaginta, ex ſagittarijs Creticis ſexaginta, ex tyronibus bene armatos mille. Nam bene illi noui creduntur exercitus. Neque enim illo quiſquam deuotior, fortior, grauior inuenitur. Item epiſtola Gallieni, cum nuntiatum eſſet per frumentarios Claudium iraſci, quòd ille mollius uiueret. Nihil me grauius accepit, quàm quòd notoria tua intimaſti, Claudium parentem, amicumq; noſtrũ inſinuatis ſibi falſis pleriſq; grauiter iraſci. Quæſo igitur mi Venuſte, ſi mihi fidem exhibes, ut eum facias à Grato & Herenniano placari, neſcientibus hoc militibus Daciſianis, qui iam ſæuiunt, ne grauiter ferant. Ipſe ad eum dona miſi, quæ ut libenter accipiat tu facias. Curandum præterea eſt, ne me hoc ſcire intelligat, ac ſibi ſuccenſere iudicet, & pro neceſſitate ultimum conſilium capiat. Miſi autem ad eum pateras gemmatas trilibres duas. Scyphos aureos gemmatos trilibres duos: diſcum corymbiatum argenteum librarum uiginti. Lancẽ argenteam pampinatam librarum triginta. Pateram argenteam hederatam librarum XX & III. Voleta alieuticum argenteum librarum XX. Vrceos duos auro incluſos, argenteos librarum ſex, & in uaſis minoribus argenti libras XXV. Calices Aegyptios, operiſq; diuerſi decem. Clamydes ueri luminis limbatas duas. Veſtes diuerſas XVI. Albam ſubſericam paragaudem triuncem unam. Zanchas de noſtris parthicis paria tria. Singiliones Dalmatenſes X. Clamydem Dardanicam mantuelem unam. Penulam Illyricianam unam. Bardocucullum unum. Cucutia uilloſa duo. Oraria ſarabadena quatuor. Aureos ualerianos CL. Trientes ſaloninianos CCC. Habuit & ſenatus iudicia priuſquam ad imperium perueniret ingentia. Nam cum eſſet nuntiatum, illum cũ Macriano fortiter contra gentes in Illyrico dimicaſſe, acclamauit ſenatus: Claudi dux fortiſsime habeas uirtutibus tuis, deuotioni tuæ. Claudio ſtatuam omnes dicamus. Claudium conſulem omnes cupimus. Qui amat remp. ſic agit: qui amat principes, ſic agit. Antiqui milites ſic egerũt. Felicem te Claudi iudicio principum, felicem te uirtutibus tuis, conſulem te te præfectum. Viuas Valerie, ameris à principe. Longum eſt tam multa quàm meruit uir ille perſcribere: unum tamen tacere non debeo, quòd illum & ſenatus & populus, ante imperium, & poſt imperium ſic dilexit, ut ſatis conſtet,
neq; Traianũ, neq; Antoninos, neq; quenquam alium
principem ſic amatum.

FLAVII'

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

DIVVS AVRELIANVS

HILARIBVS, quibus omnia feſta & fieri debere ſcimus, & dici, impletis ſolennibus, uehiculo ſuo me & iudiciali carpẽto præf. urbis uir illuſtris, ac præfata reuerentia nominandus Iunius Tiberianus accepit. ibi cũ animus à cauſis atq; à negotijs publicis ſolutus ac liber uacaret, ſermonẽ multum à palatio uſq; ad hortos Varianos inſtituit: & in ipſo præcipue de uita principũ. Cumq; ad templum Solis ueniſſemus, ab Aureliano principe conſecratũ, quòd ipſe non nihilũ ex eius origine ſanguinem duceret, quęſiuit à me, quis uitã eius in literas retuliſſet. Cui ego cũ reſpondiſſem, neminem à me Latinorũ, Græcorum aliquos lectitatos, dolorem gemitus ſui uir ſanctus per hæc uerba profudit: Ergo Therſitem, Sinonẽ, cæteraq; illa prodigia uetuſtatis, & nos bene ſcimus, & poſteri frequentabunt: diuum Aurelianum, clariſsimũ principem, ſeueriſſimũ imperatorem, per quem totus Romano nomini orbis eſt reſtitutus, poſteri neſcient? Deus auertat hanc amentiã. Et tamen, ſi bene noui, ephemeridas illius uiri ſcriptas habemus, etiam bella charactere hiſtorico digeſta, quæ uelim accipias, & per ordinẽ ſcribas, additis quæ ad uitam pertinent. Quæ omnia ex libris linteis, in quibus ipſe quotidiana ſua ſcribi præceperat, pro tua ſedulitate condiſces. Curabò aũt, ut tibi ex Vlpia bibliotheca & libri lintei proferantur. Tu uelim Aurelianũ, ita ut eſt, quatenus potes, in literas mittas. Parui ipſe quidẽ præceptis: accepi libros Græcos, & oĩa mihi neceſſaria in manum ſumpſi: ex quibus & quæ digna erant memoratu, in unum libellũ contuli. Tu uelim meum munus boni conſulas. Et ſi hoc cõtentus nõ fueris, lectites Græcos, linteos etiã libros requiras, quos Vlpia tibi bibliotheca cum uolueris, miniſtrabit. Et quoniã ſermo nobis de Trebellio Pollione, qui à duobus Philippis uſq; ad diuum Claudiũ, & eius fratrẽ Quintillum, imperatores tam claros ꝗ̃ obſcuros memoriæ prodidit, in eodem uehiculo fuit, aſſerente Tiberiano, quòd Pollio multa incurioſe, multa breuiter prodidiſſet: me contrà dicente, neminẽ ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non aliquid eſſe mentitũ: prodente quinetiã in quo Liuius, in quo Salluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo deniq; Trogus manifeſtis teſtibus conuincerentur: pedibus in ſententiã tranſitum faciens, ac manũ porrigens iucundam, præterea, ſcribe, inquit, ut libet, ſecurus, quod uelis dicas, habiturus mendaciorũ comites, quos hiſtoricæ eloquentiæ miramur autores. Ac ne multa & friuola procemijs odioſus intexam: diuus Aurelianus ortus, ut plures loquunt̃, Sirmij, familia obſcuriore: ut nonnulli, Dacia ripenſi. Ego aũt legiſſe me memini autorem, qui eum Mœſia genitũ prædicaret. Et euenit quidẽ, ut de eorum uirorũ genitali ſolo neſciatur, qui humiliori loco nati pleriq; ſolum genitale cõfingunt, ut dent poſteritati de locorũ ſplendore fulgorem. Nec tamen magnorũ principum uirtutibus ſumma ſciendi eſt, ubi quiſq; ſit genitus, ſed qualis in rep. fuerit. An Platonẽ magis commendat quòd Athenienſis fuerit, quàm quòd unicũ ſapientiæ munus illuxerit? An eo minores inueniuntur Ariſtoteles Stagirita, Eleateſq; Zenon, aut Anacharſis Scytha, quòd in minimis nati ſunt uiculis, cum illos ad cœlũ omnis philoſophiæ uirtus extulerit? Atq; ut ad ordinẽ redeam: Aurelianus modicis ortus parentibus, à prima ætate ingenio uiuaciſſimus, uirib. clarus, nullum unꝗ̃ diem prætermiſit, quamuis feſtũ, quamuis uacantẽ, quo nõ ſe pilo & ſagittis cæteriſq; armorũ exerceret officijs. Matrẽ quidẽ eius Callicrates Tyrius, Græcorũ longe doctiſſimus ſcriptor, ſacerdotẽ templi Solis, in eo uico in quo habitabant parentes, fuiſſe dicit. Habuiſſe quinetiã non nihilum diuinationis, adeo ut aliquando marito ſuo iurgans ingeſſerit, cum eius & ſtultitiam increparet & utilitatem, En impe

ratoris patrem. Ex quo conſtat, illam mulierem ſciſſe fatalia. Idem dicit, auſpicia imperij Aureliano hæc fuiſſe: Primum pueri eius peluem ſerpentem plerunq; cinxiſſe, neque unquam occidi potuiſſe. Poſtremo ipſam matrem, quæ hoc uiderat, ſerpentem quaſi familiarem occidere noluiſſe. His accedit, quòd ex palliolo purpureo, quod Soli ſui temporis imperator obtulerat, ſacerdos mulier crepundia filio feciſſe perhibetur. Addit etiam illud, quòd uinctum faſciola Aurelianum aquila innoxie de cunis leuauerit, & in aram poſuerit, quæ iuxta ſacellum fortè ſine ignibus erat. Idem autor eſt, uitulum matri eius natum miræ magnitudinis, candidum; ſed purpurantibus maculis, ita ut haberet in latere uno auem, in alio coronam. Multa ſuperflua in eodem legiſſe memini: quippe qui aſſeuerat etiam roſas in eiuſdem mulieris corte, nato Aureliano, exiſſe purpureas, odoris roſei, floris aurei. Fuerunt & poſtea multa omina iam militanti futuri, ut res monſtrauit, imperij. Nam ingrediente eo Antiochiam in uehiculo, quòd præ uulnere tunc equo ſedere non poſſet, ita pallium purpureum, quod in honorem eius expanſum fuerat, decidit ut humeros eius tegeret. Et cum in equum tranſire uellet, quia inuidioſum tunc erat uehiculis in ciuitate uti, equus eſt ei imperatoris applicitus, cui per feſtinationem inſedit. Sed ubi comperit, ſemet ad ſuum tráſtulit. Data eſt ei præterea cum legatus ad Perſas iſſet, patera, qualis ſolet imperatoribus dari à rege Perſarum: in qua inſculptus erat Sol eo habitu, quo colebatur ab eo templo, in quo mater eius fuerat ſacerdos. Donatus eidem etiam elephantus præcipuus, quem ille imperatori obtulit: ſolusq; omniū priuatus Aurelianus elephanti dominus fuit. Sed ut hæc & talia omittamus, fuit decorus, & gratia uiriliter ſpecioſus: Statura procerior, neruis ualidiſsimis, uini & cibi paulo cupidior, libidinis raræ, ſeueritatis im mēſæ, diſciplinæ ſingularis, gladij exercēdi cupidus. Nam cum eſſent in exercitu duo Aureliani tribuni, hic, & alius qui cum Valeriano captus eſt, huic ſignum exercitus appoſuerat, manu ad ferrum: ut ſi fortè quæreretur quis Aurelianus aliquid uel feciſſet uel geſſiſſet, ſuggereretur, Aurelianus manu ad ferrum, atq; cognoſceretur. Priuati huius multa extant egregia facinora. Nam erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis præſidiarijs ſolus attriuit. Refert Theoclius Cæſareorum temporum ſcriptor, Aurelianum manu ſua bello Sarmatico una die quadraginta & octo interfeciſſe. Plurimis autem & diuerſis diebus ultra nongentos quinquaginta: adeo ut etiam baliſtea pueri & ſalatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus feſtis militariter ſaltitarent, Mille, mille, mille, mille, mille, mille decollauimus: Vnus homo mille, mille, mille, mille, decollauimus. Mille, mille, mille uiuat, qui mille, mille occidit. Tantum uini habet nemo, quantum fudit ſanguinis. Hæc uideo eſſe perfriuola: ſed quia ſuprascriptus autor ita eadem ut ſunt Latina, ſuis ſcriptis inſeruit, tacenda eſſe non credidi. Idem apud Maguntiacum tribunus legionis ſextæ Gallicanæ, Francos irruentes cum uagarentur per totam Galliam, ſic adflixit, ut trecentos ex his captos, ſeptingentis interemptis ſub corona uendiderit. Vnde iterum de eo facta eſt cantilena: Mille Francos, mille Sarmatas ſemel occidimus: Mille, mille, mille, mille, mille Perſas quærimus. Hic autem, ut ſuprà diximus, militibus ita timori fuit, ut ſub eo poſtea q̃ ſemel cum ingenti ſeueritate caſtrenſia peccata correxit, nemo peccauerit. Solus deniq; omnium militem, qui adulteriū cum hoſpitis uxore cōmiſerat, ita puniuit, ut duarū arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, eaſdemq; ſubito dimitteret, ut ſciſſus ille utrinq; penderet. Quæ res ingentē timorem omnibus fecit. Huius epiſtola

Lex militum

militaris eſt ad uicariū ſuum data huiuſmodi: Si uis tribunus eſſe, imò ſi uis uiuere, manus militū contine. Nemo pullū alienū rapiat, ouē nemo contingat. Vuã nullus auferat, ſegetē nemo deterat: oleū, ſal, lignū nemo exigat, annona ſua cōtentus ſit. De præda hoſtis, non de lachrymis prouincialiū habeat: arma terſa ſint: ferramēta ſamiata, calciamēta fortia. Veſtis noua ueſtē ueterē excludat. Stipendiū in baltheo, non in popina habeat. Torquē brachialē & annulū apponat: equū ſaginariū ſuum defricet, captū animal nō uendat, mulū centuriatū comiter curet. Alter alteri quaſi ſeruus obſequatur: à medicis gratis curentur. Aruſpicibus nihil dent: in hoſpitijs caſte ſe agãt: qui litem fecerit, uapulet. Inueni nuper in Vlpia bibliotheca inter linteos libros epiſtolã diui Valeriani de Aureliano principe ſcriptã: quam ad uerbū, ut decebat, inſerui: Valerianus

Auguſtus

Auguſtus Antonino Gallo conſuli: Culpas me familiaribus literis, quòd Poſthumo
filium meum Gallienũ magis quàm Aureliano cõmiſerim, cum utiq; ſeueriori & puer
credendus fuerit & exercitus: nec tu id diutius iudicabis, ſi bene ſcieris quantæ ſit Au
relianus ſeueritatis. Nimius eſt, multus eſt, grauis eſt, & ad noſtra iam non facit tempo
ra. Teſtor aũt omnes deos, me etiam timuiſſe, ne quid etiã erga filium meum ſeuerius ſi
quid ille feciſſet, ut eſt natura pronus ad ludicra, ſæuius cogitaret. Hac epiſtola indicat
quantæ fuerit ſeueritatis, ut illum Valerianus etiam timuiſſe ſe dicat. Eiuſdem Valeria
ni alia eſt epiſtola, quæ laudes illius continet: quam ego ex ſcrinijs præfecturæ urbanę
protuli. Nam illi Romam uenienti ſalaria ſui ordinis ſunt decreta. Exemplum epiſto-
læ: Valerianus Auguſtus Ceionio Albino præſ. urbi: Vellemus quidem ſingulis qui-
buſq; deuotiſſimis reip. uiris multo maiora deferre cõpendia, ꝗ̃ eorum dignitas poſtu
lat, maxime ubi honorem uita cõmendat. Debet enim quid præter dignitatẽ pretium
eſſe meritorum: ſed facit rigor publicus, ut accipere de prouinciarum oblationibus ul
tra ordinis ſui gradum nemo plus poſſit. Aurelianum fortiſſimũ uirum ad inſpiciẽda
& ordinanda caſtra omnia deſtinauimus: cui tantum à nobis atq; ab omni rep. com-
muni totius exercitus confeſſione debet̃, ut digna illo uix aliqua uel nimis magna ſint
munera. Quid eñ in illo non clarũ? quid non Coruinis & Scipionibus cõferendum?
Ille liberator Illyrici, ille Galliarũ reſtitutor, ille dux magni totius exempli. Et tamen
nihil præterea poſſum addere tanto uiro ad muneris gratiã, ꝗ̃ patit̃ ſobria, & bene ge-
renda reſp. Quare ſynceritas tua mi parens chariſſime, ſupradicto uiro efficiet, quam-
diu Romæ fuerit, panes militares mũdos ſexdecim, panes militares caſtrenſes quadra
ginta. Vini menſalis ſextarios quadraginta, porcellũ dimidiũ. Gallinaceos duos, por-
cinæ pondo triginta, bubulæ põdo quadraginta. Olei ſextariũ unũ, & item olei ſecũdi
ſextarium unũ. Liquaminis ſextariũ unum, ſalis ſextariũ unũ. Herbas olerũ quantũ ſa
tis eſt. Sanè quoniã ei aliquid præcipue decernendũ eſt, quãdiu Romæ fuerit, pabula
extra ordinẽ decernes. Ipſi aũt ad ſumptus, aureos Antoninianos diurnos binos, ar-
genteos Philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centũ, reliqua per præfe
ctos ærarij præbebunt̃. Friuola hæc fortaſſis cuipiã & nimis leuia eſſe uideant̃, ſed cu
rioſitas nihil recuſat. Habuit ergo multos ducatus, plurimos tribunatus, uicarias ducũ
& tribunorum diuerſis temporibus propè quadraginta, uſq; adeo, ut etiam Vlpij Cri-
niti, qui ſe de Traiani genere referebat, & fortiſſimi re uera uiri, & Traiani ſimillimi,
qui pictus eſt cum eodem Aureliano in templo Solis, quem Valerianus Cæſaris loco
habere inſtituerat, uicem ſumeret, exercitum duceret, limitem reſtitueret, prædam mi
litibus daret: Thracias bobus, equis, mancipijs, captiuis locupletaret: manubias in pa
latio collocaret: quingentos ſeruos, duo millia uaccarum, equas mille, ouium decem
millia, caprarum quindecim, in priuatam uillam Valeriani congereret. Tunc enim Vl
pius Crinitus publice apud Byzantium ſedenti Valeriano in thermis egit gratias, di-
cens, Magnum de ſe iudicium habitum, quòd eidem uicarium Aurelianum dediſſet:
quare eum ſtatuit arrogare. Intereſt epiſtolas noſſe Aureliano ſcriptas, & ipſam arro-
gationẽ. Epiſtola Valeriani ad Aurelianũ: Si eſſet alius Aureliane iucundiſſime, qui
Vlpij Criniti uicem poſſet implere, tecũ de eius uirtute ac ſedulitate conferrem. Nunc
tecum requirere potuiſſem. Suſcipe bellum à parte Nicopolis, ne nobis ægritudo Cri
niti obſit. Fac quicquid potes. Multa nõ dico, in tua erit poteſtate militiæ magiſteriũ.
Habes ſagittarios Ityreos trecentos, Armenios ſexcentos, Arabas centũ quinquagin
ta, Saracenos ducentos, Meſopotamios auxiliares quadringentos: habes legionẽ ter-
tiam Felicem, & equites cataphractarios octingentos. Tecũ erit Hartomundus, Hal-
degaſtes, Hildomundus, Cariouiſcus. Commeatus à præfectis neceſſarius in omnib.
caſtris eſt cõſtitutus. Tuum eſt pro uirtutibus tuis atq; ſolertia illic hyemalia & æſtiua
diſponere, ubi tibi nihil deerit: quærere præterea ubi carrago ſit hoſtiũ, & uerè ſcire
quanti qualesq; ſint, ut non uinum aut annona conſumatur, aut tela iaciantur, in qui-
bus res bellica conſtituta eſt. Ego de te tantum deo fauente ſpero, quantũ de Traiano
ſi uiueret, poſſet ſperare reſpub. Neq; enim minor eſt, in cuius locum fidemq; te legi.
Conſulatum cum eodem Vlpio Crinito in annum ſequentem à die undecimo Calen.
Iuniarum, in locum Gallieni & Valeriani ſperare te conuenit ſumptu publico. Leuan

da eſt enim paupertas eorum hominum, qui diu reip. uiuentes pauperes ſunt, & nullorum magis. His quoq; literis indicatur quantus fuerit Aurelianus, & re uera. neq; enim quiſquam aliquando ad ſummam rerum peruenit, qui non à prima ætate gradibus uirtutis aſcenderit. Literæ de conſulatu: Valerianus Auguſtus Aelio Xifidio præfecto ærarij. Aureliano, cui conſulatū detulimus ob paupertatē, qua ille magnus eſt, cæteris maior, dabis ad editionē Circenſium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære H—S quinquagies, tunicas multicias uiriles decem, lineas Aegyptias uiginti, mantelia Cypria paria duo, tapetia Afra decē, ſtragula Maura decem, porcos centum, oues centum: cōuiuium autem publicum edi iubebis ſenatoribus, equitibus Romanis: hoſtias maiores duas, minores quatuor. Et quoniam etiam de arrogatione aliqua me dixeram poſiturum, quæ ad tantum principem pertinerent, quæſo ne odioſior, uerboſiorúe ea re uidear, quam fidei cauſa inſerendam credidi ex libris Acholij, qui Magiſter admiſsionū Valeriani principis fuit, libro actorum eius nono. Cum conſediſſet Valerianus Auguſtus in thermis apud Byzantiū præſente exercitu, præſente etiā officio palatino, aſsidentibus Memmio Fuſco cōſule ordinario, Bebio Macro præfecto prætorij, Quinto Ancario præſide Orientis, aſsidētibus etiā à parte leua Auulnio Saturnino Scythici limitis duce, Murētio ad Aegyptū deſtinato, Iulio Tryphone Orientalis limitis duce, & Meceo Brunduſino præfecto annonæ orientis, & Vlpio Crinito duce Illyriciani limitis & Thracij, & Fuluio Boio duce Rhetici limitis, Valerianus Auguſtus dixit: Gratias tibi agit Aureliane reſp. quòd eam Gotthorū poteſtate liberaſti. Abundamus per te præda, abundamus gloria, & his omnibus, quibus Romana felicitas creſcit. Cape igitur tibi pro rebus geſtis tuis coronas murales quatuor, coronas uallares quinq;, coronas nauales duas, coronas ciuicas duas, haſtas puras decem. uexilla bicolora quatuor, tunicas ducales ruſſas quatuor, pallia proconſularia duo, togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam. Nam te cōſulem hodie deſigno ſcripturus ad ſenatum, ut tibi deputet ſcipionem, deputet etiam faſces. Hæc enim imperator non ſolet dare, ſed à ſenatu quando fit conſul accipere. Poſt hæc Valeriani dicta Aurelianus ſurrexit, atq; ad manus acceſsit, agens gratias militaribus uerbis, quæ propria & ipſa apponenda decreui. Aurelianus dixit: Et ego domine Valeriane imperator Auguſte, ideo cuncta feci, ideo uulnera patienter excepi, ideo & equos & cantherios meos laſſaui, ut mihi gratias ageret reſp. & conſcientia mea. At tu plus feciſti, ago ego gratias bonitati tuæ, & accipio cōſulatum quem das. Dij faciant, & deus certus Sol, ut & ſenatus de me ſic iudicet. Agentibus igitur gratias omnibus circumſtantibus, Vlpius Crinitus ſurrexit, atq; hac oratione uſus eſt: Apud maiores noſtros Valeriane Auguſte, quod & familiæ meæ amicum, ac proprium fuit, ab optimis quibuſq; in filiorum locum fortiſsimi uiri ſemper electi ſunt, ut uel ſeneſcentes familias, uel fœtus matrimonijs iam caducos ſubſtitutæ fœcunditas prolis ornaret. Hoc igitur quod Cocceius Nerua in Traiano adoptando, quod Vlpius Traianus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino, & cæteri deinceps propoſita ſuggeſtione fecerunt, iam in arrogando Aureliano, quem mihi uicarium iudicij tui autoritate feciſti, cenſui eſſe referendum. Iube igitur ut lege agatur, ſitq; Aurelianus hæres ſacrorū, nominis, & bonorum, totiusq; iuris, Vlpio Crinito iam conſulari uiro, ipſe ac tu Crinite iudex conſularis. Longum eſt cuncta pertexere. Nā & actæ ſunt Crinito à Valeriano gratiæ, & adoptio, ut ſolebat, impleta. Memini me in quodam libro Græco legiſſe, quod tacendum eſſe non credidi, mandatum eſſe Crinito à Valeriano, ut Aurelianus adoptaretur: idcirco præcipue, quòd pauper eſſet: ſed hoc in medio relinquendum puto. & quoniam ſuperius epiſtolam poſui qua ſumptus Aureliano ad conſulatum delatus eſt, quare poſuerim rem quaſi friuolam eloquendum putaui. Vidimus proxime conſulatum Furij Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non præmia dari aurigis, ſed patrimonia uiderentur, cum darentur tunicæ ſubſericæ lineæ paragaudæ, darentur etiam equi ingemiſcentibus frugi hominibus. Factum eſt enim, ut iam diuitiarum ſit non hominum conſulatus: quia utiq; ſi uirtutibus defertur, editorem ſpoliare non debent. Perierunt caſta illa tēpora, & magis ambitione populari peritura ſunt. Sed nos (ut ſolemus) hāc

quoq;

quoq; rem in medio relinquimus. His igit̃ tot ac talibus præiudicijs muneribusq́; fultus, Claudianis temporibus tantus enituit, ut poſt eum Quintillo quoq; fratre eius interempto, ſolus teneret imperiũ, Aureolo interfecto, cum quo Gallienus fecerat pacẽ. Hoc loco tanta eſt diuerſitas hiſtoricorũ, & quidẽ Græcorũ, ut alij dicãt, inuito Claudio ab Aureliano Aureolũ interfectũ, alij mandãte ac uolente, alij ab imperatore iam Aureliano eundem occiſum, alij uero adhuc priuato. Sed hæc quoq; media relinquemus, ab ipſis petenda per quos in literas miſſa ſunt. Illud tamen conſtat, omne contra Mæotidas bellum diuum Claudium nulli magis quàm Aureliano credidiſſe. Extat epiſtola, quam ego, ut ſoleo, fidei cauſa, imò ut alios annalium ſcriptores feciſſe uideo, inſerendam putaui. Flauius Claudius Valerio Aureliano ſuo ſalutem: Expetit à te munus ſolitum noſtra reſp. Aggredere, quid moraris? Tuo magiſterio milites uti uolo, tuo ductu tribunos. Gotthi oppugnandi ſunt. Gotthi à Thracijs amouendi. Eorum enim pleriq; Hæmi montem, Europamq́; uexant, qui te pugnante fugerunt. Omnes exercitus Thracios, oẽs Illyricianos, totumq́; limitem in tua poteſtate cõſtituo, ſolitam nobis ede uirtutẽ. Tecum erit etiã frater Quintillus cum occurrerit. Ego alijs rebus occupatus, ſummã belli illius uirtutibus tuis credo. Miſi ſanè equos decem, loricas duas, & cætera, quibus munire ad bellum euntem neceſsitas cogit. Secũdis igitur prælijs uſus auſpicijs Claudianis remp. in integrũ reddidit: atq; ipſe ſtatim, ut ſuprà diximus, cõſenſu omniũ legionũ factus eſt imperator. Equites ſanè oẽs ante imperiũ ſub Claudio Aurelianus gubernauit, cũ offenſam magiſtri eorũ incurriſſent, quòd temere Claudio non iubente pugnaſſent. Item Aurelianus contra Sueuos, & Sarmatas ijſdem temporibus uehementiſsime dimicauit, ac florentiſsimã uictoriã retulit: accepta eſt ſanè clades ſub Aureliano à Marcomannis per errorem. Nam dum is à fronte non curat occurrere, ſubito hoſtes erupere: dumq́; illos à dorſo perſequi parat, omnia circa Mediolanũ grauiter euaſtata ſunt. Poſtea tamẽ ipſi quoq; Marcomanni ſuperati ſunt. In illo aũt timore, quo Marcomanni cuncta uaſtabant, ingentes Romæ ſeditiones motæ ſunt pauentibus cunctis, ne eadem quæ ſub Gallieno fuerant, prouenirent. Quare etiam libri Sibyllini noti beneficijs publicis inſpecti ſunt: inuentũq́;, ut in certis locis ſacrificia fierent, quæ Barbari tranſire non poſſent. facta deniq; ſunt ea, quæ præcepta fuerant in diuerſo ceremoniarum genere: atq; ita Barbari reſtiterunt, quos omnes Aurelianus carptim uagantes occidit. Libet ipſius ſenatuſconſulti formã exponere, quo libros inſpici clariſsimorũ iuſsit autoritas: Die tertio Idus Ian. Fuluius Sabinus pretor urbanus dixit: Referimus ad uos P. C. Pontificum ſuggeſtionem, & Aureliani principis literas, quibus iubetur, ut inſpiciant̃ fatales libri, quibus ſpes belli terminandi ſacrato deorum imperio continetur. Scitis enim ipſi quotieſcunq; grauior aliquis extitit motus, eos ſemper inſpectos: neq; prius mala publica eſſe finita, q̃ ex ijs ſacrificiorum proceſsit autoritas. Tũc ſurrexit primæ ſentẽtiæ Vlpius Syllanus, atq; ita locutus eſt: Sero nimis P. C. de reip. ſalute conſulimus, ſero ad fatalia iuſſa reſpicimus, more languentiũ, qui ad ſummos medicos niſi in ſumma deſperatione nõ mittũt, proinde quaſi peritioribus uiris maior faciẽda ſit cura, cum omnibus morbis occurri ſit melius. Meminiſtis enim P. C. me in hoc ordine ſæpe dixiſſe iam tum, cum primũ nuntiatum eſt Marcomannos erupiſſe, conſulenda Sibyllæ decreta, utendum Apollinis beneficijs: recuſaſſe uero quoſdam, & cum ingenti calumnia recuſaſſe, cum adulando dicerent, tantam principis eſſe uirtutem, ut opus non ſit deos conſuli, proinde quaſi & ipſe uir magnus non deos colat, non de dijs immortalibus ſperet. Quid plura? audiuimus literas quibus rogauit opem deorum, quæ nunquã cuiquam turpis eſt, ut uir fortiſsimus adiuuetur. Agite igit̃ pontifices, quà puri, quà mundi, quà ſancti, quà ueſtitu animisq́; ſacris commodi templum aſcendite, ſubſellia laureata conſtituite, ueteranis manibus libros euoluite, fata reip. quæ ſunt æterna perquirite: patrimis matrimisq́; pueris carmen indicite: nos ſumptum ſacris, nos apparatum ſacrificijs, nos aris ambaruualia indicemus. Poſt hæc interrogati pleriq; ſenatores ſententias dixerunt, quas longum eſt innectere. Deinde alijs manus porrigentibus, alijs pedibus in ſententias euntibus, pleriſq; uerbo conſentientibus, conditum eſt S. C. Itum deinde ad templum, inſpecti libri, proditi uerſus, luſtrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratũ, ambaruualia *Manus porrigere in ſententijs*

promiſſa

promiſſa, atq; ita ſolennitas quæ iubebatur expleta eſt. Eſt epiſtola Aureliani de libris
Sibyllinis: nam ipſam quoq; indidi ad fidem rerum: Miror uos patres ſancti tandiu
Chriſtiani de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, perinde quaſi in Chriſtianorum eccleſia, non
in templo deorum omniũ tractaretis. Agite igitur, & caſtimonia pontificum, ceremo-
nijsq; ſolennibus iuuate principem neceſsitate publica laborantem. Inſpiciantur libri:
quæ facienda fuerint, celebrẽtur, quemlibet ſumptũ, cuiuslibet gentis captiuos, quæli
bet animalia regia non abnuo, ſed libens offero: neq; enim indecorum eſt dijs iuuanti
bus uincere: ſic apud maiores noſtros multa finita ſunt bella, ſic cœpta. Si quid eſt ſum
ptuum datis ad præfectũ ærarij literis decerni iuſsi. eſt præterea ueſtræ autoritatis ar-
ca publica, quam magis refertam eſſe reperio quàm cupio. Cum autẽ Aurelianus uel-
let omnibus ſimul facta exercitus ſui conſtipatione cõcurrere, tanta apud Placentiam
clades accepta eſt, ut Romanum penè ſolueret imperium. Et cauſa quidem huius pe-
riculi perfidia & calliditas barbarici fuit motus. Nam cum cõgredi aperto Marte non
poſſent, in ſyluas ſe denſiſsimas contulerunt, atq; ita noſtros ueſpera incumbente tur-
barunt. Deniq; niſi diuina ope poſt inſpectionem librorũ ſacrificiorumq; curas, mon-
ſtris quibuſdam ſpeciebusq; diuinis impliciti eſſent Barbari, Romana uictoria non fu
iſſet. Finito prælio Marcomannico, Aurelianus, ut erat natura ferocior, plenus irarũ
Romam petit uindictæ cupidus, quam ſeditionum aſperitas ſuggerebat: inciuilius de-
niq; uſus imperio, uir aliâs optimus, ſeditionum autoribus interemptis, cruentius ea,
quæ mollius fuerant curanda, compeſcuit. Interfecti ſunt enim nonnulli etiam nobiles
ſenatores, cum his leue quiddam, & quod contemni à mitiore principe potuiſſet, uel
unus, uel leuis, uel uilis teſtis obijceret. Quid multa? Magnum illud, & quod iam fue-
rat, & quod non fruſtra ſperatum eſt, infamiæ triſtioris ictu contaminauit imperium.
timeri cœpit princeps optimus, non amari: cum alij dicerent, perfodiendũ talem prin
cipem, non optandum: alij bonum quidem medicum, ſed mala ratione curantem. His
actis, cum uideret poſſe fieri, ut aliquid tale iterum, quale ſub Gallieno euenerat, pro-
ueniret, adhibito conſilio ſenatus, muros urbis Romæ dilatauit. Nec tamen pomœrio
addidit eo tempore, ſed poſtea. Pomœrio autẽ nemini principum licet addere, niſi ei,
qui agri barbarici aliqua parte Romanam remp. locupletauerit. Addidit autem Au-
guſtus, addidit Traianus, addidit Nero, ſub quo pontus Polemoniacus, & Alpes Cot
tiæ Romano nomini tributæ. Tranſactis igitur quæ ad ſectiones, atq; urbis ſtatum, &
ciuilia pertinebant, contra Palmyrenos, id eſt contra Zenobiam, quæ filiorum nomi-
ne Orientale tenebat imperium, iter flexit. Multa in itinere ac magna bellorum gene-
ra confecit. Nam in Thracijs & in Illyrico occurrẽs Barbaros uicit: Gotthorum quin-
etiam ducem Cannabam, ſiue Cannabaudem, cum quinq; millibus hominum trans
Danubium interemit. Atq; inde per Byzantium in Bithyniam tranſitum fecit, eamq;
nullo certamine obtinuit. Multa eius tam præclara facta ꝗ̄ dicta ſunt: ſed omnia libro
innectere nec poſſumus faſtidij euitatiõe, nec uolumus: ſed ad intelligẽdos mores atq;
uirtutem pauca libanda ſunt. Nam cũ Thyanã ueniſſet, eamq; occluſam reperiſſet, ira
tus dixiſſe fertur: Canẽ in hoc oppido non relinquã. Tunc & militibus acrius incum-
bentibus ſpe prædæ, & Heraclammone quodam timore ne inter cæteros occideret,
patriam ſuam prodente, ciuitas capta eſt. Sed Aurelianus duo ſtatim præcipua, quod
unum ſeueritatem oſtenderet, alterũ lenitatẽ, ex imperatoria mente monſtrauit. Nam
& Heraclammonem proditorem patriæ ſuæ ſapiens uictor occidit: & cum milites iu-
xta illud dictum, quo canem ſe relicturũ apud Thyaneos negaret, euerſionem urbis
expoſcerent, reſpondit ijs: Canem, inquit, negaui in hac urbe me relicturũ, canes oẽs
occidite. Grande principis dictũ, grandius militũ uotũ: nam dictũ principis, quo præ-
da negabatur, ciuitas ſeruabatur, totus exercitus ita quaſi ditaret, accepit. Epiſtola de
Heraclãmone. Aurelianus Auguſtus Mallio Chiloni: Occidi paſſus ſum, cuius quaſi
beneficio Thyanã recepi. Ego uero proditorẽ amare non potui: & libẽter tuli ꝙ eum
milites occiderũt: neq; enim mihi fidem ſeruare potuiſſet, qui patriæ non pepercit. So-
lum deniq; ex omnibus qui oppugnabantur, campus accepit. Diuitem hominem ne-
gare non poſſum, ſed cuius bona eius liberis reddidi: ne quis me cauſa pecuniæ locu-
pletem hominẽ occidi paſſum eſſe criminaret. Capta aũt ciuitas eſt miro modo. Nam
cum

cum Heraclammon locum oſtendiſſet aggeris naturali ſpecie tumentem, qua poſſet
Aurelianus cultus aſcẽdere, ille cõſcendit, atq; elata purpurea chlamyde, intus ciuib:
foris militibus ſe oſtendit. & ita ciuitas capta eſt, quaſi totus in muris Aureliani fuiſſet
exercitus. Taceri nõ debet res, quæ ad famã uenerabilis uiri pertinet. Fertur em̃ Aure
lianũ de Thyanæ ciuitatis euerſiõe uera dixiſſe, uera cogitaſſe: uerũ Apolloniũ Thya
næum celeberrimæ famæ autoritatisq; ſapientẽ, ueterem philoſophũ, amicũ uerũ deo
rum, ipſum etiã pro numine frequentandũ, recipienti ſe in tentoriũ ea forma qua uidet̃
ſubito aſtitiſſe: atq; hæc Latine, ut homo Pannonius intelligeret, uerba dixiſſe: Aure-
liane, ſi uis uincere, nihil eſt quod de ciuiũ meorũ nece cogites. Aureliane, ſi uis impe-
rare, à cruore innocentiũ abſtine. Aureliane, clemẽter te age, ſi uis uincere. Norat uul
tum philoſophi uenerabilis Aurelianus, atq; in multis eius imaginẽ uiderat templis.
Deniq; ſtatim attonitus, & imaginẽ, & ſtatuas, & templũ eidem promiſit, atq; in melio
rem rediјt mentem. Hæc ego à grauibus uiris cõperi, & in Vlpiæ bibliothecæ libris re
legi, & pro maieſtate Apollonij magis credidi. Quid enim illo uiro ſanctius? uenerabi
lius? antiquius? diuiniusq; inter homines fuit? Ille mortuis reddidit uitã. Ille multa ul-
tra homines & fecit & dixit: quæ qui uelit noſſe, Græcos legat libros, qui de eius uita
cõſcripti ſunt. Ipſe aũt, ſi uita ſuppetat, atq; ipſius uiri fauori uſquequaq; placuerit, bre
uiter ſaltẽ tanti uiri facta in literas mittã: non quo illius uiri geſta munere mei ſermonis
indigeant: ſed ut ea quæ miranda ſunt, omniũ uoce prædicent̃. Recepta Thyana, An-
tiochiã propoſita omnibus impunitate, breui apud Daphnem certamine obtinuit: atq;
inde præceptis quantũ probatur uenerabilis uiri Apollonij parens, humanior atq; cle
mentior fuit. Pugnatum eſt poſt hæc de ſumma rerum contra Zenobiam & Zabam
eius ſociam apud Emeſſam magno certamine. Cumq; Aureliani equites fatigati iam
penè diſcederent, ac terga darent, ſubito ui numinis, quod poſtea proditum, hortante
quadam diuina forma per pedites etiã equites reſtituti ſunt. Fugata eſt Zenobia cum
Zaba, & pleniſsime parta uictoria. Recepto igitur Orientis ſtatu, Emeſſam uictor Au
relianus ingreſſus eſt, ac ſtatim ad templum Heliogabali tetendit, quaſi cõmuni offi-
cio uota ſoluturus. Verũ illic eam formã numinis reperit, quam in bello ſibi fauentem
uidit. Quare & illic templa fundauit donarijs ingentibus poſitis, & Romæ Soli tem-
plum poſuit maiore honorificentia conſecratũ, ut ſuo dicemus loco. Poſt hæc Palmy-
ram iter flexit, ut ea oppugnata, laborum terminus fieret. Sed in itinere à latronibus
Syris male accepto frequẽter exercitu multa perpeſſus eſt, & in obſidione uſq; ad ictũ
ſagittæ periclitatus eſt. Epiſtola ipſius extat ad Mucaporem miſſa, in qua de eius belli
difficultate ultra pudorem imperialem fatetur. Romani me modo dicũt bellum con
tra fœminam gerere, quaſi ſola mecũ Zenobia, & ſuis uiribus pugnet, ac non hoſtium
quantum ſi uir à me oppugnandus eſſet, in conſcientia & timore longe deteriore. dici
non poteſt, quantũ hic ſagittarum, qui belli apparatus, quantũ telorum, quantum lapi
dum: nulla pars muri eſt, quæ nõ binis & ternis baliſtis occupata ſit: ignes etiã tormen
tis iaciuntur. Quid plura? nõ quaſi fœmina pugnat quaſi pœnã timens: ſed credo adiu-
turos Ro. remp. deos, qui nunquam noſtris conatibus defuerunt. Deniq; fatigatus, ac
pro malis feſſus, literas ad Zenobiam miſit, deditionem illius petens, uitã promittens,
quarum exemplum indidi. Aurelianus imperator Ro. orbis, & receptor oriẽtis, Ze
nobiæ cæteriſq;, quos ſocietas tenet bellica: Sponte facere debuiſtis id quod meis li
teris nunc iubetur: deditionem præcipio impunitate uitæ propoſita, ita ut illic Zeno-
bia cum tuis agas uitam, ubi te ex ſenatus ampliſsimi ſententia collocauero. Gemmas,
argentum, aurum, ſericum, equos, camelos in ærarium Ro. conferas. Palmyrenis ius
ſuum ſeruabitur. Hac epiſtola accepta, Zenobia ſuperbius inſolentiusq; reſcripſit, q̃
eius fortuna poſcebat, credo ad terrorem. Nam eius quoq; epiſtolæ exemplum indidi.
Zenobia regina Orientis Aureliano Auguſto: Nemo adhuc præter te quod poſcis,
literis petiјt. Virtute faciendũ eſt quicquid in rebus bellicis eſt gerendum. Deditionem
meam petis, quaſi neſcias, Cleopatram reginam perire maluiſſe, q̃ in qualibet uiuere
dignitate: Nobis Perſarum auxilia non deſunt, quæ iam ſperamus: pro nobis ſunt Sa-
raceni, pro nobis Armenij. Latrones Syri exercitum tuum Aureliane uicerunt: quid
igitur ſi illa uenerit manus, quæ undiq; ſperatur? pones profecto ſupercilium, quo nũc

mihi

mihi deditionem quaſi omnifariam uictor imperas. Hanc epiſtolam Nicomachus ſe tranſtuliſſe in Græcũ ex lingua Syrorum dicit ab ipſa Zenobia dictatam: nam illa ſuperior Aureliani Græca miſſa eſt. His acceptis literis, Aurelianus non erubuit, ſed iratus eſt: ſtatimq; collecto exercitu, ac ducibus ſuis, undiq; Palmyram obſedit: neq; quicquam uir fortis reliquit, quod aut imperfectum uideretur aut incuratum. Nam & auxilia, quæ à Perſis miſſa fuerãt, intercepit: & alas Saracenas Armeniasq; corrupit, atq; ad ſe modo ferociter, modo ſubtiliter tranſtulit, deniq; poſt multa mulierem potẽtiſsimam uicit. Victa igitur Zenobia cum fugeret camelis, quos dromadas uocitant, atq; ad Perſas iter tenderet, equitibus miſsis eſt capta, atq; in Aureliani poteſtatem deducta. Victor itaq; Aurelianus, totiusq; iam Oriẽtis poſſeſſor, cum in uinculis Zenobiã teneret, cum Perſis, Armenijs, Saracenis ſuperbior atq; inſolentior egit ea, quæ ratio temporis poſtulabat. Tunc illæ ueſtes, quas in templo Solis uidemus, conſertæ gemmis, tum Perſici dracones, & tiaræ, tum genus purpuræ, quod poſtea nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis uidit: de qua pauca ſaltẽ libet dicere. Meminiſtis enim fuiſſe in templo Iouis optimi maximi Capitolini pallium breue purpureũ laneſtre, ad quod cum matronæ, atq; ipſe Aurelianus iungerẽt purpuras ſuas, cineris ſpecie decolorari uidebantur cæteræ diuini comparatione fulgoris. Hoc munus rex Perſarum ab Indis interioribus ſumptum, Aureliano dediſſe perhibetur, ſcribens: Sume purpuram qualis apud nos eſt, ſed hoc falſum fuit. Nam poſtea diligentiſsime & Aurelianus & Probus, & proxime Diocletianus miſsis diligentiſsimis confectoribus, requiſiuerunt tale genus purpuræ, nec tamen inuenire potuerũt. Dicitur enim ſandix Indica talem purpuram facere, ſi curetur. Sed ad incepta redeamus. Ingens tamen ſtrepitus militũ fuit omnium, Zenobiam ad pœnam poſcentium. Sed Aurelianus indignum exiſtimans mulierem interimi, occiſis pleriſq;, quibus autoribus illa bellum mouerat, parauerat, geſſerat, triumpho mulierẽ reſeruauit, ut populi Romani oculis eſſet oſtentui. Graue inter eos, qui cæſi ſunt, de Longino philoſopho fuiſſe perhibet̃, quo illa magiſtro uſa eſſe ad Græcas literas dicitur. Quem quidem Aurelianus ideirco dicit̃ occidiſſe, quòd ſuperbior illa epiſtola ipſius diceret̃ dictata conſilio, quamuis Syro eſſet ſermone contexta. Pacato igitur Oriente, in Europam Aurelianus redijt uictor, atq; illic Carporũ copias afflixit: & cum illum Carpicum ſenatus abſentem uocaſſet, mandaſſe ilico fertur: Supereſt P. C. ut me etiam Carpiſculum uocetis. Carpiſculum enim genus calciamenti eſſe ſatis notum eſt, quod cognomen deforme uidebatur: cum & Gotthicus, & Sarmaticus, & Armenicus, & Parthicus, & Adiabenicus diceretur. Rarũ eſt ut Syri fidem ſeruent, imò difficile. Nam Palmyreni, qui iam uicti atq; contuſi fuerant, Aureliano rebus Europenſibus occupato non mediocriter rebellarũt. Sandarionem enim, quem in præſidio illic Aurelianus poſuerat, cum ſexcentis ſagittarijs occiderũt, Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperiũ. Verum adeo Aurelianus, ut erat paratus ex Europa reuertit: atq; urbem, quia ita merebat̃, euertit. Crudelitas deniq; Aureliani, uel, ut quidam dicunt, ſeueritas, eatenus extitit, ut epiſtola eius feratur, confeſſionem immaniſsimi furoris oſtentans, cuius hoc exemplũ eſt. Aurelianus Auguſtus Ceionio Baſſo: Non oportet ulterius progredi militum gladios, iam ſatis Palmyrenorũ cæſum atq; occiſum eſt. Mulieribus nõ pepercimus, infantes occidimus, ſenes iugulauimus, ruſticos interemimus, cui terras, cui urbẽ deinceps relinquemus? Parcẽdũ eſt ijs qui remanſerũt. Credimus eñ paucos tã multorũ ſupplicijs eſſe correctos. Templum ſanè Solis, quod apud Palmyram aquilifer legionis tertiæ cũ uexilliferis & draconario cornicinibus atq; liticinibus diripuerunt, ad eam formã uolo, quæ fuit, reddi. Habes trecentas auri libras Zenobiæ capſulis: habes argenti mille octingẽta pondo. De Palmyrenorum bonis habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohoneſtari templum: mihi & dijs immortalibus gratiſsimũ feceris. Ego ad ſenatũ ſcribam, petens ut mittat pontificem, qui dedicet templum. Hæ literæ ut uidemus, indicant ſatiatã eſſe immanitatem principis duri. Securior deniq; iterũ in Europam redijt: atq; illic oẽs qui uagabant̃, hoſtes nota illa ſua uirtute contudit. Interim res per Thracias Europamq; omnem Aureliano ingentes agente, Firmus quidam extitit, qui ſibi Aegyptũ ſine inſignibus imperij quaſi ut eſſet ciuitas libera, uindicauit. Ad quẽ continuo Aurelianus

Et hodie Itali ſcarpos uocãt

reuertit

reuertit. nec illi defuit felicitas ſolita. Nam Aegyptũ ſtatim recepit: atq; ut erat ferox a-
nimi, cogitatione multus, uehemẽter iraſcẽs quòd adhuc Tetricus Gallias obtineret,
Occidentem petijt: atq; ipſo Tetrico exercitum ſuum prodente, quòd eius ſcelera fer-
re non poſſet, deditas ſibi legiones obtinuit. Princeps igit̃ totius orbis Aurelianus pa-
catis per Occidentem Gallis, atq; undiq; terris, Romã iter flexit, ut de Zenobia & Te
trico, hoc eſt de Oriente & Occidente triumphũ Romanis oculis exhiberet. Non ab
re eſt cognoſcere, qui fuerit Aureliani triumphus. Fuit enim ſpecioſiſsimus. Currus re
gij tres fuerunt. In his unus Odenati, argento, auro, gemmis operoſus atq; diſtinctus:
Alter, quem rex Perſarũ Aureliano dono dedit, ipſe quoq; pari opere fabricatus: Ter-
tius, quem ſibi Zenobia cõpoſuerat, ſperans ſe urbem Romanã cum eo uiſurã, quod
illam nõ ſefellit: nam cum eo urbem ingreſſa eſt uicta & triumphata. Fuit alius currus
quatuor ceruis iunctus, qui fuiſſe dicit̃ regis Gotthorũ: quo, ut multi memoriæ tradide
runt, Capitoliũ Aurelianus inuectus eſt, ut illic cæderet ceruos, quos cum eodẽ curru
captos uouiſſe Ioui optimo maximo ferebat̃. Præceſſerũt elephanti uiginti, feræ man
ſuetæ Libycæ Palæſtinæ diuerſæ ducẽtæ: quas ſtatim Aurelianus priuatis donauit, ne
fiſcum annonis grauaret. Tigrides quatuor: camelopardali, alces, cætera talia per or-
dinem ducta: gladiatorum paria octingenta: præter captiuos gentium Barbararũ Ble
myes, Axomitæ, Arabes, Eudæmones, Indi, Bactriani, Hiberi, Saraceni, Perſæ, cum
ſuis quiq; muneribus: Gotthi, Alani, Roxolani, Sarmatę, Franci, Sueui, Vandali, Ger
mani religatis manibus captiui præceſſerunt. Inter hos etiam Palmyreni, qui ſuperfue
rant principes ciuitatis, & Aegyptij ob rebellionem. Ductæ ſunt & decem mulieres,
quas uirili habitu pugnantes inter Gotthos ceperat: cũ multę eſſent interemptæ, quas
de Amazonũ genere titulus indicabat. Prælati ſunt tituli gentiũ nomina continentes.
Inter hæc fuit Tetricus chlamyde coccinea, tunica galbina, braccis gallicis ornatus,
adiuncto ſibi filio, quem imperatorem in Gallia nuncupauerat. Incedebat etiã Zeno-
bia, ornata gemmis, catenis aureis, quas alij ſuſtentabãt. præferebant̃ coronæ omniũ
ciuitatum aureæ titulis eminentibus proditæ. Iam populus ipſe Ro. iam uexilla colle-
giorum atq; caſtrorum, & cataphractarij milites, & opes regiæ, & omnis exercitus, &
ſenatus, & ſi aliquanto triſtior, quòd ſenatores triumphari uidebat, multũ pompæ ad-
diderant. Deniq; uix nona hora in Capitolium peruenit, ſero aũt ad palatiũ. Sequen-
tibus diebus datæ ſunt populo uoluptates ludorum ſcenicorum, ludorum Cicenſium,
uenationum, gladiatorũ, naumachiæ. Non prætermittendum uidetur, quod & popu-
lus memoria tenet, & fides hiſtorica frequentauit: Aurelianum eo tempore, quo profi
ciſcebatur ad Orientem, bilibres coronas populo promiſiſſe, ſi uictor rediret: & cum
aureas populus ſperaret, neq; Aurelianus aut poſſet, aut uellet, coronas eum feciſſe
de panibus, qui nunc ſiliginei uocantur, & ſingulis quibuſq; donaſſe: ita ut ſiligineum
ſuum quotidie toto æuo ſuo, & unuſquiſq; reciperet, & poſteris ſuis dimitteret. Nam
idem Aurelianus & porcinã carnem populo Ro. diſtribuit, quæ hodieq; diuiditur: le-
ges plurimas ſanxit, & quidem ſalutares: ſacerdotia compoſuit, templum Solis funda
uit, & pontifices roborauit. Decreuit etiam emolumenta architectis & miniſtris. His
geſtis, ad Gallias profectus, Vindelicos obſidione barbarica liberauit: deinde ad Illyri
cum redijt, paratoq; magno potius quàm ingenti exercitu, Perſis, quos eo quoq; tem-
pore, quo Zenobiã ſuperauit, glorioſiſsime iam uicerat, bellum indixit. Sed cum iter
faceret apud Cænophrurium manſionem, quæ eſt inter Heracliam & Byzantiũ, ma-
litia notarij ſui, & manu Mucaporis interemptus eſt. Et cauſa occidendi eius quæ fue-
rit, & quemadmodum ſit occiſus, ne res tanta lateat, breui ediſſerã. Aurelianus, quod
negari nõ poteſt, ſeuerus, truculentus, ſanguinarius fuit princeps: Hic cum uſq; eò ſe-
ueritatem tetendiſſet, ut & filiam ſororis occideret, nõ magna, neq; ſatis idonea cauſa,
iam primum in odium ſuorum uenit. Incidit aũt, ut ſe res fataliter agunt, ut Mneſtheũ
quendam, quem pro notario ſecretorum habuerat, libertum, ut quidam dicũt, ſuum
infenſiorem ſibi minando redderet, quòd neſcio quid de quodã ſuſpicatus eſſet. Mne-
ſtheus, qui ſciret Aurelianum neq; fruſtra minari ſolere, neq; ſi minaretur, ignoſcere,
breue nominum conſcripſit mixtis ijs, quibus Aurelianus uere iraſcebatur, cum ijs de
quibus nihil aſperum cogitabat, addito etiam ſuo nomine, quo magis fidem faceret

ingeſtæ ſolicitudinis:ac breue legit ſingulis,quorum nomina cōtinebat:addens,diſpoſuiſſe Aurelianum eos omneis occidere: illos uero debere ſuæ uitæ,ſi uiri ſunt,ſubuenire. Hi cum exarſiſſent timore qui merebantur offenſam, dolorem miſcentes beneficijs atq; officijs,quibus Aurelianus uidebatur ingratus,in ſupradicto loco iter facientem principem ſubito adorti,interemerunt. Hic finis Aureliano fuit principi neceſſario magis q̃ bono. Quo interfecto cum eſſet res prodita,& ſepulchrum ingens,& templum illi detulerunt ij à quibus interemptus eſt. Sane Mnestheus poſtea ſurrectus ad ſtipitem beſtijs obiectus eſt, quod ſtatuæ marmoreæ poſitæ in eodē loco utrinq; ſignificant,ubi & in columnis diuo Aureliano ſtatuæ cōſtitutæ ſunt. Senatus mortem eius grauiter tulit, grauius tamen Po. Ro. qui uulgo dicebat, Aurelianum pædagogū eſſe ſenatorū. Imperauit annis ſex minus paucis diebus:ac rebus magnis geſtis inter diuos relatus eſt. Quia pertinet ad Aurelianū id quod in hiſtoria relatū eſt,tacere non debui. Nam multi ferunt, Quintillum fratrem Claudij, cum in præſidio Italico eſſet, audita morte Claudij ſumpſiſſe imperiū. Verum poſtea ubi Aurelianū comperit imperare, à toto exercitu derelictū,cumq; contra eum cōcionaretur,nec à militibus audiretur,inciſis ſibimet uenis die uigeſimo imperij ſui perijſſe. Quicquid ſane ſcelerum fuit,quicquid malæ cōſcientiæ, uel artiū funeſtarū, quicquid deniq; factionū, Aurelianus toto penitus orbe purgauit. Hoc quoq; ad rem pertinere arbitror, Balbati filij nomine Zenobiam nō Timolai & Herenniani imperiū tenuiſſe quod tenuit. Fuit ſub Aureliano etiam monetariorū bellum Felicißimo rationali autore, quod acerrime ſeueriſsimeq; compeſcuit,ſeptem tamen millibus ſuorū militū interemptis:ut epiſtola docet miſſa ad Vlpium Crinitum ter conſulem,qui eum ante adoptauerat. Aurelianus Auguſtus Vlpio patri: Quaſi fatale quiddam inceſsit,ut omnia quæcunq; geſſero,oēs motus ingraueſcant. Ita enim ſeditio intramurana bellum mihi grauiſsimum peperit: monetarij autore Feliciſsimo ultimo ſeruorum,cui procurationem fiſci mandaueram, rebelles ſpiritus extulerunt. Hi compreſsi ſunt,ſeptem millibus Hiberorum Ripanienſium & Caſtrianorum & Daciſcorum interemptis. Vnde apparet,nullam mihi à dijs immortalibus datam ſine difficultate uictoriam. Tetricum triumphatum correctorem Lucaniæ fecit,filio eius in ſenatu manente. Templum Solis magnificentiſsimum cōſtituit: muros urbis Romæ ſic ampliauit, ut quinquaginta prope millia murorum eius ambitus teneant. Idem quadruplatores ac delatores ingenti ſeueritate perſecutus eſt: tabulas publicas ad priuatorum ſecuritatem exuri in foro Traiani ſemel iuſsit. Amneſtia etiā ſub eo delictorum publicorum decreta eſt de exemplo Athenienſium: cuius rei etiam Tullius in Philippicis meminit. Fures prouinciales repetundarum ac peculatus reos ultra militarem modum eſt perſecutus, ut eos ingentibus ſupplicijs cruciatibusq; puniret. In templo Solis multum auri gemmarumq; conſtituit. Cum uaſtatum Illyricum, ac Mœſiam deperditam uideret,prouinciam trans Danubiū Daciam à Traiano conſtitutā ſublato exercitu,& prouincialibus reliquit, deſperans eam poſſe retineri. Abductosq; ex ea populos in Mœſiam collocauit:appellauitq; ſuam Daciam, quæ nunc duas Mœſias diuidit. Dicitur præterea huius fuiſſe crudelitatis,ut pleriſq; ſenatorib. ſimulatam ingereret factionem cōiurationis ac tyrannidis,quo facilius eos poſſet occidere. Addunt nonnulli, filium ſororis non filiam ab eodem interfectum, pleriq; autem etiam filium ſororis. Quàm difficile ſit imperatorem in locum boni principis legere,& ſenatus ſanctioris grauitas probat,& exercitus prudētis autoritas Occiſo nanq; ſeueriſsimo principe, de imperatore deligendo exercitus retulit ad ſenatum: idcirco quòd nullum de his faciendum putabat, qui tam bonum principem occiderant. Verum ſenatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit,ſciens,non libenter iam milites accipere imperatores eos quos ſenatus elegerit. Deniq; id tertio factum eſt,ita ut per ſex menſes imperatorem Romanus orbis non habuerit,omneſq; iudices ij permanerent, quos aut ſenatus, aut Aurelianus elegerat, niſi quòd proconſulem Aſiæ Falconium Probum in locum Arelij Fuſci delegit. Non iniucundum eſt ipſas inſerere literas, quas ad ſenatū exercitus miſit: Felices ac fortes exercitus ſenatui populoq; Rom. Aurelianus imperator noſter per fraudem unius hominis,& per errorem bonorum ac malorum interemptus eſt: Hunc inter deos referte ſancti & domini P.C. &

de uobis

de uobis aliquem, ſed dignum ueſtro iudicio, principem mittite. Nos enim de ijs qui uel errauerunt, uel male fecerunt, imperare nobis neminem patimur. Reſcriptum eſt ſenatuſconſulto: Cum die tertio nonas Febr. ſenatus ampliſsimus in curiam Pompilianam conueniſſet, Aurelius Gordianus conſul dixit: Referimus ad uos P.C. literas exercitus feliciſsimi: quibus recitatis Aurelianus Tacitus primæ ſententiæ ſenator ita locutus eſt: hic autem eſt, qui poſt Aurelianum ſententia omnium imperator eſt appellatus. Recto ordine conſuluiſſent dij immortales P.C. ſi boni principes ferro inuiolabiles extitiſſent, ut longiorem ducerent uitam: neq; contra eos aliqua eſſet poteſtas ijs qui neces infandas triſtiſsima mente concipiunt. Viueret enim princeps noſter Aurelianus, quo neq; utilior fuit quiſquã. Reſpirare certe poſt infelicitatem Valeriani, poſt Gallieni mala imperante Claudio cœperat noſtra reſp. at eadem reddita fuerat Aureliano toto penitus orbe uincente. Ille nobis Gallias dedit: ille Italiam liberauit: ille Vindelicis iugum barbaricæ ſeruitutis amouit: Illo uiuente Illyricum reſtitutum eſt, redditæ Romanis legibus Thraciæ. Ille (proh pudor) Orientem fœmineo preſſum iugo in noſtra iura reſtituit: ille Perſas inſultãtes adhuc Valeriani nece fudit, fugauit, oppreſſit. Illum Saraceni, Blemyes, Axomitæ, Bactriani, Seres, Hiberi, Albani, Armenij, populi etiam Indorum ueluti præſentem penè uenerati ſunt deũ: Illius donis quæ à Barbaris gentibus meruit, refertũ eſt Capitolium: quindecim millia librarum auri ex eius liberalitate unũ tenet templum, omnia in urbe fana eius micant donis. Quare P.C. uel deos ipſos iure cõuenio, qui talem principem interire paſsi ſunt, niſi forte ſecum eum eſſe maluerunt. Decerno igitur diuinos honores: id quod uos omnes exiſtimo eſſe facturos. Nam de imperatore deligendo ad eundem exercitum cenſeo eſſe referendum. Etenim in tali genere ſententiæ niſi fiat quod dicitur, & electi periculum erit, & eligentis inuidia. Probata eſt ſententia Taciti: attamen cum iterum atq; iterum mitterent, ex S.C. quod in Taciti uita dicemus, Tacitus factus eſt imperator. Aurelianus filiam ſolam reliquit, cuius poſteri etiam nunc Romæ ſunt. Aurelianus nanq; proconſul Ciliciæ, ſenator optimus, ſui uere iuris uitæq; uenerabilis, qui nunc in Sicilia uitã agit, eius eſt nepos. Quid hoc eſſe dicam, tam paucos bonos extitiſſe principes, cum iam tot Cæſares fuerint? Nam ab Auguſto in Diocletianũ Maximianumq; principes, quæ ſeries purpuratorum ſit, index publicus tenet. Sed in his optimi, ipſe Auguſtus, Flauius Veſpaſianus, Titus, Cocceius Nerua, diuus Traianus, diuus Adrianus, Pius & Marcus Antonini, Seuerus Afer, Alexander Mammeæ, diuus Claudius, & diuus Aurelianus. Valerianus enim cum optimus fuerit, ab omnibus infelix apparuit. Vides quæſo quàm pauci ſint principes boni, ut bene dictum ſit à quodam mimico ſcurra Claudij huius temporibus, In uno anulo bonos principes poſſe perſcribi, atq; depingi. At contrà, quæ ſeries malorum? ut enim omittamus Vitellios, Caligulas, & Nerones, quis ferat Maximinos & Philippos, atq; illam inconditæ multitudinis fecem? Tametſi Decios excerpere debeam, quorum & uita & mors ueteribus comparanda eſt. Et quæritur quidem quæ res malos principes faciat: Iam primũ nimia licentia, deinde rerũ copia, amici preterea improbi, ſatellites deteſtãdi, eunuchi auariſsimi, aulici uel ſtulti uel deteſtabiles: & quod negari non poteſt, rerum publicarũ ignorantia. Sed ego à patre meo audiui, Diocletianum principem iam priuatũ dixiſſe, Nihil eſſe difficilius quàm bene imperare. Colligunt ſe quatuor uel quinq;, atq; unum conſilium ad decipiendum imperatorem capiunt: dicunt quid probandum ſit. Imperator qui domi clauſus eſt, uera non nouit: cogitur hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur: facit iudices, quos fieri non oportet, amouet à rep. quos debeat obtinere. Quid multa? ut Diocletianus ipſe dicebat, bonus, cautus, optimus uendit imperator. Hæc Diocletiani uerba ſunt, quæ idcirco inſerui, ut prudentia tua ſciret, nihil eſſe difficilius bono principe. Aurelianum quidem multi neq; inter bonos neq; inter malos principes ponunt: idcirco quòd ei clementia imperatorum dos prima defuerit. Verconius Herennianus præf. præt. Diocletiani, teſte Aſclepiodoto, ſæpe dicebat, Diocletianum frequenter dixiſſe, cum Maximiani aſperitatẽ reprehenderet, Aurelianum magis ducem eſſe debuiſſe quàm principem: Nam eius nimia ferocitas eidem diſplicebat. Mirabile fortaſſe uidet, quod compertum Diocletiano Aſclepiodotus Celſino conſiliario ſuo dixiſſe perhibet. Sed

Dictum ſcurræ

Corruptela principum

de hoc poſteri iudicabunt. Dicebat enim, quodam tempore Aurelianum Gallicanas conſuluiſſe Druidas, ſciſcitantem utrum apud eius poſteros imperiū permaneret: tum illas reſpondiſſe dixit: Nullius clarius in rep. nomen quàm Claudij poſterorum futurum. Et eſt quidem iam Conſtantius imperator eiuſdem uir ſanguinis, cuius puto poſteros ad eam gloriā quæ à Druidibus prænuntiata ſit, peruenire. Quod idcirco ego in Aureliani uita conſtitui, quia hæc ipſi Aureliano cōſulenti reſponſa ſunt. Vectigal ex Aegypto urbi Romæ Aurelianus uitri, chartæ, lini, ſtupæ, atq; anabolicas ſpecies æternas conſtituit. Thermas in tranſtiberina regione Aurelianus facere parauit hyemales, quòd aquæ frigidioris copia illic deeſſet: forum nominis ſui in Hoſtienſi ad mare fundare cœpit. In quo poſtea prætorium publicum conſtitutum eſt. Amicos ſuos honeſte ditauit, & modice, ut miſerias paupertatis effugerent, & diuitiarum inuidiam patrimonij moderatione uitarent. Veſtem holoſericam neq; ipſe in ueſtiario ſuo habuit, neq; alteri utendam dedit. Et cum ab eo uxor ſua peteret, ut unico pallio blatteo ſerico uteretur, ille reſpondit: Abſit ut auro fila penſent. libra enim auri tunc libra ſerici fuit. Habuit in animo, ut aurum neq; in cameras, neq; in tunicas, neq; in pelles, neq; in argentum mitteretur: dicēs, plus auri eſſe in rerum natura quàm argenti: ſed aurum per uarios bractearum, filorum & liquationum uſus perire, argentum autem in ſuo uſu manere. Idem dederat facultatem, ut aureis qui uellent & uaſis uterentur & poculis. Dedit præterea poteſtatem, ut argentatas priuati carrucas haberent, cum antea ærata & eborata uehicula fuiſſent. Idem conceſſit, ut blateas matronæ tunicas haberent, & cæteras ueſtes, cum antea coloreas habuiſſent, & ut multum oxypæderotinas. Et ut fibulas aureas gregarij milites haberent, idem primus cōceſſit, cum antea argenteas habuiſſent. Paragaudas ueſtes ipſe primus militibus dedit, cum antè non niſi rectas purpureas accepiſſent: & quidē alijs monolores, alijs dilores, trilores alijs, & uſq; ad pentelores, quales hodie lineæ ſunt. Panibus urbis Romæ unciam de Aegyptio uectigali auxit: ut quadam epiſtola data ad præfectum annonæ urbis etiam ipſe gloriatur: Aurelianus Auguſtus Flauio Arabiano præfecto annonæ: Inter cætera quibus dijs fauentibus Romanā remp. iuuimus, nihil mihi eſt magnificentius, ꝙ quòd additamento unciæ omne annonarum urbicarum genus iuui, quod ut eſſet perpetuum, nauicularios Niliacos apud Aegyptum nouos, & Romæ amnicos poſui: Tiberinas extruxi ripas: uadum aluei tumentis effodi, dijs & perennitati uota conſtitui, almam Cererem conſecraui. Nunc tuū eſt officium Arabiane iucundiſſime, elaborare ne meæ diſpoſitiones in irritū ueniant. Neq; enim populo Ro. ſaturo quicquā poteſt eſſe lætius. Statuerat & uinū gratuitum populo Ro. dare: ut quemadmodum oleum & panis, & porcina gratuita præberentur, ſic etiā uinū daretur, quod perpetuū hac diſpoſitione conceperat. Hetruriæ per Aureliam uſq; ad Alpes maritimas ingentes agri ſunt, ijq; fertiles ac ſyluoſi. Statuerat igitur dominis locorū incultorū, qui tamen uellēt, pretia dare, atq; illic familias captiuas conſtituere, uitibus montes conſerere, atq; ex eo opere uinū dare, ut nihil reddituū fiſcus acciperet, ſed totum populo Ro. cōcederet. Facta erat ratio dochæ, cuparum, nauiū & operum. ſed multi dicunt, Aurelianū ne id faceret, præuentum, alij à præf. præt. ſui prohibitū, qui dixiſſe fertur, Si & uinum populo Ro. damus, ſupereſt ut & pullos & anſeres demus. Argumento eſt id uere Aurelianum cogitaſſe, imò etiā facere diſpoſuiſſe, uel ex aliqua parte feciſſe, quòd in porticibus templi Solis fiſcalia uina ponuntur, non gratuita populo eroganda, ſed precio. Sciendum tamen, congiaria illum ter dediſſe, donaſſe etiā populo Ro. tunicas albas manicatas ex diuerſis prouincijs, & lineas Afras atq; Aegyptias puras: ipſumq; primū donaſſe oraria populo Romano, quibus uteretur populus ad fauorem. Diſplicebat ei, cū eſſet Romæ, habitare in palatio, ac magis placebat in hortis Salluſtij, uel in Domitiæ uiuere. Miliarenſem deniq; porticum in hortis Salluſtij ornauit, in qua quotidie & equos & ſe fatigabat, quamuis eſſet non bonæ ualetudinis. Seruos & miniſtros peccantes coram ſe cædi iubebat: ut pleriq; dicunt, cauſa tenendæ ſeueritatis: ut alij, ſtudio crudelitatis. Ancillam ſuam, quæ adulteriū cum ſeruo ſuo fecerat, capite puniuit. Multos ſeruos è familia propria qui peccauerant, legibus audiendos iudicijs publicis dedit. Senatum, ſiue ſenatulū matronis reddi uoluerat: ita ut primæ illic quæ ſacerdotia ſenatu autore

meruiſſent

meruiſſent. calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederacios uiris omnibus tulit, mulieribus reliquit. Curſores eo habitu, quo ipſe habebat, ſenatoribus conceſsit. Concubinas ingenuas haberi uetuit. Eunuchorum modum pro ſenatorijs profeſsionibus ſtatuit, idcirco quòd ad ingentia precia perueniſſent. Vas argenti eius nunq; triginta libras tranſiit. Conuiuium de aſſaturis maxime fuit. Vino ruſo maxime delectatus eſt. Medicum ad ſe cum ægrotaret, nunquam uocauit, ſed ipſe ſe inedia pręcipue curabat. Vxori & filiæ annulum ſigillaricium quaſi priuatus inſtituit. Seruis ſuis ueſtes eaſdem imperator, quas & priuatus dedit, præter duos ſenes, quibus quaſi libertis plurimum detulit, Antiſtiũ & Gillonem, qui poſt eum ex ſenatus ſententia manumiſsi ſunt. Erat quidem rarus in uoluptatibus: ſed miro modo mimis delectabat: uehementiſsime aũt delectatus eſt Phagone, qui uſq; eo multũ comedit, ut uno die ante menſam eius aprũ integrum, centum panes, uerucem, & porcellum comederet: biberet autem infundibulo appoſito plus orca. Habuit tempus præter ſeditiones quaſdam domeſticas fortunatiſsimum: populus autem Romanus eum amauit, ſenatus timuit.

FLAVII VOPISCI
SYRACVSII
TACITVS

QVOD poſt exceſſum Romuli nouello adhuc Romanę urbis imperio factũ pontifices, penes quos ſcribendæ hiſtoriæ poteſtas fuit, in literas retulerunt, ut interregnum dum poſt bonum principem bonus alius quæritur, iniretur: hoc poſt Aurelianum, habito inter ſenatũ exercitumq; Romanũ, non inuido, nõ triſti, ſed grato religioſoq; certamine ſex totis menſibus factũ eſt. Multis tamen modis hæc ab illo negotio cauſa ſeparata eſt. Iam primum enim cum interregnum initũ eſt poſt Romulum, interreges tñ facti ſunt. Totusq; ille annus per quinos & quaternos dies ſiue ternos centũ ſenatoribus deputatus eſt, ita ut qui ualerẽt, interreges eſſent ſinguli duntaxat. Quare factum eſt, ut plus annus interregnũ iniretur, ne aliquis ſub æquali dignitate Romani expers remaneret imperij. Huc accedit, quòd etiam ſub conſulibus tribuniſq; militaribus præditis imperio conſulari, ſi quando interregnũ initum eſt, interreges fuerunt. Nec unq; ita uacua fuit hoc nomine Romana reſp. ut nullus interrex biduo ſaltẽ triduóue crearetur. Video mihi poſſe obijci, curules magiſtratus apud maiores noſtros quadriennium in rep. non fuiſſe: ſed erant tribuni plebis cum tribunitia poteſtate, quæ pars maxima regalis imperij eſt. tamen nõ eſt proditũ, interreges eo tempore nõ fuiſſe. Quin etiam uerioribus hiſtoricis referentibus declaratum eſt, cõſules ab interregibus prius creatos, qui haberent reliquorum comitia magiſtratuũ. Ergo quod rarum & difficile fuit, S.P.Q.R. perpeſſus eſt, ut imperatorem per ſex menſes, dum bonus quærit̃, reſp. non haberet. Quæ illa cõcordia militũ? quanta populo quies? q; grauis ſenatus autoritas fuerit? Nullus uſquã tyrannus emerſit: ſub iudicio ſenatus, & militũ, populiq; Romani totus orbis eſt temperatus: non illi principem quenq;, ut recte facerent, non tribunitiam poteſtatem formidabant: ſed quod eſt in uita optimum, ſe timebãt. Dicenda eſt tamen cauſa tam feliciũ morarum, & ſpeciatim monumentis publicis inſerenda, ea in poſteros humani generis ſtupenda moderatio: ut diſcãt qui regna capiũt, non raptũ ire imperia, ſed mereri. Interfecto ſanè fraude Aureliano, ut ſuperiore libro ſcriptũ eſt, calliditate ſerui nequiſsimi, errore militariũ, ut apud quoslibet cõmenta plurimum ualent, dummodo irati audiant, plerunq; temulenti, certe conſiliorũ propè ſemper expertes, reuerſis ad bonã mentẽ omnibus, eiſdemq; ab exercitu grauiter cõfutatis, cœptũ eſt quæri, & quis fieri deberet ex omnibus princeps. Tũc odio pręſentiũ exercitus, qui creare imperatorẽ raptim ſolebat, ad ſenatũ literas miſit: de quibus priore libro iam di-

ctum eſt, petens ut ex ordine ſuo principẽ legerent. Verũ ſenatus ſciẽs lectos à ſe principes militibus nõ placere, rem ad milites retulit. Dumq; id ſæpius fit, ſextus peractus eſt mẽſis. Inter eſt tñ ut ſciat quemadmodũ Tacitus imperator ſit creatus. Die ſeptimo Cal. Octobr. cũ in curiã Pompilianã ordo amplißimus cõſediſſet, Velius Cornificius Gordianus COS. dixit: Referimus ad uos P.C. quod ſæpe retulimus: Imperator eſt deligendus: exercitus ſine principe recte diutius ſtare non poteſt, ſimul quia cogit neceſsitas. Nam limitem trans Rhenũ Germani rupiſſe dicunt, occupaſſe urbes ualidas, nobiles, diuites, & potentes. Iam ſi nihil de Perſicis motibus nuntiat, cogitate tã leues eſſe mentes Syrorũ, ut regnare uel fœminas cupiant potius q̃ noſtrã perpeti ſanctimoniã. Quid Africã? Quid Illyricũ? Quid Aegyptũ earumq; omniũ partiũ exercitũ, quouſq; ſine principe credimus poſſe conſiſtere? Quare agite P.C. & principem dicite: aut accipiet eum exercitus, quẽ elegeritis: aut ſi refutauerit, alterũ faciet. Poſt hæc cũ Tacitus, qui erat primæ ſententiæ cõſularis, ſententiã incertũ quã uellet dicere, omnis ſenatus acclamauit: Tacite Auguſte, dij te ſeruẽt, te deligimus, te principẽ facimus, tibi curam reip. orbiſq; mandamus. Suſcipe imperiũ ex ſenatus autoritate: tui loci, tuæ uitæ, tuæ mentis eſt, quod mereris. Princeps ſenatus recte Auguſtus creat, primæ ſententię uir recte imperator creat. Et quis melius q̃ grauis imperat? & quis melius q̃ literatus imperat? Quod bonũ, fauſtum, ſalutareq; ſit, diu priuatus fuiſti. Scis quemadmodũ debeas imperare, qui alios principes pertuliſti. Scis quemadmodũ debeas imperare, qui de alijs principib. iudicaſti. At ille: Miror P.C. uos in locũ Aureliani fortißimi imperatoris ſenem uelle principẽ facere: en membra, quæ iaculari ualeant, quæ haſtile torquere, quæ clypeis intonare, quæ ad exẽplũ docẽdi milites frequẽter equitare: uix munia ſenatus implemus, uix ſententias, ad quas nos locus arctat, edicimus. Videte diligentius quã ætatem de cubiculo atq; umbra in pruinas æſtuſq; mittatis, an probaturos ſenem imperatorẽ milites creditis? Videte, ne reip. non eum quẽ uelitis principem detis: & mihi hoc ſolũ obeſſe incipiat, quod me unanimiter delegiſtis. Poſt hæc acclamationes ſenatus hæ fuerũt: Et Traianus ad imperiũ ſenex uenit, dixerũt decies. Et Adrianus ad imperiũ ſenex uenit, dixerunt decies. Et Antoninus ad imperiũ ſenex uenit, dixerũt decies. Et tu legiſti, Incanaq; menta regis Romani, dixerũt decies. Et quis melius q̃ ſenex imperat? dixerunt decies. Imperatorem te non militem facimus, dixerũt uicies. Tu iube, milites pugnent, dixerũt tricies. Habes prudentiã & bonũ fratrem, dixerunt decies. Seuerus dixit, caput imperare non pedes, dixerũt tricies. Animũ tuum non corpus eligimus, dixerunt uicies. Tacite Auguſte, dij te ſeruent. deinde oẽs interrogati: præterea qui poſt Tacitũ ſedebat ſenator cõſularis Metius Falconius Nicomachus in hæc uerba diſſeruit: Semper quidẽ P.C. recte atq; prudenter reip. magnificus hic ordo cõſuluit, neq; à quoquã orbis terræ populo ſolidior unquam expectata ſapientia eſt: attamen nulla unquã neq; grauior, neq; prudentior in hoc ſacrario dicta ſententia eſt. Seniorem principẽ fecimus, & uirũ qui omnibus quaſi pater conſulat: nihil ab hoc immaturum, nihil properũ, nihil aſperum formidandum eſt. Omnia ſeria, cuncta grauia, & quaſi ipſa reſp. iubeat, auguranda ſunt. Scit enim qualem ſibi principem ſemper optauerit: nec poteſt aliud nobis exhibere, q̃ quod ipſe deſiderauit, & uoluit. Enimuero ſi recolere uelitis uetuſta illa prodigia, Nerones dico, & Heliogabalos, & Commodos, ſeu potius ſemper incõmodos, certe non hominũ magis uitia illa, q̃ ætatum fuerunt. Dij auertãt principes pueros, & patres patriæ dici impuberes: & quibus ad ſubſcribendum magiſtri literarij manus teneant: quos ad cõſulatus dandos dulcia, & circuli, & quæcunq; uoluptas puerilis inuitet. Quæ malum ratio eſt habere imperatorem, qui famã curare non nouerit? qui quid ſit reſp. neſciat, nutritorem timeat, reſpiciat ad nutricẽ, manuum magiſtraliũ ictibus terroriq; ſubiaceat: faciat eos cõſules, duces, iudices, quorũ uitas, merita, ætates, familias, geſta nõ norit. Sed quid diutius P.C. protrahor? magis gratulemur ꝙ habemus principem ſenem, q̃ illa iteremus, quæ plus quàm lachrymanda tolerantibus extiterũt. Gratias igit̃ dijs immortalibus ago, atq; habeo, & quidẽ pro uniuerſa rep. teq; Tacite Auguſte cõuenio, petens, obſecrans, libere pro cõmunis patriæ legibus depoſcens, ne paruulos tuos, ſi te citius fata præuenerint, facias Romani hæredes imperij: ne ſic remp. patreſq; cõſcriptos, populũq; Romanũ,

ut uillulam

ut uillulam tuam, ut colonos tuos, ut ſeruos tuos relinquas: quare circunſpice, imitare Neruas, Traianos, Adrianos. Ingens eſt gloria morientis principis, remp. magis amare quàm filios. Hac oratione & Tacitus ipſe uehementer eſt motus, & totus ſenatorius ordo concuſſus: ſtatimq́; acclamatū eſt: Omnes omnes. Inde itum ad campum Martium: ibi comitiale tribunal aſcendit: ibi præfect. urbis Aelius Ceſetianus ſic locutus eſt: Vos ſanctiſsimi milites, & ſacratiſsimi uos quirites, habetis principem, quem de ſentētia omnium exercituum ſenatus elegit: Tacitum dico Auguſtiſsimum uirum, ut qui hactenus ſententijs ſuis remp. iuuit, nunc iuuet iuſsis atq; conſultis. Acclamatum eſt à populo: Feliciſſime Tacite Auguſte, dij te ſeruent, & reliqua quæ ſolent dici. Hoc loco tacendum nō eſt, pleroſq; in literas retuliſſe, Tacitum abſentem & in Campania poſitum, principem nuncupatū: quod uerum eſt, nec diſsimulare poſſum. Nam cum rumor emerſiſſet, illum imperatorem eſſe faciendum, diſceſſit, atq; in Baiano duobus menſibus fuit. Sed inde deductus huic ſenatuſconſulto interfuit, quaſi uere priuatus, & qui uere recuſaret imperium. Ac ne quis me Græcorum alicui uel Latinorum exiſtimet temere crediſiſſe, habet bibliotheca Vlpia in armario ſexto librū Elephantinū, in quo hoc S. C. perſcriptum eſt: cui Tacitus ipſe manu ſua ſubſcripſit. Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant, in libris Elephantinis ſcribebantur. Inde ad exercitus profectus: ibi quoq; cum primum tribunal aſcendit, Meſius Gallicanus præfect. præt. in hęc uerba diſſeruit: Dedit ſanctiſsimi cōmilitones ſenatus principem, quem petijſtis: paruit præceptis, & uoluntati caſtrenſium ordo ille nobiliſsimus. plura mihi apud uos præſente imperatore nō licet loqui. Ipſum igitur, qui tueri nos debet, loquentem dignanter audite. Poſt hoc Tacitus Auguſtus dixit: Et Traianus ad imperium ſenex uenit, ſed ille ab uno deductus eſt: at me ſanctiſſimi commilitones primum uos, qui ſcitis principes approbare, deinde ampliſsimus ſenatus dignum hoc nomine iudicauit: curabo, enitar, efficiam, ne uobis deſint, ſi non fortia facta, at ſaltem uobis atq; imperatore digna conſilia. Poſt hoc ſtipendium, & donatiuum ex more promiſit, & primam orationem ad ſenatum talem dedit: Ita mihi liceat P. C. ſic imperium regere, ut à uobis me conſtet electum, ut ego cuncta ex ueſtra facere ſententia & poteſtate decreui. Veſtrum eſt igitur ea iubere atq; ſancire, quæ digna uobis, digna modeſto exercitu, digna populo Rom. eſſe uideantur. In eadem oratione Aureliano ſtatuam auream ponendam in Capitolio decreuit: item ſtatuam argenteam in curia, item in templo Solis, item in foro diui Traiani. Sed aurea non eſt poſita: dedicatæ autem ſunt ſolæ argenteæ. In eadem oratione cauit, ut ſi quis argento publice priuatimq́; æs miſcuiſſet, ſi quis auro argentum, ſi quis æri plumbum, capitale eſſet cum bonorum proſcriptione. In eadem oratione cauit, ut ſerui in dominorum capita non interrogarētur, ne in cauſa maieſtatis quidem. addidit, ut Aurelianum omnes pictum haberent. Diuorum templum fieri iuſſit, in quo eſſent ſtatuæ principum bonorum, ita ut ijſdem natalibus ſuis, & parilibus, & Calend. Ianuarijs & uotis, libamina ponerentur. In eadem oratione fratri ſuo Floriano conſulatum petijt, & non impetrauit, idcirco quòd iam ſenatus omnia nundina ſuffectorum conſulum clauſerat. Dicitur autem multum lætatus ſenatus libertate, quòd ei negatus eſt conſulatus, quē fratri petierat. Fertur deniq; dixiſſe: ſcit ſenatus, quem principem fecerit. Patrimonium ſuum publicauit, quod habuit in redditibus H—S. bis millies octingenties. Pecuniam quam domi collegerat, in ſtipendium militū uertit. Togis, & tunicis ijſdem eſt uſus, quibus priuatus. Meritoria intra urbem ſtare uetuit, quod quidem diu tenere non potuit. Thermas omnes ante lucernam claudi iuſſit, ne quid per noctem ſeditionis oriretur. Cornelium Tacitum ſcriptorē hiſtoriæ Auguſtæ, quòd parentē ſuum eundem diceret, in omnibus bibliothecis collocari iuſſit: & ne lectorum incuria deperiret, librū per annos ſingulos decies ſcribi publicitus in euicis archijs iuſſit, & in bibliothecis poni. Holoſericā ueſtē uiris omnibus interdixit. Domū ſuā deſtrui præcepit, atq; in eo loco thermas publicas fieri priuato ſumptu iuſſit. columnas centū numidicas pedum uicenûm ternûm Hoſtiēſibus donauit. De proprio poſſeſsiones, quas in Mauritania habuit, ſartis tectis Capitolij deputauit. Argentū menſale quod priuatus habuerat, miniſterijs conuiuiorū, quæ in templis fierent, dedicauit. Seruos urbanos omnes manumiſit utriuſq; ſexus, intra centum

tamen,ne Caniniam tranſire uideretur.Ipſe fuit uitæ parcíſsimæ:ita ut ſextarium uini tota die nunq̃ potauerit, ſæpe intra heminã. Conuiuium uero unius gallinacci, ita ut ſyncipu t adderet & oua.præ omnibus oleribus affatim miniſtratis,lactucis impatiẽter indulſit.Somnũ enim ſe mercari illa ſumptus effuſione dicebat.amariores cibos appetiuit.Balneis raro uſus eſt,atq; ualidior fuit in ſenectute.Vitreorũ diuerſitate, atq; operoſitate uehementer eſt delectatus. Panem niſi ſiccum nunq̃ comedit;eundemq́; ſale, atq; alijs rebus conditum.Fabricarum peritiſsimus fuit,marmorũ cupidus,nitoris ſenatorij,uenationũ ſtudioſus. Menſam deniq; ſuam nunq̃ niſi agreſtibus opimauit. Faſianam auem, niſi ſuo & ſuorum natali, & diebus feſtiſsimis,non poſuit. Hoſtias ſuas ſemper domum reuocauit,ijſdemq́; ſuos ueſci iuſsit. Vxorẽ gemmis uti non eſt paſſus. Auroclauatis ueſtibus idem interdixit.Nam & ipſe autor Aureliano fuiſſe perhibetur ut aurum à ueſtibus & cameris, & pellibus ſubmoueret. Multa huius ferunt, ſed longum eſt ea in literas mittere.Quod ſi quis omnia de hoc uiro cupit ſcire, legat Suetonium Optatianum,qui eius uitam affatim ſcripſit. Legit ſanè ſenex minutulas literas ad ſtuporem:nec unq̃ noctem intermiſit, qua nõ aliquid uel ſcriberet uel legeret, præter poſterum calendarum diem. Nec tacendũ eſt, & frequenter imitandum tantã ſenatus lætitiam fuiſſe,quòd eligendi principis cura ad ordinem ampliſsimũ reuertiſſet: ut & ſupplicationes decernerẽtur,& hecatombe promitteretur à ſingulis: deniq; ſenatores ad ſuos ſcriberent,nec ad ſuos tantum,ſed etiam ad externos.Mitterentur præterea literæ ad prouincias,ut ſcirent omnes ſocij,omnesq́; nationes in antiquum ſtatum rediiſſe remp. Ac ſenatum principes legere,imò ipſum ſenatum principem factum:leges à ſenatu petendas,reges barbaros ſenatui ſupplicaturos: pacẽ ac bella ſenatu autore tractanda. ne quid deniq; deeſſet cognitioni, pleraſq; huiuſmodi epiſtolas in fine libri poſui,& cum cupiditate & ſine faſtidio,ut exiſtimo,perlegendas.Et prima quidẽ illi cura imperatoris facti hæc fuit, ut omnes, qui Aurelianum occiderant, interimeret, bonos malosúe, cum iam ille uindicatus eſſet. Et quoniam à Mæotide multi barbari eruperant,hos eoſdem conſilio atq; uiribus,ut eò redirent,cõpulit.Ipſi aũt Mæotidę ita congregabantur,quaſi accitu Aureliani ad bellum Perſicum conueniſſent auxilium daturi noſtris,ſi neceſsitas poſtularet.Cum Tullius dicat,magnificentius eſſe dicere,quemadmodum ceperit conſulatum:at in iſto uiro magnificum fuit, quod tanta gloria cepit imperium. Geſsit aũt propter breuitatem temporum nihil magnum. Interemptus eſt enim inſidijs militaribus,ut alij dicunt,ſexto menſe,ut alij,morbo interijt. Tamẽ conſtat factionib.eum oppreſſum,mente atq; animo defeciſſe. Hic idem menſem Septembrem Tacitum appellari iuſsit:iccirco,quòd eo mẽſe & natus, & factus eſt imperator. Huic frater Florianus imperio ſucceſsit,de quo pauca ponenda ſunt.

FLAVII VOPISCI
SYRACVSII
FLORIANVS

HIC frater Taciti germanus fuit, qui poſt fratrem arripuit imperiũ,non ſenatus autoritate,ſed ſuo motu,quaſi hæreditarium eſſet imperiũ;cum ſciret adiuratum eſſe in ſenatu Tacitum,ut cum mori cœpiſſet,non liberos ſuos, ſed optimum aliquẽ principem faceret. Deniq; uix duobus menſibus imperiũ tenuit,& occiſus eſt Tarſi à militibus,qui Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat. Tantus aũt Probus fuit in re militari,ut illum ſenatus optaret,miles eligeret,ipſe populus Rom. acclamationib.peteret. Fuit etiã Florianus morũ fratris imitator, nec tamen uſq;quaq;.Nã effuſionẽ in eo frater frugi reprehẽdebat:& hæc ipſa imperandi cupiditas alijs cum moribus oſtendit fuiſſe q̃ fratrem. Duo igitur

principes una extiterunt domo, quorum alter ſex menſibus, alter uix duobus impera
uerunt, quaſi quidam interreges inter Aurelianum & Probum, poſt interregnũ princi
pes nuncupati. horum ſtatuæ fuerunt Interamnæ duę pedum tricenûm ex marmore,
quòd illic eorũ cenotaphia cõſtituta ſunt in ſolo proprio: ſed deiectæ fulmine ita con-
tritæ ſunt, ut membratim iaceant diſsipatę. quo tempore reſponſum eſt ab aruſpicibus
quandoq; ex eorum familia imperatorem Romanum futurum, ſeu per fœminam, ſeu
per uirum, qui det iudices Parthis, ac Perſis: qui Francos & Alemãnos ſub Romanis
legibus habeat: qui per omnem Africam barbarũ non relinquat: qui Taprobanis præ
ſidem imponat: qui ad Romanam inſulam procõſulem mittat: qui Sarmatis omnibus
iudicet: qui terram omnem, quam oceanus ambit, captis omnibus gentibus, ſuam fa-
ciat: poſtea tamen ſenatui reddat imperium, & antiquis legibus uiuat ipſe uicturus an
nis C. XX. & ſine hærede moriturus. Futurum autem eum dixerunt à die fulminis prę
cipitati ſtatuisq; confractis poſt annos mille. Non magna hęc urbanitas aruſpicũ fuit,
qui principem talem poſt mille annos futurũ eſſe dixerunt: quia ſi poſt centum annos
prædicerẽt fore, poſſent eorum deprehendi mendacia, cum uix remanere talis poſsit
hiſtoria. Ego tamen iccirco hæc inſerenda uolumini credidi, ne quis me legens legiſſe
non crederet. Tacitus congiarium populo Romano intra ſex menſes uix dedit. Ima-
go eius poſita eſt in Quintiliorum in una tabula quincuplex, in qua ſemel togatus, ſe-
mel chlamydatus, ſemel armatus, ſemel palliatus, ſemel uenatorio habitu. De qua qui-
dam epigrammatarius ita luſit, ut diceret: Non agnoſco ſenem armatum, non chla-
mydatum inter cætera, ſed agnoſco togatum. & Floriani liberi & Taciti multi extite-
runt: quorum ſunt poſteri credo milleſimum annum expectantes. In quos multa epi-
grammata ſcripta, quo iocati ſunt aruſpices imperium pollicentes. Hæc ſunt, quæ de
uita Taciti atq; Floriani digna memoratu comperiſſe memini. Nunc nobis aggredien
dus eſt Probus uir domi foriſq; conſpicuus: uir Aureliano, Traiano, Adriano, Anto-
ninis, Alexandro, Claudioq; præferendus: niſi quia in illis uaria, in hoc omnia præci-
pua tunc fuere: qui poſt Tacitum omnium iudicio bonorum imperator eſt factus, or-
bemq; terrarum pacatiſsimum gubernauit, deletis barbaris gẽtibus, deletis etiam plu-
rimis tyrannorum, qui eius temporibus extiterunt: de quo dictum eſt, ut Probus dice
retur, etiam ſi Probus nomine non fuiſſet. Quem quidem multi ferunt Sibyllinis li-
bris fore promiſſum: qui ſi diutius fuiſſet, orbis terræ Barbaros non haberet. Hæc ego
in aliorum uita de Probo iccirco indidi, ne dies, hora, momentum aliquid ſibi uindica
ret, ne fatali neceſsitate abſumptus Probo indicto deperirem. Nunc claudã uolumen,
ſatisfactũ arbitrans ſtudio & cupiditati meæ. Omina imperij Tacito hæc fuerunt: Fa-
naticus quidam in templo Syluani tenſis membris exclamauit: Tacita purpura, tacita
purpura, idq; ſeptimo. Quod quidem poſtea omini deputatum eſt. Vinum, quo liba-
turus Tacitus fuerat in templo Herculis Fundani, ſubito purpureũ factum eſt. Vitis,
quæ uuas aminęas albas ferebat, eo anno, quo ille imperium meruit, purpuraſcere plu
rima purpura cœpit. Mortis omina hæc fuerunt: Patris ſepulchrum diſruptis ianuis ſe
aperuit, matris umbra ſe per diem & Tacito & Floriano uelut uiuentis obtulit: nam
diuerſis patribus nati ferebantur: in larario dij omnes ſeu terræmotu, ſeu caſu aliquo
conciderunt. Imago Apollinis, quæ ab his colebatur, ex ſummo faſtigio in lectulo po-
ſita ſine hominis cuiuſpiam manu deprehenſa eſt. Sed hæc ſunt, quæ à pleriſq; dicun-
tur. Nos ad Probum & ad Probi geſta inſignia reuertemur. Et quoniam me promiſi
aliquas epiſtolas eſſe poſiturum, quæ creato Tacito principe gaudia ſenatus oſtende-
rent, his additis finem ſcribendi faciam. Epiſtolæ publicæ: Senatus ampliſsimus cu
riæ Carthaginenſi S. D. Quod bonum, fauſtum, felix, ſalutareq; ſit reip. orbiq; Rom.
dandi ius imperij, appellãdi principis, nuncupãdi Auguſti ad nos reuertit. Ad nos igitͤ
referte, quæ magna ſunt. Omnis prouocatio præfecti urbis erit: quæ tamẽ à procõſu-
libus, & ab ordinarijs iudicibus emerſerit, in quo quidẽ etiã ueſtrã in antiquũ ſtatum
rediſſe credimus dignitatẽ. ſiquidẽ primus hic ordo eſt, qui recipiẽdo uim ſuã, ius ſuũ
cęteris ſeruat. Alia epiſtola: Senatus ampliſsim⁹ curię Treuirorũ: ut eſtis liberi, & ſem
per fuiſtis, lætari uos credimus, creãdi principis iudiciũ ad ſenatũ redijt, ſimul etiã præ
fecturæ urbanæ appellatio uniuerſa decreta eſt. Eodẽ modo ſcriptum eſt Antiochenſi
bus

bus, Aquilcienſibus, Mediolanenſibus, Alexandrinis, Theſſalonicēſibus, Corinthijs & Athenienſibus. Priuatæ autem epiſtolæ hæ fuerunt: Autronio iuſto patri Autronius Tiberianus ſalutē: Nunc te pater ſancte intereſſe decuit ſenatui ampliſſimo, nunc ſententiam dicere, cum tantū autoritatis ampliſsimo ordini creuerit, ut reuertat in antiquum ſtatū reſp. & nos principes demus, nos faciamus imperatores, nos deniq; nuncupemus Auguſtos. Fac igitur ut conualeſcas curiæ interfuturus antiquę. Nos recepimus ius proconſulare, redierunt ad præfectum urbis appellationes omnium poteſtatum, & omnium dignitatum. Item alia: Claudius Capelianus Cereio Metiano patruo S. Obtinuimus pater ſancte, quod ſemper optauimus, in antiquum ſtatum ſenatus reuertit. Nos principes facimus, noſtri ordinis ſunt poteſtates. Gratias exercitui Romano & uere Romano: reddidit nobis, quā ſemper habuimus poteſtatē. Abice Baianos Puteolanosq; ſeceſſus. Da te urbi, da te curiæ. Floret Roma, floret tota reſp. Imperatores damus, principes facimus: poſſumus & prohibere, qui cœpimus facere. Dictum ſapienti ſat eſt. Longum eſt omnes epiſtolas connectere, quas reperi, quas legi. Tantum illud dico, ſenatores omnes ea eſſe lætitia elatos, ut domibus ſuis omnes albas hoſtias cæderent, imagines frequenter aperirent, albati ſederent, cōuiuia ſumptuoſiora præuenirent, antiquitatem ſibi redditam crederent.

FLAVII VOPISCI
SYRACVSII
PROBVS

CERTVM eſt, quod Saluſtius Criſpus, quodq; M. Cato, & Gellius hiſtoricæ ſententiæ modo in literas retulerunt, omnes omnium uirtutes tantas eſſe, quantas uideri eas uoluerint eorum ingenia, qui uniuſcuiuſq; facta deſcripſerint. Inde eſſe, quod Alexander Magnus Macedo, cum ad Achillis ſepulchrum ueniſſet, grauiter ingemiſcens, Felicem te, inquit, iuuenis, qui talem præconem tuarum uirtutum reperiſti, Homerum intelligi uolens, qui Achillem tantum in uirtutum ſtudio finxit, quantum ipſe ualebat ingenio. Quorſum hæc pertineant mi Celſe, ne fortaſsis requiras, Probum principem, cuius imperio oriens, occidens, meridies, ſeptentrio, omnesq; orbis partes in totam ſecuritatem redactæ ſunt, ſcriptorū inopia iam penè neſcimus. Occidit, pro pudor, tanti uiri & talis hiſtoria, qualem non habent bella Punica, nō terror Gallicus, non motus Pontici, nō Hiſpaniēſis aſtutia. Sed nō patiar ego ille, à quo dudum ſolus Aurelianus eſt expetitus; cuius uitā quantū potui perſecutus, Tacito Florianoq; iam ſcriptis, nō me ad Probi facta conſcendere: ſi uita ſuppetet, omnes qui ſuperſunt uſq; ad Maximinianū Diocletianumq; dicturus. Neq; ego nunc facultatē, eloquētiamq; polliceor, ſed res geſtas, quas perire non patior. Vſus autem ſum, ne in aliquo fallam chariſsimam mihi familiaritatē tuam, præcipue libris ex bibliotheca Vlpia ætate mea thermis Diocletianis, item ex domo Tiberiana. uſus etiam ex regeſtis ſcribarum porticus Porphyreticæ, actis etiam ſenatus, ac populi. Et quoniā mę ad colligenda talis uiri geſta ephemeris Turduli Gallicani plurimū iuuit, uiri honeſtiſsimi ac ſynceriſsimi, beneficium amici ſenis tacere nō debui. Cn. Pompeium tribus fulgentem triumphis, belli piratici, belli Sertoriani, belli Mithridatici, multarūq; rerum geſtarum maieſtate ſublimem, quis tandem noſſet, niſi eum M. Tullius, & T. Liuius in literas retuliſſent? P. Scipionem Africanum, imò Scipiones omnes, ſeu Lucios, ſeu Naſicas, nónne tenebræ poſsiderent ac tegerent, niſi cōmendatores eorum hiſtorici nobiles atq; ignobiles extitiſſent? Longum eſt omnia perſequi, quæ ad exemplum huiuſcemodi etiam nobis tacentibus uſurpanda ſunt. Illud tantum conteſtatum uolo, me & rem ſcripſiſſe, quam

ſi quis

ſi quis uoluerit honeſtius, eloquio celſiore demonſtret: & mihi quidem id animi fuit,
non ut Saluſtios, Liuios, Tacitos, Trogos, atq; omnes diſertiſsimos imitarer uiros
in uita principum & temporibus diſſerendis, ſed Marium Maximum, Suetonium
Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem, Iulium Capitolinum,
Aelium Lampridium, cæterosq; qui hæc & talia nō tam diſerte, quàm uere memoriæ
tradiderunt. Sum enim unus ex curioſis, quod infinita ſcire non poſſum, incendenti-
bus uobis: qui cum multa ſciatis, ſcire multo plura cupitis. & ne diutius ea quæ ad me
um cōſilium pertinent loquar, magnum & præclarum principem, & qualem hiſtoria
noſtra non nouit, arripiam. Probus oriundus è Pannonia ciuitate Sirmienſi, nobilio-
re matre quàm patre, patrimonio moderato, affinitate nō magna, tam priuatus quàm
imperator nobiliſsimis uirtutibus claruit. Probo, ut quidam in literas retulerūt, pater
nomine Maximus fuit: qui cum ordines honeſtiſsime duxiſſet, tribunatum adeptus
apud Aegyptum uita functus eſt, uxore, ac filio, & filia derelictis. Multi dicunt Pro-
bum Claudij propinquum fuiſſe optimi & ſanctiſſimi principis: quod quia per unum
tantum Græcorum relatum eſt, nos in medio relinquemus. Vnum tamen dico, quod
in ephemeride legiſſe me memini, à Claudia ſorore Probum ſepultū. Adoleſcens Pro
bus corporis moribus tam clarus eſt factus, ut Valeriani iudicio tribunatū propè im-
berbis acciperet. Extat epiſtola Valeriani ad Gallienum, qua Probum laudat adhuc
adoleſcentem, & imitationi omnium proponit. Ex quo apparet neminem unq; perue
niſſe ad uirtutum ſummam iam maturum, niſi qui puer ſeminario uirtutū generoſio-
re cōcretus aliquid inclytum deſignaſſet. Epiſtola Valeriani: Valerianus pater Gallie
no filio Auguſtus Auguſto: Et meum ſecutus iudicium, quod ſemper de Probo adole
ſcente primo habui, & omnium bonorū, qui eundem ſui nominis uirum dicunt, tribu
natum in eum cōtuli datis ſex cohortibus Saracenis, creditis etiā auxiliaribus Gallis,
cum ea Perſarum manu, quam nobis Artabaſſes Syrus mancipauit. Te quæſo fili cha
riſsime, ut eum iuuenē, quem imitari pueris omnibus uolo, in tanto habeas honore,
quantū uirtutes eius & merita pro debito mentis ſplendore deſiderant. Alia epiſtola
de eodem ad præf. præt. cum ſalario: Valerianus Auguſtus Muluio Gallicano præf.
præt. Miraris fortaſsis, quòd ego imberbē tribunum fecerim contra conſtitutum diui
Adriani. Sed non multum miraberis, ſi Probum cogitas adoleſcentem uere probum:
nunquā enim aliud mihi cum eum cogito, nomē occurrit. Quod niſi nomen haberet,
potuit habere cognomē. Huic igit̃ dari iubebis, quoniā mediocris fortunæ eſt, ut eius
dignitas incrementis iuuet̃, tunicas rufulas duas, pallia gallica duo fibulata, interulas
paragaudias duas, patinā argenteam librarum decem ſpecillatam, aureos Antoninia-
nos centum, argenteos aurelianos mille, æreos Philippeos decē milia: Item in ſalario
diurno bubulę pondo, porcinæ pondo ſex, caprinæ pondo decē, gallinaceum per bi-
duum, olei per biduum ſextariū unum, uini ueteris diurnos ſextarios decem. cum lari
do bubalino, ſalis, olerum, lignorū, quantū ſatis eſt. Hoſpitia præterea eidem, ut tribu-
nis legionū præberi iubebis. Et hæc quidē epiſtolæ declarāt. Nunc quantū ex epheme
ride colligi potuit, cum bello Sarmatico iam tribunus trāſmiſſo Danubio multa forti
ter feciſſet, publice in concione donatus eſt haſtis puris quatuor, coronis uallaribus
duabus, corona ciuica una, uexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torque au-
reo uno, patera ſacrificali quinq; libri una. Quo quidē tēpore Valerium Flaccū adole
ſcētem nobilē parentē Valeriani, è Quadorū liberauit manu: unde illi Valerianus co-
ronam ciuicā detulit. Verba Valeriani pro cōcione habita: Suſcipe Probe pręmia pro
rep. ſuſcipe coronā ciuicā pro parēte. quo quidē tēpore legionē tertiam eidem addidit
ſub teſtimonio eiuſmodi: Epiſtola de legiōe tertia: Res geſtæ tuæ Probe chariſsime
faciunt, ut & ſerius tibi tradere maiores exercitus uidear, & cito tamē tradā: recipe in
fidē tuā legionē tertiā Felicem, quā ego adhuc nulli, niſi prouecto iā credidi: mihi aūt
eo tēpore credita eſt, quo & me canoſum, qui credebat, cū gratulatione uidit. Sed ego
in te nō expecto ætatē, cū & uirtutibus fulgeas, & moribus polleas. Veſtes tibi tripli-
ces dari iuſsi, ſalariū duplex feci, uexillariū deputaui. Longū eſt, ſi per res geſtas tanti
percurrā uiri, quæ ille ſub Valeriano, quæ ſub Gallieno, quæ ſub Aureliano & Clau-
dio priuatus fecerit: quoties murū cōſcenderit, uallum diripuerit, hoſtem cōminus in-

teremerit

dum imperium Probus ſumpſerit. Cum ad exercitus nuncius ueniſſet, tum primũ animus militibus fuit prçuenire Italicos exercitus, ne iterum ſenatus principem daret. ſed cum inter milites ſermo eſſet, quis fieri deberet, & manipulatim in campo tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum eſſe principem aliquẽ fortem, ſanctum, uerecundum, clementem, probum, idq; per multos circulos, ut fieri aſſolet, diceretur, quaſi diuino nutu undiq; ab omnibus acclamatum eſt: Probe Aug. dij te ſeruent. deinde concurſus, & ceſpititium tribunal: appellatusq; imperator, ornatus etiã pallio purpureo, quod de ſtatua templi oblatum eſt: atq; inde ad palatiũ reductus inuitus, & retrectans, & ſæpe dicens: Non enim uobis expedit milites, nõ mecum bene agitis. Ego enim uobis blandiri non poſſum. Prima eius epiſtola data ad Capitonẽ præfect. prçt. talis fuit: Imperium nunquam optaui, & inuitus accepi. Deponere mihi rem inuidioſiſsimam non licet. Agẽda eſt perſona, quam mihi miles impoſuit. Te quæſo Capito, ita mecum ſalua rep. perfruaris, annonam & commeatus & quicquid neceſſarium eſt ubiq; militi pares: ego, quantum in me eſt, ſi recte omnia gubernaueris, præfectum alterum nõ habebo. Itaq; milites cognito quod imperaret Probus, Florianũ, qui quaſi hæreditarium imperium arripuerat, interemerunt, ſcientes neminem dignius imperare quam Probum. Ita ei ſine ulla moleſtia totius orbis imperium & militũ & ſenatus iudicio delatũ eſt. Et quoniam mentionem ſenatus fecimus, ſciẽdum eſt, quid ipſe ad ſenatũ ſcripſerit, quid item ad eum ampliſsimus ordo reſcripſerit. Oratio Probi prima ad ſenatum: Recte atq; ordine P. C. proximo ſuperiore anno factum eſt, ut ueſtra clementia orbi terrarum principem daret: & quidem de uobis, qui & eſtis mundi principes, & ſemper fuiſtis, & in ueſtris poſteris eritis. atq; utinam id Florianus expectare uoluiſſet, nec uelut hæreditarium ſibi uindicaſſet imperiũ, uel illum uel alium quempiam maieſtas ueſtra feciſſet. Nunc quoniam ille imperium arripuit, nobis à militibus delatũ eſt nomen Auguſtum, uindicatum quinetiam in illum à prudentioribus militibus, quod fuerat uſurpatũ, quæſo ut de meis meritis faciatis, quicquid iuſſerit ueſtra clementia. Item S. C. Die tertio Nonas Februarias in æde Cõcordiæ inter cætera Aelius Scorpianus COS. dixit: Audiſtis P. C. literas Aurelij Valerij Probi, de his quid uidetꝰ? Tunc acclamatũ eſt: Probe Auguſte dij te ſeruẽt. Olim dignus, & fortis, & iuſtus, bonus ductor, bonus imperator. Exẽplum militiæ, exemplum imperij, dij te ſeruẽt. Aſſertor reip. felix imperes. Magiſter militiæ felix imperes: te cum tuis dij cuſtodiant, & ſenatus antea te delegit. Aetate Tacito poſterior, cæteris prior. Quod imperium ſuſcepiſti, gratias agimus: tuere nos, tuere remp. bene tibi cõmittimus, quos ante ſeruaſti. Tu Francicus, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia: & prius fuiſti ſemper dignus imperio, dignus triũphis: felix agas, feliciter imperes. Poſt hæc Manlius Statianus, qui primę ſententiæ tunc erat, ita locutus eſt: Dijs immortalibus gratias, & præ cæteris P. C. Ioui optimo, qui nobis principẽ talem, qualem ſemper optabamus, dederunt. Si recte cogitemus, nõ nobis Aurelianus, nõ Alexãder, nõ Antonini, nõ Traianus, non Claudius requirẽdi ſunt: omnia in uno principe cõſtituta ſunt, rei militaris ſcientia, animus clemens, uita uenerabilis, exẽplar agendæ reip. atq; omniũ prærogatiua uirtutũ. Enimuero quæ mundi pars eſt, quã ille non uincendo didicerit? Teſtes ſunt Marmaridæ in Africæ ſolo uicti, teſtes Franci inuijs ſtrati paludibus, teſtes Germani & Alemanni longe à Rheni ſubmoti littorib. Iam uero quid Sarmatas loquar, quid Gotthos, quid Parthos, ac Perſas, atq; omnẽ ponticũ tractum? ubiq; uigent Probi uirtutis inſignia. Longum eſt dicere quot reges magnarũ gentiũ fugauerit, quot duces manu ſua occiderit, quantũ armorũ ſit, quæ ipſe cepit priuatus. Superiores principes, quas illi gratias egerint, teſtes ſunt literæ publicis inſertæ monumentis. Dij boni quoties ille donis militaribus eſt donatus? quas militũ laudes emeruit? Adoleſcens tribunatũ, non longe poſt adoleſcentiã, regendas legiones accepit. Iupiter Opt. Max. Iuno regina, tuq; uirtutum præſul Minerua, tu orbis Cõcordia, et tu Romana Victoria, date hoc ſenatui P. Q. R. date militibus, date ſocijs, atq; exteris nationib. Imperet quemadmodũ militauit. Decerno igitur P. C. uotis omnium concinentibus nomen Cæſareum, nomen Auguſtum, addo proconſulare imperium, patris patriæ reuerẽtiam, pontificatũ maximum, ius tertiæ relationis, tribunitiam poteſtatem. Poſt hæc acclamatũ eſt, Omnes omnes.

Accepto igitur hoc S. C. ſecundum orationē permiſit patribus, ut ex magnorum iudi
cum appellationibus ipſi cognoſcerent, proconſules crearent, legatos conſulibus da-
rent, ius prætorium præſidibus darent: leges, quas Probus ederet, ſenatuſcõſultis pro
prijs conſecrarent. Statim deinde, ſi qui de interfectoribus Aureliani ſuperfuerant, ua
rio genere uindicauit. Mollius tamē, moderatiusq; quàm prius exercitus & poſtea Ta
citus uindicauerant. Deinde animaduertit etiam in eos, qui Tacito inſidias fecerant.
Floriani ſocijs pepercit, quòd non tyrannū aliquem uidebantur ſecuti, ſed ſui princi-
pis fratrem. Recepit deinde omnes Europenſes exercitus, qui Florianum & impera-
torē fecerant, & occiderant. His geſtis, cum ingenti exercitu Gallias petit: quæ omnes
occiſo Poſthumo, turbatæ fuerant, interfecto Aureliano, à Germanis poſſeſſæ. tanta
autem illic prælia feliciter geſsit, ut à Barbaris ſexaginta per Gallias nobiliſsimas reci-
peret ciuitates: prædam deinde omnem, qua illi præter diuitias etiam efferebantur ad
gloriā. Et cum iam in noſtra ripa, imò per omnes Gallias ſecuri uagarentur, cæſis pro-
pè quadringētis millibus, qui Romanum occupauerāt ſolum, reliquias ultra Nicrum
fluuium & Albam remouit, tātum his prædæ barbaricæ tulit, quantum ipſi Romanis
abſtulerant: contrà urbes Rom. & caſtra in ſolo barbarico poſuit, atq; illic milites collo
cauit. Agros, & horrea, & domos, & annonā tranſrenanis omnibus fecit, ijs uidelicet,
quos in excubijs collocauit. nec ceſſatū eſt unq; pugnari, cum quotidie ad eum barba-
rorū capita deferrētur, iam ad ſingulos aureos ſingula, quamdiu reguli nouē ex diuer-
ſis gentibus uenirent, atq; ad pedes Probi iacerent. quibus ille primū obſides impera-
uit, qui ſtatim dati ſunt: deinde frumentū, poſtremo etiā uaccas, atq; oues. Dicitur iuſ-
ſiſſe his acrius, ut gladijs nō uterētur, Romanā expectaturi defenſionē, ſi eſſent ab ali-
quibus uindicandi. Sed uiſum eſt id non poſſe fieri, niſi ſi limes Romanus extendere-
tur, & fieret Germania tota prouincia. Maxime tamen ipſis regibus cōſentientibus in
eos uindicatum eſt, qui prædam fideliter non reddiderunt. Accepit præterea ſedecim
millia tyronum, quos omnes per diuerſas prouincias ſparſit, ita ut numeris, uel limita-
neis militibus quinquagenos, & ſexagenos interſereret, dicens ſentiendum eſſe nō ui
dendū, cum auxiliaribus barbaris Romanus iuuatur. Compoſitis igitur rebus in Gal-
lia, tales ad ſenatum literas dedit: Ago dijs immortalibus gratias P. C. quia ueſtra in
me iudicia comprobarunt. Subacta eſt omnis, quà tenditur late Germania: nouem re-
ges gentium diuerſarum ad meos pedes, imò ad ueſtros ſupplices, ſtratiq; iacuerunt.
Omnes iam barbari uobis arant, uobis iam ſerunt, & contra interiores gentes militāt.
Supplicationes igitur ueſtro more decernite. Nam & quadringenta millia hoſtium cæ
ſa ſunt, & ſedecim millia armatorū nobis oblata, & ſeptuaginta urbes nobiliſsimæ ca-
ptiuitate hoſtiū uindicatæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ. Coronas quas mihi ob-
tulerunt omnes Galliæ ciuitates aureas, ueſtræ P. C. clementiæ dedicaui. Et has Ioui
Opt. Max. cæteriſq; dijs deabuſq; immortalibus ueſtris manibus conſecrate. Præda
omnis recepta eſt, capta etiam alia, & quidem maior quàm fuerat antè direpta. Aran-
tur Gallicana rura barbaris bobus, & iuga Germanica captiua præbent noſtris colla
cultoribus: paſcuntur ad noſtram alimoniam gentium pecora diuerſarū: equinum pe-
cus noſtro iam fœcundatur equitatui, frumēto barbarico plena ſunt horrea. Quid plu
ra? illis ſola relinquimus ſola, nos eorum omnia poſsidemus. Volueramus P. C. Ger-
maniæ nouū præſidem facere, ſed hoc ad pleniora uota diſtulimus. Quod quidem cre-
dimus conferre, cum diuina prouidentia noſtros uberius fœcundarit exercitus. Poſt
hæc Illyricū petijt: & prius quàm ueniret, Rhetias ſic pacatas reliquit, ut illic ne ſuſpi-
cionē quidem ullius terroris relinqueret. In Illyrico Sarmatas cæteraſq; gentes ita con
tudit, ut propè ſine bello cuncta reciperet, quæ illi diripuerant. Tetendit deinde iter
per Thracias, atq; omnes Geticos populos fama rerū territos, & antiqui nominis po-
tētia preſſos, aut in deditionem, aut in amicitiam recepit. His geſtis, orientē petijt: atq;
in itinere potentiſsimo quodam latrone Palfurio capto & interfecto, omnē Iſauriam
liberauit: populis atq; urbibus Romanis legibus reſtitutis, barbarorum qui apud Iſau-
ros ſunt, uel per terrorē, uel per uolūtatem loca ingreſſus eſt: quę cum peragraſſet, hoc
dixit: Facilius eſt ab iſtis locis latrones arceri, quàm tolli. ueteranis omnia illa, quæ an-
guſte adeuntur loca priuata donauit, addens ut eorum filij ab anno octauodecimo ma

res duntaxat ad militiam mitterentur: ne antè latrocinari, quàm militare diſcerent. Pacatis deniq; omnibus Pamphyliæ partibus, cæterarumq; prouinciarum, quæ ſunt Iſauriæ uicinæ, ad orientem iter flexit. Blemyas etiam ſubegit, quorum captiuos Romam tranſmiſit, qui mirabilem ſui uiſum ſtupente po. Rom. præbuerunt. Copton præterea, & Ptolemaidem urbes ereptas barbarico ſeruitio, Romano addidit iuri. Ex quo tantum profecit, ut Parthi legatos ad eum mitterent, confitentes timorem paceq; poſcentes: quos ille ſuperbius acceptos, magis timentes domum remiſit. Fertur etiam epiſtola illius repudiatis donis, quæ rex Parthorũ miſerat, ad Narſeum talis fuiſſe: Miror te de omnibus, quæ noſtra futura ſunt, tam pauca miſiſſe. Habeto interim omnia illa, quibus gaudes: quæ ſi nos habere cupiamus, ſcimus quemadmodũ poſsidere debeamus. His acceptis literis Narſeus maxime territus, & eo præcipue quòd Copton & Ptolemaidem comperit à Blemyis qui eas tenuerãt uindicatas, cæſosq; ad internitionẽ eos, qui gentibus fuerant antè terrori. Facta igitur pace cum Perſis, ad Thracias redijt, & centum millia Baſtarnarum in ſolo Rom. conſtituit, qui omnes fidem ſeruauerũt. Sed cum & ex alijs gentibus pleroſq; pariter tranſtuliſſet, id eſt, ex Gepidis, Gautunnis, & Vandalis, illi omnes fidem fregerunt. Et occupato bellis tyrannicis Probo, per totum penè orbem pedibus & nauigando uagati ſunt. Nec parum moleſtiæ Rom. gloriæ intulerunt: quos quidem ille diuerſis uicibus, uarijsq; uictorijs oppreſsit, paucis cum gloria domum redeuntibus, quod Probi euaſiſſent manus. Hæc Probus cum Barbaris geſsit. Sed habuit etiam non leues tyrannicos motus. Nam & Saturninum, qui orientis imperium arripuerat, uarijs præliorũ generibus, & nota uirtute ſuperauit. Quo uicto, tanta in oriente quies fuit, ut quemadmodum uulgo loquebantur, mures rebelles nullus audiret. Deinde cum Proculus & Bonoſus apud Agrippinam in Gallia imperium arripuiſſent, omneſq; ſibi Britannias, Hiſpanias, & braccatæ Galliæ prouincias uindicarent, Barbaris ſemet iuuantibus uicit. Ac ne requiras plura uel de Saturnino, uel de Proculo, uel de Bonoſo, ſuo eoſdem inſerã libro, pauca de ijſdem, ut decet, imò ut poſcit neceſsitas, locuturus. Vnum ſanè ſciendum eſt, quod Germani omnes, cum ad auxilium eſſent rogati à Proculo, Probo potius perſeruire maluerũt, quàm cum Bonoſo & Proculo eſſe. Gallis omnibus & Hiſpanis ac Britannis hinc permiſit, ut uites haberent, uinumq; conficerent. Ipſe Almam montem in Illyrico circa Sirmium militari manu foſſum, lecta uite conſeuit. Dedit Rom. etiam uoluptates, & quidem inſignes, delatis etiam congiarijs. Triumphauit de Germanis & Blemyis: omnium gentiũ drungos uſq; ad quinquagenos homines ante triumphum duxit: uenationem in circo ampliſsimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem ſpectaculi fuit tale: Arbores ualidæ per milites radicitus uulſæ connexis late longeq; trabibus affixæ ſunt, terra deinde ſuperiecta, totuſq; circus ad ſyluæ cõſitus ſpeciẽ, gratia noui uiroris effronduit. Immiſsi deinde per omnes aditus ſtruthiones mille, mille cerui, mille apri, mille damæ, ibices, oues feræ, & cætera herbatica animalia, quanta uel ali potuerũt, uel inueniri. Immiſsi deinde populares, rapuit quiſq; quod uoluit. Addidit alia die in amphitheatro una miſsione centũ iubatos leones, qui rugitibus ſuis tonitrua excitabant: qui omnes contificijs interempti ſunt, non magnum præbentes ſpectaculum cum occidebantur. Neq; enim erat beſtiarum impetus ille, qui eſſe ab eis egredientibus ſolet. Occiſi ſunt præterea multi, qui diripere uolebant, ſagittis. Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum leænæ, & urſi ſimul trecenti: quarum omnium ferarum magnum magis conſtat ſpectaculum fuiſſe quàm gratum. Edita præterea gladiatorum paria trecenta, Blemyis pleriſq; pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, pleriſq; Germanis & Sarmatis, nonnullis etiam latronibus Iſauris. Quibus peractis, bellum Perſicum parans, cum per Illyricũ iter faceret, à militibus ſuis per inſidias interemptus eſt. Cauſæ occidendi eius hæ fuere: Primum, quod nunquam militẽ otioſum eſſe perpeſſus eſt: Siquidem multa opera militari manu perfecit, dicens annonam gratuitam militem comedere non debere. His addidit dictum eius graue, ſi unquam eueniat ſalutare, reip. breui milites neceſſarios non futuros: quod ille conceperat animo, qui hoc dicebat. nónne omnes barbaras nationes ſubiecerat pedibus? quia totum mundum fecerat iam Romanum: breui, inquit, milites neceſſarios non habebimus.

quid eſt aliud dicere? Romanus iam miles erit nullus, ubiq; regnabit, omnia poſsidebimus, ſecura reſp. orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam præbebit: uobis habebuntur aratra, equus naſcetur ad pacem, nulla erunt bella, nulla captiuitas. Vbiq; pax, ubiq; Rom. leges, ubiq; iudices noſtri. Longius amore imperatoris optimi progredior, quàm pedeſtris ſermo deſiderat. Quare addam illud, quòd præcipue tanto uiro fatalem properauit neceſsitatem. Nam cum Sirmium ueniſſet, ac ſolum patriũ effœcundari cuperet & dilatari, ad ſiccandam quandam paludem multa ſimul millia militum poſuit, ingentem parans foſſam: qua deiectis in altum nauibus, loca Sirmienſibus profutura ſiccaret. permoti milites confugientem eum in Turrem ferratam, quam ipſe ſpeculæ cauſa editiſsimam exædificauerat, interemerunt anno imperij ſui quinto. Poſtea tamen ingens ei ſepulchrum elatis aggeribus, omnes pariter milites fecerunt cũ titulo huiuſmodi inciſo marmori: Hic Probus imperator, & uere Probus ſitus eſt uictor omnium gentium barbararum, uictor etiam tyrannorum. Conferens ego cum alijs imperatoribus principem Probum, omibus propè Romanis ducibus, qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles extiterũt, intelligo hunc uirum parẽ fuiſſe: aut ſi non repugnat inuidia furioſa, meliorem. quinquennio enim imperij ſui per totum orbem terrarum tot bella geſsit, & quidem per ſe, ut mirabile ſit, quemadmodum omnibus occurrerit prælijs: multa manu ſua fecit, duces præclariſsimos inſtituit. Nam & eius diſciplina Carus, Diocletianus, Conſtantius, Aſclepiodorus, Annibalianus, Leonides, Cecropius, Piſonianus, Herennianus, Gaudioſus, Vrſinianus, Herculius Maximianus, & cæteri, quos patres noſtri mirati ſunt, & de quibus nõnulli boni principes extiterunt, inſtituti ſunt. Cõferat nunc, cui placet, uiginti Traiani, Adrianiq; annos, conferat propè totidem Antoninorum. Nam quid de Auguſto loquar? cuius imperij anni uix poſſunt credi. Malos autem principes taceo: ipſa uox Probi clariſsima indicat, quid ſe facere potuiſſe ſperaret, qui dixit: breui neceſſarios milites nõ futuros. Ille uero conſcius ſui, non Barbaros timuit, non tyrannos. Quæ deinde felicitas emicuiſſet, ſi ſub illo principe milites nõ fuiſſent? Annonam prouincialibus daret nullus, ſtipendia de largitionibus nulla erogarentur, æternos theſauros haberet Romana reſpub. Nihil expenderetur à principe, nihil à poſſeſſore redderetur, aureum profectò ſeculum promittebat. Nulla futura erant caſtra, nuſquam lituus audiendus, arma non erant fabricanda: populus iſte militantium, qui nunc bellis ciuilibus rempub. uexat, pacis ſtudijs incumberet, erudiretur artibus, nauigaret. Adde quod nullus occideretur in bello. Dij boni quid tantum uos offendit Rom. reſpub. cui talem principem ſubſtuliſtis? Eant nunc, qui ad ciuilia bella milites parant, in germanorum necem arment dexteras fratrum, hortentur in patrum uulnera liberos, & dignitatem Probo derogent: quam imperatores noſtri prudenter & conſecrãdam uultibus, & ornandam templis, & celebrandam ludis Circenſibus iudicarũt. Poſteri Probi uel odio inuidiæ, uel timore Romanam rem fugerunt: & in Italia circa Veronam, ac Benacum, & Larium, atq; in his regionibus larem locauerunt. Sanè quod præterire non potui, cum imago Probi in Veronẽſi ita fulmine icta eſſet, ut eius prętexta colores mutaret, aruſpices reſponderunt, huius familiæ poſteros tantæ in ſenatu claritudinis fore, ut omnes ſummis honoribus fungerentur. Sed adhuc neminem uidimus. Poſteri autem uidentur æternitatem habere. Senatus mortẽ Probi grauiſsime accepit, æque populus. Et cum eſſet nuntiatum, Carum imperare uirum bonum quidem, ſed longe à moribus Probi, cauſa filij eius Carini, qui ſemper peſsime uixerat, tam ſenatus quàm populus inhorruit. Metuebant enim unuſquiſq; triſtiorem principem, ſed magis improbũ metuebant hæredem. Hęc ſunt, quę de Probo cognouimus, uel quę digna memoratu exiſtimauimus. Nunc in alio libro, & quidẽ breui, de Firmo, & Saturnino, & Bonoſo, & Proculo dicemus.

Non enim dignum fuit, ut quadrigæ tyrannorum bono principi miſceren
tur. Poſt deinde, ſi uita ſuppetit, Carum incipiemus
propagare cum liberis.

FLAVII VOPISCI

SYRACVSII

FIRMVS SATVRNINVS

PROCVLVS ET BONOSVS.

MINVSCVLOS tyrannos ſcio pleroſq; tacuiſſe, aut breuiter
præteriſſe. Nam & Suetonius Tranquillus, emendatiſsimus
& candidiſsimus ſcriptor, Antonium & Vindicē tacuit, con
tentus eo quod eos curſim perſtrinxerat: & Marius Maxi-
mus, qui Auidiū Marci temporibus, Albinum & Nigrum
Seueri, nō ſuis proprijs libris, ſed alienis innexuit. Et de Sue
tonio nō miramur, cui familiare fuit amare breuitatē. Quid
Marius Maximus homo omnium uerboſiſsimus, qui & my
thiſtoricis ſe uoluminib. implicauit, non ad iſtam deſcriptio-
nem, curamq; deſcēdit? At contrà Trebellius Pollio ea fuit
diligentia, eaq; cura in edendis bonis maliſq; principibus, ut etiam triginta tyran-
nos uno breuiter libro concluderet, qui Valeriani & Gallieni nec multo ſuperiorum,
aut inferiorum fuere principum temporibus. Quare nobis etiam non minima fuit cu-
ra, ut dictis Aureliano, Tacito, & Floriano, Probo etiā magno ac ſingulari principe,
cum dicendi eſſent Carus, Carinus, & Numerianus, de Saturnino, Bonoſo, Procu-
lo, & Firmo, qui ſub Aureliano fuerant, nō taceremus. Scis enim mi Baſſe, quanta no
bis contentio proxime fuerit cum amatore hiſtoriarum M. Fonteio, cum ille diceret,
Firmum, qui Aureliani temporibus Aegyptum occupauerat, latrunculum fuiſſe, nō
principem. Contrà ego, mecumq; Rufus Celſus, & Ceionius Iulianus, & Fabius So-
ſianus cōtenderent, dicentes illum & purpura uſum, & percuſſa moneta Auguſtum
eſſe uocitatū: quinetiā nummos eius Seuerus Archontius protulit. De Græcis autem
Aegyptijſq; libris conuicit illum αὐτοκράτορα in edictis ſuis eſſe uocitatū. Et illi qui-
dem aduerſum nos contendenti hæc ſola ratio fuit, quod dicebat Aurelianū in edicto
ſuo non ſcripſiſſe, quod tyrannum occidiſſet: ſed quod latrunculum quendā à rep. re-
mouiſſet, perinde quaſi digne tanti princeps nominis debuerit tyrannū appellare ho-
minē tenebrariū, aut non ſemper latrones uocitauerint magni principes eos, quos in-
uadentes purpuras necauerūt. Ipſe ego in Aureliani uita prius q̄ de Firmo cuncta co-
gnoſcerē, Firmum nō inter purpuratos habui, ſed quaſi quendam latronem: quod ic-
circo dixi, ne quis me oblitum exiſtimaret mei. Sed ne uolumini, quod breuiſsimū pro
miſi, multa connectam, ueniamus ad Firmum. Firmo patria Seleucia fuit, tametſi ple-
riq; Græcorū alteram tradunt, ignari eo. tēpore ipſo tres fuiſſe Firmos: quorum unus
præf. Aegypti, alter dux limitis Africani, idemq; proconſul. tertius iſte Zenobiæ ami-
cus, ac ſocius: qui Alexandriam Aegyptiorum incitatus furore peruaſit, & quem Au-
relianus ſolita uirtutum ſuarum felicitate contriuit. De huius diuitijs multa dicuntur:
Nam & uitreis quadraturis bitumine alijſq; medicamentis inſertis domum induxiſſe
perhibetur: & tantū habuiſſe de chartis, ut publice ſæpe diceret, exercitū ſe alere poſſe
papyro & glutino. Idem & cum Blemyis ſocietatē maximā tenuit, & cum Saracenis.
naues quoq; ad Indos negotiatorias ſępe miſit. ipſe quoq; dicitur habuiſſe duos dentes
elephanti pedum denum, è quibus Aurelianus ipſe ſellam conſtituerat facere additis
alijs duobus, in qua Iupiter aureus & gēmatus ſederet, cum prætexta ponēdus in tem
plo Solis Apenninis ſortibus additis, quem appellari uoluerat Iouē conſulem, uel con
ſulentem. Sed eoſdem dentes poſtea Carinus mulieri cuidam dono dedit, quæ lectum
ex ijs feciſſe narratur. Et quia nunc ſcitur, & ſciri apud poſteros nihil proderit, taceo.
Ita donum Indicū Ioui Opt. Max. cōſecratum, per deterrimum principem & miniſte-
rium libidinis factū uidetur & pretium. Fuit tamen Firmus ſtatura ingēti, oculis foris
eminētibus, capillo criſpo, frōte uulnerata, uultu nigriore, reliqua parte corporis can-

didus, ſed piloſus atq; hiſpidus, ita ut eum pleriq; Cyclopem uocarent. Carne multa ueſcebatur, ſtruthionem ad diem comediſſe fertur. Vini non multum bibit, aquæ plurimum, mente firmiſsimus, neruis robuſtiſsimus, ita ut triariũ uinceret, cuius Varro Aelius meminit. Nam & incudem ſuperpoſitam pectori cõſtanter alijs tundentibus pertulit, cum ipſe recliuus ac reſupinus & curuatus in manus penderet potius quàm iaceret. Fuit tamen ei contentio cum Aureliani ducibus ad bibendum, ſi quando eum tentare uoluiſſent. Nam quidam Burburus nomine de numero uexillariorum notiſsimus potator cum ad bibendum eundem prouocaſſet, ſitulas duas plenas mero duxit: & toto poſtea conuiuio ſobrius fuit. Et cum ei Burburus diceret: Quare non feces bibiſti? reſpondit ille: Stulte, terra non bibitur. Leuia perſequimur, cum maiora dicenda ſint. Hic ergo contra Aurelianum ſumpſit imperium ad defendendas partes, quæ ſupererant Zenobiæ. Sed Aureliano de Carris redeunte ſuperatus eſt. Multi dicunt laqueo uitam eum finiſſe: aliud edictis ſuis oſtendit. namq; cum eum uiciſſet, tale edictum Romæ proponi iuſsit: Amantiſsimo ſui po. Rom. Aurelianus Auguſtus S.D. Pacato undiq; gentium toto, quà patet, orbe terrarum, Firmum etiam latronem Aegyptiũ barbaricis motibus æſtuantem, & fœminei propudij reliquias colligentem, ne plurimum loquar, fugauimus, obſedimus, cruciauimus, & occidimus. Nihil eſt Romulei Quirites, quod timere poſsitis. Canon Aegypti, qui ſuſpenſus per latronem improbum fuerat, integer ueniret, ſi uobis eſſet cũ ſenatu cõcordia, cũ equeſtri ordine amicitia, cum prætorianis affectio. Ego efficiam, ne ſit aliqua ſolicitudo Romana. Vacate ludis, uacate Circenſibus. Nos publicæ neceſsitates teneant, uos occupent uoluptates. Quare ſanctiſsimi Quirites, & reliqua. Hęc nos de Firmo cognouiſſe ſcire debuiſti, ſed digna memoratu. Nam ea quæ de illo Aurelianus Feſtiuus libertus Aureliani ſigillatim retulit, ſi uis cognoſcere, eundem oportet legas: maxime cum dicat Firmũ eundem inter crocodilos unctum crocodilorum adipibus nataſſe, & elephantum rexiſſe, & hippopotamos ediſſe, & ſedentem ingentibus ſtruthionibus uectum eſſe, & quaſi uolitaſſe. Sed hæc ſcire quid prodeſt? cum & Liuius, & Salluſtius taceant res leues de ijs, quorum uitas ſcribendas arripuerint: non enim ſcimus quales mulos Clodius habuerit, aut mulas T. Annius Milo, aut utrum Tuſco equo ſederit Catilina, an Sardo, uel quali in chlamyde Põpeius uſus fuerit purpura. Quare finem de Firmo faciemus, uenientes ad Saturninum, qui contra Probũ imperiũ ſibimet in orientis partibus uindicauit.

FLAVII VOPISCI

SYRACVSII

SATVRNINVS

SATVRNINVS oriundus fuit Gallis ex gente hominum inquietiſsima, & auida ſemper uel faciendi principis, uel imperij. Huic inter cæteros duces, qui uere ſummus uideretur, Aurelianus limitis orientalis ducatum dedit, ſapienter præcipiens, ne unquam Aegyptũ uideret. Cogitabat enim quantum uidemus, uir prudentiſsimus Gallorum naturam, & uerebatur, ne ſi perturbidam ciuitatem uidiſſet, quò eum natura ducebat, ſocietate quoq; hominum duceretur. Sunt enim Aegyptij, ut ſatis noſti, uiri uentoſi, furibundi, iactantes, iniurioſi, atq; adeo uani, liberi, nouarum rerum uſq; ad cantilenas publicas cupientes, uerſificatores, epigrammatarij, mathematici, aruſpices, medici. Nam & Chriſtiani, Samaritæ, & quibus præſentia ſemper tempora cum enormi libertate diſpliceant. Ac ne quis mihi Aegyptiorum iraſcatur, & meum eſſe credat, quod in literas retuli, Adriani epiſtolam ex libris Phlegõtis liberti eius proditam,

ex qua

ex qua penitus Aegyptiorũ uita detegitur, indidi. Adrianus Aug. Seruiano COS. S. Aegyptum quam mihi laudabas, Seruiane chariſſime, totam didici leuem, pendulam, & ad omnia famæ momenta uolitantem. Illi qui Serapin colunt, Chriſtiani ſunt: & deuoti ſunt Serapi, qui ſe Chriſti epiſcopos dicunt. Nemo illic archiſynagogus Iudæorũ, nemo Samarites, nemo Chriſtianorũ presbyter, non mathematicus, non aruſpex, non aliptes. Ipſe ille patriarcha cum Aegyptũ uenerit, ab alijs Serapidem adorare, ab alijs cogitur Chriſtum. genus hominum ſeditioſiſſimũ, uaniſſimum, iniurioſiſſimũ. ciuitas opulenta, diues, fœcunda, in qua nemo uiuat otioſus. Alij uitrũ conflant, ab alijs charta conficitur: omnes certe lymphiones cuiuſcunq; artis & uidentur, & habentur. Podagroſi quod agant, habent: cæci quod agant, habent: cæci quod faciant: ne chiragrici quidem apud eos otioſi uiuunt. Vnus illis deus eſt, hunc Chriſtiani, hunc Iudæi, hũc omnes uenerantur & gentes: & utinam melius eſſet morata ciuitas digna profecto ſui profunditate, quæ pro ſui magnitudine totius Aegypti teneat principatum. Huic ego cuncta conceſſi, uetera priuilegia reddidi, noua ſic addidi, ut præſenti gratias agerent. deniq; ut primũ inde diſceſſi, & in filiũ meũ Verũ multa dixerunt, & de Antonino quę dixerũt, cõperiſſe te credo. nihil illis opto, niſi ut ſuis pullis alant, quos quẽadmodũ fœcundãt, pudet dicere. Calices tibi allaſſontes uerſicolores trãſmiſi, quos mihi ſacerdos tẽpli obtulit, tibi & ſorori meæ ſpecialiter dedicatos, quos tu uelim feſtis dieb. cõuiuijs adhibeas. Caueas tamẽ ne his Africanus noſter indulgenter utatur. Hæc ergo cogitãs de Aegyptijs Aurelianus iuſſerat, ne Saturninus Aegyptũ uideret, & mente quidem diuina. Nam ut primum Aegyptij magnam poteſtatem ad ſe ueniſſe uiderunt, ſtatim clamauerunt: Saturnine Auguſte, dij te ſeruent: & ille quidem quod negari non poteſt, uir ſapiens, de Alexãdrina ciuitate mox fugit, atq; ad Palæſtinam redijt. Ibi tamen cum cogitare cœpiſſet, tutum ſibi non eſſe, ſi priuatus uiueret, depoſita purpura ex ſimulacro Veneris, cyclade uxoria militibus circumſtantibus amictus, & adoratus eſt. Auum meum ſæpe dicentem audiui ſe interfuiſſe, cum ille adoraretur: Flebat, inquit, & dicebat: Neceſſarium, ſi non arroganter dicam, reſpub. uirum perdidit. Ego certe inſtauraui Gallias, ego à Mauris poſſeſſam Africam reddidi. Ego Hiſpanias pacaui. Sed quid prodeſt? omnia hæc affectato ſemel honore periérũt. Et cum eum animarent, uel ad uitam, uel ad imperium, qui induerunt purpuram, in hæc uerba diſſeruit: Neſcitis amici, quid mali ſit imperare. Gladij & tela noſtris ceruicibus impendẽt, imminent haſtæ undiq;, undiq; ſpicula. ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur: non cibus pro uoluptate, non iter pro autoritate, non bella pro iudicio, non arma pro ſtudio. Adde quod omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex eſt quiſpiam, inhabilis uidetur: ſin minus, ineſt furor. nam quod imperatorẽ me cupitis, in neceſſitatem mortis me trahitis. Sed habeo ſolatium mortis, ſolus perire non potero. M. Saluidienus hanc ipſius orationem uere fuiſſe dicit, & fuit re uera non parum literatus. Nam & in Africa rhetoricæ operam dederat, Romæ frequentauerat pergulas magiſtrales. Et ne longius progrediar, dicendum eſt quod præcipue ad hunc pertinet: Errare quoſdam ſcio, & putare hunc eſſe Saturninũ, qui Gallieni temporibus imperium occupauit, cum hic longe alius fuerit, etiam Probo penè nolente ſit occiſus. Fertur autem Probus & clementes ad eum literas ſæpe miſiſſe, & ueniam eſſe pollicitum: ſed milites qui cum eo fuerant, non crediſſe. Obſeſſum deniq; in caſtro quodam ab ijs quos Probus miſerat, inuito Probo eſſe iugulatum. Longum eſt friuola quæq; connectere, & odioſum dicere, quali ſtatura fuerit, quo corpore, quo decore, quid biberit, qd comederit: ab alijs iſta dicantur, quę propè ad exemplum nihil proſunt. Nos ad ea quæ ſunt dicenda, redeamus.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

PROCVLVS

PROCVLO patria Albingauni fuere, poſiti in alpibus maritimis. domi nobilis, ſed maioribus latrocinantibus, atq; adeo pecore, ac ſeruis, & ijs rebus quas abduxerat, ſatis diues. Fertur deniq; eo tempore quo ſumpſit imperium, duo millia ſeruorũ ſuorum armaſſe. Huic uxor uirago, quæ illum in hãc præcipitauit dementiã, nomine Sampſo, quod ei poſtea inditũ eſt. Nam antea Viturgia nominata eſt. Filius Herennianus, quem & ipſum quinquenniũ ſi impleſſet (ita enim loquebat̃) dicaſſet imperio. Homo, quòd negari non poteſt, optimus, idemq; fortiſſimus: ipſe quoq; latrocinijs aſſuetus, qui tamen armatã ſemper egerit uitam. Nã & multis legionib. tribunus præfuit, & fortia edidit facta: & quoniã minima quæq; iucunda ſunt, atq; habent aliquid gratiæ, cum legunt̃, tacendum non eſt, quod & ipſe gloriat̃ in quadam ſua epiſtola, quam ipſam melius eſt ponere, ꝙ de ea plurimũ dicere:

Proculus Metiano affini S.D. Centum ex Sarmatia uirgines cepi. Ex his una nocte decem iniui: omnes tamen, quod in me erat, mulieres intra dies XV. reddidi. Gloriatur, ut uides, rem ineptã, & ſatis libidinoſam: atq; inter fortes ſe haberi credit, ſi criminum denſitate coaleſcat. Hic tamen, cum etiam poſt honores militares ſe improbe & libidinoſe, tamen fortiter ageret, hortantibus Lugdunenſibus, qui & ab Aureliano grauiter contuſi uidebant̃, & Probum uehemẽtiſſime pertimeſcebant, in imperiũ uocitatus eſt ludo penè & ioco, ut Oneſimus dicit: quod quidem apud nullum alium reperiſſe me ſcio. Nam cum in quodam conuiuio ad latrunculos luderetur, atq; ipſe decies imperator exiſſet, quidam nõ ignobilis ſcurra, Aue, inquit, Auguſte. Allataq; lana purpurea, humeris eius iunxit, eumq; adorauit: timor inde conſciorũ, atq; inde iam exercitus tentatio, & imperij. Non nihilum tamen Gallis profuit. Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur, non ſine gloriæ ſplendore contriuit, nunquã aliter quàm latrocinandi pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum uſq; ad ultimas terras, & cupientem in Francorum auxiliũ uenire, à quibus originem ſe trahere ipſe dicebat, ipſis prodentibus Francis, quibus familiare eſt ridendo fidem frãgere, uicit, & interemit. Poſteri eius etiã nunc apud Albingaunos agunt: qui ioco ſolent dicere, ſibi non placere eſſe uel principes, uel latrones. Hæc digna memoratu de Proculo didiciſſe memini. Veniamus ad Bonoſum, de quo multo minora condidi.

Germanorũ nomen antiquius, Alemannorum recentius

Franci fœdifragi

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

BONOSVS

BONOSVS homo Hiſpanienſis fuit, origine Britannus: Galla tamẽ matre, ut ipſe dicebat, rhetoris filius: ut ab alijs cõperi, pædagogi literarij: paruulus patrem amiſit, atq; à matre fortiſsima educatus, literarũ nihil didicit. Militauit primum inter ordinarios, deinde inter equites: duxit ordines, tribunatus egit, dux limitis Rhetici fuit: bibit quãtum hominum nemo. De hoc Aurelianus ſæpe dicebat: Non ut uiuat natus eſt, ſed ut bibat, quem quidem diu in honore habuit cauſa militiæ. Nam ſi quãdo legati Barbarorum undecunq; gentium ueniſſent, ipſis propinabat, ut eos inebriaret, atque ab his per uinum cuncta cognoſceret. Ipſe

quãtumlibet

quantumlibet bibiſſet, ſemper ſecurus, & ſobrius: &, ut Oneſimus dicit ſcriptor uitæ Probi, adhuc in uino prudentior. Habuit præterea rem mirabilem, ut quantum bibiſſet, tantum mingeret: neq; unquam aut eius pectus, aut uenter, aut ueſica grauaret. Hic idem, cum quodam tempore in Rheno Romanas luxurias Germani incẽdiſſent, timore ne pœnas daret, ſumpſit imperium: idq; diutius tenuit, ꝙ rebatur. Nam longo grauiq; certamine à Probo ſuperatus, laqueo uitam finiuit. Tunc quidem iocus extitit, Amphoram pendere, non hominem. Filios duos reliquit, quibus ambobus Probus pepercit, uxore quoq; eius in honore habita, & uſq; ad mortem ſalario præſtito. Fuiſſe enim dicitur, ut & auus meus dicebat, fœmina ſingularis exempli, & familię nobilis gentis Gotthicæ: quam illi Aurelianus uxorem idcirco dederat, ut per eum à Gotthis cuncta cognoſceret. Erat enim illa uirgo regalis. Extant literę ad legatum Thraciarum ſcriptæ, de ijs nuptijs, & donis quæ Aurelianus Bonoſo dari nuptiarum cauſa iuſſit, quas ego inſerui: Aurelianus Auguſtus Gallonio Auito ſalutẽ. Superioribus literis ſcripſeram, ut optimates Gotthicas apud Perinthum collocares decretis ſalarijs, nõ ut ſingulæ acciperent, ſed ut ſeptem ſimul unum conuiuiũ haberent. Cum enĩ diuiſę accipiunt, & illæ parum ſumunt, & reſp. plurimum perdit. Nunc tamen, quoniam placuit Bonoſo Hunilam dari, dabis ei iuxta breue infrà ſcriptũ omnia quæ pręcipimus: ſumptu etiã publico nuptias celebrabis. Breuis numerꝰ fuit: Tunicas palliolatas hyacinthinas ſubſericas: tunicam auro clauatam ſubſericam librilem unam, interulas dilores duas, & reliqua quæ matronæ conueniunt. Ipſi dabis aureos Philippeos centum, argenteos Antoninianos mille, æris H—S decies. Hæc me legiſſe teneo de Bonoſo. & potui quidẽ horum uitam præterire, quos nemo quærebat. Attamen, ne quid fidei deeſſet, etiam de ijs quæ didiceram, intimanda curaui. Superſunt mihi Carus, Carinus, & Numerianus: nam Diocletianus, & qui ſequuntur, maiore ſtylo dicendi ſunt.

FLAVII VOPISCI
SYRACVSII

CARVS

FATO remp. regi, eamq; nunc ad ſummum euehi, nunc ad minima retrahi, Probi mors ſatis prodidit. Nam cum ducta per tẽpora uarijs uel erecta motibus, uel afflicta, nunc tempeſtate aliqua, nũc felicitate uariata, omnia propè paſſa eſſet, quæ patitur in homine uno mortalitas, uidebatur poſt diuerſitatẽ malorum iam ſecura continuata felicitatis menſura, poſt Aurelianũ uehementem principem Probo ex ſententia ſenatus & populi, leges & gubernacula temperante. Sed ruina ingens uel naufragij modo, uel incendij accenſis fataliter militibus, ſublato è medio tali principe, in eam deſperationem uotum publicum redegit, ut timerent omnes Domitianos, Vitellios, & Nerones. Plus enim timetur de incertis moribus principis: maxime in ea rep. quæ recentibus cõfoſſa uulneribus, Valeriani captiuitatem, Gallieni luxuriã, XXX etiam propè tyrannorum cæſa ciuilium membra ſibimet uindicantiũ perpeſſa mœruerit. Nã ſi uolumus ab ortu urbis repetere, quas uarietates ſit paſſa Ro. reſpub. inueniemus nullam magis uel bonis floruiſſe, uel malis laboraſſe. Et, ut à Romulo incipiam uero patre ac parente reip. quæ illius felicitas? qui fundauit, cõſtituit, roborauitq; remp. atq; unus omnium conditorũ perfectam urbem reliquit. Quid deinde Numam loquar? qui frequentẽ bellis, & grauidam triumphis ciuitatem religione muniuit. Venit igitur uſq; ad Tarquinij Superbi tempora noſtra reſpublica, ſed paſſa tempeſtatem de moribus regijs, non ſine graui exitio ſemet ulta eſt. Adoleuit deinde uſq; ad tempora Gallicani belli: ſed quaſi quodam merſa naufragio, ca-

pta præ-

pta præter arcem urbe, plus penè mali ſenſit, quàm tũc boni habuerat. Reddidit ſe deinde in integrum: ſed eouſq; grauata eſt Punicis bellis, ac terrore Pyrrhi, ut mortalitatis mala præcordiorum timore ſentiret. Creuit deinde uicta Carthagine trans maria miſſis imperijs: ſed ſocialibus affecta diſcordijs, extenuato felicitatis ſenſu uſq; ad Auguſtum bellis ciuilibus confecta conſenuit: per Auguſtum deinde reparata, ſi reparata dici poteſt libertate depoſita. Tamen utcunq; etiam ſi domi triſtis fuit, apud exteras gentes effloruit: paſſa deinceps tot Nerones, per Veſpaſianũ caput extulit. Nec omni Titi felicitate lętata, Domitiani uulnerata immanitate, per Neruam atq; Traianum uſque ad Marcum ſolito melior, Commodi uecordia, & crudelitate lacerata eſt. nullum poſt hæc præter Seueri diligentiam uſq; ad Alexandrũ Mammeæ ſenſit bonum. Longum eſt quæ ſequuntur uniuerſa cõnectere. Vti enim principe Valeriano non potuit: et Gallienum per quindecim annos paſſa eſt. Inuidit Claudio longinquitatem imperij, amans uarietatum, propè & ſemper inimica fortuna iuſtitiæ. Sic enim Aurelianus occiſus eſt, & ſic Tacitus abſumptus, ſic Probus cæſus, ut appareat nihil tam gratum eſſe fortunæ, ꝙ ut ea quæ ſunt in publicis actibus, euẽtuum uarietate mutentur. Sed quorſum talibus querelis, & temporũ caſibus diſtinemur? Veniamus ad Carum, medium, ut ita dixerim, uirum, inter bonos magis quàm inter malos principes collocandum, & longe meliorem, ſi Carinum nõ reliquiſſet hæredem. Cari patria ſic ambigue à pleriſq; proditur, ut præſumpte ueritatem dicere nequeam, quæ illa uera ſit. Oneſimus enim, qui diligentiſſime uitam Probi ſcripſit, dicit Romę illum & natum, & literis eruditum. Sed Illyricianis parentibus fuiſſe cõtendit. Sed Fabius Cerilianus, qui tempora Cari, Carini, & Numeriani ſolertiſſime perſecutus eſt, neq; Romæ, ſed in Illyrico genitum, neq; Pãnonijs, ſed Pœnis parentibus aſſerit natum. In ephemeride quadam legiſſe memini Carum Mediolanenſem fuiſſe, ſed auo iuri Aquileienſis ciuitatis inſertum. Ipſe, quod negari non poteſt, ut epiſtola eius indicat, quam proconſul ad legatum ſcripſit, cum eum ad bona hortaretur officia, Romanus uult uideri. Epiſtola Cari: Carus Manlius Aurelianus proconſul Ciliciæ Iunio legato ſuo: Maiores noſtri Romani illi principes in legatis creandis hac uſi ſunt conſuetudine, ut morum ſuorum ſpecimen per eos oſtenderent, quibus rempub. delegabant. Ego uero, ſi ita non eſſet, aliter non feciſſem: feci aliter, ſi te iuuante non fallar. Fac igitur, ut maioribus noſtris, id eſt, Romanis nõ diſcrepemus uiris. Vides quod tota epiſtola maiores ſuos Romanos uult intelligi. Indicat & oratio eius ad ſenatum data iſtam generis prærogatiuam. Nam cum primũ imperator eſſet creatus, ſic ad ſenatoriũ ordinem ſcripſit inter cætera: Gaudendum eſt itaq; P.C quòd unus ex ueſtro ordine, ueſtri etiã generis imperator eſt factus. Quare adnitemini, ne meliores peregrini quàm ueſtri eſſe uideantur. Hoc quoq; loco ſatis clarum eſt, illum uoluiſſe intelligi ſe eſſe Romanũ, id eſt, Roma oriundũ. Hic igitur per ciuiles & militares gradus, ut tituli ſtatuarũ eius indicãt, præfect. præt. à Probo factus, tantum ſibi apud milites amoris locauit, ut interfecto Probo tanto principe, ſolus digniſſimus uideretur imperio. Non me præterit ſuſpicatos eſſe pleroſq;, & eos in faſtos retuliſſe, Cari factione interemptũ Probum: ſed neq; meritum Probi erga Carũ, neq; Cari mores id credi patiuntur: ſimul quia Probi mortem & acerrime & conſtantiſſime uindicauit. Quid autem de eo Probus ſenſerit, indicãt literæ de eius honoribus ad ſenatũ datæ. Probus Auguſtus amantiſſimo ſenatui ſuo ſalutem dicit. Inter cætera: Felix eſſet noſtra reſp. ſi qualis Carus eſt, aut pleriq; ueſtrũ, plures haberẽ in actibus collocatos. Quare equeſtrem ſtatuam uiro morum ueterum, ſi uobis placet, decernendam cenſeo: addito eo, ut publico ſumptu, uel eidem exædificetur domus, marmoribus à me delatis. Decet enim nos talis integritatem remunerari uiri, & reliqua. Ac ne minima quæq; connectam, & ea quæ apud alios poterunt inueniri: ubi primum accepit imperium, conſenſu omniũ militum bellum Perſicum, quod Probus parabat, aggreſſus eſt, liberis Cæſaribus nuncupatis: & ita quidem, ut Carinum ad Gallias tuendas cum uiris lectiſſimis deſtinaret: ſecum uero Numerianũ adoleſcentem, cum lectiſſimum, tum etiam diſertiſſimũ duceret. Et dicitur quidem ſæpe dixiſſe ſe miſerũ, quòd Carinum ad Gallias principem mitteret: neq; illa ætas eſſet Numeriani, ut illi Gallicanum, quod maxime conſtantem principẽ quærit, crederetur imperium. Sed hæc aliàs.

Nam

Nam extant iam literæ Cari; quibus apud præf. ſuum de Carini moribus queritur, ut appareat uerum eſſe, quod Oneſimus dicit, habuiſſe in animo Carum, ut Carino Cæſareum abrogaret imperiū. Sed hæc, ut diximus, aliàs in uita Carini dicenda ſunt. Nunc ad ordinem reuertamur. Ingenti apparatu, & totis uiribus Probi profligato magna ex parte bello Sarmatico quod gerebat, contra Perſas profectus, nullo ſibi occurrēte, Meſopotamiam Carus cepit, & Cteſiphontem uſq; peruenit. Occupatisq; Perſis domeſtica ſeditione, imperatoris Perſici nomen meruit. Verū cum auidus gloriæ præfecto ſuo maxime iurgāte, qui & ipſius & filij eius quærebat exitium cupiens imperare, longius progreſſus eſſet, ut alij dicunt morbo, ut plures, fulmine interemptus eſt. Negari nō poteſt, eo tempore quo perijt tantum fuiſſe ſubito tonitruū, ut multi terrore ipſo exanimati eſſe dicantur. Cum igitur ægrotaret, atq; in tentorio iaceret, ingenti exorta tempeſtate, immani coruſcatione, immaniori, ut diximus, tonitru exanimatus eſt. Iunius Calphurnius qui ad memoriam dictabat, talem ad præfect. urbis ſuper morte Cari epiſtolam dedit. Inter cætera: cum, inquit, Carus princeps noſter uere carus ægrotaret, tanti turbinis ſubito exorta tempeſtas eſt, ut caligarent omnia, neq; alter alterū noſceret: coruſcationum deinde ac tonitruum in modum fulgurū igniti ſideris cōtinuata uibratio omnibus nobis ueritatis ſcientiam ſuſtulit. Subito enim conclamatū eſt imperatorem mortuum, & poſt illud præcipue tonitruum, quod cuncta terruerat. His acceſſit, quòd cubicularij dolentes principis mortem incenderunt tentorium. Vnde fama emerſit fulmine interemptum eum, quem quantum ſcire poſſumus, ægritudine conſtat abſumptum. Hanc ego epiſtolam idcirco indidi, quod pleriq; dicunt uim fati quandam eſſe, ut Ro. princeps Cteſiphontem tranſire nō poſſit: ideoq; Carum fulmine abſumptum, quod eos fines tranſgredi cuperet, qui fataliter cōſtituti ſunt. Sed ſibi habeat artes ſuas timiditas calcanda uirtutibus. Licet planè, ac licebit per ſacratiſſimum Cæſarem Maximianum Perſas uincere, atq; ultra eos progredi: & futurum reor, ſi à noſtris non deſeratur promiſſus numinum fauor. Bonum principem Carum fuiſſe, cum multa indicant, tum illud etiam quod ſtatim adeptus imperium Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut inuaſuros ſe non ſolum Illyricum, ſed Thracias quoq; Italiamq; minarentur, ita inter bella patiendo contudit, ut pauciſſimis diebus Pannonias ſecuritate donauerit, occiſis Sarmatarū ſedecim millibus, captis diuerſi ſexus uiginti millibus: Hæc de Caro ſatis eſſe credo. Veniamus ad Numerianum, cuius & uicinior patri, & admirabilior per ſocerū ſuum facta uidetur hiſtoria. Et quamuis Carinus maior ætate fuerit, prior etiam Cæſar ſit nuncupatus, tamen neceſſe eſt, ut prius de Numeriano loquamur, qui patris ſecutus eſt mortem, pòſt de Carino, quem uir reipub. neceſſarius Auguſtus Diocletianus habitis conflictibus interemit.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

NVMERIANVS

NVMERIANVS Cari filius, moratus egregie, & uere dignus imperio, eloquentia etiam præpollens, adeo ut publice declamauerit, ferunturq; illius ſcripta nobilia, declamationi tamen, quàm Tulliano accōmodatiora ſtylo. Verſu autem talis fuiſſe prædicatur, ut omnes poetas ſui temporis uicerit. Nam & cum Olympio Nemeſiano contendit, qui ἁλιευτικὰ, κυνηγετικὰ & ναυτικὰ ſcripſit: quiq; omnibus colonijs illuſtratus emicuit. Et Aureliū Apollinarem amborum ſcriptorem, qui patris eius geſta in literas retulit, ijſdem quæ recitauerat editis, ueluti radio ſolis obtexit. Huius oratio fertur ad ſenatum miſſa tātum habuiſſe eloquentiæ

quentiæ, ut illi ſtatua non quaſi Cæſari, ſed quaſi rhetori decerneretur ponenda in bibliotheca Vlpia, cui ſubſcriptum eſt: Numeriano Cæſari oratori temporibus ſuis potentiſſimo. Hic patri comes fuit bello Perſico: quo mortuo, cum nimio fletu oculos dolere cepiſſet, quòd illud ægritudinis genus nimia utpote familiariſſima cõfectus anguſtia incurriſſet: & dum lectica portaretur, factione Arrij Apri ſoceri ſui, qui inuadere conabatur imperium, occiſus eſt. Sed quum per plurimos dies de imperatoris ſalute quæreretur à milite, concionareturq; Aper, idcirco illum uideri non poſſe, quòd oculos inualidos à uento ac ſole ſubtraheret, fœtore tamen cadaueris res eſſet prodita, omnes inuaſerunt Aprum: cuius factio latere non potuit, eumq; ante ſigna & principia protraxere. Tunc habita eſt ingens concio, factum etiam tribunal. Et cum quęreretur, quis uindex Numeriani iuſtiſſimus fieret, quis daretur reipub. bonus princeps, Diocletianum omnes diuino conſenſu, cui multa iam ſigna facta dicebantur imperij, Auguſtum appellauerunt: domeſticos tunc regentem, uirum inſignem, callidum, amantem reipub. amantem ſuorum, & ad omnia quæ tempus quæſierat, paratum. Conſilij ſemper alti, nonnunquam tamen effrontis, ſed prudentis, nimia peruicacia motus inquieti pectoris comprimentis. Hic, cum tribunal conſcendiſſet, atq; Auguſtus eſſet appellatus, & quæreretur quemadmodũ Numerianus eſſet occiſus, educto gladio Aprũ præfect. præt. oſtentans percuſſit, addens uerbis ſuis: Hic eſt autor necis Numeriani. Sic Aper ſeipſum fœdauit, & deformibus cõſilijs agens dignum moribus ſuis exitum dedit. Auus meus retulit ſe interfuiſſe concioni, cum Diocletiani manu eſſet Aper occiſus. percuſſiſſe autem dicebat Diocletianũ, & dixiſſe: Gloriare Aper, magni Aeneæ dextera cadis. Quod ego miror de homine militari, quãuis ſciam plurimos plus quàm militares uel græce, uel latine, uel comicorum uſurpare dicta uel talium poetarum. Ipſi deniq; comici plerunq; ſic milites inducunt, ut eos faciant uetera dicta uſurpare. Nam &, lepus tute es, & pulpamentũ quæris, Liuij Andronici dictum eſt: multaq; alia quæ Plautus Cæciliusq; poſuerunt. Curioſum non puto, neq; ſatis uulgare fabellã de Diocletiano Auguſto ponere hoc conuenientem loco, quæ illi data eſt ad omen imperij. Auus meus mihi retulit ab ipſo Diocletiano compertum. Cum, inquit, Diocletianus apud Tungros in Gallia quadã in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druide quadam muliere, rationem conuictus ſui quotidiani faceret, atq; illa diceret: Diocletiane nimium auarus, nimium parcus es, ioco non ſerio Diocletianus reſpõdiſſe fertur: Tunc ero largus, cum imperator fuero. Poſt quod uerbũ Druias dixiſſe fertur: Diocletiane iocari noli, nam imperator eris, cum Aprum occideris. Semper exinde Diocletianus in animo habuit imperij cupiditatem, idq; Maximiano conſcio, atq; auo meo, cuius hoc dictum à Druide ipſe retulerat. Deniq; ut erat altus, riſit, & tacuit: Apros tamen in uenationibus, ubi fuit facultas, manu ſua ſemper occidit. Denique cum Aurelianus imperium accepiſſet, cum Probus, cum Tacitus, cum ipſe Carus, Diocletianus dixit: Ego ſemper apros occido, ſed alter ſemper utitur pulpamento. Iam illud notum eſt, atq; uulgatum, quod cum occidiſſet Aprum præfectum præt. dixiſſe fertur: tandem Aprum fatalem occidi. Ipſum Diocletianum idem auus meus dixiſſe dicebat, nullam aliam fuiſſe ſibi cauſam occidendi manu ſua Aprum, niſi ut impleret Druidis dictum, & ſuum firmaret imperium. Non enim tam crudelem ſe innoteſcere cuperet primis maxime diebus imperij, niſi illum neceſſitas ad hanc atrocitatem occiſionis attraheret. Dictum eſt de Caro, dictum etiam de Numeriano, ſupereſt nobis Carinus.

Quanta peſtis arioli

FLAVII

FLAVII VOPISCI
SYRACVSII
CARINVS

CARINVS homo omnium contaminatiſſimus, adulter, fre-
quens corruptor iuuẽtutis (pudet dicere qđ in literas One-
ſimus retulit) ipſe quoq; male uſus genio ſexus ſui. hic cum
Cæſar decretis ſibi Gallijs atq; Italia, Illyrico, Hiſpanijs, ac
Britannijs & Africa, relictus à patre Cæſarianũ teneret im-
perium, ſed ea lege, ut omnia faceret, quæ Auguſti faciunt,
enormibus ſe uitijs, & ingenti fœditate maculauit. Amicos
optimos quoſq; relegauit: peſſimũ quenq; elegit, aut tenuit:
præfect. urbi unum ex cãcellarijs ſuis fecit. Quo fœdius nec
cogitari potuit aliquando, nec dici. Præfectũ præt. quem ha
bebat, occidit. In eius locum Matronianũ ueterem conciliatorem fecit. unum ex his no *Conciliator*
tarium, quem ſtuprorum & libidinũ conſcium ſemper atq; adiutorem habuerat, inui-
to patre conſulem fecit. Superbas ad ſenatũ literas dedit. Vulgo urbis Romæ quaſi po
pulo Ro. bona ſenatus promiſit. Vxores ducendo ac reijciẽdo nouem duxit, pulſis ple
riſque prægnantibus. Mimis, meretricibus, pantomimis, cantoribus atq; lenonibus pa
latium impleuit. Faſtidiũ ſubſcribendi tantum habuit, ut impurum quẽdam cum quo
ſemper meridie iocabatur, ad ſubſcribendũ poneret, quem obiurgabat plerunq;, quòd
bene ſuam imitaretur manum. Habuit gemmas in calceis: niſi gemmata fibula uſus nõ *Fibula*
eſt: balteum etiam ſæpe gemmatum. regem deniq; illum Illyrici pleriq; uocitarunt. Præ
fectus nũquam COSS. obuiam proceſſit. Hominibus improbis plurimũ detulit, eosq;
ad conuiuiũ ſemper uocauit. Centum libras auium, centum piſcium, mille diuerſæ car-
nis in conuiuio ſuo frequenter exhibuit. Vini plurimum effudit. Inter poma & melo-
nes natauit. Roſis Mediolanenſibus & triclinia, & cubicula ſtrauit. Balneis ita frigidis
uſus eſt, ut ſolẽt eſſe cellæ ſuppoſitoriæ, frigidarijs ſemper niualibus. Cum hyemis tem *Cellæ ſuppo-*
pore ad quendam locum ueniſſet, in quo ſons erat aqua pertepida, ut ſolet per hyemem *ſitoriæ*
naturaliter, eaq; in piſcina uſus eſſet, dixiſſe balneatoribus fertur: Aquam mihi mulie
brem præparatis. atq; hoc eius clariſſimum dictum effertur. Audiebat pater eius quæ il
le faceret, & clamabat: Non eſt meus. Statuerat deniq; Conſtantium, qui poſtea Cæſar
eſt factus (tunc autem præſidatũ Dalmatiæ adminiſtrabat) in locum eius ſubrogare:
quòd nemo tunc uir melior uidebatur: Illum uero, ut Oneſimus dicit, occidere. Lon-
gum eſt, ſi de eius luxuria pluta uelim dicere. Quicunq; oſtiatim cupit noſcere, legat e- *Oſtiatim*
tiam Fuluium Aſprianum, uſq; ad tædium geſtorum eius uniuerſa dicentem. Hic ubi
patrem fulmine abſumptum, fratrem à ſocero interemptũ, Diocletianum Auguſtũ ap-
pellatum comperit, maiora uitia & ſcelera edidit, quaſi iam liber à frenis domeſticæ pie
tatis ſuorum moribus abſolutus. Nec ei tamen defuit ad uindicandũ ſibimet imperium
uigor mentis. Nam contra Diocletianũ multis prælijs cõflixit. Sed ultima pugna apud
Murtium cõmiſſa, uictus occubuit. Hic trium principum finis fuit, Cari, Numeriani,
& Carini: poſt quos Diocletianũ & Maximianum principes dij dederunt, iungentes
talibus uiris Galerium atq; Conſtantiũ: quorum alter natus eſt, qui acceptam ignomi-
niam Valeriani captiuitate deleret: alter qui Gallias Romanis legibus redderet. Qua-
tuor ſanè principes mundi, fortes, ſapientes, benigni, & admodum liberales, unum in
republica ſentientes: præterea ſenatus Ro. moderati, pop. amici, poteſtate graues, reli
gioſi, & quales principes ſemper orauimus: quorum uitam ſingulis libris Claudius Eu
ſthenius, qui Diocletiano ab epiſtolis fuit, ſcripſit: Quod idcirco dixi, ne quis à me tan
tam rem quæreret, maxime cum uel uiuorum principũ uita non ſine reprehenſione di
catur. Memorabile maxime & Carini, & Numeriani hoc habuit imperiũ, quod ludos
Romanos nouis ornatos ſpectaculis dederũt, quos in palatio circa porticum ſtabuli pi
ctos uidimus. Nam & Neurobaten, qui uelut in uentis cothurnatus ferretur, exhibuit:

& Tichobaten, qui per parietem urſo eluſo cucurrit: & urſos mimum agentes: & item centum ſalpiſtas uno crepitu concinentes, & centum camptaulas, choraulas centum, etiam pithaulas centum, pantomimos & gymnicos mille: pegma præterea, cuius flammis ſcena conflagrauit, quam Diocletianus poſtea magnificentiorē reddidit. Mimos præterea undiq; aduocauit. Exhibuit & ludum Sarmaticũ, quo dulcius nihil eſt. Exhibuit Cyclopem adornatum, græcis artificibus, & gymnicis, & hiſtrionibus, & muſicis aurum & argentum donata, & ueſtis ſerica. Sed hæc omnia neſcio quantum ad populum gratiæ habeant, nullius certe ſunt momenti apud principes bonos. Diocletiani deniq; dictum fertur, cum ei quidam largitionalis ſuus editionem Cari laudaret, dicens multum placuiſſe principes illos cauſa ludorum theatraliũ, ludorumq; Circenſium: Ergo, inquit, bene riſus eſt imperio ſuo Carus. Deniq; cum omnibus gentibus aduocatis Diocletianus daret ludos, parciſſime uſus liberalitate, dicens caſtiores eſſe oportere ludos ſpectante cenſore. Legat hunc locum Iunius Meſſala, quem ego libere culpare audeo. Ille enim patrimoniũ ſuum ſcenicis dedit, hęredibus abnegauit: matris tunicam dedit mimæ, lacernam patris mimo: & recte ſi auiæ pallio aurato atq; purpurato pro ſyrmate tragœdus uteretur. Inſcriptũ eſt adhuc in choraulæ pallio tyrianthino, quo ille uelut ſpolio nobilitatis exultat, Meſſalæ nomen, & uxoris. Iam quid lineas petitas Aegypto loquar? quid Tyro & Sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles? donati ſunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri Canuſini, Africanæ opes in ſcena non prius uiſæ. Et hæc quidē idcirco ego in literas retuli, quod futuros editores pudor tangeret, ne patrimonia ſua proſcriptis legitimis hęredibus, mimis & balatronib. deputarent. Habe mi amice meum munus, quod ego (ut ſæpe dixi) non eloquentiæ cauſa, ſed curioſitatis in lumen edidi: id præcipue agens, ut ſi quis eloquens uellet facta principum reſerare, materiã non requireret, habiturus meos libellos miniſtros eloquij. te quæſo ſis contentus, noſq; ſic uoluiſſe ſcribere, meliuſq; potuiſſe contendas.

ANGELVS POLITIANVS ANDREAE MAGNANIMO S.

EFFLAGITARI ſcribis iſtic ab ijs qui libros excudunt formis, Herodianum meum. Meum enim iure appello, quem quaſi latinitate donauerim. Tum rogas Codicem tibi ipſum tuum remittam aliquãdo, noſtra (quod illos cupere ais) manu emendatũ. Remitto, ſed (ut uerum fatear) leniter potius ꝙ ſeuere caſtigatũ, ſic autem, ut noſtra errata plura in eo quàm librarij deprehendas. Crediderim tamen ſtilo ipſi certe meo, hoc eſt interpretis, plus aliquanto ueniæ deberi ꝙ autoris, Quoniam meliuſcule reſpondent ferè quę ſcribas, ubi ſit liber quaſi curſus, quã quæ uertas, ubi nihil extra præſcriptũ. Accedit & illud quod hoc mihi munus interpretandi quaſi leuioris operæ fuit, utpote qui diebus pauculis dictauerim ſic deambulans. Itaq; tantũ abeſt, ut mihi inde laudem petam, ut etiam abunde pulchrũ fore putem, ſi uitauero grauiorē culpam. Quare cum amicis reliquis, tum tibi in primis omnem huius operis defenſionem nõ remitto ſolum, ſed etiam prope interdico, uoſq; integros ad alia reſeruo, quæ poſt edētur. Sed quanꝙ plurimi ſunt apud uos, qui mihi etiam plus nimio fauent, unus tamen es tu Andrea Magnanime, cognomento iſto tuo gentilicio digniſſime, quem equidem faciam plurimi: cum quod ex bonis ortus, & opibus flores, & honoribus, tum uel maxime, quòd ingenio es elegantiſſimo, moribus ſuauiſſimis, gratia penè quadam (quicquid agis, quicquid loqueris, imò etiam, ſi nihil agis, nihilq; loqueris) ſingulari, ac uultu deniq; ipſo (quod dicitur) homines deuincis. Itaq; nihil quenquã metuo, ubi tu mihi ſtudeas. Nunquam enim male de Politiano ſentiet, qui placere eum Magnanimo intelliget. Vnum tantum eſt quod à te nunc contendo, cures pro reliqua in noſtris rebus diligentia, ut quàm minimum quaſi degenerent ab origine, quæ mox uolumina formabuntur, utq; ne illæ ipſæ quidem adnotatiunculæ omittãtur, quas marginibus adſcripſimus. Inter eas uero, etiam locos puto tris, quatuor'ue ad ſummum reperies, ubi fuit excuſatione utendum, corrupti apud Græcos exemplaris. Ad hæc uero facile procuranda, obeundaq; magis idoneum habere, ma-

re,magisꝗ ex uſu tuo neminem poſſis, quàm Alexandrum Sartium ciuem tuum,literatum hominem,noſtriꝗ ſtudioſum,tum (quod ego in hac re primũ puto) neutiquam in amici negotio dormitãtem. Vale,in ruſculo Feſulano.Pridie Nonas Maias. Anno ſalutis M. CCCC.LXXXXIII.

ANGELI POLITIANI AD INNOCENTIVM VIII. PONTIFICEM MAXIMVM PRAEfatio in Herodiani hiſtoriam,è græco in latinum conuerſam.

CVM Romæ ab hinc triennium fermè in comitatu eſſem Florentinæ legationis, quæ tibi ſancte pater Innocẽti Pont.Max.ad ſupremæ iſtius dignitatis faſtigiũ nuper euecto gratulatum aduenerat, memini abs te mihi magna celebritate curam delegari, uertẽdi in latinam orationem Romanorũ principum res geſtas,ſiquę adhuc inter Græcorum monumenta noſtris intactæ hominibus reperirentur.Quare cum cœleſtis animi tui iudicio,non plus mihi honoris additum,ꝙ oneris iniunctum animaduerterẽ, ut primum Florentiam ſum reuerſus,altiſſima ſolicitudine circunſpicere cœpi,quem potiſſimũ ex omni Græcorum copia interpretandũ ſuſciperem. Occurrit autem in primis Herodianus hic excellens rerum ſcriptor, & qui diu in palatina uerſatus aula, affectæꝗ iam ætatis hiſtoriam de ſuis temporibus componere aggreſſus, neꝗ eloquẽtiæ caruerit laudibus, & fidem tamen in primis,libertatemꝗ retinuerit. Hoc ubi opus à nobis,neꝗ multo ſanè negocio,neꝗ inuita (ut arbitror) Minerua elucubratũ eſt, ea mox tempora inciderunt, quibus & noſtra impedirentur ſtudia, & quæ plurimũ ualet, in ſcribendo omnis propemodum alacritas excuteretur. Poſtea uero ꝙ pro tua prouidentia, & pacem Italiæ cupienti reddidiſti, & cum patrono meo Laurentio Medice, ampliſſimæ quidẽ fortunæ,ſed amplioris ingenij prudentiæꝗ uiro,priuatim affinitatem contraxiſti,ceſſit uidelicet ille quaſi nimbus,ſuaꝗ mundo reddita ſerenitas eſt, ſic ut nos iam ipſos colligamus,atꝗ ut grauati pluuia flores, penesꝗ decidui ad nouæ lucis radios erigamur. Ergo & uetera edere in publicũ, & noua procudere iam libet, unde aliqua modo uel tuo ſacratiſſimo nomini celebritas, uel noſtris temporibus claritas, uel ſtudioſis etiam hominibus utilitas pariatur. Cæterum Herodianũ hunc noſtrum, donec maiora tibi, ac fortaſſe meliora parturimus, ueluti præludium aliquod ueri, iuſtiꝗ laboris,læta rogamus fronte excipias ſumme pontifex, magnam in eo negociorũ perſonarumꝗ uarietatem, multam rerum nouitatem deprehenſurus, crebraꝗ in utranꝗ partem fortunę ceu uacillantis exempla, conſiliaꝗ admirabilia, & conſiliorũ inopinatos euentus, grauesꝗ pro tempore ſen tentias,& plenã ubiꝗ dignitatis, plenam ſuauitatis orationem, copioſam uidelicet quandam ad inſtruendos mores ſupellectilem, & ceu ſpeculum humanitatis,in quod inſpicere omnis uita,unde ea capere, atꝗ haurire documẽta queat,per quæ uel publicis, uel priuatis rationibus conſulatur. Quæ ſanè noſtræ fuerunt partes, tentauimus profecto, utinamꝗ etiam effecerimus, uti omnia ex fide reſponderent, ne inepta peregrinitas,ne græculæ uſquam figurę, niſi ſi quæ iam pro receptis habẽtur, latinam quaſi polluerent caſtitatem, ut eadem propemodũ eſſet linguæ utriuſꝗ perſpicuitas, eædemꝗ mundiciæ, idem utrobiꝗ ſenſus, atque indoles, nulla uocum moroſitas, nulla anxietas. Tu quando nobis aliquod ceu ſignum ex arce iſta tui pontificatus ad bene ſperandum ſuſtuliſti, perge obſecro ſanctiſſime pater. Perge,inquam,fouere, atꝗ illuſtrare bonas artes, quæ ſeſe pedibus iſtis ſanctiſſimis aduoluunt ſupplices, numenꝗ tuum aduerſus rudem inſcitiam, tetramꝗ barbariam implorant, ut à quo pax Italiæ,atꝗ adeo terrarũ orbi reſtituta eſt,etiam ab eodem pacis alumnæ literæ, ab iniuria ſcilicet atꝗ indignitate uindicentur.

D 2 Herodiani

HERODIANI HISTORIAE DE IMPERIO POST MARCVM, VEL DE SVIS TEMPORIBVS, LIBER PRIMVS E GRAECO translatus, Angelo Politiano interprete, ad Innocentium Octauum Pont. Maximum.

PROOEMIVM.

QVI RES antiquas poſteris prodiderunt, ueteremq; hiſtoriæ memoriã renouare literis ſtuduerunt, ei magna ex parte, dum famam eruditionis affectãt, nomenq; ſuum conantur ab iniuria obliuionis aſſerere, minus ſanè multã in ueri perueſtigatione, ꝙ in exornanda componendaq; oratione induſtriã poſuerunt: rati ſcilicet, neq; ſi quid in rebus à ſuo ſeculo remotiſſimis falſi proderetur, poſſe refelli, & ſe tamen ſuauitate narrationis ampliſſimũ laboris ingenijq; ſui fructum percepturos. Alij uero priuatis inimicitijs, tyrannorumq; odio prouecti, aut in laudes principum, ciuitatum, priuatorumq; hominũ immodicis aſſentationibus effuſi, tenues per ſe res atq; humiles ſcribendi tamen artificio longe ſupra ueri fidem ſuſtulerunt. Ego uero contrà, nõ quidem acceptam ab alijs, aut incognitam, aut teſtibus egentem hiſtoriam, ſed eorum qui legent, ſenſibus adhuc memoriæq; inhærentẽ, ſumma uel fide, uel diligentia collectam, cõſcribendam ſuſcepi, ſperans haud iniucundam fore poſteritati earum rerum noticiã, quæ multæ ſanè atq; magnæ haud ita longo tempore acciderunt. Nam ſi quis ab Auguſto uſq; principe omnem ætatem complectatur animo, cum ſcilicet Romanorũ potentia ad unius eſt arbitriũ deuoluta, ne annis quidẽ illis circiter ducentis (tot enim fermè ad Marci tempora numerant) aut imperiorum tam diuerſas ſucceſſiones reperiet, aut bellorum uel ciuilium uel externorũ tam uarios caſus, atq; euentus, in tot excitas gentes, tot urbes noſtras barbaraſq; expugnatas: præterea terræmotus & peſtilentias: uitas quoq; principum & tyrãnorum adeo nouas atque inauditas, ut nulla ijs apud ueteres cõſimilia exempla, aut certe quàm pauciſſima inueniantur. quorum alij diuturnam, alij breui potentiam obtinuerunt, nõnulli autem uix dum inito honore, imperatoreſq; duntaxat appellati, eodem illo quo ſuſceperant die imperium amiſerunt. Nam cum ſexaginta annis plures ꝙ pro tempore principes urbs Roma pertulerit, factum ex eo eſt, uti multæ ſanè uariæq; res, atq; admiratione dignæ exorirentur. Quippe ætate prouecti principes utpote rerum negociorumq; periti, diligentius ſeſe ſuoſq; regebant: contra adoleſcentes molliter atq; indulgenter habiti, noua ſcilicet per multa deſignabant. Quo factũ eſt, ut diſpari ætate atq; licentia, diſparia quoq; ſtudia, moreſq; ſequerentur. Hæc quemadmodũ geſta ſint, temporum ipſorum atq; principum ſeruato ordine perſcribemus.

IMperator Marcus filias quidem ſuſcepit complures, mares autem duos. horum alter natu minor adoleſcentulus admodum fato eſt functus, Veriſſimo nomen fuit. Alterum uero Cõmodum nomine magna diligentia, curaq; pater educauit, accitis undique uiris doctrina claris maximaq; propoſita mercede, uti mores pro ſe quiſq; filij ingeniumq; excolerent. Filias porrò cũ adoleuiſſent, optimis ex ordine ſenatorio uiris collocauit. Neq; enim qui longam generis ſeriem præferrent, aut qui opes nimias oſtentarent, ſed qui morum probitate, atq; modeſtia, uitæq; innocẽtia præcellerent, eos ſibi generos deligendos putabat. Hæc enim ſola animi bona certa eſſe, ſtabiliaq; ducebat. Virtutem nullam non magnopere exercuit. Adeo literarũ antiquitatis ſtudioſus, ut nemini ſit in eo genere Græcorum Romanorumq; ſecundus. Argumento ſunt per multa, quæ ab illo dicta atque conſcripta, ad nos uſq; peruenerunt. Adeo uero ciuilem ſeſe, & cõmodum omnibus principem pręſtabat, ut adeuntium cuiuis dexterã placide daret, neminemq;

neminemq́ à ſuis cuſtodibus prohiberi aditu pateretur, ſolusq́ Imperatorum ſapientiæ ſtudium non uerbis, aut decretorũ ſcientia, ſed grauitate morum, uitæq́ continentia uſurpauit. Quo factum eſt, ut magnum ſapientiũ uirorum prouentum ętas illa extulerit. Solent enim plerunq́ homines uitam principis æmulari. Quæcunq́ igitur ab illo modeſte atq́ fortiter, domi foriſq́ ſunt geſta, qualemq́ porrò ſe aduerſus barbaras nationes ſeptentrioni ſubiectas, ſoliq́ Orienti geſſerit, ea ſunt multorum doctiſſimorũq́ hominum comprehenſa monimentis. Quæ uero poſt Marci obitum per uniuerſam ætatem uiſa mihi auditaq́ ſunt, nonnulla item in experiundo cognita, utpote in publicis officijs, principalibusq́ uerſato, ea nunc cõſcribenda ſuſcepi: Senem iam Marcum, neq́ ætate ſolum, ſed laboribus multis curiſq́ confectũ, dum in Pannonijs ageret, grauiſſimus repente perculit morbus. Quare cum deploratam planè ſalutem ſuam ſentiret, anxius uidelicet agebat, ne filius qui tum primam inierat adoleſcentiam, ſiue ætatis feruore nimio, ſiue licentia quadam ſumma quam in orbitate eſſet habiturus, bonis artibus, ſtudijſq́ relictis, ebrietati ſeſe & crapulæ dederet, quippe facile ingenia adoleſcentium à recta honeſtaq́ diſciplina ad luxum uoluptateſq́ delabuntur. Terrebat inſuper hominem minime imperitum, multorũ memoria principum, qui iuuenes imperium ſuſcepiſſent, ut Dionyſij Siciliæ tyranni, cuius tanta fuit intemperantia uictus, ut nouarum uoluptatum inuẽtores ſummis afficeret præmijs, ut item eorum qui Alexandro ſucceſſerunt. Ita enim contumelioſe, uiolenterq́ dominati ſunt, ut illius imperio graue dedecus conciliarint. Siquidem Ptolemæus eò turpitudinis prolapſus eſt, ut contra Macedonum, atq́ adeo Græcorum omnium leges, etiam ſororijs amoribus implicaretur. Antigonus autem quo Liberum patrem repræſentaret, pro cauſia & diademate macedonico, hederam capiti circumdare, thyrſumq́ pro ſceptro geſtare eſt ſolitus. Solicitabant animũ ſenis recentia quoq́ exempla, ut Neronis ipſius qui ne à materna quidem cæde abſtinuerit, & ſe ridiculum populo ſpectaculũ præbuerit. Vt item Domitiani qui nihil ſibi ad extremam crudelitatem reliqui fecerit. Has igitur tyrannidum imagines cum animo uolutans, inter ſpem metumq́ agitabatur. Terrebat prætera illum Germaniæ uicina gens, quam non dum planè ſubiecerat, ſed partim in ſocietatem adſciuerat, alios armis belloq́ edomuerat. Nonnulli etiam ex ijs effugerant, metuq́ principis impræſens continebantur. Quare dubitabat ne deſpecta mox filij ætate arma reſumerent. quippe barbaris mos quamlibet leuibus momentis aut cauſis impelli. His igitur curarum fluctibus æſtuans, amicos propinquoſq́ omnes quotquot aderant, conuocari iubet. Qui poſtquam cõuenerunt, conſtituto in eorum conſpectu adoleſcente filio, paululumq́ ſe è grabato ſubleuans, huiuſcemodi habuit orationem.

DOlere uos atq́ angi, quum ita me affectum contemplamini, minime mirandum. Quippe humanum eſt humanis caſibus ingemiſcere, multoq́ magis miſericordiam prouocant, quæ oculis uſurpamus. Cæterum peculiaris uobiſcũ noſtra ratio eſt. Nam de mei erga uos animi conſcientia mutuam ſpero à uobis quaſi meo iure beneuolentiam. Nunc autem illud incidit, quum & mihi ſit iudicium faciundum, fruſtra ne uobis honorem tamdiu habuerim, ſtudiumq́ omne meum lubens detulerim: & uobis referenda gratia oſtendendum, non eſſe eorum quæ acceperitis immemores. Videtis filium quem ipſimet educaſtis, primas nunc adoleſcentiæ metas ingredientem, quaſiq́ in ſalo atq́ in fluctu uitæ gubernatoribus indigentem, ne rerum imperitia de recto quaſi curſu ablatus, malis artibus impingat. eſte igitur uos illi pro me uno multi parentes, excolendo ſcilicet atq́ optima ſuggerendo. Neq́ enim aut pecuniæ uis tyrannidis luxuriam explere, aut ſtipantia ſatellitum agmina tueri principem poſſunt, niſi illi ipſi quos regas, animum imperanti beneuolentiamq́ accõmodent. Quippe ij demum diu tutoq́ imperant, qui non metum ex crudelitate, ſed amorem ex bonitate ciuium ſuorum animis inſtillant. Neq́ enim quos ſeruire neceſſitas coegit, ſed quos obtemperare ſua quemq́ uoluntas adegit, ij ſunt in agendo patiendoq́ à ſuſpitione omni aſſentationeq́ uacui: nunquamq́ imperia detrectant, niſi uiolenter contumelioſeq́ ſint habiti. Eſt autẽ difficile in maxima licentia moderari ſibi, quaſiq́ frenos imponere cupiditatibus. quod ſi bene uiuendi autores illi fueritis, & quæ nũc coram audit, identidem admonueritis, una opera & ipſum uobis reliquiſq́ omnibus optimum principem redde

tis, & memoriã noſtram demerebimini, quam ſcilicet immortalem hac una ratione poteritis efficere. Talia dicentem Marcum ita repente animus defecit, ut ſtatim conticeſceret, ac langore nimio ſupinus in lectulum relaberetur. Tanta autem quicunqꝫ aderant miſeratio inuaſit, ut ex ijs nonnulli præ dolore parum animi compotes clamorem extollerent. Sed ille cum diem unum dũtaxat noctemqꝫ ſuperuixiſſet, fato eſt functus, ſic ut magnum ſui deſiderium eius ætatis mortalibus, poſteris uero etiam uirtutis memoriam reliquerit ſempiternam. Poſtquam uero illius mortem fama uulgauit, incredibilis repente exercitum ipſum, plebemqꝫ adeo omnem luctus occupauit. Neqꝫ ulli ſanè Romanæ ditionis mortales fuerunt, qui non eiuſcemodi nuncium multis lachrymis exceperint: omneſqꝫ eum uelut una uoce, alij parentem probum, alij bonum Imperatorem, quidam fortiſsimum ducem, nonnulli etiam continentem moderatumqꝫ principem uocitabant. Neqꝫ ſanè quiſquam falſus habebatur. Paucis autem poſt diebus, celebrato iam funere uiſum amicis eſt adoleſcentem adducere ad exercitum, ut & milites alloqueretur, & (qui nouis imperatoribus mos eſt) pecunijs elargiendis, uelut autoramento quodam illorum ſibi animos adiungeret. edictum itaqꝫ omnibus ut in campum de more adeſſent frequentes. Quum itaqꝫ proceſſiſſet Commodus, ac rem diuinam feciſſet, erectumqꝫ ad hoc ipſum medijs caſtris tribunal conſcendiſſet, paternis amicis, qui multi ſanè doctiſsimiqꝫ uiri aderant, circumſtantibus ad hunc fermè modum uerba fecit.

COmmunem mihi eſſe uobiſcũ huius mœrorem calamitatis, neqꝫ uos aliter quàm meipſum affectos eſſe planiſſime perſuaſum habeo. Neqꝫ enim ego ſuperſtite parente ipſo meo, ſuperiorem me uobis unquã geſſi. Nam ille ita nos uniuerſos ut unum aliquem diligebat, lubentiuſqꝫ me cõmilitonem quàm filium uocitabat. Quippe hanc naturæ appellationem, illam uero uirtutis cõmunicationem exiſtimabat. Quin infantem ſæpe me in ulnis geſtans, uobis dabat in manus, quaſiqꝫ ueſtræ mãdabat fidei. Quapropter minime dubito, quin mihi omnem ſitis beneuolentiam exhibituri: quum pro alumno me maiores natu habere debeant, ipſos autem æquales condiſcipulos armorũ iure appellauerim: ſiquidem ita nos uniuerſos, ut unum aliquem pater diligebat, omniqꝫ uirtutum ſtudio, ac bonis artibus curabat inſtituendos. Nunc me poſt illum uobis fortuna principem dedit, non quidem aſcititiũ quales ante me fuerũt, neqꝫ uelut acquiſito imperio gloriantem. Quippe unus ego uobis natus, educatuſqꝫ in aula, priuatiſqꝫ intactum cunabulis, ſtatim me ut ex aluo prodieram, imperatoria purpura ſuſcepit, ſimulqꝫ ſol hominẽ me uidit & principem. Hęc cum animis ueſtris reputantes, iure principem colite, non datum uobis, ſed natum. Nam pater quidem iam in cœlum euectus, conſors eſt cõſeſſorqꝫ deorum. Nobis autem orbis terrarum gubernacula, rerumqꝫ humanarum cura incumbit. Quæ quos ſucceſſus, quantaſqꝫ habituræ ſint uires, in ueſtra manu eſt. Si enim belli reliquias fortiter deleueritis, & imperij Romani terminos ad oceanum uſqꝫ promoueritis, cum ipſi uobis ingentem gloriam cõparabitis, tum communis parentis memoriæ debitam gratiam referetis. Atqꝫ eum quidem exaudire quæ dicimus, & intueri præſentem quæ gerimus, credite. Nos autem feliciſſimos, qui benefactorum noſtrorum teſtem eiuſmodi ſimus habituri. Quæ igitur ad hanc diem fortiſſime proſperrimeqꝫ geſſiſtis, illius ſcilicet ſapientiæ gubernationiqꝫ tribuuntur. Quæ autem mecum, hoc eſt cum iuuene imperatore ueſtro præclare feceritis, ea ſunt uobis ipſis quaſi peculiarem cum fidei tum uirtutis claritudinem paritura. Quocirca & ætati meæ rebus ſtrenue gerendis autoritatem cõciliabitis, & barbara gens initio noui principatus repreſſa, neqꝫ impræſens contemptu ætatis noſtræ ſe efferet audacius, & ſuis nunc edocta periculis, metu deinceps perpetuo cohercebitur. His dictis pecuniã magna copia elargitus, ut ſibi animos militum fidos faceret, in aulam reuerſus eſt. Igitur breue ſanè ad tempus omnia paternis amicis autoribus gerebantur. Qui aſſiduitate, prudentiqꝫ conſilio nullo loco deerant, tantum ei tribuentes laxamenti, quantum ſatis eſſe ad tuendam corporis ualetudinem arbitrabant. Paulatim deinceps irrepſere nonnulli ex aulico famulitio, qui ſibi ad corrumpendã iuuenis imperatoris indolem nihil facerent reliqui. Quippe menſarij adulatores, qui uentre atqꝫ obſcœnis uoluptatibus felicitatem metiebantur, identidem illum urbis delitiarum admonebant: & nunc quæ

illic ui-

illic uiſu audituq; iucunda forent, commemorabāt, nunc rerum omnium copiam atq;
affluentiam ferebant laudibus. Ad hæc ripas Hiſtri, ut omni tempore incommodas ui
tuperabant, quæ neq; pomiferos haberent frutices, & perpetuis rigoribus nubibuſq;
obtinerentur. Nunquam ne Imperator aiebant, concretam gelu, atq; effoſſam potare
aquam deſines? Alij calidis fontibus, riuorumq; fluentium frigore, auriſq; & cœlo illo
fruentur Italiæ peculiari. Tali ſcilicet illecebrarum mentione, facile aduleſcentis ani-
mum uoluptatum cupidinibus incenderunt. Itaq; ſtatim cōuocatis amicis, teneri ſe pa
triæ deſiderio nō diſsimulauit: cauſas tamē tam repētinæ mutationis fateri ueritus, ſo
licitū ſe aiebat eſſe, ne quis opulēs ex nobilitate domū occuparet principis: dein colle-
ctis uiribus quaſi ex munitiſsima arce ſummam ſibi rerum uindicaret. poſſe ex popu-
lo ſatis magnam uim delectorum iuuenum conflari. Talia cauſante illo, reliquis metu
defixis, terramq; tacito uultu mœſtoq; intuentibus, ſurgens Pompeianus, qui & ætate
reliquos anteibat, & Commodi ſororem natu maximam in matrimoniū habebat, Te-
neri te inquit, ô fili & domine, patriæ deſiderio minime mirādum, Quippe eadem nos
quoq; rerum domeſticarum cupido ſolicitat, ſed ei tamen reſiſtimus, quoniam priores
partes agunt, magiſq; incumbunt nobis quæ hic expedienda ſuperſunt. Nam illis qui-
dem uel in poſterum diutius perfrueris. Roma autem illic eſt, ubi imperator eſt. Cæte-
rum bellum relinquere inchoatum, præterquam quod indecorum uidetur, etiam peri
culoſum eſt. Quippe audaciam Barbaris inijcimus: neq; enim remeandi cupiditate de
ceſsiſſe nos, ſed aufugiſſe metu perculſos arbitrabuntur. Tibi autem quàm fuerit pul-
chrum deuictis hoſtibus atq; imperij finibus ad oceanum uſq; propagatis, redire in ur
bem triumphanti, uinctoſq; & captiuos præteragenti reges, ſatrapaſq; Barbaros. his
enim artibus prioribus ſeculis Romani homines magni, atq; illuſtres euaſerunt. Nihil
eſt autem quod uereare, ne qua illic res tuæ periclitentur. Nam & optimus quiſq; ſena-
tor tecum hic eſt, & exercitus uniuerſus tuum coram propugnat imperium. Quin æra
rium quoq; principalis pecuniæ nobiſcum eſt omne. Ad hæc patris tui memoria æter-
nam tibi apud poteſtates quaslibet fidem atq; beneuolētiam roborauit. Cum ad hunc
modum potiora ſuadens Pompeianus locutus eſſet, paulum modo impræſens cona-
tus aduleſcentis repreſsit, qui reueritus ſenis dicta, cum nihil haberet, quod ſaltem ho-
neſtum ſpecie reſpōderet, conciliū dimiſit, diligentius affirmans conſideraturū. Dein
uero miniſtris illius magis magiſq; inſtantibus, nihil iam ad amicos retulit, ſed datis
Romam literis, ac præpoſitis quos uiſum eſſet tuendæ Hiſtri ripæ, & Barbarorum in-
ſultibus coercēdis, profectionē continue edicit. Illi igitur demādata ſibi munia obeun
tes, haud ita longo tempore multos armis barbaros ſubegerunt, quoſdam autē ex ijs
magnis præmijs in amicitiā ſibi adiunxerunt. Quod quidem haud difficile factu fuit:
quippe barbari ſuapte natura pecuniæ auidi, periculorum deſpiciētes, aut incurſibus
populationibuſq; uictū parant, aut propoſita mercede uenalem pacem habent. Quod
intelligens Commodus, ut pecunia qua maxime abundabat, ſecuritatē redimeret, ni-
hil uidelicet petētibus denegabat. Vbi autem dedita profectionis fama per exercitum
eſt, ingens repente totis caſtris motus extitit, nullo non redire Romam cupiente, reli-
ctoq; hoſtili ſolo urbanas affectante delicias. Poſtea uero ꝙ fama ac nuncijs uulgatum
eſt, reuerti in urbem principē, incredibilis uniuerſam plebem lætitia peruagatur, ſpem
ſibi unoquoq; optimā de iuuenis imperatoris præſentia proponēte, credentibuſq; uni
uerſis paternis eum ueſtigijs perrecturū. Sed ille feſtinato iter faciens, & iuuenili quo-
dam ardore omnes in medio urbes curriculo pertranſiens, regioq; cultu, lætiſq; popu
lorum celebritatibus exceptus, gratus nimirum omībus atq; optatus adueniebat. Sed
ubi Romam appropinquauit, ſenatus ſtatim uniuerſus, populuſq; Romanus magno
pro ſe quiſq; anteuertendi ſtudio effuſi, laureaſq; ac flores omnifariam, quos dabat an
ni tempus conferentes, quàm quiſque ab urbe longiſsime poterat, occurrebant uiſuri
principem ætate atq; nobilitate cōſpicuum. Quippe amabant illum, & quidem ueriſ-
ſimis affectibus natum apud ipſos educatumq;, tertioq; iam gradu imperium, nobilita
temq; Romanam complectentem. Nam paternum ei genus à primoribus ſenatorij or
dinis, mater autem Fauſtina, principis uxor, Antonini Pij filia, Hadriani etiam per ma
trem neptis, ſeriem ipſam generis ad Traianū proauum referebat. Hoc editus genere

Commodus eſt, cui quidem præter ætatis florē, etiam formæ dignitas ſuffragabatur, congruens corporis modus, pulchra uiriliſq; facies, tranquillę faces oculis atq; micantes, flaua & criſpa cæſaries, ut in ſole ambulanti uelut igne quodam rutilaret, ſic ut eun tem quidam ſcobe aurea putarent conſpergi, quidam etiam pro argumento diuinitatis acciperent, ac radios eſſe illos circa uerticem genitiuos opinarentur. Ad hæc lanugo malis proſerpebat, easq; quaſi floribus cōueſtiebat. Talem igitur imperatorem fauſtis ominibus, acclamationibusq;, & coronarū florumq; ſparſionibus exceperunt. Sed poſtquam urbem ingreſſus eſt, Iouisq; primum, dein cæterorum deorum templa conſalutauit, gratiasq; ſenatui uniuerſo, & prætorianis militibus egit ſeruatæ ſibi fidei, in aulam palatinam ſe recepit. Pauculis igitur annis nihil non honoris paternis amicis exhibebat, omnibusq; eos negocijs in cōſilio habebat. Cura dein totius Imperij alijs demandata, Perennem Italicum hominem militaris diſciplinæ peritiſsimū, prætorianis præfecit. Is adoleſcentis ætate abutēs delicijs illum ganeisq; corrumpi ſinebat, curaq; omni, laboribusq; ſuſceptis, totum planè imperium adminiſtrabat. Erat in homine inexhauſta diuitiarum ſitis, ſic ut nihili quę acquiſierat pendens, nouis ſemper lucris inſatiabilis inhiaret. Hic & paternos Commodi amicos calumnijs premere, & locupletiſsimum quenq;, nobiliſsimumq; in ſuſpicionem adducere inſtitit, ſcilicet ut perterrefacto adoleſcente, atq; illis ſupplicio affectis, cauſam poteſtatemq; ipſe haberet in eorum bona & fortunas inuadendi. Cæterū aliquandiu cum patris memoria, tum amicorum reuerentia continuit adoleſcentē. Dein uelut maligna quædam, atq; inuida fortuna, rectum adhuc moderatumq; illius ingenium ſubuertit. Nam ita res accidit: Lucilla erat Commodo maxima natu ſoror, ea prius L. Vero imperatori nupſerat, quem conſortem ſibi imperij Marcus aſciuerat, locataq; in matrimonium filia, firmiſsimo affinitatis uinculo adſtrinxerat. ſed poſtquā L. fato functus eſt, manentibus adhuc Lucillæ principatus inſignibus, Pompeiano eam pater deſpondit, nihilo tamen ſecius priſtinū illi honorē Commodus reliquit uſurpandū. Nam & ſella imperatoria ſeſsitare in theatro, & ignem de more præferri patiebatur. Poſtea uero q̃ Commodus uxorem duxit Criſpinam, ac neceſſe fuit principis uxori primo loco cedere, iniquo ſcilicet hoc animo Lucilla ferēs, atq; illius honorē in ſuam contumeliā uertens, cum ſciret à uiro ſuo Pompeiano Cōmodum diligi, minime auſa eſt quippiā ad ipſum ſuper occupādo imperio referre. Sed animū Quadrati nobiliſsimi locupletiſsimiq; adoleſcētis periclitata, cum quo etiam ſtupri conſuetudinem habere exiſtimabatur, grauiſsimeq; apud eum de accepta iniuria cōqueſta, paulatim adoleſcentē eò perpulit, ut in ſemet uniuerſumq; ſenatū pernicioſiſsime cōſuleret. Quippe inter cæteros ſenatorij ordinis, qui ſecum in id facinus cōſpirarent, etiam adoleſcentē quendam Quintianū nomine, prompti atq; audacis animi ſibi adiunxit: perſuaſitq; uti pugionē in ſinu cælans tempus locumq; caperet, factoq; repente impetu Commodum occideret, reliqua ſe pecunijs largiēdis curaturam. Ille in aditu amphitheatri ſubſiſtens (quippe obſcuro loco facile ſe occultū ſperabat fore) nudato confeſtim pugione, ac magna uoce proclamans, hunc tibi ſenatus mittit: dum loquitur, nudumq; oſtentat pugionem comprehenſus à militibus, pœnas amentiæ dedit, ſuoq; indicio autor à ſe cauendi fuit aperto magis quàm impleto conſilio. Hæc igit̃ prima maximaq; odij cauſa adoleſcenti aduerſus ſenatū extitit. Ita nanq; animū uerba illa ſauciarant, ut omnes hoſtium loco haberet, ſemperq; eius memoriæ uox illa irruentis in ſe iuuenis inhæreret. Neq; uero tantam hanc occaſionem Perennis omiſit, ſed ei perſuaſit ut præcipuū quenq; ſuccideret, neq; eminere quempiā pateretur, quorū ipſe in bona impetū faciēs, facile omniū eius ætatis hominum locupletiſsimus euaſit. Quæſtiones autem Perenni diligenter exercente, ſoror ipſa Commodi, cōiuratiq; omnes, cæteriq; præterea quantulacunq; ſuſpitione attacti, ſupplicio affecti ſunt. Igitur Perennis ſublatis è medio quos imperator uerebatur, quiq; illum paterno quodam affectu complectebantur, atq; ipſe illius tuendæ ſalutis cura ſuſcepta, nihilq; non autoritatis adeptus, imperium iam ipſum animo inuaſerat: perſuaſoq; Commodo, ut ſuos liberos adoleſcentes adhuc Illyricis præficeret exercitibus, ipſe pecuniæ uim ingentem contrahebat, ut ſcilicet prætorianos ab ipſo ampliſsimis largitionibus abalienaret. Filijq; item eius clanculum copias colligebant, eo cōſilio, ut cum primum

Perennis

Perennis Commodum occidiſſet, ipſi principatum arriperent. Proditę autem ſunt inſidiæ incredibili quodam modo. Ludos Romani Ioui Capitolino faciunt, tanta hominum confluente multitudine, quantam par eſt confluere ad tantæ urbis celebritatem. Spectare autem ac præſidere in theatro unà cum ſacerdotibus, quos ordo ſingulis annis poſtulat, etiam imperator ſolitus. Cum itaq; nobiliſsimis ſcenicis operam daret, ſedens imperatoria ſella Commodus, pleno ſpectatoribus theatro, ſuisq; cuiq; locis ad ſedendum pro dignitate attributis, priuſquam quicquam diceretur, agereturq; in ſcena, repēte quidam philoſophi habitu, manu baculum geſtans, peramq; ſeminudus ab humero ſuſpenſus, curriculo prodijt: mediaq; in ſcena conſiſtens, manuq; ſilentiū imperans, Non hoc, inquit, ludorum tempus ô Commode, neq; ſpectaculis, celebritatiq; uacandum. Imminet ceruicibus tuis Perennis gladius, ac niſi caueris, non quidem impendens, ſed iam præſens periculum, periſti. Nam & ipſe hic aduerſus te copias, pecuniamq; colligit, & nati exercitus Illyricos ſolicitant, quos niſi ſtatim præuenias, occidiſti. His dictis, ſiue ſorte quadam diuinitus huc impellente, ſiue id auſo homine, ut gloriam ſibi ignarus atq; obſcurus acquireret, ſeu quia ſperaret ingēs aliquod præmium ab imperatore conſequuturum, ſanè illum de repēte obſtupefecerat. Cæteri autem & ſi non de nihilo ea dicta ſuſpicabantur, tamen fidem habere diſsimulabant. At Perennis comprehendi hominem iubet, ac pro furioſo, & uaniloquo igne comburi. Ita ſcilicet pœnas dedit intempeſtiuæ libertatis. Cæterū qui ſe Commodi ſtudioſos uideri uolebant, peroſi antea quoq; Perennem, utpote intolerandæ hominem ſuperbiæ contumeliæq;, nactiq; opportunum tempus, calumnijs eum premere aggrediuntur. Sed ſcilicet ita futurum erat, ut & Commodus inſidias euitaret, & Perennis unà cum liberis penderet pœnas. Quippe haud multo poſt milites quidā clàm Perenni filio nummos quoſdam attulerunt, illius imagine percuſſos, eosq; ignaro etiam Perenni, quanquam erat præfectus, Commodo oſtenderunt, totoq; inſidiarum ordine patefacto, maximis ſunt muneribus affecti. Quo circa inſcio negocij totius Perenni, ac tum nihil minus expectanti ſubmiſsi noctu à Commodo quidā caput abſciderūt: iuſsiq; ſtatim ad illius filium pergere, cum nihil ad celeritatem ſibi reliqui feciſſent, etiam rumores famamq; corū quæ Romæ facta eſſent præuenerunt. ij amicas ei literas ab imperatore reddiderunt, quæ magna propoſita ſpe Romam reuerti iubebant. Ergo & conſiliorū & omnis eius paratus, poſtremo paterni caſus ignarus, cum quidam nuntij dictitarēt, etiam paternis ipſum uerbis acciri, qui ne ipſe quidem ſcribere ſuperſediſſet, niſi ſatis momenti habituras imperatorias literas exiſtimaſſet, credidit uidelicet aduleſcens: & quamuis iniquo animo ferret, interpellari ſua conſilia, tamen paterna fretus potētia, quam eſſe adhuc incolumē putabat, ad reditum ſe comparat. Tum deinde ut attigit Italiam, per eos quibus negotiū datum fuerat occiditur. Hunc illi exitum habuerūt. Poſt hæc Commodus duos conſtituit præfectos, tutius fore ratus tantā illam poteſtatem nō uni duntaxat credere, ſed diſſectam in partes, imbecilliorē eo pacto cōtra principem reddere. Verum haud longe poſt, aliæ in illum huiuſcemodi inſidiæ intenduntur. Maternus erat quidam miles multa auſus nefaria. Is repente deſertis caſtris, atq; aliquot in ſocietatem cōmilitonibus aſcitis, magnā perditorū manum breui collegerat, uicosq; primo & agros populabatur. Magna deinde pecuniæ ui collecta plures quotidie ſibi ex facinoroſis copulabat: pollicēsq; ingentia cuiq; operæprecia, & in prædæ cōmunionem inuitans, eò rem adduxit, ut non iam latronū, ſed iuſtorum hoſtium haberent autoritatem. Quippe magnas etiā urbes occupabant: effractisq; per uim carcerib. captiuos ſine diſcrimine omnes uinculis eximebant, eosq; ſibi impunitate ac beneficijs adiungebant. Igitur Galliam omnem atq; Hiſpaniam incurſibus uaſtabant, & ut quanq; ex magnis urbibus ui ceperant, incenſa direptaq; protinus abibant. Quæ ubi Commodus cognouit, rectoribus gentium plenas iræ atq; minarū mittit epiſtolas, caſtigans & ignauiam exprobrans, ſimul comparare aduerſus illos exercitū imperās. Quod ubi latrones acceperunt, decedendum ſibi ex illis regionibus rati, clàm per auia quędam compendia, ſeorſum alij ab alijs, in Italiā peruenerunt, ac iam de regno maioribusq; rebus Maternus cum ſuis deliberabat. Nam quādo hactenus omnia illi ſpe ulterius proceſſerāt, aut aliquid magnū inuadendū ſibi exiſtimabat, aut certe quādo in id diſcriminis inciderat,

non

rum ſententia, plerique unguētis ſuauiſsimis nares, atque aures opplebāt, ſuffituque & odoramentis aſsidue utebantur, quod meatus ſenſuū (ut quidā dicunt) odoribus illis occupati, neque admittant aera tabificū, & ſi maxime admiſerint, tamē cum maiore quaſi ui longe ſuperari. Cæterum nihilo ſecius morbus ingraueſcere, hominesque paſsim & pecora inter homines agitantia interire. Sed & fames eodem tempore ciuitatem oppreſſerat hac de cauſa. Cleander erat quidam Phryx genere, ex ea nota hominum, qui publice per præconem ueneunt. Hic cum in domum imperatoriam ſeruitio eſſet traditus, & cum ipſo Commodo accreuiſſet, eò ſcilicet honoris atque autoritatis prouectus eſt, ut & corporis cuſtodiam, & cubiculi curā, præterea militū præfecturā ſolus obtineret. Cæterū diuitiæ ac luxus, etiam illum ad imperij ſpem inſtigabant. Quo circa grādi coacta pecunia plurimū frumenti coemit. Id autē occluſum habebat, ſperans ſibi Ro. pop. atque exercitus uoluntates adiuncturum, ſi prius rerum neceſſariarū penuria laborantes, magnis repente largitionibus demereretur. Idem gymnaſium quoque maximū exædificauerat, publicatis etiam balneis, ut eo modo populum ineſcaret. At Romani infenſi iam pridem, ac totius cauſam peſtilentiæ in eum conferētes, ſimul peroſi hominem diuitijs inexplebilem, prius quidē confertim per theatra identidem traducebant. Dein agente in ſuburbanis Commodo, repente uniuerſi magnis clamoribus concurrerūt, Cleandrum ad necem depoſcentes. Cum autem ſuburbanū omne tumultu compleretur, & Commodus ipſe in alto receſſu uoluptatibus indulgeret, inſcius quæ gererentur (nam id Cleander cauerat) repente extra omnium expectationem armati equites principis eruperūt, Cleandri iuſſu proruentes obuiū quenque, ac uulnerantes. Neque ſcilicet populus excipere illorum impetū ualebat inermis armatorū pedeſter equitum. Quare fuga facta in urbē reijciuntur, ibique permulti, neque modo quos ferro milites conficiebant, neci dediti, ſed quos etiam ipſi proculcauerunt equites, quique aut cōferta turba, aut equitum incurſu cōflictabantur. Igitur ad urbis portas ſine ullo impedimento perſecuti, magnā populi partem interfecerunt. Qui autem in urbe remanſerant, calamitate ſuorū intellecta, clauſis domibus cum in tecta & culmina euaſiſſent, lapidibus tegulisque equites deſuper inceſſebant. Itaque ſtatim conuerſa fortuna eſt, nullo in manibus decertare auſo, ſed omni multitudine deſuper quaſi ex tuto dimicante. Quo circa ſaucij magna pars cum tolerare iam ulterius nequirent, terga fugæ mandarunt. Multi itaque cadebant crebro telorum iactu, multi equis excutiebantur, inter deuolutos lapides fallente ueſtigio lapſantibus. Sed & pedites qui in urbe ſtationes habebant, populo ſuppetias aduerſus inuiſos ſibi equites raptim tulerunt. Itaque cum ciuile bellum eſſet, nemo tamen quæ gererentur nunciare Commodo audebat metu Cleandri potentiæ. Donec maxima natu ſoror Fadilla nomine, accurrens ad imperatorem, quippe facilis aditus ſorori, crinibus ſolutis proiecta humi, ac planè in lugubrē habitum deformata. Tu quidem, inquit, ô princeps, ocium agitans, & omnium quæ gerātur ignarus, extremo in periculo uerſaris. Nos autem ſanguis tuus propemodū occidimus. Actum de populo Ro. actum magna ex parte etiam de exercitu eſt, & quæ ne à barbaris quidem nos paſſuros expectabamus, ea nobis domeſtici faciunt, & in quos maxima contuliſti beneficia, eos primos inimicos habes. Cleander aduerſus te populum & exercitum armauit, quorum quidem alteris inuiſus eſt, alteris charus, utrique tamen in armis ſunt, cædemque inter ſe patrant, & ciuili ſanguine Romam replent. Sed in nos uidelicet utriuſque multitudinis recidet calamitas, niſi tu quàm primum neci dedideris ſceleratiſſimum famulum, qui tantæ cladis illis iam fuit, nobis mox futurus eſt autor. Hæc loquens ueſtem ſcidit, multique item qui aderāt, ſumpta de uerbis mulieris audacia, Commodum territabant. Is expaueſactus cum iam non ut impendens, ſed ut præſens periculum formidaret, acciri ad ſe Cleandrum propere iubet, nihil dum certi ſcientem, ſed tamen aliquid ſuſpectantem imperatori renuntiatum. Accedentemque ad ſe imperat cōprehendi, & caput eius amputatum contoque præfixum circumferri, uoluptuoſum ſcilicet atque optatum populo ſpectaculum prębiturus. Ita id malum ſedatum, atque utrinque dimicatio dirempta. Siquidē milites cum occiſum uiderent, pro quo decertabāt, iram quoque imperatoris formidabāt, cui uerba data, nihilque non factū contra illius ſententiā compererant. Populus contra ſatisfactum ſibi autoris ſupplicio putabat. Sed & liberi Clean

Cleandri(binos enim uirilis ſexus habebat) & quotquot illius amici fuerãt, ad unum omnes cõtrucidati, tractaq; per urbem cadauera, & contumelioſiſsime habita, poſtremo in cloacas abiecta. Hæc finis Cleandri fatorũ fuit, quaſi in uno illo uelut ambitioſius oſtentaret natura (ut ſic dixerim)humana poſſe ex infimo loco ad ſupremũ faſtigium euehi hominem, atq; euectum dein rurſum deturbari quamlibet exiguo atq; inſperato fortunæ momento. Cæterum Commodus tametſi uerebatur, ne quid fortaſſe populus etiam contra ſe noui moliretur, tamen ſuadentibus amicis in urbem reuerſus eſt, ac lætis acclamationibus, magnoq; comitatu exceptus, in aulam principalem ſe cõtulit. Enimuero ex illo tot aditis iam periculis, cœpit nulli ſatis cõfidere, ſed occidere hunc atq; illum, nulli nõ calumniæ fidem accõmodans. Ad hęc neminẽ cui uirtus ulla eſſet, amicũ ſibi adiungebat, ſed à cunctis æque rectis ſtudijs animũ auocauerat. Quippe quem die nocteq; aliæ ex alijs effrenæ corporis uoluptates grauiſsimo ſeruitio premebant, neminemq; non ab limine uelut inſidiatorẽ ſubmouebat, quemcũq; aut probitas, aut diſciplina ulla etiã mediocris illuſtraret. Scurrę uero, & qui turpiſsima quęq; repræſentabant, quaſi addictum ſibi habebant: aurigando etiã beſtijsq; cõficiendis ſupra modũ exercebatur: ob quæ ſtudia adulatores eum fortitudinis gloria celebrabant, quare illa minus decore tractabat, q̃ modeſto principi cõueniebat. Extitere ea tempeſtate etiã quædam in cœlo prodigia. ſtellæ enim per diem perpetuo apparuerũt: quædamq; ex ijs in longum productæ medio quaſi aere ſuſpenſæ uidebãtur. Præterea animalia omne genus, minime ſuã naturã ſeruantia, cum figura corporis prodigioſa, tum membris haud quaq; congruentibus ædebãtur. Maximũ autem nefas cum in præſens dolorem attulit, tum in futurũ peſsimo augurio uniuerſos conterruit. Nam cum neq; imbres ulli, neq; nubes, tantumq; exiguus terræmotus anteceſsiſſet, ſeu nocturni caſu fulminis, ſiue igni aliquo in ipſo terrarum motu uelut extrito, totũ de improuiſo pacis templum conſumptũ incendio eſt, quod unum ſcilicet opus cunctorũ tota urbe maximum fuit, atq; pulcherrimum. Idem templorum omnium opulentiſsimum, egregieq; munitum, multoq; ornatũ auro & argento. Quippe uniuerſi fermè ſuas illuc diuitias, quaſi in theſaurum congerebant, ideoq; per noctẽ debacchatus ignis multos ex opulentis egenos reddidit: Quapropter cõmunem quidem iacturam publice omnes, ſuam autem quiſq; priuatim deplorabant. Sed ubi templũ omne conſumptum ignibus eſt, plurima quoq; & pulcherrima urbis ædificia conflagrarũt. Inter quę etiam Veſtæ templum, ſic ut Palladium quoq; conſpiceretur, quod imprimis colunt, atq; in arcano habent Romani Troia(ut perhibent)auectum, ac tum primum poſtquam in Italiam deuenit cõſpectum ab hominibus. Quippe raptum id Veſtales uirgines media ſacra uia in aulam imperatoris tranſtulerunt. Multæ præterea pulcherrimæq; urbis partes combuſtæ, plurimosq; dies peruagatũ incendium non prius ſedatum eſt quàm repentinis imbribus extingueretur. Itaq; totam rem dijs imputabãt eius ætatis mortales. quorum ſcilicet uoluntate & inchoaſſe incendium, & deſiſſe arbitrabãtur, ac portẽdi bella, quæ ſunt deinceps inſecuta, conſumpto pacis templo interpretabantur. Quam deinceps famam rerum euentus comprobauit. Enimuero plurimis maximisq; incõmoditatibus laborante ciuitate, non iam uti antea multitudo beniuole Commodum aſpicere, ſed referre omnes eius calamitatis cauſam in illius iniuſtos actus, & reliqua uitæ crimina. Siquidem neq; latebãt populum ſcelera hominis, neq; latere ipſe uolebat, ſed quæ domi non ſine infamia patrabantur, ea etiam in publicum oſtentare haud uerebatur: eoq; uecordiæ petulantiæq; proceſsit, ut paternũ primo cognomen repudiaret, ac pro Commodo Marci filio Herculem ſe Iouis filium iuſſerit appellari, depoſitoq; principũ Romanorum cultu, leonis pellem ſubſterneret, manuq; clauam geſtaret, ſimul purpureas ſibi atq; auro intextas ueſtes circumdaret, non ſine omnium irriſione, quippe eodem ſchemate & fœminarum luxum & heroum uirtutem repræſentabat. Talem ſe uidelicet quotidie præſtabat. Idemq; menſium nomina demutauit, ac pro uetuſtis appellationibus nouas de ſuis cognominibus impoſuit, quorũ ad Herculẽ pleraq; tanq; ſcilicet ad fortiſsimũ referebantur. Quin ſtatuas quoq; ſibi tota urbe poni iuſsit, inq; ijs unam pro curia, quæ arcum cõtenderet, ut etiã imagines ipſæ terrores atq; minas præ ſe ferrent, quam dein tamen ſenatus poſt illius obitũ ſuſtulit, proq; ea Libertatis imaginem

repo-

repoſuit. Commodus autem cum temperare iam ſibi ultra non poſſet, publice ſpectacula ædere profeſſus, omneis ſe ſua manu feras occiſurum pollicebatur, & cum fortiſſimis quibuſq; iuuenũ ſingulari certamine depugnaturũ. Ea cum rumoribus celebrarentur, concurrebant ex Italia omni, ac finitimis gentibus uniuerſi ad id ſpectaculum, quod nec antea oculis uſurpauerant, neq; unq̃ fando audiuerãt. Siquidem ita eſſe certa manus illius dicebat, ut quodcunq; deſtinaret, iaculo ſagittaúe contingeret. Erantq; cum illo aſsidue Parthorum lectiſsimi ſagittarij, ac Numidæ iaculatores, quos ille tamen omneis longe artificio ſuperabat. Vbi autem ſpectaculi dies adfuit, pleno amphitheatro exædificatus Commodo peridromus fuerat, per quem decurrere in orbẽ poſſet, ne cominus cum beſtijs pugnans periclitaretur, ſed ſuperne ac de tuto loco tela iaciendo, iaculandi potius ſciẽtiam q̃ fortitudinem oſtentaret. Ceruos igitur & damas, item cornigera alia præter tauros, currens pariter ipſe atq; inſequẽs impetebat, ac præuenta fuga certiſsimis ictibus proſternebat. Leones uero & pantheras, aliaq; id genus nobiliſsima animalia, currens in orbem ſuperne iaculis confodiebat, ſic ut nec telum quiſquã ſecundum, nec uulnus uiderit niſi lætiferum. Nam ut primum ſe fera cõcitauerat, ſtatim illam uel in fronte, uel in corde ſauciabat, nullo præterea uſus ſcopo, neq; ad aliam corporis partem telo deſtinato, ſic ut pariter cum uulnere ipſo conficeretur. Cæterum beſtiæ conquirebantur undiq;, ac tum primum uidimus, quæ antea in picturis mirabamur. Quippe ex India, Aethiopiaq;, itemq; à meridie, & à ſeptentrionibus quicquid incognitũ prioribus ſeculis fuerat, cõfecit ille pariter, atq; oſtendit, nullo nõ obſtupefacto, tam certa illa manu, tamq; nuſquã telis aberrantibus. Idem aliquando ſagittas lunatæ cuſpidis in Mauruſias ſtruthos intorquebat, quæ & pedum celeritate, & alarum quaſi uelis ocyſsime ferebantur, ſic ut ſummum contingeret collum, atq; ita capita amputaret, ut exſectis ceruicibus (qui teli impetus fuerat) aliquandiu tamẽ uiuentibus ſimilem curſum continuarent. Quin & pantherã, quę ſcilicet eductum quendam in harenam curſu acerrimo comprehenderat, ſic ut iamiam laniatura uideretur, ita opportuno uulnere conſecutus eſt, ut interfecta belua hominem ſeruauerit, ac dentium quoq; aciem cuſpide ipſa iaculi præueniret. Leones item cauea centum eductos, totidem miſsilibus uniuerſos occidit, ita ſuo ordine iacentibus corporibus, ut numerari facillime ſingula poſſent, nullo ſcilicet ſuperuacuo incidẽte telo. Hactenus igitur quę gerebantur, quamuis à principe aliena uiderentur, tamen quoniam fortitudinem ſcientiamq; præ ſe ferrent, popularem quandam gratiam emerebantur. Verum ubi iam nudus ingreſſus amphitheatrũ eſt, ſumptiſq; armis numeros gladiatorios implebat: tum uero triſte Ro.pop. ſpectaculum id uiſum, nobiliſsimũ imperatorem poſt tam multos parentis ſui, maiorumq; triumphos, non quidem aduerſus beluas arma capere militaria, uel Ro. imperio cõgruentia, ſed ampliſsimam dignitatem turpiſsimo fœdiſsimoq; cultu contaminare. Facile autem dimicans ſuos compares ſuperabat, neq; tamen ultra uulnera procedebat, dante unoquoq; manus, atq; imperatorem potius q̃ gladiatorem agnoſcente. Eoq; ueſaniæ profectus eſt, ut deſerere principalem aulam, atq; in ludum gladiatorium migrare inſtitueret: neq; ſe amplius Herculem appellari patiebatur, adoptato nobiliſsimi gladiatoris nomine, qui iam uita exceſsiſſet: quin ſimulachro illi coloſſeo, quod Romanis uenerabile eſt, Solis effigiem gerẽs, capite dempto ſuum impoſuit, atq; in baſi ſubſcripſit, non quos conſueſſet imperatorios paternoſq; titulos, ſed pro Germanico mille gladiatorum uictorem. Cæterũ ipſum quoq; deſinere aliquãdo ab ſua uecordia, & ciuitatẽ tyrannide liberari oportebat. Idq; anno ineunte, quẽ diem Romani feſtum agunt, ad Ianum uetuſtiſsimũ Italiæ deum referentes, cuius etiam Saturnum ipſum ab Ioue filio pulſum fuiſſe hoſpitem prædicant, & quod ibi latuiſſet, nomen Latio inditum. Quo circa etiã nunc Romani Saturnalia prius, dein uero initium anni more ſuo concelebrant. Eſtq; eius dei biceps imago, ut à quo incipit, & in quẽ deſinit annus. Cum igitur hunc diem feſtum ciuitas agitaret, in quo Romani inuicem ſe colunt ſalutãtq;, & nomiſmata alter alteri, cæteraq; omnifariã munera miſsitant, ſummiq; magiſtratus conſpicuam ſibi & ſolennem purpuram induunt, uniuerſis diem cõcelebrantibus, ſtatuit Commodus non quidem ex imperatorijs (ut mos erat) ædibus, ſed ex ipſo gladiatorio ludo prodire in publicũ, ac pro eleganti ueſtitu purpuraq; impe

ratoria procedere armatus, deducente gladiatorum agmine, in conſpectum Romani populi. Quod ubi conſilium ſuum ad Martiam retulit unam è ſuis concubinis, cui ſcilicet plurimũ deferebat, ac propè uxoris eam loco habebat, ſic ut præter ignem omnes honores uelut Auguſtæ tribuerentur, intellecto mulier tam abſurdo turpiq; conſilio orare multis lachrymis, ſupplexq; ad genua accidere, ne aut Romanum imperiũ polſui pateretur, aut ipſe uitam ſuam perditis ac deploratis hominibus tam periculoſe cõmitteret. Sed cum nihil profeciſſet, lachrymans diſceſsit. Ille præfectũ exercitibus, Lætum nomine, & Electum cubiculi cuſtodem ad ſe accitos, parare iubet in ludo ipſo gladiatorio, quò ſe dormitum recipiat, ut illinc ad ſacrificãdum mane procederet, ac ſe armatum Romano populo oſtentaret. Illi multis precibus perſuadere tentabãt, ne quid indignum principe conaretur. Quibus Commodus ira percitus faceſſere ab ſe iuſsis, ſtatim in cubiculum reuerſus, ut quemadmodum conſueuerat meridiaretur, ſumpto in manus libello, quales de philyra tenuiſsimi, atq; in utrãq; partem replicabiles fiunt, cõſcribit in eo quoſcũq; illa nocte interficere deſtinauerat. Ex quibus prima erat Martia, mox Lætus atq; Electus, poſt hos ingens eorum numerus, qui plurimum autoritatis in ſenatu obtinebant. ſiquidem ſenes uniuerſos, paternos amicos tollere è medio, ne cẽſura illorum ſua interpellarẽtur flagitia, bonaq; ipſa diuitum dilargiri partim militibus, partim gladiatoribus decreuerat, ut alteri ſe defenderent, alteri oblectarent. Eum igitur libellum ita conſcriptum, ſupra lectulum depoſuit, neminem ad ſe introiturum ſuſpectans. Erat autem puſio quidam infans adhuc ex ea nota, qui ueſtitu cætero nudi, ſed auro gemmiſq; ornati, ſolent delicatiſsimo cuiq; Romanorum eſſe oblectamento. Is ita Commodo charus erat, ut cum illo ſæpe etiam cubaret, ac Philocommodus appellaretur, ipſo indicante nomine amorem principis. Hic itaq; puer forte ludibundus, occupato inter balnea & crapulas Commodo, cubiculum (ut conſueuerat) ingreſſus, ſumpto in manus libello, qui cum luſitaret, foras proceſsit. Ac forte quadam in Martiam incidit, quæ cum puerum etiam ipſa diligeret, cõplexa prius, atq; deoſculata, libellum manu aufert, uerita ne quid ob infantiam inſcius puer rerum fortaſſe grauiorum labefaceret. Agnita dein Commodi manu, ac legendi cupidine illecta, ubi funeſta contineri, ac ſe primam peti intellexit, Lætumq; & Electum ſubſequi, tantamq; deinceps reliquorum futurã cædem, hæc ſecum ingemiſcens cõſuſurrabat. Euge Commode, hæccine præmia beneuolentiæ, amoriſq; ſunt? Ita ſcilicet de te merui, cum tam multos annos contumelias ebrietatemq; tuam pertuli. Sed nequaquã tibi hæc ita ſucceſſerint uiro temulento aduerſus ſobriam mulierem. His dictis, Electum ad ſe acceſſit, quem etiã ipſa aliquando per ſe conuenire, utpote cubiculi cuſtodem ſolita, & cum eo quoq; ſtupri habuiſſe conſuetudinem credebatur: traditoq; in manus libello, uide, inquit, Electe cuiuſmodi ſumus hac nocte feſtum celebraturi. Is eo lecto expauefactus (erat autem Aegyptius genere, audax homo ac prõptus, & iraſci facilis) ſtatim ſignatum libellum per hominem ſibi fidum Læto legendum mittit. Qui item exterritus, ad Martiam contendit, ſimulans de ijs ire ſe conſultatum, quæ ad cõcinnandum ex iuſſu principis ludum gladiatorium pertinerent. Hoc igitur uſi prætextu, cõſtituunt, aut faciendum ſibi quàm primum, aut patiendum aliquid: nullum moræ locum, nullum procraſtinationi eſſe. Placitum autem eſt, rem ueneno agi, quod ſe facile daturam Martia recepit, Quippe ſolita primũ illi miſcere atq; offerre poculum, ut ab amica porrectum ſuauius biberetur. Igitur redeunti ex balneis cõmixtum uino odoratiſsimo uenenum in calice obtulit. Ille diu lauando uenandoq; collecta ſiti ueluti de more propinatum ſibi temere interbibit. Quare ſtatim capitis grauedine occupatus, atq; in ſoporem prolãpſus, cum id ex labore accidiſſe opinaretur, quieti ſe tradidit. Electus autem & Martia recedere omnes confeſtim, & ſuam quenq; domum reuerti iubent, ne ſomni indigum Commodum expergefacerent. Id autem aliâs quoq; ex ebrietate nimia facere conſueuerat. nam cum uel balneis, uel epulis operam daret, nullum ſcilicet habebat præſtitutum quieti tempus. etenim aliæ ex alijs uoluptates, eæq; inter ſe maxime diuerſæ, ſerui re ſibi hominem etiam inuitum quocunq; tempore ſubigebant. Pauxillum igitur cum requieſſet, ac iam ſe ad ſtomachum & aluum ueneni uis inſinuaſſet, oborta uertigine, uomitus & quidem affatim cõſecutus eſt: ſiue ipſo cibo quem largiter ante ſumpſiſſet,

mul-

multaq; meri potione uirus expellēte:ſeu quoniam principibus mos eſt, anteq; cibum capiant, medicamento uti, quo uenena prohibeantur. Cæterum cum multū euomuiſſet, ueriti illi ne ueneno quoq; omni eiecto colligeret ſeſe, atq; unà omnes cædi imperaret, perſuaſerunt magna mercede Narciſſo cuidā audaci ſtrenuoq; adoleſcēti, ut ipſum in cubiculo ſtrāgularet. Hunc finem uitæ Commodus habuit, tredecim annos poſt parentis obitum imperio adminiſtrato, unus omnium ante ſe imperatorū nobiliſsimus, omniumq; eius ætatis hominū formoſiſsimus. Quod ſi dicēdum de fortitudine quoq; eſt, ne in hoc quidem cuiquam præſertim deſtinandis ictibus, conceſſurus. Sed tamen totam uitæ rationem ſtudijs(ut dictum eſt)fœdiſsimis contaminauit.

HERODIANI LIBER SECVNDVS

OCCISO Commodo, quēadmodum ſuperiore uolumine demonſtrauimus, cum cælare factum interſectores, & aulicas excubias fallere uellent, uili quodam ſtragulo inuolutū, conſtrictumq; corpuſculum, ac duobus exploratæ fidei famulis impoſitum, ædibus exportandum, uelut aliquid ſuperuacuū ex cubiculi ſupellectile curauerunt. Qui autē exportabant, per medios euaſere cuſtodes, partim ebrios, dormitantesq;, ac manu languida tenentes haſtilia, partim etiam ſocordes eorum, quæ ad ſe parum pertinere arbitrabantur. Ita corpus principis furtim elatū, ac per noctem uehiculo impoſitum, in Ariſteum miſerunt. Lætus autem & Electus, Martiaq; quid agendum foret diu deliberato, tandem decernunt, ita de eius morte rumores ſerere, quaſi repente in apoplexiam incidiſſet, quod facile de illo creditū iri exiſtimabant, quem conſtabat identidem ſolitum immoderatis epulis ſaginari. Sed ante omnia tamen uiſum eſt, aliquem prouectum ætate, ac modeſtum hominē deligere ad imperiū, per quem & ipſi incolumes forent, & omnes à ſæua immoderataq; tyrannide reſpirarent. Igitur diu conſultato, neminem ſic idoneum inuenerūt, ut Pertinacem. Erat autem Pertinax genere Italus, domi belliq; rebus geſtis clarus, multiſq; inſignis trophæis, quæ aduerſum Germanos atq; orientales barbaros erexerat, Vnuſq; erat reliquus è grauiſsimis illis, quos pater Commodo amicos reliquiſſet, cuiq; plurimum ex omnibus ſocijs ducibuſq; detulerat: tutus hactenus, uel grauitatem ipſam ueritò, uel ob paupertatē hominis diſsimulante Commodo. Siquidem id quoq; illius laudibus accedebat, quòd cum plurima omniū adminiſtraſſet, tamen erat omnium pauperrimus. Hunc igitur Pertinacem nocte intempeſta ſopitis omnibus, Lætus, atq; Electus cum paucis eiuſdem factionis adeunt, & cum ianuam occluſam offendiſſent, ianitorem excitarūt. qui ubi adaperuit, militeſq; & Lætum præfectum adeſſe uidit, perterritus atq; expauefactus, Pertinaci renunciat. Is admitti ilico iubet, euentura mox inquiēs, quæ ſibi ad eam diem mala præſagiuerat. Tanta porrò fuit animi conſtantia, ut ne lecto quidem ſe mouerit, aut habitum oris demutauerit, ſed ingreſsis Læto atq; Electo, quāuis ad ſe occidendum miſſos crederet, pleno audaciæ uultu, minimeq; pallenti: iam pridem, inquit, hunc exitum uitæ ſingulis etiam noctibus ſperabam, qui ex omnibus paternis amicis unus adhuc eſſem reliquus. Itaq; demirabar, quonam tam diu rem differret Commodus. Proinde quid ſtatis, quin facitis imperata, meq; à triſti aliquando ac perpetua formidine liberatis? Ad hæc Lætus, deſine, inquit, indigna te, & ſuperiore uita tua fabulari: neq; nos mortem tuā, ſed ſalutem, cum noſtram, tum Ro. imperij petitū uenimus. Iacet enim tyrānus, debitaſq; luit pœnas, ea paſſus à nobis, quæ in nos facere moliebatur. Quare huc adſumus imperium tibi tradituri, quem unū ex omni ſenatu, uel temperantia uitæ, uel autoritate, uel ætate etiā, & grauitate morū ſcimus eſſe præſtantiſsimū, charumq; populo, & uenerabilem, ſperātes quod agimus & optabile illis, & nobis ſalubre futurum. Ad hæc Pertinax, deſinite inquit, ſenem ludere hominē, atq; ita timiditatis arguere, ut prius decipere, dein occidere ſtudeatis. Atqui, inquit Electus, quando nobis parum credis, cape libellum hunc(nam manum certe agnoſcis Commodi) tute lege, cognoſces proculdubio quantū effugerimus periculi, neq; tentamentum aliquod in noſtris uerbis, ſed ueri

fidem deprehendes. Quod ubi Pertinax fecit, iam profecto uiris antea quoq; ſibi amiciſsimis credendũ ratus, intellecta omni re, totũ ſe illorũ poteſtati permiſit. Placuit igitur primo exercitũ adiri, ac militũ tentari animos: quos tamẽ Lætus in ſententiã ſuam facile ſe adducturũ pollicetur, quippe cuius aliqua utpote præfecti futura eſſet apud illos autoritas. Quo circa omnes quotquot aderãt, ad exercitũ feſtinãt, cum iam multũ noctis proceſsiſſet inſtante Kal. Ianuariarũ die. Mittũt præterea fidos homines, qui paſsim rumorẽ diſſeminẽt, uita defunctũ Commodũ, Pertinacemq; iam imperaturũ, cõtendere ad exercitũ. Qui ubi rumor euagatus, repẽte populus uniuerſus lymphato ſimilis ebacchari, & diſcurrere per uias, ac lætabũdi omnes renũtiare pro ſe quiſq; amicis, quibus aut dignitas, aut diuitiæ ſuperabant: nanq; illis potiſsimum diſcrimen impendebat à Commodo. Ibant igitur ad templa & aras dijs gratulatũ, alij alia uociferantes. Quidam iacere tyrannũ, pars gladiatorẽ, nõnulli etiam multo his fœdiora. Quæq; hactenus metus repreſſerat, ea nunc licentia, ac libertate oborta, impune iactabantur. Sed & pleraq; pars populi curſu cõcitato ad exercitũ contẽdebat, ueritis omnibus ut ſatis libenter imperatorem Pertinacẽ milites acciperẽt: quippe moderatũ principem, nõ ſanè nimis ex ſentẽtia futurũ ſperabãt militibus, qui ſcilicet tyrãnidi ſeruire, uimq; omnẽ, ac rapinas exercere cõſueuiſſent. Itaq; uelut ad obſequium impulſuri cõfluxere ad caſtra frequentes. Quò ubi peruentũ, ingreſsi Lætus & Electus unà cũ Pertinace ſunt, ibi cõuocatis militib. ad hunc modũ Lætus uerba facit. Cõmodus imperator ueſter apoplexiæ morbo interijt. Cauſa mortis nemo alius, ſed eſt ipſemet ſibi. Nam cum fruſtra nos optima atq; ſalubria ſubijceremus, gerens ille ſe quẽadmodum omnes noſtis, cibo potuq; nimio ſuffocatus eſt. atq; is quidẽ ſuo ſibi fato extinctus perijt. quippe nõ una eademq; cunctis hominib. mortis cauſa, ſed aliæ alijs, cũctæq; tamẽ ad eundem tendentes uitæ finẽ. Verũ pro illo adducimus uobis ipſi ac Ro. populus uirum ætate grauẽ, uita moderatũ, militaris diſciplinæ peritiſsimũ, cuius bellicam uirtutẽ uos quidem ueterani ſæpenumero experti, cæteri tot annos urbi pręfectũ non honore ſolum, ſed etiã admiratione digniſsimum iudicaſtis. Igitur fortuna non principẽ ſolum uobis dat, ſed parentẽ quoq; optimũ. Cuius principatus nõ uobis modo, qui eum præſentes tuemini, ſed ijs etiã iucundiſsimus futurus eſt, qui ripas fluuiorum, ac Romani terminos imperij defenſant, uidelicet res eius præclare geſtas memoria retinẽtibus. Neq; uero iam barbaros nobis pretio cõciliabimus, ſed eorũ memores, quæ hoc duce perpeſſi ſunt, metu potius ſubigentur. Hæc dicente Læto, minime iam ſe cohibuit populus, quin ceſſante adhuc & dubitabũdo milite, Auguſtũ illum declararet, patrẽq; appellaret, & fauſtis omnibus acclamationibus proſequeretur. Idem etiã milites factitabant, quanq; non pari alacritate, ſed circũfuſa undiq; inermibus, feſtumq; agitãtibus diem, populi turba facile illos acclamare, ac Pertinacẽ uocare Auguſtum coegit. Mox iurati de more in illius nomen, factaq; re diuina, laureati omnes, populus atq; exercitus proſequebantur. Sed poſtq; in aulam imperatoriã per noctem (ut diximus) à milite populoq; deductus, magnis curarũ motibus æſtuabat. Et quãuis animo eſſe forti cõſtantiq; uideretur, tamen illum uehementer præſentia territabant, non de ſalute ſua magnopere ſollicitum, quippe aliâs grauiora pericula contẽpſerat, ſed repentinæ tyrannidis mutationem animo uerſantem, nobilitatemq; nonnullorum ſenatorum reputãtem, quos minime paſſuros arbitrabatur, poſt imperatorẽ generoſiſsimum recidiſſe principatum ad hominem priuatæ ſtirpis, atq; obſcuræ. Nam etſi uita ipſius planè temperans ac frugalis audiebat, maximamq; in bellicis negocijs gloriam fuerat adeptus, attamen claritate generis impar habebatur. Igitur poſtquã diluxit, in curiam ſe contulit, neq; ignem ſibi præferri, neq; ulla principatus inſignia paſſus attolli, donec ſenatus ſententiã ſcitaretur. Sed cum omnes ſimul atq; uiderunt, lætis acclamationibus unanimiter exceperunt, Auguſtũq; & imperatorẽ conſalutarũt. At ille recuſare inſtitit, tanq; rem inuidioſam, nomẽ imperij, excuſare ſenectutẽ, ueniamq; orare, multos eſſe dictitans patricios uiros, quibus magis imperium conueniret. Simul Glabrionẽ manu cõprehenſum protrahens, ſeſsitare imperatoria ſella iubebat. Erat enim ille omniũ patriciorũ nobiliſsimus, ad Aeneam Veneris & Anchiſæ filium ſeriem generis referens, idemq; iterũ conſul, qui tamen ita tum locutus eſt. Equidem egomet, quem tu omniũ putas digniſsimũ,

cedo

cedo tibi imperio, atq; unà mecum ſenatus omis ſummã tibi poteſtatem decernimus. Ibi uero ille uim penè afferentibus, atq; impenſe rogantibus uniuerſis, uix tandem dubitabundus ſellam imperatoriã conſcēdit, atq; oratione huiuſcemodi habuit: Conſenſus hic ueſter, ſtudiumq; eximiũ uni mihi plurimũ in tanta iſta nobilitate deferēdi, cum omni adulationis ſuſpicione uacet, argumentumq; beneuolentiæ, fidemq; præſerat, alium fortaſsis audaciorē atq; alacriorē redderet ad ea quæ traderentur ſuſcipienda, ſperantē facili ſe gubernatione uſurũ, qui tantã in uobis beneuolentiã animaduerteret. Me autē cõtrà, magna iſta ſcilicet atq; egregia, ſicut honoris ſenſu obſtupefaciũt, ita metu quodam curaq; ſolicitant. Siquidem arduũ in primis eſt, magnis acceptis beneficijs paria referre. Nam in beneficiorũ uiciſsitudine, ſi magnã gratiã referat, qui par uam debuerit, non tam facilitas remunerandi expenditur, q̃ in ipſo argumentũ grati animi cõmendatur. Sed cum prior quiſpiam eximia in te quædam contulerit, tum ſi illum parũ ample demerearis, non tam deeſſe quod reponas, q̃ ipſe inops ſenſuũ ac planè ingratiſsimus uideare. Cerno igitur iam animo, q̃ mihi arduum ſit propoſitũ certamen, ne tanto à uobis accepto honore parum me fortaſſe dignum exhibeam. Quippe non in ſella ipſa faſtigiũ dignitatis, ſed in operib. ſitum, quæ illam minime dedecorent. Nam quantũ præterita odimus, tantum de futuris bene ſperamus. Et ut tenax eſt iniuriarum memoria (quod enim offendit, nunq; obliteratur) ſic beneficia in ipſo excidũt uſu. Siquidem non tam delectat libertas, quàm ſeruitus offendit. Neq; habendã quiſquam gratiam putat, quòd rebus ſuis pro arbitrio utatur, quippe id ſibi deberi iure autumat. Qui uero ſuis exuitur bonis, nunq; ſanè iniuriarũ obliuiſcitur. Neq; quiſquam lucro apponit, quod utilitatem in cõmune pariat. Quæ enim publice proſunt, parum cuiq; curæ ſunt. Sin quæ propria cuiuſq; ſunt, minus ex ſentētia ceciderint, tum nemo ſatis ſecum benigne agi putat. Ad hæc quicunq; enormibus tyrannorum atq; immenſis largitionibus inſuerũt, ij ſi frugalius paulo aut cõtinentius ex pecuniæ inopia agere inſtituas, non tam id moderatæ cuidam diſpenſationi prudentiæq; attribuunt, q̃ auaritiam cõtinuo tibi & ſordes exprobrant: neq; autem cogitant, neminē poſſe magna cuiuis dilargiri, qui ſe à ui atq; à rapinis abſtineat. Qui autem recte ac pro cuiuſque dignitate diſpenſat, nõ modo nihil cuiquam iniuſte eripit, ſed & cæteros frugi eſſe docet, & parcere parto. Hæc igitur cum animis ueſtris reputantes, adnitimini uos quoq; mecum patres, cõmunemq; hanc imperij adminiſtrationē exiſtimate. Quippe in repub. optimatium, non autem ſub tyrãnide uicturi, cum ipſi optimam habere ſpem, tum reliquis etiam debetis polliceri. Hæc locutus Pertinax, ſenatui animum addidit, uotiſq; exceptus, & acclamationibus, habitusq; honorificentiſsime, Iouis, aliorumq; deorum templis conſalutatis, ſacrificioq; de more facto, in aulam palatinam ſe contulit. Poſtea uero quàm fama uulgauit, quæ ille uel in ſenatu dixiſſet, uel ad populum ſcripſiſſet, læti omnes agitare, ſperantes ſerium ſe & clementem principem, parētemq; adeo magis quàm imperatorem habituros. Nam & militibus edixit, ne cui ex populo cõtumeliam facerent, neúe quem uiatorem pulſarēt, cunctaq; deniq; ad honeſti cultũ, modeſtiamq; referebat. Ipſe cum aut ingrederetur, aut ius diceret, comem ſcilicet ac manſuetam indolem oſtendebat: & cum Marcũ in primis referre uideretur, ſeniores quidem admonitu delectabat, reliquos autem à crudeli contumelioſaq; tyrannide ad modeſtam uitam tranquillamq; uindicatos, facile ad ſe amandum impulerat. Quæ cum fama latius euagaretur, nationes omēs atq; exercitus, ſubiectos Romanis aut amicos, ad deferendos ei diuinos honores incitauit. Quin Barbari quoq;, ſi qui aut frenos depulerãt, aut ſeditiones moliebantur, metu uirtutis quam præſtitiſſe eum ſuperioribus bellis meminiſſent, iuſtitiæq; fide, cum neminem ab illo ſcirent ultro offendi, ſed gratiam cuiq; pro meritis referri, uimq; abeſſe & crudelitatem, ſponte illi ſe dediderunt. Legationes præterea undiq; confluebant, gratulatum Romano populo, quòd Pertinacis imperio gubernarentur. Sed quod pleriſq; omnibus publice priuatimq; gratum fuit, modeſtum manſuetumq; principem populo Romano contigiſſe, id uero urbanę cohortes imperatorum cuſtodiæ adhibitæ grauiter moleſteq; ferebant. Siquidem à rapinis iniurijſq; ad temperatum uitæ cultum reuocatæ, ac mitem illam ciuilemq; gubernãdi rationem in contumeliam ſuam ac dedecus accipientes, ut ex qua licentiam ſibi ademptã intelli-

gerent, nullo iam pacto rectorem huiuſcemodi tolerandū ſtatuebant. Igitur principio contumaciores ſe gerere, minusq; dicto audientes eſſe. Poſtremo nondum bimeſtri imperio expleto, cum quidem ille iam non dubium ſuæ probitatis ſpecimen dediſſet, uniuerſis in optimā ſpem erectis, inuidit repente mala ſors, quæ omnia funditus euertit, ſic ut egregij illi conatus uehementer omnibus profuturi, in medio quaſi curſu prolaberentur. Nam primum quidem quicquid in Italia aut alibi gentium inculti ſoli, etiāq; ſub regibus uacaret, id totum occupantibus & colentibus adiudicauit, decemq; annorum immunitatem, ac perpetuam libertatem agricolis conceſſit. imperatorijs autem poſſeſsionibus nomen ſuum inſcribi prohibuit, non eſſe illas dictitans imperantium proprias, ſed communes Romanorum & publicas. uectigalia quoq; omnia, quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitauerant in fluuiorum ripis, in urbium portibus, perq; uias & itinera, penitus remiſit, atq; in antiquam libertatem reuocauit. Multaq; item ad idem exemplum facturus uidebatur. Nam & delatores urbe exegerat, & ubiubi inuenirent, puniri imperauerat, cauens ne cui de uanis criminibus periculum conflaretur. Ergo in maxima tranquillitate ſeſe, beatiſsimoq; rerū ſtatu uicturos ſenatus cæteriq; arbitrabantur. Siquidem adeo ſe æquabilem, paremq; cæteris præſtabat, ut filium quoq; iam adoleſcentem in aulam palatinam nunquam adduxerit, ſed intra priuatos parietes continuerit. Sic ut in ludum quoq; literarium, atq; gymnaſia de more itaret, nihil priuatis abſimilis, erudireturq;, & omnia perinde ut quiuis è medio agitaret, neq; ullam aut tyrannicam aut omnino Imperatoriam pompam oſtētaret. Cum in hac morum, uitæq; modeſtia ageret, ſoli ſcilicet prætoriani milites, præſentē rerum conditionem haud ſatis æquo animo ferentes, ueterem illam licentiam uiolenter ſe gerendi, raptandiq; omnia affectabant, Interq; uina, & epulas conſilia inierunt, Pertinacem è medio tollendi, grauem ipſis atq; oneroſum, alterumq; eius loco imponendi rebus Romanis, indulgentem atq; intemperantem, nihilq; deniq; non licentiæ præbiturum. Igitur confeſtim haud opinato cunctis ocium agitantibus turbidi, ac furentes, militari curſu meridie ipſo, protentis haſtis, nudis gladijs, frequētes ad imperatoris ædes feruntur. Re autem ſubita, inſperataq; perterriti cubicularij palatini, pauci plurimis, & inermes armatis minime auſi reſiſtere, relicta ſua quiſq; ſtatione diuerſi alij aliò diffugerunt. Pauci tamen ex amiciſsimis nunciato militum concurſu perſuadere Pertinaci conabantur uti fuga ſibi conſuleret, populiq; auxilium imploraret. Ille autem tametſi utilia in præſens audiebat, tamen indecorum exiſtimās atq; illiberale, minimeq; dignum imperatoria maieſtate, atq; anteacta uita, fugę aut latebris ſalutem debere, occurrere periculo ac procedere in mediū decreuit, ſperans perſuaſurū quæ uellet, & furentes in præſens animos placaturum. Igitur cubiculo egreſſus, factusq; irruentibus obuiā, quærere cauſas inſtitit tam ſubiti motus, & à fœdiſsimo illo tumultu abſterrere, non attonitus periculo, ſed habitum oris grauem moderatūq; retinens, paremq; imperatoriæ dignitati: ac nihil humile, nihil pauidum aut obnoxiū, nihil deniq; ſupplice dignum præ ſe ferens, ita ad eos uerba fecit. Me quidē ô milites, inquit, ſi occiditis, neq; ipſi rem magnam facitis, neq; mihi ſanè grauem, homini uidelicet huius ætatis & glorię. Siquidē humanæ uitæ finis certe eſt aliquis neceſſarius. Vos aūt principis curæ cuſtodiæq;, & ꝓpulſandis aliunde periculis adhibitos, cędē ipſos facere primos, neq; ciuili tantū ſed imperatorio quoq; ſanguine polluere dextras, id uero uidete, ne uel in pręſens flagitioſum ſit uobis, uel in poſterū periculoſum. Neq; enī ego ulla uos iniuria affeci. Si enim Cōmodi doletis interitu, nihil profecto nouū fuit mori, qui homo natus fuerat, Sin dolo necatum putatis, non meum ſanè id crimen, quippe quem ipſi ſcitis ab omni etiam ſuſpicione procul abeſſe. Quæ enim tunc acta ſunt uos primi cognita habuiſtis, ut etiā ſi quid obortum ſuſpicionis eſt, id utiq; alios attigerit. Cæterum ne illo quidē extincto quicquam uobis defieri patiemur, quod modeſte atq; ex dignitate ueſtra, non aūt per uim & rapinas cōcupiueritis. Ita loquente eo, iam quidam ex his permotū iri uidebantur, neq; ſanè pauci abire iam cœperant, ueriti ſanctimoniā principis ac ſenectutē, ſed à cæteris facto impetu obtruncat. Qui ſtatim eo perpetrato ſcelere, multitudinē declinātes, indigniſsime laturā id facinus, occupant in caſtra abire, muroq; continent ſe, diſpoſitis pro turribus armatis, qui populum à mœnibus arcerēt. Hunc finem Pertinax

ſortitus

ſortitus eſt, uitæ morumq; (ut ſupra diximus) laudādus. Sed ubi cædis illius fama per populum didita, tumultu ſcilicet luctuq; omnia compleri, diſcurrere uniuerſi furentibus ſimiles, neq; certi quid agerent, quærere ipſos autores, quos neq; inuenire tamen poterant, neq; ulciſci, Præcipue uero ſenatus indigne id ferre, communemq; eam calamitatem exiſtimare, deſiderans parētem optimum, ac principem indulgentiſsimum, rurſumq; tyrannidem metuens, quam cordi eſſe militibus intelligebat. Sed cum dies unus itemq; alter abijſſet, plebsq; uniuerſa ſuo quiſq; metu quietem ageret, & qui dignitate autoritateq; pollebant, in ſua prædia quàm longiſsime poterant ab urbe ſeceſſiſſent, ne quid in eligēdo ſucceſſore grauius obijceret, cognito milites, & quietū eſſe populum, & exiſtere neminē, qui principē interfectum uindicaret, ipſi quidē caſtris ſe continebāt. Conſtituto aūt ſupra murum uocaliſsimo quoq;, edicunt uenale Imperiū, tradituroſq; ſe ei, qui plurimū pecuniæ polliceret, tutoq; in aulā deducturos. Id auditū neminē è ſenatu grauitate atq; autoritate præditū, neminēq; è nobilitate, aut ex his deniq; permouit, quicunq; adhuc opulenti ſuperabant tenues reliquiæ Cōmodi tyrānidis: neq; auſus quiſq;, aut muro ſuccedere, aut turpem, cōtumelioſumq; dominatū pecunia paciſci. Sed enim Iuliano cuidam cōſulari uiro, qui grandem habere pecuniam credebatur, ueſpere ſupra cœnam nunciatur inter uinum atq; epulas militū edictum. Quippe homo alioquin parum uitæ continentis habebatur. Perſuadent igitur uxor atq; filia, & paraſitorum turba, ut relicta menſa acceleret, & quid agatur intelligat; ac ſubinde inter eundum adhortantur, occupet proiectum imperium, ſuperaturum largitione omnes, qui tantum diuitiarū poſsideat. Igitur ubi ad muros acceſsit, clamare occœpit, daturum quæ uellent, habere ſe magnas opes, plenos auri theſauros atq; argenti. Eodemq; tempore Sulpitianus & ipſe uir conſularis, ac præfectus urbi, ſocerq; Pertinacis Imperiū licitabatur. Verum in eo milites ſuſpectam habuerunt Pertinacis propinquitatem, ſubeſſe aliquid fraudis ſuſpectantes, quo illius cædes uindicaretur. Ergo Iulianū ſcalis demiſſis ſupra muros attollunt, nō prius auſi reſerare portas, quàm conueniret de numero dandæ pecuniæ. Ille ingreſſus in caſtra, primum quidem honores Commodi, & ſtatuas quas ſuſtulerat Senatus, inſtauraturum pollicebatur, conceſſurumq; ipſis quam quondam ſub illo licentiam obtinuiſſent: præterea militibus ſingulis plus multo argenti daturum, quàm aut petere auderent, aut accepturos expectarent, neq; in dando moram futuram: nam domi eam pecuniam adſeruari. Quibus adducti rebus milites, atq; in tantam ſpem erecti, Iulianum declarant principem, ſimul ei Cōmodi cognomē imponunt. Tum ſignis ſublatis, impoſitiſq; illius imaginibus deducere hominē tendunt. Igitur de more ſacrificio in caſtris peracto, exijt maiore militū comitatu, quàm cæteri conſueuerant: ſiquidem per uim, contraq; populi uoluntatem, perq; turpitudinem & dedecus, imperium emercatus, iure impetum multitudinis uerebatur. Sed induti armaturas milites, circūſeptiq; undiq; teſtudine facta, ut etiā ſi res poſceret dimicarēt, receptoq; in medium imperatore ſuo, clypeis haſtiſq; ſupra capita elatis, ut tutiores forent, ſi forte lapides è tectis mitterent, deducūt eum in aulam, neq; auſo reſiſtere populo, neq; (ut mos eſt) fauſtis acclamationib. proſequēte, ſed diras procul imprecantibus uniuerſis, grauiterq; exprobrantibus, quod ære ſibi imperium parauiſſet. Tunc primum uidelicet corrupti militum mores, fœdaq; & inſatiabilis pecuniæ cupiditas, & cōtemptus imperatoriæ maieſtatis inoleuit. Nam cum neq; uindex exiſteret ullus tam crudeliter interfecti principis, neq; promercale factum imperium fœdeq; nundinatum quiſquā prohibuiſſet, id uero initium cauſaq; militibus fuit, ut etiam impoſterum turpiſſimi, cōtumaciſſimiq; euaderent, ſic ut auaricia indies, ac principum contemptus etiam uſq; ad ſanguinem proueheretur. Enimuero Iulianus imperium adeptus, delicijs continuo crapulæq; ſe dedere, circa rempub. indiligens, uitamq; molliſsimam luxuq; circunfluentem traducere. Sed & ſpem militum feſellerat, neque implere fidem promiſſorū potuerat. ſiquidem nec opes domi quantas iactabat, & publicum ærarium ſumptibus illis inſanis iam pridem à Cōmodo exhauſtum. Quare cum milites habebat infenſos, tum à populo totius rei conſcio facile contemnebatur. Itaq; & prætereuntem maledictis inſectabantur, & turpes ambiguaſq; uoluptates exprobrabant, ſic ut propalam etiam in circo, quò maxima uis hominū cōfluit, Iulianum

inceſſerent, ac uindicem Romani imperij, præſulemq́ſummi principatus Nigrum uocitarent, orantes ut quamprimum adeſſet, ipſosq́ à tantis contumelijs aſſereret. Is Niger conſulatū geſſerat, ac tum Syriæ præerat uniuerſæ, qui honos ea tēpeſtate multo maximus erat. Quippe etiam Phœnices, omnisq́ ad Euphratem regio Nigri ſubetat imperio. Ipſe ætatis erat iam ad ſenectutem ſpectātis, multisq́ & magnis in rebus uerſatus famam obtinuerat manſuetudinis, ac dexteritatis, ſic ut etiam Pertinacis uitam putaretur æmulari. Quibus maxime rebus populi fauorem adeptus uidebatur. Hunc igitur aſſidue frequentis populi clamores implorabant, ac præſentem Iulianum conuitio lacerātes, illum etiam abſentem uniuerſi principalibus acclamationibus, fauſtisq́ uocibus proſequebant̃. Quibus intellectis, Niger putans omnia ſibi ex ſententia ſucceſſura, quòd & à militibus negligebatur Iulianus, ut qui fidem minime impleuerat, & contemnebatur à populo, ut parum dignus empto principatu, ſpem cœpit imperij uindicandi. Ac primo quidem ex ducibus tribunisq́ cæterisq́ militibus, qui plurimū haberent autoritatis, diuerſos alium alio tempore domum dimittebat, edoctos rerum omnium, quæ ſibi Roma afferebantur. Id hoc cōſilio faciebat, ut quàm latiſsime toto oriente rumores diſſeminarentur. Ita enim ſibi adiuncturum quàm plurimos exiſtimabat, ſi non imperium ex inſidijs occupaturus, ſed opem uocantibus atq́ implorātibus allaturus uideretur. Proinde uniuerſi confeſtim adeſſe, obſecrare pro ſe quiſq́, obteſtariq́, uti quamprimum rempublicam capeſſeret. Eſt autem Syrorum gens natura leuis, pronaq́ ad res nouandas. Amabant autem uehementer Nigrum, quòd & imperium apud illos humaniſsime geſſerat, & ludis multitudinem ac celebritatibus detinuerat. Sunt autem autem Syri ſuapte natura huiuſcemodi oblectamētorum cupidiores, è quibus Antiocheni maximam feliciſsimamq́ urbem inhabitantes, totum fermè annum, uel in urbe ipſa, uel in ſuburbanis ludos & feſta cōcelebrant. Quo circa edendis aſſidue ſpectaculis, ac remittēdis exhilarandisq́ ocio animis, ita ſibi uulgus adiunxerat, ut ab omnibus magnopere coleretur. Quæ cum ita ſe habere intelligeret, iuſſis adeſſe dicta die militibus, reliqua etiam confluente multitudine, ita pro ſuggeſtu ad idipſum extructo uerba fecit. Quàm mite ingenium, quantaq́ in rebus maioribus aggrediendis noſtra cautio ſit, forſitan ipſi quoq́ iam pridē cognouiſtis. Neq́ ego nunc apud uos proceſſiſſem uerba facturus, ſi uel priuato conſilio, uel incerta ſpe, aut ſpem ſuperante cupiditate adducerer. Sed me uocāt Romani, & aſſidue clamātes fatigant, ut eis manum porrigam ſalutarē, neq́ patiar tam excellens tamq́ glorioſum relictum à maioribus imperium iacere abiectum turpiter. Vt aūt citra occaſionē aliquam, res aggredi tantas, audax ſanè temerariumq́ ſit: ita ſi implorantibus ac rogantibus opem deneges, timiditatis & proditionis crimine labores. Quapropter eo cōſilio ad uos huc prodij, ut ſcitarer quid facto opus eſſe duceretis, uobisq́ uterer quaſi totius negocij huius conſultoribus. quod ſi ex ſententia ſucceſſerit, cōmunis mihi inde uobiſcum erit utilitas. Neq́ ſcilicet tenues opes, aut leues ſunt, quæ nos ſolicitant, ſed ipſe Romanus populus, cui rerum omnium poteſtatem ſuperi tribuerunt, ipſum Romanum imperium fluctuans adhuc, neq́ apud quenquam certa ſede reſidens. Sed neq́ parum tuta inimus conſilia, his implorantium animis, nullo ad prohibendum reſiſtendumq́ parato. Nam qui illinc ueniunt, ne ipſos quidem milites, unde imperium emptitauerit, ſatis ei fidos fore affirmant, quoniam promiſſa nō ſoluerit. Quæ ſit igitur ueſtra mens oſtendite. Talia loquentem continuo exercitus omnis, cæterumq́ uulgus imperatorem, atq́ Auguſtum conſalutant. Tum amictum purpura, reliquoq́ exornatū aulico paratu, ibidem ex tempore conquiſito, præcedente etiam igni, in Antiochiæ primum templa, mox ad ſuas ædes deduxerunt, quas etiam ceu non iam priuatas omnibus extra inſignibus imperatorijs adornauerunt. His lætus Niger, cum ſcilicet & Romanorum animos, & cæterorum ſtudia hominum animaduerteret, iam haud dubie rem omnem ſibi eſſe in uado arbitrabatur. Qui poſtquam rumor increbuit, ſtatim quęcunq́ aduerſum Europæ continentē nationes incolunt, feſtinare pro ſe quæq́, ut præſto illi eſſent. Legati undiq́ Antiochiā confluere, uelut ad legitimū principem, Reges quoq́ & ſatrapæ trans Euphraten, Tigrinq́ habitātes gratulatum miſerunt, ſuamq́ operam in omnem euētum pollicebantur. Quos ille ampliſsimis affectos muneribus, gratijsq́

actis

actis, dimittebat, nullis ſibi impræſens opus eſſe auxilijs affirmans, ſatis munitũ imperium, idq; geſturum ſe incruentũ. Quare tanta ſpe ſublatis animis ſupinius iam negligentiusq; agitabat ſeq; populũq; Antiochenũ ocio delicijsq; oblectãs, ludosq; ædens, & ſpectacula. Neq; uero aut Romã, quod res maxime poſtulabat, ꝓficiſci ſtuduit: aut Illyricos exercitus, qui ſcilicet in primis adeundi cõciliandiq; fuerãt, ullis de rebus certiores fecit, ſperans ſtatim intellecta re, cum Romanis eos pariter, cumq; orientis totius exercitibus cõſenſuros. Hęc dum agitaret leui incertaq; ſpe ſubnixus, fama iam per Pãnonios Illyricosq; increbuerat, perq; exercitus oẽs, qui pro ripis Danubij, Rhenią; excubantes cohercendis barbaris Romanum tuentur imperium. Præerat aũt Pannonijs uniuerſis (nam unius regebanẽ imperio) Seuerus quidam genere Afer, uehemẽs homo negocijs gerendis, ac ferox, uitæq; inſuetus duræ & aſperæ, promptus excogitãdis, acer exequendis rebus. Qui poſtq; Romanũ principatũ pendere ſublimẽ, quaſiq; direptui expoſitum uidit, alterum quidem ut deſidem, alterum ut parum efficacẽ contemptui habuit. Addebant præterea ſpem ſomnia quædam, & oracula, cæteraq; futurorum præſagia, tum deniq; fidem ueri impetrantia, cum ſunt euentũ ſortita. Quorum pleraque ipſe in libris de uita ſua conſcripſit, ac publice in tabulis picta dedicauit, Sed quod illi extremum maximiq; momenti ſomnium, ſpem propemodum omem conciliauit, id ne nobis quidem ſilentio prætereundũ. Quo enim tempore nunciatũ eſt Pertinacem ad imperium aſcitum, peracto Seuerus ſacrificio, iuratusq; fidem principi, ubi primum domum redijt ſomno cõprehenſus, uidet per quietem magnum quendam ac generoſum equum ornatum phaleris imperialibus, qui Pertinacem ipſum per urbem ueheret media ſacra uia. Sed ubi ad ipſum fori peruenit ingreſſum, in quem olim liber populus frequens cõueniebat, uiſus eſt excuſsiſſe Pertinacem equus, atq; abieciſſe humi, proximeq; aſtanti Seuero tergum ſubſternere, eumq; perferre ſublimem tuto in forum medium, conſpicuum uenerabundæ multitudini. Manet autem adhuc huius imago ſomnij eodem ipſo in loco ingens ex ære conflata. Ad hunc igitur modum ſublatis animis Seuerus, ac ſe diuina prouidẽtia ſolicitari ad imperium ratus, decreuit animos periclitari militum. quare primum quidem pręfectos, tribunosq; & primos militũ ſibi adiungens, cumq; ijs de Romano imperio ſermones ſerens, abiectũ id eſſe dictitabat, exiſtente nullo per quẽ fortiter atq; ex dignitate gubernaretur. Inuehens præterea in prætorianas cohortes, quæ ſacramentũ militare ciuili imperatorioq; ſanguine polluiſſent, uindicandã eſſe aiebat, ac perſequendã Pertinacis cædẽ, minime ignarus excubare adhuc memoriã Pertinacis apud Illyricos exercitus: quoniã ſub imperatore Marco multa illius ductu aduerſus Germanos trophæa excitauerant, & cũ pręfectus Illyrico foret, nullũ nõ exemplũ uirtutis in prelio oſtentauerat, beniuolentiã porrò, ac probitatem, ad hæc ciuile, moderatũq; imperiũ ſocijs præſtiterat. Quo circa memoriã eius principis colentes, tantam in illum æditã crudelitatẽ indigniſſime ferebant. Hanc igitur Seuerus occaſionẽ arripiens, facile eos quò uellet, adducebat, ſimulans nõ ſe quidem imperiũ quærere, aut ſummã poteſtatẽ affectare, ſed ire ultum ſanguinẽ tanti principis. Nam ut eius regionis homines corporibus utuntur præualidis, atq; proceris, & in pugnam cædẽq; paratiſsimis, ita pingui ſunt ingenio: quare haud facile ſentiunt, ſi quid agas, dicãs ue aſtute, ac ſubdole. Quo circa cum fidẽ feciſſet Seuerus, cædẽ ſe Pertinacis perſequi uelle, ita ſibi uniuerſos cõciliauit, ut imperatorẽ diceret, ſummãq; ab eis acciperet poteſtatẽ. Sed ubi Pannoniorũ animos explorauit, ſtatim uicinarũ quoq; gentium præſides, quæcunq; Romano ſubiacẽt imperio, magnis illexit præmijs. Erat autem Seuerus unus omnium mortalium ad amorem ſimulandum maxime factus, ſic ut ne iuſiurandum quidẽ fallere dubitaret, ſi ita uſus poſceret, longeq; aliud in lingua promptum, quàm in animo reconditũ gerebat. Igitur Illyrico omni, rectoribusq; prouinciarum per literas inſinuatus, collectisq; undecunq; militibus, ac ſuſcepto Pertinacis cognomine, quod non Illyricis modo, ſed Romano etiam populo gratiſsimum fore ſuſpicabatur, conuocatis omnibus in campum, ita pro ſuggeſtu locutus dicitur.

Quantum uel fidei, uel religionis erga deos, per quos iurati eſtis, quantuũq; honoris imperatoribus exhibeatis, quos adeo ueneramini, facile oſtenditis milites, cum tanto pere indignamini, cohortes urbanas, pompæ magis quàm uirtutis adminiſtras, adeo

fœdum facinus perpetraſſe. Ac mihi quidem in uotis eſt nunc primum tantam ſpem auſpicanti (nam profecto ſcitis, ꝗ ſemper audiens dicto principibus fuerim) perducere ad exitum, atq; explicare, quæ uobis cordi ſunt, Neq; Romanum imperium abiectum pati, quod quidem apud maiores ſumma ſemper autoritate geſtum, uenerandum omnibus uidebatur. Poſtea uero quàm ad Cōmodum recidit, & ſi ob illius adoleſcentiam ſæpenumero impegit, attamen omne uitium, cum ipſius principis nobilitate tum ſanctiſsimi parentis memoria obumbrabatur Neq; tam errata illius odium quàm miſericordiam emerebantur. Quippe non tam ipſi quæ gerebantur, quàm aſſentatoribus imputabamus, cæteriſq; malarū artium cōſultoribus, atq; miniſtris, donec ad ſanctiſsimum illum ſenem, cuius adhuc uirtutis & probitatis noſtris mentibus memoria reſidet, delatum fuit imperiū. Quem tamen tantum abeſt ut tolerare illi potuerint, ut cæde etiam neſaria talem uirum è medio ſuſtulerint. Poſt hunc aūt terræ mariſq; imperium, neſcio quis turpiſsime auctionatus, & populo quemadmodū auditis inuiſus eſt, & milites ipſos, quibus impoſuit, parum fidos habet. Qui tamen ſi etiā defenſuri illum forent, attamen neq; numero uniuerſi, neq; uirtute ſinguli conferendi ſunt uobis. Ad hæc bellica uos negocia exercuerunt. Nam & cum Barbaris pedem conferre, & labores omnes perferre, & algores æſtuſq; deſpicere, & concreta gelu calcare flumina, & potare effoſſos latices non hauſtos, & uenatu inuigilare conſueuiſtis. omnia deniq; ad uirtutem adepti uiatica, ſic ut nemini facile ſit ueſtris obſiſtere uiribus. Etenim labore miles probatur, non mollitudine, qua illi exſaturati, atq; enutriti, ne uocē quidem ueſtram, nedum pugnam poterunt ſuſtinere. Quod ſi cui Syriæ res formidabiles uidentur, is uel ex eo cogitet, quàm imbecillæ ſint, quanq; tenui ſpe nitantur, quòd neq; adhuc progredi quoquam, neq; de urbe petenda deliberare auſi, ſedesq; illas boni conſulentes, delicias in diem quæſitas, lucrum eſſe ambiguæ poteſtatis arbitrantur. Eſt aūt ad ioca & cauilla in primis factum Syrorum genus, tum qui Antiochiā colunt, ij ſtudere Nigro potiſsimum credūtur. Nam gentes reliquæ & ciuitates, cum adhuc neminē imperio dignū aſpiciant, quiq; ſit remp. fortiter moderateq; geſturus, ei ſcilicet obedire ſe tandem ſimulant. Quod ſi ab Illyrico exercitu ducem creatum cognouerint, ſimulq; noſtrum nomen inaudierint, nō obſcurum ſanè apud ipſos, neq; ignoratū, quippe illic etiam cum imperio præfuimus, neq; me profecto deſidiæ, aut torporis arguerint, neq; ueſtrum exceptare impetū, aut bellicam uirtutē uolent experiri: præſertim cum & corporum proceritatibus, & armorum exercitationibus, & cōferenda manu longe uobis impares habeantur. Quare occupemus quamprimum Romam, larem ipſum imperij, reliqua dein facile expedituri, cum deorum oraculis, tum armorum corporumq; ueſtrorum uiribus confidentes. Hæc locutū Seuerum fauſtis acclamationibus milites exceperunt, Auguſtum, Pertinacēq; appellātes, ſtudiumq; in eum propenſum, atq; egregiam uoluntatem pollicebantur. At Seuerus nihil procraſtinandū ratus, armari quàm expeditiſsime iubet, iterq; ad urbē edicit, diſtributiſq; uiritim cibarijs, omniq; uiatico, nihil ſibi ad celeritatē facit reliqui, nullis interquieſcēs locis, ac uix reſidere tātiſper milites paſſus donec à nimia itineris cōtentione reſpirarēt. Ipſe inter primos laborās, uiliq; tabernaculo utens, cibum potūq; eundem, quem etiā cæteri milites, capiebat, Nihil unquam Imperatoriæ luxuriæ, nihil deliciarū oſtentans, ſic ut acceptior indies militibus fieret. Nam cum laborū omniū, non modo particeps, ſed princeps etiā autorq; foret, adeo cunctis uenerabilis erat, ut nihil nō pro illo cupidiſsime facturi uiderētur. Poſtea uero ꝙ emenſa Pannonia ipſos Italiæ montes inſedit, famāq; ſui præueniens, prius coràm cōſpectus eſt, ꝙ aduentare auditū fuerat, magnus ſcilicet omnes Italiæ ciuitates tanto conſpecto exercitu metus inuaſit. Quippe homines in Italia iam pridem ab armis belloq; remotiſſimi, agros, pacēq; colebant. Etenim ꝙ diu libera ciuitas egit, atq; à ſenatu belli duces eligebātur, fuere in armis ſemper Italiæ nationes, Græciſq; & barbaris ſubactis, terræ ſibi mariſq; Imperiū pepererūt. Neq; ulla orbis terrarum pars aut cœli tractus fuit, quò non uires ſuas Romanorū arma protulerint. Poſtea uero quàm Auguſtus rerum potitus eſt, & laborem Italis ademit, & arma detraxit, Milites tantum quoſdam certis auctoramentis habuit mercenarios, qui Romanum tuerentur Imperium; tum fluuiorū magnitudine atq; foſſarum, montibuſq; aſperrimis, deſertiſq;

locis

locis atq; imperijs circumſeptos imperij limites cōmuniuit. Quocirca meritò omnes, poſtq; aduentare Seuerum cum tanto milite audiuerūt, inſueta re perterriti, cum neq; ſtare contrà, neq; prohibere auderent, ibant obuiam laureati, portisq; cum patentibus excipiebant. Ille tam diu locis ſingulis immoratus, quādiu aut ſacra faceret, aut populos alloqueretur, Romam è ueſtigio pergebat. Quæ ubi Iuliano nunciata ſunt, actum de ſe prorſus exiſtimauit. Nam & exercitus Illyrici potentiā multitudinemq; audiebat, & populo parū fidebat cui ſe cernebat inuiſum, neq; ſatis magnā ſpem in militibus habebat, quos uidelicet feſelliſſet. Itaq; collectas undiq; pecunias, partim ſuas, partim ab amicis acceptas, tum quaſcunq; in templis alijsq; locis publice inueniſſet, diuidere militibus inſtituit, ut eo pacto illorū beneuolentiā redimeret. Sed ei tametſi multa magnaq; acceperant, nullā tamen habebant gratiā, perſolui debitū ſibi, non dari munus aliquod interpretātes. Cæterū ſuadentibus amicis Iuliano, ut exercitū educeret, atq; alpium anguſtias occuparet (ſunt aūt Alpes altiſſimi montes quales in his regionib. nulli, porrecti ad muri formam, circūdatiq; Italiæ, quaſi ad reliquā regionis eius felicitatem, hunc etiam quaſi cumulum natura addiderit, ut munitionem haberet inexpugnabilē, pertingentem ſcilicet à ſeptentrionali ad id mare quod ad meridiem ſpectat) nō auſus tamen ille urbe egredi, ſupplicatum militibus mittebat, uti arma caperent, exercerentq; ſe, ac foſſas ante urbem ducerent: omnemq; belli apparatū in ipſa demum urbe expediebat. Siquidem elephantos quoq; quos ad pompam inſtitutos habebat, inſueſacere conabatur ſeſſorē pati, ratus Illyricos milites equosq; eorum perterritū iri facie magnitudineq; beluarum, quales antea nullas aſpexiſſent. Totaq; ciuitas armis fabricandis, bellicisq; inſtrumentis cōficiendis erat intenta. Sed contantib. adhuc Iuliani militibus, ac ſe comparātibus ad bellum, nunciatur adeſſe iam Seuerus. Is multos è militibus ſuis ſparſim dimiſerat, qui clàm Romam proficiſcerent. Quare alij alijs itinerib. noctu ingreſſi urbem, protectis armis habitu paganorū operiebantur. Iamq; intus hoſtis erat, ſupino adhuc Iuliano, & quid ageret ignaro. Quæ ubi populus intellexit, cunctis metu perculſis ac Seueri potentiā formidantibus, ſentire iam ſe cum illo ſimulabat. Et Iulianū quidem quòd imbellis, Nigrum quòd lentus atq; iners, uituperantes, Seuerū ipſum iam aduentantem magnopere admirabantur. Enimuero Iulianus hæſitabundus, atq; inops conſilij, conuocato prius ſenatu, literas ad Seuerū mittit, quibus fœdus paciſceretur, eumq; in cōmunionem acciperet imperij. Cæterū ſenatus, & ſi illa omnia decernebat, tamen ut eum pauitare deſperata ſalute animaduertit, totus iam ad Seuerum incubuerat. Biduo uero poſt triduo'ue, audito Seuerum iam planè adeſſe, omnes contempto Iuliano in curiam conuenere iuſſu conſulum. Quippe ijs curæ Romana res eſt, quoties de imperio ambigitur. Qui poſtquam frequentes affuerunt, quid facto opus eſſet, inter ſe deliberabant, manente adhuc in aula Iuliano, ac fortunam ſuam miſerante, ſuppliciterq; rogante, ut ſibi eiurare imperium liceret, omnemq; eam poteſtatem Seuero tranſcribere. Sed ubi intellexit ſenatus pauidum Iulianū, perterritos corporis cuſtodes, ipſum pene ab omnibus deſtitutū, decreta illius nece Seuerum imperatorem declarant. Tum legatos ad eum mittunt, partim qui magiſtratū obtinerent, partim qui maximam haberent in ſenatu autoritatem, ut omnes illi honores Auguſtorū deferrent. Occidendi autem Iuliani datur uni è tribunis negocium. Is imbellem miſerumq; ſenem, qui ſibi ipſe tam infelicem exitum propria pecunia emiſſet, deſertum iam deſtituitūq; ab omnibus, inter fœdiſſimas cōplorationes trucidauit. Quæ ubi Seuerus audiuit, maiora iam moliens animo, conſilium inijt capiendorum militum omnium, quicunq; Pertinacem interemiſſent. Datis itaq; clàm ad tribunos centurionesq; literis hortatꝰ, multa pollicens, perſuadeant militibus urbanis, ut ſibi dicto audientes ſint. Ipſe edictum proponit, ut relictis inter caſtra armis, exeant pacatorum habitu, quales procedere in pompam aut ludos celebrare conſueuiſſent: iurentq; in Seueri nomen, ac ſpem ſibi optimam proponentes præſto ſint, ut nouum Imperatorem comitentur. His creditis, milites ſuaſu quoque tribunorum, relictis armis, pomparum habitu laureati proceſſerunt. Sed ubi ad exercitum Seueri peruenerunt, nunciato iam adeſſe, iubet in campum conuenire frequentes, quaſi ſalutaturus, ac perbenigne accepturus uniuerſos. Enimuero cum ad tribunal principis acceſſiſſent unanimiter acclamātes, dato repente ſigno com

prehen-

prehenduntur. Ita enim præceperat Seuerus, ut cum ſtare pendentes eos ab ore princi-
pis uidiſſent, circuirent uniuerſos ſui more hoſtium, neminemq́ uulnerãtes aut pulſan-
tes, tantum orbe facto clauſos in medio continerent, pila duntaxat intendentes & ha-
ſtas, ut ſcilicet metu uulnerũ nudi reſiſtere armatis, paucíq́ plurimis minime auderent.
Quos ubi uelut indagine armorum concluſos captiuosq́ habuit, magna uoce, ac turbi-
do ſpiritu, ita ad eos uerba fecit. Superari uos à nobis uel ſapientia, uel uiribus, uel
etiam numero, re ipſa uidetis. Capti eſtis quàm facillime, ac nullo fermè negocio tene-
mini. Quid futurum de uobis ſit, in mea manu eſt. Iam ſcilicet uictimæ hic ſtatis obno-
xiæ noſtro imperio: ſi ſceleri ueſtro debitum quæratis ſupplicium, nunquam ſanè in-
uenietis: ſanctiſſimum illum ſenem, imperatoremq́ optimum, ſeruandum tuendumq́
uobis, ipſi occidiſtis: Romanum imperium perpetua clarum gloria, quod maiores no-
ſtri, aut uirtutis, aut nobilitatis nomine ſuſcipiebant, hoc uos turpiter fœdeq́, uelut ali-
quid ex priuatorum inſtrumẽto, quaſi ſectores uendidiſtis. Ac ne eum quidem ipſum
quem ſic ad imperium produxeratis, ſeruare ſaltem ac defenſare auſi, homines timidiſ-
ſimi prodidiſtis. Ob hæc igitur crimina ac facinora ueſtra mille uobis debẽtur mortes,
ſi quis par noxæ ſupplicium ſtudeat petere. Proinde quid uos æquum pati ſit, ſanè ui-
detis. Ego tamen ſanguine abſtinebo, neq́ ueſtras imitabor manus. Sed quoniam ius
fasq́ negat ſtipari à uobis iam principem, uiolato iureiurando, ac manibus ciuili & im-
peratorio ſanguine pollutis, proditaq́ fide cuſtodiaq́, animas quidem & corpora uo-
bis noſtra largietur humanitas. Porrò militibus meis ita præcipio, recingãt uos, ac ue-
ſtimentis exutos militaribus, nudosq́ dimittant. Vobis autem ſic impero, diſcedatis
quàm longiſſime, ædico item iuroq́, ac denuncio capite pœnas daturum, ſiquis ueſtrũ
poſt hac intra centeſimum ab urbe lapidem conſpicietur. His imperatis, è ueſtigio mi-
lites Illyrici concurrunt, breuesq́ illos gladiolos detrahunt, quos auro argentoq́ orna-
tos, in uſum pompæ ſuſpenſos habebant: tum zonis ueſtituq́, & cæteris militiæ inſig-
nibus per uim ablatis, nudos ad unum exautoratosq́ dimiſerunt. Enimuero illi prodi-
tos ſe uidentes, atque àſtu captos, patientiam ſcilicet præſtabant. Nam quid agerent
nudi aduerſus armatos, pauci aduerſus plurimos? Diſceſſere igitur complorantes ſe-
ſe, conceſſamq́ ſalutem loco muneris interpretantes, perteſi tamen ac dolentes, quòd
inermes egreſſi, capiendos ſe turpiter ignominioſeq́ obtulerant. Vſus item alio con-
ſilio Seuerus eſt. Quippe metuens ne recincti exautoratiq́ deploratis rebus rurſus ca-
ſtra repeterent, reſumerentq́ arma, præmiſſos alijs itineribus ac ſemitis electiſſimos
quosq́ & exploratiſſimos ſuorum militum iubet clanculum uacua caſtra irrumpere,
armisq́ ipſorum occupatis excludere redeuntes. Hanc igitur pœnam Pertinacis inter
ſectores dederunt. Poſthac Seuerus cum reliquo exercitu inſtructo armis, Romam
petijt, attonitis metuentibusq́ pariter primo conſpectu Romanis, audaciamq́ uiri, ac
fortunam repetentibus animo. Quem quidem ſenatus, populusq́ uniuerſus laureati
exceperunt, primum ſcilicet ex omnibus hominibus atq́ imperatoribus citra ſangui-
nem, atq́ adeo citra puluerem tanti effectorem operis. Omnia porrò mirabilia in illo
præcipueq́ ingenij acumen, laborum tolerantia, rebusq́ maximis aggrediundis, bo-
nam ſibi ſpem proponens audacia. Poſtea uero quàm eum populus fauſtis acclamatio-
nibus ſuſcepit, & ſenatus uniuerſus ad portas urbis conſalutauit, inito Iouis templo, ſa-
ctaq́ re diuina, reliquisq́ item ſacris ædibus de more cõſalutatis, nouiſſime ad domum
imperatoriã ſe recepit. Poſtridie uero curiam inijt, ibiq́ placidus orationem habuit ple-
nam optimæ ſpei, ſimul omnes publice priuatimq́ benigne complexus, Veniſſe in ur-
bem aiebat, ut occiſum Pertinacem ulciſceretur, daturumq́ operam ut ſtatus optima-
tium fundamenta ſe principe iacerentur. Nullum niſi iudicio damnatum capite bo-
nis'ue mulctatũ iri, non paſſurum delatores, æmulum ſe Marci futurum gerendo impe-
rio, neq́ ſolum Pertinacis cognomen, ſed mentem quoq́ habiturũ. In hanc ſententiam
uerba faciens, fauorẽ ſibi fidemq́ conciliabat. Quidam tamen è maiorib. natu, qui con-
ſuetum ipſius haberent ingeniũ, iam tum clanculum reliquis prædicebãt, uerſipellem
hunc eſſe hominẽ, nihil non aſtu & arte tractantem, ſimulatorẽ diſſimulatoremq́ ido-
neũ, nihil penſi habentẽ dum id efficeret, quod uſui ſibi aut emolumento crederet fore:
quod ſeniorũ iudicium haud ita multo poſt euẽtus cõprobauit. Igitur Seuerus paucos
in urbe

in urbe dies moratus, dato plebi uberrimo congiario, donatisq; abunde militibus, & ex ijs robuſtiſsimo quoq; in locū exautoratorū delecto ad imperij cuſtodiā, ſtatim ipſe in orientē profectionē parat, cunctante Nigro adhuc, & ſupino, atq; Antiochenis delicijs uacante, ratus properandū ſibi, ut inexpectatus imparatū opprimeret. Edicto igitur militibus, ut ad iter ſe accingerēt, cōtractisq; undiq; copijs, ac delectu iuniorū tota Italia habito, ſimul reliquijs Illyrici exercitus, quæ in Thracia remanſerant occurrere iuſsis, neq; ſecius ingenti claſſe coacta, cōpletisq; armato milite totius Italiæ triremibus, ingentis ſibi omnis generis copias incredibili celeritate cōparauit. Siquidē haud exiguis uiribus eſſe opus intelligebat, aduerſus nationes partē orbis Europæ oppoſitam incolentes, quæ ſcilicet uno ordine oēs Nigri ſequebant̄ auſpicia. Ad hunc igitur modum bellum Seuerus inſtruebat. Cæterum prouidus homo, ac ſobrius, nōnulla ſuſpicione tenebat̄ de Britannicis exercitibus, maximis uidelicet pugnaciſsimisq;, quibus præerat uniuerſis Albinus, ſenatorij patricijq; generis uir, ſummis opibus ac delicijs innutritus. Hunc ſibi igitur Seuerus aſtu ratus adiungendū, ne ſcilicet diuitijs, genere, exercitibus, famaq; nominis, magnis ad cōcupiſcendum imperiū facibus inſtinctus, ſummā ſibi rerum poſceret, Romamq; haud procul à Britānia diſtantē, ſe bellis orientalibus implicito occuparet, ſtatuit cū ſpecie quadā honoris ineſcare, leuem alioquin & ſimplicē, tunc uero etiā iurāti per literas credentē. Quare eum Cæſarē appellans, ſpem, cupiditatēq; hominis anticipat poteſtate participanda. Mittit item plenas humanitatis literas, obſecrās, ut ipſe potiſsimū curam ſuſcipiat imperij: opus eſſe uiro aliquo nobili, & ætatis integræ, qualis ille foret: ſe iam ſenem, morboq; articulari affectum, natos adhuc infantes. Quibus creditis Albinus honorē libenter ſuſcepit, lætus citra pugnam aut diſcrimen ullum cōpotem ſe uoti factū. Cæterū Seuerus quo omnia credibiliora forēt, ijſdem illis ad ſenatū relatis, nūmisq; imagine eius percuti iuſsis, ſtatuisq; erectis, ſimul alijs collatis honoribus, fidem gratiæ ſuæ fecit. Quæ poſtq; ſapienter ab illo prouiſa ſunt, nullo iam ex Britānia impendēte metu, collectis in unum circa ſe Illyricis exercitibus, reliquisq; rebus ex uſu cōparatis, copias aduerſus Nigrum educere inſtitit. Igitur quibus locis itinere illo remoratus ſit, quæ apud quamq; ciuitatem uerba fecerit, quę ſigna diuinitus apparuerint, regiones item peragratas, conflictusq;, & utrinq; cæſorum numerum, cum pleriq; hiſtoriæ autores, tum maxime poetæ uerſibus ſuis uberrime ſunt exſecuti, materiam totius operis ipſam deniq; Seueri uitam deligentes. Mihi autem propoſitum eſt ſeptuaginta annorum res, quas habeam cognitiſsimas ſub diuerſis principibus geſtas, in unum corpus cōprehenſas, literarum mandare monumentis. Quocirca excellentiſsima & præcipua quæq; rerum à Seuero geſtarum, deinceps perſequemur: neq; ad gratiam uero quippiam affingentes, quod feciſſe uidemus qui illa ætate ſcriptitarūt, neq; tacitum prætereuntes, ſi quid modo mentione dignum, memoriaq; uidebitur.

HERODIANI LIBER TERTIVS

SVPERIORE libro Pertinacis interitū, cædemq; Iuliani, ſimul profectionē Seueri ad urbē, ſuſceptāq; mox aduerſus Nigrum expeditionem edocuimus. Enimuero Niger ubi Romā à Seuero occupatā, ipſum à ſenatu appellatum imperatorem, nihil tale expectans audiuit, præterea omnem Illyricum exercitū contra ſe, pedeſtres naualesq; copias educi, perturbato uehementer animo, monet prouinciarum pręſides, aditus omneis portusq; cuſtodiant, mittitq; rogatum auxilia ad Parthorū, Armeniorū, atq; Atrenorum reges. Cui quidem Armenius, neutras ſe parteis ſuſcepturum reſpondit, tantum res ſuas defenſurum Seueri aduentu. Parthus aūt ſatrapis imperaturum per epiſtolas, uti copias congregarent. Ita enim facere cōſueuit bellum comparaturus. Siquidem mercenarios milites, atq; ordinarios exercitus Parthi nullos habent. Ex Atrenis aūt ſagittarij auxiliares uenerunt iuſſu regis Barſemij: qui tum in eis regionib. imperitabat. Reliquas omneis copias è militibus qui aderant, po-

tiſſimum conflauit, plurimis etiã è populo, maximeq; Antiochenis, cũ ætatis leuitate, tum ipſius Nigri ſtudio impulſis, audacius q̃ prudẽtius nomina dãtibus. Sed & Tauri montis anguſtias, ac prærupta loca muro ualido Niger, munimentiſq; obſtruebat, ratus montẽ illum imperuiũ magnũ oriẽti propugnaculũ futurũ. Siquidẽ Taurus inter Cappadociã Ciliciamq; dorſum erigens, nationes diſcriminat, orienti, ac ſeptentrionibus ſubiectas. Idem Byzantiũ præſidio occupauit, urbem Thraciæ maximam feliciſſimamq;, uiribuſq; & opibus ea tẽpeſtate florentem. Quippe in anguſtiſsimo Propontidos cõſtituta freto, uectigalia, piſcatumq; à mari accipit, ſimul agros poſſidens ampliſsimos uberrimosq;, utroq; uelut elemẽto lucrũ facit. Viſum igit Nigro talem hanc urbem præſidijs occupare, ut claſſes nauigiaq; per eas anguſtias tranſgredi ex Europa in Aſiam prohiberent. Erat enim munita urbs ualido ingentiq; muro, qui Mileſio quadrato lapide conſtructus adeo tenui iunctura fuit, ut nemini cõpoſitum opus, ſed ex uno tantũ perpetuoq; lapide uideret: ac nunc quoq; ruinas ipſas, reliquiaſq; cum uideris, mireris utiq; uel eorum artificium, qui primi extruxerũt, uel horum uires, qui deinceps ſunt demoliti. Ad hunc igitur modum Niger ſuas res cõprobat prouidentiſſimo ſcilicet (ut ipſe putabat) tutiſsimoq; conſilio. Cæterum Seuerus quantum maxime poterat, cum ſuis feſtinare, nullum deſidiæ quietiq; locum relinquere. Cognito aũt præſidijs teneri Byzantium, quod ſciebat munitiſsimã eſſe urbem, ad Cyzicum ſe conuertit. Hoc intellecto, dux Aſiæ Aemilianus, cui ſummã Niger totius belli, maximumq; imperium tradiderat, & ipſe Cyzicum proficiſcit, & copias adducit uniuerſas quaſcunq; aut Niger miſerat, aut ipſe cõtraxerat. Sed ubi uentum ad manus, aliquot acerrime editis prælijs, uictoria tandem penes Seuerum ſtetit, fuſo fugatoq; Nigri exercitu. Itaq; confeſtim fracti orientaliũ animi, Illyricianis aũt ſpes ingens addita. Neq; defuere qui crederent Nigri res initio ſtatim proditas ab Aemiliano, cuius conſilij duplicem afferũt cauſam. Alij Nigro inuidiſſe ferentẽ ſcilicet haud æquo animo, ſi quem paulo ante in Syria ſucceſſorem habuiſſet, eundem ſuperiorẽ mox, atq; adeo imperatorem dominumq; eſſet habiturus. Alij perſuaſum à liberis, patri per epiſtolas uitam ſalutemq; ſuam cõmendantibus, quos Romę inuentos Seuerus in cuſtodia habebat: ſiquidem hoc quoq; uſus eſt prouidentiſsimo conſilio. Mos fuerat Commodo retinere apud ſe liberos eorum, qui ad regendas prouincias cum imperio proficiſcerent, quaſi obſides quoſdam beneuolentiæ illorum fideiq;. Igitur Seuerus cum primum eſt imperator appellatus, ſuperſtite adhuc Iuliano, miſit furtim qui ſuos liberos ex urbe ſubducerent, ne in alterius eſſent poteſtate. Cæterũ ipſe cum primum Romam ingreſſus eſt, cõprehenſos omnes ducum liberos, cæterorumq; item quicunq; munus pub. in oriente Aſiaq; tota obirẽt, atq; in cuſtodiã datos ſecum retinebat, quo per ea quaſi pignora Nigri ducibus perſuaderet, uti illum deſiderio ſalutis liberorum proderent, aut certe ſi in fide permanſiſſent, liberum ſibi relinquerẽt cæde filiorũ quos uellet ulciſci. Victi autem ad Cyzicum Nigri milites, q̃ quiſq; maxime poterat, aufugerunt, partim præter Armeniæ montana, quidam per Aſiam Gallatiamq; ſuperare Taurũ feſtinãtes, ut ſcilicet intra munimenta ſe reciperent. At uero Seueri exercitus Cyzicenũ per agrum, in Bithyniam finitimam regionẽ contendebat. Sed ut Seuerum uiciſſe fama diuulgauit, repens confeſtim in eis locis ſeditio, diſcordiaq; urbes inuaſit, Nõ tam quidem ipſorum imperatorũ odio aliquo, aut ſtudio, q̃ æmulatione quadam, & contentione, inuidiaq; inter eiuſdem gentis homines funeſtiſſima. Antiquum id uitium Gręcorum, qui dum ſeditiones agitant, atq; eminentiſſimũ quenq; tollere è medio conant, totam iam cõſumpſere Gręciã. Cęterũ illi quidẽ inueterati iam, attritiq; inter ſe, captiui prius Macedonum, dein mancipia quoq; Romanorũ facti ſunt. Ea uero labes æmulationis atq; inuidiæ, florẽtibus etiamnũ ætatis noſtræ ciuitatibus incubuit. Igit in Bithynia ſtatim poſt res ad Cyzicũ geſtas, Nicomedenſes ad Seuerum defecerũt, miſſis legationibus, quæ ſe exercitum accepturos, omniaq; tradituros pollicerent. Nicæenſes contra illorũ inſtigati odio, Nigri partibus ſtudebant, eiuſq; ſuſcipiebant milites, ſiue qui ſe ex fuga receperãt, ſiue qui ad tuendam Bithyniã mitterent. Quocirca ex utriſq; urbibus quaſi è caſtris egreſſi milites iterum concurrerunt, magnoq; cõmiſſo prælio, longe ſuperior Seuerus fuit. Inde etiam fuga facta, Nigri milites, qui prælio ſuperfuerunt, ad Tauri

montis

montis anguſtias euaſerant, clauſasq́ munitiones tuebant. At Niger relicto ibi quantum ſatis fore præſidij putabat, profectus Antiochiã eſt, ut exercitus pecuniamq́ contraheret. Interea Seueri exercitus Bithyniã Galatiãq́ egreſſus, cum ſe mox in Cappadociam quoq́ incitaſſet, oppugnare munitionẽ incœpit. Ibi multis eſt laboribus conflictatus: quippe arta aſperaq́ uia, lapidesq́ superne iacientibus ac fortiſsime dimicantibus, qui ſummis inſtiterant mœnibus, eoq́ facile paucis arcentibus plurimos. Etenim anguſtiſſima utiq́ uia eſt, cuius pars altera monte altiſsimo defenditur, altera per immane præceps defluente montibus aqua redundat, tum ualida munitione Niger obſtruxerat, ut ſcilicet undiq́ hoſtis aditu prohiberetur. Dum hæc in Cappadocia geruntur, interim ſeditiones inter ſe quoq́ agitabant, pari æmulatione odioq́, Laodicea quidem in Syria Antiochenorũ odio, Tyros autem in Phœnicia Berythijs infenſa. Quæ nunciata Nigri fuga, ſublatis illius honoribus, Seuero proſpere acclamarũt. At Niger audita re, cum quidem Antiochiæ ageret, iure ſcilicet homo alioqui benigni manſuetiq́ ingenij, defectione illorũ contumeliaq́ irritatus, immittit utriſq́ urbibus Mauros iaculatores, quoſcunq́ ſecum habuerat, ſimul partem ſagittariorũ iuſſos occidere obuium quenq́, diripere urbes ipſas, atq́ incendere. Sed enim Mauri (ut eſt genus hominum ſuapte natura cædis auidiſsimum, nihilq́ non facile audens, ac deſperatis ſimile contemptu uidelicet mortis ac periculorum) Laodicenis de improuiſo oppreſſis, populum ipſum omni genere crudelitatis, urbemq́ uaſtarunt. Inde Tyrum pergentes, direptis omniũ bonis, ac patrata ingenti cæde, totam incẽderunt. Quæ dum in Syria gerebantur, contrahente copias Nigro, interea Seueriani milites munitionẽ Tauri montis oppugnabant, triſtes utiq́, ac citra ſpem uictoriæ: quippe ualida inexpugnabilisq́ per ſe, monte quoq́ ipſo præcipitioq́ defendebatur. Igitur iam defatigatis, alta aduerſariorum ſecuritate, ecce tibi noctu maximi repente ruere imbres, oppleri omnia niuibus, ut ſunt difficiles in Cappadocia hiemes, maximeq́ ad Taurum montem. Quo circa ſubitus impetu magno erumpit torrens, curſuq́ impedito (quod munitio exitum prohibebat) maior iam uiolentiorq́ factus, quando artem ſuperante natura tantũ impetum ſuſtinere munitio non poterat, laxatis paulatim coagmẽtis, ac fundamentis loco emotis, iter ſibi torrens patefecit. Quo animaduerſo qui in præſidio erant, metu ne ab hoſte circunuenirent, nullo mox futuro propugnaculo ſimul unda reſidiſſet, prodita cuſtodia cuncti fuga dilabunt. Igitur læti Seueriani, confirmatiq́ animos, uelut dijs ipſis immortalib. manuducẽtibus, cognito cuſtodes aufugiſſe, facile ſcilicet nullis prohibentibus Taurum ſupergreſſi, in Ciliciam mox impetũ fecerunt. His nunciatis Niger, cum quidem ingentẽ exercitum, ſed pugnæ laborũq́ inſcium collegiſſet, magnis itineribus accelerabat, quãplurimis cum mortalibus, omniq́ ferme Antiochenorũ iuuentute ſequentibus ducẽ, multa ſcilicet animorũ alacritate, cæterum uirtute ac peritia belli nulla ex parte cum Illyrico milite cõferendis. Ita cõcurrerũt ad Iſſicum, quem appellant, ſinũ, longe lateq́ ſpacioſiſſima in planicie, quæ perpetuis ſubiecta collibus in theatri ſpeciem, littus habet à mari longiſſime excurrens, quaſi quoddam belli ſtadium fabricata natura: quin eodem quoq́ loco Darium ab Alexandro ferunt maximo extremoq́ illo prælio profligatum captumq́, ſeptentrionalibus etiam tum uiris orientis nationes ſuperantibus. Manet adhuc tropæum, & tantæ uictoriæ teſtimoniũ urbs in colle Alexandria, ſimul æneum ipſius ſimulachrum, unde loco impoſitum nomen. Euenit autem, ut Seueri ac Nigri exercituum non congreſſus modo in eum locum, ſed fortuna etiam fortunæ ſimilis fuerit. Vtrinq́ enim ſub ueſperam parati ad pugnã conſtiterant, curis dein pauoribusq́ totam noctem extraxerant inſomnem: ſtatimq́ cum ſolis ortu ducibus utrinq́ adhortantibus, incredibili alacritate utrinq́ ſe incitarũt, tanquam de omni ſpe reliqua nouiſsimo illo congreſſu dimicaturi, diſceptante illic ſuper Romano imperatore fortuna. Sed ubi diu pugnatum acerrime, tantaq́ ædita utrinq́ ſtrages, ut flumina per eam planiciem decurrentia, maiore aliquanto ui ſanguinis, q̃ aquarum in mare ſe uoluerent, fuſi tandem profligatiq́ orientales, imminẽtibus à tergo Illyricianis, partim in mare ſaucij protrudebantur, partim in colles ſummos fugitantes à perſequentibus obtruncabantur. Cumq́ ijs unà uulgus ingens hominum, qui ex urbibus uicinis agriſq́ confluxerant, ſuperne, quaſiq́ ex tuto loco prælium ſpectaturi. At

turi. At Niger ualido euectus equo, paucis comitatibus Antiochiam peruenit: ubi fugiente paſsim multitudine, magnoꝗ ubiꝗ fletu clamoribusꝗ natos fratresꝗ lugentium, deploratis & ipſe rebus ſuis fugam capit: occultãtiꝗ dein ſe in ſuburbano quodã, & ab equitibus reperto, caput amputatũ. Hunc habuit exitũ uitæ Niger, dato cunctationis tarditatisꝗ ſupplicio, homo alioqui (ut perhibent) publice priuatimꝗ minime improbus. Sed occiſo Nigro, Seuerus oẽs ſtatim illius amicos ſupplicio affecit, ſiue qui ſponte, ſiue qui neceſsitate coacti rebus illius ſtuduiſſent, militibus tantũ qui effugerant, ac trans fluuium Tygrim, metu Seueri ad barbaros abierant, impunitate propoſita receptis. Quippe magna uis hominum in ea loca conceſſerat, quo effectum eſt, ut ualidiores deinceps barbari aduerſus Romanos conferenda manu euaſerint, gnari antea pugnare tantum arcu ex equis, neꝗ armatura muniti, neꝗ haſta, gladioue ſatis audaces, leui pendulaꝗ ueſte plurimumꝗ interfugiendum auerſi ſagittas intendebãt. Poſtea uero quàm Romani aliquot milites, fabriꝗ nonnulli in eas regiones confugerunt, ibi ætatem acturi, non ſolum armis uti, ſed ea quoꝗ fabricari barbari didicerunt. Rebus autem orientis ex ſententia geſtis, atꝗ ut res poſcere uidebatur, ordinatis, cupido iam Seuerum habebat, regem quoꝗ Atrenorum bello tentandi, ac Parthorum regionem occupandi, quos utroſꝗ in ſocietatem Niger aſciuerat. Quibus tandem rebus in aliud tempus reiectis, cogitare inſtitit, quo pacto ſibi Romanum imperium, liberisꝗ ſuis bona fide adiudicaret. Nam ſublato Nigro reliquus erat Albinus, quem ſibi parum ex ſententia, parumꝗ uſui fore arbitrabatur, Vulgato rumore, iam nimis illum impotenter, nimisꝗ moleſte nomen Cæſaris uſurpare: præterea multos eſſe è primoribus ſenatus, qui ad eum clàm darent literas, hortantes ad reditum, abſente adhuc, occupatoꝗ Seuero. Quippe nobilitas omnis Albinum malebat imperatorem, ortum illuſtri genere, ac bonæ indolis iuuenem. Quibus rebus cognitis Seuerus, minime utiꝗ apertis inimicitijs, ac manifeſto bello agendum putans, nulla exiſtente cauſa, quæ ſaltem ſpecie honeſta uideri poſſet, decreuit eum dolo inſidijsꝗ tentare. Quare tabellarios aliquot ex ijs, qui literas imperatorias perferunt, fidiſsimos ſibi homines cum literis, mandatisꝗ ad eum mittit, præmonitos uti redditis publice epiſtolis quædam habere ſe dicerent, quæ apud illum remotis arbitris loquerentur. Quare ut primum ſeorſum à cuſtodibus nacti eum forent, facto impetu obtruncarent. Quin uenena quoꝗ dedit, quibus eum ſi poſſent, per aliquem ab epulis, aut à cyatho aggrederentur. Erat autem illius amicis ſuſpecta Seueri fides. Itaꝗ cauendum identidem admonebant hominem perfidioſum, plenum fraudis, & inſidiarum. Nam uulgo etiam parum conſtanti fide habebatur, impulſis (ut dictum eſt) per ipſorũ filios Nigri ducibus, ad res illius prodendas: dein poſtquam eorum opera abuſus eſt, ſuaꝗ omnia ex ſententia compoſuerat, ipſis liberisꝗ enecatis. Igitur infidum, ſubdolumꝗ ingenium, res ipſæ declarabant, obꝗ id maiore ſe cuſtodia Albinus circũmuniuerat. Neꝗ enim temere quiſquam à Seuero miſſus ad illum introducebatur niſi prius depoſito militari gladio, ſinuꝗ excuſſo. Poſtꝗ igitur à Seuero tabellarij ad eum peruenerũt, redditisꝗ publice literis, habere ſe dixerũt quædã ſecretius renunciãda, indulgẽs ſuſpicionibus Albinus cõprehendi ilico iubet. Dein ſeorſum explorata re, inſidijsꝗ ordine intellectis, ubi noxios ſupplicio affecit, iam ipſe ſe, ut aduerſus manifeſtiſſimũ hoſtem cõparabat. Quibus cognitis Seuerus homo iracũdo ingenio, nõ iam cælandas ſibi inimicitias putauit, ſed omni conuocato exercitu, huiuſcemodi habuit orationẽ. Neꝗ leuitatis me quiſꝗ ob anteacta inſimulet, neꝗ infidum, aut ingratũ putet aduerſus eum quem pro amico habuerim. Omnia nos quidem præſtitimus, etiam in partem principatus, & quidem ſtabiliſsimi recepto, Quod ne geminis quidem fratribus facile quiſquã indulſerit. quod enim uos mihi uni detuliſtis, id ego cum illo cõmunicaui. Tantis autem beneficijs noſtris peſsimã uidelicet gratiam retulit Albinus, contempta uirtute noſtra, ſuæꝗ immemor fidei, ardensꝗ inexhauſta cupiditate id uniuerſum periculoſe præripiendi, cuius particeps eſſe citra bellum ac dimicationem ullam potuiſſet. Neꝗ deos reuereri, per quos toties iuratus, neꝗ ueſtris parcit laboribus, quos tanta cum gloria, uirtuteꝗ pro nobis pertuliſtis. Quippe ſucceſſuum ueſtrorũ nec ipſe fructu carebat, imò autem ſi fidem ſeruaſſet, maior illi portio contigiſſet. Vt autem ſi ipſe autor malorum ſis, in-

iuſtus

iuſtus uideare:ita ſi non ulciſcare acceptas iniurias,ignauus.Nam cum bellum aduerſus Nigrum geſsimus,non ita ſanè ſpecioſas inimicitiarum cauſas habebamus:non enim quaſi raptorem occupati à nobis principatus oderamus,ſed poſitũ eum in medio, atq; adhuc in diſceptatione uerſantẽ,pari uterq; ambitu ad ſe trahebat. Verũ Albinus deſpecto fœdere ac iure iurando,cum ſit noſtro munere adeptus quæ tantũ legitimis liberis tribuunt̃,hoſtis eſſe mauult nobis,quàm familiaris. Vt igitur pridẽ beneficio affectum,honore gloriaq; cohoneſtauimus,ita nunc perfidioſum, atq; imbellẽ ipſius animum coarguamus armis.Neq; enim ſuſtinere ille exercitus poterit exiguus atq; inſularis uires noſtras. Nam cum uos propemodũ ſoli alacritate quadam, & uirtute ueſtra, tam multis prælijs peruiceritis totumq; uobis orientem ſubegeritis,quis dubitet, quin nunc quoq; tantarum acceſsione uirium(quippe hic totus penè Romanus exercitus) facile profligaturi paucos ſitis, ne ſub uiro quidem ſobrio, ne dum ſub forti duce militantes? Quis enim luxuriam illius ignorat,uitamq; hominis ſubulcorum potius gregibus, quàm militum legionibus congruentem? Proinde eamus audacter in illum, qua ſolemus alacritate animi, atq; uirtute,dijs freti autoribus, ab eodem impie peieratis, ſimul memores excitatorũ ſæpe à nobis trophæorũ, quæ ſcilicet ab ipſo deſpecta ſunt. Hæc locuto Seuero, cõfeſtim exercitus uniuerſus Albinũ hoſtem declarat:exceptoq; fauſtis acclamationibus ipſo,nihil nõ alacritatis & ſtudij clamoribus oſtendentes magis magiſq; hominẽ ſpe addita ſuccenderunt. Qui ampliſsimo donatiuo milites proſecutus, ſtatim uniuerſos contra Albinum educit, miſsis item pariter qui Byzantium expugnarent, clauſam adhuc receptis Nigri ducibus. Quæ deinde urbs fame capta, totaq; planè diruta, ſimul theatro thermiſq; omniq; cultu atq; honore detracto, & in uici formam redacta,Perinthijſq; adiudicata eſt, quemadmodũ Antiochia quoq; Laodicenis. Tum pecuniæ magnã uim curauit ad reficiendas inſtaurandáſq; urbes, quas Nigriani milites deuaſtauerant. Ipſe iter faciebat ſine intermiſsione, neque feſtos dies neq; labores ullos magnopere curans, algoris atq; æſtus iuxta patiens: ſæpe etiam per altiſsimos montes hyeme ſæua, niuibus cœlo ingruentibus, ibat aperto capite, ut milites ad alacritatem patientiamq; laborum re ipſa cohortaretur. Quo circa non metu quodam,ac lege, ſed æmulatione magis, atq; exemplo principis ad perferenda omnia incitabantur. Miſit etiam qui anguſtias occuparent Alpium,atq; aditus Italiæ obſiderent. Enim uero poſtquam nuntiatum Albino eſt, nihil cunctari Seuerum, ſed adeſſe iam, ſupinus hactenus,ac delicias agitãs,magno tum metu perculſus,ſtatim è Britannia tranſmittẽs,in aduerſo Galliæ littore caſtra collocauit:literiſq; ad uicinarum gentium præſides miſsis, pecunias cõmeatúmq; exercitibus iuuandis conrogabat. Qui igitur dicto audiẽtes fuerunt, peſsime illud in ſe cõſuluerunt, nullo nõ ſupplicio dein poſt bellum affecti. Qui uero imperiũ detractauerunt, cum quidem felicius quàm prudentius id egiſſent, euaſere incolumes, euentu ac fortuna rerum utraq; conſilia diſcernentibus. Sed ubi iam in Galliam Seueri copiæ peruenerunt, leues quædã primo pugnæ quaſiq; uelitares fuerunt,donec poſtremo apud Lugdunum magnam urbem atq; opulentam, præliũ in manibus fuit. Nam cum ſe mœnibus tenuiſſet Albinus, exercitus emiſit in pugnam. Vt uero ad manus uentum, diu quidem utrinq; decertatum eſt æquis uiribus,ſic ut ambigua uictoriæ fortuna penderet:neq; enim Britanni uel animi magnitudine,uel auiditate cędis, Illyricis cõceſſerint.Ita conflictu primo ualentiſsimorum exercituum neutrã in partem acies inclinabat. Atq; ut nonnulli prodiderunt eius ætatis autores, qui non ad gratiam, ſed ad fidem loquuntur, longe potior fuit Albini acies, qua in parte Seuerus curabat: ſic ut fugerit quoque, & ab equo deciderit,abiectóq; paludamento delituerit. Sed inſequentibus iam uitulantibuſq; Britãnis, ceu planè uictoribus,apparuiſſe extemplo Lætũ Seueri ducem,cum recenti adhuc exercitu. Quippe male audijt,quaſi euentũ pugnæ expectauerit, cunctatus de induſtria retento milite, ut ſibimet imperiũ uindicaret. Siquidem nõ prius in pugnã protulit pedem, quàm ubi Seuerus cecidiſſe nunciatus. Quam ſuſpitionem etiam deinde euentus approbauit. Quippe rébus omnibus ex ſentẽtia mox cõpoſitis, atq; in maxima ſecuritate agitans Seuerus, cum quidem cæteros belli duces magnis affeciſſet præmijs, Lætum ipſum tamen (ut par fuit) memor proditionis, morte mulctauit. Sed iſta quidem poſt

fuere. Tunc aũt cõſpecto(ut diximus)Læto,ſpes addita Seuerianis eſt,ac ſublatus in equum Seuerus,& paludamẽto purpureo circundatus. At Albiniani iam ſe uictores rati, cõfuſis ordinibus, incitante ſe in eos de improuiſo ualida recentiq; hoſtiũ manu, cum paulum primo reſtitiſſent,terga demũ uerterũt.Fuſos igit̃ fugatosq; eos perſecuti Seueriani,magna ædita ſtrage,ad urbem ipſam peruenerũt. Occiſorum utrinq;, aut captiuorũ numerus,uarie prout uiſum eius ætatis ſcriptoribus,proditur: direpta mox incenſaq; Lugdunũ,et Albino caput abſciſum perlatumq; ad Seuerum eſt.Ita duo maxima excita trophæa ad orientẽ,ac ſeptentriones,ſic ut nihil ſit, quod cum Seueri contentionibus,aut uictorijs conferas, ſiue copiarũ multitudinem, ſiue nationum motus, ſiue numerum pugnarũ,ſiue itinerũ longitudinem celeritatemq; conſideres.Nam Cæſaris quidẽ res aduerſus Pompeium,Romano utrinq; milite, magnæ profecto fuerũt, item Auguſti aduerſus Antonium,aut Pompeij liberos,& quę antea à Sylla Marioq; ciuilibus externisq; prælijs geſta ſunt. Sed qui unus uir treis imperatores rerũ iam potitos ſuſtulerit,qui urbanos exercitus,Romam ipſam ac palatium obtinentes, aſtu circumuenerit,quiq; unum è principibus in ipſa palatina aula curauerit occidendũ,alterumq; iterum in oriente rurſus gubernacula rerum tenentẽ, appellatumq; à Romanis imperatorem,tertium porrò Cæſaris honore atq; autoritate præditum, in poteſtatem redegerit,haud facile alter inuenietur. Hunc finẽ uitæ habuit Albinus, breui ſanè lætatus funeſto honore. Cæterũ Seuerus omnẽ ſtatim iram atq; atrocitatẽ animi ſuam,in illius neceſſarios Romæ effudit. ac primo quidẽ præmiſſo in urbem capite Albini abſciſo,iuſſoq; publice patibulo præfigi,in ima epiſtola, qua de ſua uictoria populũ edocebat, hoc quoq; adſcripſit, ideo ſe caput illud publice in patibulo ſpectandũ miſiſſe, uti exemplũ caperent, quid itẽ ipſis patiendũ foret. Rebus igitur Britanniæ ordinatis, cum totius inſulæ adminiſtrationẽ bifariam diſpertiſſet,itemq; omni Gallia(quemadmodum quidẽ uidebatur)cõpoſita ex ſententia, ſupplicioq; de Albini amicis ſumpto, ſiue quos ei ſua quenq; uoluntas,ſiue neceſsitas adiunxerat, continuo Romam proficiſcitur,exercitũ ſecum omnẽ adducẽs, quo terribilior uideretur. Confectoq; magna uelocitate itinere, queadmodũ cõſueuerat,infeſtus adhuc ſuperſtitibus Albini amicis Romã intrat,occurrente laureato populo, ac magno honore fauſtisq; acclamationib. excipiẽte,ſenatuq; uniuerſo cõſalutante. Tametſi pleroſq; metus cõſternauerat,quod ſibi haud quaq; parſurum rebantur immitem ſuapte natura & ſanguinarium, neq; ſanè magna cauſa indigentẽ ad inferẽdas iniurias, cæterũ tunc probabiles odij rationes habiturũ. Poſtea uero q̃ in tẽplum Iouis ingreſſus eſt, omniaq; ſacrificia de more peregit,reuerſus in palatium,magnoq; congiario populum Rom.uictoriæ nomine proſecutus,ac nummos militibus largitus eſt,ſimul alia permulta indulxit, quę nunq; antea acceperant:Nam & frumenti ſummã primus adauxit, & aureis anulis uti, & domi habere mulierem permiſit. Quæ omnia procul à militari diſciplina ſuccinctos eos paratosq; ad bellum minime præſtitura uidebantur. Primusq; ipſe duritiã atq; aſperitatem uictus, tolerantiamq; laborũ diſciplinamq; omnẽ ac ducum reuerentiam ſubuertit, inhiare pecunijs & mundicias colere militibus inſuefactis. His ergo optime pro ſuo iudicio cõſtitutis, curiam deinde ingreſſus, ſedensq; imperatoria ſella, accuſare infit truculenta oratione Albini amicos, prolatis etiã quorundã archanis epiſtolis, quas apud illum ſepoſitas deprehẽdiſſet, quibuſdam aũt exprobrans, quòd eum ſplendidioribus muneribus affeciſſent,alijs quod amici orientalibus, alijs quòd Albino fuerunt notiores. Eoq; pacto eximiũ quenq; è ſenatu, tum ut quiſq; in prouincijs genere aut opibus excelleret,oẽs ſine diſcrimine ſupplicio afficiebat,ulciſcens (ut quidẽ præ ſe ferebat) inimicos,ſed reuera ſubigente auaritia,qua ſupra omnes imperatores laborauit. Nam ut animi patientia, atq; in laboribus perſeuerantia, ſimul rei militaris gloria, nemini etiam laudatiſſimo cõceſſerit, ita quæſtui ſupra q̃ dici poſſet addictus, iniuſtis cædibus atq; adeo cuicuimodi ex cauſa pecuniã colligebat, imperiũ metu q̃ beneuolentia retinens. Quanquam popularis eſſe in primis uolebat, edendis omnifariã magnificentiſsimis ſpectaculis, centenis etiam ſæpenumero occiſis beluis, quas omnibus regionibus noſtris barbarisq; conquirebat. Sed & congiaria dedit uberrima, & certamen propoſuit, undiq; accitis ludionibus atq; athletis. Vidimus item ſub illo quoſdam omnis generis

neris ludos, cunctis æditos theatris, ſimulq́ ſupplicationes, & peruigilia ad formã Cereris initiorũ, ſeculares hi tunc appellabantur, celebratos (ut aiunt) decurſo trium ſpacio ætatũ. ſiquidẽ urbe tota atq; Italia præcones itabant conuocatum omnes ad ludos, quos nec uidiſſent hactenus, nec uiſuri poſtmodo forent, Ita ſcilicet interuallum præteritæ futuræq; celebritatis ſupra omnem eſſe hominũ ætatem ſignificantes. Igitur aliquandiu Romæ moratus, participato filijs imperio, cum ſe ciuili tantum uictoria, contraq; Romanos exercitus habita, clarũ hactenus intelligeret, ex qua etiam triumphũ recuſauerat, decreuit item barbarorum inclareſcere trophæis. Quocirca prætextu uindicandi Barſemij Atrenorum regis, qui Nigri partes fouerat, exercitum in orientem eduxit. iamq; in Armeniã facturus impetum, præuentus à rege Armeniorum eſt, mittente obſides ultro & munera, ac ſuppliciter petente, ut ſibi cum illo inire amicitiã, fœdusq; ferire liceret. Quare Seuerus procedentibus ex ſentẽtia rebus in Armenia, perrexit ad Atrenos. Sed & rex Oſrohenorũ Abgarus ad eundem transfugit, traditisq; obſidio liberis fidem ſuam auctorauit, ſagittariorumq; uim magnam miſit auxilio. Cæterum Seuerus regionẽ interamnanã agrumq; Adiabenorũ tranſgreſſus, etiã in Arabiam felicem excucurrit. Illic enim herbæ proueniunt odoratæ, quæ nos aromata ſuffimentaq; habemus. Ibi expugnatis uicis urbibusq; permultis, omnemq; agrum depopulatus, in Atrenorum regionem mox ingreſſus, Atras circumſedit urbem ſcilicet altiſsimo impoſitam monti, ac maximis ualidiſsimisq; obſeptam mœnibus, florentemq; ingenti ſagittariorum copia. Igitur hanc urbem Seuerianus exercitus, quanta maxima ui poterat, oppugnabat, machinæq; omniſariam mœnibus admouebantur, nullo oppugnationis genere prætermiſſo. Contra autem Atreni audacter urbem defenſare, ſagittasq; ac lapides ſuperne iacientes, peſsime accipere Seuerianos, etiamq; uaſa fictilia uolucribus quibuſdam uenenatisq; beſtiolis oppleta deuoluere: quæ cum aut oculis inuolitarẽt, aut in apertas corporis partes ſenſim obreperent, grauiter ſingulos conſauciabant: incideratq; in morbos Romanus miles, æſtum illum cœli nimio ſole præferuidi, parũ ferens, ſic ut longe plures ob hos caſus q̃ hoſtili manu interierint. Proin defatigatis iam & contuſis omnibus, procedente ſecus obſidione, ac plus iacturæ q̃ lucri Romano faciente decreuit exercitum Seuerus priuſquã uniuerſus perierat, deportare ex eis locis, triſtem uidelicet infecto negocio. Quippe aſſuetus uincere prælijs omnibus, uictum ſe tũc putabat, quia non uicerat. Sed eum proſpera fors & fautrix ſtatim conſolatur: neq; enim planè rebus infectis redijt: ſed maiore quàm ſperauerat ſucceſſu. Nam impoſitus nauibus permultis exercitus uniuerſus, nequaquã ſcilicet quò intenderat, Romanæ appulſus ripæ, ſed undarum impetu, Parthorum ad agrum prouectus, haud procul Cteſiphonte, qua in urbe ſedes regis eſt. Is tunc pacem agitans ac nihil ad ſe pertinere Seueri pugnas autumans, quas gereret cũ Atrenis, ocioſus uidelicet nihil expectabat mali. Cæterũ Seueri exercitus cum ad eas ripas ui fluminis inuectus, moxq; in terrã eſſet expoſitus, omnem ilico depopulari agrum cœpit, abactisq;, ut in quæq; inciderant, pecoribus ad ueſcendũ, uicisq; aliquot incenſis, paulatim uſq; ad Cteſiphontem perrexerunt, qua in ciuitate magnus rex Artabanus cõmorabatur. Igiť imparatos nacti barbaros, cæſis primo quicunq; reſtitiſſent, direptáq; mox urbe, pueris fœminisq; in captiuitatẽ abductis, tantũ ipſo rege cum paucis equitibus elapſo, theſauris illius ornatúq; omni & ſupellectile potiti uictores regrediũtur. Ita Seuerus fortuna magis q̃ conſilio, Parthicã uictoriã adeptus eſt. Igitur proſpere ſuccedentibus rebus, literas ad ſenatũ populumq; Ro. de ſe magnificas dedit, ac depictas in tabulis pugnas, uictoriasq; ſuas expoſuit, nihil nõ honorũ decernente ſenatu, & ſuper his cognomina imponente deuictarũ gentium. Ipſe interea rebus ad orientem ſic geſtis, Romam reuertebatur, filios iam puberes ſecum adducens. Confectóq; itinere, ac prouincijs, ut cuiq; uſus foret, ordinatis, Myſorumq; & Pannoniorum recognitis exercitibus, urbem dein triumphans initectus eſt, multis acclamationibus omniq; cerimonia populo excipiente. Cui quidem ipſe feſtos dies ſacrificiaq; & ſpectacula ac celebritates indulxit, magnóq; dato congiario, & ludos pro uictoria celebrauit. Romæ deinde haud paucos moratus annos, ius dicebat frequenter ciuilibus negocijs, & liberis erudiẽdis intẽtus. At illi iam tũ adoleſcentes delicijs uictuq; urbano nimioq; ſpectaculo

rum aurigationiſq; & ſaltationis ſtudio, bonam indolem corruperāt. Interq; ſe fratres diſsidebant, puerili primū certamine, ædendis coturnicum pugnis, gallinaceorumq; conflictibus, & puerorū colluctationibus exorta diſcordia. Nam ſeu quid in ſcena audirent, ſiue item ſpectarent, ſemper utriq; diuerſis accedebant, nuſquā eiſdem ſtudente utroq; : ſed quod alteri charū foret, id alteri ſtatim odioſum, cōmittentibus etiā utrinq; ipſos adulatoribus atq; miniſtris, nihilq; nō ad gratiā ſuggerētibus, ut ad ſe quiſq; pro uirili diuerſos retraherent. His cognitis Seuerus reducere in gratiā, atq; emendare conabatur. Tum Baſsiano, qui tūc honores imperatorios adeptus Seuerus Antoninus accepto Marci cognomine uocabat̃, ac maior natu erat, uxorem dedit filiam Plautiani, præfecti cohortibus urbanis. Hic (ut perhibent) Plautianus ab initio ætatis tenui fortuna fuit, ſeditioniſq;, & aliorum criminū reus ac mulctatus exilio: ſed erat Seueri municeps, Afer natione, atq; (ut quidam putant) etiam conſanguinitate propinquus: ut uero alij affirmant, flore magis ætatis per ſtuprum conciliatus. Hunc autē Seuerus ex parua humiliq; fortuna ad opes maximas prouexerat, ac damnatorum bonis adiudicatis, longe ſupra cæteros collocupletauerat, tantum nō imperio quoq; participato: quis ille opibus licentiáq; abutens, nihil crudelitatis aut uiolentiæ, ut quidq; ageret, omittebat, cunctis etiā atrocior omniū ætatū principibus. Ergo huius filiā Seuerus uxorem filio ſuo tradidit. Enimuero Antoninus ipſe parū lætus eo matrimonio ac neceſsitate q̃ uoluntate impulſus, puellā ipſam pariter & puellæ parentē peſsime oderat, ſic ut ne thorum quidem laremq; cum ea cōmunem pateretur, adeóq; auerſabatur, ut minaretur quotidie occiſurū ipſam patremq;, ſimul atq; imperiū ſolus obtinuiſſet. Quod cum illa identidem ad patrem referret, ſimulq; quantopere foret inuiſa patefeciſſet, magnopere hominē irritauit. Igitur Plautianus ſenem iam Seuerū ipſum cernēs, ac morbo ſæpe laborantem, cōtra uero Antoninum ferocem inprimis audacemq; iuuenem, pauidus ob illius minas, decreuit facinus inuadere aliquod, priuſquam ipſe opprimeretur. Suberant præterea multa quæ hominem ad imperij cupiditatē inflammarent, opes, quantas nemo antea priuatus poſſederat. Militum præterea obedientia, & apud omnes Romanæ ditionis homines maximi honores. Ad hæc habitus, quo in publicū prodibat. Siquidem latumclauum perpetuo habebat, atq; in ſecundis cōſularibus numerabat̃. Enſem præterea geſtabat, cæteráq; omnia ſupremæ dignitatis inſignia, adeo quacunq; incederet, trux atq; horribilis, ut nonmodo non adiretur à quoquam, ſed etiam qui fortuito occurrebant, ab eo uerterent oculos. Quin anteambulones aliquot, quacunq; iter faceret, denuntiabant, ne quis in proximo conſiſtere, néue illum cōtueri auderet, ſed auerterent uniuerſi oculos, terramq; deſpectarent. Quæ cum cognouiſſet Seuerus, ne ipſe quidem prorſus æqui boni facere, ſed moleſtius iam grauiuſq; ferre, ſic ut nonnihil etiam de illius autoritate detraheret, ac perſuadere homini conaretur, aliquid iam è tanta illa inſolentia imminueret. Quorum impatiens Plautianus, nō dubitauit imperium ipſum appetere inſidijs, quo circa talia quædam machinatur. Saturninus erat quidam tribunus, qui Plautianum in primis obſeruabat, & cum facerent idem oēs, unus tñ ille maiore quadam uenerationis ſpecie, magis magiſq; homini obrepſerat. Hunc ſibi igitur fidiſsimum fore putans, ac ſolum deniq; commiſſa tacite habiturum, & imperata facturum, uocari ad ſe ſub ueſperā iubet, remotiſq; arbitris, Nūc illud, inquit, eſt, cum ſummam imponere manum debeas amori, obſeruantiæq; tuæ, cuius mihi hactenus dediſti ſpecimen, cumq; ego remunerare te pro meritis ac debitā referre gratiam poſsim. Datur optio tibi, uelis ne ille ipſe euadere, quē me nūc eſſe cernis, atq; huic tantæ potentiæ ſuccedere, an perire ſtatim dato contumacis animi ſupplicio. Neq; tu uel magnitudinem rei pertimueris, uel nomina imperatorum expaueris. intrare tibi in cubiculum, ubi ſomnū capiūt, ſoli nempe licet: redeunte uice nocturnæ cuſtodię clàm, nullóq; prohibente, facile quod uolueris, tranſiges. Nihil eſt autem, quod hic meum iam expectes imperium. Abi modo in aulam principum, quaſi aliqua à me mandata habeas arcana, & grauia : atq; ut uirum fortem decet, ſenem unum, ac puerum intra ſuum utrunq; cubiculum obtrunca. Nam cum in partem ueneris periculi, etiam re confecta, in partem maximi honoris ſuccedes. Hæc dicta ut animum tribuni perterruerunt, ita minime conſilium excuſſerunt. Sed ut homo neutiquā mente

captus(erat enim genere Syrus,ac ſunt fermè ad orientē mortales acerrimis ingenijs)
cognito furore ac uecordia,quantumq; ei liceret minime ignarus, haud quaquā auſus
detractare, ne ſcilicet cōtinuo daret pœnas, cū ſe optáta ac lubentia ſimularet audire,
prius adorato illo tanq̃ imperatore,iam libellū petebat demandatæ ſibi cædis. Quip-
pe mos tyrannis,cum aliquem indemnatū occidi iubent,per literas potiſsimum iniun-
gere, ne dein cædis imperatæ nullum relinquatur argumentū. Hic Plautianus cæcu-
tiens nimia cupiditate,dat libellum tribuno, atq; ad cædem mittens admonet diligen
ter,ut interfecto utroq; principe, priuſquā diuulget facinus,ſe iubeat acciri, quo ante
in palatio cōſpiciatur, quàm occupatum imperium quiſquam audiat. Sub hac pactio-
ne tribunus digreditur,ac de more totam libere domum principis peruadit:cognitoq;
quàm difficile factu foret,duos ab uno homine principes,& quidem diuerſis habitan-
tes cubiculis obtruncari,adit ad Seuerum,& cum ianitoribus agit,ut ſe ad principem
intromittant,afferre ſe quæ ad illius ſalutem pertineāt.Illi hæc Seuero renuntiant, qui
tribunum continuo iubet acciri.Ingreſſus uenio inquit, tibi ô domine, ut ſanè putat is
à quo ſum miſſus, ad cædem tui carnificinamq;. Vt egomet opto ac uolo,beneficij au-
tor tibi & ſalutis. Plautianus imperiū captans inſidijs, cædem mihi tuā filijq; tui man-
dauit, neq; uerbis modo,ſed & literis. Teſtimonio eſt hic libellus.Equidem ego recepi
facturum quæ imperaret, ne alter ſcilicet me detrectante, negociū ſuſciperet. Verum
ad indicandam rem tibi ſum præſto,ne ignarum illius opprimat audacia. Dicenti hæc
tribuno atq; ubertim lacrymanti, non continuo tamen fidē Seuerus habebat. Quippe
adhuc in pectore multum ex Plautiani amatorio inſederat:quin eſſe id totū negocium
compoſitum ac fabuloſum ſuſpectabat, ratus filium ſuū Plautiano infeſtum, natamq;
eius peroſum, commentum eſſe technam huiuſcemodi, ac mortiferam calumniam.
Quare accitum ad ſe,grauiter increpare inſtituit,quod in hominem amicum atq; dome
ſticum talia machinaretur. Antoninus autem primo quidem deierabat ignarum ſe to-
tius negocij,dein inſtanti tribuno,& libellum oſtendenti, animum audaciamq; adde-
bat ad crimen coarguendum. Sed ille cognito quàm magnum in diſcrimen uenerat,
tum præterea haud ignarus, quàm acceptus Seuero Plautianus foret, neq; non etiam
intelligens ſi latuiſſent inſidiæ, parumq; indicium probaretur exquiſitiſsimum ſibi im
pendere ſuppliciū, & quod nam inquit, ô domini argumentū amplius, quódue aper-
tius quæritis indicium? Sinite egrediar regia, perq; aliquem fidum mihi hominem ſi-
gnificem Plautiano, facta eſſe iam quæ imperauerat. Aderit ille ſtatim re credita, ua-
cuam ſcilicet regiam occupaturus. Ibi ueſtri muneris fuerit, rem totam deprehendere.
Iubete modo in ædibus quietem agitari, ne præcognita res omne cōſilium ſubuertat.
Hæc locutus, fidiſsimum ſibi hominem deligit, qui Plautianum ſuis hortetur uerbis,
acceleret atq; adſit quàmprimum, dum uterq; princeps iacet. oportere antequam res
populo innoteſcat intus eſſe eum, ut ſcilicet occupata arce, conſtabilitoq; imperio, ue-
lint, nolint uniuerſi non ſcilicet principatum adeunti,ſed iam planè principi obediant.
His creditis, Plautianus (erat autem iam diei ueſper) magnam in ſpem ſublatus, lori-
cam induitur ſub ueſtem tuendi corporis gratia, ſimul conſcenſo uehiculo properat in
regiam paucis modo qui aderant deducentibus, ratiſq; eum magnis de rebus ab impe
ratoribus acciri. Vt autem in aulam nullo prohibente ingreſſus eſt, ignaris quæ agita-
rentur cuſtodibus,occurrens tribunus,compoſito dolo ſalutat imperatorem,dein ma
nu prehenſum deducit intra cubiculum, ubi proiecta eſſe imperatorū cadauera men-
tiebatur. iamq; aliquot è corporis ſui cuſtodibus Seuerus cōparauerat, qui ſtatim in-
greſſo manus inijcerēt. At Plautianus cū longe alias animo ſpes agitaret, ut ingreſſus
cubiculū eſt, cernens utrunq; illic ſtantem principem, cōprehenſumq; ſe teneri ſentiēs,
re tanta perterritus rogare, ſupplicare, falſa illa omnia, cōmentū id in ſe, fabulamq; ex-
cogitatā.Igitur exprobrāte hinc Seuero beneficia & honores, illinc Plautiano fidei be
neuolētiæq; ſuæ ueteris teſtimonia repetente,paulatim labaſcere Seuerus, atq; adduci
Plautiani uerbis,donec pars loricæ per ſciſſum ueſtimenti apparuit. Qua Antoninus
animaduerſa, audax iuuenis & iracundus, ac iam antea homini infeſtus. Atqui, inquit,
ad hæc certe duo quid reſpōdeas expecto. Veniſti ad imperatores ſub ueſperā minime
accitus, dein quid ſibi rogo hæc lorica uult? Quis ad cœnā cōmeſſationemúe armatus

accedit

accedit? Simul hæc dicens iubet tribunum, cæterosq; qui aderãt, ſlico eum ſtrictis gladijs obtruncare, ut hoſtem manifeſtariũ. Nihil illi cunctati, iuſſa faciunt iuuenis imperatoris, occiduntq; hominem, & cadauer in uiã proijciunt ad uulgi ludibriũ. Hunc finem habuit parem uitæ Plautianus, inexhauſtæ homo cupiditatis. Cæterum Seuerus duobus præfectis militaribus conſtitutis, plurimũ in ſuburbanis, aut circũ maritimas Campaniæ oras agitabat, ius dicens, & ciuilibus negocijs intentus, cupiensq; in primis, uti Romæ ſui liberi bonis moribus inſtituerent. Nam ludis eos, ſpectaculisq; uehementius ſtudere animaduerterat, q̃ principibus conueniebat. Quo fieret, uti ſtudio certamineq; ſemper in diuerſum tendente, etiam animi iuuenum diſtraherentur, quibuſdam quaſi admotis contentionum atq; inimicitiarum facibus. Maxime tamen Antoninus intolerãdus, ſublato iam è medio Plautiano, terribilis'q; & formidoloſus erat omnibus: tum illius natæ cõiugi ſcilicet ſuæ, quibus maxime artibus, aut machinis poterat exitium intendebat. At Seuerus ipſam pariter cum filiolo quem pepererat, releгauit in Siciliam, datis opibus quantæ ad uictum, atq; uſum abunde ſufficerent, Imitatus in hoc Auguſtũ, qui filios Antonij, poſteaquam hoſtis iudicatus eſt eodem modo tractauerit. Ipſe ad pacem cõcordiamq; reuocare liberos, & recõciliare utrunq; alteri conabatur, admonens identidem ueterũ fabularum, in quibus pleræq; regum calamitates fraternis ortæ ſeditionibus memorant. Huc addebat theſauros tẽplaq; pecunijs plena eſſe, diuitias foris ex uectigalibus accedere, poſſe in tanta opulentia militem largitione teneri, auctas in quadruplũ copias urbanas, tantũ ſedere exercitũ ante urbem, ut nulla externa uis, ſeu multitudinẽ ipſam militũ, ſeu corporũ magnitudinẽ, ſeu pecuniæ abundantiã ſpectes, par inueniri tantis opibus poſsit. Sed ea in nihilum recaſura, ipſis inter ſe diſcordantibus, atq; inteſtinũ agitantibus bellũ. Hæc ille quotidie edifferens, preceſq; caſtigationibus admiſcens, reprimere illorũ ſpiritus, ac reducere germanos in gratiã ſtudebat. Cæterũ omnia fruſtra erant. Quippe frenos ore depulerãt, proni ſemper in peius, atq; illos adoleſcẽtes adhuc, in ipſo ætatis feruore atq; in ſumma licentia, uoluptatũ omniũ irritamentis incitatos, etiã adulatorũ miniſteria diuerſos trahebant: ſcilicet qui non modo illorũ obſequerentur cupidinibus atq; flagitijs, ſed noua ſemper aliqua excogitarẽt, unde alteri gratũ fieret, alter offenderetur. Quorum etiam nõnullos Seuerus ipſe in huiuſcemodi miniſterijs deprehenſos, ſupplicio affecit. Hãc liberorum ſuorum uitam, & indecora in ſpectaculis ſtudia ferens grauiter ſenex imperator, literas à Britanniæ præfecto accepit, quæ docebant barbaros illic ſeditiones agitare, regionemq; omnem incurſionibus ac depopulationibus uaſtare: quare maiore manu ad reſiſtendum, uel etiam principis ipſius præſentia opus eſſe. Lætus ea Seuerus accepit. quippe homo ſuapte natura gloriæ appetentior, poſt uictorias ad Orientem ſeptentrionemq;, & cognomina utrinq; parta, etiam trophæa contra Britannos excitare aliqua cupiebat. Ad hæc filios quoq; abducere ex urbe, ut procul à mũdicijs urbanis, in caſtris militari uitæ ac ſobriæ iuuenes inſueſcerent. Ita expeditionẽ in Britanniam edicit, ſenex iam & morbo articulari laborans, tanta autem animi uirtute, quanta nemo unquã uel iuuenum. Igitur iter ingreſſus lectica plurimum uehebatur, nulloq; ceſſabat loco. Quare cõfecto itinere, ſpeq; omni ac ſermone celerius enauigato oceano, Britanniã ingreſſus eſt, collectiſq; militibus ac maximis conflatis uiribus bellum cõparabat. Cæterum Britanni repentino principis aduentu perculſi, auditóq; tantas contra ſe cõparari copias, legatos ad eum de pace ac ſeipſos expurgatum miſerunt. At Seuerus moras de induſtria nectens, ne uacuo ſibi Romã redeundum foret, cupidus uictoriæ cognominiſq; Britannici, legatos quidem re infecta domum dimittit, ipſe quæ bello uſui forent, magna ſolertia cõparabat. Sed in primis tamen curæ habuit pontibus occupare paludes, ut ſtare in tuto milites poſſent, atq; in ſolido præliari. Siquidem Britanniæ pleraq; loca frequentibus oceani alluuionibus paludeſcũt. Per eas igitur paludes barbari ipſi natãt, excurſantq; ad ilia uſq; demerſi, ac pleraq; corporis nudi cœnũ contemnunt. Neq; enim ueſtis uſum cognorũt, ſed uentrem atq; ceruicem ferro incingunt, ornamentũ id eſſe, ac diuitiarũ argumentũ exiſtimantes, perinde ut aurum cæteri barbari. Quin ipſa notant corpora pictura uaria, & omnifariam formis animaliũ, quo circa ne induũtur quidem, uidelicet picturã corporis ne adoperiãt.

Sunt

Sunt autem bellicoſiſsima gens, atq; auidiſsima cædis, tantum ſcuto anguſto, lanceaq;
contenti, preterea gladio nudis corporibus dependente, loricæ ac galeæ penitus igno
rant uſum, impedimentū id eſſe tranſgrediendis paludibus arbitrantes, quarum uapo
ribus æſtuq; cœlū ibi ſemper caliginoſum. Ad hæc Seuerus nihil nō cōparabat, quod
uſui Romano militi, quod detrimēto barbaris impedimentoq; foret. Vbi uero ſatis ex
ſententia prompta ſibi eſſe ac parata omnia intellexit, iuniorē filium Getam nomine,
in parte inſulę Romanis ſubiecta reliquit, ut iuridicūdo, rebusq; ciuilibus adminiſtran
dis præeſſet, eiq; cōſiliarios ex amicis natu grandibus reliquit, Antonino ſecū aduer-
ſus barbaros educto. Tranſgreſſo igit̄ Romano exercitu amnes aggeresq; eos, qui ob
iecti barbaris Romanorū fines diſtermināt, pugnæ quædā tumultuariæ fiebāt, & ex-
curſiones, uictore ubiq; Romano. Cæterū facilis erat ex fuga receptus barbaris, quip-
pe inter ſiluas ac paludes & loca ipſis notiſsima deliteſcētibus. Quæ omnia Romanis
aduerſa, morā bello addebant. Interea Seuerū iam confectū ſenio, longior inuaſit mor
bus, ſic ut ipſe domi reſidere, atq; Antoninū mittere in bellū, ad imperatoris obeunda
munia cogeret̄. Cæterū Antoninus haud magnopere de barbaris ſolicitus, exercitū
ſibi adiungere & confirmare uniuerſos tendebat, uti ſe unū intuerent̄, ſoli ſibi imperiū
uindicās, ac germano identidem obtrectans. Quin longior quoq; patris ualetudo, ac
mortis mora diuturnior, anxium uidelicet adoleſcentē habebant. Sic ut medicis mini-
ſtrisq; ſubinde conaret̄ perſuadere, ſenem ut è medio quamprimū quoquo modo tol-
lerēt. Donec tandē Seuerus mœrore magis q̄ morbo cōſumptus uitaq; defunctus eſt,
clariſsimus omniū imperatorū bellicis operibus. Neq; enim aut ciuiles quiſquā aduer-
ſus inimicos, aut externas aduerſus barbaros totidem alius uictorias reportauit. An-
nisq; duodeuiginti geſto imperio deceſsit ſucceſſoribus liberis, tanta pecuniæ relicta
copia, quantā antea nemo, tum ampliore exercitu, q̄ cui obſiſtere ulla uis poſſet. Igit̄
Antoninus mortuo Seuero, ſummā poteſtatē nactus, cōfeſtim uniuerſos ab ipſo (quod
aiunt) lare interficere cœpit. Nam & medicos ſupplicio affecit, q̄ ſibi parū obtempera
uerant, iubenti ſenis maturare necē: nutritiosq; ſuos iuxta & fratris, quòd de reconci-
liandis egiſſent, ne uno quidē reliquo ſuæ crudelitati facto ex eo ordine hominū, qui
in honore aliquo fuerāt, quiq; ipſius parentē obſeruauerāt. Duces porrò exercitus ma
gnis muneribus ac promiſsis adhortabat̄, perſuaderēt militibus, uti ſe unū imperatorē
declararent, nullasq; nō machinas aduerſus germanū intendebat. Neq; id t̄n perſua-
dere militibus potuit. Quippe memores, utrunq; à Seuero iam inde à pueritia pari ho
nore cultuq; educatū, etiā ipſi parem utriq; obedientiā beneuolentiamq; exhibebant.
Igitur Antoninus cognito parū ſibi rem aduerſus exercitū procedere, icto cum barba
ris fœdere, drataq; pace, & obſidibus acceptis, decedēs illic, ad matrē iam germanumq;
feſtinat. Congreſſos reducere in gratiā mater conata, adnitentibus honeſtiſsimis qui-
buſq; Seueri amicis & cōſiliariis. Igit̄ Antoninus cū nemo ſcilicet non eius libidini re-
fragaret̄, ui potius q̄ uoluntate, ad cōcordiæ amorisq; ſimulationē adducit̄. Ita ambo
pari honore imperiū gerentes, ſoluerunt ex Britannia, Romamq; cum patris reliquijs
contendebant. Nam corpuſculo ignibus tradito, cinerem ipſum cū odoribus in uaſcu
lum alabaſtri coniectū, Romā referebāt, ut uidelicet in ſacris principum monumentis
componeret̄. Ipſi exercitū deportantes, uictoresq; iam Britanniæ in aduerſam Galliā
emenſo oceano peruenerūt. Quo igit̄ pacto & diem ſuū obierit Seuerus, & liberi eius
imperium ſuſceperint, in hoc uolumine demonſtratum eſt.

HERODIANI LIBER QVARTVS

RES geſtas Seueri principis, per annos duodeuiginti ſuperiore li-
bro ſumus perſecuti. Porrò autē ipſius liberi adoleſcētes iam unà
cum matre Romam feſtinabant, ſeditiones etiā tum in itinere agi
tantes. Quippe diuerſorijs, menſaq; nunquā eiſdem utebant̄, mul
tumq; ſuſpicionis in cibo omni potuq;, ne alteruter ante capto tem
pore, ipſe clàm, aut per miniſteria ueneno rem gereret. Ob eamq;
cauſam etiam iter properantius faciebāt, tutius rati uicturos, ubi
iam in urbem perueniſſent, diuiſaq; inter ſe regia, amplis ac ſpa-
ciosis

ciosis

cioſis ædibus, maioribus etiam reliqua urbe, pro ſuo uterq; arbitrio ſeparatim agitarent. Poſtquam uero in urbem peruentum, populus eos uniuerſus laureatus excepit, & ſenatus cõſalutauit. Præibãt igitur principes ipſi cum purpura imperatoria, pòſt ſequebantur conſules, urnam cum Seueri reliquijs geſtantes. Qui autem nouos imperatores conſalutauerant, progreſsi deinde, urnam quoq; ipſam ſupplices adorabant. Ita comitati magna pompa, compoſuerunt ipſum in templo, ubi Marci, ac ſuperiorũ principum ſacra uiſuntur monimenta. Re igitur diuina, ceremonijsq; de more concelebratis, uterq; in regiam diſcedunt, partiti inter ſe domũ, ianuisq; ſecretioribus obſtructis, publicis tantum atq; atrienſibus promiſcue utentes. Quin & cuſtodes corporis ſeparatim ſibi delegerunt, uix unquam congredientes, niſi pauxillum duntaxat, ut in publico à multitudine ipſa conſpicerentur. Sed in primis tamen iuſta parenti perſoluerunt. Mos eſt enim Romanis conſecrare imperatores, qui ſuperſtitibus filijs, uel ſucceſſoribus moriuntur. Quiq; eo ſunt honore affecti, relati dicuntur inter diuos. Eſt autem tota urbe quaſi luctus quidã, feſtæ celebritati promiſcuus. Quippe functũ uita corpus, ritu hominum ſumptuoſo funere ſpeliunt. Sed certam imaginem defuncto quàm ſimillimam fingunt, eamq; in regiæ ueſtibulo proponunt ſupra eburneum lectum maximum, atq; ſublimem, ueſtibus inſtratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti ſpeciem pallida recumbit. Circa lectum uero utrinq; magnam partem diei ſedent, à leua quidem ſenatus omnis ueſtibus atris amictus, à dextra uero matronæ, quas uirorum, aut parentum dignitas honeſtat Harumq; nulla, uel aurum geſtans, uel ornata monilibus conſpicitur, ſed ueſtibus albis exilibus indutæ, mœrentiũ ſpeciem præbent. Hæc ita per ſeptem dies cõtinuos faciũt, medicis ad lectũ quotidie accedentibus, inſpectũq; uelut ægrum deterius ſe habere ſubinde pronũtiantib. Dein ubi iam uiſus obijſſe diẽ, lectũ humeris attollunt equeſtris ſenatorijq; ordinis nobiliſsimi ac lectiſsimi iuuenes, perq; uiam ſacram in uetus forum deferunt, ubi magiſtratus Romani deponere imperium conſueuerant. Vtrinq; autẽ gradus quidam ſunt ad ſcalarum ſimilitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum chorus eſt è nobiliſsimis, atq; patricijs, altera fœminarum illuſtrium, hymnos in defunctum pæanasq; canentium, uerendo ac lamentabili carmine emodulatos. Quibus peractis, tollunt iterum lectum, atq; extra urbem perferunt in Martium campum. ubi quà latiſsime campus patet, ſuggeſtus quidam ſpecie quadrangula, lateribus æquis aſſurgit, nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam. Id quidem interius totum eſt aridis fomitibus oppletum, extra autem intextis auro ſtragulis, atq; eboreis ſignis, uarijsq; picturis exornatum. Infra uero alterum minuſculum quidem poſitum eſt, ſed forma & ornatu perſimile, portis, ianuisq; patentibus. Tertiumq; item, & quartum ſemper ſuperiore contractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quod eſt omniũ breuiſsimum, perueniatur. Poſsis eius ædificij formam comparare turribus his, quæ portibus imminentes, noctu igne prælato, naues in tutas ſtationes dirigunt. Pharos uulgo appellant. Igitur lecto in ſecundum tabernaculum ſublato, aromata & ſuffimenta omnis generis, fructus herbasq; ſuccosq; omneis odoratos conquirunt, atq; aceruatim effundunt. Quippe neq; gens eſt, neq; ciuitas, neq; qui honore ullo, aut dignitate præcellat, quin certatim pro ſe quiſq; ſuprema illa munera principis honori deferant. Vbi uero ingens aromatum aceruus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitãt, uniuerſis equeſtris ordinis certa quadam lege ac recurſu, motuq; Pyrrichio, numeroq; in orbem decurrentibus. Currus item circumaguntur inſeſsi purpuratis rectoribus, qui perſonas ferant ducum omnium Romanorum principumq; illuſtriũ. Quæ ubi celebrata ſunt, facem capit imperij ſucceſſor, eamq; tabernaculo admouet. Tum cæteri omnes undiq; ignem ſubijciunt, cunctaq; illico fomitibus illis aridis odoramentisq; referta igni ualido corripiuntur. Mox ab extremo minimoq; tabernaculo, tanquã è faſtigio quodam, ſimul cum ſubiecto igni, aquila dimittitur, quæ in cœlum creditur ipſam principis animam deferre. Ac iam ex illo unà cum cæteris numinibus imperator colitur. Ita cõſecrato parente, reuerſi domum iuuenes, diſcordias quotidie & ſimultates exercere, inſidiari inter ſe, moliri, parare omnibus modis, atq; ea modo uterq; in animo habere, quibus alter dolo caperet: poſtremo quacunq; uia graſſari

ad ſingu

ad ſingulare imperium, ac nihil inuicem prætermittere, dum conſortem poteſtatis expungerent. Sed & mentes, animiq; omnium urbanorum, quicunq; honore aliquo aut dignitate præſtarēt, diuerſi trahebantur, utroq; ſeorſum literas clanculum miſsitante, magniſq; pollicitationibus ſibi homines adiungente. Maior tandem pars ad Getam ſpectabat, quod opinionē nonnullam oſtenderet probitatis, moderatumq; ſe & lenem in congreſsibus præſtaret, ſtudia porrò tractabat honeſtiſsima. Quippe & diſciplinarum laude celebres circa ſe frequentes habebat, & in palæſtra ac reliquis ingenuis exercitationibus uerſabatur. Placidus præterea in omnes atq; humanus, fama & gloria quadam optima plurimos ad amicitiam beneuolentiamq; alliciebat. Contra uero Antoninus cuncta aſperius ferociuſq; gerebat, atq; ab his rebus, quas ſupra diximus, alienus, militaris uitæ ac bellicæ uideri amator affectabat. Nihilq; nō iracunde faciens, minitando quàm ſuadendo, metu quàm beneuolentia ſibi amicitias quærebat. Sed cum diu fruſtra mater diſcordantis inter ſe germanos redigere in gratiam ſtuderet, uiſum aliquando ambobus eſt imperium inter ſe diuidere, ne Romæ agitantes, alter alterius eſſent inſidijs oportuni. Quare conuocatis paternis amicis, coram ipſa matre de imperio diuidendo diſceptabant, ſic ut Europa omnis Antonino, tellus autē aduerſa, quæ omnis Aſia nuncupatur, Getæ adiudicaretur. Ita enim diuina quadam prouidentia, utrunq; continentem Propontidos incurſu diſterminari. Placebat autem, ut Antoninus caſtra ad Byzantium haberet, Geta uero in Chalcedone Bithyniæ urbe, quæ ſcilicet oppoſita inter ſe, utriuſq; imperium tuerentur, atq; à tranſmittendo prohiberent. Tum ut è ſenatorio ordine quotcunq; ex Europa forent, in urbe ipſa remanerent, reliqui Getam ſequerentur. Sedes imperij ſui Geta deſtinabat Antiochiam, uel Alexandriam, urbes magnitudine haud longe infra Romam. Tum ex gentibus ad meridiem habentibus Mauros Numidaſq; Antonino concedens, reliquos ad orientē uſq; Geta ſibi adſciſcebat. Hæc dum illi agitarent, reliquis omnibus mœſto uultu terram intuentibus, ita Iulia mater locuta eſt. Terram quidem & mare ô filij, iam inueniſtis quo pacto diuidatis, & continentem utramq;, ut dicitis, pontici diſcrimināt fluctus, Matrem uero quonam modo diuidetis? quonam modo infelix ego diſtribuar inter utrunq; ueſtrum, aut diſſecabor? Me primam igitur occidite, dimidiamq; uterq; apud ſe partem ſepeliat, ut ego quoq; inter uos cum mari, terraq; ipſa diuidar. Hæc locuta multis cum lachrymis, eiulatuq; manus ambobus inijciens, cōplexa utrunq; reconciliare inter ſe conabatur. Quare cohorta miſeratione, cuncti diſceſſere improbato conſilio, ipſiq; in ædes ſuas reuerſi. Sed gliſcebat in dies odium, atq; diſcordiæ. Nam ſiue duces ac magiſtratus aliqui eligerentur, uterq; amico ſuo potiſsimum ſuffragabatur: ſiue ius diceret, ſemper diuerſa ſentiebant, magno illorum periculo cuia res agebatur. Pluris enim ſtudium ſuum, ꝙ ius aut æquū faciebant, etiā in ludis ipſis diuerſarū ſemper factionum. Nihil præterea inſidiarum omittebant, coquos identidem & pincernas conati ad ueneficia impellere. quæ ubi tardius procedebant, quod ſcilicet uterq; magna diligentia curaq; cibum capeſſerent, poſtremo impatiens Antoninus, atq; imperij totius cupidine inſtigatus, deliberat magnum aliquid uel facere, uel pati, ferrumq; & cædem molitur. Et quando ſecus proceſſerant latentes inſidię, neceſſarium putabat periculo omni ac ſpe poſthabita, quouis modo inceptū patrare. Quare irrupto fratris cubiculo, nihil tale expectantē ſupra matris pectus multo undantem ſanguine ſæuus obtrūcat. Quo facto exilit ſtatim, ac per totā regiam currens clamitat, magnū ſe periculum effugiſſe, uixq; euaſiſſe incolumem. Simul imperat militibus regiæ cuſtodibus, raperēt illico ſe, atq; in caſtra deducerent, ubi tutius aſſeruetur, perriturū dictitans, ſi diutius in ædibus morā trahat. Illi pro ueris ea dicta accipientes, ſimul ignari quæ intus geſta, currentem eum currentes & ipſi comitantur. Fit ingens populi tumultus, raptim agente ſe ſub ueſperam principe mediā per urbem. Vt autē caſtra attigit, ædiculamq; eam, intra quam ſigna, ac ſimulacra exercitus adorantur, procidēs humi gratias agebat uotis quaſi pro ſalute ſuſceptis. Ea re militibus nunciata, partim iam lauantibus, partim requieſcentibus, ſtatim illuc omnes exterriti feruntur. Ille progreſſus in medium, non quidem continuo rem ipſam, prout erat geſta fatebatur: ſed effugiſſe periculum clamitabat, inſidiaſq; inimici hominis, atq; hoſtis. Nam ita fratrē appellabat. Vixq; tandem poſt longū

certamen, aduerſarios ſuperatos. Quippe utriſq; periclitantibus, ſe poſtremo unicũ imperatorem fortunæ relictum dono. Talia quædam obliquans, atq; inuoluens, intelligi quæ feciſſet, quàm audiri malebat. Tum pro ſalute, imperióq; ſuo ſingulis militib. Atticarum drachmarũ duo milia ſupra quingentas pollicetur. Prætereáq; annonæ ſupra quàm ſueti accipere dimidium. Iubet item iam tum ex templis theſauriſq; ſibi ipſos pecuniã ſumere, largiter effuſis uno die, quæcunq; per duodeuiginti annos Seuerus collegerat, atq; recondiderat alienis calamitatibus. At milites tãta pecuniæ magnitudine illecti, totóq; iam negocio intellecto, uulgata paſsim cæde per eos, qui ædibus effugerant, unum illum declarant imperatorem, Geta hoſte appellato. Igitur ea nocte moratus in templo Antoninus, ac fretus largitionibus, quibus ſibi milites adiunxerat, contendit poſtridie in ſenatum, toto ſtipante exercitu, ſed armis inſtructiore quàm conſueuit principem deducere. Ingreſſus deinde, ubi rem diuinam fecit conſcendit ſellam imperatoriam, atq; ad hunc modum uerba fecit. Non me quidem fugit, omnem domeſticorum cædem ſtatim atq; auribus inciderit, odioſam uideri, nomenq; ipſum ut primum audiatur, afferre grauem calumniã. Quippe infelices miſericordia, potentes inuidia ſequitur, ac uictus accepiſſe, uictor attuliſſe iniuriã uidetur. Cæterũ ſi quis uero magis iudicio, quàm ſtudio erga defunctũ aliquo rem ipſam expendat, cauſamq; eius & conſilium exquirat, facile ſcilicet inueniet rectum eſſe & neceſſarium, uindicare magis ꝙ accipere iniuriam. quippe ad occiſi calamitatem etiã infamia timiditatis accedit. uictor præterquã quòd incolumis eſt, etiã gloriam retulit fortitudinis. Ac cætera quidem, quæ ſæpe in me, cum ueneficijs, tum omni genere inſidiarum intendit, facile uobis eſt exquirere tormentis. Quippe idcirco adeſſe omnes illius miniſtros imperaui, ut uerum deprehendatis. Sunt aũt nonnulli quoq; ex his iam torti, quorũ exaudire confeſsionem poſsitis. Poſtremo aũt cum ego apud matrẽ forem, uenit ille in me, quoſdã ſecum adducens gladijs accinctos. Sed ego re præcognita, ultus hoſtẽ ſum. Neq; enim iam aut fratris mentem gerebat, aut fraterna moliebat. Vlciſci autem illum, qui prior inſidietur, ut iuſtum eſt, ita uſu quoq; iam receptũ. Quippe ne ipſe quidem urbis huius conditor Romulus germanum pertulit, ſuis tantum operibus illudentem. Taceo Germanicum Neronis, ac Titum Domitiani fratres. Marcus ipſe philoſophiæ ſimulator ac manſuetudinis, Lucij generi ſui contumeliam nõ pertulit. Ego uero uenenis comparatis in me, gladióq; impendente ultus hoſtem, quippe hoc illi ſua opera nomen imponebant. Vos autem dijs gratias agite, quòd alterum uobis principem ſeruauerint, neq; mentes ueſtras in diuerſa partiti, ſed unum tantũ ſpectantes imperatorem, uitam ſecuri traducite. Imperium autem Iupiter ſicut ipſe inter deos ſolus poſsidet, ita etiam uni tantum mortalium adiudicat. Hæc locutus magna uoce, irarumq; plenus, ac truculento uultu illius amicos intuens, trementibus pallentibuſq; pleriſq;, in regiã reuertitur. Continuo igitur cepti occidi domeſtici omnes fratris, atq; amici, quiq; in ædibus habitabant quas ille incoluerat, miniſtriq; item uniuerſi, ſic ut ne ætati quidem infantium parceretur. Porrò ipſa cadauera plauſtris omnibus per contumeliã impoſita, atq; extra urbem exportata, aceruatim aut temere iniecta rogis comburebantur. Nec quiſquam ſuperfuit ex ijs, qui leuem modo cum Geta noticiã habuiſſet. Athletæ etiã, & aurigæ, atq; omnifariã hiſtriones, & quicquid deniq; uel oculis illius, uel auribus iucundum fuerat, paſsim occidebantur. Præterea ſenatorij ordinis quicunq; aut nobilitate aut opibus excellerent, minima quaq; de cauſa uel planè nulla, quantumlibet leui delatione pro illius amicis interimebãtur. Quin & Commodi ſororem iam anum, atq; ab omnibus imperatorib. ut Marci filiam oportuit, magno in honore habitã, morte affecit, cauſatus quòd Getæ necem apud ipſius matrem defleuiſſet. Et cõiugem quondam ſuam Plautiani filiam, quæ fuerat in Siciliam relegata, ac conſobrinum Seuero cognominem, filiumq; Pertinacis, & Lucillæ Cõmodi ſororis, poſtremo quicquid ex cognatione imperatoria, aut in ſenatu ex patricia nobilitate ſupererat, planè quaſi ab ſtirpe abſcidit. Duceſq; prouinciarum uniuerſos, ac procuratores, ueluti Getæ amicos, neci dedidit. totæq; noctes cædendis plurifariã mortalibus impendebantur. Sed & Veſtales uirgines uiuas obruit terræ, quaſi temerata uirginitate. Deniq; id quod nunꝗ alias factitatũ, cũ Circenſes ſpectante eo populus Romanus in aurigã, cui ſtudebat, neſcio quid

quid cauillatus eſſet, ratus ſibi contumeliã illatam, repente omnem exercitũ facere impetum iuſsit in populum, ac raptare, & occidere quicunq; in aurigam dixiſſent. At milites accepta ſemel uiolandi rapiendiq; poteſtate, cum diſcerni à reliquis nequirẽt, qui fuerant proteruius locuti, nullo ſcilicet in tanta multitudine uerũ fatente, paſsim ut in quemq; inciderant, aut occidebant, aut omnibus ereptis, quaſi ſalute redempta, uiuos ægre dimittebant. His actis ſtimulante malorũ facinorum cõſcientia, uitamq; peroſus urbanã, ſtatuit Roma ſecedere, ut & milites ordinaret, & prouincias inuiſeret. Igitur Italia decedẽs, ad ripas Danubij peruenit, ac partes imperij Romani ſeptentrioni ſubiectas. Ibi aut corpus exercebat aurigando, cædendiſq; cominus omne genus beluis, aut ius dicebat (rarius id tamen) ſtatimq; ſententiã ferens, ac reſpondẽs, pauculis duntaxat auditis. Cæterum Germanos illis ſibi omnes adiunxit, atq; in amicitiã conciliauit, Sic ut ex his ſocios bellorum, & cuſtodes corporis ualidiſsimũ quenq; & pulcherrimum ſibi adſciuerit. Sæpe etiã Romano cultu depoſito ueſtem Germanicam induebat, atq; in eorum ſagulis argento uariegatis conſpiciebatur, etiam flauam capiti cæſariem imponens, ad modũ Germanicæ tonſuræ. Quibus læti barbari, mirifice eum diligere, gaudere etiã Romanus miles, quẽ ſcilicet ille ampliſsimis largitionibus proſequebatur. Ipſe nullum non militiæ munus prompte obire: & ſiue quid fodiendum foret, primus fodere, ſiue pons flumini imponẽdus, aut extruendus agger, ſiue qđ opus manuũ faciendũ, aut labor ſubeundus, primus oĩa occupare: tenuiq; menſa, ac ligneolis poculis, uaſiſq; eſculentorũ contentus eſſe, panẽq; etiã temere factũ comeſſe. Quippe tritico quantũ ſatis uni foret, ſua manu molito, maſſaq; inde facta, atq; in carbonib. decocta, ueſci ſolitus, omnia deniq; elegantiora aſpernari, & uiliſsimis quibuſq; ac uel pauperrimo gregarióq; militi facillimis uti. Tum cõmilitonem, q̃ principem uocari ſe malle, ac plerunq; iter facere perinde atq; ipſi pedibus ambulans, raróq; uehiculũ conſcendere aut equũ. ſibi ipſe portare arma: nonnunq̃ etiam ſigna militaria longiſsima, & aureis ornamentis prægrauia, ac ne robuſtiſsimis quidem militibus facilia, ipſe humeris ſubire. Ob hæc igitur aliaq; huiuſmodi, ut hominem militarem diligere eũ ſuus exercitus, & ut uirum fortem admirari. Quippe inſtar miraculi uidebatur, tantulæ hominem ſtaturæ tantis eſſe laboribus parem. Sed ubi milites apud Danubiũ ordinauit, atq; in Thraciam Macedonibus conterminam diſceſsit, cõtinuo Alexander alter euaſit. Nam & memoriã regis eius omnibus modis renouauit, ſtatuis, imaginibuſq; nulla non urbe poni iuſsis, Romamq; ipſam, capitoliumq;, & templa uniuerſa referſit Alexandri ſimulacris. Vidimus item imagines nonnullas ridicule depictas, quæ uno corpore duas facies præferrent, Alexandri atq; Antonini. Ipſe prodibat Macedonico habitu, cauſiam geſtans, & crepidas: ac lectiſsimam iuuenum manũ in exercitu Phalangem Macedonicam appellabat, iuſsis ducibus nomina ſibi ducũ Alexandri imponere. Præterea iuuenes ſparta accitos, Laconicam, & pitanitem centuriam uocabat. His igitur actis, atq; urbibus prout quanq; potuerat ordinatis, Pergamum adit Aſiæ ciuitatem, ut Aeſculapij curationibus uteretur. Quò poſtq̃ peruenit, ſomnijs quàmdiu uoluit captatis, Ilium mox petijt, & cunctis urbis reliquijs colluſtratis, ad Achillis tumulum proceſsit. Eóq; coronis floribuſq; magnifice exornato, rurſus imitari Achillẽ cœpit. Sed Patroclum deſiderante aliquẽ, libertorũ omniũ chariſsimus Feſtus, à memoria, dum ad Ilium moraꝑ, uita defunctus eſt, ueneno ut quidam aiebant extinctus, quo ſcilicet Patrocli more ſepeliretur: ut alij affirmant, morbo interceptus. Huius igiꝑ cadauer efferri iuſsit, cõpluribuſq; lignis rogum ſtrui. Dein impoſito in mediũ, mactatiſq; omne genus animalibus, ſubiecit ignem, phialamq; manu tenẽs, uinumq; libans, uentos precabaꝑ. Cumq; eſſet raro capillo, & crinem quæreret, ut imponeret ignibus, deridiculo erat omnibus: cæterũ quos habuit capillos, tñ totondit. Laudabat aũt ex omnibus ducibus præcipue Syllam Romanũ, & Afrũ Hannibalem, quibus etiã ſtatuas atq; imagines excitauit. Decedens autẽ Ilio, Aſiáq; omni, & Bithynia, gentibuſq; reliquis pertranſitis, atq; ubiq; rebus cõpoſitis, deuenit Antiochiã: ibiq; exceptus honorificentiſsime, atq; aliquandiu moratus, Alexandriã contendit, prætexens huic itineri deſiderium uiſendæ urbis ab Alexandro cõſtructæ, ſimul conſulendi patrij illorũ numinis, quod egregie incolæ uenerant. ac ſimulans hæc duo, in primis religionẽ dei, & herois

memoriam, iubet hecatombas cõparari, ac parentationes omne genus. Quod ut primum eſt Alexandrinæ multitudini nunciatũ, leuiſsimæ ſuapte natura, & omnib. momentis expoſitæ, ſtudium beneuolentiãq; principis omnes, quaſi animorũ impotes accipiebant. Igitur ad excipiendũ illum ſe cõparabant, quanto nunq̃ antea honore conſueuerant. Quippe omnifaria muſica inſtrumenta diſpoſita, ubiq; uarium edebant ſonitum, Præterea aromatũ ac ſuffimentorũ uapor omne genus aditus cunctos optimis replebat odoribus, tedis prçterea & florum ſparſionibus honorabant. Sed ubi in urbẽ iam peruenit, primo quidem templũ ingreſſus eſt, multiſq; uictimis immolatis, ac thure cumulatis altaribus, ad Alexandri monimentũ ſe contulit, paludamentũq; purpureum, & claris ſpecioſiſq; gemmis annulos cõſpicuos, balteumq;, & ſiqua alia geſtabat elegantiora, dempta ſibi, tum illius impoſuit tumulo. Hæc cernentes Alexandrini, læti ſupra modũ, noctibus totis ac diebus feſtum celebrabant, ignari quid intra ulceratũ pectus imperator occuleret. Hæc enim omnia per ſimulationẽ faciebat, ut uniuerſam illorum multitudinem contrucidaret. Latentis odij cauſa talis erat. Nuntiatũ ei fuerat Romæ agenti, uiuo adhuc patre, atq; itẽ poſt extincto, multa in ipſum dicere Alexandrinos. Sunt enim homines ſuapte natura dicaces, atq; ad deſcribendũ illudendũq; maxime facti, iactantes in optimũ quenq; & potentiſsimũ dicteria quædam, ut quidẽ ipſi putant, feſtiua, ut autẽ uidentur ijs in quos dicuntur, longe grauiſsima. Quippe huiuſcemodi iocorũ, uel maxime illa permouent, quibus delicti ueritas arguit̃. Quare cum multa in eum dixiſſent, ne diſſimulata quidẽ fraterna cæde, matremq; etiam Iocaſtam uulgo appellarent, irriderentq; ipſum, quòd tantulæ homo ſtaturæ, Alexandrum atq; Achillem maximos ac fortiſsimos heroas æmularet̃, Dum ludere ſe putant, eò impulerunt Antoninum, hominẽ ſuapte natura iracundũ, atq; ſanguinariũ, ut perniciẽ illis inſidiasq; moliretur. Igitur celebritate ac feſto iam peracto, cum uideret maximã hominum multitudinẽ ex uicinis regionibus confluxiſſe in urbem, monuit edicto, ut in planiciem quandam iuuentus uniuerſa conueniret, uelle affirmans, ſicuti Macedonicam Spartanamq; habebat, ita etiã in Alexandri honorẽ ipſius herois cognomento Phalangem cõſtituere. Iubet igitur conſiſtere iuuenes uniuerſos, relicto interuallo, ut ſingulorum ætatẽ, ſtaturamq;, & corporis habitudinẽ militiæ idoneam cõſideraret. His creditis iuuenes, ac ueriſimili ſpe ducti, ob inſignẽ honorẽ paulo ante exhibitũ principi, cõueniunt frequentes unà cum parẽtibus, atq; germanis, lætis, gratulántibuſq;. At uero Antoninus ſingulos inter ſe diſtantes circumiens, contrectanſq;, & aliud in alio laudans præteribat, donec illos, neq; id animaduertentes, neq; expectantes uniuerſus circumueniret exercitus. ut uero coniecturam fecit iam eſſe omnes militũ ſuorũ armis incluſos, quaſiq; retibus implicitos, ipſe ſtatim cum ſuo præſidio exceſſit, ac ſignum militibus dedit. Qui ſtatim facto undiq; impetu, deprehẽſam in medio inermem iuuẽtutem, cçteroſq; qui aderant, magna cæde cõtrucidant. atq; è militibus alij cædem tantum faciebant, alij foueis ingẽtibus cadauera obruebant, aggeſtaq; deſuper humo immanem tumulum excitarunt. Multi etiam in eas foueas ſemiuiui protrahebant̃, multi adhuc integri detrudebant̃. Sed & milites nonnulli ſimul perierunt. Nam qui reliquias adhuc aliquas ſpiritus retinebant, neq; penitus defecti erant uiribus, impliciti proruentibus ſe militibus, eos quoq; ſecum trahebant in foueam. Tanta eſt aũt facta cædes, ut riuis cruoris per planiciẽ decurrentibus, cum fauces ipſç Nili ingentes, tum litus omne circa urbem purpuraſceret. Sed affectans Parthici cognomen, famãq; deuictæ ad orientem barbariæ, quanq̃ in altiſsima pace tale quiddam machinatur. Dat literas ad regem Parthorum Artabanũ, ſimulq; legatos cum muneribus mittit, materiæ & artis conſpicuæ. In eis literis fuerat ſcriptũ, uelle ſe regis filiam ducere in matrimoniũ, Principem ſe eſſe, & principe natũ, quare haud decorum priuati cuiuſquam & tenuis fieri generum, ſed reginã ducere potius, filiamq; magni regis. Duo maxima imperia eſſe, Romanũ, & Parthicũ. Quibus affinitate illa in unum coeuntibus, ac nullo iam diſcriminante fluuio, unam tantũ potẽtiam factum iri, nullis expugnabilem uiribus. Nam reliquas barbaras nationes, quæ nunc amborũ imperijs ſubiectæ ſunt, facile iugum toleraturas, ſi proprios gens quæq; & cõuentus ſit habitura rectores. Eſſe Romanis pedeſtrem exercitum, qui haſtis, & ſtataria pugna cæteros antecellat: Parthis uero equi-

tatum plurimum, peritiſsimosq́ ſagittarios. His igitur cōcurrentibus, & quæ uſui ad bellum ſunt in unum cōſpirātibus, facile ipſos ſub uno diademate totius orbis terrarū imperium retenturos. Præterea odoramenta, quæ apud illos prouenirent, telasq́ laudatiſsimas, contraq́ apud Romanos metalla ipſa, & quæcunq́ arte aliqua conſpicua uiſuntur, non iam uix, raroq́, & clanculum per mercatores importatū iri, ſed in una duntaxat terra, unoq́ imperio, cōmunemq́ fore utriſq́ uſum rerum omniū, minimeq́ impeditū. His literis Parthus acceptis, primo quidem abnuere, negare Romano cōueni re barbarum matrimoniū. Quam enim fore concordiam, neq́ uoce ſatis congruentibus, & uictu habituq́ inter ſe diſtantibus. Eſſe Romæ patricios permultos, quorum ſibi ille optare liberos in matrimoniū poſſit, ſicuti itidem apud ſe Arſacidas. Neq́ ullam ſanè extare cauſam, cur alterutrum genus adulteretur. Hæc igitur à principio reſcribens conditionem aſpernabatur. Sed inſtanti Antonino, doniſq́ & iureiurādo fidem ſtudij ſui, & charitatis uxoriæ facienti, credidit barbarus: ac pollicitus daturum filiam, generum iam ipſum appellitabat. Cuius rei uulgata mox fama, barbari ſcilicet omnes ad Romanum ſuſcipiendum principem ſe cōparabant, ſpe quadam ſempiternæ pacis exultantes. Cæterum Antoninus prohibente nullo fluuios tranſgreſſus, ac iam Parthicam regionem quaſi propriam peragrans, ſacrificantibus paſſim uniuerſis, ſupraq́ coronata altaria odores incendentibus, lætum ſe honore illo barbarorum magnopere ſimulabat. Poſtea uero quàm magno itinere facto, ad ipſam Artabani regiam appropinquabat, occurrit ei rex in quadam ante urbem planicie, nouum nuptum excepturus, generumq́ ſuum. Sed barbarorū magna multitudo, floribus indigenis coronati, atq́ induti ueſtes auro diuerſiſq́ coloribus uarias, feſtum agitabāt, ad tibiarum fiſtularūq́ & tympanorum ſonitus ſaltantes numeroſe. Quippe huiuſcemodi tripudijs ſupra modum delectantur, præſertim cum ſe temeto largius inuitarunt. Sed ubi omnis multitudo confluxit, ac relictis equis, pharetriſq́ & arcubus depoſitis, inter libamina & calices agitabant, collectiq́ in unum barbarorum quàm plurimi, temere inordinatiq́ conſtiterant, nihil ſuſpectantes mali, ſed pro ſe quiſq́ ſtudentes uidere nouum nuptum: tum ſigno dato Antoninus militibus imperat, impetum cædemq́ in barbaros faciant. Illi re ſubita perterriti, cædentibus ſauciantibuſq́ Romanis terga obuertunt. Ipſe Artabanus à ſuis ſtipatoribus raptus, atq́ equo impoſitus, uix ægreq́ cum paucis fugiēs elabitur. Reliqua uero multitudo barbarorum paſſim cædebatur. Quippe neq́ equos habebant, quibus maxime utuntur: deſcēderant enim ex ijs, paſtūq́ dimiſerant. neq́ ipſi euadere fuga poterant, impediente curſum fluxa ueſte, ad pedes uſq́ deducta. Porrò pharetras aut arcus omnino non attulerant. Nam quid illis opus ad nuptias? Ita ingenti cæde barbarorum facta, Antoninus prædaq́ & hominibus magna copia captis diſcedit, reſiſtente nullo, uiciſq́ & urbibus incenſis, data poteſtate militibus rapiendi, quod quiſq́ poſſet, aut uellet. Hanc igitur calamitatem haud opinato barbari acceperunt. Antoninus autem regionem Parthicam penitus ingreſſus, defeſsis iam rapiēdo cædendoq́ militibus, reuertitur in Meſopotamiam. Indeq́ ſenatui populoq́ Romano per literas ſignificat ſubactum à ſe orientem, cunctoſq́ illius regni mortales in ſuam ditionem conceſſiſſe. At ſenatus quanquam totius negocij gnarus (quippe principum res latere nullo pacto poſſunt) metu tamen atq́ aſſentatione cunctos illi honores uictoriæ decernunt. Subſtitit autem pòſt id Antoninus in Meſopotamia, ſtudio aurigandi ac beluarum uenationibus intentus. Erant præfecti exercituum duo, Audentius, & Macrinus, quorum alter ſenex iam, rerumq́ ciuilium planè rudis, haud tamen imperitus rei militaris habebatur: alter & in foro uerſatus, & legum conſultiſsimus. In hunc igitur ut parum militarem, minimeq́ fortem uirum, publice nonnunquam princeps cauillabatur, ne conuicijs quidem abſtinens. Nam audito illum & uictum uſurpare liberaliorem, & aſpernari uiliſsima abiectiſsimaq́ cibaria, quibus Antoninus militariter delectabatur, chlamydemq́ & ueſtem cæteram ad urbanum modum geſtare, quaſi degenerem ipſum, morboq́ muliebri laborantē calumniabatur, minitans etiam occiſurū. Quorum impatiens Macrinus, uehementer exacerbatus eſt. Accidit aūt res huiuſcemodi. quippe habitura finem aliquando fuerat Antonini uita. Nam cum ſuapte natura curioſior eſſet, nō hominū modo res cognoſcere ſtudebat, ſed deorum,

dæmonumꝗ etiam rimari arcana: metuꝗ ſemper inſidiarū nullis nō oraculis incuba-
bat, accitis undiꝗ magis, aſtrologis, aruſpicibus, ac nullo planè præterito qui huiu-
ſcemodi fallacias profiteret̃. Sed eos quoꝗ ſuſpectans, ut parum uera loquentes, om-
niaꝗ ad aſſentationē uaticinantes, ſcribit ad Maternianū quendam cui rerum ſuarum
omnium curam in urbe crediderat, & quem ſibi ex amicis omnibus fidiſsimum puta-
bat, conſciumꝗ omnium ſecretorum habuerat, magos undiꝗ optimos conquirat, atꝗ
euocatis manibus de fine ipſius uitæ cōſulat, & an quiſquā imperio inſidietur. At Ma
ternianus nauata principi opera, ſiue id re uera manes ſignificauerāt, ſiue alioqui Ma
crinum peroſus, reſcribit Antonino, Macrinū eſſe qui inſidietur imperio, eumꝗ è me-
dio tollendum. Has igitur literas, ut mos eſt, cum reliquis obſignatas, dat ignaris quid
ferrent tabellarijs. Illi conſueta uſi itineris celeritate, ad Antoninū perueniunt, quo ille
potiſsimū tempore ad aurigandum ſe parabat, ac iam currum conſcendebat. Ita ei red
dunt integrum epiſtolarum faſciculum, in quibus erant etiā literæ, quæ ad Macrinum
pertinebant. At uero Antoninus ſtudio iam omni, atꝗ animo ad aurigandum inten-
tus, imperat Macrino, ut ipſe literas ſeorſum inſpiciat, ac ſi quid maioris momenti ſit,
renunciet: ſin minus, ipſe de more ſuum, hoc eſt præfecti, officium exequatur. quippe
talia identidē iniungere cōſueuerat. Ipſe deinde ad ſuū ſtudiū perrexit. Macrinus ſeor-
ſum epiſtolis omnibus ſolutis, etiā in eam incidit, quæ ipſi perniciem afferebat. Cogni
to igitur quantum periculi impenderet, ac gnarus Antonini iracundiæ truculentiæꝗ,
præſertim tam ſpecioſo prætextu, ſubtrahit epiſtolam illam. Cęterarū uero (ut ſolebat)
argumēta principi renunciat. Sed metuens ne iterum ſuper eiuſcemodi rebus Mater-
nianus reſcriberet, malens facere ipſe aliquid, ꝙ expectādo pati, tale quiddam com-
miniſcitur. Erat Martialis quidam cēturio unus è cuſtodibus corporis Antonini, ſem-
per illum aſſectari ſolitus, cuius fratrē paucis ante diebus princeps delatū tantum, ſed
minime redargutū occiderat, ipſumꝗ Martialē per cōtumeliam timidum, ac degene-
rem, & Macrini amicum appellauerat. Hunc uehemēter dolentem fratris nece, pro-
prijsꝗ incitatum cōtumelijs, gnarus omniū Macrinus ad ſe uocat, ſtudioſum iampri-
dem ſui, ac multis obſtrictum beneficijs: cui perſuadet, ut captato quàm primum tem-
pore Antoninum obtruncet. Ille cum promiſsis adductus, tum proprio odio ac uindi-
ctæ fraternæ ſtudio incitatus, libenter omnia ſe facturū pollicetur, cum primum occa-
ſio eueniſſet. Euenit aūt haud multo poſt. quippe agens Carris, quæ eſt Meſopotamię
urbs, Antoninus, deæ lunæ inuiſit templum: quod in ea regione diſtans aliquantū ab
urbe, pręcipuo honore ab incolis colitur. Eo ſecum paucos equitum eduxit, relicto ex
ercitu cætero, ut ſacrificio facto in urbem reuerteretur. Medio aūt itinere uno tantum
famulo comitatus, ac reliquis abſiſtere iuſsis, receſsit ad requiſita naturæ. Quare auer-
ſis omnibus, & ꝙ longiſsime recedentibus, honoris ac reuerētiæ cauſa, Martialis, qui
omnes temporū captabat articulos, ut eum ſolum eſſe animaduertit, ceu nutu princi-
pis ad uidendum aliquid, aut audiendū uocatus, accurrit illico, auerſumꝗ & ſubliga-
cula ſibi deducentem pugione traijcit, quem celatum manu attulerat: & cum in ipſam
iuncturā ferrum incidiſſet, letali ſcilicet uulnere de improuiſo Antoninus minime de
ſenſus occubuit. Quo facto, Martialis ſtatim equum inſcendit, ac fuga euadere conat̃.
Cæterū Germani equites, quibus & delectabatur Antoninus, & cuſtodibus corporis
utebatur, propiores cæteris, primiꝗ facinus cōſpicati, Martialem conſecuti miſſilibus
confodiunt. Quod ubi exercitus reliquus cognouit, oēs ſubito cōcurrerunt: primusꝗ
Macrinus ſupra cadauer conqueri, ac delamentari per ſimulationē cœpit. Grauis ea
res, & moleſta militibus incidit, cōmilitonem conuictorēꝗ aliquem amiſiſſe, non prin
cipem exiſtimātibus. Neꝗ de Macrino quippiam illis adhuc ſuboleuerat, putantibus
Martialem proprias inimicitias perſecutū. Ita in ſua quiſꝗ tabernacula diſceſſere. At
Macrinus tradito igni corpuſculo, reliquias intra urnam coniectas matri ad ſepulturā
remiſit. Ea tunc Antiochiæ morabatur. Moxꝗ ob liberorum calamitates, incertum
ſponte an imperio alicuius, mortem ſibi conſciuit. Hunc finem habuerunt Antoni-
nus, & Iulia mater, cum quidem ad eum quem diximus modum uixiſſent, ac ſexenni-
um tantum ille ſine parente gemanoꝗ ſuo imperauiſſet. Extincto Antonino, incerti
ignariꝗ quid agerēt milites, biduo ſine imperatore fuerunt, quærentes inter ſe, quem
potiſſimum

potiſsimum principem deligerent. Siquidem aduentare magnis copijs Artabanus nunciabatur, pœnas exacturus, & cæſis inter pacem ac libationes miſſurus inferias. Igitur principem deligunt, primo quidem Audentium, militarē ſcilicet uirum, præfectumq́ non improbum. Sed ille ſenectutem excuſans, abnuit imperium. Dein uero Macrinum, ſuadentibus potiſsimum tribunis, quos etiam conſcios inſidiarum Antonini, ac Macrino participes conſilij fuiſſe, poſt illius mortem ſuſpitio extitit, quemadmodum in ſequentibus dicemus. Suſcepit autem Macrinus imperium, non tam fide militum fretus, quàm neceſsitate impulſus, uſuq́ præſenti. His actis, iam ſcilicet Artabanus multis copijs ac uiribus aderat, equitatum ingentem, & ſagittariorum multitudinem adducens, præterea cataphractos camelis inſidentes, qui prælongis contis præliarentur. Quo cognito Macrinus conuocato exercitu, ita loquutus perhibetur:

Dolere uos omnes principis huiuſcemodi, uel ut uerius loquar, commilitonis interitu, minime mirandum. Sed calamitates caſusq́ humanos modice ferre, id uero eſt prudentium. Cæterum illius memoria ueſtris æternum præcordijs inſidebit, atq́ ad poſteritatem propagabitur, rerum fortiter ac magnifice geſtarum, præterea amoris beneuolentiæq́ & cōmunicatorum uobiſcum laborum laudem ſecum deferens ſempiternam. Nunc autem poſtulat tempus honore habito illius memoriæ, iuſtisq́ omnibus perſolutis, occurrere imminenti periculo. Videtis barbarum inſtantem cum totius orientis multitudine, ac iuſtas (ut uidetur) belli cauſas præferentem: ſiquidem nos illum priores laceſsiuimus, uiolato fœdere, atq́ in altiſsima pace bellum excitauimus. Nunc omne Romanum imperium in uirtutem ueſtram recumbit, & fidem. Neque enim de finibus imperij, aut de fluminibus dimicatio nobis aduerſus magnum regem, ſed de omnibus fortunis eſt: cum ſcilicet liberos, conſanguineos ſuos ultum ueniat, quos iniuſte à nobis contraq́ fœdera occiſos arbitratur. Igitur arma capiamus, atq́ (ut mos Romano eſt) ordines in prælio ſeruemus. Quippe in acie barbarorum incompoſita multitudo, ac tumultuaria, ipſa ſe fortaſſe impediet. Veſter autem ordo atq́ conſenſus pugnandiq́ peritia, ſicuti uobis ſalutem, ita hoſtibus perniciem attulerit. Quapropter ſic uelim bene ſperātes dimicetis, ut Romanos decet, utq́ hactenus conſueſtis. Ita enim & barbaros ipſos fuderitis, & gloriam inſignem adepti, fidem Romanis cæterisq́ omnibus feceritis, non dolo aut fraude ulla, ſed uirtute & armis ſuperiorem uictoriā à uobis partam. Quæ poſtq́ locutus eſt, cognita neceſsitate, milites in ordines ſe recipere, atq́ in armis agitabant. Sole autem oriente conſpiciunt Artabanum maximas ſecum copias adducentem. Vt autem ſolem barbari de more propitiarunt, confeſtim ædito ingenti clamore concurrunt in Romanos, ijsq́ adequitantes ſagittas ingerunt. At Romani acie inſtructa, Maurorumq́ equitatu per latera diſpoſito, ac receptis per interualla expeditis militibus quibus facilis eſſet excurſio, fortiter reſiſtentes, impetū barbarorum ſuſtinebant, qui ſcilicet & ſagittarum multitudine, & prælongis contis, quibus cataphracti ex equis aut camelis depugnabant, peſſime Romanos accipiebant. Contra Romani quoties pedem conferebant, facile ſcilicet aduerſarios ſuperabant. Poſtea uero q́ ab equitatu, & camelitarum multitudine premebantur, fuga ſimulata tribulos, aliaq́ machinamenta ferrea acuminata proijciebant, quæ ſub harenis latentia, neq́ cuiquam conſpecta perniciē equitibus, & camelorum inſeſſoribus afferebant. Quippe illis calcatis, equi, potiſsimum uero cameli, quoniam huic generi molliſsimę ſunt ungulæ, ſucciduæ claudicabant, excuſsis tergo inſeſſoribus. Cæterum barbari illi quandiu equis aut camelis inuehuntur, acerrime ſcilicet confligunt. Vbi autem uel deſcēdere iam uel excidere, faciles ſunt captu, neq́ prælium in manibus gerere audent, & ſi fugiendus aut inſequendus ſit hoſtis, crura ſcilicet fluxa ueſte præpediuntur. Vno igitur, alteroq́ die à mane ad ueſperā pugnatū. Nox prælium diremit, reuerſiq́ ſunt in caſtra utriq́ quaſi uictores. Tertia die in planiciem pugnaturi conuenere. Tentante autem Barbaro, utpote qui numero præſtabat, circumuenire Romanum, quaſiq́ indagine concludere: contrà nō iam profundiorem, ſed in frontem productam conſtituebant Romani aciem, ac ſe circumueniri prohibebant. Tanta autem uirorū, iumētorumq́ multitudo cecidit, ut omnis cōpleretur campus, maximiq́ cadauerum aceruí in altum attollerētur, præſertim uero camelorum, quæ aliæ ſuper alias

procubuerunt. Ergo nec liber pugnãtibus curſus erat, nec inter ſe cernẽdi copia, uelut ingenti quodã, ac uix peruio aggere cadauerũ in mediũ extructo, quo ſcilicet prohibẽte tranſitũ ad reliquos, ſinguli ſe in ſua caſtra receperũt. At Macrinus cognito nõ alia de cauſa tã acriter ac pertinaciter pugnare Artabanũ, niſi quia ſe pugnare contra Antoninũ arbitrabat̃ (Solent enim barbari paulo negocio quaſi fatiſcere, ueluti&#x A75B; oneri cedere, ſi modo primis cõgreſſibus parum ex ſententia res geſſerint, Tunc aũt perſtabant, prælium integraturi, cum primũ cadauera cõcremaſſent, ignari perijſſe, qui has inimicitias cõcitauerat) mittit Parthis legatos cum litteris, quę declararẽt occidiſſe imperatorẽ, ac debitum ſuppliciũ luiſſe, qui fœdera & iuſiurandũ temerauerat. ſibi eſſe à Romanis, quorũ ipſum tandem imperiũ ſit, ſummã rerum traditam. Non placere uero quæ acta forent. Itaq; captiuos quicunq; ſupereſſent, raptaq; omnia redditurũ. Cupere ſe illũ ex inimico amicũ facere, pacemq; iureiurãdo ac libaminibus ſancire. Quibus lectis Artabanus, edoctusq; à legatis de Antonini cæde, ſatis dediſſe ſupplicij uiolatorẽ fœderis arbitratus, cõtentusq; reddi ſibi citra ullum cruorẽ captiuos, prædãq; omnem, fœdus cum Macrino ferit, atq; in proprias ſedes reuertit̃. Sed & Romanus imperator, deducto ex Meſopotamia exercitu Antiochiam profectus eſt.

HERODIANI LIBER QVINTVS

DE Antonini imperio, cædeq;, inſidijs, ac ſucceſſione itẽ ſuperiore libro diximus. Cæterũ Macrinus ubi Antiochiam peruenit, literas ſenatui, populoq; Rom. miſit in hanc ſententiam. Cum ſatis ipſi cognitum habeatis, quod nam fuerit meũ iam inde à principio totius uitæ inſtitutũ, quamq; ad benignitatem propenſi mores, quæ manſuetudo in ea poteſtate explicata, quę nõ multũ abeſt à principatu (ſiquidem ipſe quoq; imperator fidei ſe pręfecti cohortis credit) ſuperuacuum eſſe arbitor multis uerbis uti apud uos. Noſtis enim & ipſi parum me lætũ fuiſſe ijs rebus quæ ab illo gerebantur, ac ſæpe ueſtri cauſa periclitatũ, dum ille nulli nõ calumniæ fidem habens, uelut effrenus contra uos irrueret. Itaq; identidẽ mihi obtrectare ſolitus, etiam publice modeſtiam in me atq; humanitatẽ uituperabat, ſegnem & fluxis moribus uocitans. Quippe homo aſſentationibus gaudens, quicunq; ipſum ad crudelitatem exacuebant, rabiemq; inſitam, quaſi ſigno dato prouocabant, & calumnijs iram excitabant, eos ſibi deniq; beniuolos fidosq; in primis amicos arbitrabatur. Mihi autem iam inde à principio nihil lenitate antiquius, modeſtiaq; fuit. Igitur Parthicum bellum longe maximum, & in quo omne Romanum imperium fluctuauerit, ita confecimus, ut nec in acie fortiter dimicando hoſtibus ceſſerimus, & regem maximas ſecum trahentem copias, icto fœdere ex inimico amicum reddiderimus. Porrò me principe liberi, incruentiq; omnes agitabunt, magisq; optimatium conſpiratio hęc erit, quàm principatus. Neq; tamẽ eſt, quod quiſquam indignum inperio cenſeat, aut fortunæ crimen putet eſſe, quod ex equeſtri ordine ad imperium peruenerim. Nam quò obſecro nobilitas ipſa, niſi morum benignitas adſit & humanitas? Siquidem fortunæ munera, etiã parum dignos exornant, animi uirtus propriam cuiq; gloriam conciliat. & claritas quidem generis, diuitiæ'q;, atq; id genus reliqua, & ſi beatorũ propria putentur, minime in ipſis, utpote ab alijs tradita laudant̃. lenitas autem, ac benignitas, & ſi ipſæ quoq; admirationi ſunt, attamen habenti quoq; laudem accumulant. Quid enim uobis profuit Commodi nobilitas, aut Antonini paterna ſucceſſio? Scilicet eiuſmodi homines quaſi ipſis debitam hæreditatẽ adepti, ueluti proprio patrimonio per contumeliam abutuntur. Qui autem à uobis imperium acceperunt, ueluti in perpetuum obſtricti etiã referre gratiam pro meritis enituntur. Ad hæc patricia principum nobilitas ſæpenumero in ſuperbiã uertit, deſpectis omnib. uelut inferioribus. At qui modeſtiæ experimento ad imperiũ aſciſcuntur, quaſi partum labore tuentur ſemper, uerenturq; & colunt quos cõſueuerant. Mihi ſanè decretũ eſt, nihil ſine autoritate ueſtra gerere, ac uos participes cõſiliariosq; habere reip. gerendæ. Viuetisq; pro arbitrio ueſtro in

ſtro in libertate illa, quã uobis antehac à patricijs imperatoribus ereptã, Marcus dein Pertinaxq; reſtituere conati ſunt, ambo ad imperiũ priuatis cunabulis innutriti. quippe generis initia clara poſteris relinquere ipſum pręſtat, quàm accepta à maioribus fœdis moribus contaminare. Hac lecta epiſtola, conclamatum à ſenatu uniuerſo, nulliq; non honores Auguſtorum Macrino decreti. Neq; uero tantopere lętus ſenatus Macrini ſucceſſione fuit, quàm uulgo uniuerſi gratulabantur extinctum Antoninum. Nam ut quiſq; autoritate aliqua, aut dignitate præcellebat, ita maxime imminentẽ ſuis ceruicibus depuliſſe gladium, arbitrabatur. Delatores aũt & ſerui omnes, quicunq; dominos detulerant, patibulo ſuffixit, totaq; urbs, atq; adeo Romanũ imperium ſceleratis hominibus purgatum, partim ſupplicio affectis, partim exilio mulctatis. Quod ſi qui tamen latuerunt, metu quieſcentium, etiam ipſi libertatis quandam imaginem præferebant, anno duntaxat uno, quo Macrinus imperium obtinuit. Quippe hoc tantum peccauit, quòd non exercitum illico dimiſit, atq; unoquoq; domum reuerti iuſſo, ipſe Romam ſui cupidam ſtatim non petijt, uocante populo quotidie ſe, ac Macrinum uociferante. Sed Antiochiæ morabatur, barbam nutriens, & incedens ꝗ ſolebat lentius, tardiſſimeq; ac uix adeuntibus ſe reſpondens, adeoq; interdum ſubmiſſa uoce, ut ne exaudiri quidem poſſet. Hæc enim demum ſibi de Marci moribus imitanda propoſuerat, cum ad illius reliquã uitam nullo pacto aſpiraret. Quippe delitioſius indies agitãs, hiſtrionibusq; & ſaltatoribus intentus, & gubernandi negligens, incedebat cum fibulis ac balteo auratis gemmatisq;. Qui luxus minime Romano gratus exercitui, certe quem barbaris putant fœminisq; congruentiorẽ ꝗ principi. Talia igitur intuẽtes, magnopere improbare omnes, uitamq; plane hominis aſpernari molliorem, quàm ut militari uiro conueniret; ſimul cõparare inuicem Antonini uitæ exemplum, ſolertis imprimis, ac plane militaris uiri, & Macrini luxuriem. Pręterea grauiter indignari, quòd ipſi adhuc in tabernaculis agerent, procul à patria, ac nonnunq; rerum quoq; neceſſariarum indigerent, neq; domum dimitterentur etiam pace facta, cum ſcilicet ille contra molliſſime, ac delicioſiſſime uitam coleret. Igitur excuſſis uelut habenis quotidie in hominem cauillabantur, ac leuiſsimam quanq; occidendi eius occaſionẽ aucupabantur. Sed ita ſcilicet fato datum fuerat, ut uno duntaxat anno princeps Macrinus in delicijs abſumpto, ſimul cum uita imperium amitteret, exiguam tenuemq; fortuna occaſionem militibus oſtentante, ad ea quæ concupierant patranda. Mæſa erat quædam nomine, Phœniſſa mulier, ab Emeſa urbe Phœniciæ, cui ſoror Iulia fuerat Seueri coniunx, ac mater Antonini. ea uiuente ſorore multos annos in aula imperatoria uixerat; Seuero & Antonino principibus. Hanc igitur Męſam poſt ſororis obitum, atq; Antonini cędem, iuſſerat Macrinus in patriam cum omnibus bonis reuerti. Abundabat autem grandi pecunia, utpote longiſsimo tempore inter principalem potentiã enutrita. Reuerſa igitur anus, domi agitabat. Erant uero ei filiæ duæ, quarũ natu maior Soænis, minor Mammæa uocabatur. Illi filius Baſſianus, huic Alexianus, amboq; ſub matribus, auiaq; educabant. Et quidem Baſſianus annos natus erat circiter quatuordecim, Alexianus aũt decimũ iam annum attigerat. Sacerdotes ambo Solis, quẽ maxime indigenæ colunt, Phœnicum lingua Heleagabalũ uocitantes. Templumq; illi maximũ conſtructum habent, auro argentoq; plurimo ac lapidum eleganti magnificentia exornatum. Neq; ſolum indigenæ deum illum uenerant, ſed uicini quoq; ſatrapæ, regesq; barbari, certatim quotannis ſplendida offerunt munera. Simulacrũ uero nullum Gręco aut Romano more manu factum ad eius dei ſimilitudinẽ. Sed lapis eſt maximus, ab imò rotundus, & ſenſim faſtigatus propemodum ad coni figuram. Niger lapidi color, quẽ etiã iactant cœlitus decidiſſe. Eminent in lapide quædã, formæq; nonnullæ uiſuntur, ac Solis imaginẽ illam eſſe affirmant, minime humano artificio fabrefactam. Huic igitur deo ſacer erat Baſſianus, quippe natu maior, & ipſe potiſsimum ſacerdotio fungebatur, incedens barbarico cultu, tunicas indutus intextas auro, ac manuleatas, & ad pedes uſq; demiſſas, cruraq; tota cõ uelans ab unguibus ad femora, ueſtibus similiter auro purpuraq; uarijs, capite coronã geſtans precioſorum lapidum coloribus florẽtem. Præterea integer æui, cunctorũq; eius ætatis adoleſcentiũ formoſiſſimus. Quare congruentibus in unum forma corporis, atq; ætatis flore, ſimul habitu illo molliſſimo, facile

ipſum, neq; imperij ſigna cōſpiciebant, qui pro illo certamē ſubierant, ignari ubi nam foret, iaceret, an auſugiſſet, haud ſatis conſtitutum habentes, quod ſibi capiendū conſilium foret, neq; periclitari diutius pro eo decreuerāt, qui iam nuſquam compareret, & ſe permittere hoſtium poteſtati, quaſi dediticios captiuosq; uerebantur. Vt autem à captiuis audiuit Antoninus auſugiſſe è prælio Macrinum, mittit ſtatim nuncios, qui doceant fruſtra illos pro homine pauidiſsimo, ac fugitiuo decertare, ueniamq;, & obliuionem omnium iureiurando pollicetur, ſtipatoresq; iam tum ſibi illos adſciſcit. Igitur omnes re credita ceſſerunt. At uero Antoninus mittit illicò, qui Macrinū conſequantur, cum iam plurimū uiæ præcepiſſet. Inuentus aūt eſt in Chalcedone Bithyniæ urbe, grauiſsime ægrotans, ac perpetuo itinere attritus, latitans in ſuburbano quodam, ubi illi caput abſciſſum. Dicebatur autem Romam properare, fretus popularibus ſtudijs: ſed tranſgredientem in Europam, anguſto propontidos freto, iamq; Byzantio appropinquantem, uento aduerſo uſum perhibent, quaſi flatu ipſo ad ſuppliciū retrudente. Tantum igitur abfuit Macrinus, quo minus perſecutores effugerit, finem uitę ſortitus fœdiſſimum, qui Romam reuerti poſt uoluerit, quod ſtatim à principio facere oportuerat. Offendit autem conſilio pariter, atq; fortuna. Ita ſcilicet occiſus eſt Macrinus cum filio Diadumeno, quem iam Cæſarem fecerat. Poſtea uero quàm exercitus uniuerſus Antoninum imperatorem cōſalutauit, atq; ille ſummam rerum ſuſcepit, rebus iam in oriente, ut quæq; maxime urgebant, ordinatis, ab auia ſcilicet atq; amicis (nam ipſe adoleſcens admodū, ac rerum erat imperitus) haud diu moratus, profectionem edicit, feſtinante in primis Mæſa ad Romanam aulam, cui tam diu inſueuiſſet. Sed ut ſenatui populoq; Romano res innotuit, omnes eum nuncium grauiter accepere. Sed parendum neceſsitati fuit, electo à militibus principe. Cæterum incuſantes Macrini negligens ingeniū, fluxosq; mores, neminē utiq; alium, ſed ipſum ſibi fuiſſe mali cauſam dictitabant. At uero Antoninus è Syria profectus, Nicomediæ hyemauit, ita poſtulāte anni tēpore. Statim igitur debacchari ſupra modū cœpit, cultūq; patrij numinis, cui dicatus fuerat, celebrare ſuperuacuis ſaltationibus, ueſtitū uſurpans luxurioſum, purpura intextū, atq; auro, monilibusq;, & armillis redimitus, coronas etiam ſuſtinens ad Tiaræ modū auro lapilliſq; precioſis inſignitas. Forma habitus inter Phœniſſam ſtolam, ac Mædorū amictum. Nam Romanā ueſtem, aut Græcanicam planè aſpernabatur, è lana (ut ipſe aiebat) hoc eſt è re uiliſſima confectam. Neq; niſi ſericas telas dignabatur, procedens identidem ad tibias, & tympana, uelut orgia numinis cōcelebraret. Hæc cernens Mæſa ac ferens iniquo animo, ſupplex illi perſuadere conabatur, ut Romanum aſſumeret cultum, ne urbem mox curiamq; ingrediens peregrino illo barbaricoq; habitu ſpectantium oculos perſtringeret, inſolentes eiuſcemodi munditiarum, ac reputantes muliercculis q̃ uiris congruentiores. Sed ille uerbis anicułę contemptis, nec cuiq; præterea credendum putans (quippe neminem circa ſe, niſi moribus conſimilem, ſuiſq; obſecundantē uitijs habebat) cum retinendū ſibi quęcunq; illum cultum animo obſtinaſſet, decreuit abſens periculum facere, quonā animo ſenatus populusq; Romanus laturi forent. Quare imaginem propriam maximis liniamentis, qua ipſe obire ſacerdotis munia uidebatur, ſimulq; figuram numinis, cuius ſacerdotium gerebat, depictam in tabula pręmiſit Romam, iuſsis qui eam ferrent in media curia loco ædito ſupra Victoriæ caput collocare, ut cum ſenatus haberetur, thura unuſquiſq; adoleret, merumq; libaret. Edixit item ut omnes Romani magiſtratus, quiq; publice ſacra facerent, ante alios deos, quorum meminiſſe inter ſacrificandum ſolent, deum Heliogabalum nuncuparent. Quapropter ut in urbem peruenit, nihil ſcilicet nouum Romani uiderunt, inſueti iam picturæ. Diuiſo igitur Congiario in populū (ut mos eſt imperium ſuſcipientibus) ſpectacula omnifariam ædebat magnificētiſsima, tēplumq; item maximū pulcherrimūq; deo erexit, plurimasq; circa tēplū cōſtituit aras, ad quas quotidie mane taurorū hecatombas, & ouium magnā multitudinē immolabat. Coaceruatiſq; ſupra aras omne genus odoribus, etiam ueterrimi cuiuſq; optimiq; uini plurimas amphoras profundebat, ſic ut riui paſſim uini, ſanguiniſq; promiſcue defluerent. Chorosq; circū aras agitabat, nullis nō organis cōſonantibus, unaq; mulieribus Phœniſſis curſitantibus in orbem, cymbalaq; inter manus habentibus, aut tympana, omni

circunſtante

circunſtante ſenatu atq; equeſtri ordine ad theatri formam. Exta porrò uictimarũ atq;
a: omata intra lances aureas, capitibus impoſita geſtabant, non quidem famuli aliqui,
aut humiles perſonæ, ſed præfecti exercitibus, & quicunq; maximas dignitates obti-
nebant, induti tunicas talares ac manuleatas, unamq; in medio purpuram ferẽtes. ſed
& linteis calceamentis utebantur, quemadmodum uates in eis regionibus conſueue-
runt. Porrò ingentem ſe honorẽ tribuere putabat, quibus eiuſcemodi ſacrificia partici
paret. Sed quamuis inſtaurare choros, & ſacra facere perpetuo uideretur, plurimos ta-
men ex illuſtribus uiris atq; opulentis interfecit, delatos ſibi, quod parum lęti illiuſmo
di uita etiam in ipſum quandoq; cauillarentur. Duxit præterea uxorem illuſtriſſimam
Romanam fœminã, quam etiam Auguſtam appellauit, cumq; ea tamen paulopoſt di-
uortium fecit, ademptiſq; honoribus priuatam colere uitam iuſſit. Poſt illam uero ca-
ptum ſe amore ſimulans, ut aliquid uirile ſaltem facere uideretur, Veſtalem ſacerdotẽ,
quam leges caſtam eſſe & uirginem perpetuo uolunt, abreptam è templo pro uxore
habuit. Ita mœſtũ tanto flagitio ac piaculo ſenatũ per epiſtolam conſolatus, humanum
eſſe id peccatum, captum ſe illius amore. Cæterũ ſacerdoti cõgruere ſacerdotis nupti-
as, ob idq; etiã auguſtiores futuras. Sed eam quoq; paulopoſt dimiſit, tertia uxore du-
cta, quæ referre ſuum genus ad Cõmodum dicebatur. Neq; uero humana tantum ma-
trimonia ludebat, ſed etiã deo ſuo quærebat uxorẽ. Itaq; Palladis ſimulachrum, quod
occultũ Romani, neminiq; uidendum colunt, in cubiculũ ſuum tranſtulit: immotumq;
ad eam diem, ex quo Ilio auectum fuerat, præterq; cum templum conflagrauit, ipſe e-
mouit ſedibus, eamq; deam ſui dei coniugẽ in aulam imperatoriã adduxit. Dein cordi
eſſe negans deo belligerã uxorem atq; armatã, ſimulacrum Vranię iuſſit afferri. Quod
ſcilicet Carthaginenſibus, omniq; Africæ uenerabile, poſitum fuiſſe à Phœniſſa Dido
ne creditur, quo tẽpore antiquã Carthaginẽ diſſecto corio ædificauit. Hanc Afri Vra
niam uocant, Phœnices Aſtroarchen, Lunam eſſe affirmantes. Congruere igitur aie-
bat Antoninus matrimonium Solis & Lunæ. Itaq; & ſimulacrum afferri iuſſit, & auri
quicquid in templo erat, pecuniamq; deo ſuo dotis nomine dari præcepit. Quod ubi
allatum eſt, ac prope Heliogabalũ conſtitutũ, iuſsit urbe tota Italiaq; feſtos dies, cele-
bresq; & læticiæ plenos, publice priuatimq; quaſi dis nubẽtibus agitari. Fecit & in ſub
ſuburbano templum maximũ, ac magnificentiſſimũ, in quod anno uertente deum ſu-
um adulta iam æſtate deducebat, ludiſq; curulibus & ſcenicis, epuliſq; & peruigilijs
populum à ſe oblectari arbitrabaẽ. Ipſum porrò dei ſimulacrum impoſitum uehiculo,
quod eſſet auro precioſiſq; lapidibus exornatum, deducebat ex urbe in ſuburbanum,
trahentibus equis ſeiugibus, emaculato candore, ac magnitudine præcellentibus,
auroq; multo, & phalerarum uarietate conſpiciendis. Neq; enim quiſquam mortalium
eum inſcenderat currum, ſed circumſtabãt omnes quaſi aurigantẽ deum. Antoninus
autem retrorſus currens, ac ſimulacrum ipſum aſpectans, currum antecedebat, frenos
manibus retinens, totumq; iter ita retrorſum currens, ac deum ſemper aſpectans con-
fecit. Ac ne caderet, laberetur q;, ignarus quò tenderet, auroſam ſubſtrauerant harenã,
militesq; eum utrinq; retentabãt, quo tutius retrocederet, diſcurrẽte etiã cum facibus
utrinq; populo, & coronas floresq; iaciẽte. tum deorum omniũ ſimulacra, & quicquid
conſpicuũ in templis, principatusq; inſignia, & precioſiſſima ſupellex, equites item,
& exercitus uniuerſus pompam illiuſmodi comitabanẽ. Vbi aũt deduxerat, atq; in tẽ-
plo conſtituerat, ſacris iam celebritatibusq; peractis, maximas altiſsimasq; turres ad
idipſum extructas conſcendebat, Inde ſcilicet in plebem miſſilia ſparſurus, aurea uide
licet argẽteaq; pocula, ueſtesq;, & lintea om̃e genus, beſtias præterea cicures oẽs, exce
ptis ſubus, quibus ipſe (ut mos eſt Phœnicibus) abſtinebat. Multi igitur inter rapien-
dum periere, partim inuicem proculcati, partim militũ contis trãsfixi, ſic ut ea celebri
tas calamitatẽ q; plurimis attulerit. Ipſe identidem aurigãs, aut ſaltans cõſpiciebatur,
quippe ne latere quidem ſua patiebatur flagitia, procedens etiã in publicum pictis o-
culis, geniſq; purpuriſſatis, faciemq; ſuapte natura formoſam indecoris coloribus infi
ciens. Quod animaduertens Meſa, ac ſuſpectans militum indignationẽ, metuensq; ne
ſi illi quid accidiſſet, ipſa rurſus in priuatam uitam relaberetur, perſuadet leui alioqui
ſtolidoq; adoleſcenti, ut ſibi conſobrinum ſuum nepotemq; ipſius ex altera filiarum

Mammea

Mammea prognatũ adoptaret. Ita ad gratiam locuta, oportere iam ipſum ſacerdotio, religioniq́ꝫ numinis uacantẽ bacchari, ac deûm celebrare orgia: ſufficiendũ autem alte rum, qui res curaret humanas, quiq́ꝫ illi principatum uacuum ab omni moleſtia curaq́ꝫ præſtaret, Neq́ꝫ tamen peregrinũ aliquem, aut alienum hominem requirendũ, ſed con ſobrino potiſsimum id honoris tribuendum. Is erat Alexianus, qui tum nuncupaba- tur Alexãder, auito ipſo nomine in Macedonis regis nomen cõmutato. Nam eum re- gem fama per ſe celebrem, etiam magnopere coluerat Antoninus Seueri filius, quem fuiſſe amborũ parentem perſuadere anus conabatur, iactato filiarũ inceſto, quo illi ma gis, magisq́ꝫ à militibus diligerentur. Quare Cæſar declaratus Alexander, conſulq́ꝫ fa- ctus cum Antonino eſt, ſenatu ſcilicet per ridiculũ decernẽte, quod ille uoluerat, hoc eſt, uideri ipſum patrem, qui natus annos foret circiter quatuordecim, Alexandrũ ue- ro filium, qui tum duodecimum attigiſſet. Poſtea igitur quàm Alexander Cæſar eſt ap pellatus, uolebat eum ſtatim Antoninus ſuis illis inſtitutis imbuere, ut ſcilicet choros agitans, ſaltansq́ꝫ, & ſacerdotij particeps, ueſtitu eodem, atq́ꝫ artibus uteretur: quem ta men mater Mammæa ab omni illa fœditate uindicabat, ſummis clam doctoribus om- nium diſciplinarũ, modeſtiãq́ꝫ edocens, ac paleſtra, uirilibusq́ꝫ gymnaſiis inſuefaciẽs, græcisq́ꝫ eum pariter & latinis literis inſtituẽs. Quibus rebus magnopere Antoninus indignabatur, iamq́ꝫ adoptionis, imperijq́ꝫ participati pœnitebat. Quapropter omnes illius doctores aula exegit, quoſdamq́ꝫ illuſtriores partim morte, partim exilio affecit, ridiculas allegãs cauſas, quòd filium ipſius corrũperent, neq́ꝫ agitare eum choros, atq́ꝫ ebacchari ſinerent, ſed ad modeſtiã componerent, & uirilia officia edocerent. Eoq́ꝫ ue cordiæ prouectus eſt, ut omnes ſcenicos artifices, ac theatricos ad maximas imperij di gnitates promoueret. Quippe exercitibus ſaltatorem quẽdam præfecit, qui olim iuue nis publice in theatro operas dederat. Alium item è ſcena iuuentuti, alium ſenatui, ali- um etiam equeſtri ordini præpoſuit. Aurigis item & comœdis, mimorumq́ꝫ hiſtrioni- bus, maxima imperij munia demandabat. Seruisq́ꝫ ſuis, aut libertis (ut quiſq́ꝫ turpitu- dine reliquos anteibat) procurationes tradebat prouinciarũ. Ita rebus omnibus, quæ grauia olim, honeſtaq́ꝫ cenſebanť, per omnem contumeliam, ac temulentiã debacchan tibus, cum cæteri omnes, tum in primis Romani milites indignabãtur, contẽnebantq́ꝫ eum, utpote uultum componentem elegantius, q̃ fœminam probam deceret, Inſuper aureis monilibus, molliſsimoq́ꝫ ueſtitu, haud quaquam uiriliter ornatum, ſaltantemq́ꝫ in conſpectu omnium. Quare propenſiores animos in Alexandrum habebãt, ſpemq́ꝫ meliorem in puero modeſte & continenter educato, ſeruabantq́ꝫ eum diligenter om- nes ab inſidijs Antonini. Mater autem Mammæa neq́ꝫ poculentum aliquid, neq́ꝫ eſcu lentum guſtare puerum ſinebat, quod ab illo mitteretur. Cocis autem & pincernis ute batur puer non quidem imperatorijs, aut communibus, ſed quos mater tantum dele- gerat, ac ſpectatæ fidei futuros arbitrabatur. Dabat item furtim pecunias mater, quas ille inter milites clanculum diuideret, ut eorum beneuolentiam etiam pecuniæ pigno- re (hanc enim illi potiſsimũ ſpectant) haberet autoratam. Quę intelligens Antoninus, nihil nõ inſidiarum Alexandro, matriq́ꝫ intendebat. Quas tamen omnes arcebat pro- hibebatq́ꝫ cõmunis auia Mæſa, mulier alioqui acerrima, multosq́ꝫ annos in aula cũ ſo rore ſua Iulia Seueri coniuge cõmorata. Nihil itaq́ꝫ eam latebat, quod Antoninus moli retur, homo ſuapte natura futilis, & qui omnia quæ placerẽt propalam loqueretur atq́ꝫ ageret. Poſtea uero quàm inſidiæ parum procedebant, detrahere puero Cæſaris hono rem decreuit. Itaq́ꝫ neq́ꝫ ſalutari, neq́ꝫ iam foras procedere patiebatur. Milites aũt ma- gnopere illum requirebant indignantes, ſiquidem imperium quoq́ꝫ adimeretur. Sed Antoninus famam uulgauit, quaſi iam obijſſet Alexander, ut ſcilicet periclitaretur, quonam id animo laturi milites forent. At illi nuſquam cõparente puero, præterea ani mis rumore illo exulceratis indignabundi, neq́ꝫ ſolitam cuſtodiam miſerunt Antoni- no, & incluſi caſtris uidere Alexandrũ uelle in ipſo templo dictitabant. Eo metu ictus Antoninus, Alexandro ſecum in uehiculo imperatorio conſidente, quod erat auro multo gemmisq́ꝫ exornatum, contendit in caſtra. Cæterum portis reſeratis accepere utrunq́ꝫ milites, atq́ꝫ in templum caſtrorum deduxerunt, ſalutantes ſupra modum, & lætis clamoribus proſequentes Alexandrum, ſpreto propemodũ Antonino. Quæ ille

ægreferens, cum in templo caſtrorum pernoctaſſet, iratus militibus, notatis qui Alexandro acclamauerāt, quaſi ſeditionis & tumultus autoribus, arripi omnes ad ſupplicium imperauit. Quod illi ęgreferentes, atq; Antoninum iam antea quoq; peroſi, cum tollere è medio principem fœdiſsimū optarent, ſuisq; cōmilitonibus ferre ſuppetias, rati hoc eſſe tempus ipſum ſtatim Antoninū, matremq; Soænidem, quæ forte illic aderat, interfecerūt, cumq; eis ſeruos, miniſtrosq; omnes ſcelerum, quicunq; tum in ea caſtra conuenerant. Cæterum Antonini, & Soænidis cadauera trahenda per contumeliam plebi tradiderunt, quæ diu per totam urbem raptata ac dilaniata, poſtremo in cloacas abiecta ſunt, ut inde ſcilicet in Tyberim deferrentur. Sic Antoninus ſexenniū imperio occupato, uitaq; (ut diximus) acta ſimul cum matre occiſus eſt. Milites aūt Alexandrum imperatorē cōſalutatum in aulam palatinam deduxerunt, aduleſcentulum admodum, atq; adhuc auiæ præceptis obtemperantem.

HERODIANI LIBER SEXTVS

QVEM igitur habuerit finem uitæ maior Antoninus, in ſuperioribus demonſtratū eſt. Alexander autem poſt illum nomen inſigniaq; gerebat imperij. Cæterum negociorum adminiſtratio, ac principatus gubernacula, mulieribus incūbebant, omnia transferre ad modeſtiam grauitatēq; conantibus. Quippe iam primum ſedecim ordinis ſenatorij uiros, ætatis grauitate, uitæq; ſanctimonia præcellentes, aſſeſſores principis, & conſiliarios delegerunt, nihilq; aut dicebatur, aut agebat̃, niſi illorū accedente ſuffragio. Grata igit̃ populo, militibusq; ac ſenatui præterea forma principatus erat, ex cōtumelioſiſsima tyrannide ad optimatiū gubernationē redacta. Igit̃ primo deorum ſimulacra, quæ ille proprijs ſedibus extulerat, ſuis quæq; templis, delubris ſanisq; reſtituerunt. Dein quos ille temere, aut uiciorū nomine, ad honores dignitatesq; extulerat, ſubmotos inde ad priſtinā uitam oēs, artificiūq; redegerunt. Res aūt cunctas, atq; adminiſtrationes, ciuiles quidē, & forenſes, inſignibus doctrina uiris, legumq; peritiſsimis, militares aūt claris bellica uirtute hominib. cōmendabant. Cumq; diu ad hunc modum regeret̃ imperiū, Mæſa iam extremæ ſenectutis diem ſuum obijt, honores adepta imperatorios, atq; (ut mos Romanis eſt) inter diuas relata. At Mammæa cernens iam ſolā ſe filio reliquā, præeſſe ad eundē modum, moderariq; ſtudebat. Cūq; adoleſcentē ſummā habere iam cerneret autoritatē, metu ne uiuida ætas in ſumma poteſtate licentiaq; rerum in cognata aliqua impingeret uitia, undiq; aulam ſeruabat, neq; adiri à quoq; aduleſcentē patiebatur, cuius uita moresq; improbarent̃, ne ſcilicet bona indoles corrumperetur, prouocantibus appetitū eius iam uigentē aſſentatoribus in extremas libidines. Perſuaſerat aūt, ut actibus incubaret meliore diei parte, idq; faceret quàm ſæpiſsime, ne quod ſpacium ſupereſſet uacandi malis artibus occupato rebus potioribus, ac neceſſarijs imperanti. Cæterū ſuapte natura ſuberat Alexandro mite manſuetūq; ingeniū, propenſumq; ad humanitatē, quod ipſum ætas etiā conſequens declarauit. Quippe annis quatuordecim Anæmaton, hoc eſt citra ſanguinem geſsit imperiū, ne uno quidē occiſo. Licet enim permulti maximis criminibus impegerint, tamen ab illorum cæde ſemper abſtinuit, quod utiq; nō facile à quoq; omnium imperatorum, quiqui Marco ſucceſſerint, factum obſeruatūq; inuenies. Neminē quiſq; illo imperante cōmemorare poteſt, cui mors indemnato ſit illata. Matrē uero etiam incuſabat, eiq; grauiter ſuccenſebat, quòd eſſet pecuniæ auidior, & opum cumulandarū ſtudioſior uidebatur. Etenim cum ſimularet ideo ſe theſauros cōgerere Mammæa, ut ſuppeditare Alexādro poſſet, quod is facile, abundanterq; ſuis largiret̃ militibus, proprios domi theſauros extruebat. Quæ res imperatori notam infamiæ attulit, quod illo ſcilicet inuito, atq; indignabundo etiā, mulier auida per fraudē bona quorundam, atq; hæreditates ſuppilabat. Dedit item filio in matrimoniū puellam patricij generis, quā etiam marito charam gratāq; imprimis, eadem paulopoſt aula per omnē contumeliā exegit. Et cum ipſa tantum uocari Auguſta uellet, eamq; appellationē puellæ inuide-

ret, eò contumeliarũ prouecta eſt, ut puellæ pater, quamuis magnæ apud Alexandrũ generum autoritatis, impatiens Mammææ iniuriarũ, quas ipſi nataeq; inferebat, confugerit in caſtra, gratiã ſe habere Alexandro dictitans habiti ſibi honoris. Cæterũ Mammæam accuſans, nihil non contumeliæ inferentem. Quare indignata mulier interfici eum quidem iuſsit, puellam uero ædibus imperatorijs exactam, in Africam relegauit. Hæc aũt omnia fiebant inuito, coactoq; Alexandro. quippe illi mater ſupra modum imperitabat, ac dicto audientẽ ſemper habebat: ut hoc tantum reprehendi in Alexandro poſsit, quod manſuetudine nimia, & reuerentia maiore ꝙ oportuit, etiam contra animi ſui ſententiam matri obſequeretur. Igitur cum ad hunc modum tredecim annos (quod quidẽ ad ſe attineret) ſine querela cuiuſquam imperium gubernaſſet, ecce tibi haud opinato literę è Syria Meſopotamiaq; redditæ à ducibus, in quibus ſcriptũ eſſet, Artaxarem Perſarum regem Parthis iam deuictis, atq; Artabano, qui rex magnus primus appellatus eſt, duplicíq; diademate utebatur, non ſolum orientis regno, ſed uita quoq; expulſo, ſubigere uicinos barbaros, ac ſibi uectigales facere: neq; iam intra fluuium Tygrim tenere ſe, ſed ſuperatis ripis, ac Romani finibus imperij, excurrere per Meſopotamiam, Syriæq; minitari: omnemq; Europæ oppoſitam continentem, quæ mari Aegæo fretoq; Propontidos terminatur, atq; Aſiæ nomen habet, ceu ueterem Perſarum poſſeſsionem ſibi uindicare: quod iam inde à Cyro, qui primus imperium à Medis in Perſas trãſtulit, ad Darium uſq; extremũ Perſarum regem, cui regnum Alexander abſtulerit, cuncta olim Ionia Cariaq; tenus à Perſarũ ſatrapis gubernarentur. Quare ſui muneris eſſe curare nunc, ut uetus atq; integrum imperiũ Perſis reſtitueretur. Quibus intellectis Alexander atq; haud mediocriter re ſubita inopinataq; perturbatus, quippe in altiſsima pace educatus à puero, atq; urbanis delicijs innutritus, conuocato prius amicorum conſilio, decreuit legatos cum literis mittere, qui ſpem barbari, conatusq; inhiberent. Igitur literæ ad hanc ſententiã cõpoſitæ. Oportere illum ſuis finibus contentum, nihil rerum nouarum moliri, neq; ſublatũ uana ſpe ingens excitare bellum. Debere unumquenq; ſuis fortunis acquieſcere. Nõ perinde ſibi pugnã proceſſuram aduerſus Romanos, ut aduerſus uicinos, & eiuſdem corporis barbaros. Admonebat præterea uictoriarum, quas cõtra eos Auguſtus ac Traianus, Luciusq; item & Seuerus adepti fuiſſent. Huiuſcemodi literis Alexander perſuaſurum ſe barbaro, metu ſcilicet perterrito, pacem quietemq; arbitrabatur. Quibus ille contẽptis, remq; armis potius, quàm uerbis gerendam ratus, tum uero ferociſsimus ingruere: decurſaq; ac perequitata Meſopotamia omni, prædas agere, atq; oppugnare Romanorũ caſtra, impoſita fluminum ripis, quæ ſcilicet imperij limites tuerentur. Cumq; homo eſſet natura glorioſus, ac ſublimes animos gereret, ſucceſſu rerum inopinato ſubacturũ ſe omnia uidelicet exiſtimabat. Nec enim parua erant, quæ illius animũ ad maius cõcupiſcẽdum regnum inflãmabant. Primus nanq; ipſe Parthis bellum inferre auſus Perſarum recepit imperium. Siquidẽ poſt Darium illum, cui regnum Macedo Alexander abſtulerat, permultis ſanè annis Macedones ipſi, quiq; Alexandro ſucceſſerũt, diuiſas inter ſe orientis Aſiæq; totius regiones gubernarunt. Sed ortis inter ipſos diſcordijs, ac frequẽtibus bellis attrito Macedonũ robore, primus Arſaces Parthus perſuaſiſſe earum regionum barbaris memorat̃, ut à Macedonibus deficerẽt: impoſitoq; ſibi diademate, Parthorũ barbarorumq; uicinorũ conſenſu & ipſe regnum tenuit, & poſteris reliquit ad Artabanũ uſq; regem. quo interfecto Artaxares, regnoq; Perſis reſtituto, uicinaq; Barbaria per uim ſubacta, facile iam Romanam quoq; potentiã laceſſebat. Quæ ubi Alexandro Romæ agenti nunciata ſunt, minime iam ferendam putans inſolentiã barbari, uocantibus illuc ſe ducibus, ægre ſcilicet tandemq;, contraq; animi ſui ſentẽtiam ad expeditionem ſe comparat. Igitur in Italia, prouincijsq; reliquis delectus habebantur cunctorum, qui uel habitudine corporis, uel ætatis uigore, idonei fore ad pugnam uiderentur. Motusq; ingens omnibus Romani imperij regionibus extitit delectibus habendis, qui tantæ barbarorum multitudini pares forent. At uero Alexander, urbanis omnibus militibus conuocatis in campum, conſcenſoq; tribunali in hanc ſententiam uerba fecit: Cuperem cõmilitones eiuſcemodi habere orationẽ apud uos, quæ & dicenti mihi, ut conſueuerat ornamẽtum, & uobis audientibus lætitiam cõciliaret.

Nam cum multos annos pacē agitauerimus, ſiquid noui nūc audieritis, fortaſſe quaſi pręter ſpem acciderit, expaueſcetis. Decet aūt uiros fortes, atq; moderatos optima quidem optare, ſed ferre quæcunq; incidant. Vt enim quæ cum uoluptate agimus dulcia, ita quæ cum uirtute, glorioſa ſunt. Atq; ut is qui prior laceſsit, ipſe ſibi iniurius uidetur, ita qui propulſat iniuriam, confidentior ex conſcientia fit, atq; ex iuſticia ſpem bonam mutuatur. Artaxares uir Perſa, poſtea quàm Artabanum dominū ſuum interfecit, atq; ad Perſas imperium tranſtulit, etiam noſtra arma laceſſere deſpecta maieſtate Romana, & iam incurſare, ac uaſtare noſtras prouincias aggreditur. Huic ego per literas à principio ſtudui perſuadere, ut inexplebilem illam uecordiā omitteret, néue aliena concupiſceret. At ille barbara inſolentia prouectus, neq; ſe continere ſuis ſedibus iam uult, & nos ad pugnam prouocat. ne cunctemur igitur, néue prælīū detrectemus: ſed quicunq; ſeniores hic adeſtis, admonete quàm primum illum tropæorum, quæ plurima aduerſus barbaros Seuero atq; Antonino parente meo ducibus excitaſtis. Quibus autem ætas integra eſt, laudem hanc in primis ac gloriam concupiſcite, ut intelligant omnes ſcire uos nō ſolum pacem manſuete ac reuerenter colere, uerumetiā cum res poſtulat fortiſſime præliari. Quippe barbari ut cedentibus detractātibusq; acriter inſtant, ita repugnantibus minime reſiſtunt. Neq; eīm illis collata acies ſpem uictoriæ pollicetur, ſed excurſibus fugaq; utentes, lucrari ſe demum putant, quæ ſcilicet rapuerunt. At nos cum omnia cōpoſita ordinataq; habeamus, tum illos uincere ac profligare ſemper didicimus. Talia quædam locutum Alexandrum alacri uociferatione milites exceperunt, ac ſe promptiſsimos ad bellandū oſtenderūt. Ille diuiſo largiter ſtipendio, iubet ad iter accingi: mox ad eam fermè ſententiam locutus in ſenatu, diem diſceſſui præſtituit. Quæ ubi aduenit, ſacris de more peractis, deducēte ſenatu, populoq; uniuerſo Roma proficiſcitur, reſpectans identidē, ac lachrymans. Sed neq; popularium quiſquam fuit, qui ſiccis oculis aſpexerit abeuntē. Quippe omnē multitudinē ſui cupidam habebat, educat⁹ ab ipſis, imperioq; tam multos annos modeſtiſsime adminiſtrato. Cæterum feſtinato itinere cum Illyricas etiam gētes, exercitusq; luſtraſſet, magnis inde quoq; uiribus collectis, Antiochiam contendit. In ea ciuitate, quæ belli uſus poſtularet, diligenter comparabat, exercendis etiam militibus, ac cæteris bellicis muneribus pertractandis intentus. Viſum igitur illi eſt legationem iterum mittere ad Perſarum regem, quæ de pace, amicitiaq; cum illo ageret. Nam cum ipſe iam afforet, minime deſperabat, aut perſuaſurum quæ uellet, aut certe perterrefacturum. Enimuero Barbarus Romanos oratores re infecta domū remiſit. Ipſe quadringentos è ſuis, proceritate inſignes, ueſtituq; eleganti, auroq; exornatos, equis atq; arcubus conſpicuos legatos ad Alexandrum mittit, perterritum iri Romanos putans aſpectu illo, cultuq; Perſarum. Legationis eius hæc erat ſententia. Iubere magnum regem Artaxarem Romanos, eorumq; principem Syria omni, Aſiaq;, quæcunq; ex aduerſo Europæ ſita eſt, decedere, ſinere Perſas Ionia, Cariaq; tenus dominari, omnibusq; ijs regionibus, quas mare Aegæum, Pontusq; diſterminat. Hæc afferentes legatos quadraginta cōprehendi Alexander iubet, omniq; adempto cultu in Phrygiam relegat, uicis agrisq; conceſſis, quos colerent, contentus hoc ſupplicio interdicti in patriam reditus. quippe occidere nefariū facinus, minimeq; uirile arbitrabatur, neq; in acie captos, et ſui regis mandata executos. His ad hunc modum peractis, comparante iam ſe ut fluuios tranſgrederetur Alexandro, ac Romanorum exercitum in Barbarorum agros deduceret, defecerunt ab illo milites non nulli ex Aegypto acciti, neq; non in Syria quoq; res nouas contra imperium moliti alij, ſed uniuerſi tamen oppreſsi ſtatim, ſupplicioq; affecti ſunt. Quoſdam etiam exercitus in regiones alias tranſtulit Alexander, ut inde barbarorum incurſiones facilius arcerentur. Quibus ordinatis rebus, magnoq; iam coacto exercitu, cum primum ſe haud imparem fore aduerſariorum copijs credidit, de amicorum ſententia milites trifariam diſtribuit. Sic ut unam partem iuberet, ſpectantē ad ſeptentriones, facere iter per Armeniā, quæ regio amica Romanis uidebatur, atq; illinc Medorum fines incurſare. Alteram item ad ſeptentrionem, per Barbarorum agros contendere, ubi confluentes Tigris & Euphrates, denſiſsimis paludibus excipi, atq; ob id eorum latere egreſſus dicuntur. Tertiam porrò exercitus partem, ipſe adducturum ſe

aduerſus

aduerſus barbaros medio iam itinere pollicebat̃. Ita enim putabat diuerſis itineribus imparatos eos, ac ſic nec opinantes oppreſſurum, Perſarumq; copias ſemper ingruentibus Romanis occurſantes, diſtractum iri, atq; imbecilliores futuras, minusq; ordinate prælium ſuſcepturas. Neq; enim mercenario milite utuntur barbari, quemadmodũ Romani conſueuerunt, neq; ſtatiuis caſtris exercitus habent, qui bellorum actibus exerceantur: ſed omnis multitudo uirorum, nõnunquam autem mulierum quoq; regis congregant̃ imperio, quæ mox bello peracto, ſuas protinus in ſedes dimittitur, ea demum præmia belli referẽs, quæ cuiq; ex rapina ſuperfuerint. Arcubus autem, & equis non in prælio tantum more Romanorum utuntur, ſed à pueritia uſq; enutriũtur unà, uenatu inuigilãtes, pharetratiq; ſemper, ac nunq; ex equis deſiliẽtes, ſiue bellũ gerant, ſiue feras conficiant. Sed hoc Alexandri conſilium, & ſi longe optimum prima ſpecie uidebatur, ſtatim tamen fortuna deſtituit: ſiquidem exercitus contendere per Armeniam iuſſus, uix ægreq; ſuperatis eius regionis aſperrimis præruptiſsimisq; montibus, quanquam æſtas tolerabilius iter faciebat, impetu in Mediam facto, uicos concremauit, prædamq; abegit. At rex Perſarum intellecta re, confeſtim quàm maximis potuit copijs auxilio adfuit. Cæterum arcere illinc Romanos minime poterat. Quippe aſpera regio peditibus quidem ſtabilem greſſum, facilemq; tranſitum præbebat. At barbarorum equitatus mõtium aſperitate, & curſum difficiliorem, & iter habebat impeditius. Nunciatum dein regi eſt, exercitum alterum Romanorum, Parthorum in agros, quà ad orientẽ ſpectant, impetum feciſſe. Quare metuens ne Parthis facile ſuperatis, mox in Perſiam graſſarentur, relictis copijs quantæ ad tuendam Mediam ſatis fore uidebantur, ipſe cum toto exercitu ad orientis partes accelerabat. Cæterum exercitus Romanus comparente ac repugnante nullo negligentius iter faciebat, ratus Alexandrũ cum tertia parte copiarum quæ maximæ ualentiſsimæq; forent, in medios incurriſſe barbaros. Itaq; reſtitantibus illis, atq; ob id exercitum retentantibus, minime ſibi properandum putabant, ut qui ſe tutos crederent, præſtituto antea loco, in quem pariter uniuerſi cum præda abacta, captiuisq; omnibus conuenirent. Sed eos Alexander fefellit: neq; enim aut ipſe uenit, aut exercitum adduxit, incertũ metu ne proprio, ne ipſe imperium tuendo uita periclitaretur, an quia mater retinuerit, muliebri pauore, & charitate filij nimia. Siquidem omnes illius generoſos ſpiritus retundebat, ſuadens alios potius periculis exponeret, quam ipſe in acie conſiſteret. Quę res exercitum Romanũ fines barbarorum ingreſſum, plane prodidit. Etenim Perſarum rex omnibus copijs occurrens imparatis, minimeq; expectantibus, quaſiq; intra retia undiq; concludens, omnem Romanorũ exercitum profligauit. Quippe pauci plurimis reſiſtere haud poterant, ſemperq; nudas corporis partes armis aduerſus impetum ſagittarũ protegebãt, ſatis præclare agi ſecum exiſtimãtes, ſi nulla ædita pugna integri receſſiſſent. Sed cum aliquandiu cõfertim clypeis ſeſe quaſi muro circunſepſiſſent, atq; omnes undiq; uelut urbs aliqua oppugnarentur, conſauciarenturq;, tandem ubi diu fortiter reſtiterant, occidione occiderunt. ingens hæc calamitas, & qualis nulla facile memoratur, Romanis incidit, amiſſo ingenti exercitu, uel fide uel robore cuilibet antiquorum exercituũ conferendo. Perſam uero maiorum ſpe rerum impleuit tantarũ ſucceſſus rerum. Quæ ubi nunciata Alexandro ſunt, grauiſsime tunc ægrotanti, ſiue ex mœrore animi, ſiue inſolentia cœli, cum ipſe tulit moleſtiſsime, tum exercitus omnis grauiter imperatori ſuccẽſebat. Quippe ipſius mendacio minime ſignis ſeruatis, proditos ab eo ſuos milites dictitabant. Cęterum Alexander morbi, cœliq; illius æſtuoſi impatiens, laborante pariter omni exercitu, maximeq; Illyricianis qui humido hibernoq; cœlo inſueti, largiusq; cibum capientes, letaliter ægrotabant, redire Antiochiam conſtituit, accitis etiam eò militibus, qui montium tamen atq; hyemis aſperitate attriti, paucíſsimis tantum reliquis, perierant. Copias aũt quas ſecum Alexãder habebat, Antiochiam reduxit, multis inde quoq; amiſsis. Quare magnum exercitui mœrorẽ, magnum Alexandro dedecus ea res attulit, cum ſcilicet omnibus locis fortuna illius conſilium fefellerit. Siquidẽ plurimi è triplici illo exercitu (ita nanq; diſtribuebat) deſiderati ſunt diuerſis calamitatibus, morbo, ferro, frigore. Vt uero Antiochiã peruenit Alexander, facile & ipſe conualuit, ſpiritu illo cœli, & aquarũ abundantia poſt æſtuoſos Meſopotamiæ calores re-

ſectus, & milites uniuerſos recreauit, cõſolatus etiã mœſtitiam illorum pecunijs elargiendis. Id enim ſolum ualere ad cõciliandos militũ animos arbitrabatur. Copias aũt inſtaurabat, cõparabatq; de integro, quaſi iterum in Perſas exercitũ deducturus, ſi moleſti eſſe pergerent, neq; ab iniuria deſiſterent. Sed & rex Perſarum dimiſiſſe milites ſuam quenq; domũ nunciabatur. Nam quamuis bello ſuperiores fuiſſe barbari uiderentur, tamen prælijs crebris in Media Parthiaq; geſtis pars ceciderant, alij attriti & ſaucij ſuperfuerant. Neq; enim ſegniter Romani deuicti, ſed ipſi quoq; interdum exitioſi hoſtibus, nullaq; adeo re magis perierunt, q̃ quoniam pauciores deprehenſi. Nam cum ferè par utrinq; numerus cecidiſſet, reliquiæ illæ barbarorũ non quidem fuiſſe uiribus ſuperiores, ſed numero uidebantur. Cuius rei argumentũ eſt, quod triennio mox, aut quadriennio barbari nequaq; arma reſumpſerunt. Quibus intellectis Alexãder Antiochiæ cõmorabatur, hilariorq; iam & liberior, laxatis bellorũ curis, urbis eius delicijs indulgebat. Enimuero putante illo tũ quieturos Perſas, aut ſanè multũ ſpacij, moræq; interceſſurum, priuſquam exercitum de integro cogerent, haud facile, cum ſemel diſſipatus eſt, in unum coeũtem, utpote incertum atq; inordinatũ, uulgusq; potius quàm exercitum, tantumq; commeatum habentem, quantum ſibi unuſquiſq; ad præſentem uſum domo attuliſſet, præterea ægre filios uxoresq; & ſedes proprias relinquentem, ſtatim nuncij literæq; ab Illyricis procuratoribus adfuerunt, qui eum uehementer perturbarent, curamq; animo maiorẽ inijcerent. Quippe ſignificabant Germanos Rhenum Danubiumq; trãſgreſſos, Romanos in fines hoſtiliter intraſſe, oppugnareq; iam exercitus ripis inſidentes, perq; urbes & uicos magnis copijs excurrere. Quapropter haud leuiter Illyricas nationes cõterminas uicinasq; Italiæ periclitari. Opus eſſe igitur ipſius præſentia, totoq; quantũ ſecum exercitum haberet. Hæc & formidinẽ Alexandro, & Illyricis militibus mœſtitiã attulerunt: quippe duplici ſe calamitate uſos intelligebant, quòd & ipſi male accepti in acie aduerſus Perſas fuerant, & ſuos domi cæſos à Germanis audiebant. quare indignabanẽ, atq; Alexandro ſuccẽſebant: tanq̃ res in oriente prius uel metu uel negligẽtia prodidiſſet, nunc aũt rebus ad ſeptentrionẽ uocantibus, metu cunctareẽ. Erant aũt Alexander iam atq; amici illius etiã de ipſa Italia ſoliciti. Neq; enim par periculum à Perſis, atq; à Germanis impendebat. Nam qui ſub orientem habitant magno terrarũ mariſq; interuallo diſcreti, Italiæ uix nomẽ audiũt. At Illyricæ gentes anguſtæ uidelicet neq; multũ agri Romanis ſubiecti poſsidẽtes, ſolæ diſcrimen faciunt inter Italiam atq; Germaniam, Edicit itaq; profectionẽ ingratis atq; ægreferens, ſed urgente tamẽ neceſsitate. Relictis aũt copijs quãtas fore ſatis tuendis Romanis ripis arbitrabatur, caſtriſq; & caſtellis diligentius cõmunitis ac præſidio firmatis, ipſe aduerſus Germanos cum reliqua omni multitudine approperabat. Confectoq; celeriter itinere, conſtitit ad Rheni ripas, atq; ibi res ad bellum neceſſarias cõparabat. Pontemq; primo iunctis inter ſe nauigijs fecit in Rheno flumine, ut per eum exercitus tranſgredereẽ. Quippe hi maximi fluminũ ſub ſeptẽtrione feruntur Rhenus ac Danubius, quorũ alter Germanos, alter Pannonios præterfluit. Atq; æſtate quidẽ nauigabiles altiſsimo latiſsimoq; alueo, per hyemem dein concreti gelu, camporum in morem perequitantur. Eſt aũt adeo eius aluei ſolida glacies, ut non equorum ungulis tantum pedibuſq; uirorum ſubſiſtat: ſed qui hauſturi inde ſunt, non tam urnas, aut uaſa alia ſecum afferãt, quàm ſecures ac dolabras, ut cæſam inde aquam ſine uaſe ullo ueluti lapidem aſportent. Hæc igitur illorum amniũ natura eſt. Alexander aũt Mauros complureis, ac uim ingentem ſagittariorum, quos ſecum ex oriẽte adduxerat, partim ex agro Oſrohenorum, partim è Parthia trãsfugas, pecuniáue illectos, aduerſus Germanos inſtruebat, Quippe huiuſcemodi milites maxime Germanos infeſtant: cum & Mauri longius iacula intorqueant, ſintq; faciles ad incurſus recurſuſq;, utpote leues atq; expediti: & ſagittarij, nuda Germanorum capita, prægrandiaq; illa corpora facile eminus ueluti ſignum aliquod contingant. Nonnunquam uero etiam collata acie res gerebatur, ex qua Germani perſæpe haud impares Romanis abibant. Cum in his Alexander uerſaretur, decreuit tamen oratores ad illos de pace mittere, qui pollicerentur omnia illis principem Romanum, quorum foret opus præbiturum, pecuniaſq; daturum magna copia, Sunt enim Germani pecuniæ in primis auidi, nunquamq; nõ auro

pacem

pacem Romanis cauponãtur. Quare Alexander pacem fœderaq; potius ab illis emercari, quàm periclitari bello tendebat. Cæterum miles Romanus iniquo animo ferebat fruſtra ſe tempus terere, nulla occaſione fortiter quicquam, animoſeq; gerẽdi, intento aurigationibus (ut aiebant) ac delicijs Alexandro, cum contrà oporteret uindicare potius Germanos, pœnasq; ab ijs exigere audaciæ. Erat autem in exercitu Maximinus è quodam Thraciæ, & quidem intimæ uico, ſemibarbarus homo, & qui à pueritia opilio fuiſſet: dein uigente ętate ob corporis proceritatem, uiresq; ingẽtes, equo ſtipendia fecerat: poſtremoq; fortuna quaſi manuducente ac prę uia, cum per omnes militiæ gradus aſcendiſſet, etiam ad exercituum prouinciarumq; præpoſituras euaſerat. Hunc igitur Maximinum, ob eam quam ſupradiximus rei militaris peritiam, tyronibus uniuerſis Alęxander præfecerat, quos ad militiæ munera exerceret, atq; ad bellandũ idoneos redderet. Qui cum in eo negocio nihil ſibi ad omnem diligẽtiam reliqui faceret, maximã ſcilicet à cuncto exercitu gratiã inibat, Nõ ſolum quæ gerenda forent aſſidue edocens, ſed ipſe etiã primus obiens quæ uſus poſceret: ut non diſcipulos tantum, ſed æmulos etiam atq; imitatores haberet ſuæ uirtutis, quos etiam muneribus omniq; genere honorũ ſibi adiungebat. Quapropter adoleſcẽtes, quorum bona pars ex Pannonia erat, læti uirtute Maximini, uulgo obtrectabant Alexandro, quòd ſub matris autoritate adhuc eſſet, nihilq; non ex arbitrio cõſilioq; illius adminiſtraret, bellumq; ſegniter & timide gereret: ferentes identidem ſermonibus inter ſe, quantũ detrimenti cunctatione illius in oriente accepiſſent, nihilq; adhuc fortiter ac uiriliter geſtum aduerſus Germanos. Quare & ſuapte natura proni ad res nouãdas, & tam longũ principatum grauati, minus iam lucroſum, omni ambitione pridem cõſumpta, Tum ſperantes alterum mox principem, adepto præter expectationem imperio, plus aliquantũ utilitatis honorũq; ipſis ac ſtudij delaturum, decreuere Alexãdrum obtruncare, ac Maximinũ uocare Auguſtum, cõmilitonem uidelicet & contubernalem, prætereaq; rei militaris peritia maxime præſenti bello idoneum. Cum igitur frequentes in campum cõueniſſent, uenienti de more ad exercendos tyrones Maximino, dubium ignaro, an re prius compoſita, purpuram circundant, imperatoremq; ſalutant. Ille primo reniti, & abijcere purpuram. Vt aũt nudos intẽtari gladios à militibus uidit, occiſuros niſi cederet minitantibus, futurum quàm præſens periculum præoptans, honorẽ ſcilicet recepit, fortunamq; illam ſępe (ut aiebat) oraculis, ac ſomnijs præmõſtratã, teſtatus milites prius, inuitum, retrectanteq; ſe cogi, ſed illorum tamen obſequi uoluntati. Quamobrem quæ ipſis placuerint, re ſanciant, ſublatisq; armis etiam præuento rumore, Alexandrum iam rei totius ignarum opprimant, Vt milites illius, ac ſtipatores re ſubita perterriti, aut ſponte cum reliquis cõſentiant, aut certe dum imparati ſunt, nihilq; eiuſmodi expectant, etiam ingratis ſubigantur. Poſtea uero quàm beneuolentiã omnium atq; alacritatem prouocauit, duplicata ſcilicet annona, ingentiq; promiſſo donatiuo, pœnisq; omnib. ignominijsq; remiſsis, confeſtim ad Alexandri tabernaculũ, quod haud procul abeſſet, uniuerſos educit. His ille nunciatis uehementer rei nouitate perturbatus, atq; exterritus, proſilit è tabernaculo ueſano ſimilis: lachrymãs, & tremens, nunc Maximinum perfidum ingratumq; uocare, enumeratis quæcunq; in illum beneficia cõtuliſſet: nunc tyrones accuſare, qui neglecto ſacramẽto, adeo proteruiter id facinus auderent: poſtremo aũt polliceri daturũ ſe quæ uellent, emendaturumq; ſi qua deſiderarent. Sed milites qui eum tuebantur, fauſtis impræſens acclamationibus proſecuti, defenſuros eum cunctis uiribus affirmabant. Nocte autem exacta, cum iam luceſceret, nunciantibus quibuſdam adeſſe Maximinũ, pulueremq; haud procul excitatũ uideri, ac uoces magnæ multitudinis exaudiri, rurſus in planiciem egreſſus Alexander, conuocare milites, rogare ut ſe defenderẽt, tuerenturq; eum, quem ipſi educauiſſent, quoq; iam quatuordecim annos imperante, ſine ulla querela uixiſſent. Commotisq; miſeratione omnibus arma capere, ac reſiſtere hoſtibus imperabat. At milites & ſi omnia principi pollicebant, paulatim tamẽ alij aliàs dilabebant. Quidam etiã præfectũ prætorij, atq; Alexandri familiares ad ſuppliciũ depoſcebãt, ortã ab illis defectionẽ cauſantes. Alij matrem ipſius accuſabant auarã fœminã, & quæ pecunijs cõgerendis, ob ſordes nimias, parſimoniamq; erga milites, inuiſum cunctis Alexandrum reddiderit. Igitur aliquan-

tibus, ſed qui uirtute cæteros anteirent, atq; ijs potiſsimum, quibus cuſtodia pontis curaq; fuerat demandata, perſuaſiſſe dicebatur, ut ſimul ac Maximinus in alteram ripam peruaſiſſet, ponte abſciſſo redituq; intercluſo barbaris eũ ꝓderent. Siquidẽ tanta erat amnis illius profunditas atq; latitudo, ut irremeabilis fore uideretur, nullis præſertim nauigijs in aduerſa ripa. Talia ſcilicet ſermonib. ferebant, incertum uero, an compoſita fraude: neq; enim facilis ſentẽtia, parum explorata re, citraq; iudicium aut defenſionem ullam correptis interfectisq; omnibus, quoſcunq; ſuſpicio attigerat. Sed & militum Oſrohenorum defectio nonnulla oborta eſt. Nam cum magnopere indoluiſſent Alexãdri nece, ac forte fortuna in quendã ex illius amicis, cui nomen Quarcino fuit, paulo ante è caſtris à Maximino dimiſſum incidiſſent, correptum atq; retractantem, neq; tale quippiam cogitantem, ducem ſibi delegerũt, purpuraq; eum, prælatoq; igni, funeſtis ſcilicet honoribus condecoratum, nihilq; minus optantem, ad imperium protulerunt. Qui tamen haud diu poſt in tabernaculo dormiens, à contubernali quodam ſuo, & (ut credebatur) amico per inſidias occiditur. Macedonio nomen fuit, qui & antea Oſrohenis præfuerat, & nunc primus eiſdem autor fuerat deficiendi à Maximino. Cumq; nulla ſubeſſet odij aut inimicitiarũ cauſa, tamen eum occidit, quem ipſemet corripuerat, atq; ad ſuſcipiendum imperium perpulerat. Sed enim magnopere tunc gratum ſe Maximino facturum putans, abſciſum Quarcino caput dono obtulit. Verum Maximinus quamuis eo facinore lætus gaudensq; præreptum ſibi hoſtem, tamen illum haud modica ſperantem putantemq; ſibi inſignem gratiam relatum iri, extremo ſupplicio affecit, ceu defectionis autorem interfectoremq; eius, cui facinus inuito perſuaſerat, atq; infidum homini, quem antea pro amiciſsimo habuiſſet. Huiuſmodi igitur cauſæ magis magisq; animũ exaſperabãt Maximini atq; ad ſæuitiam exacuebant, etiam antea ſua ſponte crudeliſsimum. Cæterũ aſpectu quoq; erat horrendus, uaſto atq; immani corpore, ut nemo illi, uel exercitatiſsimorũ Græcorum, uel pugnaciſsimorum barbarorum cõferri poſsit. His ita diſpoſitis rebus, collecto exercitu omni, ac ponte intrepide pertranſito, bellum Germanis intulit. Secuti illum magna uis mortalium, ac pene omnes barbarorũ copiæ, ad hæc Mauri iaculatores, ſagittarijq; quamplurimi. Præterea Oſroheni & Armenij, quorum hi Romanis ſubiecti, illi in amicitiã fuerant, ſocietatemq; aſciti, Tum ſi qui ex Parthis, aut pecunia conducti, aut transfugæ, aut item capti bello Romanis ſeruiebant. Hæc aũt multitudo coacta ab Alexandro prius, aucta dein atq; exercita à Maximino fuerat. Cæterum iaculatores ſagittarijq; gerendo aduerſus Germanos bello magnopere idonei uidentur. ſiquidem expediti hoſtem opprimunt incautum, facileq; rurſus in tutum ſe recipiunt. At uero Maximinus hoſtilem ingreſſus agrum, diu nemine qui reſiſteret inuẽto (quippe oẽs abſceſſerant barbari) regionem illorum depopulabatur, maturis iam ſegetibus, uicoſq; omnes incendendos diripiendoſq; militibus tradebat. Sunt aũt urbes ædificiaq; illa maxime incẽdijs obnoxia. Rara apud Germanos ſtructura è lapide ac lateribus coctilibus, denſisq; potius ſiluis, quorũ confixis coagmentatisq; lignis, quædam quaſi tabernacula ædificant. Igitur Maximinus in eam regionem graſſatus, populatis ſegetibus, omniq; pecore captiuo militibus permiſſo, nullos adhuc hoſtes inuenerat. Siquidem campeſtres regiones, locaq; ab arboribus pura deſeruerant, atq; intra ſiluas & paludes delituerant, ut inde præliarentur, atq; eruptionẽ in hoſtem facerent. Etenim denſitas illa arborum ſagittis iaculisq; hoſtium allatura impedimentum, & paludum altitudo periculoſa Romanis locorum ignaris, ipſis autem facilis, expeditaq; fore uidebatur, non ignaris quæ uſquam peruia, quæ inuia, & genuũ tenus quotidie per illas diſcurſantibus. Sunt aũt Germani peritiſsimi natandi, ut qui tantummodo in fluminibus lauentur. In huiuſcemodi igitur locis pugna inita, ubi etiam imperator ipſe Romanus fortiſsime prælium inchoauit. Nam cum ad ingentem quandam uaſtamq; paludem uentum eſſet, intra quam Germani fuga ſe receperant, uerentibus Romanis eodẽ hoſtes inſequi, primus Maximinus equo paludem ingreſſus, cum quidem etiam ſupra aluum equus uoragine hauriretur, magna ui repugnantes barbaros contrucidauit. Quare exercitus reliquus pudore inſtinctus, ne proderet pugnantẽ pro ſe imperatorem uideretur, auſus & ipſe eſt paludem ingredi; multiq; utrinq; ceciderunt, ita tamen ut nullus

penè

penè barbarorũ fuerit reliquus, dimicante inſigniter Romano principe. Quare & ſtagnum cadaueribus oppletum, & palus ſanguine confuſa, pedeſtris prælij naualem faciem præferebat. Hanc igitur pugnam, ſuaq; ipſius fortia facinora, non ſolum per literas ſenatui populoq; Rom. ſignificauit, ſed etiam depictam maximis imaginibus ante curiam publicauit, ut nõ tam audire quę geſta forent, quàm etiam ſubijcere oculis Romani poſſent. Eam tabulam deinde una cum reliquis illius honoribus ſenatus ſubſtulit. Fuere item alia prælia, quibus omnibus ipſe manu pugnã capeſſens, ac fortiſsime dimicans explendeſcebat. Multisq; captiuis, atq; ingenti abacta præda, inſtante hyeme in Pannoniam reuerſus eſt, intraq; urbem Sirmium, quæ maxima omnium eius regionis habetur, in hybernis agens ad uernam ſeſe expeditionem comparabat, identidem minitans, id quod etiam præſtiturus uidebatur, exciſurum ſubacturumq; oceano tenus omnes Germaniæ barbaras nationes. Talis utiq; fuit in bellicis negocijs, maximam rebus geſtis claritudinẽ adepturus, niſi grauior multo ſuis ac truculẽtior q̃ ipſis fuiſſet hoſtibus. Quò enim barbaros interemptos, ſi longe plures in ipſa urbe Roma ſubiectisq; nationibus cædes ædebantur? Quid prædam aut captiuos abactos proderat, ſi ſuis fortunis Romanæ ditionis mortales quotidie diſpoliabãtur? Quippe omnis non modo libertas, ſed inſtigatio quoq; delatoribus permiſſa, ut circumuenire quos uellent, renouareq; etiam (ſi ita uſus poſceret) uſq; à progenitoribus ignóta atq; indeprehenſa ad eam diem crimina liceret. Neq; ſanè delicti alicuius quiſpiam arceſſebatur, quin idem continuo reus perageretur, ac cenſu fortunisq; omnibus expelleretur. Itaq; quotidie cerneres, qui pridẽ opulentiſsimi fuiſſent, eos nunc emendicare ſtipem. Tanta uidelicet tyrannidis auaritia inceſſerat, aſsiduas erga militem largitiones obtendentis. Erant præterea illius aures omnibus calumnijs patulæ, ſic ut nullius uel ętatis uel dignitatis rationẽ haberet. Igitur cõplures exercitibus aut prouincijs præpoſitos, conſulares, triumphalesq; uiros, leuiſsima tenuiſsimaq; calumnia attactos, corripi de improuiſo iubebat, ac ſine ullis miniſterijs ſolos uehiculis impoſitos, die noctuq; iter facere ab oriente aut occidẽte, ſi ita cecidiſſet, itemq; à meridie in Pannoniam uſq;, in qua tunc ipſe morabatur. Dein ſpoliatos omniq; ignominia affectos, exilio uel morte puniebat. Quandiu igitur unus aut alter talia patiebantur, neq; ea calamitas extra ipſorum familiam egrediebatur, non ſanè magnopere populorũ gentiumq; intereſſe uidebatur. Siquidẽ beatorum diuitũq; res aduerſæ, non ſolum à plebe negliguntur, ſed eis nonnulli etiã prauo malignoq; ingenio, ob inuidiã ſcilicet potentiorũ atq; felicium delectantur. Poſtquam aũt Maximinus plurimas illuſtrium uirorum familias ad egeſtatẽ redegit, leuiora iam illa ac minora ducens, quàm ut ipſius cupiditati ſatisfacerent, animum ad publicas opes trãſtulit. Igitur quæcunq; pecuniæ ciuiles, aut ad publicã annonam repoſitæ, aut in plebem diuidendæ ſupererãt, tum quæ theatris ac celebritatibus ſeruiebant, uniuerſas ſibi adiudicauit. Ad hæc templorum omnium donaria, ſtatuæq; deorum heroumq; honores, tum quicquid publici operis, aut ciuilis ornamẽti, aut materiæ deniq; fuit nummis idoneæ conficiundis, omnia pariter ignibus conflabantur. Quæ res in primis animos multitudinis ulcerauit, quaſiq; luctũ publicum effecit, cum citra pugnam atq; arma quaſi oppugnationi eſſe urbs obnoxia uideretur, ſic ut quidã è populo contra reſiſtere, templaq; auſi tueri, etiam cadere ante aras deorum immortalium, quàm ſpectare patriæ ſpolia præoptauerint. Hinc itaq; potiſsimum per urbes atq; nationes popularium animi intumuerant, ac nec milites quoq; ſatis æquo animo ferebant, exprobrantibus inuidioſe conſanguineis atq; domeſticis, & ipſorum culpa talia patrare Maximinum dictitantibus. Huiuſcemodi igitur cauſæ minime profecto leues ad odium ac defectionem populos proritabant. Cæterum uotis tantummodo agebant, læſa implorantes numina, nullo ſcilicet audente profiteri ſe uindicem, donec exacto imperij triennio, exigua leuiq; occaſione (ut ſunt lubricæ tyrannorum res) primo arma ſumpſerunt rebellaruntq; Afri tali cauſa. Procurator erat quidam Carthagini, cui nihil ad extremam uel aſperitatem, uel ſæuitiam deerat. Is damnandis iudicio hominibus, exigendisq; pecunijs, fauorem principis aucupabatur. Siquidem Maximinus, quos ſibi factos cognoſcebat, eos potiſsimũ diligere cõſueuerat. Quicunq; igitur fiſci rem curabant, ſi modo uiri probi forent (quod perraro eueniebat) aut procu-
ratione

ratione exciderant, aut præſenti periculo conterriti, gnariq́ illius auariciæ, quamuis inuiti cæteros imitabant̃. Quapropter Africæ procurator, cum pleraq́ alia uiolenter factitabat, tum ab adoleſcentibus quibuſdã nobilibus atq́ opulentis damnatione circũuentis, ſtatim exigere pecunias intenderat, patrimonioq́ illos & auitis bonis exuere. Quibus rebus exacerbati adoleſcentes, pecuniã quidem ſe daturos pollicẽtur, petito trium dierum ſpacio: cõſpirantesq́ interim in unum, quicunq́ graue aliquid uel paſsi fuerant, uel paſſuros metuebant, iubent nocte ex agris iuuentutẽ cum fuſtibus ac ſecuribus adeſſe. Illi dominorũ imperia exequẽtes, uenere ante lucem uniuerſi in urbem, celantes ſub ueſtibus arma, quæ cuiq́ tumultuaria ſe obtulerant. Magna uero uis mortalium confluxere, ſiquidem fœcundiſsima hominũ Africa, plurimos tunc etiam agrorum cultores habebat. Vt aũt dies iam illuxit, iubent adoleſcẽtes pone ſequi ſeruorum ſuorum gregem, tanquã ſi è reliqua eſſent populi multitudine, neq́ tamen arma proferre prius, aut uim facere, q̃ ubi aliquos, aut è militibus, aut è populo uiderint irruere contra ſe, atq́ ire ultum facinus, quod geſturi mox eſſent. Ipſi recõditis intra ſinum pugionibus, adeunt procuratorem, tanquam cum eo de perſoluendis pecunijs acturi, continuoq́ nihil tale ſuſpicantẽ neci dedunt. Ibi exertantibus gladios illius militibus, atq́ ire ultum uolentibus, repente agreſtes cum fuſtibus ac ſecuribus occurrunt, fortiterq́ pro dominis pugnãtes, facile omnes in fugam uerterunt. Ad hunc modum negocio ſuccedente, iuuenes deſperatis ſemel rebus, unam ſibi reliquam ſalutem fore arbitrati, ſi patratũ nuper facinus maiore aliquo facinore cumularent, ſtatuunt in communionem periculi rectorem prouinciæ aſſumere, ac populos ad defectionem ſolicitare, quod optari iam pridem ab uniuerſis cognouerant Maximini odio, ſed metu prohiberi. Igitur cum omni multitudine nocte intempeſta domum proconſulis petunt. Is Gordianus fuit, proconſulatũ ſortitus cum cum annum ageret circiter octogeſimum: multarumq́ ante prouinciarum fuerat rector, atq́ in maximis ſpectatus negotijs. Quocirca facile ſuſceptum iri ab illo imperium exiſtimabant, quaſi faſtigium aliquod ſuperiorum dignitatum: ſenatuiq́ & populo Romano gratum futurum principem, qui præterquam quòd erat illuſtri ortus genere, etiã per honores plurimos, quaſi per gradus quoſdã ad imperij culmen aſcendiſſet. Euenit aũt, ut quo die hæc agebant̃, domi Gordianus reſideret, dilatis laboribus omniq́ actu rerũ ſuſpenſo. Igit̃ adoleſcẽtes cum gladijs magna ſtipante multitudine, proturbatis ianitoribus, impetũ in ædes faciunt, eũq́ ſupra grabbatũ requieſcentẽ offendunt, circunfuſiq́ ſenem purpura induunt, atq́ Auguſtalibus honoribus cõſalutant. Ille re ſubita exterritus, inſidiasq́ & dolum in ſe cõpoſitum ratus deijcit humi ſe ex grabbato, obſecrans parcerent ſeni, à quo nihil iniuriarum accepiſſent, fidemq́ principi & beneuolẽtiam ſeruarent. Inſtantibus autem illis, ac nudos manu gladios tenentibus, cum partim metu, partim ignoratione, haud quaq̃ ſciret Gordianus, quid ſibi ea res uellet, quæq́ ſubitæ fortunæ cauſa foret, unus è numero adoleſcentiũ, qui & nobilitate & facundia cæteros anteiret, reliquis tacere & pauliſper quieſcere iuſsis, dextra capulum tenens, in hanc ſententiam uerba fecit:

E duobus periculis, quorum alterum præſens manifeſtumq́, alterum futurum forſitan, dubijq́ euentus, eligendum tibi hodie alterutrum eſt, ut aut nos, teq́ unà ſerues, & ſpem meliorẽ qua omnes freti ſumus amplectaris, aut iam iam noſtris manibus intereas. Quòd ſi potiora malueris, multa ad ſpem bonã uiatica ſunt. Quippe inuiſum omnibus Maximinũ, peſtemq́ illam crudeliſsimæ tyrannidis tolles, uitãq́ ante hac præclare tibi actam, illuſtri gloria cumulabis, maximosq́ à ſenatu populoq́ Ro. honores ac ſempiternã laudem nanciſceris. Sin uero abnueris, ac nobiſcũ cõſpirare pernegaueris, iam iam te hic obtruncabimus, atq́ ipſi quoq́ (ſi oportuerit) occiſo tibi immoriemur. Maius nanq́ facinus auſi ſumus, q̃ ut ſalui eſſe citra deſperationem poſsimus. Iacet enim tyrannidis miniſter, luitq́ pœnas crudelitatis, noſtris nunc nuper manibus interemptus. Quapropter ſi conſenſeris nobiſcum, atq́ in partem periculorum acceſſeris, cum ipſe honorem imperij conſequeris, tum quod nos facinus perpetrauimus, laude quàm ſupplicio dignum reputabitur. Dum hæc loquitur adoleſcens, impatiens moræ cætera multitudo, cum quidem eodem iam ciuitas uniuerſa re uulgata concurriſſet, Gordianũ unanimes Auguſtum appellant. Ille quamuis recuſaret, ac ſenectutẽ

obtende

obtenderet, tamen ſuapte natura gloriæ auidior, haud ægre tandem honorē ſuſcepit, malens futurum dein ꝙ præſens iam periculum ſubire, ſimul ætate iam exacta minime recuſandum putabat, quin(ſi ita res poſceret) etiā imperatorijs honoribus immoreretur. Igitur ſtatim tumultuari omnis Africa, ſublatiſq; Maximini honoribus ciuitates pleræq; imagines Gordiani, ac ſtatuas ponere. Sed eum quoq; à ſe cognominarunt Africanum: nam qui ad meridiem Libyes habitant, Afri Romana uoce nuncupātur. At Gordianus aliquot dies Tyſdri commoratus, qua in urbe hæc acta fuerant, nomen imperatoris iam cultumq; gerens, Carthaginem proficiſcitur, ut in ciuitate maxima celeberrimaq; omnia quaſi Romæ agitarentur, Siquidem urbs illa, uel opibus, uel populi frequentia, uel magnitudine tantum Romæ concedens, cum Alexandri urbe Aegyptiaca de ſecunda palma cōtendit. Sequebatur autem ipſum principalis pompa omnis, militeſq; quicunq; aderant, iuueneſq; urbani procera ſtatura, ad eorum ſimilitudinem qui Romæ imperatorem comitantur, uirgæ item laureatæ, quo inſigni principes à priuatis dignoſcuntur. Prætereaq; ignis de more præferebatur, ut ſpeciem fortunamq; exiguum ſanè ad tempus Romanæ ciuitatis Carthago repręſentaret. Cæterum Gordianus literas cōpluris ad primū quenq; Romā miſsitabat, atq; ad proceres ſenatus, quorū erāt ei permulti amici ac neceſſarij. Scripſit item publice ad S.P.Q.R. ſignificans Afrorum erga ſe conſenſum, ſimulq; accuſans Maximini crudelitatem, quam eſſe omnibus magnopere inuiſam ſentiebat. Ipſe omnē præ ſe manſuetudinem ferebat. Nam & delatores omnes exilio affecit, & ijs qui parum iuſto iudicio damnati fuerant, iterum defendendi ſui poteſtatē induxit: quin exules quoq; in patriā reſtituebat, ac militibus plura ſe ꝙ quiſquam antea largiturū, populoq; ingens daturum congiarium pollicebatur. Idem præfectum quoq; prætorij Vitalianum, ferum crudelemq; hominem, cariſsimū deuotiſsimūq; Maximino, in ipſa urbe curauit interimendum. Siquidem ſuſpectans, ne ille ſuis incœptis fortiter reſiſtendo, cæteros quoq; metu perterritos à ſe auerteret, mittit prouinciæ quæſtorē adoleſcentem audaciſsimū, corpore ualidum, atq; ætate florentem promptumq; ad omne periculum pro ſe ſuſcipiendū, traditis centurionibus ac militibus nonnullis: cui etiam literas dedit obſignatas duplicibus tabellis, per quas arcana occultaq; negocia ſignificare imperatores cōſueuerunt. Iubet itaq; illos intrare urbem ante lucē, ac dum adhuc in actibus occupatus eſſet Vitalianus, accedere ad eum intra cellulam, ubi res ſecretas atq; arcanas ad ſalutem principis pertinentes ſcrutari atq; inquirere conſueuerat, habere ſe ad eum literas arcanas à Maximino dicentes, ac uelle etiam remotis arbitris, de rebus ad ſecuritatem imperatoris ſpectantibus cum illo colloqui, ac mandata principis exponere. Dein ſignis agnoſcendis occupatum pugionibus, quos in ſinu occultos haberent, de improuiſo confoderent. Quæ ſcilicet omnia ex ſententia ſucceſſerunt. Etenim ante lucē, quo tempore prodire illi mos fuerat, inueniunt hominem penè ſolum, paucis tantum circumſtantibus, quippe alij nondum uenerāt, alij ſalutato abierant, priuſquam dilucēſceret. Igitur uacante illo, ac paucis duntaxat ante cellulam inuentis, ubi quæ ſupra diximus nunciauerunt, facile ſcilicet intromiſsi ſunt: porrectiſq; epiſtolis, cōtemplantem eum ſigna diligentius, prolatis pugionibus confodiunt, nudoſq; eos manibus præ ſe tenentes proſiliunt, omnibus loco cedentibus. Nam id Maximini factum imperio putabāt. Quando idem ſæpenumero etiam in eos facere cōſueuerat, qui antea ipſi chariſsimi uidebantur. Dein uadentes media ſacra uia, proponunt epiſtolam Gordiani ad populum, literaſq; item ab illo cōſulibus ipſis cæteriſq; reddunt, uulgata etiam fama interfecti Maximini. Quod ubi auditum eſt, ſtatim uniuerſus populus diſcurrere undiq;, furenti ſimilis. Nam etſi ubiq; uulgus ſemper ad res nouas leuiſsimum, tamen Romana plebs in primis, quæ ex magna uariaq; etiam peregrinorū multitudine conſtat, longe cæteris mobilior eſt. Igitur ſtatuæ atq; imagines Maximini, cęteriq; honores ſtatim conuulſi, clauſumq; antea formidine odium, licentia iam & poteſtate adepta, nullo prohibente effundebant. Quare ſenatus quoque frequens, etſi de Maximino certi nihil habebat, ex præſenti fortuna rem coniectans, abolitis illius honoribus, Gordianum filiumq; ipſius Auguſtos declarauerunt: ſtatimq; delatores atq; accuſatores uniuerſi, aut effugerunt, aut ab ijs quos offenderant occidebantur. Procuratores autem,

& qui

& qui ius in illius crudelitatis miniſteriū dicebant, tracti à plebe ſunt, abiectiq́ꝫ in cloa-
cas. Multi item inſontes occiſi. Nam & creditorē ſuum quiſq́ꝫ, & aduerſarium in foren-
ſibus cauſis, & ut quenq́ꝫ aliquis leuiſſima de cauſa oderat, impetu in domum facto, bo
niſq́ꝫ direptis trucidabant. Ita ſub ſpecie libertatis, paciſq́ꝫ prætextu, ciuilis belli facino
ra ædebantur: quin præfectum quoq́ꝫ urbi Sabinū, prohibere talia conantem fuſte ca-
piti illiſo mactauerunt. Hæc igitur populus agitabat. Enimuero ſenatus quando iam ſe
mel periculum ſubierat, metu Maximini nihil ſibi ad ſolicitandas ad defectionem pro-
uincias reliqui faciebat. Quocirca legationes undiq́ꝫ ad rectores prouinciarum mitte-
bantur, electis è ſenatorio equeſtriq́ꝫ ordine clariſſimis hominibus, cum literis quibus
ſenatus populiq́ꝫ Romani mens exponebatur, qui procuratores ipſos hortarentur, uti
communem patriam capeſſerent, curiamq́ꝫ Romanam tuerentur, perſuaderentq́ꝫ na-
tionibus, ut in fide populi Romani perſeuerarent, cuius proprium antiquitus imperiū
foret, ueterrimumq́ꝫ cum illis amicitiæ ius à maioribus inſtitutū. Quocirca pleriq́ꝫ lega-
tis benigne exceptis, populos ad defectionem perpulerunt, quod ſcilicet pronum fuit,
adeo incredibili apud omnes odio Maximinus laborabat. Igitur omnibus quicunq́ꝫ a-
pud ipſos magiſtratū gerentes, cum Maximino ſentiebant, repente ad unum occiſis,
ipſi uniuerſi ad Romanos defecerunt. Pauci tamen inuenti qui legatos ad ſe miſſos in-
terficerent, aut ad ipſum mitterent, adhibitis cuſtodibus, qui deinde omnes exquiſitiſſi
mis à Maximino ſupplicijs affecti ſunt. Hæc mens Romanæ ciuitatis, hic animus fuit.
Quæ poſtquā Maximino nunciata ſunt, quanquā triſtis ac ſolicitus, tamen illa ſe con-
temnere ſimulabat, ac primo quidem alteroq́ꝫ die domi quietus, ad amicos de eo nego-
cio retulit. Cæterū exercitus omnis, cunctiq́ꝫ eius regionis mortales, & ſi rem omnem
intellexerant, intumuerantq́ꝫ animis, audacia rerum tantarū ac nouitate, tamen pro ſe
quiſq́ꝫ tacebant, ac ſe ignorare omnia ſimulabāt. Quippe tantus erat Maximini metus,
ut nihil illum planè lateret, omniumq́ꝫ nō ſolum uerba, ſed nutus quoq́ꝫ ſpeciemq́ꝫ oris
obſeruaret. Tertio uero die conuocatis in campum ante urbem militibus ſuis Maximi
nus tribunal inſcendit, atq́ꝫ ex libello orationem ab amicis compoſitam, in hanc ſenten
tiam recitauit. Scio me uobis incredibilia nouaq́ꝫ dicturum, ſed (ut ego exiſtimo) non
tam admiratione quàm riſu digna. Arma uobis ueſtræq́ꝫ uirtuti nō Germani inferunt
ſæpe deuicti, nō Sarmatæ, qui de pace nobis quotidie ſupplicant. Perſæ item qui olim
Meſopotamiam peruagabantur, nunc ſuas intra ſedes quieſcere boni conſulunt, cum
gloria in armis ueſtra, tum rerum à me geſtarum periculo edocti, quæ iam tum illis in-
notuerunt, cum tuenti ripas exercitui præfuimus. Verum (ne quid magis ridiculū di-
xerim) Carthaginenſes inſaniunt, atq́ꝫ ſene infeliciſſimo, & extremo iam ætatis deliran
te dubium ſuaſo an coacto quaſi aliqua in pompa ludunt principatum. Quo enim freti
exercitu, cum apud eos proconſulis miniſterio lictores ſatisfaciant. Quibus porrò uſu
ri armis, ubi præter lanceas exiguas ad feras excipiendas, nil ſit telorum, proq́ꝫ bellicis
exercitationibus chori tantum, dictaq́ꝫ procacia, & numeri quidam uſurpentur. Neq́ꝫ
uero uos perterrefecerint, quæ facta in urbe nunciantur, nempe Vitalianus per dolum
fraudemq́ꝫ occiſus eſt. Quàm autem leue inſtabileq́ꝫ ſit Romani populi ingeniū, quàm
prompta clamorum tenus audacia, notiſſimum ſcilicet uobis eſt. Si duos modo tres'ue
armatos conſpexerint, trudentes alter alterum, & proculcantes, ac ſuum quiſq́ꝫ pericu
lum fugitantes, publicum neglectui habent. Quod ſi quis uobis etiam quę acta in ſena
tu ſunt, renunciauit, non eſt profecto quod miremini noſtram illis continentiam durio
rem uideri, atq́ꝫ ob id morum cōgruentiam, uitamq́ꝫ illius luxurioſam nobis anteferri.
Quippe apud illos fortiſſima quæq́ꝫ ac grauiſſima pro aſperrimis, diſſoluta atq́ꝫ ebac-
chantia pro mitibus, uoluptarijſq́ꝫ habentur. Quocirca noſtrum quidem imperium,
quoniam induſtrium atq́ꝫ moderatum reformidant, Gordiani delectantur nomine, cu
ius infamia uitæ non uos præterit. Igitur aduerſus hos atq́ꝫ huiuſcemodi homines bel-
lum uobis eſt milites, ſi tamen id bellum appellandum. Nam ut mihi quidem atq́ꝫ adeo
cæteris omnibus uidetur, non prius Italiam attigerimus, quàm illorum maxima pars
ramos ſupplices, liberoſq́ꝫ ſuos præferentes, noſtris ſe pedibus aduoluent, aut formidi
ne degeneri fugam facient, ut mihi liberum ſit bona illorum uobis contribuere, quibus
in perpetuum perfruamini. Hæc cum dixiſſet, ac multa in ciuitatem ſenatumq́ꝫ uniuer

ſum interpellatim probra iecisset, manuumq; geſtibus minabundus, trucíq; uultu, nutuq; oris quaſi præſentibus iraſcens, profectionem in Italiam edicit. Diuiſoq; inter milites ingenti ſtipendio, uno tantũ die interiecto facere iter incœpit, magnum ſecum exercitum, atq; uniuerſas adducens Romanas copias. Sequebatur eundem etiam Germanorum haudquaquam negligendus numerus, quos uel armis ſubegerat, uel in amicitiam ſocietatemq; adſciuerat. Præterea machinæ & bellica inſtrumenta, quæq; alia aduerſus barbaros comparauerat. Cæterum tardius iter faciebat, ob uehicula, resq; alias uſui neceſſarias, quæ undiq; importabantur. Nam cum repentinum id illi iter obueniſſet, non cuiuſquam prouidentia, ut conſueuerat, ſed tumultuario ac feſtinato miniſterio, quæ erant militibus neceſſaria colligebantur. Igitur præmittere Pannoniorum cohortes decreuit, quibus fretus maxime erat, quæq; primæ imperatorem conſalutauerant, atq; ultro etiam pro illius ſalute omne periculum depoſcebant. Iis igitur imperauit, ut cæteras copias præcederent, ac regiones occuparent Italiæ. Dum in itinere Maximinus eſt, res interea Carthagini præter ſpem magnopere ſucceſſerũt. Erat enim Capellianus quidã ſenatorij ordinis uir, procurator Mauritaniæ Romanis ſubiectæ, quæ ab ipſis Numidia appellatur. Ea gens munita exercitibus fuerat, à quibus barbarorũ incurſus, ac populationes coercerentur. Quare haud cõtemnendam militum manum circa ſe habebat. Cum hoc igitur Capelliano ueteres Gordiano ſimultates, ex forenſi quadam diſceptatione interceſſerant: quocirca nomen adeptus imperatoris, ſucceſſorem illi miſit, atq; abſcedere prouincia imperauit. Ille ea re indignatus, ac principi ſuo deuotus, à quo magiſtratum quoq; eum accepiſſet, omni coacto exercitu, cum quidem fidem tueri ac iuſiurandum perſuaſiſſet, Carthaginem contendit, maximas ualentiſſimasq; copias ſecum adducens, uirosq; cum ætate florentes, tum omni armorum genere inſtructos peritosq; rei militaris, atq; ex conſuetudine præliorum aduerſus barbaros magnopere ad pugnandum paratos. Vt uero nunciatum Gordiano eſt, aduentare ad urbem Capellianum, & ipſe affectus eſt extrema formidine, & perterriti Carthaginenſes uniuerſi: qui ſcilicet in turba potius quàm in exercitus aliquo ordine, collocata uictoriæ ſpe, cuncti pariter urbe effunduntur obuiam Capelliano. Cæterum ſenex Gordianus (ut quidam perhibent) ſimul atque ille Carthaginem attigit, deſperatis rebus, quòd Maximino uires ingentes, nullas in Africa copias eſſe uidebat, laqueo ſe ſuſpendit. Sed occultata illius nece, filium ſibi ducem multitudo elegit. Ita uentum ad manus eſt. Erant autem numero quidem plures Carthaginenſes, ſed inordinati ac rerum bellicarum imperiti, quippe in altiſſima pace educati, feſtisq; & delicijs emolliti, nudiq; armis, omniq; bellico inſtrumento. Nam domo quiſq; pugionem aut ſecurem aut uenabulum, aut item præuſtas ſudes, ut quiſq; poterat acuminatas, ad tuendum corpus extulerant. Contrà, Numidę iaculatores optimi, atq; equitandi peritiſſimi, ſic ut equos etiam infrenos uirga tantum currentes moderentur. Quocirca facile Carthaginenſium plebs in fugam uerſa. Siquidem haud ferentes illorum impetum, omnes abiectis armis confertim effugerunt, trudentesq; inter ſe & proculcantes, multo ſanè plures ipſi inuicem affligebantur quàm cædebãtur ab hoſtibus. Hic & Gordiani filius cecidit, & quicunq; eum ſequuti, ſic ut præ multitudine interfectorũ, neq; diſcerni ad ſepulturam funera potuerint, neq; adoleſcentis Gordiani cadauer inueniretur. Etenim ex tanta copia fugientium pauci duntaxat urbem ingreſſi, coniectiq; in latebras euaſerant: cæteri ad portas conferti, ac pro ſe quiſq; intrare primi urbem feſtinabundi, ab iaculatoribus Numidis, cæterisq; armatis militibus contrucidabantur, maximo fœminarum puerorumq; eiulatu, quorum ante oculos chariſſima pignora occidebantur. Sunt qui perhibeant, ut primum Gordiano, qui propter ſenium domi ſe continuerat, nunciatũ ſit Capellianum iam in urbem perueniſſe, deplorata ſalute intra cubiculum ſe quaſi dormiturum recepiſſe, colloq; zonæ inſerto, qua præcinctus fuerat, ſibi mortem conſciuiſſe. Hæc finis Gordiani fuit, felicis anteacta uita, atq; in quadam principatus imagine extincti. Sed enim Capellianus Carthaginem ingreſſus, præcipuum quenq; ex ijs qui è pugna ſuperauerant, neci dedidit: ac neq; à templis deſpoliandis, neq; à publicis priuatisq; pecunijs diripiendis abſtinuit. aditisq; urbibus reliquis, quæcunq; honores Maximini ſubſtuliſſent, in his præſtantiſſimum quenq; morte, cæteros ſupplicio afficiebat:
agros

agros autem uicosq; concremandos militibus tradebat, prætexto quidem ulciſcendi Maximinum: cæterũ clanculum militum ſibi animos concilians, ut ſicubi res à Maximino titubaſſent, ipſe ad occupandũ principatũ beniuolis militibus uteretur. Ita ſe uidelicet res in Africa habebant. Poſtea uero ꝙ Romæ audita ſenis Gordiani mors eſt, ingens perturbatio ſenatum populumq; Ro. ingensq; terror inuaſit, extincto in quem unum ſpes omnes ſuas collocauerant. Neq; enim illos præteribat, nemini iam parſurum Maximinum, cum ſponte alienum ab ipſis, atq; hoſtili animo, tum iuſtis etiã cauſis, & profeſſo quaſi odio ſuccẽſentem. Itaq; frequentes in unum conuenere, ac de toto negocio deliberantes, quando ſemel in periculum uenerant, bellum cõparare decreuerunt, duobus electis imperatoribus, qui Remp. pari poteſtate adminiſtrarẽt, ne rurſus principatus autoritas in tyrannidẽ proueheretur. Cõuenerunt igitur non quidem in curiam quò antea conſueuerant, ſed in tẽplum Capitolini Iouis, quod in arce ſumma præcipuę uenerationis Rom. habẽt: ibi clauſis foribus ſoli quaſi teſte & cõſeſſore, atq; adeo rerum omnium inſpectore deo, ſelectis qui ætate ac dignitate cæteros anteirent, de quibus ſuffragia ferrent, duo ex omni numero, Maximus atq; Albinus plurimis ſuffragantib. imperatores creati. Horum Maximus cũ ſæpe exercitibus præfuerat, tum præfectura urbis egregie geſta maximã ingenij prouidẽtiæq;, prætereaui tæ cõtinentis opinionẽ uulgo de ſe prębuerat. Albinus aũt patricij generis homo, con ſulatu iterum geſto, multisq; prouincijs ſine ulla querela adminiſtratis, morum ſimplicior habebatur. Ita creati principes, Auguſtiq; appellati, ac ſenatuſconſulto omnibus imperatorijs honoribus affecti ſunt. Dum hæc aguntur in Capitolio, interea Po. Ro. incertum ſubijcientibus Gordiani amicis ac neceſſarijs, an tantum rumoribus exciti, facto ad portas cõcurſu, uiam qua itur in Capitolium, totam conferta multitudine occupauerant, lapidesq; & fuſtes ingerẽtes, rebus in Capitolio actis aduerſabanẽ, ac Maximum in primis recuſantes, ſeueriorẽ ſcilicet ꝙ ut eum lenis multitudo facile pateretur. Qua propter eo maxime offendebanẽ, clamantes identidẽ, ac minitantes utrunq; ſe confeſtim occiſuros. Nam ipſi ex Gordiani genere principẽ ſibi depoſcebant, ut in familia nomineq; eo nomen imperatorium remaneret. Albinus aũt ac Maximus eque ſtris ordinis iuuẽtute, atq; urbanis militibus cũ gladijs undiq; ſtipati, egredi Capitolio conabanẽ, ſed lapidibus ac fuſtibus coerciti, donec ſubijciẽte neſcio quo, ad hunc modum populo impoſuerunt. Erat puer quidã infans adhuc ex Gordiani filia natus, nomen aui referens. Hunc igitur ſubmiſſis quibuſdã afferri ad ſe iuſſerũt. Qui cum domi cum ludibundũ offendiſſent, impoſitũ in humeros per mediam ferebant multitudinẽ, plebi oſtentantes, ac nepotulum Gordiani dictitantes, uocantesq; eum nominatim, quoad in Capitoliũ pertulerunt, populo ſubinde acclamante & cõſpergente puerum frondibus. Cum itaq; ſenatus Cæſarem illum declaraſſet, quando adhuc per ætatem Remp. gerere nõ poterat, & iræ multitudinis reſederant, paſsi uidelicet ſunt in aulam palatinã ſenes imperatores cõmigrare. Sed incidit per eos dies ciuitati Ro. funeſta calamitas, orta de nimia duorũ ſenatorũ audacia. Nam cum ſenatus haberẽ de publicis negocijs, duo ex militibus Maximini, quos in caſtris reliquerat, emeritę iam ætatis, ad fores curiæ acceſſerunt exploratũ quæ gererenẽ, inermes uidelicet, tantũq; ſubarmalibus & ſagis induti. Conſtiterant aũt pariter cum reliqua multitudine, ſed cæteris ante fores pręſtolantibus, duo tresue ad ſummũ curioſiores audiendi, curiam ingreſſi, ſic ut ultra aram quoq; uictoriæ penetrarent. Hic ſenator quidam depoſito nuper cõſulatu, Gallicanus nomine, ac genere Carthaginenſis, alterq; item prætorius Mecenas, nihil tale expectantes milites, manusq; adhuc ſub ſagulis habẽtes, repente adactis in corda pugionibus interficiunt. Etenim omnis ſenatus ob recentem ſeditionẽ, tumultũq; ſuperiorem, alij propalam, pars clanculũ gladios gerebant, quibus ſuam quiſq; ſalutem ab inimicorũ inſidijs tuerentur. Ita cæſi milites, quod ſe de improuiſo defendere haud quiuerant, proſtrati ante altaria iacebant. Quo uiſo cęteri confeſtim expauefacti cõmilitonum interitu, ſimulq; populi cõcurſum formidãtes, quod erant inermes, fugam arripuere. Cæterũ Gallicanus raptim ſe curia in mediam multitudinẽ proripiens, gladiumq; & manum ſtillantẽ ſanguine oſtentans, ad perſequendos occidendosq; ſenatus populiq; Rom. hoſtes, amicos ſociosq; Maximini, uulgus adhortabaẽ. Quibus rebus

inducta plebs, Gallicanũ fauſtis excipit acclamationibus, militesq; lapidibus inceſsit,
quatenus licuit perſecuta. Cęterũ cum ſe illi in caſtra recepiſſent, paucis tantummodo
uulneratis, clauſis portis, armisq; arreptis, caſtrorũ mœnia defenſabant. Verum Galli
canus (quando ſemel tantum facinus auſus fuerat) bellum protinus ciuile, atq; omni-
bus perniciosum ſuſcitauit. Quippe iuſsis effringi publicis armamentarijs, in quibus
pompæ magis inſtrumenta ꝙ belli aſſeruabantur, unde ſibi quiſq; munimentum cor-
poris accommodaret, apertisq; item gladiatorum ludis, atq; unoquoq; proprijs armis
ornato, præterea cunctis, quæcunq; intra domos aut officinas eſſent, haſtis, gladijs ac
ſecuribus direptis, cum quicquid occurrerat, furor in arma conuerteret, ſtatim omnes
conferti, conglobatiq; ad caſtra contenderunt, ac uelut urbem aliquam expugnaturi,
murum ipſum portasq; circumſederunt. Cęterũ milites, utpote pugnandi peritiſsimi,
pinnis ſeſe murorum clypeisq; protegẽtes, ſagittarũ iactu crebro, ac prælongis contis
multitudinem repellebant. Poſtremo cum iam defatigato populo ſaucijsq; magna ex
parte gladiatoribus, atq; in ueſperã uergente die, regredi in urbem decreuiſſent, con-
ſpicati milites ſecuritatem abeuntium (quippe minime auſuros putabant Romani, a-
deo paucos aduerſus tantam multitudinẽ caſtris eruptionem facere) cõfeſtim uniuerſi
ſeſe portis patentibus in uulgus illud hominum concitauere. Ibi gladiatores ad unum
cæſi, magnaq; pars populi colliſa. Quo facto, cum haud procul caſtris receſsiſſent, rur
ſum ſeſe intra munimenta receperunt. Hinc igitur maior ſenatui populoq; Rom. indi
gnatio oborta. quare duces ex Italia omni probatiſsimũ quenq; delegerunt, iuuentu-
temq; omnẽ collectam in unum, ſubitarijs armis ac tumultuarijs adornarunt. Horum
potiſsimam partem ſecum Maximus eduxit, ut aduerſus Maximinum præliaretur, re
liqui ad urbis cuſtodiã tutelamq; relicti. Interea quotidie ad muros caſtrorum dimica-
batur, ſed profectu nullo, defenſantibus ſuperne militibus, ictamq; & ſauciam multi-
tudinem fœde repellentibus. At Balbinus domi ſe cõtinens, populo per edictum ſup-
plicabat, ut in gratiam cum militibus rediret, quibus etiam omnium quæ patrauerant,
obliuionẽ atq; impunitatẽ pollicebat. Sed neutris id perſuaſum, gliſcente indies malo,
ac populo indignante, quòd tanta multitudo tam paucis contemptui foret: contra mi
litibus ægerrime ferentibus, ea ſe à Romanis paſſos, quæ uix unquam à barbaris ex-
pectaſſent. Poſtremo quando oppugnatio parum procedebat, uiſum ducibus inter-
uertere omnis riuos, qui in caſtra peruenirent, ut milites aquarum penuria ſitiq; confi-
cerent. Igitur abſcindendo obſtruendoq; cunctos è caſtris aquarum riuos auertebant.
Sed enim intellecto periculo milites, ac rebus deſperatis, erumpunt uniuerſi patentib.
portis, congreſsiq; multitudinẽ fugientem in urbem uſq; perſequuntur. Sed ubi iam
ſtatario illo certamine plebs inferior intra domos ſe receperat, ac tegularũ lapidumq;
& teſtarũ iactibus deſuper urgere cœperat milites, haud auſi illi ignota ędificia ſubire,
clauſis etiam domibus & tabernis, ignem ianuis ac ligneis ædificiorum proiecturis,
quales in urbe plurimæ ſunt, ilico admouerunt. Quo factum eſt, ut partim crebritate
inſularum, partim lignea materia, bona pars urbis conflagrauerit: multiq; ex opulen-
tis pauperes facti, maximis atq; egregijs amiſsis poſſeſsionibus, uel prouentu uberri-
mis, uel ſplendore ipſo, & uarietate precioſis. Neq; uero pauci extincti mortales, quòd
ianuis igne occupatis, proripere ſe domo copia non fuerat. Bonaq; diuitum direpta pe
nitus, immiſcente ſe militibus ſtudio rapiendi facinoroſiſsimo quoq; & tenui plebecu-
la. Sed adeo peruagatum longe lateq; incendium eſt, ut plus multo cõſumſperit, quàm
quantum ſpacij maxima quæq; urbs ædificijs occupet. Dum hæc Romæ geruntur, in
terea Maximinus confecto itinere Italiam attigerat, ac ſacrificato ad aras, quæ in fini-
bus ipſis erectæ ſunt, pergit iter facere, iuſsis arma tenere, atq; inſtructa acie progre-
di militibus. Sed cum & Africæ defectionem, & Romæ bellum ciuile,
prætereaq; res à Maximino geſtas, iterq; eius hactenus con
ſcripſerimus, reliqua deinceps explicabuntur.

HERODIANI LIBER OCTAVVS

QVAE poſt interitum Gordiani geſſerit Maximinus, iterq; eius in Italiam, prætereaq; Africæ defectionem, & in urbe ipſa populi ac militũ ſeditiones, ſuperiore uolumine recenſuimus. Enimuero Maximin⁹ poſteaq; ad Italię fines peruenit, pręmiſsis exploratoribus, qui ſpecularent, an ullę in alpiũ cõuallibus & denſiſsimis ſiluis inſidiæ deliteſcerẽt, ipſe in planũ deductis militibus, iubet armatorũ acies quadrato agmine incedere, ut ab ijs ꝙ plurimũ campi occuparetur, cunctisq; in mediũ coactis impedimentis, ipſe cum ſuis ſtipatorib. ueluti ſubſidio ſequebatur, alis utrinq; diſcurrentibus cataphractorum equitum, Maurisq; iaculatoribus ſagittarijsq; ex oriente & equitatu Germanorũ, quos auxiliares aſciuerat, quosq; etiam pręcipue opponere hoſtibus cõſueuerat: ut primos uidelicet impetus exciperent, feroces audacesq; initio pugnæ uiri, ſimul ut (ſi in diſcrimen ueniretur) uilis potiſsimum barbaria illa periclitaretur. Sed ubi totam planiciem ſeruatis ordinibus tranſmiſerunt, ad Italiæ urbem peruentum eſt, quæ Emona à cultoribus uocatur. Ea ſita eſt in extrema planicie ad alpium radices, ubi ſpeculatores atq; exploratores exercitus narrãt Maximino uacuam relictam urbem, aufugiſſe omnis incolas, templorum etiam ac domorum ianuis incendio conſumptis, atq; omnibus quæ uel in urbe uel in agris fuerant exportatis, atq; igni corruptis, nihil aut iumentis, aut hominibus alimentorum relictum. Quæ res grata in primis Maximino fuit, quòd idem cæteros quoq; populos ſuo quenq; metu facturos arbitrabatur: contra milites indigne tulerunt, quòd ab initio ſtatim fame laborarent. Cumq; noctem exegiſſent, partim intra patentes cõmunesq; omnibus domos, partim in planicie ipſa, ſtatim ſole oriente, ad alpes acceſſerũt. Hi ſunt longiſsimi quidã montes, uice murorum Italiæ circundati, adeo in altum æditi, ut etiam ſuperare nubes uideantur, itaq; in longum porrecti, ut uniuerſam Italiam comprehendant, leua ad Tyrrhenum pelagus, dextra ad Ionium uſq; pertingentes, denſis ubiq; nemoribus infeſsi, atq; anguſtiſsimis callibus, & rupium prærupta altitudine, ſcopulorũq; aſperitate uix peruij, nonnullis tamen quaſi ſemitis magno ueterum Italorum labore manufactis. Quapropter ingens tranſiturum illac exercitum formido tenebat, ſperantem ſumma iuga teneri iam ab hoſte, nullosq; non obſtructos exitus ad ſe prohibendos. Neq; is metus de nihilo erat, locorum naturam contemplantibus. Poſtea uero quàm ſine ullo impedimento, ſuperatis alpibus in caſtra deſcenderant, læti ſcilicet omnes inſtauratis animis uitulabantur, nihilq; non ſibi ex ſententia ceſſurum Maximinus arbitrabatur, ne locorum quidem difficultati fidentibus Italis, intra quas latitare ipſi, & ſaluti ſuæ conſulere, prætereaq; inſidiari hoſtibus, ac locis ſuperne imminentibus pugnam capeſſere potuiſſent. Sed ubi planiciem attigerunt, nunciant exploratores maximam Italiæ urbem Aquileiam portas occluſiſſe, Pannoniorum acies quæ præiuerant, acriter murum oppugnaſſe. Cæterum tentata re ſæpe omnes incaſſum conatus euaſiſſe. Itaq; iam defatigatos recedere, lapidibus ſcilicet & haſtis magnaq; ſagittarum ui deſuper ingruentibus. At Maximinus iratus Pannonijs, quaſi parum impigre præliatis, ipſe cum exercitu reliquo accelerabat, ſperans nullo negotio ſe illius urbis potiturum. Sed Aquileia prius quoq; (ut erat ingens urbis eius magnitudo) populo abundabat: & uelut Italiæ quoddam emporium ad mare ſita, quaſiq; terminus Illyriæ, copiam rerum è continenti per terram fluuiosq; conuectam nauigãtibus ſuggerebat: & ab ipſo mari res ad uſum eorum qui continentẽ colunt, neceſſarias uidelicet ſuperioribus terris propter hyemis aſperitatem minus feracibus, maxime tamen uinum, cuius in ipſa regione maximus prouentus, uicinis gentibus ne uitem quidem habentibus, affatim ſuppeditabat. Ex quo factum uti ſuper ciuium ingentem numerum, etiam magna uis hoſpitum ac mercatorum eam urbem frequentaret. Enimuero tunc etiam aucta multitudo confluentibus illuc ex agris, quicunq; oppidulis uicisq; circa relictis, fidebant urbis magnitudini, ac uetuſtis mœnibus dirutis quidem antea magna ex parte. Quip

pe in tanta Romanorũ potentia, neq; murorum, neq; armorũ Italiæ ciuitates indigebant, pacem altiſsimã agitantes, atq; in participatũ reip. aſcitæ. Sed tunc urgente uidelicet neceſsitate, renouatis, inſtauratisq; mœnibus, præterea turribus ac propugnaculis excitatis, totaq; urbe ad eum modum cõmunita, clauſisq; portis, noctẽ, diemq; uniuerſi pro muro ſtantes, hoſtem fortiſsime propulſabant. Duces erant ſumma poteſtate duo conſulares uiri lecti à ſenatu, Criſpinus ac Menephilus. Hi maxima diligentia procurauerant, uti neceſſaria quæq; in urbem importarentur, ſic ut diuturnior quoq; ſuſtineri oppugnatio potuerit. Erat item in urbe magna aquarum abundantia, partim ex puteis ſanè frequentibus, partim è fluuio muros præterfluente, ac pariter foſſæ obiectus, & aquarũ præbente copiam. His ita intra urbem cõparatis, ut primum defendi muros diligenter, clauſasq; portas Maximinus audiuit, decreuit mittere legatorũ ſpecie, qui illos alloquerentur, ac ſi poſſent, reſerari ſibi portas perſuaderent. Habebat autem in exercitu tribunũ quendam Aquileiæ ciuem, cuius nati atq; uxor, præterea familia omnis in urbe erant concluſi. Quare eum, centurionesq; nonnullos quaſi oratores mittit, ſperans facile illius autoritatem municipes ſecuturos. qui ubi muro appropinquarunt, in hanc ſententiam uerba faciunt. Iubere cõmunem imperatorem pacem depoſitis armis colere, ſeq; amicum pro hoſte accipere, ſacrisq; faciundis uacare, quàm cædibus, miſerari patriam paulopoſt (ſi obſtinati perſtiterint) ruituram. licere ipſis (ſi uelint) una opera ſibi quemq;, & ſaluti patriæ cõſulere: quippe obliuionẽ, ueniamq; omnium quæ fecerint, optimũ principem polliceri, quando nihil ipſorum, ſed omnia forent aliena culpa contracta. Talia quædã ſub muro legati magna uoce pronunciabãt, ſic ut facile exaudiri, ſi non planè ab omnibus, certe ab ea multitudine poſſent, quæcunq; ſupra muros turreisq; cõſtiterat. Etenim taciti omnes legatorum dictis aures dediderant. Quare metuens Criſpinus, ne pollicitationibus illis, quæ uulgi inconſtantia eſt, ad mutandum pace bellum, reſerandasq; hoſti portas impellerẽt, diſcurſans ipſe per muros rogare, obteſtariq; ſingulos, uti audacter manerent, fortiterq; reſiſterent, neq; fidem proderent ſenatui debitam P. Q. R. neue titulum ſeruatæ ac propugnatæ Italiæ totius aſpernarẽt, neu promiſſis crederent periuri fraudulentiq; tyranni, neue item benigna oratione ineſcati, ruerent in manifeſtam perniciem: ſed cõfiderent belli fortunæ, ita plerunq; dubiæ, atq; ancipiti, ut magnus interim numerus à pauciſſimis, & qui potentiores creduntur, ab ijs qui imbecilliores habeãt, uicti ſuperatiq; ſint, neue utiq; expaueſcerẽt exercitus illius magnitudinem. Nam qui pro altero dimicant, cum ſuæ uictoriæ felicitatẽ ad alios uideant migraturam, minus profecto acriter decertãt. Quippe qui intelligant ſe quidem in periculi participatum admitti, cæterũ extremos uictoriæ fructus ad alium peruenturos. Qui autem pro patria pugnant, præterquam quod ſpe meliore eſſe debent (neq; enim aliena occupare, ſed tueri ſua contendunt) etiam animo ſunt maiore, ut quos non alienum imperiũ, ſed ſua quenq; neceſſitas adigat, quoniam ſcilicet uictoriæ fructus ipſis potiſsimũ debeantur. Talia quædam nunc ſingulis, nunc uniuerſis ingerens Criſpinus, homo ſuapte natura uenerabilis, ac Romana facundia pollens, præterea gratus omnibus miti modeſtoq; imperio, perſuaſit multitudini ut in officio fideq; permanerent. iuſsitq; legatos rebus infectis ad Maximinum reuerti. Dicebatur autem Criſpinus ad bellum ſic audacter ſuſtinendum, etiam aruſpicum reſponſo, qui læta exta nunciarent, animatus. etenim magnopere fidem huiuſcemodi ſignis habere Itali cõſueuerunt. Cæterum nonnulla quoq; oracula ferebantur patrij cuiuſdam numinis, uictoriam promittentia. Belem uocant indigenæ, magnaq; eum religione colunt, Apollinem interpretantes. Cuius etiam ſpeciem pro urbe ipſa pugnantem, quidam è militibus Maximini uiſam ſibi in cœlo affirmabant. Quod utrum ſic eſſe nonnulli putauerint, an id commentum placuerit, ad leuandam infamiam tanti exercitus, qui bello impar foret aduerſus minorem multo numerum oppidanorum, ut ſcilicet uicti potius à dijs, quàm ab hominibus uiderentur, haud ſanè ſatis exploratum habeo. Cæterum nouitas euẽtus cuncta credibiliora facit. Poſtea uero quàm infecto negocio legati reuerterũt, ira & furore inſtinctus Maximinus, magis magiſq; accelerabat. Vt autem ad fluuium peruenit, qui ad lapidem duodecimum procul eſt ab urbe, inuenit ipſum maxima aluei profunditate ac latitudine defluẽtem.

Etenim

Etenim anni tempore ſolutæ uicinorum mõtium niues, quas longa hyems durauerat, maximum torrentem effecerant, ſic ut nullo pacto tranſire exercitus poſſet. Nam pontem, quod opus magnum atq; pulcherrimũ ueteres imperatores lapide quadrato conſtruxerant, pylis ueluti quibuſdam paruis ſenſim creſcentibus, ruperant ac reſoluerãt Aquileienſes. Ita cum neq; ponte, neq; nauigijs (quippe nulla ſuppeditabant) tranſire exercitus poſſet, ſubſtitit incertus conſilij. Sed enim Germani aliquot ignari, quàm rapido abruptoq; impetu Italiæ flumina deferant, ratiq; ſenſim influere campos, quẽadmodũ apud ipſos conſueuerunt (unde etiã quia minimum ſe concitant, per facile congelaſcunt) auſi ſeq; & equos natãdi peritos alueo credere, ui fluminis ablati perierunt. Igitur cum biduum aut triduum in tentorijs fuiſſet Maximinus, ducta circum exercitum foſſa, ne qui de improuiſo in caſtra ruerent, ſtabat in ſua ripa deliberabũdus quonam tandem pacto fluuium põte iungeret. Sed magna lignorum ac nauigiorum penuria, quibus inter ſe iunctis pontem fabricaretur, nuntiarunt quidam è fabris, eſſe permultas in agris illis deſertis inanes cupas forma rotũda, quibus uidelicet incolæ quondam ad uinum importandum utebantur. ea cum eſſet ad nauium ſimilitudinem cõcaua, deuincta mox inter ſeſe ſcapharum more, innatatura uidebantur. Etenim ire peſſum uinculis inter ſe conſtricta, ac uiminibus deſuper iniectis, & puluere multo ſaburrata non poterant. Quod ubi factum eſt, facile milites in ulteriorem ripam tranſgreſsi, ſuburbanis ædificijs, quæ deſerta inuenerunt, igne correptis, uites arboresq; exciderunt, omnemq; eius regionis ornatum fœdauerunt. Siquidem arborum cõparibus ordinibus, ac uitibus inter ſe iunctis, & in ſublime euectis, ad feſtæ celebritatis ſpeciem, quaſi coronis quibuſdam redimita om̃is regio uidebatur: quibus radicitus exciſis, exercitus ad ipſos urbis muros contendebat. Sed omnibus defatigatis, non fuit imperatoris conſilium urbem ipſam ſtatim inuadere. Sed extra teli iactum conſtituto milite, diuiſoq; in centurias, & cuneos, ac partibus muri totius unicuiq; attributis, uno tantum die ac requieſcendum indulto, ſtatim deinde oppugnare urbem aggreditur. Igitur machinamentis omnifariam admotis, cum genus oppugnationis nullum prætermitteretur, plurima ſcilicet, ac propemodum quotidiana certamina edebãtur. Etenim circũdatis uelut indagine quadam muris, magnaq; ui atq; alacritate pugnam capeſſente milite, reſiſtebant audacter Aquileienſes, clauſiſq; templis & domibus, uniuerſi cum liberis & coniugibus urbem deſuper è turribus ac propugnaculis defenſabant. Neq; erat ulla tam inutilis ætas, quæ pugnare pro patria recuſaret. Cæterum ſuburbana omnia, & quicquid extra urbem ædificiorum fuerat, demolitus Maximinus, lignis, materiaq; omni ad machinas abutebatur, quibus muri ſaltem aliquam partem demoliretur, qua immiſſus exercitus diriperet urbem, ac dirueret, totamq; eam uaſtam mox deſertamq; relinqueret. Neq; enim decorum ſibi aut honorificum fore iter Romam arbitrabatur, niſi urbem deleuiſſet, quæ prima in Italia obſtitiſſet. Quocirca multa pollicentes atq; oſtentantes ipſe cum filio, quem Cæſarem fecerat, obequitabant militibus, eosq; ad pugnandum acriter adhortabantur. Enimuero Aquileienſes ſaxa deſuper iaciebant, ſulphurq; bitumine, ac pice mixtum dolijs, quorum manubria longiora, immittebant, atq; ut primum exercitus muris ſucceſſerat, ignibus iniectis diſpergebant unanimiter imbrium ritu. Quamobrem pix illa cum cæteris, quæ ſupra diximus, partes nudas corporis ſubiens, undiq; diffundebatur: ſic ut miles loricas, armaq; cetera ferro excandeſcente, corijsq;, ac lignis ardentibus, contrahentibusq; ſe raptim abijceret. Itaq; cernere erat milites arma ſibijpſos detrahẽtes, quæ ſpoliorũ ſpeciem abiecta humi, commento magis artis, quam ui pugnantium præferebant. Ex quo factum eſt, ut pleriſq; militibus, aut oculi extinguerentur, aut ſummæ oris partes, manusq; item, & ſi qua præterea nuda in corpore patebant, ignibus labefactarentur. Sed & machinis quæ muro admouebantur, deſuper tædas inijciebant, pice ac reſina oblitas, quarum extremitas mucronem ueluti ſagittæ haberet, quæ cum accenſæ deferebantur, infixæ, inhærentesq; machinis, facile ſcilicet illas concremabant. Sed primis ſanè diebus par utrinq; librata fuit pugnæ fortuna. Dein mora iniecta, minus minusq; iam alacer Maximini erat exercitus, ſed quia ſpe falſus, triſtiorq; indies. Nam quos ne unum quidem diem ſperauerant ſuum laturos impetum, eos non modo non cedentes, ſed reſiſten-

tes etiã audaciſsime animaduertebant. Contra Aquileienſes magis magisq; indies uirium atq; animorum implebantur: & aſsiduitate pugnandi peritiã pariter audaciamq; conſecuti, ſic deſpiciebant milites, ut etiam iocarentur in eos, & cauillarentur, nihilq; non contumeliæ obeunti muros Maximino exprobraret, tum in ipſum iuxta filiumq; nulla non iacerent probra. Quibus irritatus ac furens, cũ effundere in hoſtes iram non liceret, plurimos è ſuis ducibus, quaſi parum ſtrenue atq; acriter urbem oppugnarent, extremo ſupplicio affecit. Quo factum, ut infeſtiorem ſibi atq; iratiorem militem reddiderit, & contemptibilior fieret aduerſarijs. Euenit præterea, ut Aquileienſes commeatu rebusq; cæteris abundarent, quoniam magna diligentia quæcunq; ad homines aut equos ſuſtentandos deſiderantur in urbem fuerant comportata. Contra exercitus omnium rerum egenus, excisis feracibus arboribus, agroq; omni peruaſtato, partim ſub tumultuarijs tentorijs agitabant, partim ſub aperto cœlo tolerabãt ſolem, atq; imbres. Siquidem nihil alimenti, uel ipſis, uel iumentis importabatur, obſeſsis omnibus Italiæ itineribus Romanorum diligentia, murisq;, & portis excitatis. Etenim uiros conſulares cum lectiſsimis, ac ſpectatiſsimis hominibus ex Italia tota miſerat ſenatus, qui litora portusq; tutarentur, neq; cuiquam poteſtatem facerent nauigandi, ſic ut inaudita, incognitaq; forent Maximino quæcunq; Romæ agitabantur. Quin uiæ quoq; omnes, & calles, ne quis tranſiret, diligentiſsime ſeruabantur. Ita eueniebat, ut exercitus, qui urbem obſidebat, ipſe inuicẽ obſideretur. Nam neq; Aquileiam capere, neq; Romam proficiſci poterat, nauigiorum aut uehiculorum penuria, quæ omnia prius occupata, & cõcluſa fuerant. Rumores quoq; ſuſpitionibus in maius augebãtur, eſſe uniuerſum in armis Romanum populum, conſenſiſſe Italiam genteſq; omnes Illyricas, barbaraſq; quaſcunq; aut oriens aut meridies uidet ad exercitum contrahendum coniuratas in Maximini odium. Quare deſperantes milites, omnium rerum penuria laborabant, uixq; aquæ ſatis habebant, quam etiam pollutam ſanguine, & cædibus de flumine hauriebant. Nam & Aquileienſes cadauera ſuorum, quæ humari non poterant, in flumina præcipitabant: & qui ferro morboq; in exercitu perierãt, itidem alueo demergebãtur. Inter quos etiam qui inopia ciborum confecti, uix adhuc ſpiritũ retentabãt. Cum igitur ad hunc modum mœſtus atq; inops exercitus eſſet, repente dum ſub tentorio quieſcit Maximinus uacuo die à pugna, cũ pleriq; aut in tabernacula, aut in ſuas quiſq; ſtationes conceſsiſſent, uiſum eſt militibus ijs, quorum ad urbem Romam ſub monte Albano caſtra erant, atq; in his liberi eorum cõiugeſq; relictæ, neci dedere Maximinum, ut aliquando à diuturna & inexplicabili oſidione requieſcerent, neq; Italiæ bellum inferrent in tyranni gratiam, damnati omnibus & inuiſi. Quocirca occupata audacia, ſub medium fermè diem ad illius tentorium contenderunt, conſpirantibus unà corporis cuſtodibus. Ibiq; poſtquam de ſignis militaribus illius imagines detraxerunt, prodeuntẽ mox tentorio, cum filio, ut ad eos loquerentur, continuo obtruncãt, unaq; præfectum prætorio, & quoſcunq; chariſsimos ille habuerat. Proiectaq; ad ludibrium cadauera, canibus dein uolucribusq; laniãda reliquerunt, miſsis tantũ Romam imperatorum capitibus. Hunc habuit finem Maximinus cum filio. Ita male geſti imperij dedere ambo ſupplicium. Cæterum exercitus hærebat nece audita principum. Neq; enim perinde omnibus grata, præſertimq; Pannonijs Thracibusq; barbaris, qui ſcilicet imperium tradiderant. Sed quando infectum fieri iam nequibat, ferebant quanquã inuiti, & ſe gaudere cum cæteris ſimulabant. Quare depoſitis armis, pacatorum habitu, ad Aquileiæ muros acceſſerunt: nunciataq; cæde Maximini, petebãt uti ſibi portæ aperirentur amicis iam, qui pridie hoſtes fuiſſent. Enim uero Aquileienſium duces haud paſsi, proponũt Maximi, & Balbini, ac Gordiani Cęſaris imagines, coronis, & lauro redimitas. Quibus ipſi acclamantes, etiam hortabantur exercitum, ut agnoſcerent, ſalutarentq;, & lætis exciperent uocibus, quos ſenatus, populusq; Romanus imperatores elegiſſet. Nam Gordianos illos ſuperiores, cum dis agere æuum. Sed & forum rerum uenaliũ ſupra muros expoſuerunt, magna ciborum, uiniq; copia, præterea q; ueſtium, & calceorum, rerumq; adeo omnium, quas præbere hominibus poſſet ciuitas beata & florens. Igitur magis, magisq; ea res exercitum obſtupefecit, cogitantẽ fuiſſe illis abunde omnia, etiam ad longiorem obſidionem ſuffectura: contraq; ſe ma

ſe magna egeſtate omnium, prius aliquanto perituros, quàm urbe omnibus circunflu ente copijs potirentur. Ita manente ſub muris exercitu, & quæ cuiq; uſui forent, inde ſumentibus colloquentibusq; inter ſe, pacis erat amicitiæq; uelut habitus, manente ad huc obſidionis ſpecie, cum ſcilicet clauſa mœnia Romanus circunſideret exercitus. Dum hæc ad Aquileiam geruntur, interea equites, qui Maximini caput Romam fere bant, magno ſtudio accelerantes, patentibus ubiq; portis, ac laureata popularium fre quentia excepti, ſtagnis paludibusq; inter Altinum ac Rauennã enauigatis, Maximũ in urbe Rauenna inuenerunt, delectos ex urbe & Italia contrahentem milites, ac Ger manorum auxiliares, qui beneuolentiæ nomine publice à popularibus miſsi fuerant, quibus olim Maximus cum imperio diligẽtiſsime præfuerat. Ergo paranti copias ad uerſus Maximinum repente occurrunt equites, capita ferentes principum, uictoriãq; nunciãtes, & rerum proſperos ſucceſſus, conſenſumq; exercitus & populi ad eoſdem colendos principes quos ſenatus elegiſſet. His igitur præter ſpem nunciatis, ſtatim ad aras ſacrificatum diſcurritur, uictoriam canentibus uniuerſis, quam citra pulueris iactum ſibi pepererant. Enimuero Maximus peracto ſacrificio, Romam dimittit equi tes, ut rem geſtam populo narrent, & capita illa perferant. Qui poſtq; peruenere in ur bem, atq; infixa contis hoſtilia capita omnib. conſpicienda prætulerũt, nemo utiq; uer bis ullis conſequi poſſet feſtum lætitiãq; eius diei. Nulla quippe fuit ætas, quæ non ad aras & templa feſtinaret, nemo qui domi ſe continuerit: ſed ibant ceu lymphati gratan tes inuicẽ, atq; in circum ueluti futura cõcione frequentes cõcurrebant. Ipſeq; Balbi nus hecatõbas immolabat, nulliq; nõ magiſtratus, nulli nõ è ſenatorio ordine lętabun di ſupra q̃ dici poſſet, agitabant, quaſi ſecurim ceruicibus imminentẽ excuſſiſſent. Igi tur nuncij, legatiq; per omnes prouincias laureati dimittebantur. Dumq; ad hunc mo dum tanta Romanũ Po. lætitia tenebat, interea Maximus Rauenna profectus, Aqui leiam peruenit, trãſmiſsis paludibus, in quas fluuius Eridanus, ac uicina exundant ſta gna, ſic ut per ora ſeptem in mare præcipitẽtur. Itaq; indigenæ patria lingua paludem illam, ſeptem maria appellant. Statim igitur Aquileienſes Maximũ reſeratis portis ex cepere, nullæq; nõ Italiæ ciuitates legatos mittebãt principes uiros candidatos, ac lau reatos, & deorũ patriorũ ſimulacra aureaſq; coronas, ſi quæ in donarijs fuerant cõpor tantes, qui fauſta omnia Maximo acclamarent, & frondibus eum conſpergerẽt. Quin exercitus etiam qui Aquileiam circunſederat, pacato habitu prodibat laureatus, non tam uero concordiq; affectu uniuerſorum, quàm ficta beneuolentia, & honore tempo rario ad præſentem fortunam principis accommodato. Pleriſq; tamen indignantibus, ac dolentibus clanculum, quem ipſi elegerant cecidiſſe, rerum potiri quem ſenatus creauerat. Enimuero Maximus uno alteroq; die ſacrificijs abſumpto, tertio dein ex ercitum omnem in planiciem conuocauit, atq; ex tribunali ad hunc modum uerba fe cit: Quàm fuerit ex uſu uobis pœnitentia, & reconciliata cum Romanis gratia, re ipſa didiciſtis pacem uidelicet pro bello agitantes ſeruato etiam militari iureiurando, quod eſt unum Romani principatus myſteriũ ſanctiſsimũ. Quare debetis etiam dein ceps huiuſcemodi cõmodis frui, fidem populo ſeruantes, ſenatuiq; Rom. & nobis im peratoribus, quos à nobis nobilitate & rebus geſtis, lõgaq; ſerie generis, quaſi per gra dus quoſdam prouectos, pari iudicio S. P. Q. R. elegerunt. Neq; enim unius tantum hominis peculiaris poſſeſsio principatus eſt, ſed communis antiquitus totius Romani Po. Siquidẽ in illa urbe ſita eſt imperij fortuna, nobis aũt diſpẽſatio tantũ, atq; admini ſtratio principatus unà uobiſcũ demandata eſt. Qui ſi ordinẽ, quem decet, ac modeſti am retinebitis, ſi debitũ principibus honorẽ ac reuerentiam exhibebitis, cum ipſi bea tam uitam boniſq; omnibus affluẽtem adipiſcemini, tum nationes ac ciuitates uniuer ſæ pacem colentes in officio permanebunt. Viuetis aũt cuncti ex animi ueſtri ſentẽtia domi ſuæ quiſq;, neq; in externis regionibus cõflictabimini. Vt aũt barbaræ gentes pa cem quieteq; tueant, nobiſcum erit hic labor. Nam cũ duo ſint imperatores, facilius ur banæ res adminiſtrabunt, atq; externæ, pręſto ſcilicet futuro alterutro, quocunq; uſus uocauerit. Neq; uero ſuſpicemini rerũ ſuperiorũ memoriã ullam ſuperſore, aut in no bis (quippe nihil non iuſsi feciſtis) aut in Ro. Po. nationibuſq; alijs, quæcunq; ob ac ceptas iniurias deſciuerunt. Sit omnium obliuio, ſit fœdus conſtantis amicitiæ, fideſq;

beniuolen

beneuolentiæ, ac moderationis ſempiterna. Hæc locutus Maximus, ac pecunias magna copia pollicitus, paucos Aquileiæ commoratus dies Romã reuerti conſtituit. Igitur dimiſſo exercitu reliquo in prouincias, caſtraq́ propria, Romam reuertitur ipſe, cum ſtipatoribus ijs, quibus imperatorum cuſtodia incumbebat, quiq́ delecti ab Albino fuerant, neq́ non auxiliaribus Germanis, quorum potiſsimum fidei cõfidebat, utpote quibus olim nondum adepto imperio cum poteſtate præfuerat. Ingredienti urbem etiam Albinus occurrit, Gordianum Cæſarem ſecum adducẽs. Senatus autem, populusq́ uniuerſus lætis acclamationibus ueluti triumphantes exceperunt. Poſt id autem, cum publice, priuatimq́ modeſtia & grauitate imperiũ gubernaretur, omnesq́ omnia bona dicerẽt, lætareturq́ populus & gloriaretur patricijs imperioq́ dignis principibus, militum tamen ulceroſi animi populares illas acclamationes haud æquis auribus accipiebant, ipſamq́ illam nobilitatem grauabantur, indigne ferentes datos ſibi à ſenatu principes. Angebant præterea eos Germani quos in urbe ſecum Maximus retinuerat. Nam futuros uindices ſperabant, ſi quid ipſi maius auſi forent: etiamq́ inſidias ſuſpectabant, ne forte ab illis per fraudem exarmarentur, memores Seueri principis, qui etiam Pertinacis interfectores exauctorauerat. Cum itaq́ ludi Capitolini celebrarentur, deditis feſto ac ſpectaculis omnium mentibus, repente diſsimulatũ diu ſenſum milites indicarunt. Namq́ ira inſtincti, ac ueſano quodam motu unanimiter ad regiam concurrentes, ſenes principes ad necẽ depoſcebant. Forte accidit, ut ne ipſi quidem inter ſe ſatis congruerent. Sed (ut eſt regnãdi inexhauſta auiditas, atq́ incommunicabilis natura poteſtatis) uterq́ ad ſe ſummam imperij trahebat. Etenim Albino claritudo natalium, atq́ iterum geſtus conſulatus, Maximo aũt præfectura urbi, & quòd rerum peritus habebatur, animos faciebant: utrunq́ tamen patricia nobilitas, & quantum ſatis eſſet, illuſtre genus, ad ſummũ imperium ſtimulabant. Quæ res in primis ambos perdidit. Nam audito Maximus ueniſſe ad ſe occidendum milites, qui prætoriani appellãtur, accerſere ſtatim Germanos auxiliares ſtatuerat, qui ſcilicet in urbe ipſa erant, ac poſſe reſiſtere prætorianis uidebantur. At Albinus dolum contra ſe, compoſitamq́ aliquã ſuſpectans fraudem, quòd ſtudere Maximo Germanos cognouerat, prohibuit acciri illos, negans ad prohibendos, repellendosq́ prætorianos conuocari, ſed id agi, ut ſumma rerum ſolus Maximus potiatur. Ac dum inter ſe ad hunc modum diſceptant, ecce tibi unanimiter milites impetu in aulam facto, turbatis ianuarum cuſtodibus, ſenem corripiunt utrunq́, laceratisq́ ueſtibus quas gerebant, uilioribus ſanè, utpote domi ſe continentium, nudos ipſos ex aula abſtrahunt, ac per omnem ignominiam contumeliamq́ cædentes irridentesq́ ſenatorios imperatores, barbamq́ & ſupercilia uellentes, neq́ ulli parcẽtes corporis totius ludibrio, per mediam urbem ad caſtra deducebant, ne occidere quidẽ illos in regia decreti, ſed lento mortis genere prius excarnificare, quo dolorem diutius perpeterentur. Sed ubi Germanos re deinde cognita, raptis armis in auxilium concurrere nunciatum prætorianis eſt, ſtatim illos nullo non ludibrio prius affectos contrucidant, Relictisq́ in ipſa uia cadaueribus, tollentes in altum manibus Gordianum Cæſarem, quando aliud nihil occurrit, Imperatorem conſalutabant, Identidem ad populum uociferantes, iacere ipſorum manu, quos populus ab initio recuſauerat: electumq́ Gordianum, Gordiani nepotem, quem ipſe Ro. Po. ad imperium compuliſſet. Hunc igitur ſecum deducentes coire in caſtra, clauſisq́ portis quieti agitabant. At Germani ubi occiſos, proiectosq́ audierunt, quorum cauſa properauerant, cum nollent irritum bellum pro uiris uita defunctis ſuſcipere, in ſua diuerſoria reuertuntur. Hunc finem uitæ habuerunt, indignum uidelicet ac neſarium, ſancti & uenerabiles ſenes, claritudine generis atq́ egregijs meritis ad imperij faſtigium prouecti. Cæterum Gordianus cum annorum eſſet fermè tredecim, princeps ab uniuerſis declaratus, Romanum ſuſcepit imperium.

HERODIANI FINIS

DE VITA ET MORIBVS IMPERATORVM ROM. EXCERPTA EX LIBRIS SEX. AVRELII VICTORIS, A CAESARE AVguſto uſq; ad Theodoſium Imperatorem.

D. CAESAR OCTAVIANVS AVG.

ANNO urbis conditæ DCCXXII. ab exactis uero regibus CCCCLXXXq; mos Romæ repetitus uni prorſus parendi pro rege imperatori uel ſanctiori nomine Auguſto appellato. Octauianus igitur patre Octauio ſenatore genitus, maternum genus ab Aenea per Iuliam familiam ſortitus, adoptione uero C. Cæſaris maioris auunculi, C. Cæſar dictus, deinde ob uictoriam Auguſtus cognominatus eſt. Iſte in imperio poſitus, tribunitiam poteſtatem per ſe exercuit. Regionem Aegypti inundatione Nili acceſſu difficilem, inuiamq; paludibus in prouinciæ formam redegit. Quam ut annonæ urbis copioſam efficeret, foſſas incuria uetuſtatis limo clauſas, labore militum pateſecit. Huius tempore ex Aegypto urbi annua ducẽties centena millia frumẽti inferebantur. Iſte Cantabros & Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas numero prouinciarum Pop. Rom. cõiunxit, Sueuos Cattosq; deleuit, Sicambros in Galliam tranſtulit, Pannonios ſtipendiarijs adiecit, Getarum populos, Baſternasq; laceſsitos bellis ad concordiam compulit. Huic Perſæ obſides obtulerunt, creandiq; regis arbitrium permiſerunt. Ad hæc Indi, Scythæ, Garamantes, Aethiopes legatos cum donis miſerũt. Adeo deniq; turbas, bella, ſimultates execratus eſt, ut niſi iuſtis de cauſis, nunquam genti cuiquam bellum indixerit. Iactantisq; eſſe ingenij & leuiſsimi dicebat, ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id eſt folia infructuoſa, in diſcrimen per incertos euentus certaminum, ſecuritatem ciuium præcipitare. Neq; imperatori bono quicquam minus quàm temeritatem congruere. Satis celeriter fieri quicquid commode gereretur. Armaq; niſi maioris emolumenti cauſa, nequaquã mouenda eſſe: ne compendio tenui, iactura graui, petita uictoria ſimilis ſit hamo aureo piſcantibus: cuius abrupti amiſsiq; detrimentũ nullo capturæ lucro penſari poteſt. Huius tempore trans Rhenum uaſtatus eſt Romanus exercitus, atq; tribuni & proprætor cæſus. Quod intantum accidiſſe perdoluit, ut cerebri ualido incurſu parietem pulſaret, ueſte capilloq;, ac reliquis lugẽtium indicijs deformis. Auunculi quoq; inuentum uehementer arguebat, qui milites cõmilitones, nouo blandoq; more appellans, dum affectat charior fieri, autoritatẽ principis emolliuerat. Deniq; erga ciues clementiſsime uerſatus eſt. In amicos fidus extitit. Quorum pręcipui erant ob taciturnitatem Mœcenas, ob patiẽtiam laboris, modeſtiamq; Agrippa. Diligebat præterea Vergilium. Rarus quidem ad recipiẽdas amicitias, ad retinendas cõſtantiſsimus. Liberalibus ſtudijs, præſertim eloquentiæ intantum incumbens, ut nullus ne in procinctu quidem laberetur dies, quin legeret, ſcriberet, declamaret. Leges alias nouas, alias correctas protulit ſuo nomine. Auxit, ornauitq; Romã ædificijs multis, iſto glorians dicto, Vrbem lateritiã reperi, relinquo marmoreã. Fuit mitis, gratus, ciuilis animi & lepidi, corpore toto pulcher, ſed oculis magis. Quorũ aciem clariſsimorũ ſiderum modo uibrans, libenter accipiebat cedi ab intẽdentibus tanq; ſolis radijs aſpectui ſuo. A cuius facie dum quidã miles auerteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, reſpondit, Quia fulmen oculorum tuorũ ferre non poſſum. Nec tamen uir tantus uitijs caruit: fuit enim paululum impatiens, leniter iracundus, occulte inuidus, palam factioſus. porrò autem dominandi ſupra quàm æſtimari poteſt, cupidiſsimus, ſtudioſus aleæ luſor. Cumq; eſſet cibi ac uini multi, aliquatenus uero ſomni abſtinẽs, ſeruiebat tamen

men libidini uſq; ad probrũ uulgaris famæ. Nam inter XII. catamitos, totidemq; puellas accubare ſolitus erat. Abiecta quoq; uxore Scribonia, amore alienæ coniugis poſſeſſus, Liuiam quaſi marito concedente ſibi coniunxit. Cuius Liuiæ iam erant filij Tiberius & Druſus. Cumq; eſſet luxuriæ ſeruiens, erat tamen eiuſdem uitij ſeueriſsimus ultor, more hominum, qui in ulciſcendis uitijs, quibus ipſi uehementer indulgent, acres ſunt. Nam & poetam Ouidium, qui & Naſo, pro eo, quod tres libellos amatoriæ artis conſcripſit, exilio damnauit. Quodq; eſt læti animi, uel amœni, oblectabatur omni genere ſpectaculorum, præcipue ferarum incognita ſpecie, & infinito numero. Annos VII & LXX ingreſſus, Nolæ morbo interijt. Quanq; alij ſcribant dolo Liuię extinctum, metuentis, ne quia priuignę filium Agrippã, quem odio nouercali in inſulam relegauerat, reduci cõpererat, eo ſummã rerum adepto pœnas daret. Igitur mortuũ, ſeu necatum, multis nouiſq; honoribus ſenatus cenſuit decorandũ. Nam præter id, quod antea patrẽ patriæ dixerat, templa tam Romæ q; per urbes celeberrimas ei conſecrauit, cunctis uulgo iactantibus, utinam aut nõ naſceretur, aut non moreretur. Alterum enim peſsimi incepti, exitus præclari alterum. Nam & in adipiſcendo principatu oppreſſor libertatis eſt habitus, & in gerẽdo ciues ſic amauit, ut tridui frumẽto in horreis quondam uiſo, ſtatuiſſet ueneno mori, ſi è prouincijs claſſes interea non uenirẽt. Quibus aduectis, felicitati eius, ſalus patriæ eſt attributa. Imperauit annis L & VI. XII cum Antonio, XL uero & IIII ſolus. Qui certe nunquam aut reip. ad ſe potẽtiam traxiſſet, aut tamdiu ea potiretur, niſi magnis naturæ & ſtudiorum bonis abundaſſet.

CLAVDIVS TIBERIVS

CLaudius Tiberius Liuiæ filius, Cæſaris Octauiani priuignus, imperauit annis XXIIII. Iſte, qui Claudius Nero dicebatur, eleganter à iocularibus, Caldius Biberius Mero ob uinolentiam nominatus eſt. Satis prudens in armis, ſatiſq; fortunatus ante ſumptum imperium ſub Auguſto fuit, ut non immerito reip. dominatus ei committeretur: Inerat ei ſcientia literarum, eloquio clarior, ſed ingenio peſsimo, truci, auaro, inſidioſo, ſimulans ea ſe uelle, quæ nollet. His quaſi infenſus, quibus conſultum cupiebat: his uero quos oderat, quaſi beneuolus apparens. Repentinis reſponſionibus aut conſilijs melior, quàm meditatis. Deniq; delatũ à patribus principatum, quod quidem aſtu perfecerat, ficte abnuere, quid ſinguli dicerent uel ſentirent, atrociter explorans: quæ res bonos quoſq; peſſum dedit. Aeſtimantes enim ex animo eum longa oratione imperialis moleſtiæ magnitudinem declinare, cum ſententias ad eius uoluntatem promunt, inceſſere exitia poſtrema. Iſte Cappadocas in prouinciam, remoto Archelao rege eorum, redegit. Getulorum latrocinia repreſsit. Maraboduum Sueuorũ regem callide circumuenit. Cum immani furore inſontes, noxios, ſuos pariter, externoſq; puniret, reſolutis militiæ artibus, Armenia per Parthos, Mœſia à Dacis, Pannonia à Sarmatis, Gallia à finitimis gentibus direptæ ſunt. Iſte poſt LXXVIII. annum & menſem IIII. inſidijs Caligulæ extinctus eſt.

C. CAESAR CALIGVLA

CAligula imperauit annos IIII. Iſte filius fuit Germanici: & quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calciamenti militaris, id eſt Caligulæ ſortitus eſt. Ante principatum omnibus charus acceptuſq; fuit. In principatu uero talis, ut non immerito uulgaretur atrociorem illo dominum nõ fuiſſe. Deniq; tres ſorores ſuas ſtupro maculauit. Incedebat habitu deorum ſuorum. Iouem ob inceſtum, è choro autem bacchanali Liberum ſe aſſerebat: de quo neſcio an decuerit memoriæ prodi, niſi forte quia iuuat de principibus noſſe omnia, ut improbi ſaltem famæ metu talia declinent. In palatio matronas nobiles publicæ libidini ſubiecit. Primus diademate impoſito, dominum ſe iuſsit appellari. In ſpatio trium millium, quod in ſinu Puteolano inter moles iacet, duplici ordine naues contexens, arenæ adgeſtu ad terræ ſpeciem uiam ſolidatam, phalerato equo, inſigniſq; ærea corona, quaſi triumphans indutus aureo paludamento, curru bijugi decucurrit, dehinc à militibus confoſſus interijt.

CLAVDIVS TIBERIVS

CLaudius Tiberius, Druſi Tiberij fratris filius, Caligulæ patruus, imperauit annos xiiij. Iſte cum ſenatus cenſuiſſet gentē Cæſarū exterminari, deformi latebra latens, repertus à militibus, quia uecors erat, & mitiſsimus uidebatur imprudentibus, imperator effectus eſt. Hic uentri, uino, libidini fœdæ obediens, uecors & propè hebes, ignauus ac pauidus, libertorū & cōiugis imperijs ſubiectus fuit. Huius tēpore Scribonianus Camillus intra Dalmatias imperator creatus, cōtinuo occidit. Mauri prouincijs à Cæſare pulſi, cæſa Muſulamiorum manus eſt, aqua claudia Romæ introducta. Huius uxor Meſſalina primo clàm, mox paſſim quaſi iure adulteris utebatur. Ex quo facto plures metu abſtinentes extincti ſunt. Dehinc atrocius accenſa, nobiliores quaſq; nuptas & uirgines, ſcortorū modo ſecū pποſuerat, coactiq; mares ut adeſſent. Quod ſiquis talia horruerat, adficto crimine, in ipſum omnemq; familiā ſæuiebat, ut magis uideretur ipſa imperare uiro, q̃ imperatori nupta eſſe: ita liberti eius poteſtatem ſummā adepti, ſtupris, exilio, cæde proſcriptionibus omnia fœdabant. Ex quibus Felicem legionibus Iudææ præfecit. Poſidi eunucho poſt triumphum Britannicū, inter militarium fortiſsimos, arma inſignia tanq̃ participi uictoriæ dono dedit. Polybum inter COSS. medium incedere fecit. Hos oēs anteibat Narciſſus ab epiſtolis, dominum ſe gerens ipſius domini, Pallasq; prætorijs ornamētis ſublimatus, adeo diues, ut cauſante eo inopiam fiſci, lepidiſsime famoſo elogio uulgatū ſit, Abunde ei pecuniā fore, ſi à duobus libertis in ſocietatē reciperetur. Huius tēporibus uiſus eſt apud Aegyptum phœnix, quam ferunt uolucrē anno D. ex Arabia memoratos locos aduolare, atq; in Aegeo mari repente inſula emerſit. Hic Agrippinā Germanici fratris ſui filiam uxōrē duxit: quæ filio imperiū procurās, primo priuignos inſidijs multiformibus, dehinc ipſum coniugem ueneno interemit. Vixit annis LXIIII. cuius funus, ut quondam in Tarquinio Priſco diu occultatum: dum arte muliebri corrupti cuſtodes ægrum ſimulant, Nero priuignus eius imperij iura ſuſcepit.

DOMITIVS NERO

DOmitius Nero, patre Domitio Aenobarbo genitus, matre Aprippina, imperauit annis xiij. Iſte quinquēnio tolerabilis uiſus. Inde quidā prodidere Traianū ſolitum dicere, procul diſtare cunctos principes à Neronis quinquēnio. Hic in urbe amphitheatrū & lauacra cōſtruxit, Pontū in ius prouinciæ Polemonis reguli permiſſu redegit, à quo Polemoniacus Pōtus appellatus eſt: ideq; Cottias alpes, Cottio rege mortuo. Eo nanq; dedecore reliquū uitæ egit, ut pudeat memorare huiuſcemodi quenq;: eò progreſſus eſt, ut neq; ſuæ, neq; aliorū pudicitię parcēs, ad extremū amictus nubentium uirginū ſpecie, palam cōuocato ſenatu, dote dicta, cūctis feſta de more frequentantibus, nuberet. Pelle tectus feræ, utriq; ſexui genitalia uultu cōtrectabat: matrē etiam ſtupro cōtaminauit, quamq; poſtmodū interemit. Octauiā & Sabinā cognomento Poppeam, in matrimoniū duxit, uiris earū trucidatis. Tunc Galba in Hiſpania procul & C. Iulius imperiū corripuere. Vbi aduentare Nero Galbā didicit, ſenatusq; ſententia cōſtitutū, ut more maiorū collo in furcā coniecto, uirgis ad necē cæderetur: deſertus undiq; noctis medio egreſſus urbē, ſequentibus Phaone, Epaphrodito, Neophytoq;, & ſpadone Sporo, quem quondā Nero exectum formare in mulierē tentauerat, ſemet ictu gladij trāſegit, adiuuāte trepidantē manū impuro, de quo diximus, eunucho Sporo, cū ſanè prius nullo reperto, à quo ferirctur, exclamaret, Itáne nec amicū habeo, nec inimicū? dedecoroſe uixi, turpius peream. Perijt anno ætatis XXXII. Hunc Perſæ intantum dilexerunt, ut legatos mitterēt, orantes copiā conſtruendi monimēta. Cęterum adeo cunctæ prouinciæ, omniſq; Roma interitu eius exultauit, ut plebs induta pileis manumiſsionū, tanquam ſæuo exempta domino, triumpharet.

SERGIVS GALBA

GAlba nobili Sulpitiorū genere progenitus, imperauit mēſes VII. dieſq; totidem. Iſte in adoleſcētes infamis, ad ueſcendū intēperans fuit. Trium amicorū cōſilio,

id eſt Iunij, Cornelij, & Iceli, cuncta diſponẽs, adeo, ut inter Palatinas ædes pariter habitarent, & uulgo pædagogi dicerentur. Hic ante ſumptam dominationem multas prouincias egregie adminiſtrauit, militem ſeueriſsime tractãs, ita ut ingreſſo eo caſtra, uulgaretur ſtatim: Diſce miles militare, Galba eſt, non Getulicus. Cum LXXIII. ætatis annum ageret, dum factione Othonis accenſas legiones lorica tectus lenire contenderet, ad lacum Curtium cæſus eſt.

OTHO SALVIVS

SAluius Otho ſplendidis ortus maioribus, ex oppido Ferẽtino, imperauit menſes IIII. Vita omni turpis, maxime adoleſcẽtia, Hic à Vitellio primũ apud Placentiam, dehinc apud Bebriacũ uictus, ſemet gladio transfixit anno ætatis XXXVII. adeo amabilis militibus proprijs, ut pleriq; corpore eius uiſo, ſuis manibus interierint.

VITELLIVS

VItellius ortus familia nobili, patre Lucio Vitellio III. cõſule, imperauit menſes VIII. Iſte mente crudelis, auaruſq; cũ profuſione fuit. Huius tempore Veſpaſianus in oriente principatũ arripuit: à cuius militibus certamine ſub muris urbis habito, ſuperatus, & palatio quo ſe abdiderat Vitellius uinctis à tergo manibus, productus circunducitur ad ſpectaculũ uulgi. Ac ne homo impudens, in extremis ſaltem malorũ quę geſſerat, rubore faciem demitteret, ſubiecto in mentum gladio, ſeminudus multis cœno, fimo, & cæteris turpioribus dictu purgamentis uultum eius inceſſentibus, per ſcalas Gemonias trahitur, ubi Sabinum Veſpaſiani fratrẽ necari permiſerat, numeroſis ictibus confoſſus interijt. Vixit annis LVII. Hi omnes quos paucis attigi, præcipue Cæſarũ gens, adeo literis culti, atq; eloquẽtia fuere, ut ni cunctis uitijs abſq; Auguſto nimij forent, profecto texiſſent immodica flagitia.

VESPASIANVS

VEſpaſianus imperauit annis X. Huius inter cætera bona illud ſingulare fuit, inimicitias obliuiſci, adeo, ut Vitellij hoſtis ſui filiam locupletiſsime dotatã, ſplendidiſsimo coniungeret uiro. Ferebat patienter amicorũ motus, contumelijs eorũ, ut erat facetiſsimus, dictis iocularibus reſpondens. Nanq; Liciniũ Mutianũ, quo adiutore ad imperium peruenerat, fidutia meritorũ inſolentẽ flectebat, adhibito aliquo utriq; familiari, id unum dicens, Noſti me uirum eſſe. Sed quid mirũ in amicis, cum etiã cauſidicorũ obliqua dicta, & philoſophorũ contumaciã contẽneret? Iſte exanguem diu, feſſumq; terrarum orbem breui refecit. Nanq; primũ ſatellites tyrannidis, niſi qui forte atrocius longe proceſſerant, flectere potius maluit, quã excruciatos delere, prudentiſsime ratus, nefaria miniſteria à pluribus metu curari. Præterea legibus æquiſsimis monendo, quodq; uehementius eſt, uitæ ſpecie uitiorũ plura aboleuerat. Infirmus tamen, ut quidam praue putant, aduerſus pecuniã, cum ſatis conſtet ærarij inopia, & clade urbium, nouas eum neq; poſtea habitas uectigaliũ penſiones exquiſiuiſſe. Hic Romã deformẽ incendijs ueteribus ac ruinis, permiſſa, ſi domini deeſſent, uolentibus ædificandi copia, Capitolium, ædem Pacis, Claudijq; monimenta reparauit: multaq; noua inſtituit. per omnes terras, qua ius Romanum eſt, renouatæ urbes cultu egregio: uiæ operibus maximis munitæ ſunt. Tunc cauati montes per Flaminiã ſunt prono tranſgreſſu, quæ uulgariter Pertuſa petra uocitatur. Mille gentes cõpoſitæ, cum ducentas ęgerrime repeřiſſet, extinctis ſæuitia tyrannorũ pleriſq;. Rex Parthorũ Vologeſes metu ſolo in pace coactus eſt. Syria ſeu Paleſtina, nec nõ Cilicia Trachea, & Comagene, quam hodie Auguſtophratenſem nominamus, prouincijs acceſſere. Iudęi quoq; additi ſunt. Hic monentibus amicis, ut caueret à Metio Pompoſiano, de quo ſermo percrebuerat, regnaturum, conſulem fecit, alludens tali cauillo, Quandoq; memor erit tanti beneficij. Inſtitutum uero uniforme omni imperio tenuit. Vigilare de nocte, publiciſq; actibus abſolutis charos admittere, dum ſalutatur calceamẽta ſumẽs & regium ueſtitum. Poſt aũt negocijs, quæcunq; adueniſſent auditis, exerceri uectatione, deinde requieſcere. poſtremo ubi lauiſſet, remiſsiore animo conuiuiũ curabat. Plura dicere ſtudium

coegit

coegit imperatoris boni, quem ab Auguſti morte poſt annos V I & L Romana reſp. exanguis ſæuitia tyrannorum quaſi fato quodam, ne penitus rueret, adſecuta eſt. Itaq; annum agens uitæ abſq; uno ſeptuageſimum, ſerijs ioca, quibus delectabatur, admiſcens interijt. Quippe primo cum crinitum ſidus apparuiſſet, iſtud inquit, ad regem Perſarum pertinet, cui capillus effuſior. Deinde uentris ingluuie feſſus & adſurgens, Stantem ait, imperatorem excedere terris decet.

TITVS

Titus uocabulo patris etiam Veſpaſianus dictus, matre liberta Domicilla nomine genitus, imperauit annos I I. & menſes I I. dieſq; X X. Iſte à puero præclaris ſtudijs, probitatis, militiæ, literarũ inſtantiſſime deditus, quò cõtenderet, animi & corporis muneribus oſtendit. Hic ubi patriæ curam ſuſcepit, incredibile eſt quantum quos imitabaᵗ, anteierit, præcipue clementia, liberalitate, honorificentia, ac pecuniæ cõtemptu: quæ eo amplius grata fuere, quod ex nõnullis à priuato adhuc patratis aſperior, luxuriæ, & auaritiæ amans credebatur fore. Nanq; præfecturam prætorianã patre imperante adeptus, ſuſpectum quenq; & oppoſitũ ſibi, immiſsis qui per theatra & caſtra inuidioſa iactantes ad pœnam poſcerent, quaſi criminis conuictos oppreſsit. In queis Cæcinnam conſularem adhibitũ cœnæ, uix dum triclinio egreſſum, ob ſuſpicionẽ ſtupratæ Berenices uxoris ſuæ iugulari iuſsit. Iurgia aũt ſub patre uenundata, rapinarum cupidum: unde Neronem cuncti uocantes opinanteſq;, ſummam rerum nactum grauiter acceperant. Sed hæc in melius conuerſa adeo ei immortalem gloriam contulere, ut delicię atq; amor humani generis appellaretur. Deniq; ut ſubijt pondus regium, Berenicen nuptias ſuas ſperantem regredi domum, & eneruatorum greges abire præcepit. Quo facto, quaſi ſignum protulit mutatæ intemperantiæ. Dehinc cum donata conceſsáue à prioribus principibus firmare inſequentes ſolerent, ſimul ut imperium cepit, talia poſsidentibus edicto ſponte cauit uel conceſſit. Quadam etiam die, recordans ueſperi, nihil ſe cuiq; præſtitiſſe, uenerãdo cæleſtiq; dicto, Amici ait, perdidimus diem: quia erat magnificæ liberalitatis. Clementiã uero uſq; eò perduxit, ut ampliſsimi ordinis duo cum aduerſus eum cõiuraſſent, neq; abnuere cogitatũ ſcelus quirent, monuerit primo: poſt deductos in ſpectaculũ ſe utrinq; aſsidere iuſſerit: petitoq; ex induſtria Mirmillonum, quorũ pugnæ uiſebantur, gladio, quaſi ad explorãdam aciem, uni atq; alteri commiſerit: quibus perculſis & conſtantiam mirantibus diceret, Videtis'ne poteſtates fato dari, fruſtraq; tentari facinus potiundi ſpe, uel amittẽdi metu? Fratrem quoq; Domitianum parantem inſidias, militumq; animos ſolicitantẽ, flens ſæpius obteſtatus eſt, ne parricidio aſſequi cuperet, quod & ſe uolente eſſet obuenturum ei, & iam haberet, cum ſit particeps poteſtatis. Huius tẽpore mons Veſuuius in Campania ardere cœpit, incendiumq; Romæ ſine nocturna requie per triduum fuit. Lues quoq; quanta uix unquam antea fuit. Quibus tamen malis nonnullis uexatis, pecunia propria ſubuenit, cunctis remediorum generibus: nunc ægrotantes per ſemetipſum reficiens, nunc conſolans ſuorum mortibus afflictos. Vixit annis X L I. & in eodem quo pater apud Sabinos agro febre interijt. Huius mors credi uix poteſt, quantũ luctus urbi, prouincijſq; intulerit, adeo ut eum delicias publicas, ſicut diximus, appellantes, quaſi perpetuo cuſtode orbatum terrarum orbem deflerent.

DOMITIANVS

Domitianus & Domicillæ libertæ filius, germanus Titi imperauit annis X V. Iſte primo clementiã ſimulans, neq; adeo iners, domi belliq; tolerantior uidebatur. Idcircoq; Cattos Germanoſq; deuicit. Ius æquiſsime dixit. Romæ multa ædificia uel cœpta, uel à fundamentis conſtruxit. Bibliothecas incendio cõſumptas, petitis undiq;, præſertim Alexandria exemplis, reparauit. Sagittarũ tam doctus fuit, ut inter patentes digitos extentæ manus uiri procul poſiti ſpicula tranſuolarent. Dehinc atrox cædibus, bonorũ ſupplicia agere cœpit, ac more Caligulæ dominũ ſeſe deumq; dici coegit: ſegniſq; ridicule remotis omnib. muſcarũ agmina perſequebaᵗ: furens libidine, cuius fœdum exercitiũ, Græcorum lingua κλινοπάλην uocabat. Hinc percontanti cuidam

quiſquam ne in palatio eſſet, reſpōſum eſt, Ne muſca quidē. His eius ſæuitijs, ac maxime iniuria uerborū, qua ſe ſcórtū uocari dolebat, accenſus Antonius curans Germaniam ſuperiorē, imperium corripuit. Quo per Norbanum Appium acie ſtrato Domitianus longe deterior in omne hominū genus etiam in ſuos ferarū more graſſabatur. Igitur metu crudelitatis, & cōſciētiæ ſuæ cōiurauere plerique impulſoribus Parthenio procurante cubiculū, & Stephano, & tum ob fraudē interceptæ pecuniæ ſuppliciū ſuſpectante Clodiano, adſcita etiam in conſiliū tyranni uxore Domitia, ob amorē Paridis hiſtrionis à principe cruciatus formidante, Domitianum multis uulneribus confodiunt, poſt annum V & XL. uitæ. At ſenatus gladiatoris more funus efferri, radendūmque nomen decreuit. Huius tempore ſeculares ludi celebrati ſunt.

COCCEIVS NERVA

HActenus Romæ ſeu per Italiam orti imperium rexere: hinc aduenæ. Vnde compertum eſt, urbem Romam externorum uirtute creuiſſe. Quid enim Nerua prudentius aut moderatius? Quid Traiano diuinius? Quid præſtantius Adriano? Cocceius Nerua oppido Narnienſi genitus, imperauit menſes XIII. dies X. Iſte cum imperium ſuſcepiſſet, mox rumore orto, uiuere, atque affore Domitianum, perinde trepidauit, ut colore mutato, uerbis amiſsis, uix conſiſteret. Sed à Parthenio cōfirmatus, recepta fiducia, ad ſolenne delinimentum conuerſus eſt. Qui cum in curia à ſenatu gratanter exceptus eſſet, ſolus ex omnibus Arrius Antoninus uir acer, eique amiciſsimus, cōditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum, gratulari ſe ait ſenatui & populo, prouincijsque, ipſi autem nequaquam: cui ſatius fuerat malos ſemper principes eludere, quàm tanti oneris uim ſuſtinentem, non moleſtijs modo & periculis ſubijci, ſed famæ etiam inimicorum pariter & amicorum: qui cum ſe mereri omnia præſumunt, ſi quicque non extorſerint, atrociores ſunt ipſis quoque hoſtibus. Iſte quicquid antea pœnæ nomine tributis acceſſerat, indulſit: afflictas ciuitates releuauit: puellas, puerosque natos parentibus egeſtoſis, ſumptu publico per Italię oppida ali iuſsit. Hic ne acceſſu maleuolorum tereretur, Iunij Maurici conſtantis uiri dicto ita admonetur. Qui conuiuio familiari adhibitus, cum Veientonem conſulari honore functum quidem, apud Domitianum tamen multos occultis criminationibus perſecutum, adeſſe uidiſſet, inter colloquia mentione Catuli facta calumniatoris præcipui dicente Nerua, Quid nunc faceret, ſi Domitiano ſuperuixiſſet? Nobiſcum inquit Mauricus cœnaret. Hic iurgiorum diſceptator & ſcientiſsimus & frequēs fuit. Calpurniū Craſſum, promiſsis ingentibus animos militum pertentantē, detectum, confeſſumque Tarētum cum uxore remouit, patribus lenitatē eius increpantibus. Cumque interfectores Domitiani ad exitiū poſcerentur, tantum eſt conſternatus, ut neque uomitum, neque impetum uentris ualuerit differre. & tamen uehementer obſtitit, dictitans æquius eſſe mori, quàm autoritatē imperij fœdare, proditis potentiæ ſumendæ autoribus. Sed milites neglecto principe, requiſitos Petronium uno ictu, Parthenium uero demptis prius genitalibus & in os coniectis, iugulauere, redempto magnis ſumptibus Caſperio: qui ſcelere tam truci inſolentior, Neruam compulit referre apud populum gratias militibus, quia nefandos peſſimosque omnium mortalium peremiſſent. Hic Traianum in liberi locum, inque partem imperij adoptauit: cum quo tribus uixit menſibus. Qui dum ſuggerēte ira, uoce quàm maxima contra quendam Regulum nomine inclamaret, ſudore correptus eſt. Eo die quo interijt, ſolis defectio facta eſt.

VLPIVS TRAIANVS

VLpius Traianus ex urbe Tudertina, Vlpius ab auo dictus, Traianus à Traio paterni generis autore, uel de nomine Traiani patris ſic appellatus, imperauit annis XX. Iſte talem ſe reip. præbuit, qualem uix ægreque exprimere ualuerunt ſummorum ſcriptorum miranda ingenia. Hic imperium apud Agrippinam nobilem Galliæ coloniam ſuſcepit, habens diligentiā in re militari, in ciuilibus lenitatem, in ſubleuandis ciuitatibus largitionē. Cumque duo ſint, quæ ab egregijs principibus expectentur, ſanctitas domi, in armis fortitudo, utrobique prudentia, tantus erat in eo maximarum

rerum

rerum modus, ut quaſi tẽperamento quodam uirtutis micuiſſe uideret: niſi quia cibo, uinoq́ paululũ deditus erat: liberalis in amicos, & tanq́ uitæ conditione par ſocietatibus perfrui. Hic ob honorẽ Suræ, ſtudio cuius imperiũ arripuerat, lauacra cõdidit. De quo ſuperuacaneum uidet, cuncta uelle nominatim promere, cum ſatis ſit excultum atq́ emendatũ dixiſſe. Fuit enim patiens laboris, ſtudioſus optimi cuiuſq́, ac bellicoſi: magiſq́ ſimpliciora ingenia aut eruditiſsimos, quamuis ipſe parcæ eſſet ſcientiæ, moderateq́ eloquens, diligebat. Iuſtitię uero, ac iuris humani diuiniq́ tam repertor noui, quàm inueterati cuſtos. Quæ omnia eo maiora uiſebantur, quoniam per multos atq́ atroces tyrannos perdito atq́ proſtrato ſtatu Romano, in remedium tantorum malorum diuinitus credebatur opportune datus, uſq́ eo, ut aduenicns imperium eius pleraq́ mirifica denunciauerint. In queis præcipuum, cornix è faſtigio Capitolij Atticis ſermonibus effata, καλῶς ἔσαι. Huius exuſti corporis cineres relati Romam, humatiq́ Traiani foro ſub eius columna, & imago ſuperpoſita, ſicuti triumphantes ſolent in urbem inuecta, ſenatu præeunte & exercitu. Eo tempore multo pernicioſius, quàm ſub Nerua Tiberis inundauit, magna clade ædium: & terræmotus grauis per prouincias multas, atroxq́ peſtilentia, fameſq́, & incẽdia facta ſunt. Quibus omnibus Traianus per exquiſita remedia plurimũ opitulatus eſt: ſtatuens ne domorum altitudo LX. ſuperaret pedes, ob ruinas faciles, & ſumptus, ſiquando talia cõtingerent, exitioſos. Unde merito pater patriæ dictus eſt. Vixit annis LXIIII.

AELIVS ADRIANVS

Aelius Adrianus ſtirpis Italicæ, Aelio Adriano Traiani principis cõſobrino Adriæ orto genitus, quod oppidum agri Piceni, etiã mari Adriatico nomẽ dedit: imperauit annis uigintiduobus. Hic Græcis literis impenſius eruditus, à pleriſque Gręculus appellatus eſt. Athenienſium ſtudia, moreſq́ auxit, peritus nõ ſermone tantum, ſed & cæteris diſciplinis canendi, pſallendi medendiq́ ſcientia, muſicus, geometra, pictor, fictor, ex ęre & marmore proxime Polycletos & Euphranoras. Proinde omnino ad iſta erat factus, ut elegantius nunq́ quicquã humanæ res expertæ uideant. Memor ſupra quàm cuiquam credibile eſt, locos, negocia, milites, abſentes quoq́ nominibus recenſere. Immenſi laboris, quippe qui prouincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantium præuertens, cum oppida uniuerſa reſtitueret, augeret ordinibus. Nanq́ ad ſpecimen legionũ militarium, fabros, perpendiculatores, architectos, genuſq́ cunctum extruendorũ mœnium, ſeu decorandorũ in cohortes cẽturiauerat. Varius, multiplex, multiformis ad uitia atq́ uirtutes quaſi arbiter genitus, impetum mentis quodam artificio regens, ingenium inuidũ, triſte, laſciuum, & ad oſtentationẽ ſui inſolens callide tegebat, continentiã & facilitatem, clemẽtiamq́ ſimulans, contraq́ diſsimulans ardorem gloriæ, quo flagrabat. acerrimus ad laceſſendũ pariter & reſpondendum ſerijs, ioco, maledictis, referre carmen carmini, dictum dicto, prorſus ut meditatum crederes aduerſus omnia. Huius uxor Sabina, dum propè ſeruilibus iniurijs afficitur, ad mortẽ uoluntariã compulſa: quæ palam iactabat, q́ immane ingenium pertuliſſet: & elaboraſſe, ne ex eo humani generis pernicies grauidaretur. Hic morbo ſubtercutaneo, quem diu placide pertulerat, uictus, dolore ardens, impatienſq́ plures è ſenatu extinxit. A regibus multis pace occultis munerib. impetrata, iactabat palam plus ſe ocio adeptũ, q́ armis cæteros. Officia ſanè publica, & palatina, necnon militiæ in eam formam ſtatuit, quæ paucis per Conſtantinum immutatis hodie perſeuerat. Vixit annos LXII. dehinc miſerabili exitu cõſumptus eſt, cruciatu membrorum ferè omnium confectus, in tantum, ut ſeſe interficiendum miniſtrorũ fidiſsimis præcans offerret, ac ne in ſemetipſum ſæuiret cuſtodia chariſsimorum ſeruaretur.

ANTONINVS PIVS

Antoninus Fuluius, ſeu Boionius dictus, poſtea etiam Pius cognominatus eſt, imperauit annis XXIII. Iſte ab Adriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat, tantæ bonitatis in principatu fuit, ut haud dubie ſine exemplo uixerit. Quamuis cum Numæ cõtulerit ætas ſua, cum orbem terræ nullo bello per annos XXIII. autori

tate ſola rexerit, adeo trementibus eum atq; amantibus cunctis regibus nationibusq; & populis, ut parentem ſeu patronum magis quàm dominum imperatorémue putarent, omnesq; uno ore in cœleſtium morem propitium optantes, de cõtrouerſiis inter ſe iudicem poſcerent. Quin etiam Indi, Bactri, Hircani legatos miſere iuſtitia tanti imperatoris comperta, quam ornabat uultu ſereno & pulchro, procerus membra, decenter ualidus. Prius quàm ſalutandus prodiret, deguſtans panis aliquantulum, ne frigeſcente circum pręcordia per ieiuniũ ſanguine, uiribus exeſis interciperet, eoq; actuum publicorum laboribus minime ſufficeret, quę incredibili diligentia ad ſpeciem optimi patrisfamilias exequebatur, appetentia gloriæ carens, & oſtentatione: adeo manſuetus, ut inſtigantibus patribus ad eos qui contra eum coniurauerant perſequendos, cõpreſſerit quæſtionem, præfatus, neceſſe non eſſe ſceleris in ſemetipſum cupidos pertinacius indagari: ne ſi plures reperirentur, quantis odio eſſet intelligeret. Igitur cum eſſet annorum LXXII. apud Lorios uilla propria, millibus paſſuum XXII. ab urbe, febri paucorum dierum poſt tres atq; XX. annos imperij conſumptus eſt. Ob cuius honorẽ, templa, ſacerdotes, atq; infinita alia decreta ſunt. Vſq; eo aũt mitis fuit, ut cum ob inopiæ frumentariæ ſuſpicionẽ lapidibus à plebe Romana perſtringeretur, maluerit ratione expoſita placare, quàm ulciſci ſeditionem.

MARCVS ANTONINVS

Marcus autem Antoninus imperauit annis XVIII. Iſte uirtutum omnium, cœleſtisq; ingenij extitit, ærumnisq; publicis quaſi defenſor obiectus eſt. Etenim niſi ad illa tempora natus eſſet, profecto quaſi uno lapſu ruiſſent omnia ſtatus Romani. Quippe ab armis quies nunquam erat: perq; omnem oriẽtem, Illyricum, Italiam, Galliamq; bella feruebant: terręmotus non ſine interitu ciuitatum, inundationes fluminũ, lues crebræ, locuſtarum ſpecies agris infeſtæ, prorſus ut propè nihil, quo ſummis angoribus atteri mortales ſolent, dici ſeu cogitari queat, quod non illo imperante ſæuierit. Credo diuinitus attributum, ut dum mũdi lex, ſeu natura aliunde quid hominibus incognitum gignit, rectorum conſilijs tanquam medicinæ remedijs leniatur. Is propinquum ſuum Lucium Annium Verum, ad imperij partem nouo beneuolentiæ genere aſciuit. Qui Verus inter Altinum atq; Concordiam iter faciens, ictu ſanguinis, quem morbum Græci ἀποπληξίν uocant, undecimo imperij anno extinctus eſt, carminum maxime Tragicorum ſtudioſus, ingenij aſperi atq; laſciui. Poſt cuius obitum M. Antoninus remp. ſolus tenuit, à principio uitæ tranquilliſsimus, adeo, ut ab infantia uultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutauerit philoſophiæ ſtudẽs, literarumq; Græcarum peritiſsimus. Hic permiſit uiris clarioribus, ut conuiuia eodem cultu, quo ipſe, & miniſtris ſimilibus exhiberẽt. Hic cum ærario exhauſto, largitiones quas militibus impenderet, non haberet: neq; indicere prouincialibus, aut ſenatui aliquid ueller, inſtrumentum regij cultus, facta in foro Traiani ſectione, diſtraxit, uaſa aurea, pocula cryſtallina & murrhina, uxoriam ac ſuam ſericam & auream ueſtem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menſes uenditio habita eſt, multumq; auri redactum. Poſt uictoriam tamen emptoribus precia reſtituit, qui reddere comparata uoluerunt. Moleſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere. Huius tempore Caſsius tyrannidem arripiens, extinctus eſt. Ipſe uitæ anno LIX. apud Vendobonam morbo cõſumptus eſt. De eius obitu nuncio Romam peruecto, confuſa luctu publico urbe, ſenatus in curia ueſte tetra indutus, lachrymãs cõuenit. Et quod de Romulo ægre creditũ eſt, omnes pari ſenſu præſumpſerunt, Marcũ cœlo receptum eſſe: ob cuius honorem templa, columnæ, multaq; alia decreta ſunt.

COMMODVS

Aurelius Commodus M. Antonini filius, Antoninus & ipſe dictus, imperauit annis XIII. Hic qualis futurus eſſet, in ipſo primordio oſtendit. Nam cum in ſupremis monereẽ à parẽte, attritos iam Barbaros ne permitteret uires recipere, reſpondit, Ab incolumi, quãuis paulatim, negocia perfici poſſe, à mortuo nihil. Seuior omnibus libidine atq; auaritia, crudelitate nulli fidus, magisq; in eos atrox, quos ampliſsimis hono

mis hono

mis honoribus donisq; ingentibus extulerat. Intantum deprauatus, ut gladiatorijs armis ſæpiſsime in amphitheatro dimicauerit. Huic Martia generis libertini, forma tamen meretricijsq; artibus pollens, cum animum eius penitus deuinxiſſet, egreſſo è balneo, ueneni poculum obtulit. Ad extremum ab immiſſo ualidiſsimo palæſtrita, compreſsis faucibus expirauit, anno uitæ triceſimo ſecundoq;.

HELVIVS PERTINAX

HEluius Pertinax imperauit dies LXXXV. Iſte coactus imperauit, repugnansq; ſuſcipiens tale cognomentũ ſortitus eſt. Origine gẽtis ſordida, præfecturã urbi agens, imperator effectus ſcelere Iuliani multis uulnerib. obtruncatũ, annos natus VII. atq; LX. Huius caput tota urbe circũuectũ eſt. Hoc exitu obijt uir ad humanę cõuerſationis exemplũ per laboris genera uniuerſa abſumptus, prouectusq; eò, ut fortunæ uocaretũ pila. Nam libertino genitus patre apud Ligures in agro ſqualido Lollij Gentiani, cuius in præfectura quoq; clientẽ ſe eſſe libẽtiſsime fatebatũ, fuit doctor literarũ, quæ à grãmaticis tradunũ, blandus magisq; beneficus. Vnde eum Græco nomine χρηστόλογον appellauere. Nunq; iniuria accepta ad ulciſcendũ ductus, amabat ſimplicitatẽ, cõmunem ſe affatu, conuiuio, inceſſu præbebat. Huic mortuo diui nomẽ decretũ eſt: ob cuius laudẽ ingeminatis aduſq; defectũ plauſibus, acclamatũ eſt, Pertinace imperante ſecuri uiximus, neminẽ timuimus, patri Pio, patri ſenatus, patri omniũ bonorũ.

DIDIVS IVLIANVS

DIdius Iulianus ortu Mediolanenſis, imperauit menſibus VII. uir nobilis, iure peritiſsimus, factioſus, præceps, regni auidus. Hoc tempore Niger Peſcẽnius apud Antiochiam, in Pannonia Sabaria Septimius Seuerus creantur Auguſti: ab hoc Seuero Iulianus in abditas palatij balneas ductus, extenta damnatorũ modo ceruice decollatur, caputq; eius in roſtris ponitur.

SEPTIMIVS SEVERVS

SEptimius Seuerus imperauit annis XVIII. Hic Peſcennium interemit hominem omnium turpitudinũ. Sub eo etiã Albinus, qui in Gallia ſe Cæſarẽ fecerat, apud Lugdunum occiditur. Hic Seuerus filios ſuos, ſucceſſores ſuos reliquit, Baſsianum & Getam. Hic in Britannia uallum per XXXII. paſs. millia à mari ad mare deduxit: fuit bellicoſiſsimus omnium, qui ante eum fuerũt: acer ingenio, ad omnia quæ intendiſſet, in finem perſeuerans. Beneuolentia quò inclinaſſet mirabili ac perpetua, ad quærendum diligens, ad largiendũ liberalis: in amicos, in inimicosq; pariter uehemens. Quippe qui Lateranũ Chilonem, Amilinum Baſſum, cæterosq; alios ditaret, ædibus quoq; memoratu dignis, quarum præcipuas uidemus, Parthorum quæ dicuntur, ac Laterani. Hic nulli in dominatu ſuo permiſit honores uenundari: latinis literis ſufficienter inſtructus, punica eloquentia promptior: quippe genitus apud Leptim prouinciæ Africæ. is dum membrorum omnium maxime pedum dolorem pati nequiret, ueneni uice, quod ei negabatur, cibum grauis ac plurimæ carnis auidius inuaſit: quem cum conficere non poſſet, cruditatem paſſus, expirauit. Vixit annos LXX.

ANTONINVS CARACALLA

AVrelius Antoninus Baſsianus Caracalla, Seueri filius, Lugduni genitus, imperauit ſolus annis VI. Hic Baſsianus ex aui materni nomine dictus eſt. At cum è Gallia ueſtem plurimã deuexiſſet, talaresq; Caracallas feciſſet, coegiſſetq; plebẽ ad ſe ſalutandum indutam talibus introire, de nomine huiuſce ueſtis Caracalla cognominatus eſt. Hic fratrem ſuum Getam peremit, ob quam cauſam, furore pœnas dedit Dirarum inſectatione, quæ non immerito Vltrices uocanũ: à quo poſt furore cõualuit. Hic corpore Alexandri Macedonis conſpecto, Magnum atq; Alexandrũ ſe iuſsit appellari, adſentantium fallacijs eò perductus, uti truci fronte, & ad læuum humerũ cõuerſa ceruice, quod in ore Alexandri notauerat, incedens, fidẽ uultus ſimillimi perſuaderet

ſibi. Fuit impatiens libidinis, quippe qui nouercam ſuam duxit uxorem. Cum Carris iter faceret, apud Edeſſam ſecedẽs ad officia naturalia, à milite qui quaſi ad cuſtodiam ſequebatur, interfectus eſt. Vixit annis ferè XXX. corpus eius Romam relatum eſt.

MACRINVS ET DIADVMENVS

MAcrinus cum Diadumeno filio ab exercitu imperatores creati, imperauerunt menſes XIIII. ab eodem exercitu obtruncantur, pro eo, quia Macrinus militarem luxuriam, ſtipendiaq́ profuſiora comprimeret.

AVRELIVS HELIOGABALVS

AVrelius Antoninus Varius, idem Heliogabalus dictus, Caracallæ ex Semea cõſobrina occulte ſtuprata filius, imperauit biennio & menſibus VIII. Huius matris Semeæ auus Baſsianus nomine fuerat, Solis ſacerdos. Is cum Romam ingenti militum & ſenatus expectatione ueniſſet, probris ſe omnibus cõtaminauit. Cupiditatem ſtupri quam adſequi naturæ defectu nondum poterat, in ſe conuertens, muliebri nomine Baſſianam ſe pro Baſsiano iuſſerat appellari. Veſtalem uirginem quaſi matrimonio iungens ſuo, abſciſsisq́ genitalibus matri ſe Magnæ ſacrauit. Hic Macellum, qui poſt Alexander eſt dictus, conſobrinum ſuum Cæſarem fecit. Ipſe tumultu militari interfectus eſt. Huius corpus per urbis uias more canini cadaueris à milite tractum eſt, militari cauillo appellantium, indomitæ & rabidæ libidinis catulam. Nouiſsime cum anguſtum foramen cloacæ corpus minime reciperet, uſq́ ad Tiberim deductum, adiecto pondere ne unquam emergeret, in fluuium proiectum eſt. Vixit annis XVI. atque ex rebus quæ acciderant, Tiberinus, Tractitiusq́ appellatus eſt.

SEVERVS ALEXANDER

SEuerus Alexãder imperauit annis XIII. Hic bonis reip. fuit ærumnoſus. Sub hoc imperante Taurinus Auguſtus effectus eſt. Ob timorẽ ipſe ſe Eufrati fluuio obiecit. Tunc etiam Maximinus regnum arripuit, pluribus de exercitu corruptis. Alexander uero cum deſeri ſemet à ſtipatoribus uidiſſet, matrem ſibi cauſam fuiſſe mortis exclamãs, accurrẽti percuſſori, obuoluto capite, ceruices ſuas ualide cõpreſſas præbuit, anno uitæ XXVI. Huius mater Mammea eò filium coegerat, ut illa ipſa quamuis per modica, ſi menſæ prandioq́ ſupereſſent, alteri conuiuio reponerentur.

IVLIVS MAXIMINVS

IVlius Maximinus Thrax è militaribus, imperauit annis III. Is dum perſequit̃ pecunioſos, inſontes pariter noxiosq́, apud Aquileiã ſeditione militũ diſcerptus eſt unà cum filio, cõclamantibus cunctis militari ioco, Ex peſsimo genere ne catulũ habendũ. Huius imperio duo Gordiani pater & filius principatũ arripientes, unus poſt unum interiere. Pari etiam tenore Pupienus & Balbinus regnũ inuadentes, perempti ſunt.

GORDIANVS

GOrdianus nepos Gordiani ex filia, ortus Romæ clariſsimo patre, imperauit annis VI. apud Cteſiphontem, à Philippo præf. præt. accenſis in ſeditionem militibus, occiditur anno uitæ XX. Corpus eius prope fines Romani Perſiciq́ imperij poſitum, nomen loco dedit ſepulchrum Gordiani.

PHILIPPVS

MArcus Iulius Philippus imperauit annis V. Veronæ ab exercitu interfectus eſt, medio capite ſupra ordines dentiũ præciſo. filius autem eius Gallus Iulius Saturninus, quem potentiæ ſociauerat, Romæ occiditur, agens uitæ annos duodecim, adeo ſeueri & triſtis animi, ut iam tum à quinquẽni ætate, nullo prorſus cuiuſquam cõmento ad ridendum ſolui potuerit: patremq́ ludis ſecularibus petulantius cachinnantem, quanquam adhuc tener, uultu notauerit auerſato. Is Philippus humillimo ortus loco fuit, patre nobiliſsimo latronum ductore.

Decius

DECIVS

DEcius è Pannonia Bubalia natus, imperauit menſes XXX. Hic Decium filium ſuum Cæſarẽ fecit:uir artibus cunctis, uirtutibusq; inſtructus, placidus & cõmunis domi, in armis promptiſsimus, in ſolo Barbarico inter cõfuſas turbas gurgite paludis ſummerſus eſt, ita ut nec cadauer eius potuerit inueniri: filius uero eius bello extinctus eſt. Vixit annis L. Huius tẽporibus Valens Licinianus imperator effectus.

VIRIVS GALLVS

VIrius Gallus cum Voleſiano filio imperauerunt annis II. Horum temporibus Hoſtilianus Perpẽna à ſenatu imperator creatus, nec multo poſt peſtilẽtia conſumptus eſt. Sub his etiam Aemilianus in Mœſia imperator effectus eſt: contra quem ambo profecti, apud Interamnam ab exercitu ſuo cæduntur, anno ætatis pater ſeptimo circiter & XL. creati in inſula Menynge, quæ nunc Girba dicitur. Aemilianus uero menſes quatuor dominatus, apud Spoletum ſiue pontem, quem ab eius cæde Sanguinarium accepiſſe nomen ferunt, inter Otriculum, Narniamq;, & Spoletum, & urbem Romam regione media poſitum. Fuit autem genere Maurus, pugnax, nec tamen præceps. Vixit annis quatuor minus L.

LICINIVS VALERIANVS

LIcinius Valerianus cognomento Colobius, imperauit annis XV. parentibus ortus ſplendidiſsimis, ſtolidus tamen & multũ iners, neq; ad uſum aliquẽ publicum officio, conſilio ſeu geſtis accõmodatus. Hic filium ſuum Gallienum Auguſtum fecit, Gallieniq; filium Corneliũ Valerianũ Cæſarem. His imperãtibus Regilianus in Mœſia, Caſsius Labienus Poſthumus in Gallia, Gallieni filio interfecto, imperatores effecti ſunt. Pari modo Aelianus apud Moguntiã, cũ in Aegypto Aemilianus, apud Macedonas Valens, Mediolani Aureolus dominatũ inuaſere. Valerianus uero in Meſopotamia bellum gerens, à Sapore Perſarum rege ſuperatus, mox etiam captus, apud Parthos ignobili ſeruitute conſenuit. Nam quandiu uixit, rex eiuſdẽ prouinciæ incuruato eo pedem ceruicibus eius imponens, equum aſcendere ſolitus erat.

GALLIENVS

GAllienus quidem in locum Cornelij filij ſui, Salonianum alterum filium ſubrogauit, amori diuerſo pellicũ deditus, Saloniæ coniugis & cõcubinæ, quam per pactionem conceſſa parte ſuperioris Pannoniæ, à patre Marcomannorũ rege matrimonij ſpecie ſuſceperat Pipam nomine. Nouiſsime aduerſus Aureolũ profectus eſt. Quẽ cum apud pontem, qui ex eius nomine Aureolus appellatur, obtentum detruſumq; Mediolanum, obſedit, eiuſdem Aureoli commento à ſuis interijt. regnauit annis XV. cum patre ſeptem, & ſolus octo. Vixit annis L.

CLAVDIVS

CLaudius imperauit annis II. Hunc pleriq; putant Gordiano ſatum, dum adoleſcens à muliere matura inſtitueretur ad uxorem. Hinc Claudius Gallieni morientis ſententia imperator deſignatus, ad quem Ticini poſitum per Gallonium Baſilium indumenta regia direxerat. extinctoq; à ſuis Aureolo, receptis regionibus, aduerſum aciem Alemannorũ haud procul à lacu Benaci dimicans, tantam multitudinem fudit, ut ægre pars dimidia ſuperfuerit. His diebus Victorinus regnũ cepit. Claudius uero, cum ex fatalibus libris, quos inſpici præceperat, cognouiſſet, ſententiæ in ſenatu dicendæ primi morte remedium diſiderari, Pomponio Baſſo, qui tunc erat, ſe offerente, ipſe uitam ſuam, haud paſſus reſponſa fruſtrari, dono reip. dedit, præfatus neminẽ tanti ordinis primas habere niſi ipſum imperatorem. Ea res ſic erat cunctis grata, ut non diui uocabulum modo, ſed ex auro ſtatuam prope ipſum Iouis ſimulacrum, atq; in curia imaginem auream proceres ſacrauerint.

Quintillus

QVINTILLVS

HVic ſucceſsit frater eius Quintillus. Is paucis diebus imperium tenens, interemptus eſt.

AVRELIANVS

AVrelianus genitus patre mediocri: &, ut quidam ferunt, Aurelij clariſsimi ſenatoris colono inter Daciam & Macedoniã, imperauit annis V. Iſte haud diſsimilis fuit Magno Alexandro, ſeu Cæſari dictatori. Nam Romanã urbem triennio ab inuaſoribus receptauit: cum Alexander annis XIII. per uictorias ingentes ad Indiã peruenerit, & C. Cæſar decennio ſubiecerit Gallos, aduerſum ciues quadriennio cõgreſſus. Iſte in Italia tribus prælijs uictor fuit, apud Placentiã, iuxta amnem Metaurũ ac ſanum Fortunæ, poſtremo Ticinenſibus in campis. huius tempore apud Dalmatas Septimius imperator effectus, mox à ſuis obtruncatur. Hoc tempore in urbe Roma monetarij rebellarũt, quos Aurelianus uictor ultima crudelitate compeſcuit. Iſte primus apud Romanos diadema capiti innexuit: gemmisq́; & aurata omi ueſte, quod adhuc ferè incognitũ Romanis moribus uidebatur, uſus eſt. Hic muris ualidioribus & laxioribus urbem ſepſit. Porcinæ carnis uſum populo inſtituit. Hic Tetricum, qui imperator ab exercitu in Gallijs effectus fuerat, correctorem Lucaniæ prouexit, aſpergẽs hominem eleganti ioco, Sublimius habẽdum regere aliquam Italiæ partem, quàm trans alpes regnare. Nouiſsime fraude ſerui ſui, qui ad quoſdã militares uiros amicos ipſius, nomina pertulit adnotata, falſo manum eius imitatus, tanquam Aurelianus ipſos pararet occidere, ab ijſdem interfectus eſt in itineris medio, quod inter Cõſtãtinopolim & Heracliam eſt. Fuit ſæuus & ſanguinarius, & trux omni tempore, etiam filij ſororis interfector. Hoc tempore VII. menſibus interregni ſpecies euenit.

TACITVS

TAcitus poſt hunc ſuſcepit imperium, uir egregie moratus, qui ducenteſimo imperij die apud Tarſum febri moritur.

FLORIANVS

HVic ſucceſsit Florianus. Sed cum magna pars exercitus equitantium Probum militiæ peritum legiſſet, Florianus dierum LX. quaſi per ludũ imperio uſus, incidis à ſemetipſo uenis, effuſo ſanguine conſumptus eſt.

PROBVS

PRobus genitus patre agreſti hortorũ ſtudioſo Dalmatio ſanguine, imperauit annis VI. Iſte Saturninum in oriente, Proculum & Bonoſum Agrippinæ imperatores effectos oppreſsit. Vineas Gallos & Pannonios habere permiſit. Opere militari Almum montem apud Sirmium, & Aureum apud Mœſiam ſuperiorem, uineis conſeuit. Hic Sirmio in Turri ferrata occiditur.

CARVS

CArus Narbonæ natus, imperauit annis II. Iſte confeſtim Carinum & Numerianũ Cæſares fecit. Hic apud Cteſiphõta ictu fulminis interijt. Numerianus quoque filius eius, cum oculorũ dolore correptus in lecticula ueheretur, impulſore Apro, qui ſocer eius erat, per inſidias occiſus eſt. Cum dolo occultaretur ipſius mors quouſque Aper inuadere poſſet imperium, fœtore cadaueris ſcelus eſt proditum. Hinc Sabinus Iulianus inuadens imperium, à Carino in campis Veronẽſibus occiditur. Hic Carinus omnibus ſe ſceleribus inquinauit. Plurimos innoxios fictis criminibus occidit. Matrimonia nobilium corrupit. condiſcipulis quoq;, qui taxauerunt eum in auditorio uerbi fatigatione, pernicioſus fuit. Ad extremum trucidatur eius præcipue tribuni dextera, cuius dicebatur coniugem polluiſſe.

Diocle

DIOCLETIANVS

Diocletianus Dalmata, Amilini ſenatoris libertinus, matre pariter atq; oppido nomine Dioclea: quorũ uocabulis, donec imperium ſumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani potentiam cepit, Graium nomen in Romanũ morem conuertit. imperauit annis XXV. Is Maximianũ Auguſtum effecit. Conſtantiũ & Galeriũ Maximianum cognomento Armentariũ Cæſares creauit, tradens Conſtantio Theodorã Herculij Maximiani priuignam abiecta uxore priori. Hoc tempore Carauſio in Gallijs, Achilleus apud Aegyptũ, Iulianus in Italia imperatores effecti, diuerſo exitu periere. E quibus Iulianus acto per coſtas pugione, in ignẽ abiecit ſe. Diocletianus uero apud Nicomediã ſponte imperiales faſces relinquens, in proprijs agris conſenuit. Qui dum ab Herculio atq; Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tanquam peſtem aliquam deteſtans, in hunc modum reſpondit: Vtinam Salonæ poſſetis uiſere olera noſtris manibus inſtituta, profecto nunquam iſtud tentandum iudicaretis. Vixit annis LXVIII. ex queis communi habitu propè nouem egit. Morte conſumptus eſt, ut ſatis patuit, per formidinem uoluntaria. Quippe cum à Conſtantino atq; Licinio uocatus ad feſta nuptiarum, per ſenectam, quo minus intereſſe ualeret, excuſauiſſet, reſcriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio fauiſſe, ac Maximino fauere, ſuſpectans necem dedecoroſam, uenenũ dicitur hauſiſſe. His diebus Conſtantius Conſtantini pater, atq; Armentarius, Cæſares Auguſti appellantur, creatis Cæſaribus, Seuero per Italiam, Maximino Galerij ſororis filio per oriẽtem: eodemq; tempore Conſtantinus Cæſar efficitur, Maxentius imperator in uilla VI. millibus ab urbe diſcreta itinere Lauicano. dehinc Licinius Auguſtus efficitur, pariq; modo Alexander apud Carthaginẽ imperator fit: ſimiliq; modo Valens imperator creatur: quorũ exitus iſte fuit. Seuerus ab Herculio Maximiano Romæ intra tabernas extinguitur, funusq; eius Galieni ſepulchro inſertur, quod ab urbe abeſt per Appiam milibus nouem.

GALERIVS MAXIMIANVS

GAlerius Maximianus, cõſumptis genitalibus defecit. Maximianus Herculius à Conſtantino apud Maſsiliam obſeſſus, deinde captus, pœnas mortis genere poſtremo fractis laqueo ceruicibus luit. Alexãder à Conſtantini exercitu iugulatur. Maxentius dum aduerſus Conſtantinum congreditur, paulo ſuperius à ponte Miluio, in pontem nauigijs compoſitum ab latere ingredi feſtinans, lapſu equi in profundum demerſus eſt, uoratuq; limo pondere thoracis corpus uix repertum. Maximianus apud Tarſum morte ſimplici perijt. Valens à Licinio morte mulctatur. Fuerunt autem morum huiuſmodi: Aurelius Maximianus cognomento Herculius, ferus natura, ardens libidine, conſilijs ſtolidus, ortu agreſti, Pannonioq;. Nam etiam nunc haud longe Sirmio, eminet locus palatio ibidem conſtructo, ubi parentes exercebant opera mercenaria. ętate interijt ſexagenarius, annorum XX. imperator. Genuit ex Eutropia Syra muliere Maxentium, & Fauſtam coniugem Conſtantini: cuius patri Conſtantio tradiderat Theodoram priuignam. Sed Maxentium ſuppoſitum ferunt arte muliebri, tenere mariti animum laborantis auſpicio prauiſsimi cœpti à puero. Is Maximianus charus nulli unquam fuit, nec patri, aut ſocero quidem Galerio.

GALERIVS ARMENTARIVS

GAlerius autẽ fuit, licet inculta agreſtiq; iuſtitia, ſatis laudabilis, pulcher corpore, eximius & felix bellator, ortus parentib. agrarijs, paſtor armentorum: unde ei cognomẽ Armentarius fuit. Ortus Dacia Ripenſi, ibiq; ſepultus eſt: quem locũ Romulianum etiã uocabulo Romulæ matris appellarat. Is inſolenter affirmare auſus eſt, matrẽ more Olympiadis Alexãdri Magni creatricis, cõpreſſam dracõe ſemet cõcepiſſe.

GALERIVS MAXIMINVS

GAlerius Maximinus ſorore Armentarij progenitus, ueroq; nomine ante imperium Daza dictus, Cæſar quadriẽnio: dehinc per orientẽ Auguſtus triẽnio fuit: ortu

ortu quidem atq; inſtituto paſtorali, uerum ſapientiſsimi cuiuſq;, ac literatorũ cultor, ingenio quieto, uini auidior. Quo ebrius, quædã corrupta mẽte aſpera iubebat, qui cũ pigeret factũ, differri quæ præcepit, in tempus ſobrium ac matutinum ſtatuit.

ALEXANDER

ALexander fuit Phryx origine, ingenio timidus, inferior aduerſus laborem uitio ſenectæ ætatis. His omnibus abſumptis, imperij iura penes Conſtantinum & Licinium deuenere.

CONSTANTINVS

COnſtantinus Conſtantij imperatoris & Helenæ filius, imperauit annis xxx. Hic dum iuuenculus à Galerio in urbe Roma religionis ſpecie obſes teneretũ, fugam arripiens, atq; in fruſtrandos inſequentes, publica iumenta quaqua iter egerat, interficiens, ad patrem in Britanniã peruenit: & forte hiſdem diebus ibidem Conſtantiũ parentem fata ultima perurgebant. Quo mortuo, cunctis qui aderant adnitentibus, ſed præcipue Eroco Alemannorũ rege auxilij gratia Conſtantium comitato, imperiũ capit. Hic ſororem ſuam Conſtantiam, Licinio Mediolanum accito coniungit: filiumq; ſuum Criſpum nomine ex Mineruina cõcubina ſuſceptum, item Conſtantinũ, iiſdem diebus natum oppido Arelatenſi, Licinianumq; Licinij filium, menſium ferè xx. Cæſares effecit. Verum enimuero, ut imperia difficile concordiã cuſtodiunt, diſsidium inter Licinium Cõſtantinumq; exoritur: primumq; apud Cibalas iuxta paludem Hiulcam nomine, Cõſtantino nocte caſtra Licinij irrumpente, Licinius fugam petijt: Byzantiumq; fuga uolucri peruenit. ibi Martinianũ officiorũ magiſtrum Cæſarem creat. Dehinc Conſtantinus acie potior apud Bithyniam, adegit Licinium pacta ſalute indumentum regium offerre per uxorem. Inde Theſſalonicam miſſum, paulo poſt eum, Martinianũq; iugulari iubet. Hic Licinius annũ dominationis ferè poſt xiiij. uitæ proxime lx. occiditur, auaritiæ cupidine omnium peſsimus, neq; alienus à luxu uenereo, aſper admodũ, haud mediocriter impatiens: Infeſtus literis, quas per inſcitiam immodicam, uirus ac peſtem publicã nominabat, præcipue forenſem induſtriã. Agrarijs planè ac ruſticantibus, quia ab eo genere ortus altusq; erat, ſatis utilis: ac militię cuſtos ad ueterum inſtituta ſeueriſsimus. ſpadonum & aulicorũ omnium uehemens domitor, tineas ſoricesq; palatij eos appellans. At Conſtantinus obtento totius Romani imperij mira bellorũ felicitate regimine, Fauſta cõiuge, ut putant, ſuggerente, Criſpum filium necari iubet. Dehinc uxorẽ ſuam Fauſtam in balneas ardẽtes coniectã interemit, cum eum mater Helena ardore nimio nepotis increparet. Fuit uero ultra q̃ ęſtimari poteſt, laudis auidus. Hic Traianũ herbam parietariã, ob titulos multos ædibus inſcriptos, appellare ſolitus erat. Hic põtem in Danubio cõſtruxit: habitũ regium gẽmis, & caput exornans perpetuo diademate. Cõmodiſsimus tamen rebus multis fuit: calumnias ſedare legibus ſeueriſsimis: nutrire artes bonas, præcipue ſtudia literarũ: legere ipſe, ſcribere, meditari, audire legationes, & querimonias prouinciarum. Cumq; liberis, filioq; fratris Dalmatio, Cæſaribus cõfirmatis, III. & LX. annis uixiſſet, ex quibus dimidios, ita ut XIII ſolus, imperaret, morbo conſumptus eſt, irriſor potius q̃ blandus. Vnde prouerbio uulgari, Tracala x. annos præſtantiſsimus, XII. ſequentibus latro, x. nouiſsimis pupillus ob profuſiones immodicas nominatus. Corpus ſepultũ in Byzãtio, Conſtantinopoli dicta: quo mortuo, Dalmatius militũ ui necatur. Ita ad tres orbis Romani dominatio redacta eſt, Conſtantinũ, & Cõſtantiũ, ac Conſtantẽ filios Conſtantini. hi ſinguli has partes regendas habuerunt, Conſtantinus iunior cuncta trans alpes. Conſtantius à freto Propontidis, Aſiam atq; orientem. Conſtans Illyricum, Italiamq;, & Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniamq;, & Achaiam.

Erocus Alemannorũ rex

ANNIBALIANVS CONSTANS ET CONSTANTIVS.

ANnibalianus Dalmatij Cæſaris cõſanguineus, Armeniã, nationesq; circumſocias. interim ob Italiæ, Africæq; ius diſſentire ſtatim Conſtantinus, & Conſtans

cœperunt

cœperunt. Cõſtantinus latrocinij ſpecie dum incautus, fœdeq; temulentus in aliena ir ruit, obtruncatus eſt, proiectusq; in fluuiũ, cui nomen Alſa eſt, nõ longe ab Aquileia. Conſtans uero uenandi cupidine dum per ſyluas ſaltusq; erraret, cõſpirauere aliquan ti militares in eius necem, autoribus Chreſtio & Marcellino, ſimulq; Magnentio: qui ubi patrãdi negocij dies placuit, Marcellinus natalẽ filij ſimulans, plerosq; ad cœnam rogat. Itaq; in multã noctẽ conuiuio celebrato, Magnentius quaſi ad uentris ſecreta ſe cedens, habitũ uenerabilem capit. Ea re cognita, Cõſtans fugere conatus, apud Helenam oppidum Peirenæo proximũ, à Gaiſone cum lectiſsimis miſſo, interficitur anno XIII. Auguſtæ dominationis: nam Cæſar triennio fuerat, æui ſeptimo uiceſimoq;. Hic fuit debilis pedibus manibusq; articulorũ dolore: fortunatus cæli tẽperie, fructuum prouentu, nulla à Barbaris formidine: quæ profecto maiora fuerint, ſi prouinciarum rectores non precio, ſed iudicio prouexiſſet. Huius morte cognita, Vetranio magiſter militum, imperiũ in Pannonia apud Murſiam corripuit: quem Cõſtantius non poſt multos dies regno exuit, grandæuo ætate non uitam modo, ſed etiã uoluptarium ocium concedens. Fuit autem prope ad ſtultitiam ſimpliciſsimus.

CONSTANTIVS

CONſtantius Gallum fratrẽ patruelem Cæſarem pronunciat, ſororẽ Conſtantinam illi coniungens. Magnentius quoq; Decentium conſanguineũ ſuum trans alpes Cæſarem creauit. His diebus Romæ Nepotianus Eutropiæ Conſtantini ſororis filius, hortãtibus perditis, Auguſti nomẽ rapit: quem octauo die uiceſimoq; Magnentius oppreſsit. Hoc tẽpore Conſtantius cum Magnentio apud Murſiam dimicans uicit. In quo bello penè nunq; amplius Romanæ cõſumptæ ſunt uires, totiusq; imperij fortunæ peſſundatæ. Dehinc cũ ſe Magnentius in Italiã recepiſſet, apud Thicanũ plures fudit incautius &, ut in uictoria ſolet, audacius perſequẽtes. Nec multo poſt apud Lugdunũ coanguſtatus, gladio occulte prouiſo, ictũ pulſu parietis iuuãs, trãsfoſſo latere, ut erat uaſti corporis, uulnere, naribusq; & ore cruorẽ effundẽs, mẽſe imperij XLII. ætatis anno L. expirauit, ortus parẽtibus qui Galliã inhabitant, legendi ſtudio promptus, ſermonis acer, animi tumidi, & immodice timidus: artifex tamẽ ad occultandam audaciæ ſpecie formidinẽ. Eius morte audita, Decẽtius laqueo faſciæ ad collũ poſito, uitã finiuit. Hoc tẽpore Gallus Cæſar à Conſtantio occiditur. Imperauit annis IIII.

SILVANVS

SIluanus imperator effectus, die imperij xxviij. perimit. Fuit ingenio blãdiſsimus, quanq; barbaro patre genitus, tamen inſtitutione Romana ſatis cultus & patiens.

CONSTANTIVS

COnſtantius Claudium Iulianum, fratrẽ Galli honore Cęſaris aſſumit, annos natum ferè III. atq; XX. Iſte in campis Argentoratenſibus apud Gallias, cum paucis militibus, infinitas hoſtium copias deleuit. Stabant acerui montiũ ſimiles: fluebat cruor fluminũ modo: captus rex nobilis Chonodomarius: fuſi omnes optimates: redditus limes Romanæ poſſeſsionis: ac poſtmodũ cum Alemannis dimicans, potentiſsimum eorũ regem Badomariũ cepit. Hic à militibus Gallicanis Auguſtus pronunciatur. Hic Cõſtantius urgere legationibus in ſtatum nomenq; priſtinum reuerti.

IVLIANVS

IVlianus mandatis mollioribus refert ſe ſub nomine celſi imperij multo officioſius pariturum. Hinc Conſtantius magis magisq; ardens dolore: atq; ut erat talium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopſocrenẽ febri acerrima, quam indignatio nimia uigilijs augebat, interijt anno æui. IIII. & XL. imperij IX. atq; XXX. uerum Auguſtus IIII. XXq;. Octo ſolus, cũ fratribus atq; Magnẽtio XVI. XV. Cæſar. Felix bellis ciuilib⁹, externis lachrymabilis, mirus artifex in ſagittis: à cibo, uinoq; & ſomno multũ intẽperans, patiens laboris, facundię cupidus: quã cum aſſequi tarditate ingenij non poſſet, alijs inuidebat. Spadonũ, aulicorũq; amori deditus & uxorium, quibus con

L tentus

tentus, nulla libidine tranſuerſa, aut iniuſta polluebatur. Sed ex coniugibus, quas plurimas ſortitus eſt, præcipue Euſebiam dilexit: decoram quidem, uerum per Amandias, & Gorgonias, & alia importuna miniſteria uexātem famam uiri, contrà quàm fœminis modeſtioribus mos eſt: quarum ſæpe præcepta maritos iuuant. Namq; ut cæteras omittam, Pompeia Plotina, incredibile dictu eſt, quanto auxerit gloriam Traiani: cuius procuratores cum prouincias calumnijs agitarent, adeo ut unus ex ijs diceretur locupletium quenq; ita conuenire: Quæ habes ad menſam? Vnde habes? Tertium, Pone quæ habes: illa coniugem corripuit, atq; increpans quod laudis ſuæ eſſet incurioſus, talem reddidit, ut poſtea actiones improbans & deteſtans, fiſcum lienem uocaret, quòd eo creſcente artus reliqui tabeſcant. Igitur Iulianus redacta ad unum ſeorbis Romani curatione, gloriæ nimis cupidus, in Perſas proficiſcitur. Illic à transfuga quodam in inſidias deductus, cum eum hinc inde Parthi urgerent, è caſtris iam politis, arrepto tantum clypeo procurrit. Cumq; inconſulto ardore nititur ordines ad prælium cōponere, ab uno ex hoſtibus & quidem fugiente, conto percutitur. Relatusq; in tabernaculum, rurſusq; ad hortandos ſuos egreſſus, paulatim ſanguine uacuatus, circa noctis fere mediū defecit, præfatus, conſulto ſeſe de imperio nihil mandare, ne, uti ſolet in multitudine, diſcrepantibus ſtudijs amicorum, ex inuidia rei præ diſcordia exercitus periculum pararet. Fuerat in eo literarum ac negociorum ingens ſcientia, eo iuuauerat philoſophos & Græcorum ſapientiſsimos. Vſu promptior corporis, quàm ualidus quidem, ſed breuis fuit. Hæc minuebat quarundam rerum neglectus modus. Cupido laudis immodica, cultus numinū ſuperſtitioſus: audax plus q; imperatorem decet. Cui ſalus propria, cum ſemper ad ſecuritatem omnium, tum maxime in bello conſeruanda eſt. Ita illum cupido gloriæ flagrantior peruicerat, ut neq; terræ motu, neq; pleriſq; præſagijs, quibus uetabatur petere Perſidem, adductus ſit finem ponere ardori, ac ne noctu quidem uiſus ingens globus cœlo lapſus diem belli cautum præſtiterit.

IOVINIANVS

IOuinianus genitus patre Varroniano, incola agri Singidonenſis prouinciæ Panno niæ, imperauit mēſes octo. Cuius patri cum liberos crebros amitteret, præceptum ſomnio eſt, eum qui iam inſtante uxoris partu edendus foret, diceret Iouinianum. Hic fuit inſignis corpore, lætus ingenio, literarum ſtudioſus. Hic dum à Perſide hyeme aſpera mediaq; Conſtantinopolim accelerans, cruditate ſtomachi, tectorio noui operis grauatus eſſet, repente interijt, annos gerens proxime XL.

VALENTINIANVS

VAlentinianus imperauit annis XII. minus diebus C. Huius pater Gratianus mediocri ſtirpe ortus apud Cibalas, Funarius appellatus eſt, eo quod uenalitium funem portanti quinq; milites nequirent extorquere: eo merito aſcitus in militiā, uſq; ad præfecturæ prætorianæ potentiam conſcendit: ob cuius apud milites cōmendationem, Valentiniano imperium reſiſtenti aggeritur. Hic Valentem conſanguineum ſuum ſibi ſocium in imperio aſciuit: ac demum Gratianum filium, nec dum plane puberem, hortatu ſocrus & uxoris, Auguſtū creauit. Hic Valentinianus fuit uultu decens, ſolers ingenio, animo grauis, ſermone cultiſsimus. Quanq; enim ad loquendū parcus, ſeuerus, uehemēs, infeſtus tamē uitijs, maximeq; auaritię: cuius punitor ipſe fuit acer: & in ijs, quę memoraturus ſum, Hadriano proxim9: Genera uetuſtiſsimorū meminiſſe, noua arma meditari: fingere terra ſeu limo ſimulacra: prudēter uti locis, tēporibus, ſermonibus: atq; ut breuiter cōcludā, ſi ei inſidis hominibus, queis ſeſe quaſi fidiſsimis prudētiſsimisq; dederat, carere: aut probatis eruditisq; monitoribus uti licuiſſet, perfectus haud dubie princeps enituiſſet. Huius tēpore Firmus apud Mauritaniā regnū inuadens, extinguit. Valentinianus apud Bergentionē legationi Quadorū reſpondēs anno eui v. & L. impetu ſanguinis, uoce amiſſa, ſenſu integer expirauit. Quod quidem intemperantia cibi, ac ſaturitate, qua artus diffuderat, accidiſſe plures retulere. Itaq; eo mortuo, Valentinianus adhuc quadriennis, autore Equitio, ac Merobaude propinquo, ubi cum matre fuerat adlatus, creatus eſt imperator.

VALENS

VAlens unà cum Valẽtiniano germano ſuo, de quo diximus, regnauit annos decem, menſes quinq;. Hic Valens cum Gotthis lachrymabili bello cõmiſſo, ſagittis ſaucius, in caſam deportatur uiliſsimam: ubi ſuperuenientibus Gotthis, igniq; ſuppoſito, incendio cõcrematus eſt. In quo probanda hæc fuere: Fuit poſſeſſoribus cõſultor bonus, mutare iudicia uerus, in amicos fidus, iraſci ſine noxia ac periculo cuiuſq;, ſanè ualde timidus. Huius temporibus Procopius tyrannus cadens extinguitur.

GRATIANVS

GRatianus genitus Sirmij, imperauit cum patre Valentiniano annis octo, diebus LXXXV. cum patruo & fratre tribus, cum eodẽ fratre ac Theodoſio quatuor, & cum his omnibus accedente Archadio, menſes ſex. Hic apud Argentariũ oppidum Galliæ XXX. Alemannorũ milia in bello extinxit. Hic cũ animaduertiſſet, Thraciam Daciamq; tanq; genitales terras poſsidentibus Gotthis, Thaiphalis, atq; omni pernicie atrocioribus Hunnis, & Alanis, extremũ periculum inſtare nomini Romano, accito ab Hiſpania Theodoſio, cunctis fauentibus, agenti annum à triceſimo tertiũ, imperium cõmittit. Fuit aũt Gratianus literis haud mediocriter inſtitutus, carmen facere, ornate loqui, explicare controuerſias rhetorum more. nihil aliud diu noctuq; agere, q; ſpiculis meditari: ſummæq; uoluptatis, diuinæq; artis credere, ferire perite ſibi deſtinata: cibiq;, uini ac libidinis uictor: cunctiſq; fuiſſet plenus bonis, ſi ad cognoſcendã reipublicæ gerendæ ſcientiã animũ intendiſſet, à qua prope alienus, non modo uoluntate, ſed etiã exercitio fuit. Nam dum exercitũ negligeret, & paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad ſe trãſtulerat, anteferret ueteri ac Romano militi, adeoq; Barbarorũ comitatu & propè amicitia capitur, ut nonnunq; eodem habitu iter faceret, odia contra ſe militum excitauit. Hoc tẽpore cum Maximus apud Britanniã tyrannidẽ arripuiſſet & in Galliam tranſmiſiſſet, ab infenſis Gratiano legionibus exceptus, Gratianum fugauit, nec mora extinxit, qui uixit annis trigintaocto.

THEODOSIVS

THeodoſius genitus patre Honorio, matre Thermãtia, genere Hiſpanus, originẽ à Traiano principe trahẽs, à Gratiano Auguſto apud Sirmiũ imperator effect⁹, regnauit annis uigintiſeptẽ. Huic ferunt nomen ſomnio parentes monitos ſacrauiſſe, ut latine intelligimus, à deo datũ. De hoc etiã oraculo in Aſia diuulgatũ eſt, eũ Valenti ſucceſſurũ, cuius nomẽ è Θ & Ε, Ο, atq; Δ Græcis literis initiaret. Qua cognatione principij deceptus Theodorus, cum ſibi imperiũ præſumeret, ſceleſtę cupidinis ſupplicia percepit. Fuit aũt Theodoſius propagator reip. atq; defenſor eximius. Nam Hunnos & Gotthos, qui eam ſub Valente defatigaſſent, diuerſis prælijs uicit. Cum Perſis quoq; petitus pacẽ pepigit. Maximũ aũt tyrannum qui Gratianum interfecerat, & ſibi Gallias uindicabat, apud Aquileiam extinxit. Victorem quoq; eius filium, intra infantiæ annos à Maximo patre Auguſtum factũ, necauit. Eugenium quoq; tyrannum, atq; Arbogaſtẽ ſuperauit, deletis eorũ decem millibus pugnatorũ. Hic etenim Eugenius cõfiſus uiribus Arbogaſtis, poſtq; apud Viennam Valentinianum extinxerat, regnum inuaſit: ſed mox ſimul cum uita imperium perdidit. Fuit aũt Theodoſius moribus & corpore Traiano ſimilis, quantũ ſcripta ueterum & pictura edocẽt. Sic eminẽs ſtatus, mẽbra eadem, par cæſaries, os abſq; eo quod illi aliquantulũ uellẽdo ſteriles genæ, neq; tam ingẽtes oculi erant, neſcio an & tanta gratia tantuſq; flos in facie, ſeu tanta dignitas in inceſſu. Mens uero prorſus ſimilis, adeo ut nihil dici queat, quod non ex libris in iſtum uideaẽ trãsferri. Clemens animus, miſericors, cõmunis, ſolo habitu differre ſe cæteris putans: in oẽs homines honorificus, uerum effuſius in bonos: ſimplicia ingenia æque diligere, erudita mirari ſed innoxia: largiri magno animo magna: amare ciues uel priuato contubernio cognitos, eoſq; honoribus, pecunia, beneficijs cæteris munerari, præſertim quorũ erga ſe uelut patrem aſpero caſu officia probauerat. Illa tamen, quibus Traianus aſperſus eſt, uinolentiã ſcilicet, & cupidinẽ triumphandi, uſq;

eo deteſtatus eſt, ut bella non mouerit, ſed inuenerit: prohibueritq; lege, miniſteria laſciua, pſaltriasq; comeſſationibus adhiberi: tantum pudori tribuens & continentiæ, ut conſobrinarum nuptias uetuerit, tanquam ſororum. Literis, ſi nimium perſectos contemplemur, mediocriter doctus, ſagax planè, multumq; diligens ad noſcenda morum geſta: è quibus non deſinebat execrari ueterum facta ſuperba, crudelia, libertati infeſta quæ legerat: ac Cinnam, Marium, Syllamq;, atq; uniuerſos dominantium, præcipue tamen perfidos & ingratos. Iraſci ſanè rebus indignis, ſed flecti cito: unde modica dilatione emolliebantur aliquando ſeuera præcepta. habuitq; à naturæ munere, quod Auguſtus à philoſophiæ doctore didicerat: qui cum uidiſſet eum facile commoueri, ne aſperum aliquid ſtatueret, monuit ut ubi iraſci cœpiſſet, IIII atq; XX Græcas literas memoria recenſeret: ut illa concitatio, quę momēti eſt, mente alio traducta, parui tēporis interiectu langueſceret. Melior haud dubie, quod eſt raræ uirtutis, poſt auctam annis potentiam regalem, multoq; maxime poſt ciuilem uictoriā. Nam & annonæ curam ſolicitus attendere, & auri argentiq; graue pondus ſublati, atq; expenſi à tyranno, multis è ſuo reſtituere, cum benigni principes, & quidem uix fundos ſolerēt nudos, ac deformata prædia concedere. Iam illa minutiora, & ut dicitur, intra aulam: quæ quidem quia occulta ſunt, magis naturæ hominum curioſæ oculos auresq; ad ſe trahunt: Patruum colere tanquam genitorem, fratris mortui ſororisq; liberos habere pro ſuis, cognatos affinesq; parentis animo complecti: elegans lætumq; conuiuiū dare non tamē ſumptuoſum: miſcere colloquia pro perſonis, ſtudio, dignitatibus, ſermone cum grauitate iucundo, blandus pater, concors maritus. Exercebatur neq; ad illecebras, neq; ad laſsitudinem: ambulationibus magnis, cum eſſet ocium, reficiebat animum: ueſcendi continentia ualetudinem regebat: Sicq; in pace rebus humanis annum agens L. apud Mediolanum exceſsit: utranq; rempub. utriq; id eſt Arcadio & Honorio quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Conſtantinopolim translatum atq; ſepultum eſt.

CLARISSIMO VIRO D. LVDOVICO A FLANDRIA, SACRI cubiculi Cæſaris præpoſito, ac Hollandiæ gubernatori, Antonius Sconhouius S. D.

CVM adminiſtrandæ reip. ratio omnis ferè peti ſoleat aut è præceptis philoſophorū, aut ab hiſtoriæ exemplis, nos hæc libentius à Romanis accipere cōſueuimus, quòd imperiū eorū nō modo ampliſsimū, & rerum geſtarum magnitudine pręclarū, uerumetiā melioribus inſtitutis et legibus, quàm cæterarū nationum, gubernatū fuerit. At uix aliquem in tanto ſcriptorum eius gentis numero reperire liceat, qui iuſta breuitate, res tantū publicas & ciuiles ab initio cōſcripſerit, ſi unū Eutropium excipias: qui licet ſcripſit poſterius, neq; tamen minor eloquētia, & iudicio etiā ſuperioribus fuit eminentior. Quod quo minus hactenus apparuerit, in cauſa fuit deformitas ipſius, quā intulit ei Paulus Diaconus: Is enim, iubente (ut notatū inuenio) Domina Adilberga, Deſiderij Longobardorum regis filia, & cōiuge Archi Beneuentani ducis, non ſolum auctoris huius hiſtoriā duobus libris ſuis produxit, ſed ipſam penè quoq; inuertit, dum multa ei de ſuo addidit, multaq; paſsim ademit, aut tranſpoſuit. Id quod ego cum ex collatione integerrimi exemplaris (quod ſubminiſtrauit nobis R.D. Abbas ac Præpoſitus S S. Ioannis & Bauonis apud Gandenſes) deprehendiſſem, nolui cōmittere, quin tam utilē auctorē integritati ſuę reſtituerē, ſyncerumq; ederem, ne poſthac (quod doctiſsimis etiam uſu ueniſſe uidemus) Paulina pro Eutropianis citentur: quæ quantum diſtent, aliorū eſto iudicium. Tanta certe clade hunc ille affecerat, ut nulla inueniri impreſſa exemplaria, quæ caſtigationē ſuſtinerent, à me potuerint. Quare totū ipſe deſcribere coactus ſum. Quē laborem publicæ utilitatis ſtudiorum cauſa ſuſceptum, ideo nomini tuo dedicare uolui, quòd unus ſis inter heroas noſtros, qui de literis optime iudicare potes. Bene uale. Brugis Calend. Iulij. Anno à Natali Domini 1545.

Domino

DOMINO VALENTI GOTHICO MAXIMO, PERPETVO AVGVSTO.

RES Romanas ex uoluntate manſuetudinis tuæ ab urbe condita ad no-
ſtram memoriam, quæ in negocijs uel bellicis uel ciuilibus eminebant,
per ordinem temporum breui narratione collegi, ſtrictim additis etiam
his quæ in principum uitiis egregia extiterunt, ut tranquillitatis tuę poſſit
mens diuina lætari, prius ſe illuſtrium uirorum facta in adminiſtrãdo im-
perio ſecutam, quàm cognoſceret lectione.

Eutropius, V. C. peculiariter ſuus.

EVTROPII V. C. HISTORIAE ROMANAE LIBRI DECEM, INTEGRITATI SVAE RESTITVTI.

ROMANVM imperium, quo neq; ab exordio ullum ferè mi
nus, neq; incremẽtis toto orbe amplius humana poteſt me
moria recordari, à Romulo exordiũ habet: qui Rheę Syl-
uiæ Veſtalis uirginis filius, & (quantum putatus eſt) Mar-
tis, cum Remo fratre uno partu editus eſt. Is cum inter pa
ſtores latrocinaretur, decimo octauo anno natiuitatis ſuæ,
urbem exiguam in Palatino monte cõſtituit xi. Cal. Maij,
Olympiadis ſextæ anno tertio, poſt Troiæ excidiũ, ut qui
plurimum minimumq; tradunt, tricenteſimo nonageſimo
quarto. condita ciuitate, quam ex nomine ſuo Romam uo
cauit, hæc ferme egit. Multitudinem finitimorum in ciuitatẽ recepit: centum ex ſenio-
ribus elegit, quorũ conſilio omnia ageret, quos Senatores nominauit propter ſenectu
tem. Tunc cum uxores ipſe & populus nõ haberent, inuitauit ad ſpectaculũ ludorum
uicinas urbis nationes, atq; earum uirgines rapuit. Cõmotis bellis propter raptarum
iniuriam, Cœninẽſes uicit, Antennates, Cruſtuminos, Sabinos, Fidenates, Veientes:
hæc omnia oppida urbem cingunt. Et cum orta ſubito tẽpeſtate non cõparuiſſet, anno
regni trigeſimo ſeptimo, ad deos tranſiſſe creditus eſt, & conſecratus. Deinde Romæ
per quinos dies ſenatores imperauerunt: & his regnantibus annus unus completus
eſt. Poſtea Numa Pompilius rex creatus eſt: qui bellum nullũ quidem geſsit, ſed non
minus ciuitati ꝙ Romulus profuit. Nã & leges Romanis, moresq; cõſtituit, qui cõſue
tudine præliorũ iam latrones ac ſemibarbari putabant̃. Annum deſcripſit in decem
menſes, prius ſine aliqua diſputatione cõfuſum: & infinita Romæ ſacra ac tẽpla conſti
tuit. Morbo deceſsit, quadrageſimo & tertio imperij anno. Huic ſucceſſit Tullus Ho-
ſtilius. hic bella reparauit, Albanos uicit, qui ab urbe Roma xij. miliario ſunt: Veiẽtes
& Fidenates, quorũ alij ſexto miliario abſunt ab urbe Roma, alij octauodecimo, bello
ſuperauit. Vrbẽ ampliauit, adiecto Cœlio mõte. cũ triginta duob. annis regnaſſet, ful-
mine ictus, cũ domo ſua arſit. Poſt hunc Ancus Martius, Numæ ex filia nepos, ſuſce-
pit imperiũ. cõtrà Latinos dimicauit, Auteninũ montẽ ciuitati adiecit: & Ianiculũ, atq;
Hoſtiã ciuitatẽ ſupra mare ſextodecimo miliario ab urbe Roma condidit. xxiiij. anno
imperij morbo perijt. Deinde regnũ Priſcus Tarquinius accepit. Hic numerũ Senato
rũ duplicauit, circũ Romæ ædificauit, ludos Romanos inſtituit, q ad noſtrã memoriã
permanẽt. Vicit idem etiã Sabinos: & non parum agrorũ ſublatũ ijſdem, urbis Romæ
territorio adiũxit, primusq; triumphans urbem intrauit. muros fecit, & cloacas, Capi-
tolium inchoauit. xxxviij. anno imperij per Anci filios occiſus eſt, regis eius cui ipſe
ſucceſſerat: Poſt hunc Seruius Tullius ſuſcepit imperium, genitus ex nobili fœmina,

captiua tamen, & ancilla. Hic quoq; Sabinos ſubegit. montes tres, Viminalem, Quirinalem, Eſquilinũ, urbi adiunxit, foſſas circa murum duxit. primus omnium cenſum ordinauit, qui adhuc per orbẽ terrarũ incognitus erat. Sub eo Roma omnibus in cenſum delatis habuit capitum lxxxiiij. millia ciuium Romanorũ, cum his qui in agris erant. Occiſus eſt xlv. imperij anno, ſcelere generi ſui Tarquinij Superbi, filij eius regis cui ipſe ſucceſſerat; & filiæ, quam Tarquinius habebat uxorẽ. Lucius Tarquinius Superbus, ſeptimus atq; ultimus regum, Volſcos (quæ gens ad Campaniã euntibus non longe ab urbe eſt) uicit, Gabios ciuitatẽ, & Sueſſam Pometiam ſubegit. cum Thuſcis pacem fecit, & templũ Ioui in Capitolio ędificauit. Poſtea Ardeam oppugnãs, in octauo decimo milliario ab urbe poſitã ciuitatem, imperium perdidit. Nam cum filius eius & ipſe Tarquinius iunior, nobiliſsimi Collatini uxorẽ ſtupraſſet; eaq; de iniuria marito & patri & amicis queſta fuiſſet, in omniũ cõſpectu ſe occidit. propter quam cauſam Brutus parens, & ipſe Tarquinius, populum cõcitauit, & Tarquinio ademit imperiũ. mox exercitus quoq; eum qui ciuitatẽ Ardeã cum ipſo rege oppugnabat, reliquit: ueniensq; ad urbẽ rex, portis clauſis excluſus eſt. Cumq; imperaſſet annos uigintiquinq; cum uxore & liberis ſuis fugit. Ita Romæ regnatũ eſt per ſeptẽ reges annis ducentis quadragintatribus, cum adhuc Roma, ubi plurimũ, uix uſq; ad quintũ decimum milliariũ poſsideret. Hinc cõſules cœpere pro uno rege duo hac cauſa creari: ut ſi unus malus eſſe uoluiſſet, alter eum habens poteſtatẽ ſimilẽ coerceret. Et placuit, ne imperium longius q̃ annuum haberent, ne per diuturnitatẽ poteſtatis inſolentiores redderẽtur, ſed ciuiles ſemper eſſent, qui ſe poſt annum ſcirent futuros eſſe priuatos. Fuerunt igitur anno primo expulſis regibus COSS. Lucius Iunius Brutus, qui maxime egerat ut Tarquinius pelleretur: & Tarquinius Collatinus, maritus Lucretiæ. ſed Tarquinio Collatino ſtatim ſublata dignitas eſt. placuerat enim, ne quiſquã in urbe maneret, qui Tarquinius uocaretur. Qui accepto omni patrimonio ſuo, ex urbe migrauit, & loco ipſius factus eſt Valerius Publicola COS. Cõmouit tamen bellũ urbi Romæ rex Tarquinius, qui fuerat expulſus: & collectis multis gentibus ut in regnũ poſſet reſtitui, dimicauit. In prima pugna Brutus & Aruns Tarquinij filius inuicem ſe occiderũt. Romani tamen ex ea pugna uictores receſſerunt. Brutũ Romanæ matronæ defenſorem pudicitiæ ſuæ, quaſi cõmunem patrem per annũ luxerunt. Valerius Publicola Sp. Lucretium Tricipitinũ collegam ſibi fecit Lucretiæ patrem: quo morbo mortuo, iterum Horatium Puluillum collegam ſibi ſumpſit. ita primus annus quinq; conſules habuit: cum Tarquinius urbe ceſsiſſet propter nomen, Brutus prælio periſſet, Sp. Lucretius morbo mortuus eſſet. Secundo quoq; anno iterum Tarquinius, ut reciperetur in regnum, bellum Romanis intulit, auxiliũ ei ferente Porſena Thuſciæ rege: & Romam pene cepit. Verum tum quoq; uictus eſt. Tertio anno poſt reges exactos, Tarquinius cum ſuſcipi non poſſet in regnũ, neq; Porſena, qui pacem cum Romanis fecerat, auxilium præſtare, Thuſculum ſe contulit, quæ ciuitas non longe ab urbe eſt: atq; ibi per quatuordecim annos priuatus cũ uxore perſenuit. Quarto anno poſt reges exactos, cum Sabini Romanis bellum intuliſſent, uicti ſunt, & de his eſt triumphatum. Quinto anno, Valerius ille Bruti collega, & iiij. COS. fataliter mortuus eſt, adeo pauper factus, ut collatis à populo numis, ſumptũ habuerit ſepulturæ: quem matronę, ſicut Brutum, annum luxerunt. Nono anno poſt reges exactos, cum gener Tarquinij ad iniuriam ſoceri uindicandã, ingẽtem collegiſſet exercitũ, noua Romæ dignitas eſt creata, quæ Dictatura appellatur, maior q̃ Conſulatus. Eodem anno etiam magiſter equitũ factum eſt, qui dictatori obſequeretur. neq; quidquã ſimilius poteſt dici, quàm dictatura antiqua huic imperij poteſtati, quã nunc trãquillitas ueſtra habet: maxime cũ Auguſtus quoq; Octauianus, de quo poſtea dicemus, & ante eũ Caius Cęſar, ſub dictaturę nomine atq; honore regnauerint. Dictator aũt Romę primus fuit Largius: magiſter equitũ primus Spurius Caſsius. Sexto decimo anno poſt reges exactos, ſeditionem Pop. Rom. fecit, tanquam à ſenatu atq; Conſulibus premeretur. Tum & ipſe ſibi Tribunos plebis, quaſi proprios iudices & defenſores creauit, per quos contra Senatum & Conſules tutus eſſe poſſet. Sequenti anno Volſci bellum reparauerunt: uicti & capti, etiam Coriolos ciuitatem, quam habebant optimam, perdiderũt. Octauo decimo

anno

anno poſt eiectos reges, expulſus ex urbe Quintus Martius dux Romanorũ, qui Corioſos ceperat Volſcorum ciuitatem, ad ipſos Volſcos contendit iratus, & auxilia contra Romanos accepit, Romanosq; ſæpe uicit: uſq; ad quintũ miliarium urbis acceſſit, oppugnaturus etiam patriam ſuam, legatis qui pacem petebãt repudiatis, niſi ad eum mater Veturia & uxor Volumnia ex urbe ueniſſent: quarum fletu & precatione ſuperatus, remouit exercitum. Atq; hic ſecundus poſt Tarquinium fuit, qui dux contra patriam ſuam eſſet. Cæſone Fabio & Tito Virginio COSS. trecenti nobiles homines qui ex Fabia familia erant, contra Veientes bellum ſoli ſuſceperunt, promittẽtes ſenatui & populo per ſe omne certamen implendum. Itaq; profecti omnes nobiles, & qui ſinguli magnorum exercituum duces eſſe deberent, in prælio conciderunt. Vnus omnino ſuperfuit ex tanta familia, qui propter ætatem puerilem duci non poterat ad pugnam. Poſt hæc cenſus in urbe habitus eſt, & inuenta ſunt ciuium capitũ cxix. milia.

Sequenti anno, cum in Algido monte, ab urbe duodecimo fermè miliario, Romanus obſideretur exercitus, Lucius Quintius Cincinnatus Dictator eſt factus: qui agrum quatuor iugerum poſsidens, manibus ſuis colebat. Is cum in opere & arans eſſet inuentus, ſudore deterſo, togam prætextam accepit: cæſis hoſtibus, liberauit exercitum. Anno ccc. & altero ab urbe condita, imperium Conſulare ceſſauit, & pro duobus COSS. decem facti ſunt, qui ſummam poteſtatem haberent, Decemuiri nominati. ſed cum primo anno bene egiſſent, ſecundo unus ex ijs Appius Claudius, Virginij cuiuſdam, qui honeſtis iam ſtipendijs contra Latinos in monte Algido militabat, filiam uirginem corrumpere uoluit: quam pater occidit, ne ſtuprum à Decemuiro ſuſtineret: & regreſſus ad milites, mouit tumultum. Sublata eſt Decemuiralis poteſtas, ipſiq; damnati ſunt. Anno trecenteſimo decimoquinto ab urbe condita, Fidenates contra Romanos rebellarunt. Auxilium præſtabant his Veientes, & rex Veientium Tolumnius. Quæ ambæ ciuitates tam uicinæ urbi ſunt, ut Fidenæ vij. Veientes xviij. miliario abſint. Cõiunxerũt ſe his & Volſci, ſed M. Aemilio dictatore, & Lucio Quintio Cincinnato magiſtro equitum uicti, etiam regem perdiderunt. Fidenæ captæ, & exciſæ. Poſt xx. inde annos, Veientani rebellauerunt. Dictator contra ipſos miſſus eſt Furius Camillus, qui primum eos uicit acie, mox etiam ciuitatem diu obſidens cepit, antiquiſsimam, Italiæq; ditiſsimam. Poſtea cepit & Faliſcos, non minus nobilem ciuitatem: ſed commota eſt ei inuidia, quaſi prædam male diuiſiſſet: damnatusq; ob eam cauſam, expulſus ciuitate eſt. Statim Galli Senones ad urbem uenerunt, & uictos Romanos xi. miliario à Roma apud flumen Alliam ſecuti, etiam urbem occuparunt, neq; defendi quicquam niſi Capitolium potuit. quod cum diu obſediſſent, & iam Romani fame laborarent, à Camillo qui in uicina ciuitate exulabat, Gallis ſuperuentum eſt, grauiſsimeq; uicti ſunt. poſtea tamen, accepto etiam auro ne Capitolium obſiderent, receſſerunt: ſed ſecutus eos Camillus, ita cecidit, ut & aurũ quod his datum fuerat, & omnia quæ ceperãt militaria ſigna reuocaret. Ita tertio triũphans, urbem ingreſſus eſt, & appellatus ſecundus Romulus, quaſi & ipſe patriæ conditor.

EVTROPII LIBER SECVNDVS

ANNO ccc. lxv. ab urbe condita, poſt captam autem primo, dignitates mutatæ ſunt. Pro duobus COSS. facti Tribuni militares, Conſulari poteſtate. Hic iam cœpit Romana res creſcere. nam Camillus eo anno Volſcorum ciuitatem, quæ per lxx. annos bellum geſſerat, uicit: & Aequorum urbem, & Sutrinorum, atque omnes, deletis eorum exercitibus, occupauit, & tres ſimul triumphos egit. Titus etiam Quintius Cincinnatus Præneſtinos, qui uſque ad urbis Romæ portas bello uenerant, perſecutus, ad flumẽ Alliam uicit: & ciuitates quę ſub ipſis agebant, Romanis adiunxit. Ipſam Præneſtẽ aggreſſus, in deditionem accepit: quæ omnia ab eo geſta ſunt uiginti diebus, triũphusq; ipſi decretus.

Verum dignitas tribunorum militarium non diu perſeuerauit. Nam poſt aliquantum nullos placuit fieri: & quadriennium ita in urbe fluxit, ut poteſtates ibi maiores non eſſent. reſumpſerunt tamen Tribuni militares conſulari poteſtate iterum dignitatem, & triennio perſeuerauerunt. Rurſus COSS. facti. Lucio Genutio, & Quinto Seruilio COSS. mortuus eſt Camillus: honor ei ſecundus poſt Romulum delatus eſt. Titus Quintius Dictator aduerſus Gallos, qui in Italiam uenerant, miſſus eſt. Hi ab urbe quarto milliario, trans Anienem fluuium conſederant. Nobiliſsimus è ſenatoribus Titus Manlius, prouocantem Gallum ad ſingulare certamen, congreſſus occidit: & ſublato torque aureo, colloq; ſuo impoſito, in perpetuum Torquati ſibi & poſteris cognomen accepit. Galli fugati ſunt, mox per Caium Sulpitium dictatorem etiam uicti. Nō multo poſt à Caio Martio Thuſci uicti ſunt, vij. millia captiuorum ex his in triumphū adducta. Cenſus iterum habitus eſt. Et cum Latini qui à Romanis ſubacti erant, milites præſtare nollent, ex Romanis tantum tyrones lecti ſunt, factæq; legiones decem, qui modus ſexaginta uel amplius armatorum millia efficiebat: paruis adhuc Romanis rebus, tanta tamen in re militari uirtus erat. Quæ cum profectæ eſſent aduerſus Gallos duce L. Furio Camillo, quidā ex Gallis unum è Romanis, qui eſſet optimus, prouocauit. tum ſe Marcus Valerius Tribunus militum obtulit: & cum proceſsiſſet armatus, coruus ei ſupra dextrum brachium ſedit. mox commiſſa aduerſus Gallum pugna, idem coruus alis & unguibus Galli oculos uerberauit, ne rectum poſſet aſpicere. ita à Tribuno Valerio interfectus, non ſolum uictoriam ei, ſed etiam nomen dedit. Nam poſtea idem Coruinus eſt dictus. Ac propter hoc meritum, annorum trium & uiginti COS. eſt factus. Latini qui noluerunt milites dare, hoc quoq; à Romanis exigere cœperunt, ut unus Conſul ex eorum, alter ex Romanorum populo crearetur. Quod cum eſſet negatum, bellum contra eos ſuſceptum eſt, & ingenti pugna ſuperati ſunt: ac de his perdomitis triumphatum eſt. Statuæ COSS. ob meritum uictoriæ in roſtris poſitæ ſunt. Eo anno etiam Alexandria, ab Alexandro Macedone condita eſt. Iam Romani potentes eſſe cœperunt. bellum enim in centeſimo & triceſimo fere milliario ab urbe apud Samnites gerebatur, qui medij ſunt inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Papyrius Curſor cum honore dictatoris ad id bellū profectus erat. Qui cum Romam rediſſet, Q. Fabio Maximo magiſtro equitum, quem apud exercitū reliquit, præcepit, ne ſe abſente pugnaret. Ille occaſione reperta, feliciſsime dimicauit, & Samnites deleuit. ob quam rem à Dictatore capitis dānatus, quòd ſe uetante pugnaſſet, ingenti fauore militum & populi liberatus eſt: tanta Papyrio ſeditione commota, ut penè ipſe interficeretur. Poſtea Samnites, Romanos, Tito Veturio & Spurio Poſthumio COSS. ingenti dedecore uicerunt. Pax tamen à Senatu & populo ſoluta eſt, quæ cum ipſis propter neceſsitatem facta fuerat. Poſtea Samnites uicti ſunt à L. Papyrio Conſule, ſeptem millia eorum ſub iugum miſſa. Papyrius de Samnitibus triumphauit. Eo tempore Appius Claudius Cenſor aquam Claudiā induxit, & uiam Appiam ſtrauit. Samnites reparato bello, Q. Fabium Maximum uicerunt, tribus millibus hominū occiſis. Poſtea cum pater eius Fabius Maximus legatus datus fuiſſet, & Samnites uicit, & plurima eorum oppida cepit. Deinde P. Cornelius Rufinus, Marcus Curius Dentatus, ambo COSS. contra Samnites miſsi, ingētibus prælijs eos confecere. Tum bellum cum Samnitibus per annos nouem & xl. actum, ſuſtulerunt. neq; ullus hoſtis fuit intra Italiam, qui Romanam uirtutem magis fatigauerit. Interiectis aliquot annis, iterum ſe Gallorum copiæ contra Romanos Thuſcis Samnitibusq; iunxerunt: ſed cum Romam tenderent, à P. Cornelio Dolabella COS. deletæ ſunt. Eodem tempore Tarentinis, qui iam in ultima Italia ſunt, bellum indictum eſt, quia legatis Romanorum iniuriam feciſſent. Hi Pyrrhum Epiri regem contra Romanos auxilio popoſcerunt, qui ex genere Achillis originem trahebat. Hic mox ad Italiam uenit. Tumq; primū Romani cum trāſmarino hoſte dimicauerūt. Miſſus eſt contra eum conſul P. Valerius Leuinus. qui cum exploratores Pyrrhi cepiſſet, iuſsit eos per caſtra duci, oſtendi omnem exercitum, tumq; dimitti: ut renunciarēt Pyrrho, quæ cum Romanis agerent. Cōmiſſa mox pugna, cū iam Pyrrhus fugeret, elephantorū auxilio uicit: quos incognitos Romani expauerūt, ſed nox prælio finē dedit. Leuinus tamē per noctem fugit

ctem fugit. Pyrrhus Romanos mille octingẽtos cepit, coſq; ſummo honore tractauit, occiſos ſepeliuit: quos cum aduerſo uulnere & truci uultu, etiã mortuos iacere uidiſſet tuliſſe ad cœlum manus dicitur, cum hac uoce, Se totius orbis dominũ eſſe potuiſſe, ſi tales ſibi milites contigiſſent. Pyrrhus coniunctis ſibi Samnitibus, Lucanis, Brutijsq;, Romam perrexit, omnia ferro igneq; uaſtauit. Campaniã depopulatus eſt, atq; ad Præneſte uenit, miliario ab urbe octauodecimo. Mox terrore exercitus, qui cũ Cõſule ſequebatur, in Campaniam ſe recepit. Legati ad Pyrrhum de redimẽdis captiuis miſſi, ab eo honorifice ſuſcepti ſunt, captiuos ſine precio Romam miſit. Vnum ex legatis Romanorũ Fabricium ſic admiratus eſt, ut cum eum pauperem eſſe cognouiſſet quarta parte regni promiſſa, ſollicitare uoluerit, ut ad ſe tranſiret, contemptusq; à Fabricio. Quare cum Pyrrhus ingenti Romanorũ admiratione teneretur, legatum miſit, qui pacem æquis conditionibus peteret, præcipuũ uirum Cyneam nomine, ita ut Pyrrhus partem Italiæ, quam iam armis occupauerat, obtineret. Pax diſplicuit, remandatumq; Pyrrho à Senatu eſt, eum cum Romanis, niſi ex Italia receſsiſſet, pacem habere non poſſe. Tum Romani iuſſerũt captiuos oẽs, quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi, ꝙ armati capti fuiſſent: nec antè eos ad ueterẽ ſtatum reuerti, ꝗ̃ binorum hoſtium occiſorũ ſpolia retuliſſent. Ita Legatus Pyrrhi reuerſus eſt. à quo cum quęreret Pyrrhus, Qualem Romã cõperiſſet: Cyneas dixit, regum ſe patriã uidiſſe. ſcilicet tales illic fermè omnes, qualis unus Pyrrhus apud Epirum & reliquã Græciam putaret̃. Miſſi ſunt contra Pyrrhum duces P. Sulpitius, & Decius Mũmius COSS. Certamine commiſſo Pyrrhus uulneratus eſt, elephanti interfecti, xx. milia cęſa hoſtium, & ex Romanis tantum quinq; milia. Pyrrhus Tarentum fugatus. Interiecto anno, contra Pyrrhũ Fabricius eſt miſſus: qui prius inter legatos ſollicitari non poterat, quarta parte regni promiſſa. Tum, cum uicina caſtra ipſe & rex haberent, medicus Pyrrhi ad eum nocte uenit, promittens ueneno Pyrrhum occiſurum, ſi ſibi aliquid polliceretur. Quem Fabricius uinctum reduci iuſsit ad dominum, Pyrrhoq; dici, quæ contra caput eius medicus ſpopondiſſet. Tunc rex admiratus, dixiſſe fertur: Ille eſt Fabricius, qui difficilius ab honeſtate quàm ſol à curſu ſuo auerti poteſt. Tunc rex in Siciliam profectus eſt. Fabricius uictis Samnitibus & Lucanis, triũphauit. COSS. deinde, Manius Curius Dentatus, & Cornelius Lentulus, aduerſum Pyrrhum miſſi ſunt. & Curius contra eum pugnauit, exercitum eius cecidit, Tarentum fugauit. Ea die cæſa hoſtium xxiij. milia. Curius in conſulatu triumphauit. Primus Romam elephantos quatuor duxit. Pyrrhus etiàm à Tarento mox receſsit, & apud Argos Græciæ ciuitatem occiſus eſt.

Caio Fabricio Luſcino, & C. Claudio Cinna COSS. anno urbis conditæ cccc. lxi. legati Alexandrini à Ptolemæo miſſi Romam uenere, & à Romanis amicitiam quam petierant, obtinuerunt. Quintio Gulone, C. Fabio Pictore COSS. Picentes bellum commouere, & ab inſequentibus COSS. Publio Sempronio, Appio Claudio, uicti ſunt: & de his triumphatum eſt. Conditæ à Romanis ciuitates, Ariminum in Gallia, & Beneuentum in Samnio. Marco Attilio Regulo, Lucio Iunio Libone COSS. Salentinis bellũ indictũ eſt. captiq; ſunt cum ciuitate ſimul Brũduſini, & de his triumphatũ eſt. Anno cccc. lxxvij. cum iam clarũ urbis Romæ nomen eſſet, arma tamẽ extra Italiã mota nõ fuerant. Vt igitur cognoſceret̃, quæ copiæ Romanorum eſſent, cenſus eſt habitus. tũ inuẽta ſunt capitũ cc. xcij. milia, ccc. xxxiiij, quanq; à condita urbe nũq; bello ceſſaſſent. Et cõtra Afros bellũ ſuſceptũ eſt primũ, Appio Claudio, Quinto Fuluio COSS. In Sicilia cõtra eos pugnatũ eſt, & Appius Claudius de Afris & rege Siciliæ Hierone triumphauit. Inſequenti anno, Valerio Marco & Octacilio COSS. in Sicilia à Romanis res magnę geſtæ ſunt. Taurominitani, Catanẽſes, & præterea quinquaginta ciuitates in fidẽ acceptæ ſunt. Tertio anno in Sicilia contra Hieronẽ bellũ paratũ eſt. Is cũ omni nobilitate Syracuſanorũ pacẽ à Romanis impetrauit, deditq; argẽti talenta ducẽta. Afri in Sicilia uicti ſunt, & de his ſecũdo Romæ triũphatum eſt. Quinto anno belli Punici, quod cõtra Afros gerebatur, primũ Romani Caio Duillio & Cneo Cornelio Aſina COSS. in mari dimicauerunt, paratis nauibus roſtratis, quas Liburnas uocant. Cõſul Cornelius fraude deceptus eſt. Duillius cõmiſſo prælio, Carthaginenſiũ ducem uicit, xxx. naues cepit, xiiij. merſit. vij. milia hoſtium

cepit

cepit, iij. milia occidit: neq; ulla uictoria Romanis gratior fuit, quòd inuicti terra, iam etiam mari plurimum poſſent. Caio Aquilio Floro, Lucio Scipione COSS. Scipio Corſicam & Sardiniam uaſtauit, multa milia inde captiuorũ abduxit, triumphũ egit. L. Manlio Volſone, M Attilio Regulo COSS. bellum in Africam translatũ eſt contra Hamilcarẽ Carthaginẽſium ducem, in mari pugnatũ, uictusq; eſt. Nam perditis lxiiij. nauibus, retro ſe recepit: Romani xxij. amiſerunt. ſed cum in Africã tranſiſſent, primã Clypeam Africæ ciuitatẽ in deditionem acceperunt. Conſules uſq; ad Carthaginem proceſſerunt, multisq; uaſtatis oppidis, Manlius uictor Romã rediјt, & xxvij. milia captiuorũ reduxit: Attilius Regulus in Africa remanſit. Is contra Afros aciem inſtruxit, contra tres Carthaginenſium duces dimicans, uictor fuit. xviij. milia hoſtium cæcidit, quinq; milia cum xviij. elephantis cepit. lxxiiij. ciuitates in fidem accepit. Tum uicti Carthaginenſes, pacẽ à Romanis petierunt: quã cum Regulus nollet niſi duriſsimis cõditionibus dare, Afri auxilium à Lacædemonijs petierunt: & duce Xantippo, qui à Lacedęmonijs miſſus fuerat, Romanorũ dux Regulus uictus eſt ultima pernicie. nam duo milia hominũ tantũ ex omni Romano exercitu refugerunt, quindecim milia cum imperatore Regulo capta ſunt, xxx. milia occiſa, Regulus ipſe in cathenas coniectus.

Marco Aemilio Paulo, Seruio Fuluio Nobiliore COSS. ambo Romani conſules in Africam profecti ſunt, cum trecentarum nauium claſſe Clypeam petunt, & contra Carthaginenſes uenerunt, primum Afros nauali certamine ſuperant. Aemilius conſul centum & quatuor naues hoſtium demerſit, triginta cum pugnatoribus cepit, quindecim milia hoſtium aut occidit, aut cepit, militem ſuum ingenti præda ditauit. Et ſubacta Africa tum fuiſſet, niſi tanta fames fuiſſet, ut diutius expectare exercitus nõ poſſet. Conſules cum uictrici claſſe redeuntes, circa Siciliam naufragium paſsi ſunt: & tanta tempeſtas fuit, ut ex quadringentis ſexaginta quatuor nauibus, octoginta ſeruari uix potuerint. Neq; ullo tempore tanta maritima tempeſtas audita eſt. Romani tamen ſtatim ducentas naues reparauerunt, neq; in aliquo animus his infractus fuit.

Cneus Seruilius Cepio, & G. Sempronius Blæſus COSS. cum ducentis ſexaginta nauibus ad Africam profecti ſunt, aliquot ciuitates ceperunt: prædam ingentem reducentes, naufragium paſsi ſunt. Itaq; cum continuæ calamitates Romanis diſplicerent, decreuit Senatus, ut à maritimis prælijs diſcederetur, & tantum ſexaginta naues ad præſidiũ Italiæ ſaluæ eſſent. Lucio Cæcilio Metello, Caio Furio Pacillo COSS, Metellus in Sicilia Afrorum ducem cum c.xxx. elephantis, & magnis copijs uenientem ſuperauit, xx. milia hoſtium cæcidit, ſex & uiginti elephantos cepit, reliquos errantes per Numidas, quos in auxilium habebat, collegit, & Romam deduxit ingenti pompa, cum c. xxx. elephantorum numero omnia itinera compleret. Poſt hæc mala Carthaginenſes Regulum ducem, quem ceperant, petierunt, ut Romam proficiſceretur, & pacem à Romanis obtineret, ac permutationem captiuorum faceret. Ille Romã cum ueniſſet, inductus in Senatũ, nihil quaſi Romanus egit, dixitq; ſe ex illa die qua in poteſtatẽ Afrorum ueniſſet, Romanum eſſe deſiuiſſe. itaq; & uxorem à complexu remouit, & Romanis ſuaſit ne pax cum Pœnis fieret. Illos enim fractos tot caſibus, ſpem nullam habere. ſe tanti non eſſe, ut tot milia captiuorum propter unum ſe, & ſenem, & paucos qui ex Romanis capti fuerant, redderentur. Itaq; obtinuit. nam Afros pacem petentes nullus admiſit. Ipſe Carthaginem rediјt, offerentibusq; Romanis, ut eum Romæ tenerent, negauit ſe in ea urbe manſurum, in qua poſtquam Afris ſeruierat, dignitatem honeſti ciuis habere non poſſet. Regreſſus igitur in Africam, omnibus ſupplicijs extinctus eſt. Poſt Appio Pulchro & L. Iunio COSS. Claudius contra auſpicia pugnauit, & à Carthaginenſibus uictus eſt. Nam ex ducentis xx. cum pugnatoribus captæ ſunt, demerſæ cæteræ, uiginti milia capta. Alius quoq; conſul claſſem naufragio amiſit, exercitum tamen ſaluum habuit, quia uicina litora erant.

Caio Luctatio Catulo, Aulo Poſthumio Albino COSS. anno belli Punici xxiij. Catulo bellum contra Afros commiſſum eſt. Profectus eſt cum ccc. nauibus in Siciliam. Afri contra ipſum cccc. parauerunt. Nunquam in mari tantis copijs pugnatũ eſt. Luctatius Catulus nauem æger aſcendit: uulneratus enim in pugna ſuperiore fuerat. Contra Lilybæum ciuitatem Siciliæ pugnatum eſt ingenti uirtute Romanorum. nam

lxxiij. Cartha

lxxiij. Carthaginenſium naues captæ ſunt, c.xxv demerſæ, xxij. milia hoſtium capta, xiij. milia occiſa: infinitū auri argentiq; prædæ in poteſtatē Romanorū redactum. Ex claſſe Romanorū xij. naues ſubmerſæ. pugnatū eſt vi. idus Mar. ſtatim Carthaginēſes pacem petierunt. tributa eſt eis pax: captiui Romanorū, qui tenebātur à Carthaginenſibus, redditi ſunt. Etiā Carthaginēſes petierūt, ut redimi eos captiuos liceret, quos ex Afris Romani tenebāt. Senatus iuſsit, ſine precio dari eos q in publica cuſtodia eſſēt: qui aūt à priuatis tenerentur, ut precio dominis reddito, Carthaginē redirent, atq; id precium ex fiſco magis q̄ à Carthaginenſibus ſolueretur. Quintus Luctatius, Aulus Manlius COSS. creati, bellum Faliſcis intulerunt: quæ ciuitas Italiæ opulenta quondam fuit. quod ambo COSS. intra ſex dies quàm uenerant, tranſegerunt. xv. milia hominum cæſa. pax conceſſa, agro tamen ex medietate ſublato.

EVTROPII LIBER TERTIVS

FINITO igitur Punico bello, quod per xxij. annos geſtum eſt, Romani iam clariſsima gloria noti, legatos ad Ptolomæum Aegypti regē miſerunt, auxilia promittentes, quia rex Syriæ Antiochus ei bellum intulerat. Ille gratias Romanis egit, auxilia non accepit: iam enim fuerat pugna tranſacta. Eodem tempore potentiſsimus rex Siciliæ Hiero Romam uenit ad ludos ſpectandos, & ducenta milia modiorum tritici populo dono dedit. Lucio Cornelio Lentulo, Fuluio Flacco COSS. quibus Hiero Romam uenerat, etiam contra Ligures intra Italiam bellum geſtum eſt, & de his triumphatum eſt. Carthaginenſes tamen bellū reparare tentabant, Sardinienſes qui ex cōditione pacis Romanis parere debebant ad rebellandū impellentes. Venit tamē legatio Carthaginenſiū Romam, & pacem impetrauit. Tito Manlio Torquato, Caio Attilio Balbo COSS. de Sardis triumphatū eſt: & pace omnibus locis facta, Romani nullum bellū habuerunt. Quod his poſt Romam conditā ſemel tantum Numa Pompilio regnante cōtigerat. Lucius Poſthumius Albinus, Cneus Fuluius Centumalus COSS. bellū contra Illyricos geſſerūt: & multis ciuitatibus captis, etiam reges in deditionē acceperūt. ac tum primū de Illyricis triumphatū eſt. Lucio Aemilio COS. ingentes Gallorū copiæ Alpes tranſierunt: ſed pro Romanis tota Italia conſenſit, traditūq; eſt Fabio hiſtorico qui ei bello interfuit, dccc. milia hominū parata ad id bellum fuiſſe, ſed res per COS. tum proſpere geſta eſt. xl. milia hoſtiū interfecta ſunt, & triūphus Aemilio decretus. Aliquot deinde annis poſt, cōtra Gallos intra Italiam pugnatū eſt. Finito bello, Marco Claudio Marcello, Cneo Cornelio Scipione COSS. tum Marcellus cū parua manu equitū dimicauit, & regē Gallorū, Viridomarū nomine, manu ſua occidit. Poſtea cū collega ſuo ingentes copias Gallorū peremit, Mediolanū expugnauit, grandē prædam Romā pertulit, ac triūphans Marcellus ſpolia Gallorū ſtipiti impoſita humeris ſuis uexit. M. Minutio, P. Cornelio COSS. Hiſtris bellum illatū eſt, quia latrocinati naues Romanorū fuerant, quæ frumenta exhibebant. perdomitiq; ſunt omnes. Eodem anno bellum Punicum ſecundū Romanis illatum eſt per Hannibalē Carthaginenſiū ducem, qui Saguntū Hiſpaniæ ciuitatē, Romanis amicam, oppugnare aggreſſus eſt, agens uiceſimū ætatis annū, copijs congregatis cl. miliū peditum, & xx. milium equitū. Huic Romani per legatos denunciauerūt ut bello abſtineret. Is legatis parere noluit. Romani etiā à Carthaginenſib. petierunt ut mandarēt Hannibali ne bellū contra ſocios Pop. Rom. gereret. dura reſponſa à Carthaginenſibus reddita. Saguntini interea fame uicti ſunt. captiq; ab Hannibale, ultimis pœnis afficiunt̄. Tum Publius Cornelius Scipio cū exercitu in Hiſpaniam profectus eſt, Tiberius Sēpronius in Siciliā. bellum Carthaginenſib. indictū eſt. Hannibal relicto in Hiſpania fratre Haſdrubale, Pyreneum tranſit, Alpes adhuc in ea parte inuias, ſibi patefecit. tradit̄ ad Italiā lxxx. milia peditū, & xx milia equitū, vij & xxx. elephantes adduxiſſe. Interea multi Ligures & Galli Hannibali ſe cōiunxerūt. Sēpronius Gracchus

chus cognito ad Italiam Hannibalis aduentu, è Sicilia exercitũ Ariminũ traiecit. P. Cornelius Scipio Hannibali primus occurrit, cõmiſſo prælio, fugatis ſuis, ipſe uulneratus in caſtra rediјt. Sempronius Gracchus & ipſe conflixit apud Trebiam. Is quoq; uincit̃. Hannibali multi ſe in Italia dediderunt. Inde ad Thuſciã ueniens Hannibal, Flaminio conſuli occurrit. ipſum Flaminium interemit, Romanorum xxv. milia cæſa ſunt, cæteri diffugerunt. Miſſus aduerſus Hannibalem poſtea à Romanis Quintus Fabius Maximus. Is cum differendo pugnam, ab impetu fregit, mox inuenta occaſione uicit. Quingenteſimo & quadrageſimo anno à condita urbe, Lucius Aemilius, P. Terentius Varro contra Hannibalem mittuntur, Fabioq; ſuccedunt: qui Fabius ambos COSS. monuit, ut Hannibalem callidum & impatientem ducem non aliter uincerent, ꝙ prælium differendo. uerum cum impatientia Varronis COS. contradicente conſule altero, id eſt Aemilio Paulo, apud uicum qui Cannæ appellabat̃, in Apulia pugnatũ eſſet, ambo COSS. ab Hannibale uincunt̃. iiij milia Afrorum pereunt, magna pars de exercitu Hannibalis ſauciatur: nullo tamen Punico bello Romani grauius accepti ſunt. periјt enim in eo Aemilius Paulus COS. Cõſulares aut Prætoriј xx. Senatores capti aut occiſi xxx. nobiliores uiri ccc. militũ xl. milia, equitũ iiј. milia & cccc. In quib. malis nemo tamẽ Romanorũ pacis mẽtionẽ habere dignatus eſt. Serui, quod nunq; antè, manumiſsi, & milites facti ſunt. Poſt eam pugnã multæ Italiæ ciuitates quæ Romanis paruerant, ſe ad Hannibalem tranſtulerunt. Hannibal Romanis obtulit, ut captiuos redimerent: reſponſumq; eſt à Senatu, eos ciues non eſſe neceſſarios, qui cum armati eſſent, capi potuiſſent. Ille omnes poſtea uariјs ſuppliciјs interfecit, & tres modios aureorum annulorũ Carthaginem miſit, quos è manibus equitum Romanorum, Senatorũ, & militum detraxerat. Interea in Hiſpania, ubi frater Hannibalis Haſdrubal remanſerat cum magno exercitu, ut eam totam Afris ſubigeret, à duobus Scipionibus Romanis ducibus uincitur, perdiditq; in pugna xxxv. milia hominum. ex his capiunt̃ x. milia, occiduntur xxv. Mittuntur ei à Carthaginenſibus ad reparandas uires xiј. milia peditũ, iiiј. milia equitum, xx. elephãti. Anno quarto poſtquam in Italiam Hannibal uenit, Marcus Claudius Marcellus COS. apud Nolam, ciuitatẽ Campaniæ, contra Hannibalem benè pugnauit. Hannibal multas ciuitates Romanorum per Apuliam, Calabriã, & Brutios occupauit. Quo tempore etiam rex Macedoniæ Philippus ad eum legatos miſit, promittẽs auxilia contra Romanos: hac conditione, ut deletis Romanis, ipſe quoq; contra Græcos ab Hannibale auxilia acciperet. Captis igitur legatis Philippi, & re cognita, Romani in Macedoniã Marcum Valerium Leuinum ire iuſſerunt: in Sardiniã Titum Manlium Torquatũ Proconſulem. nam etiam ea ſollicitata ab Hannibale, Romanos deſeruerat. Ita uno tempore quatuor locis pugnabatur, in Italia contra Hannibalem, in Hiſpania contra fratrem eius Haſdrubalem, in Macedonia contra Philippũ, in Sardinia contra Sardos, & alterum Haſdrubalem Carthaginẽſem. Is à Tito Manlio procõſule, qui ad Sardiniam miſſus fuerat, uiuus eſt captus. occiſa cum eo xiј. milia, capti mille quingẽti, & à Romanis Sardinia ſubacta. Manlius uictor captiuos & Haſdrubalem Romam reportauit. Interea etiam Philippus à Leuino in Macedonia uincit̃, & in Hiſpania à Scipionibus Haſdrubal & Mago tertius frater Hannibalis. Decimo anno poſtquam Hannibal in Italiam uenerat, P. Sulpitio, Cneo Fuluio COSS. Hannibal uſq; ad quartum milliarium urbis acceſsit, equites eius uſq; ad portas, mox conſulum metu cum exercitu uenientium, Hannibal ad Campaniam ſe recepit. In Hiſpania à fratre Haſdrubale ambo Scipiones, qui per multos annos uictores fuerant, interficiuntur. exercitus tamen integer manſit: caſu enim magis quàm uirtute erant decepti. Quo tempore etiam à conſule Marcello Siciliæ magna pars capta eſt, quam tenere Afri cœperant: & nobiliſsimæ urbis Syracuſanæ præda ingens Romam perlata eſt. Leuinus in Macedonia cum Philippo & multis Græciæ populis, & rege Aſiæ Attalo amicitiam fecit: & ad Siciliam profectus, Annonem quendam Afrorum ducem apud Agrigentum ciuitatem cum ipſo oppido cepit, eumq; Romam cum captiuis nobilibus miſit, quadraginta ciuitates in deditionem accepit, uiginti ſex expugnauit. ita omni Sicilia recepta, Macedonia fracta, ingenti gloria Romam regreſſus eſt. Hannibal in Italia Cneum Fuluium

consulem

conſulem ſubito aggreſſus, cum octo milibus hominum interfecit. Interea ad Hiſpanias, ubi occiſis duobus Scipionibus nullus Romanus dux erat, Publius Cornelius Scipio mittitur, filius Publij Scipionis, qui ibidem bellum geſſerat, annos natus quatuor & xx. uir Romanorum omnium & ſua ætate, & poſteriori tempore ferè primus. Is Carthaginem Hiſpaniæ capit, in qua omne aurum & argentum, & belli apparatum Afri habebant. nobiliſsimos quoq; obſides, quos ab Hiſpanis acceperat, Magonem etiam fratrem Hannibalis ibi capit, quem Romam cum alijs mittit. Romæ ingens lætitia poſt hunc nuncium fuit. Scipio Hiſpanorum obſides parentibus reddidit. Quare omnes ferè Hiſpaniæ ad eum uno animo tranſierunt. Poſt quæ Haſdrubalem Hannibalis fratrem, uictum fugat, & prædam maximam capit. Interea in Italia COS. Q. Fabius Maximus Tarentum cepit, in qua ingentes copię Hannibalis erant. Ibi etiam ducem Hannibalis Carthalonem occidit, xxv. milia captiuorum uendidit, prædam militibus diſpertiuit, pecuniam hominum uenditorum ad fiſcum retulit. Tum multæ ciuitates Romanorũ, quæ ad Hannibalem tranſierant, ſe Fabio Maximo dediderunt. Inſequenti anno Scipio in Hiſpania egregias res egit, & per ſe, & per fratrẽ ſuum Luciũ Scipionem, lxx. ciuitates receperunt. In Italia tamẽ male pugnatũ eſt. Nam Claudius Marcellus COS. ab Hannibale occiſus eſt. Tertio anno poſtq̄ Scipio ad Hiſpaniã profectus eſt, rurſus res inclytas gerit: regẽ Hiſpaniarũ magno prælio uictum, in amicitiã accepit, & primus omnium à uicto obſides non popoſcit. Deſperans Hãnibal Hiſpanias contra Scipionẽ ducem poſſe retineri, fratrẽ ſuum Haſdrubalem in Italiã cum omnibus copijs euocauit. Is ueniẽs eodem itinere quo etiã Hannibal uenerat, à cõſulib. Appio Claudio Nerone, & Marco Liuio Salinatore, apud Senam Piceni ciuitatem, in inſidias compoſitas incidit: ſtrenue tamen pugnans, occiſus eſt, ingentes eius copię captæ aut interfectæ ſunt. magnũ pondus auri atq; argenti relatum. Poſt hæc Hannibal diffidere de belli cœpit euẽtu, Romanis ingens animus acceſsit. itaq; & ipſi euocauerunt ex Hiſpania Publiũ Corneliũ Scipionẽ. Is Romã cũ ingenti gloria uenit. Quinto Cæcilio, Lucio Valerio COSS. oẽs ciuitates quæ in Brutijs ad Hannibale tenebantur, Romanis ſe tradiderunt, Anno xiiij. poſt quàm in Italiam Hannibal uenerat, Scipio qui multa bene in Hiſpania egerat, conſul eſt factus, & in Africam miſſus. Cui uiro diuinum quiddã ineſſe exiſtimabatũ: adeo ut putaretur etiã cum numinibus habere ſermonẽ. Is in Africa cõtra Hannonẽ ducẽ Afrorũ pugnauit, exercitũ eius interfecit, ſecũdo prælio caſtra cepit, cum quatuor millib. & quingẽtis militibus, xi. millibus occiſis. Syphacẽ Numidiæ regem, qui ſe Afris cõiunxerat, capit, & caſtra eius inuadit. Syphax cum nobiliſsimis Numidis, & infinitis ſpolijs, ab Scipione Romã mittitũ. qua re audita, omnis ferè Italia Hannibalẽ deſerit. ipſe à Carthaginenſibus in Africam redire iubetur, quam Scipio uaſtabat. Ita anno xvij. ab Hannibale Italia liberata eſt, quam flens dicitur reliquiſſe. Legati Carthaginẽſium pacem à Scipione petierunt, ab eo ad Senatũ Romã miſsi ſunt, xlv. diebus his induciæ datæ ſunt, quouſq; Romam ire & redire poſſent, xxx. milia pondo argẽti ab his accepta ſunt. Senatus ex arbitrio Scipionis pacem iuſsit cum Carthaginenſibus fieri. Scipio his conditionibus dedit, ne amplius q̄ xxx. naues haberent, l. milia pondo argenti darent, captiuos & perfugas redderent. Interim Hannibale ueniente ad Africã, pax turbata eſt, multa hoſtilia ab Afris facta ſunt: legati tamen eorũ ex urbe uenientes, à Romanis capti ſunt, & iubente Scipione dimiſsi. Hãnibal quoq; frequentib. prælijs uictus à Scipione, petit etiã ipſe pacem. Cum uentũ eſſet ad colloquiũ, ijſdẽ conditionib. data eſt, quibus prius, addita quingẽtis milibus pondo argenti, c. milia librarum propter nouam perfidiam. Carthaginenſibus cõditiones diſplicuerunt, iuſſeruntq; Hannibalem pugnare: ſed infertur à Scipione, & Maſiniſſa, alio rege Numidarum, qui amicitiã cum Scipione fecerat, Carthagini bellũ. Hannibal tres exploratores ad Scipionis caſtra miſit: quos captos Scipio circunduci per caſtra iuſsit, oſtendiq; eis totum exercitum, mox etiam prandium dari, dimittiq;, ut renunciarẽt Hannibali quæ apud Romanos uidiſſent. Interea prælium ab utroq; duce inſtructum eſt, quale uix ulla memoria fuit. Quum peritiſsimi uiri copias ſuas ad bellũ educerent, Scipio uictor recedit penè ipſo Hannibale capto: qui primũ cum multis equitibus, deinde cum xx. poſtremo cum quatuor euaſit. Inuẽta in caſtris

Hannibalis argenti pondo cc.milia, auri octingenta, cætera ſupellectilis copioſa. Poſt id certamen pax cum Carthaginenſibus facta eſt, Scipio Romam redijt, ingēti gloria triumphauit, atq; Africanus ex eo appellari cœptus eſt. Finem accepit ſecundum Punicum bellum, poſt annum xvij. quàm cœperat.

EVTROPII LIBER QVARTVS

TRANSACTO Punico bello, ſecutum eſt Macedonicum contra Philippum regē, l. & quingenteſimo primo anno ab urbe condita. T. Quintius Flaminius aduerſus Philippum regem mittitur. proſpere geſsit, pax ei data eſt his legibus, ne Græciæ ciuitatibus, quas Romani contra eum defenderant, bellum inferret, ut captiuos & trāsfugas redderet, l. ſolū naues haberet, reliquas Romanis daret, per annos decem quaterna milia pondo argenti præſtaret, & obſidem daret filium ſuum Demetrium. T. Quintius Flaminius etiam Lacedæmonijs intulit bellum, ducem eorū Nauidem uicit: & quibus uoluit cōditionibus, in fidem accepit. In gloriam duxit ante currum nobiliſsimos obſides, Demetrium Philippi filium, & Armenen Nauidis.

Tranſacto bello Macedonico, ſecutū eſt Syriacum contra Antiochum regem, P. Cornelio Scipione, Marco Attilio Glabrione COSS. Huic Antiocho Hānibal ſe iunxerat, Carthaginē patriam ſuam, ne Romanis traderetur, relinquēs. Marcus Attilius Glabrio in Achaia pugnauit bene. Caſtra regis Antiochi nocturna pugna capta ſunt. ipſe fugatur. Philippo, quia contra Antiochum Romanis auxilio fuiſſet, filius Demetrius redditus eſt. L. Cornelio Scipione, C. Lælio COSS. Scipio Africanus fratri ſuo Cornelio Scipioni conſuli, legatus contra Antiochū profectus eſt. Hannibal qui cum Antiocho erat, nauali pręlio uictus eſt. Ipſe poſtea Antiochus, circa Sipylū & Magneſiam Aſiæ ciuitatem, à COS. Cornelio Scipione, ingenti prælio fuſus eſt. Auxilio fuit Romanis in ea pugna Eumenes, Attali regis frater, qui Eumeniam in Phrygia condidit. xxx. milia peditum, iiij milia equitum eo certamine ex parte regis occiſa ſunt. Tum rex Antiochus pacem inijt. Iiſdem conditionibus data eſt à ſenatu, quanq; uicto, quibus antè offerebatur, ut ex Europa & Aſia recederet, atq; intra Taurum ſe contineret, x. milia talentorum, & xx. obſides præberet, Hannibalem cōcitatorem belli dederet. Eumeni regi donatæ ſunt omnes Aſiæ ciuitates, quas Antiochus bello perdiderat: & Rhodijs, qui auxilium Romanis contra regem Antiochum tulerant, multæ urbes conceſſæ ſunt. Scipio Romam redijt, ingenti gloria triūphauit: nomen & ipſe ad imitationē fratris Aſiatici accepit, quia Aſiam uicerat: ſicut frater ipſius propter Africā domitā, Africanus appellabatᷣ. Spurio Poſthumio Albino. Q. Martio Philippo COSS. Marcus Fuluius de Aetolis triumphauit. Hannibal qui uicto Antiocho, ne Romanis tradereťᷣ, ad Pruſiam Bithyniæ regē fugerat, repetitus etiā ab eo eſt per Titum Quintium Flaminium: & cum tradēdus eſſet Romanis, uenenum bibit, & apud Libyſſam in finibus Nicomedenſium ſepultus eſt. Philippo rege Macedoniæ mortuo, qui & aduerſum Romanos bellum geſſerat, & poſtea Romanis contra Antiochum auxiliū tulerat, filius eius Perſeus in Macedonia rebellauit, ingentib. copijs ad bellū paratis. Nā adiutores habebat Cotyn Thracię regē, Illyrici regē Gentium nomine. Romanis aūt in auxiliū erant Eumenes Aſiæ rex, Ariarates Cappadociæ, Antiochus Syriæ, Ptolemæus Aegypti, Maſiniſſa Numidię. Pruſias aūt rex Bithynię, quanq; ſororē Perſei uxorē haberet, utriſq; ſe ęquū prębuit. dux Romanorū P. Licinius COS. eſt à rege graui pręlio uictus: neq; tamē Romani quanq; ſuperati, regi petenti pacē præſtare uoluerūt, niſi his cōditionibus, ut ſe & ſuos Senatui & pop. Ro. dederet. Mox miſſus cōtra eum Lucius Aemilius Paulus COS. & in Illyricū C. Anicius prætor contra Gentium. ſed Gētius facile uno pręlio uictus, mox ſe dedidit. Mater eius & uxor & filij, frater quoq; eius ſimul in poteſtatē Romanorū uenerunt. Ita bello intra dies xxx. perfecto, antè cognitum eſt Gentiū uictum, q̃ cœptum bellum nunciaretᷣ. Cum Perſeo aūt Aemilius

Paulus

Paulus COS. tertio nonas Septemb. dimicauit, uicitq; eum, xx. milibus peditũ eius occiſis. equitatus cum rege fugit integer. Romanorũ c. milites amiſsi ſunt: urbes Macedoniæ omnes quas rex tenuerat, Romanis ſe dediderunt. ipſe rex cum defereretur ab amicis, uenit in Pauli poteſtatẽ: ſed honorẽ ei Aemilius non quaſi uicto habuit. nam & uolentem ſibi ad pedes cadere nõ permiſit, & iuxta ſe in ſella collocauit. Macedonibus & Illyricis hæ leges datæ ſunt, ut liberi eſſent, & dimidium eorum tributorum præſtarent, quæ regibus præſtitiſſent, ut appareret populum Rom. pro æquitate magis quàm auaritia dimicare. Itaq; in conuentu infinitorũ populorum Paulus hæc pronunciauit, & legationes multarũ gentiũ, quæ ad eum uenerãt, magnificentiſsimo cõuiuio pauit, dicens, Eiuſdẽ hominis eſſe debere, & bello uincere, & cõuiuij apparatu elegantem eſſe. Mox ſeptuaginta ciuitates Epiri quæ rebellarant, cepit: prædã militibus diſtribuit, Romam cum ingenti pompa redijt: in naue Perſei, quæ inuſitatę magnitudinis fuiſſe traditur, adeo ut XVI. ordines habuiſſe dicatur remorum. triumphauit magnificentiſsime in curru aureo cum duobus filijs utroq; latere aſtãtibus. ducti ſunt ante currum duo regis filij, & ipſe Perſeus xlv. annos natus. Poſt eum etiam C. Anitius de Illyricis triũphauit, Gentius cum fratre & filijs ante currum ductus eſt. Ad hoc ſpectaculum multarum gentium reges Romam uenerunt. inter alios etiam uenit Attalus atq; Eumenes Aſiæ reges, atq; Pruſias Bithyniæ: magno honore accepti ſunt. Permittente Senatu, dona quæ attulerant, in Capitolio poſuerũt. Pruſias etiam filium ſuum Nicomedem Senatui commendauit. Inſequenti anno Lucius Memmius in Hiſpania bene pugnauit. Marcellus poſtea cõſul res ibidem proſpere geſsit. Tertium deinde bellũ contra Carthaginẽ ſuſcipit, ſexcenteſimo & altero anno ab urbe cõdita, L. Manlio Cenſorino, & Marco Manilio COSS. anno li. poſtq; ſecundũ Punicũ bellum tranſactum erat. Hi profecti Carthaginẽ expugnauerunt. Contra eos Haſdrubal dux Carthaginenſium dimicabat. Famea dux alius equitatui præerat Carthaginẽſium. Scipio tunc Scipionis Africani Nepos tribunus ibi militabat. huius apud omnes ingens metus & reuerentia erat. Nam & paratiſsimus ad dimicandum, & conſultiſsimus habebatur. Itaq; per eum multa proſpere à COSS. geſta ſunt. Neq; quicquam magis uel Haſdrubal uel Famea uitabant, quàm contra eam Romanorum partem committere, ubi Scipio dimicabat. Per idem tempus Maſiniſſa rex Numidarum, per annos ſexaginta ferè amicus populi Romani, anno uitæ ſuæ xcvij. mortuus eſt, xliiij. filijs relictis. Scipionem diuiſorem regni inter filios eſſe iuſsit. Cum igitur clarum Scipionis nomen eſſet, iuuenis adhuc COS. eſt factus: & contra Carthaginem miſſus, eam cepit, ac diruit. ſpolia ibi inuenta, quæ de uariarum ciuitatum excidijs Carthago collegerat: & ornamenta urbium ciuitatibus Siciliæ, Italiæ, Africæ reddidit: quæ ſua recognoſcebant. Ita Carthago ſeptuageſimo anno quàm condita erat, deleta eſt. Scipio nomen quod auus eius acceperat, meruit, ſcilicet ut propter uirtutem etiam ipſe Africanus iunior uocaretur. Interim in Macedonia quidam pſeudophilippus arma mouit: & Romanum prætorem Publium Iuuencium contra ſe miſſum, ad internecionem uicit. Poſt eum Q. Cæcilius Metellus dux à Romanis contra pſeudophilippum miſſus eſt: & uigintiquinq; millibus ex militibus eius occiſis, Macedoniam recepit. Ipſum etiam pſeudophilippum in poteſtatem ſuam redegit. Corinthijs quoq; bellum indictũ eſt, nobiliſsimæ Græciæ ciuitati, propter iniuriam legatorum Romanorum. Hanc Mummius cepit, ac diruit. Tres igitur Romæ ſimul celeberrimi triumphi fuerunt: Africani, ex Africa: ante cuius currũ ductus eſt Haſdrubal. Metelli, ex Macedonia: cuius currum præceſsit Andriſcus, qui & pſeudophilippus. Mummij, ex Corintho: ante quem ſigna ænea & pictæ tabulæ, & alia urbis clariſsimæ ornamẽta prælata ſunt. Iterum in Macedonia pſeudoperſeus, qui ſe Perſei filiũ eſſe dicebat, collectis ſeruis, rebellauit. & cum ſeptendecim armatorũ millia haberet, à Tremellio quæſtore ſuperatus eſt. His diebus Androgynus Romæ uiſus, iuſſu aruſpicum in mare merſus eſt. Eodem tempore Metellus in Celtiberia apud Hiſpanos res egregias geſsit. Succeſsit ei Quintus Pompeius, nec multo poſt Quintus quoq; Cepio ad idem bellum miſſus eſt, quod quidem Viriatus contra Romanos in Luſitania gerebat. Quo metu Viriatus à ſuis interfectus eſt, cum quatuordecim annos Hiſpanias aduerſum Romanos mouiſſet. paſtor

primo fuit, mox latronum dux: poſtremo tantos ad bellum populos cõcitauit, ut aſſer
tor contra Romanos Hiſpaniæ putaretur. Cum interfectores eius præmium à Scipio
ne conſule peterent, reſponſum eſt, nunquam Romanis placuiſſe, imperatores à ſuis
militibus interfici. Quintus Pompeius deinde conſul à Numantinis, quæ Hiſpaniæ
ciuitas fuit opulentiſsima, ſuperatus, pacem ignobilem fecit. Poſt eum Caius Hoſtili-
us Mancinus COS. iterum cum Numantinis pacem fecit infamem, quam Pop. & Se-
natus iuſsit infringi, atq; ipſum Mancinum hoſtibus tradi: ut in illo quem autorē fœde
ris habebant, iniuriam ſoluti fœderis uindicarēt. Poſt tantam igitur ignominiam, qua
à Numantinis bis Romani exercitus fuerant ſubiugati, Publius Scipio Africanus
ſecundo Conſul factus, & ad Numantiã miſſus eſt. Is primum militē uitioſum & igna
uum exercẽdo magis ꝙ puniendo, ſine aliqua acerbitate correxit. Tum multas Hiſpa
niæ ciuitates partim ui cepit, partim in deditionē accepit. Poſtremo ipſam Numantiã
diu obſeſſam, fame uicit, & è ſolo euertit: reliquam prouinciã in fidem accepit. Eo tem
pore Attalus rex Aſiæ, frater Eumenis, mortuus eſt, hæredemq; Populũ Romanum
reliquit. ita imperio Romano per teſtamentum Aſia acceſsit. Mox etiam Deci-
mus Iunius Brutus de Gallicijs & Luſitanis triumphauit magna gloria. & Publius
Scipio Africanus de Numantinis ſecundum triumphum egit decimoquarto anno
poſtquam priorem de Africa egerat. Motum interea in Aſia bellum eſt ab Ariſto-
nico Eumenis filio, qui ex cõcubina ſuſceptus fuerat. Is Eumenes frater Attali fuerat.
Aduerſus eum miſſus eſt Licinius Craſſus, infinita regum habens auxilia. Nam & Bi-
thyniæ rex Nicomedes Romanos iuuit: & Mithridates Ponticus, cum quo poſtea
bellum grauiſsimum fuit: & Ariarathes Cappadox, & Pylemenes Paphlagon: ui-
ctus eſt tamen Craſſus in prælio, & interfectus. caput Ariſtonico oblatum eſt, cor-
pus Smyrnæ ſepultum. Poſtea Perpenna conſul Romanus, qui ſucceſſor Craſſo ue-
niebat, audita belli fortuna, ad Aſiam celerauit: & acie uictum Ariſtonicum, apud
Stratonicen ciuitatem, quo fugerat, fame ad deditionem compulit. Ariſtonicus iuſſu
Senatus, in carcere ſtrangulatus: triumphari enim de eo non poterat, quia Perpen-
na apud Pergamum rediens diem obierat. Lucio Cæcilio Metello, & Tito Quin-
tio Flaminio COSS. Carthago in Africa iuſſu Senatus reparata eſt, quæ nunc manet.
Annis duobus & uiginti, poſtquàm à Scipiõe fuerat euerſa; deducti eò ſunt ciues Ro
mani. Anno ſexcenteſimo uigeſimoſeptimo ab urbe condita, Caius Caſsius Lon
ginus, & Sextus Domitius Caluinus conſules, Gallis Tranſalpinis bellum intule-
runt, & Aruernorum nobiliſsimæ tum ciuitati, atq; eorum duci Bituito, infinitamq;
multitudinem iuxta Rhodanum fluuium interfecerunt. Præda ex torquibus Gallo-
rum Romam perlata eſt. Bituitus ſe Domitio dedidit, atq; ab eo Romam deductus
eſt, magnaq; gloria Conſules ambo triumphauerunt. Marco Portio Catone, &
Quinto Martio Rege COSS. ſexcenteſimo trigeſimo anno & tertio ab urbe condita
Narbonam in Gallia colonia deducta eſt. Annoq; eodem à L. Metello, & Quinto Mu
tio Scæuola COSS. de Dalmatia triumphatum eſt. Ab urbe condita anno ſexcen
teſimo trigeſimoquinto Caius Cato conſul Scordiſcis intulit bellum, ignominioſeq;
pugnauit. C. Cæcilio Metello, & Cneo Carbone COSS. duo Metelli fratres eo-
dem die alterum ex Africa, ex Sardinia alterum triumphum egerunt. Nunciatumq;
Romæ eſt, Cymbros è Gallia in Italiam trãſiſſe. P. Scipione Naſica, & L. Calphur-
nio Beſtia COSS. Iugurthæ Numidarum regi bellum illatum eſt, quòd Adherbalem
& Hiempſalem, Micipſæ filios, fratres ſuos, reges, & P. R. amicos interemiſſet. miſſus
aduerſus eos COS. Calphurnius Beſtia, corruptus regis pecunia, pacem cum eo flagi
tioſiſsimam fecit, quæ à Senatu improbata eſt. Poſtea contra eundem inſequenti
anno Spurius Albinus Poſthumius profectus eſt. Is quoq; per fratrem ignominioſe
contra Numidas pugnauit. Tertio miſſus Quintus Cæcilius Metellus conſul, exerci
tum ingenti ſeueritate & moderatione correctum, cum nihil in quenquam cruentum
faceret, ad diſciplinam Romanam reduxit. Iugurtham uarijs prælijs uicit, elephantos
eius occidit, uel cepit. Et cum iam bello finem poſiturus eſſet, ſucceſſum eſt ei à C. Ma-
rio. Is Iugurtham, & Bochum Mauritaniæ regem, qui auxilium Iugurthæ ferre cœpe
rat, pariter ſuperauit. Aliquanta ei oppida Numidiæ cepit, belloq; terminum poſuit:

capto

capto Iugurtha per quæſtorem ſuum Cornelium Syllam, ingentem uirum, tradente Boccho Iugurtham, qui pro eo antè pugnauerat. A Marco Iunio Syllano, collega Quinti Metelli, Cymbri in Italia uicti ſunt: & à Minutio Rufo in Macedonia Scordiſci & Triballi, & à Seruilio Cepione in Hiſpania Luſitani ſubacti ſunt. Et duo triumphi de Iugurtha, primus per Metellum, ſecundus per Marium acti ſunt. ante currum tamen Marij Iugurtha cum duobus filijs ductus eſt cathenatus.

EVTROPII LIBER QVINTVS

DVM bellum in Numidia contra Iugurtham geritur, Romani conſules Marcus Manlius & Quintus Cepio à Cymbris & Teutonibus & Tigurinis & Ambronibus, quæ erant Germanorum & Gallorum gentes, uicti ſunt iuxta flumen Rhodanum: & ingenti internecione attriti, etiam caſtra ſua & magnam partem exercitus perdiderunt. Timor Romæ grandis fuit, quantus uix Hannibalis tempore Punicis bellis, ne iterum Galli Romam uenirent. Ergo Marius poſt uictoriam Iugurthinam ſecundo COS. eſt factus, bellumq; ei contra Cymbros & Teutones decretum eſt. Tertio quoq; ei & quarto delatus eſt conſulatus: quia bellum Cymbricum protrahebatur. ſed in quarto conſulatu collegam habuit Quintum Luctatium Catulum. cum Cymbris itaq; conflixit, & duobus prælijs ducenta milia hoſtium cæcidit: octoginta milia cepit, & ducem eorum Theutobodum. propter quod meritum abſens quinto COS. eſt factus. Interea Cymbri & Teutones, quorum copia adhuc infinita erat, ad Italiam tranſierunt. Iterum à Caio Mario & Quinto Catulo contra eos dimicatum eſt: ſed à Catuli parte felicius. Nam eo prælio quod ſimul ambò geſſerunt, centum quadraginta milia aut in pugna, aut in fuga, cæſa ſunt, ſexaginta milia capta. Romani milites ex utroq; exercitu ter mille perierũt. Tria & triginta ſigna Cymbris ſublata ſunt. ex his exercitus Marij duo reportauit, Catuli exercitus triginta & unum. Is belli finis fuit, triumphus utriq; decretus eſt. Sexto Iulio Cæſare, & L. Marcio Philippo COSS. ſexcenteſimo quinquageſimo anno ab urbe condita cum prope alia omnia bella ceſſarent, in Italia grauiſsimum bellum Picentes, Marſi, Peligniq; mouerunt. Qui cum annis numeroſis iam Populo Romano obedirent, tum libertatem ſibi æquam aſſerere cœperunt. Pernicioſum admodum hoc bellum fuit. Publius Rutilius conſul in eo bello occiſus eſt: Cepio nobilis iuuenis, & Porcius Cato alius COS. Duces autem aduerſus Romanos Picentibus & Marſis fuerunt, Titus Vietius, Hierus Aſinus, Titus Legennius, Aulus Cluentius. A Romanis bene contra eos pugnatum eſt, à C. Mario, qui ſexies conſul fuerat: & à Cneo Pompeio: maxime tamen à Lucio Cornelio Sylla, qui inter alia facta egregie ita Cluentium, hoſtium ducem, cum magnis copijs fudit, ut ex ſuis nec unum amitteret. Quadriennio, cum graui tamen calamitate, hoc bellum tractum eſt. Quinto demum anno finem accepit per Lucium Cornelium Syllam COS. cum antea in eodẽ bello ipſe multa ſtrenue prætor geſsiſſet. Anno urbis conditæ ſexcenteſimo ſexageſimoſecundo, primum Romæ bellum ciuile commotum eſt: eodem anno etiam Mithridaticum. Cauſam bello ciuili ſexies COS. dedit. Nam cum Sylla conſul contra Mitridatem geſturus bellum, qui Aſiam & Achaiam occupauerat, mitteretur: iſq; exercitum in Campania pauliſper teneret, ut belli ſocialis (de quo diximus) quod intra Italiam geſtum fuerat, reliquiæ tollerẽtur, Marius affectauit, ut ipſe ad bellum Mithridaticum mitteretur. Quare Sylla commotus, cum exercitu ad urbem uenit. Illic contra Marium & Sulpitium dimicauit. primus urbem Romam ingreſſus eſt, Sulpitium interfecit, Marium fugauit, atq; ita COSS. ordinatis futuro anno, Cneo Octauio, & L. Cornelio Cinna, ad Aſiam profectus eſt. Mitridates enim qui Ponti rex erat, atq; Armeniam minorẽ, & totum Ponticum mare in circuitu cum Boſphoro tenebat, primo

Nicomedem amicum Pop.Rom. Bithynia uoluit expellere: Senatuiq; mandauit, bellum ſe ei propter iniurias quas paſſus fuerat illaturum. à Senatu reſponſum eſt Mithridati, ſi id faceret, quod & ipſe bellũ à Romanis pateretur. Quare iratus, Cappadociam ſtatim occupauit, & ex ea Ariobarzanem regem & amicum populi Romani fugauit. Mox etiam Bithyniam inuaſit, & Paphlagoniam, pulſis ex ea regibus, amicis Pop. Rom. Pylemene & Nicomede. inde ad Epheſum contendit: & per omnem Aſiam literas miſit, ut ubicunq; inuenti eſſent ciues Romani uno die occiderentur.

Interea etiã Athenæ ciuitas Achaiæ ab Ariſtone Athenienſi Mithridati tradita eſt. Miſerat enim iam ad Achaiam Mithridates Archelaum ducem ſuum, cum centum uiginti milibus equitum ac peditum: per quem etiam reliqua Græcia occupata eſt. Sylla Archelaum apud Piræum non longe ab Athenis obſedit, ipſamq; urbem cepit. poſtea commiſſo prælio cõtra Archelaum, ita eum uicit, ut ex cxx. milibus uix decem ſupereſſent Archelao, & de Syllæ exercitu quatuordecim tantum homines interficerentur. Hac pugna Mithridates cognita, ſeptuaginta milia lectiſsima ex Aſia Archelao miſit. contra quem Sylla iterum commiſit. Primo prælio uiginti milia hoſtium interfecta ſunt, filiusq; Archelai Diogenes: ſecundo om̃es Mithridatis copiæ extinctæ ſunt: Archelaus ipſe triduo nudus in paludibus latuit. Hac re audita Mithridates, cum Sylla de pace agere cœpit. Interim eo tempore Sylla etiam Dardanos, Scordiſcos, Dalmatas & Mœſos partim uicit, alios in fidem accepit. Sed cum legati à rege Mithridate qui pacem petebant, ueniſſent, non aliter ſe daturum Sylla eſſe reſpondit, niſi rex relictis his quæ occupauerat, ad regnũ ſuum redijſſet. Poſtea tamen ad colloquium ambo uenerunt. pax inter eos ordinata eſt, ut Sylla ad bellum ciuile feſtinãs, à tergo periculum non haberet. Nam dum Sylla in Achaia atq; Aſia Mithridatem uicit, Marius qui fugatus erat, & Cornelius Cinna unus ex conſulibus, bellum in Italia repararunt: & ingreſsi urbem Romam, nobiliſsimos ex Senatu & Conſulares uiros interfecerunt, multos proſcripſerunt: ipſius Syllæ domo euerſa, filios & uxorem in fugam cõpulerunt. uniuerſus reliquus Senatus ex urbe fugiens, ad Syllam in Græciam uenit, orans ut patriæ ſubueniret. Ille in Italiam traiecit, bellum ciuile geſturus aduerſus Norbanum & Scipionem COSS. & primo prælio contra Norbanum dimicauit, non longe à Capua. tum ſeptem milia eius cecidit, ſex milia cepit. centum uigintiquatuor ſuorum amiſit. Inde etiam ſe ad Scipionem conuertit, & ante prælium totum eius exercitum ſine ſanguine in deditionem accepit. ſed cum Romæ mutati conſules eſſent, & Marius, Marij filius, ac Papyrius Carbo, conſulatum accepiſſent, Sylla cõtra Marium iuniorem dimicauit: & uiginti milibus eius occiſis, quatuor milia de ſuis perdidit. Mox etiam urbem ingreſſus, Marium, Marij filium, Præneſte perſecutus obſedit, & ad mortem compulit. Rurſus pugnam grauiſsimam habuit contra Lamponium & Carinatem duces partis Marianæ ad portam Collinam. ſeptuaginta milia hoſtium in eo prælio contra Syllam fuiſſe dicuntur. duodecim milia ſe Syllæ dediderunt. Cæteri in acie, in caſtris, in fuga, inſatiabili ira uictoris conſumpti ſunt.

Cneus quoq; Carbo COS. alter, ab Arimino ad Siciliam fugit, & ibi per Cneum Pompeium interfectus eſt: quem adoleſcentem Sylla annos unum & uiginti natum, cognita eius induſtria, traditis exercitibus præfecerat, ut ſecundus à Sylla haberetur. Occiſo ergo Carbone, Pompeius Siciliam recepit. Tranſgreſſus inde ad Africam, Domitium Marianæ partis ducem, & Hiarbam regem Mauritaniæ, qui Domitio auxilium ferebat, occidit. Poſthæc Sylla de Mithridate ingenti gloria triumphauit. Cneus etiam Pompeius quod nulli Romanorũ tributũ erat, quartum & uigeſimũ annum agens, de Africa triumphauit. Hunc finem habuerunt duo bella funeſtiſsima, Italicum quod eſt Sociale dictum: & ciuile. quæ ambo tracta ſunt per annos decem. conſumpſerunt ultra centum quinquaginta milia hominum, uiros conſulares uigintiquatuor, prætorios ſeptem, ædilitios ſexaginta, ſenatores ferè trecentos.

Eutropij

EVTROPII LIBER SEXTVS

MARCO Aemilio Lepido, Quinto Catulo conſulibus, cum Sylla Rempublicam compoſuiſſet, bella noua exarſerunt: unum in Hiſpania, aliud in Pamphilia & Cilicia, tertiũ in Macedonia, quartũ in Dalmatia. Nam Sertorius, qui partium Marianarum fuerat, timens fortunam eorum qui interempti erãt, ad bellum commouit Hiſpanias. Miſsi ſunt contra eum duces, Quintus Cæcilius Metellus, filius eius qui Iugurtham uicit: & Lucius Domitius prætor. A Sertorij duce Herculeo Domitius occiſus eſt. Metellus uario ſucceſſu contra Sertorium dimicauit. Poſtea cum impar pugnæ ſolus Metellus putaretur: Cneus Pompeius ad Hiſpanias miſſus eſt. ita duobus ducibus, aduerſus Sertorium fortuna uaria ſæpe pugnauit. Octauo decimo anno à ſuis occiſus eſt. & finis ei bello datus eſt per Cneum Pompeium adoleſcentem, & Quintum Metellum Pium, atq; omnes prope Hiſpaniæ in ditionem populi Ro. redactæ ſunt. Ad Macedoniam miſſus eſt Appius Claudius. poſt conſulatum leuia prælia habuit, contra uarias gentes, quæ Varodopam prouinciam incolebant. atq; ibi morbo mortuus eſt. Miſſus ei ſucceſſor Cneus Scribonius Curio poſt conſulatũ. is Dardanos uicit, & uſque ad Danubium penetrauit, triumphumq; meruit, & intra triẽnium finem bello dedit. Ad Ciliciam & Pamphiliam miſſus eſt P. Seruilius ex conſule uir ſtrenuus. Is Ciliciam ſubegit, Lyciæ urbes clariſsimas oppugnauit, & cepit. In his Phaſelidem, Olympum, Coricum Ciliciæ. Iſauros quoque aggreſſus, in deditionem coegit, atque intra triennium bello finem dedit. Primus omnium Romanorũ in Iſauriã iter fecit. Reuertens triumphũ accepit, & nomen Iſaurici meruit. Ad Illyricum miſſus eſt Cneus Coſconius Proconſul, multam partem Dalmatiæ ſubegit, Salonas cepit: & cõpoſito bello Romam poſt biennium redijt. Iiſdem temporibus, conſul Marcus Aemilius Lepidus, Catuli collega, bellum ciuile uoluit commouere: intra tamen unã æſtatem nixus eius oppreſſus eſt. ita uno tempore multi ſimul triumphi fuerunt: Metelli, ex Hiſpania: Pompeij ſecũdus ex Hiſpania: Curionis ex Macedonia: Seruilij ex Iſauria. Anno urbis conditæ DC.LXXVI. L. Licinio Lucullo, & Marco Aurelio Cotta COSS. mortuus Nicomedes rex Bithyniæ, ex teſtamento populũ Romanum fecit hæredem. Mithridates pace rupta, Bithyniam & Aſiam rurſus uoluit inuadere. Aduerſus eum ambo conſules miſsi, uariam habuere fortunã. Cotta apud Chalcedonem uictus, ab eo acie etiam intra oppidum coactus eſt, & obſeſſus. Sed cum ſe inde Mithridates Cyzicum tranſtuliſſet, ut Cyzico capta, totam Aſiam inuaderet, Lucullus ei alter conſul occurrit: ac dum Mithridates in obſidione Cyzici moratur, ipſe eum à tergo obſedit, fameq; conſumpſit, & multis prælijs uicit. Poſtremò Byzantiũ (quæ nunc Conſtantinopolis eſt) fugauit, nauali quoq; prælio duces eius Lucullus oppreſsit. Ita una hyeme & æſtate, à Lucullo centum ferè millia hominum ex parte regis extincta ſunt. Anno urbis Romæ DC.LXXVIII. Macedoniam prouinciam M. Licinius Lucullus accepit, conſobrinus eius, qui contra Mithridatem bellum gerebat. Et in Italia nouum bellum ſubitò commotum eſt. LXX. enim & quatuor gladiatores, ducibus Sparthaco Chryſo, & Oenomao, effracto Capuæ ludo effugerunt; & per Italiam uagantes, penè non leuius bellum in ea quàm Hannibal mouerunt. nam multis ducibus, & duobus ſimul Romanorum conſulibus uictis, ſexaginta ferè millium armatorum exercitum congregauerunt: uictiq; ſunt in Apulia à M. Licinio Craſſo proconſule. & poſt multas calamitates Italiæ, tertio anno, bello huic finis imponitur. Sexcenteſimo & primo urbis conditæ anno, Cornelio Lentulo, & Cneo Aufidio Oreſte COSS. duo tantum grauia bella in imperio Romano erant, Mithridaticum & Macedonicum: hæc duo Luculli agebant, L. Lucullus & M. Lucullus. L. ergo Lucullus poſt pugnam Cyzicenam, qua uicerat Mithridatem: & naualem, qua duces eius oppreſſerat, perſecutus eſt eum; & recepta Paphlagonia, atque Bithynia, etiam regnum eius inuaſit. Si-

nopen & Amyſon, ciuitates Ponti bellicoſiſsimas, cepit. ſecundo prælio apud Gabyra ciuitatem, quò ingentes copias ex omni regno adduxerat Mithridates, cum XXX. millia lectiſsima regis, à quinq; Romanorum millibus uaſtata eſſent, Mithridates fugatus, & caſtra eius direpta. Armenia quoq; minor, quam tenuerat, eidem ſublata eſt: ſuſceptus tamen eſt Mithridates poſt fugam à Tigrane Armeniæ rege, qui tum ingenti gloria imperabat: Perſas ſæpe uicerat, Meſopotamiam occupauerat & Syriam, & Phœnices partem. Ergo Lucullus repetens hoſtem fugatum, etiam regnum Tigranis, qui Armenijs imperabat, ingreſſus eſt. Tigranocertam, ciuitatem Armeniæ nobiliſsimam, cepit. Ipſum regem cum ſexcentis millibus clybanariorum, & centum millibus ſagittariorum & armatorum uenientem, octodecim millia militum habens, ita uicit, ut magnam partem Armeniorum deleuerit. Inde Niſibin profectus, eam quoq; ciuitatem cum regis fratre cepit. Sed hi quos in Ponto Lucullus reliquerat, cum exercitus parte, ut regiones uictas iam Romanorum tuerentur, negligenter ſe & auarè agentes, occaſionem iterum Mithridati in Pontum irrumpendi dederunt. atque ita bellum renouatum eſt. Lucullo paranti, capta Niſibi, contra Perſas expeditionem, ſucceſſor eſt miſſus. Alter Lucullus, qui Macedoniam adminiſtrabat, Beſsis Romanorum primus intulit bellum, atque eos ingenti prælio in Hæmo monte ſuperauit. oppidum Vſcudamam, quod Beſsi habitabant, eodem die quo aggreſſus eſt, uicit: Cabylen cepit, uſque ad Danubium penetrauit. Inde multas ſuper Pontum poſitas ciuitates aggreſſus eſt. Illic Apolloniam euertit, Calatim, Parthenopolim, Tomos, Hiſtrum, Buciam omnem cepit: belloq; confecto, Romam redijt. ambo tamen triumphauerunt: Lucullus qui contra Mithridatem pugnauerat, maiori gloria cum tantorum regnorum uictor rediſſet. Confecto bello Macedonico, manente Mithridatico, quod recedente Lucullo, rex collectis auxilijs reparauerat, bellum Creticum ortum eſt. ad id miſſus Cæcilius Metellus, ingentibus prælijs intra triennium omnem prouinciam cepit, appellatusq; eſt Creticus, atque ex inſula triumphauit. Quo tempore Libya quoque Romano imperio per teſtamentum Apionis, qui rex eius fuerat, acceſsit: in qua inclytæ ciuitates erant, Berenice, Ptolemais, & Cyrene. Dum hæc geruntur, piratæ omnia maria infeſtabant, ita ut nauigatio Romanis toto orbe uictoribus, ſola tuta non eſſet. Quare id bellum Cneo Pompeio decretum eſt: quod intra paucos menſes ingenti felicitate & celeritate confecit. Mox ei delatum bellum etiam contra Mithridatem regem: quo ſuſcepto, Mithridatem in Armenia minore nocturno prælio uicit, caſtra diripuit: quadraginta millibus eius occiſis, triginta tantum de exercitu ſuo perdidit, & duos centuriones. Mithridates cum uxore fugit, duobus comitibus. Neque multo pòſt, cum in ſuos ſæuiret, Pharnacis filij ſui inſtinctu, militum ſeditione ad mortem coactus, uenenum hauſit. Hunc finem habuit Mithridates. perijt autem apud Boſphorum, uir ingentis induſtriæ conſilijq;. Regnauit annos quadraginta, uixit ſeptuaginta duobus. Tigrani deinde Pompeius bellum intulit. ille ſe ei dedidit, & in caſtra Pompeij ſextodecimo milliario ab Artaxata uenit: ac diadema ſuũ, cum procubuiſſet ad genua Pompeij, in manus eius collocauit. quod ei Pompeius repoſuit, honorificeque eum habitum, regni tamen parte mulctauit, & grandi pecunia: adempta eſt & Syria, Phœnice, Sophene. Sex millia præterea talentorum argenti, quæ populo Romano daret, quia bellum ſine cauſa Romanis commouiſſet. Pompeius mox etiam Albanis bellum intulit, & eorum regem, Orodem ſcilicet, prudenter uicit: poſtremò per epiſtolas & munera rogatus, ueniam ei ac pacem dedit. Iberiæ quoque regem Arthacen uicit acie, & in deditionem accepit. Armeniam minorem Deiotaro Galatiæ regi donauit, quia ſocius belli Mithridaci fuerat. Attalo & Pylemeni Paphlagoniam dedit. Ariſtarchum Colchis regem impoſuit. mox Ituræos & Arabes uicit: & cum ueniſſet in Syriam, Seleuciam uicinam Antiochiæ ciuitatem, libertate donauit, quòd regem Tigranem non recepiſſet. Antiochenſibus obſides reddidit: aliquantum agrorum Daphnenſibus dedit, quo locus ibi ſpacioſior fieret, delectatus amœnitate loci, & aquarum abundantia. Inde ad Iudæam tranſgreſſus, Hieroſolymam caput gentis tertio menſe cepit: duodecim millibus Iudæorum occiſis, cæteris in fidem acceptis. His geſtis, in Aſiam ſe recepit, &

finem

finem antiquiſsimo bello dedit. Marco Tullio Cicerone, & Caio Antonio COSS. anno ab urbe condita dc.lxxxix. Lucius Sergius Catilina, nobiliſsimi generis uir, ſed ingenij prauiſsimi, ad delendam patriam coniurauit, cum quibuſdam claris quidem, ſed audacib. uiris. A Cicerone urbe expulſus eſt. Socij eius deprehenſi, in carcere ſtrangulati ſunt. Ab Antonio, altero conſule, Catilina ipſe prælio uictus eſt, & interfectus.

Sexcenteſimo nonageſimo anno ab urbe cõdita, D. Iunio Syllano, & Lucio Murena COSS. Metellus de Creta triumphauit, Pompeius de bello Piratico Mithridatico. Nulla unquam pompa triumphi ſimilis fuit, ducti ſunt ante eius currũ filij Mithridatis, filij Tigranis, Ariſtobulus rex Iudæorũ. prælata eſt ingens pecunia, auri atq; argenti infinitũ pondus. Hoc tempore nullum per orbem terrarum graue bellum erat.

Anno urbis cõditæ ſexcenteſimo nonageſimo octauo Caius Iulius Cæſar, qui poſtea imperauit, cum L. Bibulo cõſul eſt factus. decreta eſt ei Gallia & Illyricũ cũ legionibus decẽ. Is primo uicit Heluetios, qui nunc Sequani appellant: deinde uincendo per bella grauiſsima, uſq; ad Oceanum Britannicũ acceſsit. Domuit aũt annis ferè ix. omnem Galliã, quæ inter Alpes, flumen Rhodanũ, Rhenum, & Oceanũ eſt, & circuitu patet ad bis tricies centena milia paſſ. Britannis mox bellũ intulit, quibus ante eum ne nomen quidẽ Romanorũ cognitũ erat: & eos quoq; uictos, obſidibus acceptis, ſtipendiarios fecit. Galliæ aũt tributi nomine annuum imperauit ſeſtertiũ quadringenties: Germanosq; trãs Rhenũ aggreſſus, immaniſsimis prælijs uicit. Inter tot ſucceſſus ter male pugnauit: apud Aruernos ſemel præſens, & abſens in Germania bis. nam legati eius duo, Titurius & Arunculeius, per inſidias cæſi ſunt. Circa eadẽ tẽpora, anno urbis conditæ ſexcẽteſimo nonageſimonono, Mar. Licinius Craſſus, collega Cnei Pompeij Magni, in cõſulatu ſecũdo, contra Parthos miſſus eſt: & cũ circa Carras contra omina & auſpicia dimicaſſet, à Surena Orodis regis duce uictus, ad poſtremum interfectus eſt, cũ filio clariſsimo & præſtantiſsimo iuuene. Reliquiæ exercitus per C. Caſsiũ quæſtorẽ ſeruatę ſunt: qui ſingulari animo perditas res tanta uirtute reſtituit, ut Perſas rediẽs trans Euphraten, crebris prælijs uinceret. Hinc iam bellũ ciuile ſucceſſit execrandũ & lachrymabile, quo præter calamitates quæ prælijs acciderũt, etiã Romani nõis fortuna mutata eſt. Cæſar eñ rediẽs è Gallia uictor, cœpit poſcere alterum conſulatũ: atq; cum ſine dubietate aliqua deferretur, contradictũ eſt à Marcello COS. à Bibulo, à Pompeio, à Catone, iuſſusq; dimiſsis exercitibus ad urbem redire. propter quam iniuriã, ab Arimino, ubi milites cõgregatos habebat, aduerſum patriã cum exercitu uenit. COSS. cum Põpeio, Senatusq; omnis, atq; uniuerſa nobilitas ex urbe fugit, & in Græciã tranſiuit: apud Epirũ, Macedoniã, Achaiam, Pompeio duce, contra Cæſarem bellũ parauit. Cæſar uacuã urbem ingreſſus, Dictatorẽ ſe fecit. inde Hiſpanias petijt, ibi Põpeij exercitus ualidiſsimos & fortiſsimos, cũ tribus ducibus, L. Afranio, M. Petreio, M. Varrone, ſuperauit. inde regreſſus, in Græciã tranſiit, aduerſum Pompeium dimicauit. primo prælio uictus eſt, & fugatus: euaſit tamen: quia nocte interueniente, Pompeius ſequi noluit. dixitq; Cæſar, nec Pompeium ſcire uincere, & illo tantum die ſe potuiſſe ſuperari. Deinde in Theſſalia apud Pharſaliam productis utrinq; ingentibus copijs dimicauerunt. Pompeij acies habuit xl. milia peditũ, equitum in ſiniſtro cornu vij. milia, in dextro d. Præterea totius Orientis auxilia, totamq; nobilitatem, innumeros Senatores, Prætorios, Conſulares, & qui magnorũ iam populorum uictores fuiſſent. Cæſar in acie ſua habuit peditum nõ integra xxx. millia, equites mille. Nunquam adhuc Romanę copiæ neq; maiores, neq; melioribus ducibus conuenerant, totum terrarum orbem facile ſubacturę, ſi contra Barbaros ducerent. pugnatum tamen eſt ingenti cõtentione: uictusq; ad poſtremũ Pompeius, & caſtra eius direpta ſunt. ipſe fugatus, Alexandriã petit, ut à rege Aegypti, cui tutor à Senatu datus fuerat propter iuuenilẽ eius ætatem, acciperet auxilia: qui fortunam magis quàm amicitiam ſecutus, occidit Pompeium: Caput eius & annulum Cæſari miſit. quo conſpecto, Cæſar lachrymas fudiſſe dicitur, tanti uiri intuens caput, & generi quondam ſui. Mox Cæſar Alexandriam uenit, ipſi quoq; Ptolemæus parare uoluit inſidias: qua cauſa regi bellum illatum eſt. uictus in Nilo perijt, inuentumq; eſt corpus eius cum lorica aurea. Cæſar Alexandria potitus, regnum Cleopatrę dedit, Ptolomæi ſorori, cum qua

conſuetudinē ſtupri habuerat: quæ poſtea regio comitatu urbem ingreſſa eſt. Rediens inde Cæſar Pharnacē Mithridatis magni filium, qui Pompeio in auxiliū apud Theſſaliam fuerat, rebellantem in Ponto, & multas Pop. Ro. prouincias occupantem, peruicit: poſtea ad mortem coegit. inde Romam regreſſus, tertiò ſe cōſulem fecit cum M. Aemilio Lepido, qui & magiſter equitum dictatori ante annū fuerat. Inde in Africam profectus eſt, ubi infinita nobilitas cum Iuba Mauritaniæ rege bellum reparauerat. duces autem Romani erant, P. Cornelius Scipio, ex genere antiquiſsimo Scipionis Africani (hic etiam ſocer magni Pompeij fuerat) M. Petreius, Q. Varro, M. Porcius Cato, L. Cornelius Fauſtus, Syllæ quondam dictatoris filius, Pompeij gener à Cæſare interfectus eſt. Poſt annū Cæſar Romā regreſſus, quartò ſe conſulē fecit, & ſtatim ad Hiſpanias eſt profectus, ubi Pompeij filij Cneus & Sextus, ingens bellum præparauerant, multa prælia fuerunt. ultimū prælium apud Mundam ciuitatē: in quo adeò Cæſar penè uictus eſt, ut fugientibus ſuis, ſe uoluerit occidere, ne poſt tantam rei militaris gloriam, in poteſtatem adoleſcentium, natus annos ſex & quinquaginta, ueniret. deniq; reparatis ſuis, uicit. & Pompeij filius maior occiſus eſt, minor fugit. Inde Cæſar toto orbe bellis ciuilibus compoſitis, Romam redijt, agere inſolentius cœpit, & cōtra libertatem Romanæ libertatis. Cum ergo & honores ex ſua uoluntate præſtaret, qui populo antea deferebātur, nec Senatui ad ſe uenienti aſſurgeret, aliaq; regia ac penè tyrannica faceret, coniuratū eſt in eum à LX. uel amplius Senatorib. equitibusq; Romanis. præcipui fuerunt inter coniuratos, duo Bruti, ex eo genere Bruti qui primus Romæ conſul fuerat, & reges expulerat, C. Caſsius, & Seruilius Caſca. Ergo Cæſar, cum Senatus die inter cæteros ueniſſet ad curiam, XXIII. uulneribus confoſſus eſt.

EVTROPII LIBER SEPTIMVS

ANNO urbis DCC. ferè ac nono, interfecto Cæſare, bella ciuilia reparata ſunt. percuſſoribus enim Cæſaris Senatus fauebat. Antonius conſul partium Cæſaris, ciuilibus bellis opprimere eos conabatur. Ergo turbata Rep. multa Antonius ſcelera committens, à Senatu hoſtis iudicatus eſt. miſsi ad eum perſequendum duo COSS. Panſa & Hircius, & Octauianus adoleſcens annos XVIII. natus, Cæſaris nepos: quem ille teſtamento hæredem reliquerat, & nomen ſuum ferre iuſſerat. hic eſt qui poſtea Auguſtus eſt dictus, & rerum potitus. Quare profecti contra Antonium tres duces, uicerunt eum. euenit tamen, ut uictores COSS. ambo morerentur. Quare tres exercitus uni Cæſari paruerunt. fugatus Antonius, amiſſo exercitu, confugit ad Lepidum, qui Cæſari magiſter equitum fuerat, & tum copias militum grandes habebat. à quo ſuſceptus eſt. Mox Lepido operam dante, Cæſar cum Antonio pacem fecit: & quaſi uindicaturus patris ſui mortem, à quo per teſtamentum fuerat adoptatus, Romam cum exercitu profectus, extorſit, ut ſibi XX. anno conſulatus daretur. Senatum proſcripſit cum Antonio & Lepido, & Remp. armis tenere cœpit. per hos etiam Cicero orator occiſus eſt, multiq; alij nobiles. Interea Brutus & Caſsius, interfectores Cæſaris, ingens bellum mouerunt. erant enim per Macedoniam & Orientem multi exercitus, quos occupauerant. Profecti ſunt igitur contra eos, Cæſar Octauianus Auguſtus, & M. Antonius. remanſerat enim ad defendendam Italiam Lepidus. apud Philippos, Macedoniæ urbem, contra eos pugnauerunt. primo prælio uicti ſunt Antonius & Cæſar: perijt tamē dux nobilitatis Caſsius. ſecundo Brutum & infinitam nobilitatem quæ cum illis bellum geſſerat, interfecerunt, ac ſic inter eos diuiſa eſt Reſpub. ut Auguſtus Hiſpanias, Gallias, Italiam teneret: Antonius Aſiam, Pontum, Orientem. Sed in Italia L. Antonius COS. bellum ciuile commouit, frater eius qui cum Cæſare contra Brutū & Caſsium dimicauerat. Is apud Peruſium Thuſciæ ciuitatem uictus & captus eſt, neq; occiſus. Interim à Sexto Pompeio, Cnei Pompeij filio, ingens bellū in Sicilia commotū eſt, his qui ſuperfuerant ex partibus Bruti Caſsijq; ad eum confluentibus. bellatum per Cæſarem

Auguſtum Octauianũ, & M. Antoniũ aduerſus Sextum Pompeium: pax poſtremò conuenit. Eo tempore M. Agrippa in Aquitania proſperè geſsit. & L. Ventidius Baſſus irrumpẽtes in Syriam Perſas, tribus prælijs uicit. Parthorum regis Orodis filium interſecit eo ipſo die, quo olim Orodes Perſarum rex per ducem Surenã Craſſum occiderat. Hic primus de Parthis iuſtiſsimum triumphũ egit. Interim Pompeius pacem rupit: & nauali prælio uictus, fugiens ad Aſiam, interfectus eſt. Antonius qui Aſiã & orientem tenebat, repudiata ſorore Cæſaris Auguſti Octauiani, Cleopatram reginam Aegypti, duxit uxorẽ. Contra Perſas ipſe etiã pugnauit: primis eos prælijs uicit. regrediens tamen, fame & peſtilentia laborauit: & cum inſtarent Parthi fugiẽti, ipſe pro uictore ceſsit. Hic quoq; ingens bellum ciuile commouit, cogẽte uxore Cleopatra, regina Aegypti, dum cupiditate muliebri optat etiam in urbe regnare. uictus eſt ab Auguſto, nauali pugna clara & illuſtri, apud Actium, qui locus in Epiro eſt: ex qua fugit in Aegyptum: & deſperatis rebus, omẽs ad Auguſtũ tranſierunt. ipſe ſe interemit. Cleopatra aſpidem admiſit, & ueneno eius extincta eſt. Aegyptus per Octauianum Auguſtum imperio Romano adiecta eſt: præpoſitusq; Cn. Cornelius Gallus. hunc primum Aegyptus Romanum iudicem habuit. Ita bellis toto orbe confectis, Octauianus Auguſtus Romam redijt, XII. anno poſtq; conſul fuerat, ex eo Remp. per XLIIII. annos ſolus obtinuit. antè em̃ XII. annis cum Antonio & Lepido tenuerat. Ita ab initio principatus eius uſq; ad finem LVI. fuere. extinctus morte communi in oppido Campaniæ Atella, Romæ in campo Martio ſepelitur: uir qui non immeritò ex maiori parte deo ſimilis eſt putatus. neq; enim facile ullus eo aut in bello felicior fuit, aut in pace moderatior: ciuiliſsime uixit, in cũctos liberaliſsimus, in amicos fidiſsimus: quos tantis euexit honoribus, ut penè ęquaret faſtigio ſuo. Nullo tẽpore res Romana magis floruit. nam exceptis ciuilib. bellis, in quibus inuictus fuit, Romano adiecit imperio Aegyptũ, Cãtabriam, Dalmatiam ſæpe ante uictam, ſed penitus tunc ſubactam: Pannoniam, Aquitaniam, Illyricum, Rhetiam, Vindelicos, & Salaſſos in Alpibus, omnes Ponti maritimas ciuitates: in his nobiliſsimas, Boſphorum, & Panticapen. Vicit autem prælijs Dacos, Germanorum ingentes copias cæcīdit: ipſos quoq; trans Albim fluuium ſubmouit, qui in Barbarico longè ultra Rhenũ eſt. hoc tamen per Druſum priuignum ſuum adminiſtrauit, ſicut per priuignum Tiberium alterum Pannonicum. quo bello CCCC. millia captiuorum ex Germania tranſtulit, & ſupra ripam Rheni in Gallia collocauit. Armeniam à Parthis recepit: obſides, quod nulli antea, Perſæ ei dederũt: etiam ſigna Romana, quæ Craſſo uicto ademerãt. Scythæ & Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitũ fuerat, munera & legatos ad eos miſerunt. Galatia quoq; ſub hoc prouincia facta eſt, cum antea regnum fuiſſet. primusq; eam M. Lollius pro Prætore adminiſtrauit. Tanto autem amore apud Barbaros fuit, ut reges Pop. Ro. amici, in honorem eius conderent ciuitates, quas Cæſareas nominarent: ſicut in Mauritania à rege Iuba, & in Palæſtina, quę nunc eſt urbs clariſsima. Multi autem reges ex regnis ſuis uenerunt, ut ei obſequerentur: & habitu Romano, togato ſcilicet, ad uehiculum uel currum ipſius cucurrerunt. Moriens Diuus appellatus eſt, Rempub. beatiſsimam Tiberio ſucceſſori reliquit: qui priuignus, mox gener, poſtremò adoptione filius fuerat.

Tiberius ingenti ſocordia imperiũ geſsit, graui crudelitate, & ſceleſta auaritia, turpi libidine. nam nuſquam ipſe pugnauit, bella per legatos ſuos geſsit. quoſdam reges per blanditias euocatos, nunquam remiſit. in quibus Archelaum Cappadocem: cuius etiam regnum in prouinciæ formam redegit, & maximam ciuitatem appellari ſuo nomine iuſsit, quæ nunc Cæſarea dicitur, cum Mazaca antea uocaretur. Hic tertio & uigeſimo imperij anno, ætatis LXXIX. ingenti omnium gaudio mortuus eſt in Campania. Succeſsit ei Caius Cæſar, cognomento Caligula, Druſi priuigni Auguſti, & ipſius Tiberij nepos, ſceleratiſsimus ac funeſtiſsimus, & qui etiam Tiberij dedecora purgauerit. Bellum contra Germanos ſuſcepit: & ingreſſus Sueuiam nihil ſtrenuè fecit. ſtupra ſororibus intulit, ex una etiam natam filiam agnouit. Cum aduerſum cunctos ingenti auaritia, libidine, crudelitate ſæuiret, interfectus in palatio eſt, anno ætatis ſuæ XXXIX. imperij III. menſe X. dieq; VIII. Poſt hunc Claudius fuit, patruus Caligulæ, Druſi (qui apud Magonciam cum filio monumentum habet,

Palæſtinam imperator: princeps quidem obſcure natus, ſed optimis comparandus. priuata uita illuſtris, ut qui à Claudio in Germaniam, deinde in Britaniam miſſus, tricies & bis cum hoſte cõflixerit: duas ualidiſsimas gentes, xx. oppida, inſulam Vectam Britanniæ proximã, imperio Romano adiecerit. Romæ ſe in imperio moderatiſſime geſsit: pecuniæ tamen auidior fuit, ita ut eam nullis iniuſte auferret. Quam cum omni diligentiæ prouiſione colligeret, tamen ſtudioſiſsime largiebatur, præcipue indigentibus. Nec facile ante eum cuiuſquam principis uel maior eſt liberalitas comperta, uel iuſtior: placidiſsimæ lenitatis, ut qui maieſtatis quoq; contra ſe reos non facile puniret ultra exilij pœnam. Sub hoc Iudæa Romano acceſsit imperio: & Hieroſolyma, quæ fuit urbs clariſsima Palæſtinę: Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quę liberę ante hoc tempus fuerant: item Thraciam, Ciliciam Tracheam, Comagenem, quæ ſub regibus amicis erant, in prouinciarum formam redegit. Offenſarum & inimicitiarum immemor fuit: conuicia à cauſidicis & philoſophis in ſe dicta, leniter tulit. diligens tamen coercitor diſciplinæ militaris. Hic cum Tito filio de Hieroſolymis triumphauit. Per hæc cũ Senatui, populo, poſtremo cunctis amabilis ac iucundus eſſet, profluuio uentris extinctus eſt in uilla propria, circa Sabinos, annum ætatis agens ſexageſimum nonum, imperij nonum, & diem ſeptimum. atq; inter diuos relatus eſt.

Genituram filiorum ita cognitam habuit, ut cum multæ contra eum coniurationes fierent, quas patefactas ingenti diſsimulatione contempſit, in ſenatu dixerit, aut filios ſibi ſucceſſuros, aut neminem. Huic Titus filius ſucceſsit, qui & ipſe Veſpaſianus eſt dictus: uir omnium uirtutum genere mirabilis, adeo ut amor & deliciæ humani generis diceretur: facundiſsimus, bellicoſiſsimus, moderatiſsimus: cauſas latine egit, poemata & tragœdias græce compoſuit. In oppugnatione Hieroſolymorum ſub patre militans, duodecim propugnatores, duodecim ſagittarum ictibus confixit. Romæ tantæ ciuilitatis in imperio fuit, ut nullum omnino puniret: conuictos aduerſum ſe coniurationis, ita dimiſit, ut in eadem familiaritate qua antea habuerit. Facilitatis tantæ fuit & liberalitatis, ut nulli quicquam negaret: & cum ab amicis reprehenderetur, reſpondit, Nullum triſtem debere ab Imperatore diſcedere. Præterea cum quadam die in cœna recordatus fuiſſet, nihil ſe illo die cuiquam præſtitiſſe, dixerit, Amici hodie diẽ perdidi. Hic Romę amphitheatrũ ędificauit, & quinq; milia ferarum in dedicatione eius occidit. Per hæc inuſitato fauore dilectus, morbo perijt in ea qua pater uilla, poſt biennium & menſes octo, dies uiginti, quàm imperator erat factus, ætatis anno altero & quadrageſimo. tantus luctus eo mortuo publicus fuit, ut omnes tanquam in propria doluerint orbitate. Senatus obitu ipſius circa ueſperam nunciato, nocte irrupit in curiam: & tantas ei mortuo gratias laudesq; congeſsit, quantas nec uiuo unquam egerat, nec præſenti. Inter diuos relatus eſt. Domitianus mox accepit imperium, frater ipſius iunior: Neroni aut Caligulæ, aut Tiberio ſimilior, quàm patri aut fratri ſuo. primis tamen annis moderatus in imperio fuit: mox ad ingentia uitia progreſſus, libidinis, iracundiæ, crudelitatis, auaritiæ, tantum in ſe odium concitauit, ut merita & patris & fratris aboleret. Interfecit nobiliſsimos ex Senatu. Dominum & Deum primus ſe appellari iuſsit. nullam ſibi niſi auream & argenteam ſtatuam in Capitolio poni paſſus eſt. conſobrinos ſuos interfecit, ſuperbia quoq; in eo execrabilis fuit: expeditiones quatuor habuit, unam aduerſus Sarmatas, alteram aduerſus Cattos, duas aduerſum Dacos. de Dacis Cattisq; publice quidem triumphum egit. de Sarmatis ſolam Lauream uſurpauit. multas quidem calamitates ijſdem bellis paſſus eſt. nam in Sarmatia legio eius cum duce interfecta eſt: & à Dacis Appius Sabinus conſularis, & Cornelius Fuſcus præfectus prætorij, cum magnis exercitibus occiſi ſunt. Romæ quoq; multa opera fecit. in his Capitolium & forum tranſitorium, Odæum, porticus, Iſium ac Serapium, ac Stadium. Verum cum ob ſcelera uniuerſis exoſus eſſe cœpiſſet, interfectus eſt ſuorum coniuratione in palatio, anno ætatis quadrageſimoquinto, imperij quinto decimo. funus eius cum ingẽti dedecore per ueſpillones exportatum, & ignobiliter ſepultum.

EVTROPII LIBER OCTAVVS

ANNO octingenteſimo & quinquageſimo ab urbe condita, Vetere & Valente conſulibus Reſpub. ad proſperrimum ſtatũ redijt, bonis principibus ingẽti felicitate commiſſa. Domitiano enim exitiali tyranno Nerua ſucceſſit, in priuata uita moderatus, & ſtrenuus, nobilitatis mediæ: qui ſenex admodũ operam dante Petronio Secundo præfecto prætorij, item Parthenio interfectore Domitiani, imperator factus, æquiſsimum ſe præbuit. Reipub. diuina prouiſione conſuluit, Traianum adoptando. mortuus eſt Romæ poſt annum & quatuor mẽſes imperij ſui, ac dies octo: ætatis lxx. & altero anno, atq; inter diuos relatus eſt. Succeſsit ei Vlpius Traianus Crinitus natus Italicę in Hiſpania, familia antiqua magis q̃ clara (Nam pater eius primus COS. fuit) imperator aũt apud Agrippinam in Gallijs factus eſt. Remp. ita adminiſtrauit, ut omnibus principibus merito præferatur. inuſitatæ ciuilitatis & fortitudinis fuit. Romani imperij, quod poſt Auguſtum deſenſum magis fuerat, q̃ nobiliter ampliatũ, fines longe lateq; diffudit: urbes trãs Rhenum in Germania reparauit, Daciam Decibalo uicto ſubegit, prouincia trans Danubiũ facta in his agris, quos nunc Thaiphali tenẽt, & Victophali, & Theruingi. Ea prouincia decies centena milia in circuitu tenuit. Armeniã quam occupauerãt Parthi, recepit, Sarmato rege occiſo qui eam tenebat. Albanis regẽ dedit. Iberorũ regem & Sauromatarum & Boſphoranorũ & Arabum & Oſdroenorũ & Colchorũ in fidem accepit. Adiabenos, Marchomodes occupauit: & Antemuſium magnã Perſidis regionem Seleuciã & Cteſiphontem, Babylonẽ & Edeſsios uicit, ac tenuit uſq; ad Indiæ fines. & mare rubrũ acceſsit, atq; ibi tres prouincias fecit, Armeniã, Aſſyriam, Meſopotamiam cum his gentibus quæ Madenã attingunt. Arabiam poſtea in prouinciæ formã redegit. in mari rubro claſſem inſtituit, ut per eam Indiæ fines uaſtaret. Gloriã tamen militarem ciuilitate & moderatione ſuperauit, Romæ & per prouincias æqualem ſe omnibus exhibens, amicos ſalutãdi cauſa frequẽtans, uel ægrotãtes, uel cum feſtos dies habuiſſent: conuiuia cũ ijſdem indiſcreta uiciſſim habẽs, ſæpe in uehiculis eorũ ſedens, nullum ſenatorũ lædẽs, nihil iniuſtum ad augendũ fiſcum agens. liberalis in cunctos fuit, publice priuatimq; ditans oẽs & honorib. augẽs, quos mediocritate cognouiſſet: orbẽ terrarũ ædificans, multas immunitates ciuitatib. tribuẽs, nihil nõ tranquillum & placidũ agẽs, adeo ut omni eius ætate unus tantũ Senator dãnatus ſit: at is tamen per Senatum ignorante Traiano. ob hoc per orbẽ terrarũ Deo proximus, nihil nõ uenerationis meruit, & uiuus & mortuus. Inter alia dicta hoc illius fertur egregiũ. amicis enim culpantib. quod nimis circa oẽs comis eſſet, reſpondit, Talẽ ſe imperatorẽ eſſe priuatis, quales eſſe ſibi Imperatores priuatus optaſſet. Poſt ingentẽ igitur gloriã belli domiq; quæſitã, è Perſide rediens, apud Seleuciam Iſauriæ profluuio uentris extinctus eſt. obijt aũt ætatis anno lxij. mẽſe nono, & die quarto. Inter diuos relatus eſt. Solus omnium intra urbem ſepultus eſt. Oſſa collata in urnam aureã, in foro quod ædificauit, ſub columna ſita ſunt: cuius altitudo c.xl. pedes habet. Huius tantũ memoriæ delatum eſt, ut uſq; ad noſtrã ætatẽ nõ aliud in Senatu principibus acclametur, niſi felicior Auguſto, melior Traiano. adeo in eo gloria bonitatis obtinuit, ut uel aſſentãtibus occaſionem magnificẽtiſsimi præſtet exẽpli. Defuncto Traiano, Aelius Adrianus creatus eſt princeps, ſine alqua quidẽ uolũtate Traiani, ſed operã dante Plotina, Traiani uxore. nam eum Traianus, quanq; cõſobrinæ filium, uiuens noluerat adoptare. natus eſt ipſe Italicæ in Hiſpa nia: qui Traiani gloriæ in[illegible]ns, ſtatim prouincias tres reliquit, quas Traianus addiderat, id eſt, Aſſyriam, Meſopotamiã, & Armeniã, reuocauit exercitus, ac finẽ imperij eſſe uoluit Euphratẽ. Idẽ de Dacia facere conatũ, amici deterruerũt, ne multi ciues Romani Barbaris traderent: propterea quia Traianus uicta Dacia, ex toto orbe Romano infinitas eo copias hominũ tranſtulerat, ad agros & urbes colendas. Dacia eñ diuturno bello Decibali fuerat exhauſta. pacẽ tamen omni tempore

imperij

imperij ſui habuit. ſemel tantum per præſidem dimicauit, orbem Romanum circuit, & multa ædificauit: facundiſsimus Latino ſermone, Græco eruditiſsimus fuit: non magnam clementiæ gloriam habuit, diligentiſsimus tamen circa ærarium, & militum diſciplinam. Obijt in Campania, maior ſexagenario, imperij anno uigeſimoprimo, mēſe decimo, die uigeſimo nono. Senatus ei tribuere noluit diuinos honores. tamē cum ſucceſſor ipſius Titus Aurelius Fuluius Antoninus hoc uehemēter exigeret, & uniuerſi ſenatores palam reſiſterent, tandem obtinuit. Ergo Adriano ſucceſsit T. Antoninus Fuluius Boionius, idem etiā Pius nominatus, genere claro, ſed non admodum uetere: uir inſignis, & qui merito Numæ Pompilio comparatur, ita ut Romulo & Traiano æquetur. uixit ingenti honeſtate priuatus: maiori, in imperio. nulli acerbus, cunctis benignus, in re militari moderata gloria, defendere magis prouincias quàm amplificare ſtudens, uiros iuſtiſsimos ad adminiſtrandam Remp. quærens, bonis honorem habens, improbos ſine aliqua acerbitate deteſtans, regibus amicis uenerabilis non minus quàm terribilis: adeo ut Barbororum plurimæ nationes, depoſitis armis, ad eum controuerſias ſuas litesq́; deferrent, ſententiæq́; eius parerent. Hic ante imperium ditiſsimus, opes quidem ſuas ſtipendijs militum, & circa amicos liberalitatibus minuit, uerum ærarium opulentum reliquit. Pius propter clementiam dictus eſt. Obijt apud Lorios, uillam ſuam, miliario ad urbe duodecimo. uitæ anno ſeptuageſimo octauo, imperij uigeſimoquarto: atq; inter deos relatus eſt, & merito conſecratus. Poſt hunc imperauit M. Antoninus Verus, haud dubie nobiliſsimus: quippe cum eius origo paterna à Numa Pompilio, materna à Salentino rege pēderet. Cum eo L. Annius Antoninus Verus. tumq́; primum Romana reſpub. duobus æquo iure imperium adminiſtrantibus paruit, cùm uſq; ad eum ſingulos ſemper habuiſſet Auguſtos. Hi & genere inter ſe cōiuncti fuerunt, & affinitate. nam Verus Annius Antoninus, M. Antonini filiam in matrimonium habuit. M. Antoninus gener Antonini Pij fuit, per uxorem Valeriam Fauſtinam, iuniorem conſobrinam ſuam. Hi bellum contra Parthos geſſerunt: qui poſt uictoriam Traiani tum primum rebellauerant. Verus Antoninus ad id profectus eſt: qui Antiochiæ & circa Armeniam agens, multa per duces & ingentia patrauit: Seleuciam Aſſyriæ urbem nobiliſsimā cum cccc. millibus hominum cepit: Parthicum triumphum reuexit, cum fratre eodemq́; ſocero triumphauit. Obijt tamen in Venetia, cum à Concordia ciuitate Altinum proficiſceretur, & cum fratre in uehiculo ſederet, ſubito ſanguine ictus, caſu morbi, quem Græci ἀπόπληξιν uocant. uir ingenij parum ciuilis, reuerētia tamen fratris nihil unquā atrox auſus. Cum obijſſet undecimo imperij anno, inter deos relatus eſt. Poſt eum Marcus Antoninus ſolus Rempub. tenuit, quem mirari facilius quis, quàm laudare poſsit. A principio uitæ tranquilliſsimus, adeo ut in infantia quoq; uultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutaret. Philoſophiæ deditus Stoicæ ipſe etiam, non ſolum uitæ moribus, ſed etiam eruditione philoſophus. tantæ admirationis adhuc iuuenis, ut eum ſucceſſorem parauerit Adrianus relinquere: adoptato tamen Antonino, Pium generum eſſe ei idcirco uoluerit, ut hoc ordine ad imperiū perueniret. Inſtitutus eſt ad philoſophiā per Apollonium Chalcedoniū, ad ſcientiam Græcarū literarū per Sextū Cheronenſem, Plutarchi nepotem. Latinas autem literas eum Fronto orator nobiliſsimus docuit. Hic cum omnibus Romæ æquo iure egit, ad nullam inſolentiam elatus eſt imperij faſtigio, liberalitatis promptiſsimæ, prouincias ingenti benignitate & moderatione tractauit. Contra Germanos eo principe res feliciter geſtæ ſunt. Bellum ipſe unum geſsit Marcomannicum, ſed quantum nulla memoria fuit, adeo ut Punicis conferatur. quod eo grauius eſt factum, quòd uniuerſi exercitus perierant. ſub hoc enim tantus caſus peſtilentiæ fuit, ut poſt uictoriam Perſicam, Romæ ac per Italiam prouinciasq́;, maxima hominum pars, militum omnes ferè copiæ languore defecerint. Ingenti ergo labore & moderatione, cum apud Carnutum iugi triennio perſeueraſſet, bellū Marcomannicum confecit, quod cum his Quadi, Vandali, Sarmatæ, Sueui, atque omnis Barbaria commouerat: multa hominum milia interfecit: ac Pannonijs ſeruitio liberatis, Romæ rurſus cum Commodo Antonino filio ſuo, quem iam Cæſarem fecerat, triumphauit. Ad huius belli uſum ærario exhauſto, cum largitiones nullas habe-

ret, neq; indicere prouincialibus aut ſenatui aliquid uellet, inſtrumenta regij cultus facta in foro diui Traiani ſectione, diſtraxit. uaſa aurea, pocula cryſtallina & murrina, uxoriam ac ſuam ſericam, ac auream ueſtem, multa ornamenta gemmarum, ac per duos continuos menſes uenditio habita eſt, multumq; auri redactum. Poſt uictoriam tamen emptoribus precia reſtituit, qui reddere comparata uoluerunt. moleſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere. hic permiſit uiris clarioribus, ut conuiuia eodem cultu quo ipſe, & miniſtris ſimilibus exhiberent. In editione munerum poſt uictoriam adeo magnificus fuit, ut centũ ſimul leones exhibuiſſe tradatur. Cum igit̃ fortunatam rempub. & uirtute & manſuetudine reddidiſſet, obijt decimooctauo imperij anno, ui tæ ſexageſimoprimo, & omnibus certatim adnitentibus, inter deos relatus eſt.

Huius ſucceſſor L. Antoninus Commodus nihil paternum habuit, niſi quòd contra Germanos feliciter & ipſe pugnauit. Septembrem menſem ad nomen ſuum tranſferre conatus eſt, ut Commodus diceretur: ſed luxuria & obſcœnitate deprauatus, gla diatorijs armis ſæpiſsime in ludo, deinde etiam in amphitheatro cum huiuſmodi homi nibus ſæpe dimicauit. obijt morte ſubita, adeo ut ſtrangulatus, uel ueneno interfectus putaretur, cum annis xij. poſt patrem, & viij. menſibus imperaſſet, tanta execratione omnium ut hoſtis humani generis etiam mortuus iudicaretur. Huic ſucceſſit Pertinax, grandæuus iam, ut qui ſeptuagenariam attigiſſet ætatem, præfecturã urbis tum agens, ex S.C. imperare iuſſus. octogeſimo imperij die prætorianorum militum ſeditio ne, & Iuliani ſcelere occiſus eſt Poſt eum Saluius Iulianus remp. inuaſit, uir nobilis & iure peritiſsimus, nepos Saluij Iuliani, qui ſub diuo Adriano perpetuum compoſuit edictum. Victus eſt à Seuero apud Miluium pontem, interfectus in palatio. uixit menſibus ſeptem, poſtquam cœperat imperare. Hinc imperij Romani adminiſtrationem Septimius Seuerus accepit, oriundus ex Africa prouincia Tripolitana, oppido Lepti. ſolus omni memoria & ante & poſtea ex Africa imperator fuit. hic primum Fiſci aduocatus, mox militaris tribunus, per multa deinde & uaria officia atq; honores uſq; ad adminiſtrationem totius reip. peruenit. Pertinacem ſe appellari uoluit, in honorem eius Pertinacis qui à Iuliano fuerat occiſus. Parcus admodum fuit, natura ſæuus, bella multa & feliciter geſsit. Peſcennium Nigrum, qui in Aegypto & Syria rebellauerat, apud Cyzicum interfecit: Parthos uicit, & Arabas interiores, & Adiabe nos. Arabas quoq; ſuperauit, ut etiam prouinciam ibi faceret: idcirco Parthicus, Arabicus, & Adiabenicus dictus eſt. multa toto Romano orbe reparauit. ſub eo etiã Clodius Albinus, qui in occidendo Pertinace ſocius fuerat Iuliano, Cæſarem ſe in Gallia fecit: uictuſq; apud Lugdunũ, eſt interfectus. Seuerus autem præter bellicam gloriam, etiam ciuilibus ſtudijs clarus fuit, & literis doctus, philoſophiæ ſcientiam ad plenum adeptus. nouiſsimum bellum in Britannia habuit: utq; receptas prouincias omni ſecu ritate muniret, uallum per xxxv. milia paſſuũ à mari ad mare deduxit. Deceſsit Eboraci admodum ſenex, imperij anno xvi. menſe quarto & Diuus appellatus eſt, nam filios duos ſucceſſores reliquit, Baſsianum & Getam: Sed Baſsiano Antonini nomen Senatus uoluit imponi. itaq; dictus eſt M. Aurelius Antoninus Baſsianus: patriq; ſucceſsit. Nam Geta hoſtis publicus iudicatus, confeſtim perijt. Marcus igitur Aurelius Antoninus Baſsianus, idemq; Caracalla, morum ferè paternorũ fuit, paulo aſperior, & minax. opus Romæ egregium fecit lauacri, quæ Antoninianæ appellantur. ni hil præterea memorabile. Impatiens libidinis, ut qui nouercam ſuam Iuliam, uxorem duxerit. Defunctus eſt in Oſdroene apud Edeſſam, moliens aduerſum Parthos expeditionem. anno imperij ſexto, menſe ſecundo, uix egreſſus ætatis xliij. annum. funere publico elatus eſt. Opilius deinde Macrinus, qui præfectus prætorij erat, cum filio Diadumeno facti imperatores, nihil memorabile ex temporis breuitate geſſerũt. nam imperium eorũ duorum menſium, & unius anni fuit. ſeditione militari ambo pariter occiſi ſunt. Creatus eſt poſt hos M. Aurelius Antoninus. hic Antonini Caracallæ filius putabatur. ſacerdos autẽ Heliogabali templi erat. Is cum Romam & militum & Senatus expectatione ueniſſet, probris ſe omnibus contaminauit. Impudiciſsime & obſcœniſsime uixit, bienniocq; poſt & octo menſibus tumultu interfectus eſt militari, & cũ eo mater Semiaſyra. Succeſsit huic Aurelius Alexander, ab exercitu Cæſar,

à Senatu Auguſtus nominatus, iuuenis admodum. ſuſceptoq; aduerſus Perſas bello, Xerxē Xerxenorū regem glorioſiſsime uicit. militarē diſciplinam ſeueriſsime rexit. quaſdam tumultuarias legiões integras exautorauit. Aſſeſſorem habuit, uel ſcrinij magiſtrū, Vlpianum iuris cōditorem. Romæ quoq; fauorabilis fuit. Perijt in Gallia, militari tumultu, xiij. imperij anno, & die viij. in matrem ſuam Mammeam unice pius.

EVTROPII LIBER NONVS

POST hunc Maximinus ex corpore militari primus ad imperium acceſsit, ſola militum uolūtate, cum nulla Senatus interceſsiſſet autoritas, neq; ipſe ſenator eſſet. Is bello aduerſus Germanos feliciter geſto, cum à militibus eſſet imperator appellatus, à Pupieno Aquileiæ occiſus eſt, deſerentibus eum militibus ſuis, cum filio adhuc puero, cum quo imperauerat triennio, & paucis diebus.

Poſtea tres ſimul Auguſti fuerunt, Pupienus, Balbinus, & Gordianus. duo ſuperiores obſcuriſsimo genere, Gordianus nobilis: quippe cuius frater ſenior Gordianus conſenſu militum cum proconſulatum Africæ gereret Maximino imperante princeps electus. Itaq; cum Romam ueniſſent Balbinus & Pupienus, in palatio interfecti ſunt, ſoli Gordiano imperio reſeruato. Gordianus admodum puer, cum Tranquillam Romæ duxiſſet uxorem Ianum gemi num operuit: & ad Orientem profectus, Parthis bellum intulit, qui iam moliebantur erumpere. quod quidem mox feliciter geſsit, prælijsq; ingentibus Perſas afflixit. Rediens haud longe à Romanis finibus interfectus eſt fraude Philippi, qui poſt eum imperauit. Miles ei tumulum xx. miliario à Circeſſo, quod caſtrum nunc Romanorum eſt, Euphrati imminens, ædificauit, exequias Romam reuexit, ipſum diuum appellauit.

Philippi duo, filius & pater Gordiano occiſo, imperium inuaſerunt: atq; exercitu incolumi reducto: ad Italiam è Syria profecti ſunt. His imperantibus milleſimus annus Romę urbis ingenti ludorum apparatu ſpectaculorūq; celebratus eſt. ambo inde ab exercitu interfecti ſunt: ſenior Philippus Veronæ, Romæ iunior. Annis quinq; imperauerunt. inter diuos tamen relati ſunt. Poſt hos Decius è Pannonia inferiore, Bubaliæ natus, imperiū ſumpſit. bellum ciuile quod in Gallia motum fuerat, oppreſſit, filiū ſuum Cæſarem fecit, Romæ lauacrum ædificauit. Cū biennio ipſe & filius eius imperaſſent, uterq; in barbarico interfecti ſunt. ſenior meruit inter diuos referri. Mox imperatores creati ſunt, Gallus Hoſtilianus, & Galli filius Voluſianus ſub his Aemilianus in Mœſia res nouas molitus eſt: ad quem opprimendum cum ambo profecti eſſent, Interamnæ interfecti ſunt, non completo biennio. nihil omnino clarum geſſerunt, Sola peſtilentia morbis atq; ægritudinibus notus eorum principatus fuit. Aemilianus obſcuriſſime natus, obſcurius imperauit, ac tertio menſe extinctus eſt.

Hinc Licinius Valerianus in Rhetia & Norico agens, ab exercitu Imperator, & mox Auguſtus eſt factus. Galienus quoq; Romæ à Senatu Cęſar eſt appellatus. Horū imperium Romano nomini pernicioſum, & pene exitiabile fuit, ita ut uel infelicitate principum, uel ignauia Germani Rauennam uſq; uenirent. Valerianus in Meſopotamia bellum gerens, à Sapore Perſarum rege ſuperatus eſt. mox etiā captus, apud Parthos ignobili ſeruitute conſenuit. Nam quam diu uixit rex eiuſdem prouinciæ, incuruato eo, pedem eius ceruicibus imponens, ſolitus erat equum conſcendere. Galienus cum adoleſcens factus eſſet Auguſtus, imperium primum feliciter, mox commode, ad ultimum pernicioſe geſsit. Nam iuuenis in Gallia & Illyrico multa ſtrenue fecit, occiſo apud Murſiam Ingenuo qui purpuram ſumpſerat, & Trebelliano. diu placidus & quietus, mox in omnē laſciuiā diſſolutus, tenendæ Reipub. habenas probroſa ignauia & deſperatione laxauit. Alemanni uaſtatis Gallijs in Italiam penetrauerunt. Dacia quæ à Traiano ultra Danubiū fuerat adiecta, amiſſa eſt. Græcia, Macedonia, Pon-

gloria militari, ad adminiſtrationem Reipub. acceſsit. Gallias à barbaris occupatas, ingenti præliorum felicitate reſtituit. Quoſdam imperium uſurpare conatos, ſcilicet Saturninum in Oriente, Proculum & Bonoſum Agrippinæ, certaminibus oppreſsit: uineas Gallos & Pannonios habere permiſit. opere militari Almum montem apud Syrmium, & Aureum apud Mœſiam ſuperiorem uineis conſeuit, & prouincialibus colendas dedit. Hic cum bella innumera geſsiſſet, pace parta, dixit breui milites neceſſarios non futuros. uir acer ac ſtrennuus, iuſtus, & qui Aurelianum æquaret gloria militari, morum tamen ciuilitate ſuperaret. Interfectus autem eſt Sirmio tumultu militari in turre ferrata. imperauit annos ſex, menſes quatuor. Poſt hunc Carus eſt factus Auguſtus, Narbonæ natus in Gallia. is confeſtim Carinũ & Numerianũ filios Cæſares fecit, cum quibus regnauit duobus annis. ſed dum bellum aduerſum Sarmatas gerit, nunciato Perſarum tumultu, ad Orientem profectus, res contra Perſas nobiles geſsit: ipſos prælio fudit, Corchen & Cteſiphontem urbes nobiliſsimas cepit: & cum caſtra ſupra Tigridem haberet, ictu diuini fulminis perijt. Numerianus quoque filius eius quem ſecum ad Perſas duxerat, adoleſcens egregiæ indolis, cum oculorũ dolore correptus, lecticula ueheretur, impulſore Apro, qui ſocer eius erat, per inſidias occiſus eſt. & cum dolo occultaret, ipſius mors fœtore cadaueris prodita eſt. milites enim qui eum ſequebantur, fœtore cõmoti, diductis lecticulæ pallijs, poſt aliquot dies mortem eius notam habere potuerunt. Interea Carinus, quem Cæſarem in Parthos proficiſcẽs, Carus in Illyrico, Gallia, Italia, reliquerat, omnibus ſe ſceleribus coinquinauit: plurimos innoxios fictis criminibus, occidit: matrimonia nobilia corrupit: condiſcipulis quoque qui eum in auditorio uel leui fatigatione taxauerãt, pernicioſus fuit. Ob quæ omnibus bonis inuiſus, non multo poſt pœnas dedit. Nam de Perſide uictor exercitus rediens, cum Carum Auguſtum fulmine, Numerianum Cæſarem inſidijs perdidiſſet, Diocletianum Imperatorẽ creauit Dalmatia oriundum, uirum obſcuriſſime natum: adeo ut à pleriſque ſcribæ filius, à nonnullis Amullini ſenatoris libertinus fuiſſe credatur. Is prima militum concione iurauit Numerianum nullo ſuo dolo interfectũ. & cum iuxta eum Aper, qui Numeriano inſidias fecerat, conſtitiſſet, in conſpectu exercitus manu Diocletiani percuſſus eſt. Poſtea Carinum omni odio & deteſtatione uiuentem, apud Murgum ingẽti prælio uicit proditum ab exercitu ſuo, quem fortiorem habebat, certe deſertum inter Viminatium atque Aureum montem. Ita rerum Romanarum potitus, cum tumultũ ruſticani in Gallia cõcitaſſent, & factioni ſuæ Bacaudarum nomen imponerent, duces autem haberent Amandum & Aelianum, ad ſubigendos eos Maximianum Herculeum Cæſarem miſit, qui leuibus prælijs agreſtes domuit, & partem Galliæ reformauit. Poſt hæc tempora etiam Carauſius, qui uiliſsime natus, in ſerenæ militiæ ordine famã egregiam fuerat cõſecutus, cum apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandũ mare accepiſſet, quod Franci & Saxones infeſtabant, multis barbaris ſæpe captis, nec præda integra, aut prouincialib. reddita, aut imperatoribus miſſa, cum ſuſpicio eſſe cœpiſſet, cõſulto ab eo admitti Barbaros, ut trãſeuntes cũ prẹda exciperet, atque hac ſe occaſione ditaret, à Maximiano iuſſus occidi, purpuram ſumpſit, & Britãnias occupauit. Ita cum per omnẽ orbem terrarũ res turbatæ eſſent, & Carauſius in Britãnijs rebellaret, Achilleus in Oriẽte, Africã Quinquegentiani infeſtarent, Narſeus Oriẽti bellũ inferret, Diocletianus Maximianum Herculeum ex Cæſare fecit Auguſtũ, Conſtantium & Maximianum Cæſares. Quorum Conſtãtius per filiam nepos Claudij traditur, Maximianus Galerius in Dacia haud longe à Sardica natus: atque ut eos affinitate cõiungeret, Cõſtãtius priuignã Herculei Theodoram accepit, ex qua poſtea ſex liberos Conſtantini fratres habuit: Galerius filiã Diocletiani Valeriam. ambo uxores quas habuerant, repudiare cõpulſi. Cum Carauſio tamen cum bella fruſtra tentata eſſent contra uirum rei militaris peritiſsimum, ad poſtremum pax conuenit. eum poſt ſeptennium Allectus ſocius eius occidit, atque ipſe poſt eum Britannias triennio tenuit. qui ductu Aſclepiodoti præfecti prætorio eſt oppreſſus. Ita Britannia decimo anno recepta eſt. Per idem tempus à Conſtantio Cæſare in Gallia pugnatum eſt, circa Lingonas. die una aduerſam & ſecundam fortunã expertus eſt. nam cum repente Barbaris ingruentibus, intra ciuitatẽ eſſet coactus,

tam præcipiti neceſsitate, ut clauſis portis, per murum funibus tolleretur, uix quinq; horis medijs aduentante exercitu, lx. ferè milia Alemannorum cæcidit. Maximianus quoq; Auguſtus bellum in Africa profligauit, domitis Quinquegẽtianis, & ad pacem redactis. Diocletianus obſeſſum Alexandriæ Achilleum, octauo ferè mẽſe ſuperauit, eumq; interfecit. uictoria acerbe uſus eſt. totam Aegyptum grauibus proſcriptionib. cædibusq; fœdauit. Ea tamen occaſione ordinauit prouide multa, & diſpoſuit quæ ad noſtram ætatem manent. Galerius Maximianus primum aduerſum Narſeum prælium & ſecundum habuit, inter Gallicinum Carrasq; congreſſus, cum inconſulte magis ꝗ ignaue dimicaſſet. admodum enim parua manu cum copioſiſsimo hoſte commiſit. Pulſus igitur, & ad Diocletianum profectus, cum ei in itinere occurriſſet, tanta inſolentia fertur à Diocletiano exceptus, ut per aliquot paſſuũ milia purpuratus tradatur ad uehiculum cucurriſſe. mox tamen per Illyricum Mœſiamq; cõtractis copijs, rurſus cum Narſeo Ormiſdę & Saporis auo, in Armenia maiori pugnauit ſucceſſu ingenti, nec minore conſilio ſimul & fortitudine: quippe qui etiam ſpeculatoris munus cum altero aut tertio equite ſuſceperit. pulſo Narſeo, caſtra eius diripuit, uxores, ſorores, liberos cepit, infinitam extrinſecus Perſarum nobilitatem, gazam Perſicam copioſiſsimam. ipſum in ultimas regionis ſolitudines egit. quare à Diocletiano, in Meſopotamia tum morante, ouans regreſſus, ingenti honore ſuſceptus eſt. Varia deinceps ſimul & uiritim bella geſſerunt, Carpis & Baſternis ſubactis, Sarmatis uictis, quarum nationum ingentes captiuorum copias in Romanis finibus locauerunt. Diocletianus moratus callide fuit, ſagax præterea, & admodũ ſubtilis ingenio, & qui ſeueritatẽ ſuã aliena inuidia uellet explere: diligẽtiſsimus tamen & ſolertiſsimus princeps, & qui imperio Romano primus regiæ cõſuetudinis formã magis ꝗ Romanæ libertatis inuexit, adorariq; ſe iuſsit, cum ante eum cuncti ſalutarent: ornamẽta gemmarũ ueſtibus calceamẽtisq; indidit. Nam prius imperij inſigne in chlamyde purpurea tãtum erat: reliqua communia. Herculeius autem propalam ferus & inciuilis ingenij, aſperitatem ſuam etiam uultus horrore ſignificans. hic naturæ ſuæ indulgens, Diocletiano in omnibus eſt ſanioribus conſilijs obſecutus. Cum autem ingraueſcente æuo, parum ſe idoneum Diocletianus moderando imperio eſſe ſentiret, autor Herculeo fuit, ut in priuatam uitam concederent, & ſtationem tuendæ Reipub. uiridioribus iunioribusq; mandarent. cui ægre collega obtemperauit. tamen uterq; uno die priuato habitu, imperij inſigne mutauit, Nicomediæ Diocletianus, Herculeus Mediolani, poſt triumphum inclytum, quẽ Romæ ex numeroſis gentibus egerant, pompa ferculorum illuſtri, qua Narſei coniuges & liberi ante currum ducti ſunt. Cõceſſerunt tum Salonam unus, alter in Lucaniam. Diocletianus priuatus in uilla quæ haud procul à Salonis eſt, præclaro ocio ſenuit, inuſitata uirtute uſus: ut ſolus omniũ poſt conditum Romanũ imperium, ex tanto faſtigio ſponte ad priuatæ uitæ ſtatum ciuilitatemq; remearet. Contigit igitur ei, quod nulli poſt natos homines, ut cum priuatus obijſſet, inter diuos tamen referretur.

EVTROPII LIBER DECIMVS

HIS igitur abeuntibus in adminiſtrationem Reipub. Conſtantius & Galerius Auguſti creati ſunt, diuiſusq; inter eos Romanus orbis, ut Galliam, Italiam, Africam, Conſtantius: Illyricum, Aſiam, Orientem Galerius obtineret, ſumptis duobus Cæſaribus. Conſtantius tamen contentus dignitate Auguſti, Italiæ atq; Africæ adminiſtrãdæ ſolicitudinem recuſauit: uir egregius, & præſtantiſsimę ciuilitatis, diuitijs prouincialium ac priuatorum ſtudens, fiſci commoda non admodum affectans: dicensq;, Melius publicas opes à priuatis haberi, quàm intra unum clauſtrum reſeruari: adeo autem cultus modici, ut feſtis diebus, ſi amicis numeroſioribus eſſet epulandum, priuatorũ eis argento oſtiatim petito triclinia

triclinia ſternerentur. hic non modo amabilis, ſed etiam uenerabilis Gallis fuit: præcipue quòd Diocletiani ſuſpectam prudentiã, & Maximiani ſanguinariã temeritatem imperio eius euaſerant. Obijt in Britannia, Eboraci, principatus anno tertiodecimo, atque inter diuos relatus eſt. Galerius uir & probe moratus, & egregius in re militari, cum Italiam quoque ſinente Conſtantio adminiſtrationi ſuæ acceſsiſſe ſentiret, Cęſares duos creauit. Verum Conſtantio mortuo, Conſtantinus ex obſcuriori matrimonio eius filius in Britannia creatus eſt imperator, & in locum patris exoptatiſsimus moderator acceſsit. Romæ interea prætoriani excitato tumultu, Maxentium Herculei filium, qui haud procul ab urbe in uia publica morabatur, Auguſtum nuncupauerunt. quo nuncio Maximianus Herculeius ad ſpem erectus reſumendi faſtigij, quod inuitus amiſerat, Romam aduolauit à Lucania, quã ſedẽ priuatus elegerat, in agris amœniſsimis cõſeneſcens: Diocletianũque etiam per literas adhortatus eſt, ut depoſitam reſumeret poteſtatẽ. quas ille irritas habuit. ſed aduerſum motum prætorianorũ atque Maxentij, Seuerus Cæſar Romã miſſus à Galerio, cum exercitu uenit: obſidensque urbem, militum ſuorum ſcelere deſertus eſt. auctæ Maxentio opes, confirmatumque imperium. Seuerus fugiens, Rauennæ interfectus eſt. Herculeius tamen Maximianus, poſt hæc in concione exercitu filium Maxentium nudare conatus, ſeditionem & conuitia militum tulit. Inde ad Gallias profectus eſt: dolo compoſito, tanquam à filio eſſet expulſus, ut Conſtantino genero iungeretur: moliens tamen Conſtantinum reperta occaſione interficere, qui in Gallijs, & militum & prouincialium ingenti iam fauore regnabat, cæſis Francis atque Alemannis, captiſque eorum regibus: quos etiã beſtijs, cum magnificũ ſpectaculum muneris paraſſet, obiecit. Detectis igitur inſidijs per Fauſtam filiam, quæ dolum uiro nunciauerat, profugit Herculeius Maſsiliã, ibique oppreſſus (ex ea etenim nauigare ad filium pręparabat) pœnas dedit iuſtiſsimo exitu: uir ad omnem aſperitatem ſæuitiamque procliuus, infidus, incommodus, ciuilitatis penitus expers.

Per hoc tempus Licinius à Galerio imperator eſt factus, Dacia oriundus, notus ei antiqua cõſuetudine, & in bello quod aduerſus Narſeũ geſſerat, ſtrenuis laboribus & officijs acceptus. mors Galerij cõfeſtim ſecuta eſt. Reſp. tum ab his quatuor imperatoribus tenebatur, Cõſtantino & Maxẽtio, filijs Auguſtorũ, Licinio & Maximiano nouis hominibus. Quinto tamen Conſtantinus imperij ſui anno, bellum aduerſum Maxentium ciuile commouit, copias eius multis prælijs fudit: ipſum poſtremo Romæ aduerſus nobiles omnibus exitijs ſæuientem, apud Pontem Miluium uicit, Italiaque eſt potitus. Non multo poſt deinceps in Oriente quoque aduerſus Licinium Maximianus res nouas molitus, uicinum exitium fortuita apud Tarſum morte pręuenit. Conſtantinus tamen uir magnus, & omnia efficere nitens quæ animo præparaſſet, ſimul principatus totius orbis affectans, Licinio bellum intulit, quamuis neceſsitudo illi & affinitas cum eo eſſet. nam ſoror eius Conſtantia, nupta Licinio erat. Ac primo eum in Pannonia, ſecundo ingenti apparatu bellum apud Cybalas inſtruentem, repentinus oppreſsit: omnique Dardania, Mœſia, Macedonia potitus, numeroſas prouincias occupauit: uaria deinceps inter eos bella, & pax reconciliata, ruptaque eſt. Poſtremo Licinius nauali & terreſtri prælio uictus apud Nicomediam, ſe dedidit, & contra religionem ſacramenti Theſalonicæ priuatus occiſus eſt. Eo tempore res Romana ſub uno Auguſto & tribus Cæſaribus, (quod nunquam aliàs) fuit, cum liberi Conſtantini Galliæ, Orienti, Italiæque præeſſent. Verum inſolentia rerum ſecundarum aliquantulum Conſtantinum ex illa fauorabilis animi docilitate mutauit. Primum neceſsitudines perſecutus, egregium uirum, & ſororis filium, commodæ indolis iuuenem interfecit, mox uxorem, pòſt numeroſos amicos. Vir primo imperij tempore optimis principibus, ultimo medijs comparandus. Innumeræ in eo animi corporiſque uirtutes claruerunt, militaris gloriæ appetentiſsimus, fortuna in bello proſpera fuit: uerum ita, ut non ſuperaret induſtriam. Nam etiam Gothos poſt ciuile bellum uarie profligauit, pace his ad poſtremum data, ingentemque apud barbaras gentes memoriã gratiæ collocauit: ciuilib. artibus, & liberalibus ſtudijs deditus, affectator iuſtitiæ & amoris, quę omnino ſibi & liberalitate & docilitate quęſiuit. ſicut in nõnullos amicos dubius, ita in reliquos egregius: nihil occaſionũ prætermittẽs, quo opulẽtiores eos clarioreſque

præſtaret

præſtaret. multas leges rogauit, quaſdam ex bono & æquo, pluresq; ſuperfluas, nonnullas ſeueras. primusq; urbem nominis ſui ad tantum faſtigium euehere molitus eſt, ut Romæ æmulam faceret. Bellum aduerſum Parthos moliens, qui iam Meſopotamiam fatigabant, uno & trigeſimo anno imperij, ætatis ſexto & ſexageſimo, Nicomediæ in uilla publica obijt. denunciata mors eius etiam per crinitam ſtellam, quæ inuſitatæ magnitudinis aliquandiu fulſit. Eam Græci κομήτην uocant. atq; inter diuos meruit referri. Succeſſores filios tres reliquit, atq; unum fratris filium. uerum Dalmatius Cæſar proſperrima indole, neque patruo abſimilis, haud multo poſt oppreſſus eſt factione militari, & Conſtantio patruele ſuo ſinente potius quàm iubente. Conſtantinum porrò fratri bellum inferentem, & apud Aquileiam inconſultius prælium aggreſſum, Conſtantis duces interemerunt. ita Reſpub. ad duos Auguſtos redacta eſt. Conſtantis imperium ſtrenuum aliquandiu, & iuſtum fuit. mox cum & ualetudine improſpera, & amicis prauioribus uteretur, ad grauia uitia cõuerſus, cum intolerabilis prouincialibus, militibus iniucundus eſſet, factione Magnentij occiſus eſt. Obijt haud longe ab Hiſpanijs, in caſtro cui Helenæ nomen eſt, anno imperij decimoſeptimo ætatis trigeſimo: rebus tamen plurimis ſtrenue in militia geſtis, exercituiq; per omnem uitam & tempus ſine graui crudelitate terribilis. Diuerſa Conſtantij fortuna fuit. à Perſis enim multa & grauia perpeſſus, ſæpe captis oppidis, obſeſsis urbibus, cæſis exercitibus. nullumq; ei contra Saporem proſperum prælium fuit: niſi quòd apud Singaram, haud dubiam uictoriam ferocia militum amiſit: qui pugnam ſeditioſe & ſtolide contra rationem belli, die iam præcipiti popoſcerunt. Poſt Conſtantis necem, Magnentio Italiam, Africam, Gallias, obtinente, etiam Illyricum res nouas habuit: Veteranione ad imperium conſenſu militum electo: quem grandæuum iam, & cunctis amabilem, diuturnitate & felicitate militiæ, ad tuendum Illyricum principem creauerant: uirum probum, & morum ueterum, ac iucundæ ciuilitatis: ſed omnium liberalium artium expertem: adeo ut ne elementa quidem prima literarum, niſi grandæuus, & iam imperator, acceperit. Sed à Conſtantio, qui ad ultionem fraternæ necis, bellum ciuile commouerat, abrogatum eſt Veteranioni imperium: qui nouo inuſitatoq; more, conſenſu militum deponere inſigne compulſus eſt.

Romæ quoq; tumultus fuit: Nepotiano, Conſtantini ſororis filio, per gladiatoriam manum imperium uendicante. qui ſæuis exordijs dignum exitum nactus eſt. uigeſimo enim atque octauo die à Magnentianis ducibus oppreſſus, pœnas dedit: caputq; eius pilo per urbem circumlatum eſt. grauiſsimæ proſcriptiones & nobilium cædes fuerunt. Non multo poſt Magnentius apud Murſam profligatus acie eſt, ac penè captus. ingentes Romani imperij uires ea dimicatione conſumptæ ſunt, ad quælibet bella externa idoneæ, quæ multum triumphorum poſſent ſecuritatisq; conferre.

Orienti mox à Conſtantio Cæſar eſt datus, patrui filius Gallus. Magnentiusq; diuerſis prælijs uictus, uim uitæ ſuæ apud Lugdunum attulit, imperij anno tertio, menſe ſeptimo: frater quoque eius Senonis, quem ad tuendas Gallias Cæſarem miſerat.

Per hæc tempora etiam à Conſtantio, multis inciuilibus geſtis, Gallus Cæſar occiſus eſt: uir natura ferox, & ad tyrannidem pronior, ſi ſuo iure imperare licuiſſet. Syluanus quoque in Gallia res nouas molitus, ante diem trigeſimum extinctus eſt. Mox Iulianum Cæſarem ad Gallias miſit, patruelem ſuum, Galli fratrem: tradita ei in matrimonium ſorore: Cum multa oppida Barbari expugnaſſent, alia obſiderent, ubique fœda uaſtitas eſſet, Romanumq; imperium dubia iam calamitate nutaret: ab hoc modicis copijs apud Argentoratum, Galliæ urbem, ingentes Alemannorum copiæ extinctæ ſunt. rex nobiliſsimus captus: Galliæ reſtitutæ: multa poſtea per eundem Iulianum egregia aduerſum Barbaros geſta ſunt: ſubmotiq; ultra Rhenum Germani: & finibus ſuis Romanum imperium reſtitutum. Neque multo poſt, cum Germanici iam exercitus à Galliarum præſidio tollerentur, conſenſu militum Iulianus factus Auguſtus eſt: interiectoq; anno, ad Illyricũ obtinendum profectus eſt: Cõſtantio Parthicis bellis occupato. qui rebus cognitis, ad bellum ciuile conuerſus, in itinere obijt: inter Ciliciam Cappadociamq;, anno imperij octauo & trigeſimo, ætatis quinto & quadrageſimo. meruitq; inter diuos referri: uir egregiæ trãquillitatis, placidus, nimis

amicis

amicis & familiaribus credens. mox etiam uxoribus deditior: qui tamen primis imperij annis ingenti ſe modeſtia egerit. familiarium etiam locupletator: neq; inhonoros ſinens, quorum laborioſa expertus fuiſſet officia. ad ſeueritatem tamen propenſior, ſi ſuſpicio imperij moueret, mitis aliàs, & cuius in ciuilibus magis quàm in externis bellis ſit laudanda fortuna. Hinc Iulianus rerum potitus eſt: ingentiq; apparatu Parthis intulit bellum. cui expeditioni ego quoq; interfui. Aliquot oppida & caſtella Perſarum in deditionem accepit, uel ui expugnauit. Aſſyriamq; populatus, caſtra apud Cteſiphontem ſtatiua aliquandiu habuit. remeansq; uictor, dum ſe inconſultius prælijs inſerit, hoſtili manu interfectus eſt, ſexto calend. Iulias, imperij anno ſeptimo, ætatis altero & trigeſimo: atq; inter diuos relatus eſt: uir egregius, & Remp. inſigniter moderaturus, ſi per fata licuiſſet. liberalibus diſciplinis apprime eruditus: Græcis doctior; atq; adeo, ut Latina eruditione nequaquam cum Græca ſcientia conueniret. facundia ingenti & prompta, memoriæ tenaciſsimę. in quibuſdam philoſopho propior. in amicos liberalis: ſed minus diligens quàm principem decuit. fuerunt enim nonnulli, qui uulnera gloriæ eius inferrent. in prouinciales iuſtiſsimus: & tributorum, quatenus ferri poſſet, repreſſor. ciuilis in cunctos, mediocrem habens ærarij curam. gloriæ auidus, ac per eam animi plerunq; immodici. religionis Chriſtianæ inſectator: perinde tamen, ut cruore abſtineret. Marco Antonino non abſimilis: quem etiam æmulari ſtudebat. Poſt hunc Iouinianus, qui tunc modeſtius militabat, ad obtinendum imperium conſenſu exercitus electus eſt: commendatione patris quàm ſua militibus notior. qui iam turbatis rebus, exercitu quoq; inopia laborante, uno à Perſis atq; altero prælio uictus, pacem cum Sapore neceſſariam quidem, ſed ignobilem fecit: mulctatis finibus, ac nonnulla imperij Romani parte tradita: quod ante eum annis trecentis & uigintiduobus fere, ex quo Romanum imperium conditũ erat, nunquam accidit. Quinetiam legiones noſtræ, ut apud Caudium per Pontium Theleſinum, ita & in Hiſpania apud Numantiam, & in Numidia ſub iugum miſſæ ſunt, ut nihil tamen finium traderetur. Ea pacis conditio non penitus reprehenſa foret, ſi fœderis neceſsitatem, cum integrum fuit, mutare uoluiſſet: ſicut à Romanis omnibus his bellis quæ commemoraui, factum eſt. Nam & Samnitibus & Numantinis & Numidis confeſtim bella illata ſunt: neq; pax rata fuit. Sed dum æmulum imperij ueretur, intra Orientem reſidens, gloriæ parum conſuluit. Itaq; iter ingreſſus, atq; Illyricum petens, in Galatiæ finibus repentina morte obijt: uir aliàs neq; iners, neq; imprudens. multi exanimatum opinantur nimia cruditate: nimijs enim èpulis inter cœnandum indulſerat. alij odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis, graue quieſcentibus erat. quidã nimia ui prunarum, quas graui frigore adoleri multas iuſſerat. Deceſsit imperij menſe ſeptimo, tertiodecimo calend. Martias: ætatis, ut qui plurimum ac minimum tradunt, tertio & trigeſimo anno. ac benignitate principum qui ei ſucceſſerunt, inter diuos relatus eſt. Nam & ciuilitati propior, & natura admodum liberalis fuit. Is ſtatus erat Romanę rei, Iouiniano eodem & Varroniano COSS. anno urbis conditæ milleſimo centeſimo, nono & decimo. Quia autem ad inclytos principes uenerandosq; peruentum eſt, interim operi modum dabimus. Nam reliqua ſtilo maiore dicenda ſunt: quæ nunc non tam prætermittimus, quàm ad maiorem ſcribendi diligentiam reſeruamus.

EVTROPII FINIS.

FRANCISCO BORGIAE EPISCOPO
ET PONTIFICALIS AERARII PRAEFECTO
POMPONIVS LAETVS

SOLET quæri ab ſtudioſis uiris, utilis'ne ſit hiſtoria. Nos uero non modo utilem & frugiferam, ſed neceſſariam mortalibus eſſe contendimus: & quemadmodum agricolatione corpora, ſic monimentis rerum animi fouentur. Vitæ cupido, pharmaca pellendis morbis inuenit. Series rerum, ne unà cum eo qui gerit, interiret, hiſtoriam excogitauit. quantoq; nobilior corpore animus, tanto cæteras dotes præcellit hiſtoria, potiſsimamq; ſibi ſapientiæ partem uendicat. In ea enim eſt imitatio uiuendi, uitia deteſtatur, uirtutes ardore quodam imitationis effert. & cum rebus omnibus tempora uetuſtatem afferant, hiſtoria numero annorum admirabilior eſt, & ſanctior habetur. Scripſerunt multi de eius utilitate, deq; eius obſeruatione, quæ præterire negligentia non eſt. Ab hiſtoricis abeſſe debent, fœdum crimen aſſentationis, & amor ac beneuolentia, metusq; & ſimultas, quibus corrumpitur narratio, uti ſæpe numero contingit. Aiunt enim, Scribe ſecurus quod lubet, & quod uelis narres, habiturus mendaciorum comites. Principes hiſtoriarum cur diſſentiunt? Cur uaria tradunt? quòd iudicium quo ſolemus in rebus uti, ſæpius decipit. Itaq; ſcribentes quæ ipſi uidimus, unde nomẽ eſſe memorant, errore liberi uera fateremur. Sed quoniam ad ea quæ ab ſeculis noſtris remota ſunt, accommodatur narrandi materia, iudicio opus eſt ſimul & memoria. Accuratius legere prodeſt. Laudatur etiam in hiſtoria breuitas, quæ ſit aperta & lucida, ut illa Criſpi Salluſtij. Liuius modo breuis, modo copioſus, plus eloquentiæ addidit. Sunt & alij candidi, alij nimis phalerati & tumidi. Veterũ ſimplicitas, ut fuit M. Catonis, & Q. Fabij interijt. Nos uero breues eſſe uolumus, & ſæpius digreſsi ſumus ornatus gratia. Verum ſi candor ille ſimplicitatis antiquæ aberit, ueniam oramus: quam cum ſciamus minime mereri, pręcipue nobis dandam ab his qui legerint, aut audierint arbitramur. Pręterea hiſtoria quouis modo ſcripta delectationem adfert. Natura ipſa ad rerum notitiam prouocamur. resq; auidius quàm eloquentia petitur, ut qui qualibet nuda rerum cognitione etiam anilibus fabellis capiamur. Nihil his commentarijs falſi, quantum perſpeximus, auſi ſumus, Exorſi ab interitu iunioris Gordiani uſq; ad exilium Iuſtini Heracliorum. multa diſperſa in unum corpus collegimus. ab Philippis uero uſq; ad cædem Aemiliani, quia Trebonij Pollionis labor ſine capite eſt, & monimenta illorum temporum deſiderantur, nimis circunciſe narrauimus: utcunq; certi ſumus, proculdubio libellos tibi Borgia placituros, qui memoria ſeculorum plurimum delectaris, & ob id à publicis negocijs ſeuocaris. alij uero, ſi cætera nobis deeſſent, quoniam titulus tuæ humanitatis index eſt, ſatis ſunt probaturi. Vale.

POMPONII LAETI EPITAPHIVM, PER DOMITIVM Palladium Soranum.

Hic iacet exigua Lætus Pomponius urna,
Cuius honos merito pulſat utrunq; polum.
Lætus erat Romæ uates ſublimis, & idem
Rhetor, nunc campis lætior Elyſiis.

ROMANAE HISTORIAE COMPENDIVN AB INTERITV GORDIANI IVNIORIS VSQVE AD IVSTInum tertiũ, per Pomponium Lætum.

BALBINVS PVPIENVS GORDIANVS

MAXIMINO profligando, qui primus poſthabita ſenatus autoritate, ab exercitu imperator Auguſtus appellatus eſt, ex concione Vectij Sabini, patres imperium duobus uiris decreuere, & populus Rom. concordi aſſenſu ac lætitia ſciuit. ij fuere Decius Cælius Balbinus, & M. Clodius Pupienus. Hic quamuis homo nouus, per gradus dignitatis ſatis illuſtris erat, & grauitate ac ſeueritate uenerabilis. Balbini maiores ex Gadibus Hiſpaniæ cũ Pompeio Magno uenerant, & ciuitate donati. horum primus Theophanes Balbus, Romæ appellatus Cornelius, quẽ M. Tullius defendit. Igitur Balbinus nobilitate familiæ, fortuniſq; & clementia ſatis cognitus. hic Cæſaris, ille Catonis moribus cõparatus: ille cõtra Maximinos hoſtes iudicatos copias eduxit, hic urbis gubernationem ſuſcepit. illius auſpicijs cæſi Maximini, huius bonitate tumultus in urbe inter ciues ac prætorianos exortus eſt. Tandem neq; illi ſeueritas, nec huic clementia profecerunt. ambos milites occiderunt. Gordianum natum annos XIII. qui modo Cęſar erat imperatorem fecerunt, non abnuente ſenatu. Cuius ſucceſsibus cum poſſet Perſicum nomen deleri, inſidiæ Philippi uetuerunt. Quibus circũuentus, adoleſcens occiſus eſt. Etenim occultæ proditiones ad excidium bonorum excogitatæ, ſcelera audientium prodigiorum augent. non fuit inulta iuuenis Gordiani cædes. quicunq; in eum coniurauerunt, crudelibus ſupplicijs afflicti interierunt.

MARCVS ET SEVERVS Hoſtilianus

SEnatus de morte Gordiani factus certior, Marcum quendam uirum grauem ac ſapientem imperatorem legit, qui ſubita morte in palatio, ubi habitabat, deceſsit: nec ſucceſſor dilatus eſt: ſtatimq; lectus à patribus Seuerus Hoſtilianus, qui repente cum incidiſſet in morbum, medicis male uenam ſoluentibus, occubuit. Interea literæ Philippi ad ſenatum adferuntur: in ijs ſcriptum erat, Gordianum graui morbo affectum obijſſe, & Philippum ab exercitu imperatorem factum, rogareq; uti patres probarent. Senatus qui rem nondum nouerat, Auguſtum Philippum confirmauit, Gordianum inter diuos retulit.

DE IMPERIO PHILIPPI

MArcus Iulius Philippus Voſtris Arabiæ urbe, obſcuris parẽtibus natus eſt, cuius fortunæ humilitas generis non obfuit: Ab teneris annis relicto patrio ſolo militare cœpit. nec difficile hoc puero fuit. Nam Arabes optimi ſunt equites, & militiam Romanam noſcere cœperunt, in oriente res gerente Pompeio. Philippus haud parum diligens, per gradus promotionis aſcẽdit, comes ordinis, deinde dux, poſt præfectus prætorio. Tandem in Perſide poſt mortem Miſithei, exercitui à Gordiano præficitur, & loco parentis, iuuenis imp. eum habuit. Miſitheus, qui & idem Timeſſocles, uir modeſtus ac frugi, reip. & militibus moderandis tanta dexteritate uſus, ut utriſq; chariſsimus fuerit: propter cuius bonitatem ſimul & ingenitam eloquẽtiam, eius filia adoleſcenti Gordiano nupſit, præfectuſq; urbi factus. tanti uiri conſilio imperium ex

omni parte augebatur. bello Perſico ſenis prouidentia fugatus eſt Sapores rex, Artaxerxis filius. Erat autē Sapores ſtatura procerus, & corpore horribilis. Recuperatæ urbes, Antiochia quæ eſt Niſibis & Carræ: exercitui commeatus nunquam defuit. In eo exigendo prouincialibus minimè moleſtus. Senatus hominem quadrigis & titulo honeſtauit.

MISITHEO PARENTI PRINCIPVM POP. ROM. tutori reipub. S. P. Q. R.

SVnt qui ſcribunt, & hunc conſilio Philippi obijſſe. Nam cum medici poculum decreuiſſent uentris profluuio cohibendo, aliud fraude porrectum, quo magis ſolueret. Poſt huius obitum factio Philippi plurimum creuit: frumentariæ naues eius opera interceptæ ſunt. exercitusq́ eſurie cū laboraret, ad loca difficiliora traductus, ad quæ per Euphratem commeatus aduehi non poſſet. amici Philippi negligentiæ principis id aſcribebant. cæteri cum eſurirent, facile crediderunt. Iamq́ palam princeps accuſabatur, adoleſcentia culpabatur, quod non digna imperio eſſet: tandem fames impulit penè omnes imperium commendare Philippo, qui unà cum iuuene imperaret: quod diu durare non potuit. nam & Philippus fraudulenter omnia agebat, per clandeſtinos amicos noua crimina fingebat. Et iuuenis Scipionum proles & Auguſtorū hæres æquatum ſibi imperium cum indignitate Philippi ægreferebat. Ea res cędem Gordiano feſtinauit. acceſsit etiam ne amor S. P. Q. R. & militum, intellectis hominis Arabici fraudibus, imperium abrogaret. Hac uia iam Aug. Philippus proficiſcendi ad urbem concionē habuit, percuſſoq́ cum Perſis fœdere, Meſopotamiā & Aſſyriam hoſtibus reliquit, paſſus uictricium armorū dedecus, ut ad urbem è Syria aduolaret. in natali agro urbem ſui nominis cōdi iuſsit Philippopolim. & ne quis ambigat, aut nominis ſimilitudine decipiatur, altera eſt in Thracia Philippopolis, quam Scythæ diripuerunt regum Macedoniæ opus. in itinere cōſortem imperij fecit Philippum filium: reuerſus ad urbem iam uoti compos, plura largitus eſt. ſed ipſius aduentu lætitia haud ingens, quòd prouincias amiſerat. ſtudens ſedare animos omniū, inducto cum Perſis decreto, illis bellum indixit, ſperans ignominiā abolere. Res ſine ſanguine peracta eſt, Perſis prouincias reſtituere pollicentibus. Huius imperij anno II. ante XI. cal. Maij, ingenti pompa, magnoq́ ſumptu & apparatu ſeculares ludi anno A. V. C. M. celebrati ſunt. beluæ triūpho Perſico & ijs ludis à Gordiano aſſeruatæ (nam iuuenis natali urbis triumphare decreuerat) hæ fuiſſe memorantur: Elephanti xxxij. alces x. tigrides x. leones manſueti lx. leopardi cicures xxx. hyenæ x. hippopotamus unus, rhinoceros unus, arcoleontes x. cameleopardi x. onagri xx. equi feri xl. gladiatorum paria mille. Quæ omnia in circo maximo exhibita, & ſcenicos ludos in Pompei theatro tribus diebus, totidemq́ noctibus (mirum dictu) peruigil populus ſpectauit, funalibus atq́ lychnis tenebras uincentibus: & cum multitudo ſolennibus ludis intenta eſſet, incendium aut ex luminaribus, aut ex ignibus coalitum, in curia diuagatum eſt. Theatrum Pompei arſit, & ei propinquum hecatonſtylon, centum columnarum in campo Martio opus. Centenariā porticum appellabant. Circenſes dati, in quibus certamine currendi quadrageſimus equorū è carcere miſſus numeratus eſt. De ludis ſecularibus pauca referre haud ab re eſt. Eos inſtituiſſe fertur exactis regibus M. Valerius Publicola, & appellatos, quod plerunq́ hominis ætas ſemel intueri poteſt: idq́ aliquādiu ſeruatū eſt. poſtea ambitione Cæſarum cupientiū id ſolenne ſuis tēporibus exhiberi, ordo corruptus eſt, & pro libidine ſeculares ludi habiti. Interea Scythę, qui Miſitheo fidē prǽſtiterant, & illius nutu quieti erant, facta irruptione limites tranſgreſsi, urbes & agros imperij Romani uaſtare, prędas abducere, cędes undiq́ facere, incēdia ſuſcitare, domos, uillas, tuguria euertere, metum haud inanem inferebant. Expeditioni propere præficitur Marinus quidam, dux limitis Sarmatici: ab exercitu Illyricorum imperator eſt appellatus. quod cum nunciatū eſſet Romæ, Philippus aduocato ſenatu, plurimū de Marini ingratitudine queſtus eſt. Decius uir clarus hortatus eſt principē ne timeret, quod Marinus pœnas daturus eſſet: qui poſt paulo cęſus ſeditione militari, pœnas luit. Confirmatus imperator uaticinio Decij, contra Scythas cum ſupplemento copiarū ipſum

Decium miſit: qui cum ad exercitum perueniſſet, concordi aſſenſu milites Illyriciani imperatorem fecerunt, renuentem ac repugnantem ſtrictis enſibus coegerunt. Dux experientia rerum cautus, ne à principe accuſari poſſet, neue locum calumnijs praebe ret, fidiſsimo nuntio literas ad Philippum dedit, quibus ſe excuſabat, ſuppliciter exo- rans, ne turbato animo ferret, promittens abdicaturum ſe dignitate, ad quam inuitus tractus eſſet. Philippus uero homo Punica fraude deterior: qui ut ſcelera tegeret, cul- tum Chriſtiani nominis ſimulabat, expeditionē ſcriptis etiam nouis legionibus con- tra Decium parauit: & cum poſſet per duces bellum gerere, ipſe eductis copijs profe- ctus eſt, minis ingentibus palàm aſſerens ſe Decium cum toto ſcelerato exercitu per- diturum. Hac mente turbatus, uelut furore cōcitus ferebatur. Itaq; à militibus ipſe Ve ronae caeſus eſt, & Romae filius à praetorianis. Is traditur fuiſſe agelaſtos, & ludis ſecu- laribus ridentē patrem ſeuero uultu inſpexiſſe, uelut illum corrigeret. Ambo Philippi uixerunt annis quinq;, & immerito inter diuos relati.

DECIVS

IMp. Caeſ. M. Q. Traianus Decius Aug. Decius Bibali inferioris Pannoniae urbē natus claris parentibus, ab ineunte aetate ſpem optimae indolis praebuit. in quo uirtu tes cum aetate creuerunt. ad ampliſsimas dignitates non ambitio, non empta ſuffragia, non corruptae amicitiae, ſed boni mores perduxere. Igitʳ qui à militibus Illyricianis antē imperator factus fuerat, ab ſenatu Auguſtus eſt appellatus. Is cum magnitudinē impe rij contēplaretur, P. Cornelium Licinium Valerianum, qui poſtea imperauit, exerci- tui praefecit, uirum militarem, & bonis moribus nutritum, tum ſexageſimumſextum agentem annum. & cum de cenſore eligendo poteſtas ſenatui data eſſet ab Decio, Va lerianus abſens Cenſor lectus, in aede Caſtoris & Pollucis in parte fori Rom. uerſus palatium, cuius ueſtigia effodi uidimus. Ea cenſura probata Decio patre ac filio conſu le, modeſtia Decij hoc paſſa eſt. Nam poſtq; reſpub. unius nutu gubernari coepta eſt, ipſi imperatores cenſores erant. Decius, cuius uita ſanctiſsimis inſtitutis nunq; aduer- ſata, cupiens nihil agere niſi quantum ſenatus iuberet, cenſurā ampliſſimo ordini per- miſit. huius imperatoris uita, quae & ciuilis & militaris fuit, multos habuiſſet laudato- res, ſi ab Chriſtianorum cruciatibus ſe temperaſſet. Nam ius quintae relationis, & pro conſulare imperium, unde Auguſti omnes proconſulibus, nec non & ius tribunitiae poteſtatis, quod Auguſtus primus ſibi perpetuo uindicauerat, arbitrio ſenatus popu- liq; Romani permiſit, patris patriae cognomen accepit. Sed priuſq; ad urbem rediret, ciuiles in Gallia motus ſedauit. Parum in urbe cōmoratus, cogēte ſenatu filium ſuum Decium Caeſarem fecit. Patribus rempublicā cōmendauit, & unà cum filio ad liberan das Thracias profectus eſt. Nam Scythae & naualibus & terreſtribus copijs omnia in- feſtabant. Victor in primis congreſſibus, hoſtes in anguſtias locorū, quae in Dardanijs ſunt, cōpulit & obſedit: expugnaſſetq; fame, ni proditus ab ſuis fuiſſet. Hoſtiū dux per legatos petijt, uti relicta omni praeda ſineret cum ſuis abire trans Iſtrum: Romanus im perator negauit, auidus illos perdendi, qui toties fractis foederibus irruperant: & qui prouincias Romani imperij quieſcere non ſinerent: & ſua ſtrage uix domiti, amiſſo re ge Decibalo, Neruae Traiano illuſerint. Iamq; ferè uoti compos, Trebonianū Gallum ducem limitis Myſiae, ad obſidendos aditus, ne fugerent, cum bona parte copiarū mi- ſit. Gallus conſilium Barbaris patefecit, & eos monuit ut ſe diuiderēt: & alij conſiſte- rent in inſidijs prope paludem, alij in primo congreſſu fugam ſimularēt paludem uer ſus. Barbari nonnihil addentes conſilio Galli, rem peragunt. Cum in pugnam deſcen derent, admiratus eſt Decius, quod qui modo perculſi metu erant, iam arma poſce- rent: ignaruſq; proditionis, certus uictoriae copias educit. Illi ſtatim terga dant, impe rator inſequitur. cum uentum eſt ad inſidias, atrociſsima fit pugna, utrinq; magnae cae des. Deciani difficillimè praeliabantur, luto paluſtri afferente cladem, tamen non mo- riuntur inulti, & loco & fato aduerſantibus pereunt. Decius pater cum filio occubue- re. Senior fortè equo ſedens, ne uiuus aut contra in manus hoſtium perueniret, inſilijt in uoraginem paludis. Nam quaeſitum eius cadauer, nuſquam repertum eſt. Regnaue- runt biennio nondum finito. Hic fuit Deciorum finis, qui (ut credibile eſt) ſe pro futu-

ra uictoria deuouerũt. Ita enim Deciorũ nomẽ facere cõſueuit. Decij Mures duo prio ribus ſeculis, alter bello Hetruſco, alter bello Latino, cõſtanti animo inter confertiſsimos hoſtes pro uictoria patriæ ſe deuouentes occubuere. Hunc deuouẽdi morem primus creditur introduxiſſe Linus Codri F. qui pro patria bello Dorico ſe deuouit. Hic Miletum coloniã Athenienſiũ deduxit in Ionia. Quidã ſcribit Deciũ cupientẽ Philippopoli ferre opem, cito petijſſe Berœam: & inde fugatũ ab Echina rege Gothorum, reparatiſq; in Mœſia uiribus, redijſſe ad hoſtes, qui Philippopolim ceperãt, & Priſcum ducẽ ſibi cõciliauerãt. In ipſo cõgreſſu ictum ſagitta Deciũ filium deceſsiſſe: & patrẽ, uel ut cædem filij ulciſceret, uel ut morte ſua finem dolori inueniret, in cõfertiſsimos ſe immiſiſſe hoſtes, & nuſq; apparuiſſe, & dijs ante cõgreſſum immolaſſe, ad Abrittum Mœſiæ urbẽ. inde factũ loco nomen, Ara Decij appellat. Decius pater bonitate Traiano adæquatus, nomẽq; optimi principis iudicio ſenat9 meruit, appellatusq; eſt, Imp. Cæſ. M. Q. Traian9 Decius Aug. Exercitũ Illyricianũ mire dilexit, quia ab eo primum imperatoris nomẽ accepit. Senatus Decij nomine, Decianas thermas in Auẽtino ædificauit.

GALLVS

IMp. Cæſ. C. Vib. Trebonianus Gallus Aug. patritiorum familia ortus, in quo plus fortunæ quàm fidei fuit. Quamuis cum Auguſtus eſſet, in nummiſmatibus exprimi iuſſerit, uirtus Auguſtorũ de ſe ac filio, quaſi uirtute, nõ dolo principatũ aſſecutus. In tanta noſtrorũ ſtrage, legio quæ integra Scytharũ fide remãſerat, Gallum imperatorẽ fecit. qui ſuperfuerant, ad hunc confugerunt, uelut ſeruatorem reliquiarũ Romani exercitus. quo rumore adductus ſenatus, Auguſtũ appellauit, licet & ipſe ſcripſerit. cum Scythis fœdus percuſsit nõ ſine Romani nominis ignominia. Tunc primũ diuturno & libero potẽtatu populus Romanus tributa pependit. Tunc primum reſpub. iugum Scythicę ſeruitutis accepit. tantaq; eſt imperandi auiditas, ut qui præeſſe cupit, & ad id faſtigiũ legi, urbes & prouincias ſine diſcrimine donet. Hadrianus ab alijs occupatas reſtituit, quod principis liberalitate uideri actũ poteſt: ſed qui tributo pendẽdo obnoxiam fecerit urbẽ, præter Gallum fuit nemo. Tributũ fuit drachmarũ aurearũ C C. Secus euenit q̃ ſperabat imperator. Barbarus cum uincit, inſolentior eſt. Itaq; cõtemplatus diuitias Romani imperij, quòd & ſua fide ille imperaret, ac per hoc tributũ pro meritis non eſſet, incurſiones facere, prædas abigere, ingentiq; agmine terra mariq; ſæpius irrumpere. depopulatur Dardaniam, Thraciam, Theſſaliã, Macedoniãq;, & Helladа, & pars infeſtabat Aſiam: undiq; cum pluriũ urbiũ uaſtatione & excidio, Scytharũ exẽplo alij hoſtes ſurgunt, armaq; capiũt. iam in uiſcera Syriæ penetrãt Parthi, & Armenias fugato rege Tyridate occupant, cuius liberi hoſtibus ſe dederũt. Scythæ magna onuſti præda, in Dardanios, uelut regni ſedẽ redeunt. Interea Gallus cũ Romam ueniſſet, C. Vib. Voluſianum filium conſortem imperij fecit. Scythæ rurſus non contenti pretio, iam Italiæ minabant: ſic Barbaricæ gẽtis animus noſtris opibus inhiabat. Itaq; opera Aemiliani ducis limitis Myſiæ rapacißimi hoſtes, non ſine magna cæde in ſuas ſolitudines redire coacti ſunt. Ita imperium Galli infauſtum atq; infelix, rerum geſtarũ monimentis obſcurum, uerum clade generis humani memoriæ traditũ eſt. ſiquidem eo imperãte, pernicioſa peſtis undiq; uiguit. Tabis initium fuit ab Aethiopia, forte ex nimio ſolis ardore. Peſtilitas primo cõſumptis ferè meridianis per orientem diuagata eſt: inde cæteras orbis partes inuaſit, ubiq; maximam partẽ incolentiũ exhauſit, pleraq; loca inhabitata reliquit. ea labes uix intra decẽ annos finẽ inuenit. Proueniſſe ex infelicib. Galli auſpicijs uiſa eſt, ut qui proditione imperiũ arripuit, Chriſtiani etiam dogmatis hoſtis: qui cum copias contra Aemilianum duceret, uictus, & ab ſuis militibus deſertus, unà cum filio cæſus eſt. Imperauit annis duobus.

IMP. CAES. AEMILIANVS AVG.

AEmilianus Lybicus, nanq; in Mauritania ortus, à pueritia cœpit ſtipendia mereri: & cum pro ætate honores promotionis non deeſſent, dux limiti Sarmatico in Mæſia à Decio præpoſitus, & à Gallo minime ſubmotus: cũ Scythæ ſolertiſsimum latrocinandi genus, cõtenti pretio nõ eſſent, Aemilianus pro concione ſuis militibus id pollicitus eſt, ſi hoſtes uiciſſent. Noſtri præmio accenſi ad cõferendas cũ Barbaris manus

manus incitatiores facti. cumq́ nimius ardor inſiſteret, apertis caſtrorũ portis, auidum pugnãdi militẽ educit: qui tanto impetu in hoſtes illatus eſt, ut nõ fugauerit modo, ſed bona ex parte ceciderit, illorũq́ regiones abactis prędis penè exhauſerit. Reuerſus in Myſiam, præmia aſſecutus eſt: Aemilianus perſoluit. qui hoc ſucceſſu adeo gratus uictori exercitui fuit, ut ab eo ſit imperator appellatus. ad hos motus opprimẽdos Gallus unà cum filio proficiſcit̃, nec profecit. Ambo in primis prælijs cæſi ſunt, & milites Aemiliano hæſerũt: qui ſtatim ad ſenatũ ſcripſit, docẽs ſe imperatorẽ lectũ eſſe, promittens ſe liberaturũ Thracias, & Meſopotamiã & Armenias recuperaturũ, & depulſurum undiq́ hoſtes nominis Romani. Sed priuſq́ opus aggrederet̃, milites qui in alpibus erant, Valerianum imperatorẽ faciunt: quo nuncio accepto, qui ſub Aemiliano erant, ne ciuili bello, & cognatorũ ſanguine ſe inuicem inficerent, contemplantes præterea humilitatẽ generis Aemiliani, & nobilitatem Valeriani, ſimul & laudatiſsimos mores, eo interfecto, cenſorio uiro ſe tradiderunt. Imperauit autem menſibus tribus, uixit annis quadraginta. Ita res ſolo ducis capite peracta eſt.

VALERIANVS

PVblius Cornelius Licinius Valerian⁹ ſucceſsit, homo maioris ſpei ac opiniõis q́ fortunæ. Captus ab Sapore rege Perſarũ, in captiuitate cõſenuit. Interea eius filius Licinius Gallienus ab initio Cæſar, mox Auguſtus pręclara geſsit: deinde ad delicias lapſus, dum popinæ ſtudet, imperiũ dilacerare nõ curat: & niſi in Gallijs occidentem Aulus Poſthumius, & orientẽ in Syria Odenatus Palmirenus defendiſſent, imperium Romanũ ſudore ac uigilijs, fortuna & uirtute fauẽtibus acquiſitum, Germani, Perſæ, Scythæq́, & ſurgentes ubiq́ hoſtes perdidiſſent. Verum & tyrãni triginta ſibi bona ex parte occupauere. Porrò Gallienũ cum fratre Valeriano, milites Aureoli, qui dux erat Illyriciani exercitus, prope Mediolanum interfecerunt.

CLAVDIVS

MArcus Aurelius Claudius deinde ſuſcepit imperiũ, uir ad barbaros delẽdos natus, quos ſtatim multis in locis & uicit, fudit atq́ cecidit. Prælijs ac rerũ penuria Sarmatas, Getas, Scythas, Quados cõſumpſit. Daciã recuperauit, uictor Sirmiũ Panoniæ petijt, ubi in ęgritudinẽ incidit, & priuſq́ decederet, cõuocatis ducib⁹, tribunis, & pręfectis, cõcionatus eſt præſertim de eligẽdo imperatore, & lõga oratiõs ſerie Aurelianũ ꝓbauit. Senatus nuntiata Claudij morte, eius fratrẽ Aureliũ Quintillũ Italici pręſidij ducẽ, Cęſarẽ Auguſtũ appellauit. Exercitus interea Aurelianũ imperatorẽ legit. Poſtq́ nuntiũ ad urbẽ peruenit, illius conatib. ſe imparẽ cũ uideret, maleq́ expertus cõcione militũ uoluntatẽ, qui oẽs fauebãt partibus Aureliani, uenas ſoluit, & poſt paulò deceſsit xvij. imperij die. Aurelianus ſolus imperat, qui imperium multiplici tyrannide liberauit, & eius terminos auxit, rebus geſtis magnis principibus non modo æquandus, uerumetiã anteferendus, interfectus medio itinere, quod ducit ab Heraclea Byzantium, non longe ab Cęnophrurio, miniſtri à libellis manu.

TACITVS

PVblius Annius Tacitus poſt hunc imperat, uir egregius, & reipub. cõmodo, ſine exercitu ab ſenatu imperator & Auguſtus appellatus. Tunc primũ reſpub. uelut longo poſtliminio reducta, ſuo iure ac iudicio uſa eſt. Vtinam nec militaris furor, aut nimia erga nutrices cura bonos mores perdidiſſent. Nam quamdiu ſua grauitate ſenatus decernit, tamdiu reſpub. uiribus ſuis conſiſtit: quæ tunc renaſcẽs, Tacitum ſui corporis legit, & militibus principem dedit, non accepit ab legionibus, aut à prætorianis iugum. Sed inuidit tanto facinori cælũ. Dũ fama tanti principis ad ſuos limites producitur, fata ſucceſſorẽ dedere. Is fuit

PROBVS

MArcus Aurelius Probus, uir gloria rerum geſtarũ illuſtris: nec potuit obeſſe M. Annius Florianus Taciti frater: qui cũ ſuo iudicio ad tantũ uelut hærediũ properaret, imperiũ & inuaſit & arripuit. Itaq́ cũ uix duob. menſib. præfuiſſet, Tarſi à militibus occiſus eſt. Probus igit̃ uere prob⁹, ita ſe & in toga, & in militia geſsit, ut res ipſa nomẽ ſequeret̃. Sarmatas cõtudit, tyrãnos extinxit, orbem pacauit, iudicia bonorũ de ſe admirabili uirtute cõfirmauit, pace terra mariq́ parta, dicere ſolebat milites minime

neceſſarios fore, cũ deſunt hoſtes: quæ uox plurimũ obfuit. in Sirmienſi agro, natali ſolo dũ morã trahit, tumultu militari occiſus eſt. imperauit annis VI. menſib. IIII.

CARVS

MArcus Aurelius Carus Narbonę genitus, molẽ ſubijt. Exercitus imperatorẽ appellauit. Is cum Probi apparatu in Perſas ꝓfectus, Meſopotamia recepta Cteſiphontẽ peruenit. & niſi fulmine ictus cõcidiſſet, regnũ Perſicũ ſubuertiſſet: traditæq; ſunt rerũ habenæ eius filio

NVMERIANVS

NVmeriano, cui Mars in armis familiare numẽ præbuit, Minerua peculiarius adfuit, & citharam præbuit Apollo. Miles, orator, ſimul & poeta, oculis æger, forte aer & uigiliæ in bello Perſico nocuerãt, occluſa lectica ferebatur. Erat in Caſtris Arrius Aper, cuius filia nupſerat Numeriano. Huius igitur cupiẽtis inuadere imperium factione, modeſtus & frugi iuuenis occiſus eſt. Nec eius mors inulta. concionantẽ Aprum Diocletianus confodit. Imperium

CARINVS

CArino moranti in Gallijs, ubi à patre relictus, obuenit. Hic primum florem pueritiæ, quem fruendum dederat, cum adoleuiſſet ab adoleſcentibus repetijt. Pater ſi uixiſſet, abrogare ſępius cogitauit filio Cæſaris nomen, & conferre Conſtantio uiro claro. ſed hoc fata Herculio ſeruatum ſtatuerant. Carinus diu præeſſe non potuit, piorum ſanguine madefactus, totius ubiq; iuuentutis corruptor. Victor tamen exercitus in Perſide, Diocletianum imperatorem legerat, qui Carinum multis prælijs uicit. Non defuit Carino uigor occupandi orbem: multumq; progreſſus fuiſſet, ſi nõ incidiſſet in Diocletianum cum exercitu recenti uictoria ferocem. Occubuit Carinus ultimo prælio ad Margum commiſſo, à militibus fortiſsimis, quos habebat, deſertus. Percurri geſta XI. imperatorum, ne interrupta temporum ſeries admirationem legentibus faceret. Ad deſtinatum opus redeo, profeſſus initio me ſcripturum de his imperatoribus, quorum geſta magna ex parte ferè interierant.

C. AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANVS

SALONIS Dalmatiæ ortus, utroq; parẽte ignobili & obſcuro (quidam ſcribunt libertino Anulini ſenatoris genitũ, quidã ſcribæ filium) militare à pueritia cœpit. Cũq; gregarius miles in Gallia eſſet diuerſorio cuiuſdã Dryadis utebat̃, ab qua cibaria emebat, debebatq; plurimũ uetulæ: cum illa preciũ poſceret, dicere ſolebat, ſoluam cũ imperator fuero. At illa ſubiunxit: Eris imperator cum Aprum interficies. Hac uoce auguriũ futuræ felicitatis accepit. etiã ſtudebat uenatũ ire, ſæpius cõtra apros cõgrediens, plurimos interfecit. tandẽ cum Arium Aprũ ſua manu cõfodiſſet, & imperator ob id factus eſſet, intellexit uocem Dryadis haud uanam fuiſſe. Profligato & cęſo Carino Auguſtus appellatus, & ab S.P.Q.R. magno honore exceptus eſt. In quibuſdã imperij regionibus facti ſunt motus, & tyranni nõ deerant. Diocletianus animaduertẽs conſorte imperij opus eſſe, ut citius pacem ubiq; redderet, Maximianum legit. tantaq; fuit in gubernanda repub. inter principes concordia, ut alter alteri, quãuis ſemper honeſta cupiebant, nunq; repugnauerit: uerum Maximianus ut filius patri Diocletiano obtemperabat. Feliciſsima cognomina ſibi indidere. Diocletianus Iouius, Maximianus Herculius appellati ſunt: uelut ille Iouis, hic Herculis hæres. Iupiter gigantes ut cęli regiam defenderet, perdidit. Diocletianus ut orbis terrarũ regiã tueret̃, tyrannos ſurgentes, ut Centimanos, diligenti cura perdidit ac deleuit. & ut Iupiter turbata pacauit elementa, ſic Diocletianus domitis ac cæſis ſeditioſis hominibus, imperiũ turbatũ, tranquillũ reddidit. Iupiter ab ſua arce undiq; ſuum numen diffundit. Diocletianus quamuis uno eſſet in loco, ſua prouidentia præſens ubiq; eſſe uidebatur. Hercules ἀλεξίκακος, à noſtris cuſtos generis humani cognominatus, urbes, oppida, agros, regiones, ſyluas, horrendis & pernicioſis monſtris, & aerem infeſtis alitibus liberauit, ſimul & genus humanum

num

num tutatus eſt. Maximianus poſt ſalubre temperamentũ uirtutis & imperij aſſertor, nunquam niſi reddita toti orbi ſecuritate quieuit. Conatus contra remp. diſpulit. Hercules qui magna geſsit, materiam præbuit camœnis concinendi, harumq; comes habitus eſt, unde Muſagetes appellatus. Maximianus laborũ Herculis æmulus, niuoſas alpeis maiore conatu tutior calcauit, latrones plurimos toto imperio exegit, ſuperiora ſecula geſtis adæquauit, peſtilentẽ aerem in perpetuam ſalubritatẽ reſtituit, immiſsis in perpetuas foueas paludibus, materiã canẽdi poetis exhibuit. Hercules Iouis F. Maximianus Diocletiani. Verã igitur cognominis adoptionem duo Cæſares Augg. meruere. Inter quos quidam clarior ac præcipuus amor uſq; ad ſapientiæ finem perdurauit. Eam ſic appello cum imperiũ depoſuere. Ita cognomine patris ac filij unanimes nihil orbi pacando prætermiſere. Maximianus tumultus in Gallijs, quos Amandus & Aelianus excitauerant ſub ſpecie tyrannidis, cũ tota factiõe Bagaudarũ (hoc nomine ſe appellauit turba ruſticorũ) cõpreſsit mira celeritate, ſtatimq; deleuit. Ita pax Gallijs reſtituta eſt. Inde translatus in Africã Gentianos deuicit, qui uix pacẽ impetrarũt. Quinquagenarij & ſupra eum numerum annorum hi milites fuere, qui Africam diripiebant, cupientes ſibi regnũ uindicare. pullulantibus per uaria loca nouis bellis, concordes Auguſtos duos adoptauere: Diocletianus Galeriũ Maximinũ, Maximianus Conſtantium cognomine Cloron, Cæſaresq; fecerunt, & præter adoptionem affinitate iunxerunt. Nam coacti repudiare primas uxores, nouas duxerunt. ille Valeriã Diocletiani F. hic Theodorã priuignam Maximiani. Erat in Gallia Herculius, Iouius uero in Aegypto. Ille Gallias, ut diximus: hic euerſis duabus urbibus ſuperato Achilleo pacauerat Aegyptũ. urbes prope ueteres Thebas poſitæ erant, dites ac populoſæ, Buſiris & Coptos. ſpem rebellionis augebat Achilleus, cuius cõſilio fere tota diſſenſerat Aegyptus. tandem cæſis ubiq; autorib. defectionis, intra nouem menſes quieuit prouincia ſeminariũ religionũ, in qua archiſynagogi plurimũ autoritatis habebãt. Alexãdria uero obſeſſa & VIII. menſe capta eſt. Imperator cõtentus optimatũ cæde, abſtinuit à multitudine. Achilleus uero meritas luit pœnas, feris oppoſitus & dilaniatus: terra uero ubiq; cædibus potentiũ maduit. Fruſtra contra Crauſium, Britanniam inſulam occupantem, arma cepimus per duces Maximiani, qui anno VII. ab ſocio per inſidias petitus, occiſusq; eſt, et is tyrannidẽ ſumpſit. qui tertio poſt anno ab Aſclepiodoro præfect. præt. uictus eſt. Britanniæ X. pòſt anno quàm defecerant receptæ ſunt. Britãniam circumfluam oceano Aborigines tenuere. nomẽ indiderunt Britanni continentis, qui ſunt intra Gallos & Hiſpanos, uocati pòſt Britones. & hi accolæ oceani inſula potiti. Eò deinde conceſſere Hiſpani, Galli & Germani. Primus Romanorum Caius Cæſar inſulam oſtendit. Veſpaſianus imperãte Claudio captis regibus domuit. Huc cum frequentes irent Romani, paulatim noſtros imbibit mores. Conſtantius uero multa præclara gerẽs in Gallijs, ſemel cum eſſet apud Lingonas populos, eodem die uarietatem fortunæ expertus eſt. Alemanni magno impetu irrumpunt, Conſtantiũ in fugam uerterunt. Is ad propinquã urbem feſſus ſe contulit. Cuius portæ hoſtili metu occluſæ fuerãt: & niſi demiſſo fune per muros ſublatus fuiſſet, eum hoſtes captiuum abduxiſſent. In urbe hortatus eſt robur ſuorum, qui eò ante confugerant, ne talem ignominiam paterẽtur. Poſt cõcionatus eſt ciuibus ut arma caperent, & dedecori abolendo auxilium præſtarent. ita apertis portis erumpunt, hoſtes fugant, & propè LX. millia cædunt, ea uictoria liberatæ Galliæ, attritæ Germaniæ ſuas uires amiſere, quas reparare niſi non ſunt Alemãni. At in Aegypto erat Diocletianus, ut res turbatas in oriẽte ſedaret. Narſes enim modo Armenias, modo Meſopotamiam acri bello quatiebat, & cum eo conuenerant propinqui reges ac duces præcipui, rex Scionitarũ, & rex Albanorũ. Priuſquam bellum contra Perſas explicemus, non alienum fortè erit acerrimi progeniẽ hoſtis aperire. Regnaum in Perſide Artaxerxes quidam ex genere illius, qui per ſeditionem à militibus regnũ accepit, Perſis præfecit. Huius filius fuit Sapores, Saporis Hormiſdas, Hormiſdæ Vararanes, huius uero Vararaces, Vararacis Vararanes ſecũdus, qui Narſen filium regni ſucceſſorem reliquit. Contra hunc ab Diocletiano miſſus eſt Galerius, Et enim ipſe expeditionẽ parare cupiebat in Aethiopas, ſi res in oriente proſpere ſuccederent. Galerius iuuenili ardore auſus eſt contra multitudinẽ congredi, &

æquo Marte diſceſsit.Inde factus animoſior, nõ longe à Carris iterũ cõgreſſus, paulo inconſultius q̃ antea, dum ſperat uincere, ſuperatur, amiſſo ferè toto exercitu. Itaq; repulſus rediјt in Syriã, & inde ad Diocletianũ, occurritq; Auguſto in itinere, ad quem antea aduerſi belli fama uenerat. Galerius purpura indutus (nã Cæſar erat) mille paſſus ante carpentum indignati principis pedes cucurrit, ueluti homo gregarius, & auditus non eſt. Tandem princeps poſt minas iuſsit uti ex lectiſsimo ſupplemento exercitum reficeret, & in Perſida rediret, ignominiamq; aboleret. Is ex militibus Daciæ, Illyriæ ac Myſiæ, pugnaciſsimas copias & robuſtiſsimas coegit: & contra Perſas meliore auſpicio profectus, hoſtem inuenit in Armenia maiore, qui ex recenti uictoria ſumptis uiribus prouincias imperiј Romani ſecũdo Marte uexabat. Maximinus uero iratum principem placare ſtudens, abolendæq; ignominiæ accenſus, priuſquam manus conſereret, hoſtiũ ſtationes ipſe habitu gregariј diligentiſsime explorauit. Interea Diocletianus cũ firmiſsimo ſubſidio Meſopotamiã conceſſerat, ut noſtris animũ & hoſti terrorẽ præberet. Ibiq; Cercuſium oppidũ ſpatio ampliauit. mœnibus & turribus inexpugnabilibus muniuit. Galerius cum XX. milibus equitũ ex improuiſo hoſtilia caſtra noctu aggreſſus, innumerabiliũ Perſarũ ſtrage, decus noſtrum non modo ultus eſt, ſed feliciter uſus uictoria, fines imperiј longius produxit, uetus oraculum falſum eſſe oſtendit. antiquiſsimi uates cecinerãt, Romana arma Cteſiphontẽ tranſire nefas eſſe, & duces qui auſi fuiſſent pœnas darẽt. Putant M. Craſſum id cogitantẽ cum exercitu periјſſe. M. Vlpiũ Traianũ tranſgredi auſum Italiã nõ repetiјſſe, & quinq; prouincias trans Tigrim ſtatim amiſiſſe. ſatiusq; fuiſſet iter nõ tentaſſe: legiones longo labore attriuit, & ferè conſumpſit, & quãuis uictor longius produxerit terminos, tamen nõ multũ profecit, neſcio an ſic uolentib. fatis, an culpa ſucceſſoris Hadriani. Cteſiphontẽ cupiẽs tranſire ſuperato Tigride Valerianus, ab Sapore rege Perſarũ captus eſt. Verũ Odenatus Palmyrenus uictor Romanæ maieſtatis, Cteſiphontẽ uſq; trans Tigrim peruenit. Carus imperator exercitum Probi Sarmatico bello late uictorem duxit in Perſida, hoſtile regnũ uaſtauit. Seleuciã cinctam Euphrate, quam olim ceperat Aelius Verus Antoninus, expugnauit. Deinde Cteſiphontẽ, & longius progredi uolẽtem, uel morbus, uel ictus fulmine cœlo turbido & coruſcante abſumpſit. Galerius de quo nunc ſermo eſt, totam Aſſyriã expugnata Cteſiphõte cepit: & quinq; prouincias Tranſtigritanas, quæ ſtatim redeunte ad nos Traiano defecerant, ſubegit & imperio adiunxit. uictor rediјt ad Diocletianũ, & poſt imperauit Auguſtus. Illud ſanè conſtat, numinũ oracula bona ex parte uana, & fidem raro implere: & ſi quãdo euenerit, uix intelligi, & ſæpius eludere credentes: adeoq; præſtat rationibus & experimentis, atq; conſulto res aggredi. & ſi in rebus bellicis fortuna plurimũ ſibi uindicat, tamẽ credibile eſt etiã uirtute augeri atq; ampliari, ut in propagando Ro. imperio facile animaduertere licet. Nam ſi de rebus futuris certa ſtarent uaticinia, uirtus pro nihilo eſſet. Non eo inficias cœlitus noſtra gubernari, uerum ſapiens non uano conſilio multa aduerſa effugere poteſt: inconſultum & inſipientẽ proſperi ſucceſſus prætereunt. Illos uero non audio, ut in uita Maxentiј poſt dicemus, qui ad magarum monitus ac diuinationes res omnes cõponunt. Præter hoc quod diuulgatũ iam erat, aliud occurrit auguriũ. Aciem explicanti contra Narſen Maximino, leo & aper trucidati oblati ſunt. Tages aruſpicũ princeps, uiſum leonem exitialem pugnaturis putat. Verũ & hæc ut oracula ſæpius uaneſcũt. In Maximini uictoria fugatus & uulneratus Narſes, quẽ uictores uſq; ad inuios Parthiæ montes perſecuti ſunt, et regis proles ferè omẽs et uxores et ſorores captę ſunt, pleraq; Perſarũ nobilitas abducta, reguli ducesq; & triũpho tam illuſtri reſeruata: & quãuis per legatos ab rege cõualeſcẽte petita, promiſſa tamẽ, ſed nõ ſtatim reſtituta. Ictum uero eſt fœdus, ut Perſæ ab Armeniјs, Meſopotamia, Aſſyria, & quinq; nouis prouinciјs abſtinerẽt. Diocletianus rebus toto oriente cõpoſitis, Europã repetiјt: ubi iam Scythę, Sarmatæ, Alani & Baſternæ iugũ ſubiuerant unà cum Carpis, Cattis & Quadis. Admonendi ſunt qui legerint, pro Maximino in quibuſdam codicib. Maximianũ eſſe, & hoc qui è marmoribus epigrammata excripſere, ſatis indicant, ſcilicet ſimul imperaſſe Maximianum & Conſtantium, & deinde Maximinum & Seuerum: errorq; eſt, aut ab librariјs, aut ab his qui ex lapidibus accepere. Nos uero cõfuſi decernere nõ audemus.

Aera

Aera lapideſq; indicabunt. Sed in eo ſummopere hæremus, quòd priori Maximiano præponit Herculius, poſteriori Galerius, dūq; incerta aura ferimur, ſit hic Conſtantij collega Maximianus. Anno poſtq; hæc ſcripſeramus, Seraphinus antiſtes ſancti Petri à uinculis, & Vilelmius Heda Alphinius cōmercio literarū mihi ualde familiares, & antiquorū monimētorū diligentiſsimi indagatores, cū urbem Romā repeterēt, ſecum attulere epigrāma in agro Foroſepronieſi ex ſaxo quadrato excriptū: Aeterni imperatores Diocletianus & Maximianus Auguſti: Perpetui Cæſares Cōſtantius & Maximianus pontē Metauro. Romę in tēplo Veſtę nuper reperto ad forū Ro. in quadā marmoria baſi. Dedicata xiiij cal. Ian. Conſtātio III & Maximiano III. Cæſſ. COSS. Curante Aur. Niceta. aliàs plures. Qm̄ hac uia multū profecimus, ſtudioſis conſulendum arbitramur, uti perquirēdo his ueſtigijs inſiſtant: quod ſi fecerint, ſciant uelim & ſe noſtræ linguæ plurimū collaturos, & laboris gloriā cōſecuturos. Ex barbaris multi adducti captiui, qui nō fuere ſecuri cæſi, ſed poſt triumphū in Romani imperij finib. poſiti, ut unà cum ueteribus incolis habitarēt. Regiones eñ aſsiduis incurſionibus uaſtatæ ferè in ſolitudinē ierant. Rediere ex diuerſis partibus orbis ad urbem principes ſeniores, quorum auſpicijs limites imperij Romani longius producti atq; prolati.

MAGNITVDO IMPERII ROMANI

AB ortu uſq; ad Indos propagati imperij fines, nō Euphrates, nō Tigris uetuere, nō ſuperbę regū Perſarū minæ: A meridie Aethiopes per legatos accerſere: Ab aquilone Barbaræ feræq; nationes Sarmatarū domitæ: Ab occaſu Geſſoriacus oceanus admirabilis uictorię teſtis eſt, ſimul & Britānicus. Igit̄ toto terrarū orbe undiq; Romana arma illuſtres uictorias aſſecuta, ſocijs lætitiā præbuere, rebellib. metū terrorēq; pugnare cupiētibus. Porrò Perſæ armis Ro. cedere cōfeſsi intra poſitos terminos ſe tenuerūt. Poſt tot uictorias maximus triūphus ab ſenatu decretus, & inclyta cognomina principib. indita ab deuictis populis. Diocletianus uero Romanorū principū uictorioſiſsimus, diuinos honores imperatorib. Auguſtis habēdos præcepit. Nam cū priores ut cōſules ſalutarent̄, primus ipſe uoluit adorari, uelut in eo eſſet cœleſtis maieſtas. Perſarū iſte mos, quorū princeps rex regū appellat̄ & adoratur, fratrē Solis ac Lunæ ſe nuncupans. Imperatores antea manus exoſculādas nobilibus præbebant, poſt ſuis manibus ſubleuabāt ad oris oſculū. Vulgus genua exoſculabat̄. Diocletianus edicto ſanxit, uti oēs ſine generis diſcrimine proſtrati, pedes exoſcularent̄: quibus etiam uenerationē quandā adhibuit, exornans calciamēta auro, gēmis & margaritis. Quod feciſſe antè Caium Caligulā memorant: eundē ornatū immiſcuit ueſtibus, ut auguſtior eſſet: & cū cōtentus eſſe debuiſſet, quibus priores fuiſſent inſignibus, quę Priſcus Tarquinius accepta ab Hetruſcis induxit, reperit ex ipſo habitu, uti deus haberet̄, maioreq; ſumptu uanam Arſacis gloriā ſuperaret. Itaq; ueſte gemmata, & aureo gēmatoq; curru, cum imperij conſorte triūphauit ingenti ferculorū pompa, ante præcinentibus & ſaltātibus lætitia militibus, quibus libertas erat ſcōmata in ipſos effundere triūphantes. Ipſa quidē fercula primus oſtēdit Romulus: qui ramū quernum manu cepit, in quo cæſi Acronis regis Ceninenſiū opima Ioui Feretrio in Capitolium tulit. Ferculis apud ueteres ferebantur ſpolia cæſorum hoſtiū ſanguinolenta. Poſtq; arma Romana longius prouecta uicere, fabricata fuere cum ſignis & monimētis uictoriæ, quæ poſſent manibus militū ferri. Inferebant̄ ferè omēs triūphi uia Appia, porta Capena. Ea enim uia ampla, viij mil. paſ. ab urbe frequens ex utroq; latere habitata, & inde in Capitolium rectum & amplum iter. In quo lignei primū, cōtinuiq; arcus, poſt marmorei columnis ſuffulti. Vnde multitudo ſatis cōmode triumphū ſpectare poſſet. Cuius ordo nō ſemper idem, uerum qui tum fuerit talem accepimus, qualem Diocletianum cum conſorte habuiſſe memoratur. Templa deorum immortalium tota urbe patebant, ornata ſertis ac floribus, ſpirantia Arabicos odores, itinera ubiq; repleta pinguibus menſis, & lætis poculis, ut feſsi uictores ſe recrearent. Præferebantur in uehiculis tabulæ, ſigna, coloſsi, hoſtiū galeæ, thoraces, ocreæ, peltæ, ſcuta, uexilla, pharetræ, tela, arcus, enſes, frena, & equorum picturata ſtrata, opes, tapetes, & quæ pretioſa & digna ſpectaculis, deuictis hoſtib. allata erant: & modo ex oriente, utputa Aſſyrijs ac Perſis, tentoria & ex Babylonico opere multa. Poſt ingens hominum grex, qui in uaſis ferebant aurum

argentumq;

argentumq́ & purum & ſignatũ. Singula uaſa ualidi iuuenes humeris ferebãt. Poſt argentei crateres, pelues, phialæ, calices, ueſtes, & tota regia ſupellex, & uaſa ex ſolidis gẽmis. Hinc ferculorũ multitudo, & hos ſequebantur tubicines bellicũ clangorẽ intonantes: deinde boues auratis cornibus, quorũ medios uittæ cingebãt: necnon & frontibus uittatos ad ſacrificiũ ſuccincti popæ, hoc eſt, miniſtri agebant. Sequebant̃ & alij miniſtri cum argenteis patinis: regia dehinc proles uxoresq́ & nati & ſorores, cũ pincernis ſeruisq́ ac nutricibus, & pleraq́ Perſarũ nobilitate, patrio more ueſtiti omnes, ſed pullati. Spectantiũ oculos, & ſi hic impleuit numerus, tamen lætiores reddidere tabulæ duæ: Altera ipſam Perſida oſtendens ſuppliciter tollentẽ manus, & exorãtem à P.R. gentiũ uictore ueniam: altera Narſen regem fugientẽ conſpiciendum præbebat. Poſt ingens captiuorũ turba ſatis mœſta, in qua fuerunt Scytharũ & uariarũ gentium duces, qui lachrymas effundebant. Præferebant̃ aureæ coronæ, & munera uictori dono data. Propius currũ præcedebant homines ſtipitibus ſudibusq́ accenſis, qui turbã ſubmouerent. Poſt triumphantiũ currus ex auro & lapillis pretioſis, quem trahebant quatuor equi candore certãtes cum niue. In quo ſellæ curules duæ ornatæ gemmis, in quibus ſedebant principes terrarũ: triumphantiũ capitibus imminebant uictoriæ alatæ. Diocletianus (ut cæteri antea) una fuit corona ex lauro cõtentus, ſimili & collega; Reges uero Perſarũ tiaram, qua utebant̃, tribus coronis exornabãt. Currũ ſequebantur captiuitate liberati, raſo capite & pileati, deinde equites laureati. Illud etiam lectorem ne fugiat, arma uictorũ fuiſſe in triumpho laureata: & qui triũphabat, ex lauro coronã cum perueniſſet in Capitoliũ, poſt ſacrificia ponebat in Iouis gremio. Primi triũphi fuere currus, clypei, arma horrida, & ſpolia perfuſa ſanguine. Bello Punico ſecundo, M. Marcellus deuictis Syracuſis oſtendit opes, & ſigna intulit & deorum ſimulacra: in quo reprehenſus eſt ab Q. Fabio Max. quod relinquere debuiſſet deos ſuis iratos, ut ipſe prius fecerat de Tarentinis. Verũ inualuit conſuetudo Marcelli. Nam longe antea captis Veijs, M. Furius Camillus Veientanam Iunonem intulit urbi.

DE TRIVMPHO ET OVATIONE.

OPeræpretium eſt cognoſcere hoc in loco quid ſit triumphus, quid ouatio, & unde ſint factæ uoces. non ſolum chorographia, ſed etiam interpretatione uerborum, hiſtoria ornatur: licet primum ſimplex fuerit narratio & nuda, tamen non caruere laudibus qui exornauerunt. Triumphum primus mortalium poſt Indicam uictoriam oſtendit Bacchus, nomenq́ ab re inditum eſt. milites eius folijs ficorum quæ θρῖα dicuntur, uultus cooperuerunt, iambos & ſcommata canentes, quæ ſunt licentioſe dicta, mixta ſalibus in eum qui triumphat. Poſt uero milites uſi fuere rythmis. Scribunt alij triumphum dictum ἐκ τῶν τριῶν, hoc eſt, tribus uelut ordinibus, ſenatorio, populari & militum, ab quibus celebris eſt triumphus. Cognomentum Baccho triumphãti inditum M. Varro tradidit. Vnde clamabant omnes, Io Triambe Bacche Io. nos conuertimus in triumphum, & Ro. milites dicebãt, Io triumphe, Io triumphe. Tradunt & ſcenicos, priuſquam ora fecibus tegerent, folijs ficorum uſos fuiſſe. Triumphus uero non idem ualet quod ouatio. Domitis multa cæde hoſtibus habebatur triũphus, & boues cornibus auratis mactabantur, & bos ipſe qui mactabatur in triumpho, triambos etiam dictus. Cum uero hoſtes ſine pugna & ſanguine cum ducibus noſtris conueniſſent, quoniam res peracta ſine cæde eſſet, ouatio erat. Pedes ingrediebatur urbem, qui ſic uiciſſet, ſine ferculorũ pompa, myrto coronatus, unà cum militibus, quia ea arbor dicata Veneri, quieſcere ab armis oſtendit. Tibicines ouantem præcedebant, quæ paciferæ choreæ inſtrumẽta ſunt. In ſacris mactabãtur oues, unde ouationis nomẽ. Modo de triumpho centuriæ decernebant, & comitia erant centuriata, modo ſenatus. Primus Romanorũ qui quadrigis urbem inuectus eſt, fuiſſe Priſcus Tarquinius memoratur. Sunt qui malint P. Valerium Publicolam. Prima ouatio data eſt P. Poſthumio Tuberto, qui fuit collega Menenij Agrippæ Lanati, & huic triumphus datus. Ille primum contrà Sabinos re male geſta liberatus eſt ab Agrippa, in altero prælio cauſa uictoriæ fuit. Ita cum ambobus honos haberetur, ſenatus huius laudis decus excogitauit, ut nõ ſella curuli, ſed pedes cum exercitu exciperetur. Verũ ſanguis in ea uictoria, & noſtro

& noſtrorum & hoſtium effuſus eſt. Poſt uero ouationem his dedere qui conuentione uiciſſent. In triumpho clangor tubarum, in ouatione concentus tibiarum: ille Martis, hic Veneris eſt. Illud etiam huic loco addendũ puto, quod Romani profecturi ad bellum, Nemeſi ſacrificabant, & munus gladiatorium edebant, quod non ſine ratione factum arbitramur.

DE NEMESI DEA

VIrgo & uictrix Nemeſis numen fuit, quo qui ex malefactis delinquebant, puniebantur. Vnde uictores Nemeſim non fruſtra inuocabãt. Romani enim ſemper iuſta mouere arma. Cæteræ nationes odio & maleuolentia liuoreq́, quod imperiũ tantæ urbis iuſtitia augeretur, tela in populum Romanum capiebant. Nemeſis, quam plerię exiſtimauere eſſe uim fortunæ, alij filiam iuſtitiæ, alij uim quandam eſſe inter cœleſtes diſcurrentem, prima rerum ſemina quæ fatorum & ſortium uires temperat atq; emendat, rebus humanis trutinam adhibens, è cœloq́; terrena deſpectans, nocentes punit, bonis præmia largitur. & cum ſit uelociſsima, quia diu non permittit impios præeſſe atq; graſſari, alata fingitur à ueteribus, & eius pedibus ſupponitur rota, cum citiſſime diſcurrat. Sed tandẽ multitudine ſcelerum indignata, oculos iamdiu ab rebus humanis auertit: & cũ genitrice in remotiore parte cœli, ultra terrarũ regiones nõ reditura, renaſcentẽ urbem expectat. Rhamnuſia eſt appellata ab Rhamnunte oppido Atticæ regionis, ubi templum & ſimulacrum habuit: & ab Adraſto Adraſtia. Roma templum huic deæ poſuit in Capitolio, ut inde ſuam urbem poſſet ulciſci. Ludos uero gladiatorum, ut effuſione ſanguinis non expaueſcerent. Quidam tradunt hac ſpecie pugnarum uelut deuotionem feciſſe pro futura uictoria. Triumphauerunt autem uictorioſi & felices Auguſti anno imperij XVIII. Poſt tantam felicitatem, cum haberetur glorioſiſsimus principum Diocletianus, ſecum ſæpenumero contemplans fortunæ mobilitatem, decreuit imperio ſe abdicare, & in priuatam ſecedere uitam. Geſtorum Pompeij admonitus ueteranus princeps, cum quiſq; de rebus futuris ambiguus ſit, non expectauit incertæ uiciſsitudinis aleam. Raro enim permanent uſq; ad exitum ſucceſſus. & ſi primo Auguſto fuiſſe uideantur, tamen & acceptæ in Germania clades, & domeſticæ libidines, hominis felicitatem turbauere: & (quod minus fieri debuerat) Liuia uxor uenenatas porrexit ficos, ut cunctantem in ſene animam citius educeret. Scribunt quidam duces poſt triumphum ſolitos ſe ocio dare, & laudibus efferunt M. Catonem, poſtquam de Hiſpania triumphauit, non quieuiſſe, ſed foro & publicis negocijs incubuiſſe. Quod ſi in Diocletiano quis obijceret, longe aberraret. Neq; enim honor triumphi, neq; ætas imbellis, ſed metus rerum humanarum, quæ aut rariſſime, aut nunquam conſiſtunt, imperium deponere ſuaſit. Eius etiam cõſilio ferum & aſperum ingeniũ Maximiani, qui ſolebat in omnibus collegæ non repugnare, acquieuit. Igitur eodem die (nam ita conuenerant) Iouius Nicomediæ Herculius Mediolani, rem monimentis Romanorum incognitam, & nepotibus non minus dignam memoratu, quàm admirabilem peregerunt. In quo Iouij animus ueram philoſophiam eſt imitatus, affirmans tunc illuxiſſe diem, & habuiſſe uitæ principium, quòd magnis moleſtijs eſſet liberatus. Philoſophi aſſerunt, dominatum appetere non eſt ſapientis hominis. & id cogitaſſe Auguſtum ſcribunt, ſed uetitum ab amiciſsimis. Et M. Aurelius imperium moleſtias uocabat. Tamen ambo ſe excuſant, & rem laudabilem ab amicis impeditam dicunt. Verum ille ſibi uixiſſe teſtari poteſt, qui priuatus, ſine rerum publicarum cura, & ſtudioſo ocio, & rei ruſticæ feliciſsime indulſit. Stimulis collegæ ut imperium unà repeterent contradixit, diſſeruitq́; ſe peſte liberatum, nolle amplius uenena imbibere, ſatis ſe pro republica elaboraſſe, & tempus appetijſſe, ut ſibi uiuat: & uixiſſe non poſſe teſtari, niſi poſtquam in patria ſua, hoc eſt, Salonis holera ſeuiſſet. Cum ille res anguſtas pro ea dignitate quæ præceſſerat, obijceret, reſpondit non eſſe turpe homini, qui ſummum bonum in animo poſuerit, honeſtam profiteri paupertatem, exemploq́; ueterum, & præſertim C. Fabritij caſtam opinionem confirmabat. Vocatus ab Conſtantino atque Licinio, excuſauit per literas ſenectuti minime licere. Cumq́; illi ægre tuliſſent, reſcripſerunt ſe non admittere excuſationem, quod fa-

uiſſet

uiſſet Maxentio ac Maximiano. Trebellius Pollio meminit Diocletianum dicere ſolitum, cũ in priuata eſſet uita, nihil eſſe difficilius quàm bene imperare. Nam quiſq; pro uoto de principe loquitur. Ad hæc, principem cubiculo cluſum uera minime noſcere, aures ſuis præbere, & horũ uerbis accendi ac ſedari, magiſtratus creare: deniq; ſit qui imperat bonus, ſit cautus, ſit optimus, omnino uenditur ab aulicis, ac decipitur. Et interrogatus quæ eſſet potiſsima in principe dos, reſpõdit, liberalitas & clementia. Hæc cum Aureliano defuiſſet, aſſerebat ducem eſſe debuiſſe, non principem: aſperitatemq; collegæ imperator ſæpius deteſtatus. In eoq; ſummopere ſtuduit, ut liberalitatis & clementiæ cognomen aſſequeretur. Vnde, ut mihi uidetur, Iouius appellatus. Nam qui iuuat, largitur & parcit. Ius uero, ab quo clementia abeſt, crucem ueteres appellauere. Vixit Diocletianus annis duodeoctoginta. imperauit annos XX. Manſit priuatus Salonis annos X. Scribunt quidam ſtupore mentis, & longa ægritudine confectum, animam inter ſuſpiria efflaſſe: quidam hauſto ueneno interijſſe, quidam decreto ſenatus perfracta gula occubuiſſe. Id ego exiſtimo de Herculio accipiendum eſſe, non de Iouio. Quoniam cum pœnituiſſet Herculium aſſenſiſſe collegæ, & inde animum hominis non flexiſſe, contulit ſe ad urbem, ſimulans filio ad gubernacula auxilio fore. milites indignati ſunt, quod ea tentaret, ſtatimq; ſubiunxit, ſe hoc figmento uoluiſſe experiri an milites Maxentium amarent, unde tumultum ſuppreſsit. Inde profectus eſt ad Conſtantinum generum ſuum ex Fauſta, quæ in Gallijs erat, & clanculum quærebat genero inſidias. Res aperta eſt uiro per uxorem, quæ patri maritũ prætulit. Itaq; iuſſu generi captus Maſsiliæ, ſtrangulatusq; eſt. Hunc finem meruit Maximianus ſeuerus, aſper & immitis: qui ubi collegæ obtemperauit, priuatum uiuẽdi ſtatum ſequi debuit. Diocletianus, qui ab tanto rerum culmine ſeceſſerat, nullius conſilio adduci potuit, ut pœniteret. Igitr priuatus cum eſſet, poſt mortẽ inter diuos relatus eſt. Thermę eius nomine Romæ ſunt conſecratæ, & Maximiani Herculij Carthagini. Thermæ nominis Diocletiani inchoatæ fuerunt à ueteribus principibus, & conſecratæ ab nouis Auguſtis Conſtantio & Maximiano. Diocletianus igitur inchoatum opus abſoluerat omni cultu perfectum. Secuti principes poſuere ibi ſtatuas, & ſeniorum & nouorum imperatorum: quorum capita integra, & fragmenta reliqua corporum erui ex ſubterranea teſtudine, uelut ibi poſt ruinas thermarum conſeruata, uidimus: & partim in Capitolium delata, partim Florentiam miſſa. Conſtantius & Maximianus inuicti auguſti, Seuerus & Maximinus Cæſares thermas ornauerunt, & Romanis ſuis dedicauerunt. Sit ne in nominibus ambiguitas diximus. Hæc didicimus ex fractis marmoribus ibi effoſsis, in quibus & tituli uictoriarum Maximiani Herculij in hæc uerba: M. Aur. Val. Maximiano inuicto Aug. pont. max. Sarmatic. Max. Gotthic. max. imp. VIII, COS. III. P. P. proconſuli.

Et item Viennæ Allobrogum ſic:

DD. N. N. imp. Cæſ. C. Aurel. Valerius Diocletianus P. P. inuict. Aug. muris Curalonenſibus ædificijs prouidentia ſua inſtituit.

Tiſ. atq; erectis portam Viennenſium Herculiam uocari iuſſerunt.

Et in fronte alterius portæ urbis idem epigramma in fine ſic:

PORtam Romanam Iouiam uocari iuſſerunt, Nam Diocletianus Iouius eſt dictus, & Maximianus Herculius. Iouius & Herculius ab Gallis adeo dilecti, ut ab eis duo populi nomina ſumpſerint, Iouiorum & Herculiorum, & Viennenſes duas urbis portas, Iouiam & Herculiam appellauere, ut epigrãmata docent. Porrò Diocletianus aurei ſeculi parens, & Maximianus ferrei exiſtimatus.

CONSTANTIVS CLORVS ET Galerius Maximianus.

SEniores Auguſti priuſq; ſe imperio abdicarent, Auguſtos appellauere adnuente ſenatu, Conſtantiũ & Maximianum. Ille natus eſt patre Eutropio, Romanæ gentis nobiliſsimo, qui genus ab Aenea deducebat, & matre Claudia Claudij Auguſti filia, ut Gallijs, Hiſpanijs, Italiæ & Africæ præeſſet: Hic ut Illyrico Græciæ & orienti imperaret. Conſtantius natura mitiſsimus, & diuitiarum ſpretor, adminiſtrationem

Africæ

Africæ & Italiæ recuſauit: quod exiſtimabat ab uno tantum pondus minime ſuſtine
ri poſſe. Et quoties feriatis diebus epulum dediſſet, uaſa argentea accipiebat ab amicis
ut abacum exornaret. Nam & ipſe paucis contentus, ab fictilibus non abhorrebat.
Tanta modeſtia uixit, ut facilem & amabilem ſe cunctis præberet. Vnde plurimum
diligebatur. Eoq; regnante in Hiſpanijs, Gallijs, & alpibus, nulli motus fuere, & ho-
ſtes populi Rom. ab armis ceſſauere. In hac placida quiete ex Theodora liberos ſuſce-
pit, Conſtantinum, Anaballianum, & Conſtantium ac Conſtantiam XI. anno ex quo
Cæſar eſt factus occubuit, morbo abſumptus Eboraci, ſic eſt oppidi nomen in Britan
nia, & inter diuos relatus. Galerius poſtq; Cõſtantius Italiam & Africam reliquit, ad-
optauit duos, Seuerum & Maximianũ. Illum præfecit Italiæ & Africæ, hunc orienti.
Romæ autem prætoriani imperatorẽ fecere Maxentiũ, non abnuente ſenatu. qui non
ut Auguſtus, ſed ut tyrannus imperauit, prætorianis eum ad hanc ſæuitiam impellen-
tibus. Aberat ab urbe Seuerus cum prætoriani Maxentium creauerunt, ad urbem ci-
to rediJt. Sed Maxentij uires (incredibile dictu) ſtatim creuerant. Seuerus impar au-
fugit: & cum Maximianum peteret, qui in Illyrijs erat, Rauẽnæ captus cæſusq; eſt. Ab
cuius cæde Maxentius gloria elatus, ciues Rom. libidinibus primum, inde cædibus
uexare cœpit: hinc odio haberi cœptus eſt. Maximianus cum accepiſſet de morte
Seueri, cõſortem imperij legit Licinium Dacia oriundum, qui genus ſuum ad Philip-
pum Auguſtũ referebat. Qua de re in monimentis publicis illius nomen adoptauit, di
ctusq; eſt Marcus Iulius Licinius Licinianus: quoniam proauus, ut ipſe dicebat, fuit
Marcus Iulius Philippus. Licinij uirtus in re militari bello Perſico contra Narſen Ma
ximiano cognita ante fuerat. Hic Licinius fuit, qui ſubuertit in Perſide tumulum Gor-
diani, quod titulus uidebatur progenitoribus ſuis iniuriam facere. Multa tamen præ-
clara geſsit, & priuatus & Auguſtus. Maximianus relicto in Illyrijs Licinio, Romam
proficiſcitur pugnaturus contra Maxentium. In itinere cum acciperet de futura mili-
tum defectione, qui ita conuenerant, ſi cum Maxentio conflixiſſet, Illyriam redijt. &
iam pœnitebat legiſſe Licinium. Incidit poſtea in morbum, ulcus inguinibus innatum
uirilia exedit. Marceſcente tota illa corporis parte, uermes pullularunt, remedia dee-
rant, medici deſperauere: & ſi erant qui noua tentaſſent, admouere manus non aude-
bant, metuentes ne à ſæuiſsimo principe occiderentur. In hoc cruciatu cum eſſet, ſuſpi
catus eſt ob ſæuitiam in Chriſtianos id perpeti. Vnde reuocauit decreta, & ſuperindu
xit illos accerſiri iubens, ut pro ſalute principis orarent. Sed pro truculento & ſangui
nolento homine preces non ualuere: ſi enim conualuiſſet, redijſſet ad ſolitam crudeli-
tatem: itaq; ex eo morbo perijt, homo gloria rei militaris illuſtris, uerũ ſæuitia in Chri-
ſtianos crudelis. Vnde fœdum exitium habuiſſe creditus eſt. Regnauit ſolus annis II.
cum Cæſaribus & imperij conſorte annis XVI. Aduerſus Licinium Maximianus in
oriente res nouas molitus, oppreſſus eſt: & ne uiuus caperetur, ſe ſtrangulauit Tarſi.
Imperauit annis VII. Et is contra Chriſtianos toto oriente, ſi non truculentior, tamen
non inferior Maximino fuit. Interea bona pars nobilium Romanorum per clandeſti
nos nuncios Conſtantinum, qui in Gallijs imperabat, exorant, uti urbem Romam, im
perij caput, tyrannide liberet: qui ſæpius accerſitus, tandẽ ceſsit precibus, & uix quar-
ta parte exercitus Italiã petijt. Maxentius aſperitate ſimilis Maximiano patri, ſæuitia
Domitiano & Cõmodo, pleroſq; claros uiros occidit, bona accepit. Noua uectigalia
inuenit, in occidendo & omni uia exigendo pecunias inexorabilis factus. Huic etiam
mulieribus ſtuprandis libido inextinguibilis. Captus amore nobiliſsimæ & caſtiſsimę
fœminæ, miſit ad eam miniſtros libidinum, quos ſolos aulicos habere cõſueuerat, qui-
buſcum de repub. conſultabat. Vir puellæ metu mortis abduci nõ uetabat uxorẽ. Illa
quæ Chriſtiana erat, petijt ſe ornãdi tempus, & impetrauit, ingreſſa cubiculũ ſibi ma-
nus iniecit. Illi cum torquerent mora, irrumpunt, & rem uti euenerat ad principẽ refe-
runt. Quo exẽplo plures appetere nõ eſt deterritus, ſed magis accenſus. Accepto nun
cio de copijs Cõſtantini, quæ Italiæ fines tenebãt, exercitũ educit. Quintus erat annus
imperij Cõſtantini, qui multis prælijs Maxentij conatus pleriſq; in locis, præſertim in
foro Iulij fudit. Poſtremo coacto exercitu intra mœnia urbis ſe continuit Maxentius:
& cum nihil unquam geſſerit ſine reſponſis muliercularum, conſuluit magam de belli

exitu. Illa omnia proſpera uaticinabatur, admonens, ut cęſis infantibus, prius aduerſa numina placaret. Ad hoc diem & horam dedit, quando educturus eſſet exercitum & manus conſerturus. Qui ſacris peractis rem pro magæ conſilio egit, uictus tamen eſt ad pontem Miluium magna ſtrage. Ipſe ſeu fugiens, ſeu numinibus magicæ uanitatis actus, in Tiberim unà cum equo inſiluit, ſubmerſusq; eſt, & nuſquam inuentus. Caco dæmones corpus animamq; ad perpetuos cruciatus retulere. Scribunt alij conantem euadere, gurgite fluminis hauſtum, & imis retentum arenis ac limo. Sunt qui referunt Tiberinum patrem indignatum deuoraſſe, & ſtatim euomuiſſe, & caput reciſum, adhuc ſæuitiam ac libidines præ ſe ferens, ſpectaculo fuiſſe ante currum uictoris. Hunc exitum Maxentius meruit, magicis artibus q; imperio aptior. Sæuus in cæteros, ſibi non pepercit. Quicunq; magos cōſulunt, & uaticinia aut auſpicia rebus gerendis quęrunt, ſemper ſunt anxij, & nunq; inter metum & ſpem auidi futurorum quieſcunt. Si illi proſpera nunciant, inani & uana ſpe iam tum lætari incipiunt: ſin contrà, repente triſtitia affecti torpeſcunt. Heu miſeros mortalis inbecillitas ingenij, & mens ſtupida huc illuc diſtrahit atq; ſuſpendit. Inſana ſanè ſunt documenta, quæ noſtra credulitas excogitauit, ut acrius torqueremur. Vtinam faceſſeret à mentibus hominum tale figmentum, quod eſſe falſum, & nullius mométi etiam maiores noſtri tradiderunt. Maxentius filius ne Maximiani, an ſuppoſitus uxori ſimulanti partum, ut charior eſſet marito prolem cupienti, ad nos qui tam remoti ab illo ſeculo ſumus diſſerere non pertinet. Verum & hæc ſunt prætorianorum militum ſemina, rapere, ſtuprare, necare, incendere: ſatis edocti, quorum ſcelera indomita abhorrendam fecerant cōſuetudinem. Stipatores & cuſtodes principū, ipſos principes ad omne genus & ſæuitiæ armabant. Hi primum uenale imperiū propoſuerunt. Quid ijs ducibus auſa non eſt inſania Commodi Antonini? quid turpe atq; crudele non excogitabat præfectus prætorio, etiam de capite principis decernens? Horum iudicio Aelius Pertinax uir bonus, & reipub. utilis, cæſus eſt. Quid dicam de Balbino & Pupieno, quorū armis fluctuans reſp. conſtiterat? O Romule parens urbis, quid te profecturū credidiſti, cum auſpicato hos celeres primus legiſti? Male auſpicatus es, eos conſtituiſſe, qui opus tuum perdituri eſſent. Sed querimoniæ in alia tempora differantur.

M. IVLIVS LICINIVS LICINIANVS.

Licinius in Dacia natus, parentibus agricolis, & ab ijs puer nutritus (utinam inter ruſticos cum aratro & ſarculis conſenuiſſet) extrema pueritia militauit, promotusq; tribunus militum bello contra Narſen, qui primus Armeniā Romanis ablatam Perſarum iuri aſcriſperat, optime ſe geſsit. Vnde duci ſemper poſtea gratus fuit. Mortuo Seuero, Maximianus ab uirtute rei militaris cōſortem imperij fecit, & Auguſtum appellauit. Prius Illyrijs, poſt orienti præfuit. Literarum acerrimus hoſtis, aſſerens uenenum ac peſtem reipub. eſſe philoſophos & oratores, quos odio præcipue habuit, & mirifice inſectabatur. Literarū enim adeo expers, ut nomen decretis uix ſubſcribere poſſet. Sectæ etiam ſimplicium Chriſtianorum minime parcens. Iure igitur Conſtantinus contra Licinium uires Gallicanas & Italicas expertus eſt. nec affinitas prohibuit, & Licinij ingratitudo ferenda nō erat. Nam Galerij liberos adfines iure ſodalitatis & conſortij interfecit. Sunt qui ſcribant Licinium in nuptijs, ut Cōſtantino gratificarentur, milites appellaſſe imperatorem, & ab Conſtantino miſſum contra Galerium. Sed ueriſimilius eſt imperatorē factum ab Galerio, ut ſimul & hoſtilitatis literarū, & ingratitudinis accuſari poſſet. Primi congreſſus fuere in Pannonia, ubi uictus conceſsit in Macedoniam, ibiq; reparantē uires, & magnas copias cogētem improuiſus Conſtantinus adortus fudit, copias diſsipauit in Thraciam, fugauit in Aſiam. Conuenere duces, fœdere tamen incerto, modo pax, modo bellum erat. Culpa datur ab hiſtoricis Licinio, qui ſæpius tentauit fortunam, ac propterea infidus, tandem & naualibus & terreſtribus prælijs uictus deditionem Nicomediæ fecit: miſſusq; eſt Theſſalonicen: ubi homini maligno & muſarum hoſti, etiam contra ſacramenti reuerentiam minime fuit ſeruanda fides, ut deditus eſſet & priuatus uiueret. Occiſus eſt à militibus, meritasq; luit

taſq; luit pœnas, homo ſeptuagenarius & uecors. Imperauit annis quatuordecim, & ne qua turpitudine careret, Chriſtianis aduerſabatur, ſæpiusq; rogatus ab Conſtantino, non deſtitit. Hinc ſemina diſcordiæ fuiſſe memorant. Scribunt quidam ante deditionem Conſtantiam uxorem conceſsiſſe ad fratrem, & oraſſe pro imperio mariti, dein de pro titulo tantum, & non impetraſſe: cum pro ſalute precaretur, flexiſſe animũ fratris. Ita Licinius, qui annis ſedecim præfuerat, iuſſus eſt ſine purpura & inſignibus ad Conſtãtinum uenire, miſſusq; eſt Theſſalonicen, ut illic priuatus cum uxore degeret. Imperator ſcripſit ad ſenatum, ut de Licinio quod agendum eſſet, conſuleret. Senatores reſcripſerunt, ut milites decernerent. Quod ubi nunciatum eſt, proficiſcentem Ser tas Licinium interſecerunt. Opinio fuit immorantem Theſſalonicæ Licinium iniſſe conſilium de reſumendis armis, & ideo miſſos interfectores. Ab Chriſtianis hiſtoricis quod traditur, prætereundũ non puto. Ad Hadrianopolim cum pugnaret contra Licinium, fertur Conſtantinus uidiſſe duos equites cædentes legiones hoſtium, & in agro Byzantino uidiſſe lumen ſatis coruſcãs ſupra caſtra. Et antea cũ certamen fuiſſet ante oculos urbis contra Maxentium, conſpexiſſe in aere crucem irradiantem ſuas legiones, quibus ſignis ubiq; cœlitus uictoria data eſt. Ea uere eſſe quis eſt qui ambigat? Vetuſtas enim perſuaſit Caſtorem & Pollucem bis hoſtes imperij Romani profligaſſe, bello Latino, & bello macedonico. Vtinã qui pugnant, certa ſtarent erga deum fide. Sed præliandum eſſet contra hoſtes fidei. Tunc ſigna certæ uictoriæ noſtris turmis & cohortibus diuinitus micarẽt. Sed quoniã ſemper bello ciuili occupãtur Chriſtiani, & odio inteſtino pacem inuenire non poſſunt, & quamdiu hæc rabies erit, nõ ceſſabunt furta, rapinæ, raptus mulierum & puerorum, cædesq; ſine diſcrimine ętatis & ſacerdotij reuerentia, uaſtationes agrorum, direptiones urbium atq; euerſiones, & templis minime parcunt, uiri ſacrilegi quieſcentes mortuos turbant, auidi ſanguinis ciuilis ac prędæ, mali dæmones ſic implicuere noſtras mentes, ut relictis ueris hoſtibus, quos longa pace frui permittimus, in nos noſtrorũq; mẽbra armatas & ſanguinolẽtas cõuertamus manus. Baſſarides Bacchi numine cõcitatæ in furorẽ, ſe inuicẽ non trucidabant. Agaue quæ nõ fœminã bacchantẽ, ſed irreligioſum filiũ trucidauit, ubi ad ſe redijt, receſsit in antrum, & locum pœnitentię dedit. At nos nunq; cædis pœnitet. Imò exiſtimamus ad laudẽ & gloriã accedere q̃ plurimos interficere, ac ſi hoſtes nõ ciues eſſent. culpandi ne ſint principes, qui ad tam pernicioſum facinus ſtipẽdia ſoluunt, iudicẽt alij. Illud uero auſim dicere, Chriſtianos oẽs ſub uno ſigno crucis militare, noſtram religionem unicam eſſe rempub. unicã ipſius dei urbem, cuius nos ciues ſumus, & bellum inter nos eſſe nõ poſſe, niſi ciuile. Iuſta arma noſtro ſeculo inter tot reipub. ſaluatoris noſtri reges ac duces, unus Ferdinandus rex Hiſpaniarũ mouit, cuius ingenita uirtus diuinitus adiuta, uictis, fugatis, partim cæſis, & partim ſub iugum actis hoſtibus, palmã diuinæ & immortalis gloriæ inuenit. Vtinam deus felices proroget annos, ut ſedatis motibus, quos omni uia placare ſtudet, ad laudabile & ſanctiſsimũ redeat opus, unde plures coronas, quas meretur, ſibi atq; uxori latius uindicet. Iam ſatis cõmode digreſsi ſumus. Licinius laude non caruit in eo, quòd appellare ſolebat eunuchos, & ſecretiores aulicos, qui fumos uenderent, tineas & mures palatij.

MARCVS FLAVIVS VALERIVS
CONSTANTINVS MAXIMVS PIVS FELIX SEMper Auguſtus, Conſtantij Pij filius.

CONſtantinus natus eſt in Britannijs, patre Conſtantio, matre Helena, quam uir coactus fuit repudiare, ut Theodoram priuignam Herculij duceret. Extremam pueritiam, quam parens literis, moribus, & re militari fouendam præbuerat, egit ſub Galerio Maximiano in oriente: ab quo iam adoleſcẽs miſſus eſt cum exercitu contra Sarmatas, gentem ferociſsimam, cædibus hominum aſſuetam. In ea expeditione iuuenculus pluſquam promitterent anni geſsit, & præter opinionem hoſtes profligauit atq; cecidit. Ducem Sarmatarum catenatum ad Galerium duxit: qui ea uictoria minime lætatus eſt, quoniam adoleſcentem perdere quærebat, ut olim Euriſtheus Herculem. Propter eam cauſam hortatus, ut cum leone in theatro pugnaret. Cõſtantinus

auidus glorię, in certamen deſcendit, feram pertinaciſsime uicit. Spectatores miris laudibus efferebant, ſubridēs imperator cogitabat maioribus periculis obijcere. Cum intellexiſſet Conſtantinus inſidijs ſe peti, cum fidiſsimis quibuſdā aufugit, & ad patrem redijt, qui iam antea de filij uirtutibus certior factus erat, & ſpem haud uanam de illo conceperat. Mortuo patre, regnum Galliarū Hiſpaniarūq; & alpium Cottiarum teſtamēto relictum accepit. Eum antea pater Cęſarem fecerat, cœleſti nuncio admonitus, cum ægrotaret, ut primum Conſtantinum ſucceſſorem faceret, qui eſſet ab tyrannis Romanum imperium liberaturus, & militibus dei opem laturus. Illud conſtat in initio ſanxiſſe, ut agri, uillæ, oppida, quæ ad uictum emeritorum cōtributa erant, ad hæredes tranſirent. unde milites ſibi magis obnoxios ac deditos reddidit. Prius ex uetere conſuetudine, tribunis, præfectis, comitibus & ducibus, qui pro augendo imperio conſenuerant, dabantur agri uillæq;, ut neceſſaria ſuppeterent quoad uiuerent, parochias uocabant. Cum imperaſſet in Gallia annis tribus in ſumma laude ubiq; erat. interdum impellente Fauſta uxore opinionibus ueterum hæſit, & dijs ſacrificauit. Acceſſitus per literas occultis ferentibus nuncijs ab ſenatu, Italiam cum parte copiarum petijt. Cum Maxentio conflixit, auſpicio fulgidæ crucis uictor fuit, eademq; felicitate ſæpius Licinium ſuperauit. Victo Maxentio, ſenatus populusq; Romanus quòd tyrannide liberatus eſſet, marmoreum arcum triumphis inſignem, inter palatium & Cælium poſuit, qui nunc mutilatus conſpicitur: appellatusq; eſt liberator urbis, & fundator quietis: exceptusq; eſt inſigni & triūphali pompa. Hæc Laurus Italiam dedit & Africam, fuiſſetq; his orbis partibus cōtentus, niſi Licinius ultimi belli ciuilis cauſam præbuiſſet. Verū iam antea Chriſtianis obeſſe deſtiterat, ſolusq; in toto imperio populi Ro. cum imperaret, cognomen induit Maximi. Quod antea duo inter tot duces ab rebus geſtis nō accepere & Magni dicti, Alexander Macedo & Cn. Pompeius. Alexāder uero Antonij Pij ſobrinus ac filius allatū à militib. renuit. Alexādri uero ſobrinus, & pater Magnus Antoninus, Pius in monumentis, ut appellaret̄, mandauit. Inditæq; ſunt & appellationes aliæ, utputa Cōſtantinus reſtitutor humani generis, propagator imperij, ditiōisq; Romanæ, & fundator æternæ ſecuritatis. Ex Fauſta Herculij quinq; liberos ſuſcepit, Conſtantinū Conſtantē & Conſtantiū, Helenamq; & Conſtantiam. Et ex priore quæ fuit ab eo dilecta, ſuſceperat Criſpum. Ante Licinij cædem, cum ille priuatus uiueret, Cæſares treis fecit, Criſpum, Conſtantinū & Licinium iuniorem ſororis filium. Poſt bella ciuilia militaris gloriæ ſemper appetens, multis prælijs uicit Sarmatas & Gotthos Thraciam diripientes, & omnē ferè Scythicam gentem, quibus & pacem dedit. Barbaræ nationes ob id Auguſto deditiſsimæ fuere. Conſtantinus dum hoſtes habuit, optimis principibus æquandus: poſtq; ex omni bello lauream adeptus, inſolens factus eſt, amplo indito Maximo cognomine, & certe non meruit cæde ſuorum ac plurimorum nobilium. Ferunt Fauſtam Criſpum priuignum, cuius amore capta erat, ad libidinē ſæpius tentaſſe, & renuentem detuliſſe ad maritum, illum uoluiſſe uim inferre: & uirū præſtitiſſe fidem, iuſsiſſeq; interfici. cæſusq; eſt Polæ oppido Iſtriæ. poſt aliquot annos cōperta cauſa, occidiſſe uxorē. Illud fit uериſimile, inſidijs Fauſtę circumuentū Criſpum occubuiſſe, ne peritia in militando filijs obeſſet, & propterea poſt paulo ſublatus eſt Licinius iunior. Non caruit ex eo quod factum eſt ſuſpicione Conſtantinus, quòd aliquot quos nouerat cędis illorum miſereri, perdidit. Poſt quinquēnalia quæ Nicomediæ edidit, & deinde data ſunt Romæ, liber curis ſuſpicioſis atq; moleſtijs, decreuit animo urbem ſui nominis ædificare. & primum in Aſia in Sardico agro, poſt ad Sigęum Troadis, ubi fundamēta iecit. tertio tranſtulit opus Chalcedonem, ubi iam muri erecti erant. Sed aquilæ funiculos regulares ter quaterq; architectis rapuere, & tranſmiſſo mari abiecerunt Byzantium. periti augurandi illò transferri urbem iubent. Imperator ueluti dijs monentibus mutauit mentem. Itaq; tranſlati Byzantium architecti, ductis rite foſsis, urbem in medio ſpacio condidere. Condi cœpta eſt ante quintum iduum Maij. ſed poſtquam immortali deo ſacra rite perſoluit, conditam urbem Mariæ uirgini, quæ ſola eſt deipara, conſecratam dedicauit. Valenti mathematico cura data, ut inſpecto urbis horoſcopo nunciaret de eius ætate. ille reſpōdit opus duraturum annos ſexcentos nonagintaſex, intelligens quòd tamdiu futuri principes

rebus imperij nihil eſſent detracturi, & tamdiu cōſilio ſenatus reſpub. eſſet gubernanda: poſt quod tempus tyranni eſſent imperaturi, qui rempub. diſsiparent, & ad priuatos tyrannulorū uſus transferrent. Qui totum lac ex uberibus ouiū emulſerit, agnos fraudans cibo, prædo eſt nō paſtor. Viſumq; eſt propter hoc Byzantiū antiquum inſtaurari, quòd ab Seuero Pertinace ferè totum euerſum fuerat triennali obſidione. cauſa fuit quod Peſcennius Niger ab Antiochenis appellatus Auguſtus, Byzantium contra opes Seueri bene muniuerat, & firmis præſidijs occupauerat. deinde inſtauratam deleuére milites Gallieni, ut nullus ex antiquis permaneret incola. Vrbs eſt Thraciæ, clauſtra pontica uocant, in anguſtiſsimo freto Propōtidis poſita, uelut arx incurſionibus barbarorū propulſandis. mœnia antiqua ex lapidibus quoquouerſus quatuor pedum, ab cōtinente præalta, uerſus mare magis depreſſa. ſed par undiq; latitudo. duos habuit portus, utrinq; cluſos ferreis catenis, & in frontibus eorum eminenteis turres. Conſtantinus longe firmius muniuit, & multis monumentis exornauit. pleraq; ornamenta tota Aſia & Europa & Africa ad eius dedicationē aducta ſunt. Ex urbe Roma genitrice cochlidem columnā porphyriam transferri iuſsit, & locari in foro lapidibus ſtrato, & uarijs ſignis circundato: & ex Troade æneam ſtatuam Apollinis mirandæ magnitudinis, ſuppoſito eius titulo, numinisq; ſublato capite ſuum accōmodauit; columnæq; ſuperpoſuit, necnō & clauū tormenti ſaluatoris. ſtatua poſt multos annos regnante Alexio, cognomēto Comneno, cecidit uiolētia uentorū deiecta, quod tanta moles in illa altitudine cōſiſtere non poterat. in ipſo caſu fracta, multos in foro ſpatiantes contriuit. Tranſtulit ex arce quę fuerat Ilij, palladium, ut credidit uana ſuperſtitio olim cælo lapſum, & Dardani manibus exceptū: ſcutum id fuiſſe quidam ſcribunt; ut Romæ ancilia. aliter ſentiunt Diodorus atq; Dion: Palladium ſignum fuiſſe ligneum & tricubitale cœlo lapſum, in Peſsinunte urbe Phrygiæ, dextra tenens haſtam, leua colum & fuſum, & ad eum locū duce boue deueniſſe Dardanum, deos rogaſſe ut ſignum darent, ſtatimq; decidiſſe è cœlo palladium. Alij ſcribunt Chryſen Pallantis filiam in Arcadia nupſiſſe Dardano, & ſignum Palladis, quod palladium eſt, ſecum tuliſſe ad domum mariti, unà cum ſignis magnorum deorum, qui ſunt penates, & hæc trāslata in Samothracen, & inde in Phrygiam. Nec mirum eſt in Arcadia contigiſſe: nam & ibi natus eſt Iupiter in oppido cui nomen erat Creta, è cuius uertice nata fuit Pallas. Steſichorus & Euphorion tradunt ſublatū palladium ab Vlixe & Diomede opera Antenoris, cuius uxor Theano Palladis ſacerdos adſeruabat. Veteres ſcribūt urbeis omnes fuiſſe ſub tutela Palladis, & eam eſſe præ cæteris numinibus urbium cuſtodem: & eius ſacerdotem Nautium, comitem Aeneæ cum in Latium nauigaret, eiuſq; deinde poſteros quoad uiguit dea ceremonijs præfuiſſe. Silius Italicus aſſerit ab Diomede datū Aeneæ. Noſtræ hiſtoriæ narrant ſeruatū fuiſſe Lauini, poſtea translatum Romam, & aſſeruatum in templo Veſtæ. Quid aūt id fuerit cum penatibus multis uerbis diſſerunt, nemo tamen uidere potuit. Itaq; in ambiguo eſt an Dardanus an Ilus ſuſceperit, fuerit'ne ligneum an æneum, ſignum aut ſcutum, & remanſiſſe Ilij, an aduectum Romā, nemo eſt qui affirmet. ubicunq; fuerit, inde Cōſtantinus ferri iuſsit Conſtantinopolim, & locari in foro. credibile eſt fuiſſe ſimulacrū, ut uox indicat. Palladis enim ſtatua ubicunq; fuerit, palladium dicitur. Hieronymus ait Conſtantinū nudaſſe urbes, ut Conſtantinopolim ornaret, ut in foro Traiani ornando priores fecere principes, nec illic conſtitere ornamenta ſæpius irruentibus Barbaris, præſertim Getis. urbem ſuam titulis honoribus Nearomam habendam cenſuit, & lege ſanxit, illuc deductis multis antiquorum Ro. familijs, & liberam fecit, cum antea lege Seueri ſub iure Perinthiorum eſſet. XXX. imperij anno tricennalia dedit. In quibus mutata mente cum pœniteret eius quod feciſſet in affines, Dalmatium Anaualliani fratris F. Cæſarem fecit, & unà cum filijs hæredem ſtatuit. Hic Dalmatius cum imperaſſet annis III. factione Conſtantij in oriente à militibus occiſus eſt, & eodem anno multi nobiles cæſi cum Alladio prefecto præt. Cum libelli dati eſſent de erroribus quorundam epiſcoporum, manu accepit Cōſtantinus, & proiecit in ignem, aſſerēs nolle de epiſcopis decernere, ut qui in ea autoritate & ueneratione ſint, peccare nō poſſunt. Helena Auguſti mater, quæ totam ſe dederat noſtrę religioni, octogenaria diem obijt. Filius in templo duode

cim apoſtolorum condidit: ibi enim cõmune ſepulchrũ ſibi poſteriſq; ſuis fecerat. Iam ſenex Perſis Meſopotamiã diripientibus bellum indixit, paratas ad hoc opus copias eduxit, claſſeq; tranſuexit. Ipſe Sotiropolim urbem petijt, quæ Pythia ante uocata eſt, ut aquis calidis ſenile corpus foueret, uiribus pro ætate conſeruandis. Priuſq; ſe ablueret, medici pharmacon dedere. Miniſtri corrupti pretio (ut ſcribunt) ab affinibus, nocua immiſcuere, ille intrepidus poculum ebibit: poſt paulo incidit in morbum, quo ingraueſcente ductus eſt in uillam publicam prope Nicomediam. Interea Conſtantinus qui copias omnes Antiochiæ cogebat contra Parthos, cum accepiſſet de patris aduerſa ualetudine, Nicomediam aduolauit, ut pater diligentius curaretur. Medicorum fomenta nihil profuere, intrinſecus abſumente ueneno mortuus eſt, & ab Nicomedia Conſtãtinopolim regale perductũ eſt funus, comitante filio Conſtantino, & cũ genitrice ſepultus. Iulianus in oratione de Cæſaribus ſcribit, Mercurium interrogatũ à patruo Cõſtantino quis eſſet modus boni principis, reſpondiſſe, Regem oportere multa poſsidere, & multa impendere. Cõſtantinus in initio bonis principibus ſimilis: poſt bella ciuilia uelut omĩ metu liber, cõtra ius ęquitatis pleroſq; occidit, minime ſuis parcens, & liberalitatis Auguſtorũ immemor cœpit eſſe parcus, & interdum nimis tenax, gloriæ tamẽ appetens militaris. rebus gerẽdis fortunatus & felix. quod proueniſſe ex eo fertur, quoniam fidei Chriſtianæ plurimũ fauerat: mirũq; eſt cum deditiſsimus fuerit, lauacrum renaſcentis uitę in extremũ uitæ ſuæ tẽpus diſtulerit, ut exiſtimo, uolens id in Iordane, iturus contra Perſas, efficere. Baptizatuſq; eſt ab epiſcopo Nicomedienſi. Illud in eo principe laudabile memoratur, quòd ſi quos ex uulgo priuatus dilexit, opibus honeſtauit, non dignitate prætoria, aut cõſulari, uti priores principes, nulla habita honoris ratione fecerũt. Cumq; fuerit armorũ ſtudioſiſsimus, eloquentiæ expers non fuit ac philoſophiæ, & in diſſerendo ſatis accuratus. Dicere frequẽter ſolebat, pro utilitate reipub. imperatorẽ non debere labores recuſare. & partem corporis recidendam ſi remedium non admitteret: ſin contrà, fouẽdam. ea ſimilitudine notabat malos homines, qui emendari nequeũt. Vixit annis ſexagintaſex. imperauit XXXII. minus menſibus duobus. Quidam tradunt Conſtantinum orbem hæredibus teſtamento diuiſiſſe, quidam filios ſorte feciſſe.

DIVISIO IMPERII ROMANI.

CONſtantino obuenere Galliæ, Hiſpaniæ, & alpes Cottiæ, Britanniæ, Orcades, Hybernia, Thyle: Conſtanti Italia & Africa cum inſulis, Illyricum, Macedonia, Achaia, Peloponneſſus, Gręcia: C. Conſtantio oriens & Thracia, cuius caput Cõſtantinopolis. & cum eo Dalmatius imperauit, in omĩ actione patruo q̃ patri ſimilior, ſed uirtus obfuit. Nam factione Conſtantij patruelis, ut diximus, ſeditione militari interfectus eſt, cum imperaſſet annis III. neq; prohibente, neq; iubente Conſtantio: ſed credibilius eſt huius clandeſtino cõſilio facinus peractum fuiſſe. Conſtantinus qui in Gallia imperabat, minime cõtentus, legatos miſit ad fratres, petens ut fieret noua diuiſio: & cum non proficeret, poſt longas querimonias fiſus opibus Gallicanis, & equitibus Hiſpanis, & alpino peditatu, bellum ciuile contra ius & fas mouit, & primum inuaſit propinquas regiones. Conſtans tunc erat in Dacia pugnans contra Getas & Sarmatas. Conſtantinus ad Aquileiam peruenerat. Cuius in agro obuiam fiunt milites à fratre miſsi, qui conatum repellerent. & cum ille longe uiribus præſtaret, quia per ſummum nefas arma ceperat, incautius cõgreditur, lapſuſq; eſt in inſidias, quibus exercitus circumuentus in medio cæditur. Equus principis, uulnere ictus ſeſſorem Conſtantinum deiecit. Cum iaceret humi ſine purpura incognitus, multis ictibus cõfoſſus eſt. Imperauit triennio nondum finito. Vixit annis XXV.

COnſtans poſt meritam cædem fratris omni conatu ſuperatis alpibus, Galliam intrat, uarioq; euentu pugnans biẽnio partem fratris aſſecutus eſt. Præfuit aliquandiu ut bonus rector. poſt ſiue debilitate naturæ, ſiue amicis ſuadentibus, animum ad delicias flexit: ex quo in leues articulorum incidit ægritudines quæ hominem reddiderunt difficilem, moroſum, auſterum: unde factus eſt prouincialib. grauis, & militibus illiberalis: ea cauſa ſeditionem peperit. Erat in exercitu Magnentius comes ordinum Auguſtæ, urbs eſt Germanię. conuiuium militibus exhibuit à mane ad ueſperas more gentis

gentis: inde cubiculum ingreſſus, ſtatimq́ egreſſus eſt indutus purpura, multis ſatelli tibus cinctus. qui conſcij non erãt, coacti ſunt aſſentiri, abijtq́ cum omni turba in prætorium & donatiuum dedit: poſitis cuſtodibus cauit ne quis rem aperiret aut referret. Conſtans quærens mitigare tædia articularis morbi, ubicunq́ fuiſſet uenatibus operam dabat, & ad ſiluas diuertebat, ubiq́ cum formoſis puſiunculis ludebat & bacchabatur, etiam fruens illorum tenera ætate. Ad eum miſsi percuſſores, qui inſidiarentur, offenderunt Conſtantem uenatione feſſum quieſcentem: ingreſsi tentorium nihil tale cogitãtem interficiũt. Quidam dicunt eum uigilem cognouiſſe parricidas, & abijſſe in propinquum templum, & inſignia imperij depoſuiſſe, & ab altaribus tractum cæſum fuiſſe. Scribunt eius horoſcopum inſpectum à mathematico, qui dixit periturum gremio genitricis. nam Helena auia, mortua Fauſta matre Conſtantini, filios nutriuit, ut parens. Conſtans occiſus eſt in oppido haud longe ab Hiſpanijs, cui Helenæ nomen erat. Conſtans ſi exemplo Ciceronis didiciſſet, non armaſſet in ſuam cædem Magnentium. Popilius Lænas reus capitis M. Tullio defenſori caput abſcidit. Magnentius ſeruatori ſuo mortẽ intulit. Nam cum milites exorto tumultu in Illyrijs occidere uellent, obiecto paludamẽto imperator texit ac ſeruauit. Diſcant igitˋ qui legerint, illorũ miſereri, & illos tueri quorum uirtutes cognitas habeant: aliter pœna quam illi propter flagitia meruere, in defenſorum capita reſilit. Pauci præterea reperiuntur qui norint gratificari. Vixit Conſtans annis paulo plus XXX. Imperauit XIII. Milites trucidarij & cõiurati, Magnentium imperatorem ſalutãt. Cum hæc nunciata eſſent, Romæ Nepotianus imperator à populo & Mirmillonibus factus. Heraclides ſenator fautor Magnentianæ factionis populum decepit, factaq́ proditione Nepotianum Auguſtorum ſororis filium, quem gladiatores cingebant, ſimulans uelle cum eo loqui, obtrũcat. Caput pilo fixum per urbis itinera deportatũ eſt. Imperauit dies duodetriginta.

MAGNENTIVS

Magnentius comes duorum ordinum dolo imperator factus, Conſtantis nomine literas ſcripſit ſub illius ſigno ad eos qui præerant uel cohortibus, uel urbibus, qui ſtatim ad imperatorem uenirẽt: quos in itinere cædi iuſsit, ut non eſſet qui motum faceret. iam & Roma ceſſerat: eius enim factio plurimũ ualebat. Conſtantius tunc in oriente aduerſam fortunam contra Perſas experiebatur. Igitur ingenti agmine Italiam petit, & Mediolani diu immoratus, fratrem ſuum Decentium Cæſarem fecit, miſitq́ cum exercitu uti Gallias tueretur. iamq́ tota Italia & Africa Magnentij erant. Factio Illyricorum duce Britannione cum nouo imperatore ſentiebat. ad Conſtantium legatos miſit cum literis, uti oriente & Thracijs contentus eſſet, qui nihil reſpondit. Conſtantius Gallum patruelem Cæſarem fecit, & reliquit in oriente. ipſe Heſperios petijt ulturus fratris cædem: ſed ne ſua Roma bello ciuili uexaretur, miſit ad Magnentium, concedens Galliam ſi arma deponeret. Tyrannus ſperans uincere, non paruit. ideo ambo ad pugnam ſe parant. Magnentio priuſquam congrederetur, maga conſuluit uirginem iugulare, & cruorem uino miſcere, potandumq́ militibus præbere (mos eſt immanium Barbarorum cum aliquid ſecretius agunt) ipſa interea carmina peragebat: poſt hæc profana ſacra, fit pugna utrinq́ magnis copiarum uiribus ad Murſam. uicit Conſtantius magna hoſtium & ſuorum ſtrage. uerum hoſtes ad multã partem noctis cæſi. Tyrannus dimiſſo equo & inſignibus in habitu equitis aufugit, equum ſuum reliquit: ut qui uiderent, exiſtimarent ſeſſorem eſſe mortuum. Victor imperator die ſequenti conſcendit tumulum, ex quo tota planicies conſpici poterat: quam cum uidiſſet repletam cadaueribus, ingemuit. cæſa fuere ſupra L IIII millia pugnatorum. omnes cæſi iuſſu principis ſepulti ſunt: qui uero uulnerati non perierant, uictoris beneficio curati & conſeruati. Exercitus tyranni fuit ex XXX millibus. Conſtantij uero LXX millia pugnatorum habuit. Periere illinc XXIIII, hinc propè XXX. Ea pugna attritæ fuerunt imperij Romani uires. nam ij qui cæſi, & numero & robore ad quæuis externa bella ſatis fuiſſent. Magnentius poſtquam in tutum locum ſe recepit, reliquias profligati exercitus collegit, & nouo milite ſuppleuit, cupidus rurſus aleam dimicationis tentare, & priuſquam experiretur, miſit unum è ſenatoribus grandem

natu ad Conſtantium, quòd uellet omnibus, præterquam Galliæ. Conſtantius hominem reiecit, opinatus illum ſpeculatorem ueniſſe. Poſt miſit epiſcopos, nihil prouinciarum quærens, ſed tantum ut liceret militare ducis titulo, quibus nihil reſpōſum eſt. Quod cum accepiſſet exercitus tyranni, pleriq; milites adierunt ad uictorem. Tyrannus intelligens ſibi dimicādum fore, exercitum ex copijs Gallicanis reparauit, miſitq; dum milites cogeret, aſſuetum parricidam multis pollicitationibus Antiochiam, qui Gallum confoderet, ut illo cæſo Conſtantius relictis rebus Heſperiæ cogeretur orientem petere propter Perſas. Cum trucidarius Antiochiam perueniſſet, domum cuiuſdam uetulæ diuertit appoſitam fluuio Oronti, qui labitur per eam urbem. Orontes antea dictus Ophites, poſt ab filio Cambyſę regis Perſarum ibi ſubmerſo uocatus Orontes. Hic in cœna poſt uina rem communicauit cum paucis, quos inuitauerat, minime expaueſcens mulierem ætate confectam. illa clàm ſe proripuit, & quod audiuerat, ad Gallum retulit, qui ſtatim omnes comprehendi iuſsit atq; necari, ubi quæſtionibus ordine ſuo negocium aperuerunt. Magnentius quia tale conſilium irritum fuerat, rurſus præliari ſtatuit. Victusq; eſt, & aufugit Lugdunum. Comites ut uictori grati eſſent, conſilium ineunt tyrannum capere, & Auguſto tradere. ille ubi ſe cuſtodiri cognouit, cum fugæ locus deeſſet, furorem ſimulauit, & primum fratri Deſiderio uulnera intulit, quæ non fuere letalia, poſt interfecit quoſdàm amicos, tandem ſe confodit. hic exitus fuit ingrati hominis. Decentius Cæſar, qui Gallias tuebatur, audito fratris caſu, ſibi metuens, laqueo apud Senonas uſus eſt. Deſiderius acceſsit ad Conſtantiū, ab quo liberaliter exceptus eſt. Geruntium Magnentianæ factionis comitem, exilio uictor mulctauit dum in Gallia eſſet.

BRITANNION

BRitannion ante tyranni pericula, quo cum conuenerat, imperator ab Illyriciano exercitu appellatus Murſæ, quo tempore & Nepotianus Romæ, poſita purpura & Gallica ueſte indutus, Conſtantium adijt: & obuius uenienti factus in Thràcia, obuolutus pedibus ueniam petijt & impetrauit. Imperator ſenē ducē amplexus, patrem eum uocauit, & cœnæ adhibuit, ab quo multa de Magnentio intellexit. Deinde iuſsit abire Pruſiada Bithyniæ caput, & propinqua oppida uoluit ut ad uictum ſenis contribuerent, qui plures miniſtros ſecum ducens, illic magna quiete uixit annis ſex, pòſt deceſsit.

SILVANVS

SIluanus Bonitij F. in Gallia natus, qui bello Liciniano clarus ſub Conſtantino, tribunus ſub Magnentio fuit, pòſt defecit ad Conſtantiū, ab quo miſſus in Galliam eſt. Imperator uero qui calumnijs aures facile præbebat, ſucceſſus eius ſuſpectos habuit: quærebat igitur inſidijs circūuenire. Siluanus ubi accepit, pro concione queſtus eſt, ita à militibus Cæſar appellatus. Ad hunc motum opprimendum mittitur Vrſicinus, qui pecunia tribunos Siluani corrupit ut occiderent. Agrippinæ igitur de induſtria facto tumultu cæſus eſt: cuius cæde tam magno gaudio exultauit Conſtantius, ut ferè inſanus haberetur. præfuit paulo plus duobus menſibus.

GALLVS

GAllus natus eſt in Maſſa Veternenſi, patre Cōſtantio, fratre Magni Conſtantini, matre Galla, Rufini & Cerealis, qui cōſulares erant ſorore, ac liberaliter educatus, feros mores uincere nō potuit. Profectus ad orientē conſedit Antiochiæ, ubi ſtimulante uxore om̄e genus ſæuiendi expertus eſt. Illud uero nefandū & abhorrēdum: noctu cū ſatellitibus incognitus errabat per lupanaria & tabernas, explorās ſubmiſſa uoce Græco ſermone, quid de Cæſare ſentirent, & notabat ſingulos qui oblocuti fuiſſent: poſt aliquo reperto figmento trucidabat, quod antea in urbe Roma feciſſe Gallienū memoriæ proditū eſt. utrunq; uxoris ſtimuli exagitabant. miſſus eſt ad eum Domitianus præfectus præt. ab imperatore, qui de ſceleribus Cæſaris iam ſenſerat, uti cum Gallo ſecretius ageret, & perſuaderet uenire ad principem. quod cum parum

proficę

proficeret, addidit mandata & minas: indignatus Gallus hominem comprehendi iuſsit, & cuſtodiæ tradidit. Montium etiam quæſtorem, qui tale facinus non probabat, coniecit in uincula: ſuadente uxore ambos per forum tractos & uerberatos in fluuium proijci mandauit. Quod ubi accepit imperator, miſit qui Gallum adducerent. Ille uxorem Conſtantiam ire ad fratrem iubet, placaturam eius indignationem, & hęc in itinere deceſsit. Cuius morte audita Conſtantius edicto Gallum dignitate priuauit, exilio damnat: & ne longius rem protrahat (omnem autem eius ſecuritatem in morte Galli poſuerat) percuſſoribus mandat iuuenem obtruncare. Hi fuere Seruianus reus maieſtatis, paulo ante abſolutus, & Pentadius notarius, & Apodemius, qui prenſo Gallo & uti noxio manus poſt terga reuincto, ceruicē abſciderunt. In foro truncus relictus eſt. Poſt paulo quàm illi miſsi ſunt, pœnituit imperatorem, & deſtinauit citiſsimos qui prohiberent, & ij retenti fuerunt ab Euſebio eunucho. Is eñ erat præpoſitus cubiculi, cuius cōſilio princeps ferè omnia agebat, quāuis Gallus meruerit pœnas dare. Imperauit annis IIII. Vixit unde XXX. Conſtantiæ corpus delatum ad urbem, & in ſuburbano uiæ nomentanę poſt primū lapidem ſepulchro maiorū illatum eſt. Conſtantius in oriēte aduerſa fortuna res geſsit, hoſtis enim ſemper ſuperior fuit. Anno xi. imperij Perſica palma præcepta ſemel eſt temeritate militū ad Singarā. nā octies cum hoſte congreſſus, & in hoc prælio cum uictoria pro eo ſtaret, ad hoſtes tranſiit nō ſine graui uulnere. amiſſa eſt Singara & Bizabda & Amida. cum accepiſſet de fratris cæde dubius agebatur, permaneretne cōtra acerrimos Perſas, an ad uindicandā Europam remearet. Sapores Armenias uexabat. Iamq; Niſibin obſedit, quam urbem Luculli arma iuris Ro. fecerāt. quo tēpore Mithridates Ponticus ad opem Tigranis ſoceri cōfugerat. Niſibis urbs eſt Mygdoniæ, ſic appellauere ꝓxima Syriæ Macedones, à noſtris dicta Antiochia. huic cum capta fuit à Lucullo, præerat Guras Tigranis frater, quem Romanus dux apud ſe honorifice tenuit. Barbari Niſibin, Antiochus Antiochiā nominauit. Expugnandæ urbi intentus Sapores bellica tormenta admouit. Alueum fluuij qui mediam ſecat urbem, aliò ductis foſsis deduxit: ſed ex hoc non obfuit propter frequentes illic fonteis puteosq;, qui ſatis ſuppetebāt. Cumq; hoc non procederet, occluſit meatū fluminis, deinde emiſit, unde impetus aquarū ſubuertit partem mœniū. Niſibenſes noctu citiſsime obſtruxerunt tabulis, trabibus & terra. Cū illuxit dies, rex uetitus ab expugnatiōe re infecta mœſtus abijt. Niſibēſes muros inſtaurauere. in hac expeditione rex amiſit XX. milia hominum. Maſſagetæ abſentia regis ex ſuperiore parte Perſida inuaſerant abigentes prædam. rex regno tuendo properauit. Conſtantius ſubſidiarios milites miſit, Niſibin & mœnia firmari iuſsit, inducias cum Sapore fecit, & priuſquam Europam peteret, Gallum patruelem Cęſarem pronunciauit, iunxitq; ei matrimonio uxorem Conſtantiam ſororem ſuam, præfecitq; copijs orientis. Ipſe contra tyrannos properauit, & pacem ubiq; fecit. & cum undiq; in Europa late uictor eſſet, ſedatis bellis ciuilibus, ludos Arelatæ dedit ante vi. iduum Octobr. Quo die imperium ſumpſerat, Italiam uenit, Mediolani cōſtitit: & inde ut Gallijs ſubueniret, Iulianū patruelem adoptauit, miſitq; in Gallias cum paucis militibus: ipſe petijt urbem comite Ormiſda regis Perſarum filio. nobilitatē urbis & maieſtatem admiratus eſt. Nobilitatem ſtans audiuit, uulgus ſella curuli ſedens in foro. & quoniam hoſtes præter Perſas deerant, ſuis manibus ſcripſit, Conſtantius totius orbis dominus: inſanior Domitiano, qui inſcripſit, Dominus & deus ueſter Domitianus. huius ęmulus cœpit odio habere uiros claros. cum opera urbis intueretur, ardor inceſsit ſtatuam equeſtrem erigere ſimilē illi quæ Traiani erat, in eius atrio: & Ormiſdæ qui ponè ſequebatur, mentem aperuit. At ille ſubridens reſpondit, prius oportere ſtabulum fieri molis equi capax. Imperator conticuit. Locus admonet de Ormiſda inſpicere. Narſes plures habuit more Perſico uxores, ex illuſtrib. ſuſcepit Adarnaſſem, Ormiſdam & Narſen. Ex humilis generis uxore, uerum ſupra cæteras formoſa, genuit Saporem. Adarnaſſes ſucceſſurus erat, quia maior natu, ſed coronam non aſſecutus eſt ob ingenitam ſæuitiam. Meſopotamij tentorium ex corio camelorum intexto auro arte Babylonica, dono miſerunt ad Narſen. filio dedit Narſes, & interrogauit an placeret. Reſpondit Adarnaſſes, magis ei placere ſi imperaret, quòd ex hominū corijs longe pulchrius facturus

ɖurus eſſet. huius uocis memoria, & alia crudeliſsima quę in initio regni fecit, regnum abſtulit. Itaq; omnibus præpoſitus cõmuni conſenſu Perſarum Sapores: qui cæſo illo Narſen fratrem luminibus priuauit, Ormiſdam in uincula compegit. Huius uero mater & ſoror & uxor, corruptis pecunia cuſtodibus, carcerem ingreſſæ limam iuueni dederunt, quam ſecũ tulerant. quo inſtrumẽto fibula compedum diſſoluta eſt. Vbi opus peregit, illæ pingue cõuiuium cuſtodib. exhibuere: qui dum cibo & potu graues quieſcunt, Ormiſda aufugit, & in caſtra Romanorũ uenit ultimis Conſtantini Magni annis. Sapores re intelleɖa uxorem ſequi maritũ iuſsit. Ormiſda bello ciuili à Conſtantino præpoſitus eſt turmis equitum. Fuit enim uir fortis ac certus iaculator, nunquam iaculũ fruſtra emittens, ante deſignans quò eſſet iaculaturus. Bellis Europeis eius claritudo om̃ibus nota fuit, & magnam ſibi laudem propagauit. Conſtantio redeunti ad orientem, legati Saporis occurrunt ad Sirmium, petentes reſtitui Meſopotamiam & Armenias, aliter pax non eſſet. Conſtantius Auguſtus ad hæc reſcripſit, Perſas ſeruiſſe Macedonibus, & Macedonas ſeruire Romanis: hac ratione iniuria petis. Meſopotamiam maiores noſtros cepiſſe, Perſas irrupiſſe latronum occupantium more: Armenias ceſsiſſe Romano imperio uiɖo Tigrane, cõtra quem iuſtum bellum geſsit L. Lucullus, qui Mithridatẽ hoſtem populi Ro. hoſpitio & affinitate fouẽdum exceperat: & ipſum Mithridatẽ nulla contumelia laceſsitũ, ſponte iniurijs ac cædibus affeciſſe Romanos: & Perſas irrupiſſe ſæpius in Armenias, & à patre tuo Narſe non bello occupatas, ſed inſidijs interceptas. Qua de re deſine hæc petere quæ noſtro iure tuemur: pacem quam petis minime, ſed cõditiones eius recuſamus. Sapores leɖis literis bellũ mouit, Niſibin fruſtra obſidione tẽtauit: nam inde repulſus eſt. Poſt in alias urbeis profeɖus, tantũ Amida potitus eſt, quæ nõ ſatis firmo præſidio tenebaſ. eam ſolo æquauit. Ea res coegit Conſtantiũ conſortẽ eligere, cenſuitq; acceſſiri Iulianũ patruelem, Galli fratrem, quem adoptauit pro cõcione ad milites, & Cæſarẽ fecit. Non me præterit qui ſub Conſtantio militarunt, ſcribere Iulianũ adoptatũ fuiſſe in Gallia ciſalpina propter irruptionẽ Germanorũ, qui Gallias uaſtabant, ut ab rapinis hoſtilibus Gallias, quas præcipue amabat, liberaret. Alij ſcribunt Athenis adoptatum. ubicunq; fuerit, aſſenſu militari purpurã induit ante diem VIII iduũ Nouemb. Arbitione & Lolliano COSS. & Galliam miſſus, priuſquam proficiſceretur, Helena Conſtantij ſoror ei iunɖa matrimonio eſt. & quia periculum imminebat, Calen. Decemb. egreſſus cum exiguo ſupplemento, deduɖusq; eſt per aliquot millia paſſuũ ab Aug. maturauitq; iter Taurinos uerſus. Ferunt conſilio Euſebij quærentis perdere totũ genus Conſtantini, paucos milites fuiſſe datos Iuliano, ut ab hoſtibus occideretur: quod illud præcipue indicat, quoniam obſeſſo apud Senonas auxilium non miſit. Secus euenit: re enim bene geſta in Gallijs ſæpius hoſtes profligauit, ultra Rhenũ coegit, multos captiuos abduxit. XI. ferè millia noſtrorũ, qui belli iure ſeruiebant, ab Alemannis recepit, & prope Argentoratum urbem Galliæ totum ferè Alemannorũ exercitum perdidit. Iam inde Barbaricæ cladis monimentum habuit, quod niſi contigiſſet, urbs minime nota in obſcuro eſſet. & præter omnium opinionem, in ſolo hoſtili multa pręclara geſsit. Cumq; eius ſucceſſus felix haberetur, nõ caruit calumnijs apud Auguſtum. & erant qui appellabãt eum loquacem talpam, alij purpuratã ſimiam, alij græcanicũ literionẽ: & erant qui mollem Aſianum Græculumq; fallacem, & ſub ſpecie ſapientiæ ſtolidum. Conſtantij enim aures ad fidem præſtandam faciles pronæq; erãt. quod cum ſciret Iulianus, ægre tulit, & metuit ne idẽ ſibi, quod Gallo fratri, eueniret. ideo iam tunc cœpit cautior eſſe: & poſt uiɖoriã ingentis pugnæ cum hoſtiũ peremptorũ magni aceruí eſſent cadauera in fluuiũ proieɖa, concordi aſſenſu uiɖoris exercitus uocatus eſt imperator, & inde Auguſtus. nomen Auguſti pertinaciſsime renuit: hinc tumultus militũ fuit, nudatis enſibus cogentium meritum cognomen accipere. Itaq; ut illi quieſcerent annuit. nõ reperiebatur diadema, facere tentauerũt ex mundo muliebri. Iulianus uetuit, aſſerens nõ eſſe boni euentus auguriũ. Tribunus coronam attulit non longe differẽtem ab corona, quæ ſolet in xyſto uiɖoribus dari. Marcellinus ſcribit Maurum comitẽ ordinis detraxiſſe ſibi torquem: draconarius enim erat, & capiti principis aptaſſe. Poſt uero uſus eſt diademate micantibus gemmis exornato. Fœdus cum Alemãnis percuſsit, illis reſtituen

tibus

tibus ablata. Deinde miſit ad Conſtantium Pentadium quendam magiſtrũ copiarum cum literis, in quibus erat tantummodo Cæſaris titulus. Summa literarũ hæc fuit: Milites ſæpius uictores, & qui diu pro repub. pugnauerunt, ut præmia laborum & diuturni ſudoris petere poſſent, me licet repugnantem, imperatorem appellauere. Non ignoras antiquæ conſuetudinis eſſe, qui ſub ducibus ac Cæſaribus militant, non licere præmia Romano iure poſcere: quia ea cauſa iuſta cẽſeri debet, te exoro, qui communis es parens, ut æquo animo ad cõmunionem imperij me patiaris, ne miſeri milites fruſtra effudiſſe ſanguinem uideantur. Addebat in fine ſe polliceri miſſurum certatores equos ex Hiſpanijs, & promptos milites ex Gallijs. id quidem erat annuum tributum. Erat Conſtantius cum accepit epiſtolam Iuliani, Cæſareæ in Cappadocia, ultra ſolitum excanduit. Cæſarea ante dicta Mazaca, eſt poſita in radicibus Argei montis. & nihil reſcribens, edixit expeditionem contra Perſas, pro qua orientem petierat, ita ſuadentibus qui utilitatem Reip. quærebant. eius animus cum legit literas, præceps fuit uertere copias contra Iulianum. poſt paulo legatos placide abire iuſsit, quibuſcum miſit Leonam quæſtorem cum mandatis, cui & literas dedit: in quibus admonebat iuuenem, ut Cæſaris nomine cõtentus, Auguſti maieſtatẽ poneret. Leonas Parrhiſiis exceptus honorifice eſt. Et poſtquam in campũ cum armata multitudine ſtans pro tribunali uelut concionaturus, literas imperatoris legit, cum uentũ eſt ad Cæſaris nomen omnis turba clamitare cœpit: Iuliane Auguſte ſalue, Iuliane Aug. dij te ſeruent, Iuliane Aug. dij te ſoſpitent. Poſtea unum ex his quæ mandauerat Conſtantius, actum eſt, hoc eſt, Nebridium præfectum prætorio factum, ſubmoto Florentio. & hoc minime proceſsiſſet ni Iulianus ex ſua ſententia prouenire diceret. Iulianus, ne ardor militum frigeſceret, legatos rurſus ad Conſtantiũ mittit, ipſe profectus eſt ad limites Germaniæ. Imperator interea accerſiuit Arſacem regem Armenię, uti fidus cum Romanis perſeueraret, neu fallacijs Perſarũ animaduerteret. poſt miſit ad reges Tranſtigritanos, ut in fide permanerent, ne deficerent ad Perſas. Iulianus ordinatis in Germania rebus, ſtatuit Viennæ hyemare. Non deſunt qui ſcribant mandatum fuiſſe Leonæ, ut obijceret beneficia imperatoris Iuliano, ut homini ingrato: & illum queſtum etiã de Conſtantio de cæde parentum ac fratris, & inuocaſſe ultores deos, deinde iuſsiſſe abire omẽs ab exercitu qui dicta Conſtantij probarent. At uxor Conſtantij Auguſti moritur, & ducta eſt Fauſtina, utraq; forma pulcherrima. ſed illa mœſtitia ac dolore interijt impotentia genialis thori. Cum ad bellum ciuile Iulianus ſe pararet, exiſtimans Conſtantium nunquam ad concordiam uẽturum, uxor eius Helena moritur. Iuſsit corpus Romam perferri, & ſepeliri in ſuburbano Nomentanæ uiæ, ubi antea Conſtantia ſoror ſepulta erat. Falſum eſt quod iampridem uxorem expulerit, quæ caſtiſsima erat. Iulianus fertur dixiſſe militibus, ut ſe pararent contra Conſtantium, priuſquã ille aduerſus ſe moueret impetum. In ipſa expeditiõe, quia multi erant in exercitu Chriſtiani, iuſsit uti quiſq; coleret quos uellet deos. Ipſe uero, ne ab fide abhorrens animos militum alienaret, ingreſſus templum in natali ſaluatoris: ut alij dicunt, in ſolenni epiphaniæ, & unà cum cæteris adorauit, & diuinis rebus interfuit. Poſt ut ſe corrigeret, dicebat ſe properare ut coniungeret exercitus, & præſciret quo die eſſet imperator moriturus, ut per nocturnam quietem præmonitus erat, quando uocem audierat, cum Iupiter erit in fine aquarij, & Saturnus in XXV parte uirginis, Conſtantius dominus Aſiæ morietur. Cum ex Antiochia perueniſſet Tarſum imperator Aug. ut Iuliano obuiam iret, incidit in febriculam ſemper æqualẽ, ratusq; eſt geſtatione aboleri. uectus lectica eſt per inuia itinera uſq; ad radices Tauri montis. ibi in ſtatione quadam, que appellatur fons Mopſi, Græce Mopſocrenis, intrinſecus exurẽte calore, febris aucta eſt, adeo ut corpus tangi non poſſet. Hic cũ deficeret, ſucceſſorẽ ſtatuit Iulianũ. poſt paulo mortuus eſt ante tertiũ nonas Octob. Vixit annos XL. & paucos mẽſes. Imperauit an. XXIIII. Iulianus ubi accepit de morte Cõſtantij, citiſsime petijt Cõſtantinopolim. Corpus principis conditũ in loculo, Iouinianus qui poſt imperauit, domeſticorũ protector, cum regia põpa Conſtantinopolim perduxit, & ſepulchro maiorũ intulit, interq; diuos relatus eſt. Prope finem uitæ ſe palam accuſare ſolebat, quòd occiſor ſuorum fuerit, quòd Iulianum Cæſarem feciſſet, & quòd in noua credulitate numinum eſſet. Natura debilis ad coitum fuiſſe traditur

traditur. in uictu parciſsimus: lata lege uetuit phaſianum & ſumen conuiuijs inferri. nunquam ſpuiſſe memoratur. In iudicijs iuſtus & moderatus, ſi ſecretiores conſultores non habuiſſet. ad iram tardus, bellis ciuilibus fortunatus, Perſicis ſemper infelix. Sarmaticis uarius: bis Sarmatici cognomen inſcripſit. Nam cum Sarmatis, Dacis & Quadis fœdera feriret, & in ſuggeſtu orationem haberet, barbaris male audientibus quòd ad hoc opus aſſueti non erant, unus è Quadis ſeceſsit, & ſtercore alterum è calceis repleuit, ſub ueſte tulit. & propius accedens in uultum cōcionantis proiecit. Id dedecus mereri puto, qui inter ruſticos aut philoſophari, aut rhetorice loqui uolunt. In fide ſemper fauit Arrianis, quorum cauſa ſynodum habēdam præcepit, ſtatuta eſt conuentus dies. Imperator indignatus erat, quòd mandauerat Alexandro epiſcopo nouæ Romæ, ut in communionem exciperet Arrium cum tota factione, & Alexander negauerat, qui proſtratus orabat ne ſineret deus à pernicioſo lupo ſuum ouile corrumpi. Tempus appetit. Arrius cum argumentoſis ſyllogiſmis ingreſſus eſt, fauente Euſebio Eunucho. & in initio priuſquam pudēdum os ſolueret, correptus cœliaco dolore, ſeceſsit ut onus uentris deponeret: & cum niteretur ui expellere, unà cum ſtercore animam emiſit. Hūc finem meruit homo perfidus ac malignus, qui uenenū in urbe dei latius ſeuit, aconito uehementius: unde geniti in fide ſaluatoris ignes inextinguibiles, quibus Aſia, Africa, & bona pars Europæ fidelibus & iuxta credentibus ereptæ ſunt. Præfuit Alexāder annis xxiij. Succeſsit Paulus homo iuſtus, quē Conſtantius conſilio Euſebij Eunuchi ſubmouit, & in eius locum ſubrogauit Euſebium epiſcopū Nicomedienſem militē Arrij. Paulus ad urbem Ro. ſe contulit, petijtq; ab epiſcopi Ro. autoritate reſtitui in ſuam dignitatē: & quoniam uitæ ſanctitas merebatur, ab Iulio pont. in ſedem reſtitutus eſt. Conſtātius indignatus, hominē exilio prius mulctauit: deinde minime contentus, interfici iuſsit. Qua de re hæretico Arriano ſucceſsit Macedonius Arrius. Hoc in loco digredi nō ineptum putemus, ut ſcilicet oſtendamus epiſcopum Ro. caput catholicę fidei ſemper fuiſſe. Roma ipſa terrarum dea, & gentium regina poſcere uidetur dei ſedes & imperij generis humani. Sed ubi noua Roma præſentib. Auguſtis lacertos extulit, abſentia principum noſtra Roma paululum imminuta: utraq; tamen urbe principatum ſibi uindicante, neſcio quo fato, pręfectis obtēperauimus, & aliquando Auguſtulis, & ſæpenumero regibus Gotthorum. Itaq; per ea tempora epiſcopalem maieſtatem, nutibus imperatorum Conſtantinopolis ſibi uſurpauit. Nos uero non ceſsimus, ſed paſsi fuimus ne ira principum obeſſet, qui urbis ſacratiſsimæ dignitatem Barbarorum prædæ reliquerant. res non potuit diu differri. Phocas imperator totius maieſtatis decus iniuria ablatum reſtituit, & publico decreto ſanxit: nam pleriq; epiſcopi Conſtantinopolitani male uſi autoritate, prauis opinionibus fidei ſimplicitatem turbauerant. Romani uero pont. ſemper habiti orthodoxi & iuſtiſsimi, ut ipſi Græci in hiſtorijs tradiderunt. Epiſcopus igitur Ro. & diuino iuſſu, & humanæ rationis uinculo, generis humani parens & princeps eſt. Nam illud perpetuo manſurum quis dubitat? Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Conſtantius eques optimus & certus iaculator, eloquens, & carminibus componendis aptus: quòd fuit in ſuos ferus, nō caruit exemplis, quòd ſic feciſſet Caligula, Domitianus & Commodus, & F. Seueri Antoninus: in cæteros & Gallienus, qui tormentis adigebat homines fateri quod uellet. In Gallijs & Pannonijs triūphales arcus erexit, magno prouincialium diſpendio.

FL. Cl. Iul Iulianus natus eſt Conſtantinopoli, patre Conſtantio Conſtātini fratre, matre Baſilina nobiliſsima fœmina: forma liberali, ingenioq; ad literas et ad arma ſatis accommodato. Mater grauida ſomniauit ſe parituram Achillem: excitata, marito narrauit. peperit antequam pariendi tempus ſentiret. hinc parentibus bona ſpes de filio fuit, datusq; eſt & initiandus & erudiendus Euſebio epiſcopo Nicomediæ. Primo bonæ indolis puer apparuit. utinam non habuiſſet rhetorem Libanium, ab quo ita inſtitutus eſt, ut prætermiſſa ueritatis cognitione, puerilem animum ad antiquorum credulitatem flexerit. Itaq; ſub illo immutatus eſt, Mercurium præponens cunctis. non caruit tamē in cæteris laude: ſimilis exiſtimatus Tito, ut frater Gallus Domitiano, bellorum ſucceſsibus cōparatus Traiano: res ei fuit cum ferocibus Germanorum populis,

ut Traiano

ut Traiano contigit, nondum principi: clemētia Antonino, moderatione M. Aurelio, literarum ſtudio magnis philoſophis. Cumq; his aſuetus, ſoporiferę quieti multum detrahens, inſomnes noctes aliquando, cum utilitas Reipub. poſceret, ducebat: & muſis uigilias impendebat: nulloq; adhibito remedio, minimo ſtrepitu excitabatur. Philoſopho uenienti ſtatim occurrebat, ne ab literatis ruſticitatis reus citaretur. memoria plurimum ualuit: in rebus gerendis optimos imitabaт̃ principes: in re uenerea citra omnē ſuſpicionem uixit: modeſta liberalitate ſemper uſus: eunuchis & pantomimis & morionibus nihil unquam largitus. Illud incredibile dictu, poſtquam ſolus imperauit, hoſtes pop. Rom. intra ſuos terminos ſe continuerunt, & in laudes noui principis accendebantur. Reſtabant profligandi & domādi Perſæ. itaq; cum ingenti apparatu egreſſus Conſtantinopoli, tranſmiſſo Boſphoro, à Chalcedone Nicomediā proceſsit, quæ olim regia & ampla urbs ædificiorum ſumptibus, terræmotu corruerat: memor quòd illic educatus erat, ingemuit: per Bithynos Gallogræciam uenit, & inde Antiochiam Orontis petijt, orientis apicem. & cum loci ſitus omnes ad uoluptatem inuitet, princeps ibi ſuapte natura continentiſsimus fuit. ex eius imperandi ordine iuſtitia è cælo ad mortales redijt. Iulianus quartum inijt cōſulatum, adſcito Salluſtio collega, quem præfecerat Gallijs præfectum. cum uer appeteret, Hieropolim uenit, hinc in Meſopotamiam ſigna commouit, poſt peruenit Circuſium (ferè inſtar inſulæ inter Euphratem & Xaborectorā amnes poſitum eſt) quod Diocletianus mœnibus amplificatum, excelſis turribus circūdedit. Hic moranti allatæ ſunt ab Salluſtio literæ, ut expeditionem in Perſas differret, & dijs uetantibus cederet. Sed quis fato repugnat? tranſgreſſus flumen, pontem auelli iubet, Zaitamq; uentū eſt, ubi Gordianum imperatorē exercitus tumulo intulit: quem Licinius hoſtis bonorum euertit. Iulianus ubi hoſtes propere adeſſe intellexit, concionē habuit, afferens maiorum noſtrorū exempla, initium faciens à Ventidio uſq; ad Maximianū, quòd ferè omnes rediere laureati, præter Gordianum & Carum: ille inſidijs mortalium, hic ira deorum ſublatus. hoſtes à prælio abſtinuerunt. Ipſe Aſſyriam depopulatus, urbeis, oppida partim ui cepit, pleręq; deditionem fecere: uictorq; cum ingenti gloria profligato exercitu hoſtili, uſq; Cteſiphontem peruenit. Caſtra aliquamdiu illic habuit cum exercitu ſatis lecto. dum remeat, facem ſereno uidit cœlo. aruſpices Hetruſci uetabāt quicquam tentandum, quia ſignum erat infelix. Iulianus & hoc contempſit ut ante Salluſtij monitus. poſtquam illuxit, caſtra mouit. Perſæ ſæpius afflicti terga inuadunt, & priuſquam laborantibus ſubueniretur, hoſtilis ex improuiſo globus in cataphractos irruit. Sic mos Parthorum ut confuſos cedant. dumq; imperator incautius ſeſe infert, uulnus excepit. emiſſa haſta incerti militis, tranſmiſſo brachio & coſtis, hæſit fibræ iecinoris: dum auellere conaretur, ſcidit digitorum neruulos: prolapſus in ceruicem equi, ueloci curſu in caſtra relatus eſt. adhibita fomenta paululum dolorem leniuere. poſcit equum & arma, ut prælium reuiſat: cum ſpiritus deficeret, concionem habuit, diſſeruitq; mortem eſſe ſummum præmium. Petijt inde quid ageret Anatolius. Salluſtius reſpondit, Beate degere. ingemuit amici caſum, quòd interfectus eſſet. circūſtantes qui dolore conciti deflebant, ſua autoritate caſtigauit, turpe quidem principem ſideribus conciliatum lugere. inde cum philoſophis ſermo ei fuit de immortalitate animæ. Epotaq; frigida aqua uita ſolutus eſt, annum agens alterum & XXX. ante ſextum Calend. Iulij. in ſuburbana uilla agri Tarſenſis Iulianus ſepultus eſt, & in diuos relatus. ſucceſſor ſi uixiſſet, decreuerat nobile ſepulchrum. Homo ſtatura exigua & gracili, maieſtate conſpicuus, inter ueteres heroas connumerandus. ampliando imperio, & reipub. gubernandæ ſatis idoneus, ſi fata commiſiſſent, ore & manu (ut inquit ille) conſultor patriæ. imperauit ſolus annum unum, menſes ſeptem, ab eo quòd Cæſar fuit annos ſeptem. Corpus Procopius Tarſum uſq; perduxit, & tumulo dedit. inde abijt, & nuſquam niſi ex improuiſo Conſtantinopoli purpuratus apparuit. Mirum creditu, Barbaræ nationes eum plurimum diligebant, à militibus adeo obſeruatus, ut in creando nouo principe Iuuianum legerint, ab uocis ſimilitudine una litera immutata. Memoria & liberalitate clarus, tributa parcius exigenda mandauit, licet ſint qui nolint, gloriæ cupidius appetens: & cū Chriſtianos nimis inſectaretur, ſanguine tamē abſtinuit. hoſtes morte noſtri principis elati

& circumfuſi, caſtra quæ ſpatium trium mil. paſſ. complebant, diſperdere quærebant. Romanis uero controuerſia fuit in eligendo. Conſtantiani Abilum præponebant, proceres Gallorum Salluſtium, qui propterea quòd ſenex & ualetudinarius eſſet, recuſauit: dumq; mora fieret ob certamen, clamantibus militibus maturandum eſſe, Iuuianus eligitur domeſticorum primus.

VArronianus comes ordinũ, agri Singidonenſis incola in Pannonia, liberos utriuſq; ſexus cum plures extuliſſet, mœrore anxius, ut qui ſine prole eſſet, admonitus eſt per nocturnã quietẽ, uti filium, qui naſceretur, Iuuianum uocaret, fore ut uiueret, & ad purpurã uenturus eſſet. Itaq; editũ filiũ Iuuianũ appellauit, præceptoribusq; cum ætas poſceret, erudiendum dedit. non parum liberalib. artibus profecit, ingenio ualde ad omnes diſciplinas prompto. Pater militia clarus, notiſsimus erat: & iam emeritus ſeceſſerat in auitos agros ut quieſceret, & agricolationi incumberet.

IVVIANVS

IVuianus electus eſt princeps, & ſtatim anteſignani Iuuianũ clamauerunt: qui in medio, quiq; poſtremi erant, opinati Iulianũ reuixiſſe, ingẽti lætitia effuſi choreas ducebant. cum nouus imperator purpuratus caſtra comitantibus primoribus circũiret, & conſpectus eſſet ab ignaris homo incuruus, ſtatura procera, ſtatim lachrymæ obortæ ſunt, auſpiciũ haud felix præſentis imperij. reductus in tentoriũ de imminẽti periculo ſermonẽ fecit, adhibitis tribunis & comitibus. Inſtabat totus exercitus deduci in Meſopotamiã: hoſtes à tergo territabant, quãuis ſemper uicti. fames in caſtris erat, & rerum penuria. & quãuis noſter exercitus uictor eſſet, rerũ difficultatibus, & recẽti cæde ducis timebat, adeò ut ſi hoſtis irruiſſet, magnã intuliſſet cladem. cœptũ eſt cõſilio iter. Inſtitere hoſtes cũ elephantis, qui graui nidore terruere equos. opem ferentib. Iouijs & Herculijs Gallis, reſtiterunt beluis. Vbi Carras uentũ eſt, infelicitate Craſsi nobiles, tanta trepidatio non fuit. hinc Daram oppidum. hoc in loco quadriduũ conſumptũ eſt. hinc miles cum abiret, peruenit ad Tigridẽ iam auctum cœleſtib. aquis. metus erat tranſire. Galli aſſueti fluenta perfringere, ingenti animo ingreſsi, ad alteram ripam perueniũt, ibiq; hoſtes obſeruantes ripas, obtruncant. illos ſecuta eſt cætera turba. Ad hæc uenere oratores à Perſis Surenas (nomen eſt dignitatis poſt regiã) & alij proceres offerentes conditiones pacis, ſi non æquas, attamen neceſſarias. Cõſultarunt cum imperatore primates, ictumq; eſt fœdus non ſine calamitate Rom. imperij. Prouinciæ quinq; Tranſtigritanæ, quas uictor Galerius Maximianus acceperat, reſtitutæ ſunt, Aſarzamena, Mozena, Zabdicena, Rheumena, Carduena: tradita & Singarena, & Niſibis, & pars Meſopotamię: nõ tradita tamẽ eſt Cteſiphon. & ita fines ueteres innouati non ſine magno imperij diſpendio. Acceſsit maior ignominia: uetitus eſt P. R. Arſaci regi Armeniæ amico ac fido auxiliũ contra Perſas ferre, quod nunquã antea ad hoc coactus eſt. uiſaq; eſt libertas uictricium armorũ corruiſſe. Ictum eſt ignobile fœdus ad annos xxx. & religioſo ritu utriuſq; gentis confirmatũ. exercitus inde in tutum perductus eſt. Iuuianus cum peruenit ad locum, Dadaſtana uocant, qui diuidit Bithynos à Galatis, aſsiduo labore longi itineris, aut recenti tectorio, poſitis ibi prunis, mortuus eſt. Sunt qui ſcribant incidiſſe in morbũ ex uarietate ferculorum, quibus repletũ corpus, quod auidiſsime illic ſumebat, cõcoquere nõ potuit, & cruditate perijſſe. Vixit annis xxxiij. Imperauit menſeis ſeptem, à Valentiniano in diuos relatus eſt.

FL. VAL. VALENTINIANVS AVG.

POſt Iuuiani mortem exercitus Niceæ, quæ urbs caput eſt Bithyniæ, Valentinianum Gratiani filiũ imperatorẽ elegit. Nam L. Equitius, qui Illyrico præerat, quoniam abſens, prætteritus eſt. Auguſtus Cæſ. Valentem fratrẽ tribunũ ſtabuli fecit. poſt paulo Cõſtantinopolim cum ueniſſet, & in ſuburbanum conceſsiſſet, conſenſu omnium ipſum Valentem conſortem imperij & Aug. pronunciauit. Præerat eo tempore Romæ Rufius Turcius Apronianus, literis & Reipub. moderandis habenis uir clarus & illuſtris. Procopius qui genus ſuum ad Cõſtantinum referebat, & paucis ſuffragationibus purpuram induerat, pœnas cœpti motus dedit. Porrò Valens Gotthos, qui

qui Procopio auxilia miſerant, uictos Thracia exegit: & Victor magiſter equitũ Atalaricum regem Gruitugrorum (bellicoſa gens eſt) uertit in fugam, & pacem dedit. Interea Valentinianus Saxonas oceani accolas inter inuias paludes domuit. Alemanos attriuit, & uictor ad oceanũ peruenit. deinde in febrem incidit, qua liberatus pro concione, exercitu aſſentiente, alterum ex filijs Gratianũ, inſignibus ornatum, appellauit Auguſtum, ſtatimq́; expoſtulatus publicarum rerum admonuit, & urbi Romæ præfecit Orphitum. Picti & Scoti Germaniæ gentes Britanniam inuadunt: illi Caledonios & Veturionas occupant, ij depopulantur inſulam. Sarmatæ præſidem, quem Romanus imperator dederat expulerunt. Parthi ſuo conſilio qui Armeniam irruperant, occurrẽte Arintheo legato, abierunt, ſic prouincia liberata eſt. Alia uia Sapores rex Perſarum rupto fœdere nos tentauit, Cteſiphontem cepit, ibiq́; hyemauit, & Valens Antiochiæ. Ad aquilonem inquieta rebellat Germania. Eò miſſus cum exercitu Theodoſius primus magiſter equitũ cuius proſperi ſucceſſus ſimiles ferebantur actis L. Domitij Corbulonis in Armenia ſub Nerone, & L. Veturini ſub Traiano. Valentinianus exacta Treueris hyeme, Gallias reuertitur. poſt paulo dum intentus audit legatos Quadorum, qui latrocinia excuſabant, ſubita ira accenſus incidit in morbum: quo areſcentibus uenis cum nil ſanguinis emitti poſſet, mortem obijt. Imperauit annos undecim, menſcis octo, dies uiginti. Interea Hunni, ſeu Alani, qui ſunt Tartari & Nomades Scythæ, qui longe ante à regione trans Tanaim uenerant, ſuperato Iſtro, qui limes erat, uagi Pannonias Epirumq́; & Theſſaliam, direptis & incẽſis aliquot urbibus, grauiter uaſtauerunt. Maiores noſtri, uiri boni, non ambitioſi, nõ contentioſi, ſine auaritia & luxu, Scythas irruentes ſępius repulerunt. At uero cum opes in pretio fuere, & menſæ magnis ſumptibus paratæ, & maior cibi condiendi quàm uirtutis cura, Scythis bellatoribus ceſsimus, grauia uulnera perpeſsi ſumus. Imperatores duo, Decius pater ac filius, non ſine magna ſtrage cum Scythis congredientes uicti cecidere: at poſt Valens propere ex Antiochia accitus, tantam peſtem auertere non potuit: ſed magna clade uictus, terga dedit, & in fuga uulneratus decidit ex equo: acceptusq́; in uile tuguriũ, inter fomenta expirauit. Victor Alanus cum perſequeretur, locum armatis ſepſit; & quia capere primo impetu non potuit, inſcius ꝙ illic imperator eſſet, ignem iniecit & abſumpſit. Hic fuit Valentis finis: qui modo terror oriẽtis erat, Boreali incendio fomentum præbuit. Hunni Alaniq́; & Gotthi uictricibus ſignis Conſtantinopolim obſident, perſolutaq́; ingenti ui pecuniæ ab Dominica Auguſti uxore Valentis, cœpta reliquerunt. Dum hæc infeliciter ad aquilonem geruntur, Theodoſius pater eius qui poſtea imperauit Theodoſij, in Africa Firmum noua molientem prelio uicit ac cepit. Et Gratianus Treueris agens, fratrem ſuum Valentinianum Iuſtina matre editum, conſulente Merobaude tribuno, titulo Cæſaris Auguſti, conſortẽ imperij fecit. Ipſum uero Gratianũ otioſum, dum ſuos negligit, & habitu ac moribus, Alanis quos ſibi poſt obitũ patrui conciliauerat, placere ſtudet, Maximus ab exercitu noſtro dux electus, ex improuiſo adoritur, & in Italiã tranſire properantem dolo circũuenit & occidit: & ab eodem iunior Valentinianus Italia exactus ad Theodoſium, qui in oriente res gerebat, conceſsit: à quo liberaliter exceptus eſt.

THEODOSIVS

THeodoſius qui ſex ante annos à Gratiano, ut orienti præeſſet, Olybrio & Auſonio COSS. Auguſtus pronũciatus erat, bello ciuili cõmotus, uictricibus ſignis Aquileiam per inuias alpeis raptim contendit. Maximum ibi ſecure degentem ui cepit & occidit. ſtatimq́; Andragaſius præfectus claſsis, & ſocius Maximi, certior de cæde factus, in mare ſe præcipitem dedit. Valentinianus in occidentis regnum reſtitutus ab Italia in Gallias profectus eſt. & dum Viennæ negligentius moraretur, fraude Arbogaſti, Alanorũ præfecti, noctu in cubiculo ſtrangulatus, creditus ſubita aut uoluntaria morte obijſſe. ſic interijt Gratianorũ proles. ſatisq́; fauenti cœlo uiſum eſt, uno uelut curſu quatuor eam numeraſſe Auguſtos. inter quos tertius parũ bellicoſus, non auo, non patri ſimilis, Romæ cum à palatio ad hortos Saluſtianos ſecederet, dicebat ſe confeciſſe Parthicam expeditionem. Extincto etiam in Gallijs Victore, quem pater

Maximus ibi copijs præfecerat, illa orbis pars minime quieuit. Arbogaſtus enim occulta iuuenis morte Eugenium imperatorem cum exercitu facit: hac ſcilicet uia, ſub titulo illius, occidentis regnum inuadere ſtudebat. multis millibus coadunatis, de ſumma rerum cum Theodoſio confligere ſtatuit. Dux noſter inuictus, deo hominibusque acceptus, cum Honorio filio, ingenti animo opus aggreſſus, hoſtilia arma pugnantibus etiam pro eo uentis, qui ſponte carceris Aeolij cedente obice eruperant, profudit atque deleuit. Eugenius captus pœnas luit. Arbogaſtus ut cruciatibus ſe eximeret, ſua manu uſus occubuit. Victor ingẽti gloria potitus, ampliſsimo triumpho liberati orbis, ſubactis undique domitisque tyrannis, adminiſtrationi reipub. animũ adiecit. Filios Honorium & Arcadium, quos ex Flacilla ſuſceperat, conſortes fecit imperij. & quia non dum ætas matura imperio erat, ductores legit qui adeſſent, teſtamentoque ſanxit. Rufinum Arcadio adiungit, & Honorio Stiliconẽ. Ipſe interea Mediolani morbo abſumptus, Olymbrio iterum & Prino C O S S. Imperauit annis ſeptemdecim. Genus à Traiano ducere ſe iactabat; nec ab re, nam moribus & uultu, & ſucceſſu rerum ſimilis fuit. Ille labẽtem Rempub. in priſtinas uires reſtituit: ſub hoc imperium Romanum, quod otio & negligentia trium principum conſenuerat, diſſenſione partium dilaceratum, uelut reiuueneſcens lacertos mouit. ille pacata Europa ad Indos uſque arma intulit: hic prius auſpicijs atque armis paternis aſſerta Libya, attrita bellicoſa Germanorum gente, dataque ſua uirtute toto orienti pace, poſtremo ſubactis ardentiſsimis Gallis, nõ omiſſa Britannia, parenti gentiũ urbi, Italiæque ſuæ, uictrices aquilas reportauit: ſubque eo fortunæ ſimulacrum nuſquam prætorium mutauit. Arcadius igitur Conſtantinopoli, Honorius Romæ imperat. Sed quis animorũ receſſus intueri poteſt? ueterum fidem & ſanctiſsimum legati ius cupido regnandi uiolauit. prior Rufinus clàm miſsis muneribus, Alarico Gotthorũ regi capere arma contra Arcadium perſuadet, ut ſub eo metu diadema orientis capiti ſuo imponeret. re intellecta, à militibus Italicis perniciofus tutor occiſus eſt: caput cum dextra præciſum ante ipſas Conſtantinopolis portas pependit, ac ſpectantibus ludibrio fuit. Caianus Rufini imitator, auxilio Gotthorũ fretus, bellum ciuile mouit. arriſit ei primo prælio fortuna, poſt nauali inter Helleſpõtum & Cheroneſſum uictus, dum fugit, captus eſt. caput eius pilo ſuffixum Conſtantinopoli ſpectaculo fuit. Arcadius cũ regnaſſet annis paulo minus tredecim deceſsit, Baſſo & Philippo C O S S. relicto filio Theodoſio, quem antea Cæſarem fecerat. Cui ex matre Eudoxa & Auguſto patre tres ſorores erãt, Flacilla, Martina & Pulcheria, quę uirginitatem perpetuo ſeruauit, ſumma bonitate integritateque & ſanctitate, religionis obſeruantiſsima cultrix. Virgini deiparæ nobile templum ędificauit Blacernis, in quo incluſas argenteo tabernaculo pretioſas Mariæ ueſtes, quas è Palæſtina ſuis manibus tulit, ſumma cum ueneratione poſuit. Eudoxa ante uiri obitum tribus annis, morbo ſoluta eſt, Honorio IIII. & Euritinio C O S S. Gildo regnum Africæ adeptus, Maſcezelis fratris filios enecat. is Italiam nauigauit, ab Honorio copias accepit, mirum dictu, cum quinque millibus pugnatorum fraternas copias deleuit: ipſiusque Gildonis à fuga tracti uelo gulam, quibus mandatum eſt, fregere. Hoc modo Maſcezel cædem filiorum ultus eſt. Interea Stilico ſecretiore uia filio regnum parat. Mariam Honorio nuptui dat. quæ cum ante nuptiarum diem obijſſet, Thermatiam filiam alteram deſpondit: & hæc illius fatum uirgo ſecuta eſt, mœſtus parens Eucherium filium Cæſarem uiſere cupiens, Sueuos Vuandalosque & Alemannos magna prædæ ſpe ſollicitauit. Illi properant cum rege Rhadagaiſo. numerus fuit ducentorũ milium. Stilico metum ſimulat. Hoſtis urbis potiendæ cauſa in Italiam irrumpit, occurſu noſtrorum ſubito repellitur. In Hetruriam fugit, ibique uictus eſt. Rex uero à fuga retractus, & in carcere ſtrangulatus eſt. Hoſtes deinde qui ſuperfuerũt, cum ad ſolita loca ſe recepiſſent, eligendo duci intenti, Alaricum regem ſalutauere, qui ſtatim legatos ad Honoriũ miſit, qui agros ad habitandum peterent. Gallia ab imperatore cõceſſa eſt. quò dum pergit, cum omni ſupellectile, fraude à Stilicone de induſtria petitus, iter omiſit: ultores inuocans deos, quòd ius gentium uiolatũ ſit, indignatus toto (ut dicitur) impetu, cœlo duce Romam cõtendit: obſtupeſcentibus cunctis, quà iter faciebat, uoto potitus eſt: pauca ædificia incendit; nõ multa onuſtus præda, ſexto die egreſſus eſt, captiuã abducens

cens Placidiam, Magni Theodoſii filiam, quã in foro Cornelij Ataulpho propinquo ſuo uxorem dedit. Ex lectione hiſtoriarũ illud cõpertum habeo, uictoriam ſemper fore in ea parte quæ iure pugnat. Victores olim Galli, poſt captam urbem ſi à fœda innocentium nobilium cæde abſtinuiſſent, cõſcendiſſe Capitolium Romanis minime profuiſſet, & anſeris clangor Manlium non excitaſſet. Capta eſt urbs anno A.V.C. milleſimo C L X I I I I. ignominia potius quàm clades illata eſt. Victor deinde Alaricus in Siciliam tranare naufragio uetitus, dum Conſentiæ hyemat, morbo interijt. Milites metuentes ludibria effoſsi cadaueris, alueum Buſſenti amnis mutauerũt: excauatoq́ hypogeo, regis tumulum congeſtis opibus poſuerunt, & fluuium priſtino alueo immiſerunt, & præpoſito copijs Ataulpho rege ad urbem diripiendam redeunt. Dux uero Ataulphus moribus uxoris Placidiæ lenitus, fœdus cum Romanis percutit, illi indignati regem dolo ſubſtulerũt. Iamq́ Stiliconis fraudes in aperto erant: igitur cum filio Romæ in foro Pacis occiſus eſt: etiã eius factionis pleriq́ cecidere. Interea in Britannia occiſo Gratiano tyranno Cõſtantinus præficitur, propter nomen duntaxat ad hoc dignus exiſtimatus. Is cum exercitu in Gallias nauigauit, & Conſtantẽ filium Cæſarem ab eo factũ, cum parte copiarum ad occupandas Hiſpanias fruſtra miſit. Cum hoc accepiſſet Honorius, Conſtantiũ ingentis animi uirum, ad liberãdas Gallias proficiſci iubet, qui Conſtantinũ ad primos impetus cõpreſsit, & filius ſortem patris ſecutus, à Gerontio Viennę occiditur. in cuius locum exercitus homicida cõſultore, Maximum legit. qui dum in Hiſpania exularet, urgente rerũ tenuitate perijt. Extinctis undiq́ in Gallijs Hiſpanijsq́ & Libya ſurgentibus tyrannis, ſuaſione Cõſtantij Placidia ad Honorium fratrẽ remittitur. Qua liberalitate Gotthorum rex Vuallis pacẽ ab Romano principe impetrauit. Porrò Placidia iubente Honorio nupſit claro uiro Cõſtantio, quem dux Cæſarem & conſortẽ imperij ſimul fecit. Ex quibus nuptijs Rauennæ quinto nonas Quintilis natus puer eſt Valentinianus, Moma & Plinta C O S S. magno poſt apparatu Honorius tricennalia celebrauit, quæ uouerat pro imperio liberando. Rurſus Scotorum & Pictonum copiæ è Britannia ab legionibus noſtris pelluntᷣ: & in Hiſpania res pro uoto ſucceſſerunt. Poſt obitũ Cõſtantij Placidia cum filijs Valentiniano & Honorio, iuſſu Auguſti pelluntᷣ, & ab Theodoſio Arcadij filio, qui orienti præerat, hoſpitaliter excipiuntur. poſt paulo Honorium febris inuaſit, qua deceſsit, rebus gerendis diſsimilis patri. Nam qui eius acta recenſent, in quibuſdã Magni Conſtantini F. Conſtantiũ imitatũ fuiſſe reperiunt. Imperauit annis X X X I. cum patre I I. cum fratre X I I I. cum fratris filio X V I. Theodoſius iunior audita patrui morte, Valentinianum Cæſarem fecit, & cum matre Romã miſit. aduentus ſatis opportunus fuit. Nam Iohannem factione Caſtini imperatorem factum, & Africam ſibi uindicantem nouus princeps oppreſsit. Theodoſius Conſtantinopoli uicenalia edidit, ſe X V I. & Feſto C O S S. Genſericus rex Vuandalorum accerſitus à Bonifacio, qui de Africa tenenda deſperauerat, poſt multorũ cædem Carthaginem occupauit. Ad aquilonem Bleda & Attila fratres, Hunnorum reges Illyricum & Thraciam populationibus infeſtando Thermopylas uſq́ occupauerunt. Omnia Theodoſius magna gloria tutatus eſt. & uictor uota tricẽnalia edidit. Sic erat imminentibus periculis conſuetudo, ut ludi uouerentur: quod triumphalia monumenta ex marmore, ære, argento, auro, & indicant & teſtantur. Sub ea figura, uotis X X. uotis X X X. hoc eſt, uicennalibus & tricenalibus, quod etiam indicat annos imperij.

VALENTINIANVS

VAlentinianus, in quo magna & non uana ſpes aſſerendi occidẽtis erat, acclamatione totius Italiæ Auguſtus ab Auguſto appellatus eſt. Aetius ductor Gotthos in Gallia uicit, Burgundionũ regem afflixit: ſed in Africa fortuna nobis obfuit. Vuandali ſub Genſerico Carthaginem cædibus fœdauerunt: nec contenti Siciliam inuadũt. Theodoſius fruſtra mouit arma, quoniam pro Barbaris uictoria ſtabat. Qui in Britannia erant, cum Scotorum & Pictonum rapinas & impetus ferre non poſſent, Anglorum regem Vertigomarum, ad opem ferendam popoſcerunt: ſecus euenit: Angli inſulam ſuæ ditionis fecere. Sunt etiam ij Saxonum Germanorum populi feroces atq́

pugnaces, qui adhuc cum Scotis interiectis limitibus imperant. Valentinianus Conſtantinopolim conceſsit: filiam principis uxorem accepit: poſt nuptias Italiã repetijt. Mira res, aliquot annis quieuit oriens, exiſtimo ut uires reſumeret, & fortius inſurgeret. Theodoſius uelut longo imperij potentatu afflictus, imperauit enim annos quadragintaocto, febre ſolutus eſt. Attila toto potitus ſeptẽtrione, orbis imperio inhians, Gotthos, qui in Gallia erant, ſocios acceſsit. Aetius hæc longe ante præuidens, miſsis legatis, Theodoricum regem certo fœdere Romanis coniũxit. Cõueniunt ducum copiæ in Gallia: hinc noſtri cum auxiliaribus, illinc Hunni, Gepidæ, Sarmatæ, Scythæ, Sueui, Quadi, Heruli, Vgri, fauẽtibus etiam regulis quibuſdã. pugnatũ eſt à mane ad ueſperam utrinq; acerrime. nuſquam cum maiore hoſtium numero congreſsi ſumus: nuſquam maior cædes obſtinatione animorum. nam pugnæ contra Xerxem, & Perſarum contra Aegyptios fide carent. prælium nox diremit: ceciderunt ſupra ducenta milia fortiſsimorum hominum. Nemo loco ceſsit, uulnera aduerſo pectore infixa. nemo iudicium ferre potuit, qui cadauera inſpexit, utra pars ardentius pugnauerit, agebatur enim de toto imperio. Barbari tandiu regnaſſe Romanos ægre ferebant. Romani illos toties impulſos ac uictos, inſultare non patiebantur. Riuulus qui prope erat, humano ſanguine auctus, rapidiſsimi torrẽtis inſtar effluxit. Sed quamuis ſuperiores fuimus, non parua iactura fuit Theodorici cædes, quam eius filius Thoriſmundus capite Attilæ rependiſſet, ni Aetius conſuluiſſet ei expedire, paternum regnum defendere: ueritus ne profligato Attila impetum in nos conuerteret. ſed pernicioſum fuit conſilium. Attila enim reparatis in Pannonia uiribus, ſæuiori animo inuaſit Italiam, pleraſq; urbes diripuit, Iſtriæ Venetiæq; & togatæ Galliæ, ac Inſubrium. ad eum Leo pontifex maximus legatus uenit, ſalutẽ Italiæ perorans impetrauit. Reuerſus in Pannoniam Attila, dum in nouis nuptijs nimis uino indulget, et quieti ſe dediſſet, ferocius ſtertendo mero repletum ſpiritũ efflauit. Vitio laborauit Bonoſus imperator, qui congium uini epotabat, quare cum pependit, non hominem pependiſſe, ſed amphoram in prouerbio fuit. Veteres Græci heroes ut plenius ingurgitarent, quod hinc exiſtimabant lætitiam fore, magnis cornibus epotabant. unde ſcribit Athenæus cornutũ pingi Bacchum. ſatiusq; eſt, quod ſapientes uiri monent, uino abſtinendum: quod immoderate ſumptum, pro ueneno eſt. Aetius uel Maximi figmẽtis, uel iuſſu principis, qui illius ſucceſſus metuebat, occiſus eſt, qua de re non longe poſt Romæ in campo Martio Tranſtyla & Octyla milites Aetij, ipſum imperatorem confoderunt, conſilio, ut ferunt, Maximi: quoniam ſtatim arripuit imperium. qui tertio poſt menſe à populo Romano membratim cæſus. Eudoxa Valentiniani uxor, in ultionem cædis uiri, Genſericum ex Africa accerſiuit. ille magno cum exercitu nauigauit. urbem ingreſſus, à rapinis non temperauit: ut cuiq; libitum eſt præda abacta, abducta & Eudoxa cum duabus filijs, quarum altera Traſimundo Genſerici filio nupſit. At milites auidi prædæ, in Campaniam irrumpunt, Capuam euertunt, urbeis alias diripiunt, onuſti præda Libyam repetunt.

FL. VALERIVS MARCIANVS

DVm hæc in occidente aguntur, orienti pręficitur Marcianus, fauente ad imperium Pulcheria Arcadij filia, cuius cõſilio nondũ patefacta populo Theodoſii morte id factũ eſt. Marcianus humili genere natus, prima ſtipẽdia meruit in Lycia: cum ęgrotaret, hoſpitalitate uſus cuiuſdã Tatiani & Iulij, germani erant, poſtq; cõualuit, animo recreãdo uenatũ exiere: faſtiditi ardore ſolis, ſub arbuſcula quieuerũt. Tatianus prior excitatus cõſpexit aquilam ſupra caput Marciani in aere pẽdere, quæ panſis alis ſolis radios arcebat. ille fratrem ut uideret, excitauit. ubi ſomnus abijt, militi quæ uiderant aperuerunt, regnũ ex eo portendi nunciantes. Igitur abeuntem uiatico C C. argenteorum proſecuti ſunt. hoc idem prodigiũ ei contigit ſub Aſpare, dum contra Vuandalos militaret: captus cum cæteris captiuis quieſcebat. Rex cupidus eos recenſendi, uidit aquilam ſupra caput illius. per eiuſmodi imaginẽ abire iuſsit: & ſi quãdo eueniret, fœdus cum Vuangalis iniret orauit. Seu aquila, ſeu uultur regnũ portendit: talium prodigiorum plenæ ſunt hiſtoriæ. Pulcheria in eligendo Cæſare princeps, ſenis Marciani

capiti diadema impoſuit. & quāuis ſatis cognitus ordinib. erat, boni ac probati mores eum principatu dignum fecerunt. Ideo magis expedit eligere, quã ex hæreditate mereri principem. nouus imperator ſtatim pro Tatiano & fratre miſit: illum Cõſtantinopoli, hunc Illyricis præfecit: cum Vuandalis fœdus percuſsit. Arma nunquã niſi prouocatus mouit: quietis amator, quietum orientẽ habuit. Dicere ſolebat, donec liceret in pace uiuere, non decere principem ſumere arma. Romæ populus Ro. cum toto ſenatu Auitum patritium imperatorem legit: ſed non diu uixit. Marcianus cum præfuiſſet paulo amplius annis ſex, naturæ conceſsit, ut quidam tradunt, cõſpiratione Aſparis. Qua de cauſa poſt creationẽ noui principis, cum filius Aſparis Ardaburius Cæſar eſſet à Leonte pronunciatus, populus patrem interfecit cum filio.

FL. VAL. LEON PRIMVS

FActione & ſuffragijs Aſparis Leon dicitur imperator & Auguſtus appellat[us]: qui poſt cædem Ardaburij Cæſaris nepotẽ ex filia Zenonis filium Leõtem Cæſarem fecit: quidã filium ſcribũt. Aſpar enim ita cõuenerat cum Leonte, ut factus imperator, Ardaburiũ eius filium adoptaret: quod Leon obſeruauit. Populus ubi hęc nouit, Ardaburium cum patre interemit. Anthemiũ patritium Cæſarem pronunciauit, Romamq̃ miſit, eiq̃ imperium occidentis tradidit: quod Maiorianus mortuo Auito ſibi uindicauerat. Is IIII. anno necatus, Dagalaipho & Seueriano COSS. Sed Rauennæ Seuerus imperium arripuit. Qui ſuperato Biorgo rege Alanorũ, lauream meruit. III. anno occubuit. Quidam tradunt Anthemium factum imp. poſt mortem Seueri. utcunq̃ res conuenit (nam ante Marcianum res cœpta eſt) Anthemius cum genero ſuo Ricimere à Gotthis oriundo diu certauit. Et cum utriuſq̃ copiæ paratæ eſſent, & per factiones diuiſa urbs & Italia eſſet, Leon è Conſtantinopoli Olymbrium miſit purpura indutum, qui uiuenti Anthemio regnum auferret. Res non ita ſucceſsit: quoniam Ricimer ad Aelium pontẽ, ſuperatis auxiliarib. Gallis, cum Bilimere Anthemiũ gladio tranſfodit. Ciuium Rom. bona data ſunt prædæ. exhauſiſſet etiã uiſcera, ni cœliacus dolor hominẽ extinxiſſet. Olymbrius ſine cõtrouerſia ſuccedens, VII. poſt menſe deceſsit. Iam Baſiliſcus Genſericũ redeuntẽ in Italiam prælio uicerat. Rauennæ exercitus Glicerium imp. ſalutat: & à Nepote (ſic erat illi nomẽ) ſororis filio regno pellitur. Interea Baſiliſcus Zenonis (qui poſtea imperauit) gener, ingenti gloria uictor magni nominis fuit. Nepos ab Oreſte pulſus Salonis (nomẽ uillæ in agro Ro.) cæſus eſt. Oreſtem Odoacer Gotthorũ rex ſuperauit, & Placentiã miſit, iuſsitq̃ interfici: & Oreſtæ filium Auguſtulũ iam Romæ imperantẽ exilio damnauit. Exulauit in Lucullano Campaniæ. Scribunt alij, hunc ne caperetur à Gotthis, ſponte imperiũ reliquiſſe. in eo ſanctiſsimum Auguſtorũ cognomẽ defeciſſe memorat: & ſi Iuſtinianus poſtea iura uindicauit, neminem purpura & diademate inſignitũ ipſe, & alij qui ſecuti ſunt principes, occidenti præfecerunt. Gotthi ab Auguſtulo ad Iuſtinianũ regnũ tenuere. Mira res, ne quid integrum maneret, defecit cognomen Auguſtorũ in uno COS. Baſilio, cum conſulatus antea duo fuiſſent, quod ſcilicet fore portendit urbis Ro. excidiũ. Hæc ſunt Tite Arunti, quæ ante aliquot ſecula prædixiſti ex Romuli uulturibus. utrum confuſus fuiſſet numerus, ne quis tutelam uinciendo, iacturã peroraret. Matheſeos peritus homo inuenit rem ſacerdotũ uitio turbatam: nec claui in pariete Mineruæ tam liquido conſtitere, nec annales ſub titulo conſulũ tenere numerũ potuerunt. Odoacer igitur tyrannus Romæ, in tota Italia XIIII. regnauit annos: cogitauit de urbe trãsferenda, & noua colonia deducẽda, ut ab ſuo nomine urbẽ appellaret Odoacriã. Primus exterarum nationũ quietus per X. annos poſſeſſor, poſtea infelicẽ regno ac uitæ finem dedit. At Leon in oriente XVI. præfuit annos. Leon ſecũdus præfuit annũ, uterq̃ morũ, non belli ſtudioſus. Eodẽ anno quo Roma capta eſt, equeſtris Theodoſii magni ſtatua poſita in foro Tauri, ſupra cochlidem columnam, ſponte corruit.

FL. VAL. ZENON

ZEnonem Leon ſecundus ſua manu coronauit. Fuit Zenon ex Iſauris Ciliciæ humilibus parentibus natus, humili & incognita uilla, non minus uultu quàm mo-

ribus deformis. imperauit non ut Auguſtus, ſed ut tyrannus. ſub eo Ilus (quid non audet fortuna?) è ſuis gentibus mutilatis auribus unà cum Leontio in oriente ciuilem motum fecere. Theodoricus rex Oſtrogotthorum mire à Zenone diligebatur, ab eo factus conſul, collega Venantij impetrauit ab Auguſto Italiam, ſi Odoacrem ſuperaſſet. Cui Zenon aſſenſus eſt, commendauitq́ ei urbem Romam, populumq́ Romanum. Theodoricus cum exercitu per Illyrios Italiam petijt, occurrentem Odoacrem prælio uicit & fugauit. Fugiens intra mœnia urbis, nõ admiſſus citiſsime Rauennam contendit. triennium ibi obſeſſus, tandem captus in cœna iuſſu uictoris crudeliter excarnificatus. uictor ingenti lætitia ac plauſu ab obuio ſenatu populoq́ Rom. exceptus, plurimumq́ dilectus, quòd gratuita liberalitate caritatẽ annonæ fugauit. hoc ſcilicet imperij conſeruandi ſalubre fomẽtum: multaq́ ædificia urbis inſtaurauit, & ſi ab ſanguine quorundam ſenatorum abſtinuiſſet, nemo fuiſſet Theodorico acceptior. an. 11. Zenonis imperij Baſiliſcus à ſorore, quæ Auguſta erat, quia imperator aberat, in regali ſolio poſitus, Marcũ filiũ Cæſarẽ fecit. rediẽs è Syria Zenon ius ſuum repetẽs, in Cappadocia Baſiliſcum cum filio relegauit, qui Lemnis (nomen oppidi eſt) fame conſumpti ſunt. Præfuit Zenon annis ſeptendecim.

FL. VAL. ANASTASIVS

Anaſtaſius Dicorus magno cõſenſu princeps electus, ſtatim donatiuũ militibus dedit. legatos Indorũ cũ muneribus uenientes, placidiſsime audiuit. à mari ad Selymbriam longũ murum duxit, ne incurſiones Myſorũ, Bulgarorũ & Scytharũ cum fierent, obeſſe poſſent. Statuam æneam equeſtrẽ inauratã ſui nominis ac tituli ſupra columnã fori Tauri poſuit: laudabilius ſi illam Theodoſii Magni reſtituiſſet. Athenodorus tyrannus in Cilicia pœnas luit: cuius caput Iſauricus miles ueruto affixũ ante portas Tarſi tulit, ibiq́ relictũ aruit. Priſcus Antiochiæ, quæ eſt Ciliciæ, Longinũ Selymantheũ cepit, & uinctũ catenis ad Anaſtaſiũ miſit. Cuius iuſſu Niceæ Bithyniæ tanq̃ fera dilaniatus eſt. & Hunni nõ contenti Armenorũ ſpolijs, Cappadociã uaſtauerunt, & uſq́ Lycaoniam urbes diripuerunt. Ad aquilonem uero Vitalianus magiſter militiæ grauem fecit motum, & ut quieſceret, nongenta pondo auri ab imperatore accepit. Getæ Macedoniã, Theſſaliam, Epirum diripuerunt, multos fecere captiuos: pro quibus redimẽdis cum aurũ miſiſſet Anaſtaſius, & non ſufficeret hoſtiũ uotis, Barbari captiuos aut in domibus ſuffocarunt, aut pro mœnibus in conſpectu multitudinis trucidarunt. Anaſtaſius ut credibile eſt, malo genio actus, in diuinis præcepit non trinitatem, ſed quaternitatẽ adorandam eſſe. hinc ciuiles motus adeo creuere, ut niſi ſimulaſſet ſe mutare mentem, imperio priuatus dediſſet pœnas. ſed cæleſtem iram quis uitat? ictus fulmine occidit. Marcellinus tamẽ tradit eum natum ſupra annos LXXX. ſubita morte occubuiſſe. Imperauit annis XXIIII. menſes II. D. XXIX.

FL. VAL. IVSTINVS

Iuſtinus Thrax ſine imaginibus, ſine tribu, utroq́ parente ignobilis, à teneris annis ſuum cuſtos, deinde boum, poſt lignarij cuiuſdã miniſter, natus annos XVI. militare cœpit: promptu manu, & doctus hoſtẽ ferire, ſortem mutauit, princeps ordinis fuit, & hinc promotus comes factus eſt. Mortuo Anaſtaſio ad eum Amantius Spado libertus ſuperioris Auguſti ditiſsimus uenit, magnã uim pecuniarũ ſecum ferens, orauitq́ ut in toto exercitu ductoribus & militibus partiretur, & ipſe acciperet quãtum uellet, promitteret donatiuum per ſingula capita, & longe maius q̃ priores fecerũt, ſi Theocritianum imperatorem legiſſent. pecunia ſatis integre ſoluta eſt, nõ ad uotum Amantij, ſed Iuſtini, qui pro ſe ſuffragia caute emit. Itaq́ cum princeps eligeretur, nemine diſcrepante Iuſtinus pronunciatus eſt: quem curuli acceptũ ſella, diademate ornatũ, adorauerũt oẽs. Amantius & Theocritianus & Andreas miniſter à cubiculo, inſidias principi parauerũt: ea de cauſa è medio ſublati ſunt. In occidente Theodoricus XXX. mil. Gallorum prælio cecidit. Iohannem pontificem max. Romæ carcere conſumpſit. Inde ſubita morte occubuit, regnumq́ Atalarico ex filia nepoti tradidit. in oriente Iuſtinus ſororis ſuæ filium Iuſtinianũ cõſulem fecit cum Valerio collega, qui conſulatus contra

legem

legem Marciani, adeo inſignis fuit ludis atq; muneribus, ut facile priores ſuperauerit. Viginti leones iubatos, & triginta pardos exhibuit, aliasq; innumerabiles feras. Item gladiatores & ſcenas Circenſesq;, & magna aurigarum præmia, in quibus ultima tantum mappa populo propter factiones denegata eſt. Anno imperij eius nono, Calen. Aprilis Iuſtinianum adoptauit, cõſortem imperij fecit. quarto poſt menſe deceſsit. Imperauit annos nouem, menſes duos, Mauortio conſule

FL. VAL. IVSTINIANVS

IVſtinianus reparando imperio animum admouit. Perſas qui tranſgreſsis limitibus Meſopotamiã, Cœleſyriam Syriamq; prędati ſunt, Beliſarius legatus ab Auguſto miſſus, prælio fudit fugauitq;. Trans Euphraten abire coegit: ueteres firmauit limites. Iura imperij toto orięti aſſeruit. cum uictoria redeuntem & aureo curru triũphantem, Iuſtinianus magna lætitia excepit. idemq; dux triũpho inſignis, & rebus geſtis clarus, recuperata Africa, Gelimerem Vuandalorum regem uinctum catenis Conſtantinopolim miſit. Carthaginem firmius quàm antea, reſtituit. Triumphus maior ac pretioſior Perſico fuit. præferebantur puluinaria ornata auro ac gemmis, ſigna militaria, tapetes, menſæ, pocula, ueſtes pretioſæ, pepla, regiaq; ſupellex diſtincta auro, lapillis & margaritis, ſeptem magna uaſa plena auro, & uaſa quædam è gemmis. Quid gratius prębeti oculis potuit, quàm captiuũ intueri regẽ cum uxore & regia familia? Cum ad conſpectũ imperatoris uentum eſt, iuſſusq; eſt rex adorare principem, ferunt eum pleno ore ſemper riſiſſe. Exiſtimabant ingenti dolore perculſum, mente captum eſſe: illumq; dixiſſe ſe ridere fortunę humanę uiciſsitudines: ut qui modo rex fuiſſet, iam ſeruiret. eadem ſentẽtia fuiſſe Aemilij Pauli memoratur, cum poſt captum Perſen Macedoniæ regem, de mutabilitate fortunę nõ ſine lachrymis diſſeruiſſet. Conſul factus Beliſarius (quæ dignitas prima poſt imperatorẽ erat) è Sicilia in Africam redijt, rebellantes compreſsit. Solomoni præſidi partem inuictarum copiarum reliquit. At uero in Italia Atalarico defuncto, qui regnauit annos IIII. ſucceſsit Theudatus: qui cũ ſuſpectus eſſet in loco qui dicitur Quinctus, tumultu militari occiſus eſt. Opinio fuit Vitigitem, qui ſtatim regnum accepit, autorem cędis fuiſſe. Beliſarius cum uictore exercitu, iuſſu principis in Italiam nauigauit, Neapolim reſiſtentẽ ui cepit, ſęuitumq; eſt ſine ſexus, ætatis & ſacerdotij diſcrimine. Romam cum ueniſſet, pauidi Gotthi Rauennam profugerunt. Vitigitis coadunatis innumerabilibus copijs Romã contendit, obſidet: nihil cum proficeret, ſuburbana omnia incẽdit. ita Beliſario acriter defendẽte urbs nõ capta eſt. Poſt annum Vitigitis re infecta, Rauennam reuerſus. Deinde quod uix credibile eſſet, Beliſarius cũ parua manu, cum tanta multitudine cõflixit, profligatoq; hoſte Vitigitem fugauit. captus à Ioanne magiſtro militiæ, Romã ductus eſt, & inde à Beliſario Conſtantinopolim. Iuſtinianus regij nominis memor, ne ſine dignitate uiueret, Perſico limiti in ripa Euphratis hominem prępoſuit, Vbi ſequẽtibus annis diem obijt. Dum hæc in Italia gerũtur, Gotthi in Africa duce Gundorico rebellarunt. Beliſarius rem ſedauit, cæſo autore qui dux erat. Gotthi Circumpadani Hildebrandum regem creant: cui poſt paulo interfecto ſubſtituitur Vatrius, qui uix annum pręfuit, & cęſus eſt. Eius locum aſſentientibus copijs, accepit Badula cognominatus Totila, quo ductore Gotthi populationibus & incendijs totam Italiam infeſtam reddiderunt. Auceratium pont. Auſimatum legatum ad imperatorem miſere, ut eis liceret urbem & Italiam tenere, quemadmodũ maiores eorum tenuerant. Quibus reſpondit Iuſtinianus, res Italicas cõmiſiſſe Beliſario & Ioanni, cum illis agerent. Gotthi intellexerunt ſibi armis decernendũ fore: itaq; ſine ſpe ueniæ ac pacis omnia rapinis, cædibus, incendijs, ruinis, antequam Beliſarius rediret, ingenti miſeratione fœdarunt. Vrbem Romã proditione Iſaurici militis XVI. Calend. Ianu. porta Celimontana ingreſsi, imperio potiti ſunt. nec eo cõtenti, bona diripiunt: mœnia bona ex parte ſolo æquant, domos aliquot igni abſumunt. incolas omnis cuiuſq; gradus atq; ordinis rex potiſsimum Totila ab urbe abire præcepit, ducturus alio in loco coloniã. multitudo omnis in propinquas urbes ſe recepit, ſine habitatoribus urbs relicta eſt, manſitq; in ea ſolitudine amplius XL. diebus. Hæc ſunt tua monumenta parens Romule; hæc eſt illa æterna urbs, terrarum

dea, gentiumq; Roma: cui par eſt nihil & nihil ſecundum, quæ undiq; uicto penè orbe aduectos triumphos recepit: cuius imperiū occidentis oceano, & Tranſtigritanis regnis terminatum. Tu ne illa Roma ad quam quot ſunt ſub cœlo gentes, cōuenire ius erat, quę innumerabiles colonias emiſiſti? ſed iam ciuili inteſtinoq; odio eò lapſa es, ut honorificentior habereris, ſi nomen tuum tantummodo extaret. Quoniā diſſenſione partium, & aſsidua uaſtatione Romani agri, ita à tuis pręſertim dilaniata es, ut exactā uetere pomœrio, mutilatamq; in campo uix conſiſtentē, noſtra ætas non ſine lachrymis conſpiciat. Auget præterea dolorem, quòd qui præſunt, licet uelint, adiumentum tamen ferre non poſſunt. Interea Beliſarius morbo liberatus, ſilentio & ruina ſqualidā urbem, & graui dolore depaſti incendij fœtidam, ingreſſus eſt. Ferunt incendium ſurgentibus flammis XIII. dies emicuiſſe. Dux cautus mœnia raptim reparauit lignis & ruinis. ciues redire iuſsit, quorū maior pars etiam non uocata reuerſa eſt: ſed non omnia ædificia in cineres ierant, quæ magno redeuntibus adiumento fuere. ueruntamen regiones tres, porta Capena, piſcina publica, & Auentinus, adeo conſumptę, ut neq; tunc, neq; poſtea reſtitui potuerint. Totila accepto huius rei nuncio, cum infeſto exercitu ad euertendam urbem redijt: ſed repulſus Aemiliam petijt. Et ſi Beliſarius perſecutus eſſet, Gotthicæ uictoriæ laudem Narſeti ademiſſet. Beliſariū à rebus Italicis fama belli Gallici reuocauit. Germanus patritius Auguſti patruelis cōtra Gotthos miſſus, in Illyria morbo occubuit. itaq; Italicæ expeditioni pręficitur Narſes. in Africa Artabanes Stozam tyrannū prælio uicit ac cepit. dumq; Ciſalpinæ Galliæ Totilas auxilium præſtat, à Longobardis occiſus eſt. Deinde Gotthi audito Narſetis aduentu, obſides Romanos, quos & ſecum habebant, ad unum interfecere omnes. Narſes deinde cum Gotthis magno pręlio conflixit, & felici uſus uictoria, omnes penè deleuit: etiam rex ipſe ne ſuperſtes dedecori eſſet, gladio pugnando transfixus unà interijt. Ob uictoriam ludi editi, & in Circēſibus ex factione Praſinorū & Venetorum tanta ſeditio ex certamine orta eſt, ut magnam fecerit cædem. Tale ſpectaculum aurigæ præbent, & inanis ſpectantiū fauor nunq; quieſcit. ſic Ruſſati, Albati, Veneti & Praſsini, mappas in circo quærunt, ſed ultima ferè ſemper in ambiguo eſt. ſic pro uili panno, miſerorum mortalium animi, huc illuc diſtracti pendent. Princeps tandem affectus morbo, Iuſtinum ex filia nepotē cōſortem imperij fecit, caputq; Diademate exornauit, fortunęq; fauentis ſignum in cubiculum illius transferri iuſsit. ingraueſcente morbo non ſanus mente deceſsit. Inperauit annis trigintanouem.

FL. VAL. IVSTINVS II

IVſtinus patre Illyrico, matre Auguſti filia, à teneris annis nō ut nepos, ſed ut filius in aula principis educatus, magno in honore habitus eſt, natura facili, & ad omnia dexteriore. ab initio principatus, orante Sophia eius uxore, æs alienū ſoluit: tanta liberalitate uſus, animos ciuium ſimul & militū cōiunctiſsimos habuit. Cum Perſis ſolutis inducijs pacē fecit. Narſes poſt Gotthicā uictoriā tenuit Italiam annis XVI. accuſatus à quibuſdam ſeditioſis ciuibus apud Iuſtinū, quòd nimis auſterus ac ſæuus in iudicijs eſſet, per literam ſe expurgauit. Sophia ut hominē irrideret, ad eum ſcripſit, ut ad penſa muliebre opus rediret: eunuchus enim erat. ille indignatus ſolicitauit Lōgobardos, qui in Pannonia erant, quorū auxilio delendis Gotthis uſus fuerat, uti Italiā occuparent. Natio fuit Germanica, quę ex Cimbrica peninſula ad quęrēdas ſedes profecta erat, & nō ſtatim cepit arma. ferè triennio poſt, cū uxoribus & liberis, & omni ſupellectile Italiā petierunt: numerus fuit CC. miliū. ſub rege Albuino ſubactam ac domitā Italiam in potentatus diuiſere. Tenuerunt añ. CCIIII. illo tēpore Vgri, glacialis oceani accolæ, quærēdo ſedes, Pannonias ingreſsi, ibi cōmorati, quā adhuc pacifice tenent: rebus bellicis ita clari, ut nulli ferociſsimarū gentiū cedant. Iuſtinus cum grauiter dolore pedum laboraret, obijt. Tiberius quem ante adoptauerat, ei ſucceſsit.

TIBERIVS

TIberio pax erat cum Longobardis, qui ſe paratos fore ad omnia principis mandata per legatos fuerant polliciti. regē ſibi creauerunt Clephen: qui cum à ſuorum

ſangui

ſanguine etiā nō abſtineret, in inſidias lapſus, cædi meruit. quo cæſo Lōgobardi XXX. duces legere, qui Italiā regerēt: quæ à Samnitibus ad alpeis, præter urbem Ro. & portum, ditionis eorū erat. Tiberius in oriente Perſas ſæpe profligatos intra ſuos fines cōpulit, recepta Meſopotamia. Longobardi rupto cū imperatore fœdere, urbem Ro. graui obſidione premūt: ſed eos multitudo decidentiū imbrium à mœnibus repulit. Qui exiſtimantes ſacrum quoddam uiolari, magno ſilentio eo animo cōceſſerunt amplius cum hoſtilibus armis nō rediturí. Secuta eſt imbres longa ſiccitas, & inde caritate annone laboratū eſt. Tiberius Mauricium generū ſuum adoptauit. Tiberij felicitas multi nominis fuiſſet, ſi res in occidente ut in oriente ei ſucceſsiſſent. Imperauit annis VII. Mauricium generum ſuum conſortem imperij fecit, qui ſucceſsit.

MAVRICIVS

MAuricius gerendis rebus in initio felix, Armenos & Perſas per legatos fudit, Mœſia Scythas repulit. In Italia Lōgobardos repreſsit. Deinde auſpicijs Theodoſii filij ſui, & Germani ſoceri, uictos Hunnos, Pānonijsq; exactos ad ſolitudines fugauit, & Chaganum afflixit illorū ducem. Romanus quidam patritius, non abnuente Auguſto, cum Longobardis ſæpius pugnauit, & uictor primus Italiæ exarchus factus eſt. felix eſt qui uictoriā aſſecutus temperare ſe didicerit. Romanus Græcis mundicijs nutritus, ad delicias animum flexit, ſimulq; ad rapinas. Mauricius uero uetuit: cuius mens (quia pax erat) cumulandis theſauris accenſa finem non inueniebat. ea de cauſa tenax factus, ſtipendia aut rara, aut nulla dabat: factaq; contra eum conſpiratio eſt ab exercitu, qui Sarmatico limiti præpoſitus erat: cuius dux Phocas. Rumor ad Auguſtum peruenit, qui Philippicum generum accerſiri iubet: cui aperuit, quomodo per nocturnam quietē bis terue admonitus erat, uti cum tota familia à Phocate præcaueret. Philippicus admirans dixit ſe noſcere hominem, qui tale facinus non auderet, cum nimis timidus eſſet, improbus tamen. propter id, inquit Mauricius, mihi cauendum eſt: nam qui timidi ſunt, poſtquam ſcelera ineunt, parcere neſciunt, & ſæuius agunt. Cogitemus igitur ne res eueniat. tum Philippicus, liberalitate opus eſt, ea ſola milites etiam irati ſedantur. Mauricius ſurdis auribus audiebat, aut cogitabat inferos pecunia placare, ne acciperent admitterentq;: aut ne priuatus ut antea inter notarios lateret: notarius enim fuerat, & ob diligentiam à Iuſtino præfectus uigilum factus, inde Tiberij gener, poſt Auguſtus. Longe auarius q; ante omnia negocia principis agebantur, ut opinor, ob fatorum neceſsitatē: cum milites id amplius ferre nō poſſent, pręſertim qui contra impetum Scytharum poſiti erant, loco ſterili ac difficili, & gelu horrido, coniurauere in caput Mauricij. ſed cū ad opus uentū eſt, Chalcedone tota domus ferè cum principe cæſa eſt: quod ei non cōtigiſſet, ſi non fraudaſſet milites ſtipendio, ſi ut decebat uixiſſet. Ferunt enim nihil eſſe in eo qui imperat auaricia deteſtabilius: fœdum crimen eſt, & parens omnium malorum. Hinc rapinæ, hinc cædes, hinc dominandi cupido ortum habuere. Hæc in Pertinacem cætera uirum integrū ac ſanctum milites armauit: contra liberalitas Alexandro Magno imperium propagauit. Vtinam Maurici aut Iuſtinum, aut ſocerum tuum imitari didiciſſes. ab illo Iuſtino æs alienum perſolutum eſt. hic Tiberius cum uxore Anaſtaſia, placido certamine indigentibus largas opes dedit. ſed tu uenti facto concederes, theſauris inhiando gladio iugulum præbuiſti. Imperauit Mauricius annis XX.

PHOCAS

PHocas ab ſcelerato exercitu, cuius dux erat, imperator lectus eſt, qui penè Mauricij oblitus, nec tanta cæde edoctus, auariſsime tributa exigenda mandauit: tenacius priore aurum ſeruans, ſecretò cum ſuis aulicis Perſico more omnia diſponens. & hi legatos audiebant, iudicia pendebāt, magiſtratus dabant, quo in eo qui imperat miſerius & deterius nihil eſt. Palatini enim fumi grauiter lædere ſolēt. gratiores apud eum erant, qui inexplebili rapacitate populos uexabāt. ſtipēdia nunq; negauit, quæ tamen parciſsime dabat. unum porrò ſanxit, quod laudem meruit, hoc eſt, urbem Romam totius ſalutaris uitæ caput eſſe, cum antea propter ſedem principis Conſtantinopolis

haberetur

haberetur: Deſidia & ignauia imperatoris, Romanorum hoſtes potentiores facti occidentis diœceſi, Germanias cum inſulis, Gallias, Hiſpanias, & bonā partem Italiæ, Pannoniasq́ & Mœſiam abſtulerant, & magnā partem Africę. Orientis uero Iberos, Armenias, Arabas, & hinc Dardanos, & mediterranea Macedoniæ & Thraciæ. Chaganus Thrax, Hunnorum rex modo huc, modo illuc undiq́ diſcurrebat. Meſopotamiam, Aſſyriam Perſæ occupauerant. Aegyptum Saraceni uaſtauerant. Proh dedecus, noſtræ uires adeo defecerant per luxum ac libidinem, ut imperium Romanum ſolo tantum nomine cōſtaret. Res enim pub. uindices nō habebat. magnā ſpem in initio præbuit de ſe Phocas, quòd homo militaris, ſed omēs fefellit opinio. Itaq́ ex omni parte reges ſoluti metu, irruebant. eoq́ uentum eſt, ut aut nomen imperij deleretur, aut Phocas occumberet. Erat acceptus imperatori Priſcus patricius gener Heraclonæ. Huius filius Heraclius pro prætore Africam adminiſtrabat: ij tres de imperatore occidendo coniuratione̅ inierunt. Heraclonas quia magiſter militiæ erat, in Thracia uelut defenſurus regionem & propulſurus Barbaros exercitum coegit. Heraclius ex Africa Conſtantinopolim uenerat, ne pater defectionis ſuſpicione̅ faceret. Conueniunt ſtatuto te̅pore, fit de induſtria tumultus: dum milites prætoriani accurrūt, cōiurati principem obtruncant. Milites primum Heraclium imperatore̅, Caeſ. Aug. pronunciant. Populus deinde & ſenatus ingenti acclamatione probauit.

HERACLIVS

Heraclij Sergius Conſtantinopolitanus pontifex caput diademate cinxit, eade̅q́ die Fabiam Eudoxiam duxit uorem: ſimulq́ & ſacratiſsimæ coronæ, & nuptiarum pompa celebrata eſt. Totum orientem uaſtauerant Perſæ, & legiones ſæpius reparatas, ſæpius deleuerant. Hinc Scythæ & Auari Europam diripuerant, & Rom. milites interfecerant: paucíſsimi in tot cædibus ſupererāt, ex his qui militauerant ſub Mauricio & Phocate. uix crediderim quod quidam ſcribunt duos tantum ſuperfuiſſe. Ambiguus erat Heraclius, Europam'ne an Africam uindicaret. Criſpum Cappadociæ præfecit. fœdus cum Chagano ante lōgum murum Anaſtaſii percuſsit. cum Longobardis induciæ nondum exierant, Africam firma præſidia tuebant̄. Itaq́ tota mole ad orientem liberandum conuerſus eſt. priuſquam bellum gereret, legatos miſit ad Coſroen, ut à uaſtatione urbium & Romanorum cæde ceſſaret: utq́ iam ſatur humano ſanguine rediret in Perſida. deinde fruſtra orauit inducias. ille cui animus omnia perdendi erat, bis legatos contempſit. tandem ſpretis conditionibus pacis, ſuperbe & contumelioſe reſpondit, ſe nunquam cum Romanis quieturum, niſi poſtpoſita & abnegata Ieſu Nazareni crucifixi religione, Mitram, hoc eſt, Solem qui unicus eſt deus, adorarēt. Imperator indignatus, deſperata pace, expeditione̅ quam cœperat, parauit: acrem delectum undiq́ haberi iuſsit: nouas legiones ſcripſit. Nam ueteres occiderāt, & priuſquam ad bellum duceret exercuit, ut ſolet de tyronibus fieri. ad liberandū orientem pergit. Coſroes factus de bello certior, Palæſtinam Iudæamq́ diripuit. Hieroſolymas poſt longam Chriſtianorū occidionem, exhauſtis omnibus, & omni ſupellectile conſumpſit. Lignum ſalutiferæ crucis, unà cum ſanctiſsimo urbis epiſcopo, in aui ta regna ferri iuſsit. Oſtanem ſatrapam cum ualido exercitu, contra uenientem Heraclium miſit. res primum leuibus prælijs tentata eſt, deinde totis uiribus pugnatum eſt. Perſæ uicti terga dedere. Cæſa ſunt hoſtium ſupra triginta milia, Oſtanes fugit. Saraces & Sarabaſſes duces cecidere. nec tanta cæde ulti ſumus. Iamq́ iterum ac tertio uictores, deleto ac cæſo ſupplemēto longe maiore, cum duce Saie & Razetene, in uiſcera Perſidis ſuperato Tigride penetrauimus. ſæuitūq́ eſt, nō modo in homines, uerūm in urbium direptiones, nec temperatū eſt à profanis hoſtiū templis, qua ſtrage noſtra uulnera recōpenſauimus. ſecundo & tertio prælio, cœleſti auxilio uſi, uictoriā aſſecuti ſumus. ſed tertius ille congreſſus cæſis multis milibus, finem bello Perſico fecit. Coſroes deſperatis rebus Cteſiphontem aufugit, ubi à Siroe filio interfectus eſt, quòd pater Medarſę filio alteri, ſed natu minori regnum tradiderat. quare & hic cecidit uxoresq́. negocio perfecto, Siroes ablatas opes quas reperit, captiuosq́ Romanis, & lignū uitæ reſtituit Heraclio, & prim⁹ ipſe de morte patris ac fratris ſcripſit ad principe̅.

Paxq́

Pax ei data eſt, ijs conditionibus, ut limes Perſici ac Romani imperij Tigris eſſet, atq; Perſæ Meſopotamiam non attentarent. tertiæ pugnæ dies, faſtis Rom. aſcriptus adhuc magnæ uenerationis eſt. Exercitus uictor & laureatus onuſtus ferculis atq; trophæis magna lætitia & ingenti gloria Conſtantinopolim redit dux purpuratus aureo inuectus curru, non lauream manu, ſed lignū crucis tenens, ſe lætantibus populis ſpectandum præbuit. Gratum & ſalutiferum ſpectaculum. occurrentibus ſacerdotibus regio ornatu inſignibus, pompaq; admirabili, præeunte pont. in ſacratiſsimo templo poſitum eſt. maior hic certe triumphus, quàm qui de Gilemere uicto & Africa recuperata habitus eſt. Imperauit Heraclius annis XXXI. ferunt hydropiſi occubuiſſe. Alij ſcribunt nouo cladis genere, teſtium folliculo ſurſum uerſo, ſimul cum uirili membro, & ſemper tento: adeo ut quoties meieret, niſi tabula umbilico admota prohiberete, uultum lotio ſparſiſſet. exiſtimant ob illicitas nuptias accidiſſe. Lapſus etiam fertur in hæreſim Monothelitarum.

MAGMED

HVius tempore prodiſſe in lucem Magmed memoriæ proditum eſt, obſcuris genitum in Arabia parentibus, captumq; ab Scenitis (Numidarū more uiuunt) & mox uenditū. Abdimoneples Iſmaelitici generis emit locuples mercator, qui nō ut ſeruum, ſed liberū loco educauit. Forma puerū conciliabat. cum adoleuiſſet mercimonijs prepoſuit: qui dexteritate ingenij cū ualeret, cōmercio uſus Chriſtianorū Iudæorumq; & aliorum, & lucro augendo diligens, primū domino gratus, inde in notitiā plurimorum uenit. Erat tum in Arabia Sergius monachus. Eò enim è Byzantio fugerat, ſceleſtæ opinionis pœnas metuens, inq; domū Abdimoneplis conſuetudine diuertebat, Magmedi plurimū fauēs: nactusq; iuuenis facilitatē atq; prōptitudinē, in diuerſa haud difficulter deduxit. Interea herus moritur ſine liberis. uxor uidua dum uirū quæreret, & eſſet quinquagenaria, domíq; haberet ualidum annis iuuenem, domeſticis nuptijs uſa traditur, Sergio (uti ego exiſtimo) perſuadente. iuuenis magicæ uanitatis non expers, potens pollensq; carmine, intra paucos dies muliebri mēti mirum de ſe ſtudium immiſcuit, adeo ut illa nimio ardore deperiret. Corripiebatur Magmed comitiali morbo: quod ubi uxor animaduertit, ægre ferens rogauit quidnam rei eſſet. tum ille monitis Sergij, deſine mirari, inquit, morbus abeſt: ſed conſpectum cœleſtis nuncij ad me dei iuſſu uenientis, ferre cum nequeam, mens & membra obſtupeſcunt. idemq; contingere omnibus prophetis narrabat, ſe quoq; prophetam eſſe dictitans. Vana ſpe eluſa fœmina, fidem præſtitit: & quem modo amabat, obſeruare ſimul & colere cœpit. in ea perſuaſione cum diem obijſſet, hæredem uirum toto (ut aiunt) axe ſcripſit. ijs opibus fretus, palàm de ſe loquebatur. multi aſſentiebantur, præſertim fœminæ, inter quas antea gloriabunda uxor, nomen laudesq; mariti & cœleſtiū cōgreſſus diſſeminauerat: ſi qui uero repugnarēt, cogebant armis: breuiq; ſermone & metu exercitū ſatis amplum coegit. Negligentia Cæſ. Auguſti animos prębuit, qui exiguis copijs primos illos conatus effringere potuit. neglectus ignis paulatim augeſcens, cum fomes ſuppetit, abſumit omnia: deſidiaq; noſtrorū, pernicioſa tabes creuit, cui fomentum medicæ manus adhibere nequeunt. Arabes primi defecere, proximæ dein de regiones, ipſaq; inuaditur Syria: in qua ferax Damaſcus ui expugnata, uiuentis Phylarchi & templū & diuinos honores principes inſpexit. pugnaſſe poſtea fertur cū Perſis, & partem copiarum amiſiſſe, redijſſeq; ad ſuos Arabas, copiasq; ſuppleuiſſe Scenitis, manu tum bello ualidiſsima, & rebus geſtis clara: quæ indignata ob negata ſtipendia fraude quæſtorum, & Romani ducis tenacitate, Magmedi hæſit: & tunc defeciſſe prouincias quidam ſcribunt. Scriptor haud ignobilis, qui paulo poſt illa tempora fuit, tradit Magmed cum pleriſq; aſſeclarum cohortibus Syriam intraſſe, & per legatos petijſſe ab Heraclio regiones ad incolendum, atq; impetraſſe: & ingentem illum numerum, cum alimenta deeſſent, direptionibus agrorum uillarumq; & urbium quæſiuiſſe. adijciunt poſt rapinas reuerſum eum ad antiquas ſedes, aperuiſſeq; leges, & fuiſſe legiſlatorem: tandem natum annos quadraginta ueneno interijſſe, quod affines dominorum, ad quos hæreditas ſpectabat, parauiſſe ferunt, & clàm cibis immiſcuiſſe. Eo ſublato

Iſmaelitica

Iſmaelitica gens, quod ab duce didicerat, ferre palàm deterrita non eſt. Tota ferè quæ antea cœperat ceſsit Aphrica, ſed oræ mediterranei maris longe ſerius. Demum deſi dia Romanorũ principum, eò ſuperſtitio creuit, ut magnitudine eius atq; armis perter ritus oriens, & bona pars Europæ, non ſine clade, & noſtra ignominia deſciuerit.

DE PROGENIE HERACLII

HEraclius ex Fabia Eudoxia uxore ſuſcepit Epiphaniam & Heraclium, qui Conſtantinus nouus appellatus eſt, quem ab ineunte ætate ſacro diademate adornauit pater. Defunctæ Fabiæ funus cum efferretur, puella ſorte quadam ſpuit per feneſtram, contigitq; tetigiſſe elatum cadauer: nulla facta mora comprehenſa, & rogo Fabiæ poſita, uiua exuſta. Duxit poſtea Martinam filiam fratris, lata lege, ut idem omnibus liceret: ex qua genuit Heraclonam. Succeſsit primum patri Conſtantinus nouus, qui regnum à patre accepit, non malum fidei dogma: nondum annum imperans, à nouerca ueneno ſublatus eſt. Arripuit imperium Martina cum Heraclona, qui natus erat annos decem, & ij conſpiratione ſenatus ante biennium capti, & in exilium Cappadociam miſsi. mulieri linguam præcidunt, ne oratione, qua plurimum ualebat, populos commoueret: puero abſciderunt naſum, ne decor aut gratia in uultu miſerationem facerent. Senatus tunc ſine militibus principẽ fecit, quod raro contigit, & ante & poſt Tacitum. Auguſtus electus eſt Conſtans Conſtantini filius, genitus ex Gregoria filia Nicetæ patricij. & is filius Gregoræ, qui multum dilectus ab Heraclio fuerat, magniſq; honoribus functus. Conſtans uero dum fruſtra in Longobardos impetum facit, in ſuos conuertit iram. laminas argenteas, quibus Pantheon tegebatur, & alia quædam pretioſa, reliquias hoſtilium prædarum atq; incendiorum ſubſtulit, & ſecum in Siciliam tulit. Dumq; ibi in balneis ſe lauat, à miniſtris, autore Mazeſe, interfectus eſt. Qui dum pace Conſtantinopoli fruitur, mortem obijt, regnumq; per manus filio Iuſtino tradidit. In hoc defecit Heraclij progenies. decimo imperij anno, deiectus ſolio à Leontio patricio, exul in Ponto, afflictus calamitate occubuit, abſciſsis naribus. ſoli Heraclio inter omnes principes Ro. quantum rerum geſtarum monimenta docent, ſtirpis ſuæ apud inferos ſextum legere Auguſtum, Lacheſis ſuo inextricabili uolumine concedit. Præfuerunt omnes annis LXXXVII.

COMPENDII ROMANAE HISTORIAE
per Pomponium Lætum finis.

AMMIANI MARCEL LINI RERVM GESTARVM
LIBER QVARTVSDECIMVS.

POST emenſos inſuperabilis expeditionis euentus, languentibus partium animis, quas periculorum uarietas fregerat & laborum, nondum tubarũ ceſſante clangore, uel milite locato per ſtationũ hiberna, fortunæ ſæuientis procellæ tẽpeſtates alias rebus infudere cõmunibus, per multa illa et dira facinora Cęſaris Galli. qui ex ſqualore nimio miſeriarum, ætatis adultæ primitijs, ad principale culmen inſperato cultu prouectus, ultra terminos poteſtatis delatæ procurrens, aſperitate nimia cuncta fœdabat. Propinquitate enim regiæ ſtirpis, gentilitateq́; etiamnum Conſtantini nominis efferebatur in faſtus, ſi plus ualuiſſet, auſurus hoſtilia in autorem ſuæ felicitatis, ut uidebať: cuius acerbitati uxor graue acceſſerat incentiuum, germanitate Auguſti turgida ſupra modum, quam Annibaliano regi fratris filio antehac Conſtantinus iunxerat pater: Megæra quædam mortalis, inflammatrix ſæuientis adſidue, humani cruoris auida nihil mitius q̃ maritus: qui paulatim eruditiores facti proceſſu temporis ad nocendũ, per clandeſtinos uerſutosq́; rumigerulos, compertis leuiter addere quædam male ſuetos, falſa & placentia ſibi dicentes, affectati regni, uel artium nefandarũ calumnias inſontibus adfingebant. Eminuit aũt inter humilia, ſupergreſſa iam potentia fines mediocrium delictorũ, nefanda Clematij cuiuſdam Alexãdrini nobilis mors repentina: cuius ſocrus cõmiſceri ſibi generum flagrans, eius amore nõ impetrato, ut ferebatur, per palatij pſeudothyrum introducta, oblato pretioſo reginę monili id aſſequuta eſt, ut ad Honoratum, tum comitem orientis, formula miſſa, letali odio ſcelere nullo contactus idem Clematius, nec hiſcere nec loqui permiſſus occideretur. Poſt hoc impie perpetratum quod in alijs quoq́; iam timebatur, tanq̃ licentia crudelitati indulta, per ſuſpicionum nebulas æſtimati quidam noxij damnabantur; quorum pars necati, alij puniti bonorũ mulctatione, actiq́; laribus ſuis extorres, nullo ſibi relicto præter querelas & lachrymas, ſtipe collatitia uictitabant: & ciuili iuſtoq́; imperio ad uoluntatem conuerſo cruentam, claudebantur opulentæ domus & claræ. Nec uox accuſatoris ulla, licet ſubditi, in his malorum quærebatur aceruis, ut ſaltem ſpecie tenus crimina præſcriptis legum cõmitterẽtur, quod aliquoties fecere principes ſæui, ſed quicquid Cæſaris implacabilitati ſediſſet, id uelut fas iusq́; perpenſum confeſtim urgebatur impleri. Excogitatum eſt ſuper his, ut homines quidam ignoti, uilitate ipſa parum cauendi, ad colligẽdos rumores per Antiochię latera cuncta deſtinarentur, relaturi quæ audirẽt. hi peragranter & diſsimulanter honoratorum circulis adſiſtendo, peruadendoq́; diuites domos egentiũ habitu, quicquid noſcere poterant uel audire, latenter intromiſsi per poſticas in regiam nunciabant: id obſeruantes conſpiratione concordi, ut fingerent quædam, & cognita duplicarent in peius: laudes uero ſupprimerent Cæſaris, quas inuitis cõpluribus formido malorum impendentium exprimebat. Et interdum acciderat, ut ſi quid in penetrali ſecreto, nullo citeriore eius uitæ miniſtro præſente, paterfamilias uxori ſuſurraſſet in aurem, uelut Amphiarao referente, aut Martio, quondam uatibus inclytis, poſtridie diſceret imperator. Ideoq́; etiam parietes arcanorum ſoli conſcij timebantur. Adoleſcebat aũt obſtinatum propoſitũ erga hæc & ſimilia multa ſcrutandi, ſtimulos admouẽte regina, quæ abrupta è mariti fortuna ſtridebat in exitium pręceps: cum eum potius lenitate fœminea ad ueritatis humanitatisq́; uiam reducere utilia ſuadendo deberet, ut in Gordianorum actibus factitaſſe Maximini truculenti illius imperatoris retulimus coniugem. Nouo deniq́; pernicioſoq́; exemplo idem Gallus auſus eſt inire flagitium graue, quod Romæ cum ultimo dedecore tentaſſe aliquãdo dicitur Gallienus; & adhibitis paucis

Stipe collatitia uictitabant

Flagitium Galli

Veſperi per tabernas palabatur, quid de Cæſare ſentirent

clàm ferro ſuccinctis, ueſperi per tabernas palabatũ & compita, quæritãdo Græco ſermone, cuius erat impendio gnarus, quid de Cęſare quiſq; ſentiret. & hæc cõfidenter agebat in urbe, ubi pernoctantiũ luminũ claritudo dierũ ſolet imitari fulgorem. Poſtremo agnitus ſæpe, iamq; ſi prodiſſet, cònſpicuũ fore ſe cõtemplans, non niſi luce palàm egrediens ad agenda quæ putabat ſeria, cernebatũ. Et hæc quidẽ medullitus multis gemẽtibus agebanũ. Thalaſsius uero ea tẽpeſtate præfectus prætorio, pręſens ipſe quoq; arrogantis ingenij, cõſiderans incitationẽ eius ad multorũ augeri diſcrimina, non maturitate uel cõſilijs mitigabat, ut aliquoties celſę poteſtates iras principũ mollìuerunt: ſed aduerſando iurgandoq; cum parũ congrueret, ad rabiẽ euibrabat eum, Auguſtum actus eius exaggerando creberrime docens, idq; incertum quã mente, ne lateret affectans. quibus mox Cæſar acrius efferatus, uelut cõtumaciæ quoddam uexillum altius erigẽs, ſine reſpectu ſalutis alienæ uel ſuæ, ad uerrẽda ſuppoſita inſtar rapidi fluminis irreuocabili impetu ferebatũ. Nec ſanè hæc pernicies ſola orientẽ diuerſis cladibus affligebat.

Vexillum contumaciæ

Iſauri

Namq; & Iſauri, quibus uſitatũ eſt ſæpe pacari, ſæpeq; inopinis excurſib. cuncta miſcere, ex latrocinijs occultis & raris, alente impunitate adoleſcentẽ in peius audaciam, ad bella grauia proruperũt: diu quidẽ perduelles ſpiritus irrequietis motibus erigentes, hac tamen indignitate perciti uehemẽter, ut iactabant: ꝙ eorũ quidã capti conſortes apud Iconium Piſidiæ oppidũ in amphitheatrali ſpectaculo feris prædatricibus obiecti ſunt, præter morem. Atq;, ut Tullius ait, ut etiam feræ monitæ plerunq; ad eum locum ubi aliquando paſtæ ſunt, reuertuntur: ita oẽs inſtar turbinis digreſsi montibus impeditis & arduis, loca petiuere mari confinia. per quæ in latebroſis ſeſe conuallibus occultantes, cum appeteret nox, luna etiã tum cornuta, ideoq; nondũ ſolido ſplendore fulgente, nauticos obſeruabant. quos cum in ſomnum ſentirent effuſos, per ancoralia quadrupedo gradu repentes, ſeſeq; ſuſpenſis paſsibus iniectãtes in ſcaphas, eiſdem nihil opinantibus adſiſtebant: & incendente auiditate ſæuitiã, ne cedentiũ quidem ulli parcendo, obtruncatis omnibus, merces opimas uel utiles nullis repugnantibus auertebãt: hæcq; nõ diu ſunt perpetrata. Cognitis enim uiatorũ cæſorũ funeribus, nemo deinde ad has ſtationes appulit nauẽ: ſed ut Scironis prærupta letalia declinantes, littoribus Cyprijs contigui nauigabant, quã Iſauriæ ſcopulis ſunt cõtrouerſa. Procedente igitur mox tẽpore cum aduectitium nihil inueniretur, relicta ora maritima in Lycaoniam adnexam Iſauriæ, ſe contulerunt: ibiq; denſis interobſidentiũ itinera prætenturis, prouincialium & uiatorum opibus paſcebantur. Excitauit hic ardor milites, per municipia plurima quæ ijſdem conterminant diſpoſitos & caſtella: & quiſq; ſerpentes latius pro uiribus repellere moliens, nunc globis cõfertos, aliquoties & diſperſos, multitudine ſuperabatur ingenti: quæ nata & educata inter editos recuruosq; ambitus montium, eos ut loca plana perſultat & mollia, miſsilibus obuios eminus laceſſens, & ululatu truci perterrens. Coactiq; aliquoties noſtri pedites ad eos perſequendos ſcandere cliuos ſublimes, etiamſi lapſantibus plantis fruteta prenſando uel dumos ad uertices uenerint ſummos, inter arcta tamẽ & inuia nullas acies explicare permiſsi, nec firmare niſu ualido greſſus, hoſte diſcurſatore rupium abſciſa uoluẽte ſuperne, periculoſe per prona diſcedunt; aut ex neceſsitate ultima fortiter dimicantes, ruinis ponderum immanium conſternuntur. Quamobrem circunſpecta cautela obſeruatum eſt deinceps, & cum edita montium petere cœperint graſſatores, loci iniquitate milites cedunt. Vbi autem in planicie potuerint reperiri, quod contingit aſsidue, nec exertare lacertos, nec criſpare permiſsi tela, quæ uehunt bina uel terna, pecudum ritu inertium trucidanũ. Metuentes igitur ijdem latrones Lycaoniam magna parte campeſtrem, cum ſe impares noſtris fore cõgreſsione ſtataria documẽtis frequẽtibus ſcirent, tramitibus deuijs petiuere Pamphyliã, diu quidem intactã, ſed timore populationum & cædium, milite per omnia diffuſo propinqua, magnis undiq; præſidijs cõmunitam. Raptim igitur properantes, ut motus ſui rumorẽ celeritate nimia præuenirent, uigore corporum ac leuitate confiſi, per flexuoſas ſemitas ad ſummitates collium tardius euadebant. Et cum ſuperatis difficultatibus arduis, ad ſupercilia ueniſſent fluuij Melanis alti & uerticoſi, qui pro muro tuetur accolas circũfuſos, urgente nocte adulta temporeq; quieuere pauliſper lucẽ opperientes. Arbitrabanũ enim nullo impediẽte tranſgreſsi

Scironis prærupta

Lapſantibus plantis

Criſpare tela

Congreſsio ſtataria

greſsi inopino accurſu oppoſita quæq; uaſtare: ſed incaſſum labores pertulere grauiſ-
ſimos. Nam ſole orto, magnitudine anguſti gurgitis & profundi à tranſitu arcebãtur:
& dum piſcatorios quærunt lenunculos, uel innare temere contextis ratibus parant, *Lenunculi*
effuſæ legiones, quæ hyemabãt tunc apud Sideniſtem, impetu occurrere ueloci: & ſi- *piſcatorij*
gnis prope ripam locatis ad manus cõminus conſerendas, denſas ſcutorum compa-
ges ſcientiſsime præſtruebant: auſos quoq; aliquos fiducia nandi, uel cauatis arborum
truncis amnem permeare latenter, facillime trucidarunt. Vnde tentatis ad diſcrimen
ultimum artibus multũ, cum nihil impetraretur, pauore uiq; repellente extruſi, & quò
tenderent ambigentes, uenêre prope oppidum Laranda: ibi uictu recreati & quiete, *Victu recreati & quiete*
poſtq; abierat timor, uicos opulentos adorti, equeſtrium adiumento cohortium, quæ
caſu propinquabant, nec reſiſtere planicie porrecta conati digreſsi ſunt: retroq; con-
cedentes, omne iuuentutis robur relictum in ſedibus acciuerunt. Et quoniã inedia gra
ui adflictabantur, locum petiuere Paleas nomine, uergentem in mare, ualido muro fir
matum: ubi conduntur nunc uſq; cõmeatus, diſtribui militibus omne latus Iſauriæ de
fendentibus adſueti. Circunſtetere igitur hoc munimentum per triduũ & trinoctium:
& cum neq; accliuitas ipſa ſine diſcrimine adiri letali, nec cuniculis quicq; geri poſſet,
nec procedebat ullum obſidionale commentum, mœſti excedunt, poſtremo ira ſube- *Obſidionale*
unte maiora uiribus aggreſſuri. Proinde concepta rabie ſæuiore, quam deſperatio in- *commentum*
cendebat & fames, amplificatis uiribus ardore incohibili in excidium urbium matris
Seleuciæ efferebantur, quã comes tuebatur Caſtritius, tresq; legiones bellicis ſudori-
bus induratæ. Horum aduẽtum prædocti ſpeculationibus fidis rectores militum, teſ-
ſera data ſolenni, armatos omnes celeri eduxere procurſu: & agiliter præterito Cali-
cadni fluminis ponte, cuius undarum magnitudo murorũ alluit turres, in ſpeciem lo-
cauere pugnandi. Neq; tamen exiliuit quiſquã, nec permiſſus eſt congredi. Formida-
batur enim flagrans ueſania manus, & ſuperior numero, & ruitura ſine reſpectu ſalu-
tis in ferrum. Viſo itaq; exercitu procul, auditoq; liticinum cantu, repreſſo gradu pa-
rumper ſtetere prædones: exertanteſq; minaces gladios poſtea lentius incedebãt: qui-
bus occurrere bene pertinax miles explicatis ordinibus parans, haſtiſq; feriens ſcuta,
qui habitus iram pugnantiũ cõcitat et dolorẽ, proximo iam geſtu terrebat. Sed eum in
certamen alacriter conſurgentem reuocauere ductores, rati intempeſtiuũ anceps ſubi
re certamen, cum haud longe muri diſtarent, quorũ tutela ſecuritas poterat in ſolido
locari cunctorũ. hac icti perſuaſione, reducti intra mœnia bellatores, obſeratis undiq;
portarum aditibus, propugnaculis inſiſtebant & pinnis, cõgeſta undiq; ſaxa telaq; ha
bentes in promptu, ut ſi quis ſeſe proripuiſſet ulterius, multitudine miſsilium ſternere
tur & lapidum. Illud tamen clauſos uehementer angebat, ꝙ captis nauigijs, quæ fru-
menta uehebãt per flumen, Iſauri quidẽ alimentorũ copijs adfluebant: ipſi uero ſolita-
rum rerum cibos iam conſumendo, inediæ propinquantis ærumnas exitialeis horre-
bant. Hæc ubi latius fama uulgaſſet, miſſæq; relationes adſiduæ Gallum Cęſarem per
mouiſſent, quoniã magiſter equitum lõgius ea tempeſtate diſtinebatur, iuſſus Comes
orientis Nebridius, contractis undiq; militaribus copijs ad eximendam periculo ciui-
tatem amplam & opportunam, ſtudio properabat ingenti: quo cognito abſceſſere la-
trones, nulla re amplius memorabili geſta, diſperſiq;, ut ſolent, auia montium petiere
celſorum. Eò adducta re per Iſauriam, rege Perſarũ bellis finitimis illigato repellẽteq;
à conlimitijs ſuis ferociſsimas gẽtes, quæ mente quadam uerſabili hoſtiliter eum ſæpe
inceſſunt, & in nos arma mouentem aliquoties iuuant, Nohodares quidam nomine ẽ
numero optimatum, incurſare Meſopotamiã quoties copia dederit ordinatus, explo-
rabat noſtra ſolicite, ſi reperiſſet uſquam locum ui ſubita perrupturus. Et quia Meſo-
potamiæ tractus omnes crebro inquietari ſueti, prætenturis & ſtationibus ſeruabant
agrarijs, leuorſum flexo itinere Oſdruenæ ſubſederat, æſtimans partes, nouũ parumq; *Oſdruena*
aliquando tentatum cõmentum adgreſſus: quod ſi impetraſſet, fulminis modo cuncta
uaſtaret. Erat autem quod agitabat huiuſmodi: Batne municipium in Anthemuſia
conditum Macedonum manu priſcorum, ab Euphrate flumine breui ſpacio diſpara-
tur, refertum mercatoribus opulentis: ubi annua ſolennitate prope Septẽbris initium
ad nundinas magna promiſcuæ fortunæ conuenit multitudo, ad commercanda quæ

Indi mittunt & Seres, aliaꝗ plurima uehi terra mariꝗ conſueta. Hanc regionẽ præſti
tutis celebritati diebus inuadere parans dux antè dictus, per ſolitudines Aboræꝗ am
nis herbidas ripas, ſuorũ indicio proditus, qui admiſsi flagitij metu exagitati ad præſi
De Saracenis dia diſcurrere Romana, abſꝗ ullo egreſſus effectu, deinde tabeſcebat immobilis. Sara
ceni tamen nec amici nobis unꝗ, nec hoſtes optandi, ultro citroꝗ diſcurſantes, quic-
quid inueniri poterat, momẽto tẽporis parui uaſtabãt, miluorũ rapaci uitę ſimiles: qui
ſi prædã diſpexerint celſius, uolatu rapiunt celeri, aut ſi impetrarint, nõ immorant. Su
per quorum moribus licet in actibus principis Marci, & poſtea aliquoties meminerim
retuliſſe, tamẽ nunc quoꝗ pauca de ijſdem expediam carptim. Apud has gentes, qua-
rum exordiens initium ab Aſſyrijs ad Nili cataractas porrigitur & confinia Blemya-
Seminudi Saraceni rum, omnes pari ſorte ſunt bellatores, ſeminudi, coloratis ſagulis pube tenus amicti,
equorum adiumento pernicium, graciliumꝗ camelorũ per diuerſa reptantes in tran-
quillis uel turbidis rebus: nec eorũ quiſquã aliquãdo ſtiuam apprehendit, uel arborem
Errant ſine lare, ſine legibus colit, aut arua ſubigendo quæritant uictum: ſed errant ſemper per ſpatia longe lateꝗ
diſtenta, ſine lare, ſine ſedibus fixis aut legibus: nec idem perferunt diutius cœlum, aut
Vxores ad tempus tractus unius ſoli illis unꝗ placet. uita eſt illis ſemper in fuga, uxoresꝗ mercenarię con
ductæ ad tempus ex pacto: atꝗ ut ſit ſpecies matrimonij, dotis nomine futura cõiunx
haſtam & tabernaculum offert marito, poſt ſtatum diem ſi id elegerit diſceſſura: & in-
credibile eſt, quo ardore apud eos in Venerem uterꝗ ſoluitur ſexus. Ita aũt quoad ui-
xerint, late palãtur, ut alibi mulier nubat, in loco pariat alio, liberosꝗ procul deducat,
nulla copia quieſcendi permiſſa. Victus uniuerſis caro ferina eſt, lactisꝗ abundans co
pia qua ſuſtentãtur, & herbę multiplices, & ſi quæ alites capi per aucupium poſsint, &
pleroſꝗ nos uidimus frumenti uſum & uini penitus ignorantes. Hactenus de natione
pernicioſa: nunc ad textum propoſitũ reuertamur. Dum hęc in Oriente aguntur, Are
Arelate Conſtantius hyemem agens lãte hyemem agens Conſtãtius, poſt theatrales ludos atꝗ Circenſes ambitioſo editos
apparatu, ad diem ſextum idus Octob. qui imperij eius annum triceſimũ terminabat,
inſolentia pondera grauius librans, ſi quid dubiũ deferebatur aut falſum, pro liquido
accipiens & comperto, inter alia excarnificatum Gerontium Magnentianæ comitem
partis, exulari mœrore multauit. Vtꝗ ægrum corpus quaſſari etiã leuibus ſolet offen-
ſis, ita animus eius anguſtus & tener, quicquid increpuiſſet, ad ſalutis ſuæ diſpẽdium
exiſtimans factum, aut cogitatum, inſontium cædibus fecit uictoriam luctuoſam. Si
quis enim militarium uel honoratorum, aut nobilis inter ſuos, rumore tenus eſſet inſi-
mulatus fouiſſe partes hoſtiles, iniecto onere catenarum in modum beluæ trahebatur:
& inimico urgente, uel nullo, quaſi ſufficiente hoc ſolo quòd nominatus eſſet, aut de-
latus, aut poſtulatus, capite uel mulctatione bonorum, aut inſulari ſolitudine damna-
batur. Accendebant eius aſperitatem iactata uulgo crimina, quibus imminui ampli-
Cruentæ blandiciæ tudo imperij dicebatur: & iracundiæ ſuſpicionem proximorum cruentæ blanditiæ, ex
aggerantium incidentia, & dolere impendio ſimulantium, ſi principis perditur uita, à
cuius ſalute uelut filo pendere ſtatum orbis terrarũ fictis uocibus exclamabãt. Ideoꝗ
fertur, neminem aliquãdo ob hæc uel ſimilia pœnæ addictum, oblato de more elogio
reuocari iuſsiſſe, quod inexorabiles quoꝗ principes factitarũt: & exitiale hoc uitium,
quod in alijs nonnunquam intepeſcit, in illo ætatis progreſſu efferueſcebat, obſtina-
tum eius propoſitum accendente adulatorum cohorte. Inter quos Paulus eminebat
notarius, ortus in Hiſpania, glabro quidem ſub uultu latens, odorandi uias periculo-
rum occultas perquam ſagax. is in Britanniam miſſus ut militares quoſdam perduce-
ret auſos cõſpiraſſe Magnentio, cum reniti non poſſent, his licentius ſupergreſſus flu
minis modo fortunis complurium ſeſe repentinus infudit. & ferebatẽ per ſtrages multi
plices ac ruinas, uinculis mẽbra ingenuorũ adfligens, & quoſdam obterens manicis,
crimina ſcilicet multa conſarcinando à ueritate longe diſcreta. unde admiſſum eſt faci-
Notã inuſſit nus impium, quod Cõſtantij tẽporibus notam inuſſerat ſempiternã. Martinus regens
illas prouincias pro præfecto, ærumnas innocentiũ grauiter gemens, ſæpeꝗ obſecrãs
ut ab omni culpa immunibus parceret, cum nõ impetraret, minabatur ſe diſceſſurum:
ut ſaltẽ id metuens perquiſitor maleuolus, tandẽ deſineret quieti coalitos homines in
aperta pericula proiectare. Per hoc minui ſtudium ſuum exiſtimans Paulus, ut erat in

compli

complicandis negocijs artifex dirus, unde & Catena inditum eſt cognomentum, uicarium ipſum eos quibus parſerat adhuc defenſantem, ad ſortem periculorum communium traxit. Et inſtabat ut eum quoq; cum tribunis & alijs pluribus ad comitatũ imperatoris uinctum perduceret: quo percitus ille exitio urgente, abrepto ferro eundẽ adoritur Paulum. Et quia languente dextera letaliter ferire non potuit, iam diſtrictum mucronem in proprium latus impegit: Hocq; deformi genere mortis exceſsit è uita iuſtiſſimus, remora auſus miſerabiles caſus leuare multorum. Quibus ita ſceleſte patratis, Paulus cruore perfuſus, reuerſus eſt ad principis caſtra, multos coopertos penè catenis adducens, in ſqualorem deiectos atq; mœſtitiam: quorum aduentu intendebantur èculei, uncoſq; parabat carnifex & tormenta. & ex ijs proſcripti ſunt plures, actiq; in exilium alij: nõnullos gladij cõſumpſere pœnales. Nec enim quiſquam facile meminit ſub Conſtantio, ubi ſuſurro tenus hæc mouebantur, quenquam abſolutum. Inter hæc Orphitus præfecti poteſtate regebat Vrbem æternã ultra modũ delatæ dignitatis ſeſe efferens inſolenter: uir quidem prudens, & foreſium negotiorum oppido gnarus, ſed ſplendore liberalium doctrinarum minus quàm nobilem decuerat inſtitutus: quo adminiſtrante ſeditiones ſunt cõcitatæ graues ob inopiam uini. huius auidis uſibus uulgus intentum ad motus aſperos excitatur & crebros. Et quoniã mirari poſſe quoſdam peregrinos exiſtimo hæc lecturos, forſitan ſi contigerit: quamobrem cum oratio ad ea monſtranda deflexerit, quæ Romæ gererentur, nihil præter ſeditiones narratur, & tabernas & uilitates harum ſimiles alias: ſummatim cauſas præſtringam, nuſquam à ueritate ſponte propria digreſſurus. Tempore quo primis auſpicijs in mundanum fulgorem ſurgeret uictura dum erunt homines Roma, ut augeretur ſublimibus incrementis fœdere pacis æternæ, uirtus conuenit, atq; fortuna, plerunq; diſsidentes: quarum ſi altera defuiſſet, ad perfectam non uenerat ſummitatem. eius populus ab incunabulis primis adusq; pueritiæ tempus extremum, quod annis circumcluditur ferè trecentis, circummurana pertulit bella: deinde ætatem ingreſſus adultam, poſt multiplices bellorum ærumnas, alpes tranſcendit & fretum: in iuuenem erectus & uirum ex omni plaga, quam orbis ambit immenſus, reportauit laureæ triumphos. Iamq; uergens in ſenium, & nomine ſolo aliquoties uincẽs, ad tranquilliora uitæ diſceſsit. Ideo Vrbs uenerabilis poſt ſuperbas efferatarum gentium ceruices oppreſſas, lataſq; leges, fundamenta libertatis & retinacula ſempiterna, uelut frugi parens, & prudens, & diues, Cæſaribus tanquam liberis ſuis regenda patrimonij iura permiſit. & olim, licet otioſæ ſint tribus, pacatæq; centuriæ, & nulla ſuffragiorum certamina, ſed Pompiliani redierit ſecuritas temporis: per omnes tamen quotquot ſunt partes terrarum ut domina ſuſpicitur & regina, & ubiq; patrum reuerenda cum autoritate canicies, populiq; Romani nomen circumſpectum & ueredum. Sed læditur hic cœtuum magnificus ſplendor leuitate paucorum incondita, ubi nati ſint non reputantium, ſed tanquam indulta licentia uitijs, ad errores lapſorum & laſciuiam. ut enim Simonides Lyricus docet, beate perfecta ratione uicturo ante alia patriam eſſe conuenit glorioſam. Ex his quidam æternitati ſe commendari poſſe per ſtatuas æſtimantes, eas ardenter adſectant, quaſi plus præmij ex figmentis æreis ſenſibus carentibus adepturi, quàm ex conſcientia honeſte recteq; factorum: eaſq; auro curant imbracteari, quod Acilio Glabrioni delatum eſt primo, cum conſilijs armiſq; regem ſuperaſſet Antiochum. Quam autem ſit pulchrum exigua hæc ſpernentem & minima, ad aſcenſus ueræ gloriæ tendere longos & arduos, ut memorat uates Aſcræus, Cenſorius Cato monſtrauit. qui interrogatus quamobrem inter multos nobiles ſtatuam non haberet, Malo, inquit, ambigere bonos, quamobrem id non meruerim: quàm quod eſt grauius, cur impetrauerim muſſitare. Alij ſummum decus in carrucis ſolito altioribus, & ambitioſo ueſtium cultu ponentes, ſudant ſub ponderibus lacernarũ, quas in colli exerta ſingulis ipſis adnectant, nimia ſubtegminum tenuitate peruia, filis extãtes crebris à locis omnibus, maximeq; ſiniſtra: ut longioris fimbriæ tunicæ perſpicua luceant uarietate liciorum, effigiatæ in ſpecies animalium multiformes. Alij nullo quærente, uultus ſeueritate adſimulata, patrimonia ſua in immenſum extollunt, cultorum (ut putant) feracium multiplicantes annuos fructus, quæ à primo ad ultimum ſolem ſe abunde iactitant poſsidere: igno-

Vrbs Cæſaribus tanquam liberis iura permiſit

Dictũ Catonis

rantes profecto maiores ſuos, per quos iſta magnitudo Romana porrigitur, non diuitijs eluxiſſe: ſed per bella ſæuiſsima, nec opibus, nec uictu, nec indumentorum uilitate à gregarijs militibus diſcrepantes, oppoſita cuncta ſuperaſſe uirtute. Hinc ex collatitia ſtipe Valerius humatur ille Publicola: & ſubſidijs amicorum mariti inops cum liberis uxor alitur Reguli: dotatur ex ærario filia Scipionis, cum nobilitas florem adultæ uirginis, diuturnam abſentiam pauperis erubeſceret patris. Ad nunc ſi ad aliquem bene nummatum tumentemq; loculis honeſtus aduena ſalutatum introiueris, primitus tanquam exoptatus ſuſciperis, & interrogatus multa, coactusq; mentiri, miraris nunquam antea uiſus, ſummatem uirum tenuem te ſic enixius obſeruantem: ut pœniteat hæc bona tanquam præcipua non uidiſſe ante decennium. Romanaq; affabilitate confiſus, cum eadem poſtridie feceris ut incognitus hæres & repentinus, hortatore illo heſterna die mirãdo, qui ſis uel unde uenias diutius ambigẽte. Agnitus uero tandem, & adſcitus in amicitiam, ſi te ſalutandi adſiduitate dederis triennio indiſcretus, & per totidem defueris, reuerteris ad paria perferenda: nec ubi eſſes interrogatus, & num è medio diſceſſeris, ætatem omnem fruſtra in ſtipite conteres ſubmittendo. Cum autem interuallata temporibus conuiuia longa & noxia cœperint apparari, uel diſtributio ſolennium ſportularum, anxia deliberatione tractatur, an exceptis his quibus uiciſsitudo debetur, peregrinum inuitari conueniet: & ſi digeſto plene conſilio id placuerit geri, is adhibetur qui pro domibus excubat aurigarum, aut artem teſſerariam profitetur, aut ſecretiora quædam ſe noſſe confingit. Homines enim eruditos & ſobrios ut infauſtos & inutiles uitant quoq;: accedente quòd & nomenclatores adſueti hæc & talia uenditare mercede accepta, cœnis quoſdam & prandijs inſerunt ſubditiтios ignobiles & obſcuros. Menſarum enim uoragines, & uarias uoluptatum illecebras, ne longius progrediar, prætermitto: illuc tranſiturus, quod quidam per ampla ſpacia urbis, ſubuerſasq; ſilices, ſine periculi metu properanter equos uelut publicos ſignatis, quod dicitur, calceis agitant, familiarium agmina tanquam prædatorios globos poſt terga trahentes, ne Sannione quidem, ut ait Comicus, domi relicto. quo comitatu matronę complures opertis capitibus & baſternis per latera ciuitatis cuncta diſcurrunt, utq; præliorum periti rectores primo cateruas denſas opponunt & fortes, deinde leues armaturas, poſt iaculatores, ultimasq; ſubſidiales acies, ſi fors adegerit, inuaſuras: ita præpoſitis urbanæ familiæ ſuſpenſæ digerentibus ſolicite, quos inſignes faciunt uirgæ dextris aptatæ, uelut teſſera data caſtrenſi iuxta uehiculi frontem omne textrinum incedit: huic atratum coquinæ adiungitur miniſterium, deinde totum promiſcue ſeruitium, cum otioſæ plebis de uicinitate coniunctis. poſtrema multitudo ſpadonum à ſenibus in pueros deſinens, coloris obluridi, diſtortaq; liniamentorum compage deformis: ut quaqua inceſſerit quiſquam cernens mutilorum hominum agmina, deteſtetur memoriam Semiramidis reginæ illius ueteris, quæ teneros mares caſtrauit omniũ prima, uelut uim iniectans naturæ, eandemq; inſtituto curſu retorquẽs, quæ inter ipſa oriundi crepundia per primigenios ſeminis fontes tacita quodammodo lege uias propagandæ poſteritatis oſtendit. Quod cum ita ſit, paucæ domus ſtudiorum ſerijs cultibus antea celebratæ, nunc ludibrijs ignauiæ torrentes exundant, perflabili ſono uocali tinnitu fidium reſultantes. deniq; pro philoſopho cantor, & in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur: & bibliothecis ſepulchrorum ritu in perpetuum clauſis organa fabricant ut hydraulica, & lyræ ad ſpeciem carpentorum ingentes, tibiæq; & hiſtrionici geſtus inſtrumenta non leuia. Poſtremo ad id indignitatis eſt uentum, ut cum peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab urbe præcipites, ſectatoribus diſciplinarum liberalium impendio paucis ſine reſpiratione ulla extruſis, tenerentur mimarum aſſeclæ ueri, quiue id ſimularunt ad tempus: & tria milia ſaltatricum ne interpellata quidem cum choris totidemq; remanerent magiſtris. Et licet quocunq; oculos flexeris, fœminas adſatim multas ſpectare cirratas, quibus ſi nupſiſſent per ætatem ter iam nixus poterat ſuppetere liberorum, aduſq; tædium pedibus pauimenta terentes, iactari uolubilibus gyris, dum exprimunt innumera ſimulacra quæ finxere fabulæ theatrales. Illud autem non dubitatur, quòd cum eſſet aliquando uirtutum omnium domicilium Roma ingenuos

Interuallata conuiuia

Diſtributio ſportularum

Ars teſſeraria

Semiramis caſtrauit mares

Pro philoſopho cantor accitur

Organa hydraulica

aduenas

aduenas plerique nobiliũ(ut Homerici baccarũ ſuauitate Lotophagi)humanitatis multiformibus officijs retentabant. Nunc uero inanes flatus quorundã, uile eſſe quicquid extra urbis pomœriũ naſcitur æſtimant, præter orbos & cœlibes: nec credi poteſt, qua obſequiorũ diuerſitate coluntur homines ſine liberis Romæ. Et quoniã apud eos ut in capite mundi morborũ acerbitates celſius dominantur, ad quos uel ſedandos omnis profeſsio medendi torpeſcit: excogitatũ eſt adminiculum ſoſpitale, ne quis amicum perferentẽ ſimilia uideat. additũq; eſt cautionibus paucis, remediũ aliud ſatis ualidũ: ut famulos percontatũ miſſos, quemadmodũ ualeant noti hac ægritudine conligati, non ante recipiant domum quàm lauacro purgauerint corpus. Ita etiam alienis oculis uiſa metuitur labes. Sed tamen hæc cum ita tutius obſeruentur, quidam uigore artuum imminuto rogati ad nuptias, ubi aurum dexteris manibus cauatis offertur, impigre uel uſq; Spoletium pergunt. Hæc nobilium inſtituta. Ex turba uero imæ ſortis & paupertinæ in tabernis aliqui pernoctant uinarijs: nõnulli uelabris umbraculorum theatralium latent, quæ, Campanam imitatus laſciuiã, Catulus in ædilitate ſua ſuſpendit omniũ primus: aut pugnaciter aleis certant, turpi ſono fragoſis naribus introrſum reducto ſpiritu concrepantes: aut quod eſt ſtudiorũ omnium maximũ, ab ortu ad ueſperam ſole fatiſcunt uel pluuijs, præmia aurigarũ equorumq; præcipua uel delicta ſcrutantes. Et eſt admodum mirũ, uidere plebem innumerã mentibus ardore quodam infuſo, cum dimicationum curulium euentu pendentem. hæc ſimiliaq; memorabile nihil uel ſerium agi Romæ permittunt. ergo redeundum ad textum. Latius iam diſsimulata licentia onerofus bonis omnibus Cæſar, nullum poſt hæc adhibens modum, Orientis latera cuncta uexabat, nec honoratis parcens, nec urbiũ primatibus, nec plebeis. deniq; Antiochiæ ordinis uerendi duces ſub uno elogio iuſsit occidi, ideo efferatus, quòd ei celebrari uilitatem intempeſtiuã urgenti, cum impenderet inopia grauius rationabili reſpõderunt. & periſſent ad unũ, ni Comes Orientis tunc Honoratus fixa cõſtantia reſtitiſſet. Erat autẽ diritatis eius hoc quoq; indiciũ, nec obſcurũ, nec latens, quòd ludicris cruentis delectabatur, & in circo ſex uel ſeptem aliquoties uetitis certaminibus pugilum uicißsim ſe concidentiũ, perfuſorũq; ſanguine ſpecie ut lucratus ingentia lætabatur. Accendebat ſuper his incitatũ propoſitum ad nocendum aliqua mulier uilis, quæ ad palatium ut popoſcerat intromiſſa, inſidias ei latenter obtendi prodiderat ab militibus obſcuriſsimis: quã Conſtantina exultans, ut in tuto iam locata mariti ſalute, muneratam, uehiculoq; impoſitã, per regiæ ianuas emiſit in publicũ, ut ijs illecebris alios quoq; ad indicãda proliceret paria uel maiora. Poſt hæc Gallus Hierapolim profecturus, ut expeditioni ſpecie tenus adeſſet, Antiochẽſi plebi ſuppliciter obſecrãti, ut inediæ diſpelleret metũ, quæ per multas difficileſq; cauſas affore iam ſperabatur, non(ut mos eſt principibus quorũ diffuſa poteſtas localibus ſubinde medetur ærumnis) diſponi quicquam ſtatuit, uel ex prouincijs alimenta transferri conterminis: ſed cõſularem Syriæ Theophilum propè adſtantẽ, ultima metuenti multitudini dedit, aſsidue replicando, quòd inuito rectore nullus egere poterit uictu. Auxerunt hæc uulgi ſordidioris audaciã. Et cum ingraueſceret penuria cõmeatuum, fames & furor, impulſu Eubuli cuiuſdã inter ſuos clari, domũ ambitioſam ignibus ſubditis inflammauit: rectoremq; ut ſibi iudicio imperiali addictum calcibus inceſſens, & pugnis conculcans, ſeminecem laniatu miserãdo diſcerpſit. Poſt cuius lachrymoſum interitum in unius exitio quiſq; imaginem periculi ſui conſiderãs, documento recenti ſimilia formidabat. Eodem tempore Serenianus ex Duce, cuius ignauia populatã in Phœnice Cœlen antè retulimus, pulſatæ maieſtatis imperij reus iure poſtulatus à lege, incertũ qua potuit ſuffragatione abſolui: aperte cõuictus, familiarem ſuum cum pileo, quo caput operiebat, incantato uetitis artibus, ad templum miſiſſe fatidicum: quæritatum expreſſe an ei firmũ portẽderetur imperium, ut cupiebat. & iunctum duplexq; ijſdem diebus acciderat malum, quòd & Theophilum inſontẽ atrox intercepit caſus, & Serenianus dignus execratione cunctorũ, innoxius modo nõ reclamãte publico uigore diſceſsit. Hæc ſubinde Conſtantius audiẽs, & quædã referente Thalaſsio doctus, quem mouiſſe iam cõpererat, lege cõmuni, ſcribẽs ad Cæſarem blandius adiumẽta paulatim illi ſubtraxit, ſolicitari ſe ſimulans, ne quod

Coluntur orbi & cœlibes

Aurigarũ fautrix plebes

Galli immanitas

Theophilus

Serenianus

militare otium ferè tumultuoſum in eius perniciem cõſpiraret, ſolisq; ſcholis iuſsit eſſe contentum palatinis, & protectorum cum ſcutarijs & gentilibus: & mandabat Domitiano ex Comite Largitionum præfecto, ut cum in Syriam uenerit, Gallum, quem crebro acceperat ad Italiam properare, blande hortaretur & uerecunde. Qui cum ueniſſet ob hæc feſtinatis itineribus Antiochiam, præſtrictis palatij ianuis, contempto Cæſare, quem uideri decuerat, ad prætorium cum pompa ſolenni perrexit: morboſq; diu cauſatus, nec regiam introijt, nec proceſsit in publicum: ſed abditus multa in eius moliebatur exitium, addens quædam relationibus ſuperuacua, quæ ſubinde dimittebat ad principem. Rogatus ad ultimum, admiſſusq; in cõſiſtorium, ambage nulla prægreſſa inconſiderate & leuiter: proficiſcere, inquit, ut præceptũ eſt Cæſar, ſciens quòd ſi ceſſaueris, & tuas & palatij tui auferre iubeo propediem annonas. Hocq; ſolo contumaciter dicto, ſubiratus abſceſsit, nec in conſpectum eius poſtea uenit ſæpius accerſitus. hinc ille commotus, ut iniuſta perferens & indigna, præfecti cuſtodiam protectoribus mãdauerat fidis. Quo comperto Montius tunc quæſtor, aſper quidem, ſed ad lenitatem propenſior, conſulens in commune, aduocatos Palatinarum primos ſcholarum alloquutus eſt mollius, dicens, nec decere hæc fieri, nec prodeſſe: addensq; uoces obiurgatorio ſono, quòd ſi id placeret, poſt ſtatuas Conſtantini deiectas, ſuper adimenda uita præfecto conueniet ſecurius cogitari. His cognitis, Gallus ut ſerpens appetitus telo uel ſaxo, iamq; ſpes extremas opperiens, & ſuccurrens ſaluti ſuæ quauis ratione colligi omnes iuſsit armatos: & cum ſtarẽt attoniti, diſtricta dentium acie ſtridens, Adeſte, inquit, uiri fortes mihi periclitanti uobiſcum. Montius nos tumore inuſitato quodam & nouo, ut rebelles & maieſtati recalcitrantes Auguſtæ, per hæc quæ ſtrepit incuſat: iratus nimirum, quòd cõtumacem præfectum, quid rerum ordo poſtulat ignorare diſsimulantem, formidine tenus iuſſerim cuſtodiri. Nihil morati poſt hæc militares, auidi ſæpe turbarum, adorti ſunt Montium primum, qui diuertebat in proximo, leui corpore ſenem, atq; morboſum: & hirſutis reſticulis cruribus eius innexis, diuaricatum ſine ſpiramento ullo aduſq; prætorium traxere præfecti. Et eodem impetu Domitianum præcipitem per ſcalas itidem funibus conſtrinxerunt: eoſq; coniunctos per ampla ſpatia ciuitatis acri raptauere diſcurſu. iamq; artuum & membrorũ diuulſa compage ſuperſcandentes corpora mortuorum, ad ultimam truncata deformitatem, uelut exaturati mox abiecerunt in flumen. Incenderat autẽ audaces uſq; ad inſaniam homines ad hæc quę nefarijs egere conatibus, Luſcus quidam curator urbis ſubito uiſus: cumq; eo Sthenelaus baiulorum præcentor, ad expediendum quod orſi ſunt incitans uocibus crebris, qui haud longe poſtea ideo uiuus exuſtus eſt. Et quia Montius inter dilaniantium manus ſpiritum efflaturus, Epigonum & Euſebium, nec profeſsionem, nec dignitatem oſtendens, aliquoties increpabat: qui ſint hi, magna quærebatur induſtria. & nequid intepeſceret, Epigonus è Lycia philoſophus ducit, & Euſebius è Myſia pietatis cognomento concitatus orator: cum quęſtor non hos, ſed tribunos fabricarum inſimulaſſet, promittentes armorũ ſi nouæ res agitari cœpiſſent. Iiſdem diebus Apollinaris Domitiani gener, paulo ante agens palatij Cęſaris curã, ad Meſopotamiam miſſus à ſocero, per militares numeros immodice ſcrutabatur, an quædam altiora meditantis iam Galli ſecreta ſuſceperint ſcripta. qui compertis Antiochiæ geſtis, per minorem Armeniam lapſus, Conſtantinopolim petijt. exindeq; per protectores retractus arctiſsime tenebatur. quæ dum ita ſtruuntur, indicatũ eſt apud Tyrum indumentum regale textum occulte, incertũ quo locante, uel cuius uſibus apparatum. Ideo rector prouinciæ tunc pater Apollinaris, eiuſdem nominis, ut conſcius ductus eſt. alijq; congregati ſunt ex diuerſis ciuitatibus multi, qui atrociũ criminũ põderibus urgebantur. Iamq; lituis cladum concrepantibus internarum non celate ut antea turbidum ſæuiebat ingeniũ à ueri conſideratione detortũ: & nullo impoſitorum uel cõpoſitorum fidem ſolenniter inquirente, nec diſcerpente à ſocietate noxiorum inſontes, uelut exturbatũ è iudicijs fas omne diſceſsit: & cauſarũ legitima ſilente defenſione, carnifex rapinarũ ſequeſter, & obductio capitũ, & bonorũ ubiq; mulctatio uerſabatur per orientales prouincias: quas recenſere puto nunc opportunum, abſq; Meſopotamia digeſta

Diſtricta dentiũ acie ſtridẽs

cum

cum bella Parthica dicerentur, & Aegypto, quam neceſſario aliud reieci ad tempus.
Superatis Tauri montis uerticibus, qui ad ſolis ortũ ſublimius attolluntur, Cilicia ſpa *Cilicia*
cijs porrigitur late diſtẽtis, diues bonis omnibus terra: eiusq́ lateri dextro adnexa Iſau
ria, pari ſorte uberi palmite uiret & frugibus multis, quam mediam nauigabile flumen
Calicadnus interſcindit. Et hanc quidẽ præter oppida multa, duæ ciuitates exornant, *Calicadnus*
Seleucia opus Seleuci regis, & Claudiopolis, quam deduxit coloniã Claudius Cęſar: *Seleucia*
Iſauria enim antehac mœnium potens, olim ſubuerſa ut rebellatrix interneciua, ægrè *Claudiopolis*
ueſtigia claritudinis priſtinæ monſtrat admodum pauca: Ciliciam uero, quæ Cydno
amne exultat, Tarſus nobilitat, urbs perſpicabilis: hãc cõdidiſſe Perſeus memoratur, *Tarſus*
Iouis filius & Danaes, uel certe ex Aethiopia profectus, Sandan quidã nomine, uir o-
pulentus & nobilis, & Anazarbus autoris uocabulum referens: & Mopſuheſtia, uatis
illius domiciliũ Mopſi, quem à cõmilitio Argonautarũ cum aureo uellere direpto re-
ducem & errore abſtractum, delatũ ad Africæ littus mors repentina cõſumpſit: & ex
eo ceſpite punico tecti manes eius Heroici, dolorũ uarietati medenť plerunq́ ſoſpita-
les. Hæ duæ prouinciæ bello quondam piratico cateruis mixtæ prædonũ, à Seruilio *Seruilius miſit*
proconſule miſſæ ſub iugũ, factæ ſunt uectigales. Et hæ quidẽ regiones uelut in promi *ſub iugum*
nenti terrarum lingua poſitæ, ab orbe eo monte Amano diſparantur. Orientis uero li- *Iſauriam*
mes in longum protentus & rectum, ab Euphratis fluminis ripis aduſq́ ſupercilia por
rigitur Nili, leua Saracenis cõterminãs gẽtibus, dextra pelagi fragoribus patẽs: quam
plagam Nicator Seleucus occupatam auxit magnum in modum, cum poſt Alexandri *Nicator*
Macedonis obitum ſucceſſorio iure teneret regna Perſidis, efficacię impetrabilis rex,
ut indicat cognomentũ. Abuſus enim multitudine hominũ, quam tranquillis in rebus
diutius rexit, ex agreſtib. habitaculis urbes cõſtruxit multis opibus firmas & uiribus:
quarum ad præſens pleræq́ licet Græcis nominibus appellenť, quę ijſdem ad arbitri-
um impoſita ſunt cõditoris, primigenia tamẽ nomina nõ amittunt, quę eis Aſſyria lin-
gua inſtitutores ueteres indiderunt. Et prima poſt Oſdroenam, quam (ut dictum eſt)
ab hac deſcriptione diſcreuimus, Comagena nunc Euphratenſis clementer adſurgit,
Hierapoli, uetere Nino & Samoſata ciuitatibus amplis illuſtris. dein Syria per ſpatio
ſam interpatet diffuſa planiciẽ. hanc nobilitat Antiochia mũdo cognita ciuitas, cui nõ *Antiochia*
certauerit alia aduectitijs ita adfluere copijs & internis, & Laodicea, & Apamia, iti- *ciuitas*
demq́ Seleucia, inde à primis auſpicijs florentiſsimæ. Poſt hanc accliuis Libano mon-
ti Phœnice regio plena gratiarũ et uenuſtatis, urbibus decorata magnis & pulchris: in *Phœnice*
quibus amœnitate celebritateq́ nominum Tyrus excellit, Sidon & Berytus, ijſdemq́
pares, Emiſſa, & Damaſcus, ſeculis cõditæ priſcis. Has aũt prouincias, quas Orontes *Tyrus*
ambiens amnis, imoſq́ pedes Caſsij montis illius celſi prætermeans, fundiť in Parthe *Sidon*
nium mare, Cn. Pompeius ſuperato Tigrane, regnis Armeniorum abſtractas ditioni *Berytus*
Romanę cõiunxit. Vltima Syriarum eſt Palæſtina, per interualla magna protẽta, cul- *Damaſcus*
tis abundans terris & nitidis, & ciuitates habẽs quaſdam egregias, nullam nulli ceden *Orontes*
tem, ſed ſibi uiciſsim uelut ad perpendiculũ æmulas: Cæſareã, quam ad honorẽ Octa- *Cæſarea*
uiani principis exędificauit Herodes, & Eleutheropolim, & Neapolim, itidemq́ Aſca *Eleutheropolis*
lonem, Gazam & Iuliam, æuo ſuperiore extructas. In his tractibus nauigerum nuſq́
uiſitur flumen, & in locis plurimis aquæ ſuapte natura calentes emergũt, ad uſus aptę *Aquæ medi-*
multiplicium medelarum. Verum has quoq́ regiones pari ſorte Pompeius Iudæis do *catæ*
mitis, & Hieroſolymis captis, in prouinciarum ſpeciem rectori delata iuriſdictione
formauit. Huic Arabia eſt conſerta, ex alio latere Nabatæis contigua, opima uarieta- *Arabia*
te commerciorum, caſtriſq́ oppleta ualidis & caſtellis, quæ ad repellendos gentium *Nabatæi*
uicinarum excurſus, ſolicitudo peruigil ueterum per opportunos ſaltus erexit & cau-
tos. Hæc quoq́ ciuitates habet inter oppida quædam ingentes, Boſtram & Gerazam
atq́ Philadelphiam, murorum firmitate cautiſsimas. Hanc prouinciæ impoſito nomi- *Philadelphia*
ne, rectoreq́ attributo, obtemperare legibus noſtris Traianus cõpulit imperator, inco
larum tumore ſæpe cõtuſo, cum glorioſo marte Mediam urgeret & Parthos. Cyprum
itidem inſulam procul à continenti diſcretã & portuoſam, inter municipia crebra ur- *Salamis*
bes duæ faciũt clarã, Salamis & Paphus: altera Iouis delubris, altera Veneris templo *Paphus in*
inſignis, tanta autem tamq́ multiplici fertilitate abundat rerum omnium eadem Cy- *Cypro*

prus, ut

prus,ut nullius externi indigens adminiculi,indigenis uiribus, à fundamento ipſo ca-
rinæ ad ſupremos uſq; carbaſos ædificet onerariã nauem, omnibuſq; armamentis in-
ſtructam mari committat. nec piget dicere, auide magis hanc inſulam populum Ro-
Ptolemæus manum inuaſiſſe quàm iuſte. Ptolemæo enim rege fœderato nobis & ſocio, ob ærarij
noſtri anguſtias iuſſo ſine ulla culpa proſcribi, ideoq; hauſto ueneno uoluntaria mor-
te deleto, & tributaria facta eſt, & uelut hoſtiles eius exuuiæ claſsi impoſitæ,in urbem
aduectæ ſunt per Catonem. Nunc repetetur ordo geſtorum. Inter has ruinarum uarie
tates, à Niſibi quam tuebatur accitus, cui nos obſecuturos iunxerat imperiale præce-
ptum, diſpicere litis exitialis ſemina cogebatur, abnuens & reclamans adulatorũ obla
trantibus turmis, bellicoſus ſanè mileſq; ſemper & militũ ductor, ſed forenſibus iur-
gijs longe diſcretus: qui metu ſui diſcriminis anxius, cũ accuſatores quæſitoreſq; ſub-
dititios ſibi conſociatos ex ijſdem foueis cerneret emergẽtes, quæ clàm palàmue agita
bantur, occultis Conſtantium literis edocebat, implorans ſubſidia, quorum metu tu-
mor notiſsimus Cæſaris exhalaret. Sed cautela nimia in peiores hæſerat plagas, ut nar
rabimus poſtea, æmulis conſarcinantibus inſidias graues apud Conſtantiũ cætera me
dium principẽ, ſed ſi quid auribus eius huiuſmodi quiuis inſudiſſet ignotus acerbũ &
implacabilem, & in hoc cauſarum titulo diſsimilem ſui. proinde die funeſtis interroga
tionibus præſtituto, imaginarius iudex equitũ reſedit magiſter, adhibitis alijs iam quæ
eſſent agẽda prædoctis: & aſsiſtebant hincinde notarij, quid quæſitũ eſſet, quidue re-
ſponſum, curſim ad Cæſarẽ perferentes. cuius imperio trucis tum à ſtimulis reginæ,
exertantis aurem ſubinde per auleũ, nec diluere obiecta permiſsi, nec defenſi periere
complures. Primi igitur omnium ſtatuuntur Epigonus & Euſebius, ob nominũ gen-
tilitatem oppreſsi. Prædiximus enim Montium ſub ipſo uiuendi termino his uocabu-
lis appellatos fabricarum culpaſſe tribunos, ut adminicula futuræ ultioni pollicitos. &
Epigonus quidem amictu tenus philoſophus, ut apparuit, prece fruſtra tentata, ſulca-
tis lateribus, mortiſq; metu admoto, turpi confeſsione cogitatorũ ſocium, quæ nulla
erant, fuiſſe firmauit, cum nec uidiſſet quicq; nec audiſſet, penitus expers forenſium re
rum: Euſebius uero obiecta fidentius negans, ſuſpẽſus in eodem gradu cunctatus eſt,
latrocinium illud eſſe non iudicium clamans. Cumq; pertinacius ut legum gnarus ac-
cuſatorem flagitaret atq; ſolennia, doctus id Cæſar, libertatemq; ſuperbiam ratus, tan-
quam obtrectatorem audacem excarnificari præcepit. qui ita euiſceratus ut cruciati-
bus membra deeſſent, implorans cœlo iuſtitiam, toruũ renidens fundato pectore man
ſit immobilis, nec ſe incuſare nec quenq; alium paſſus: & tandem nec cõfeſſus nec con
futatus, cum abiecto cõſorte pœnali eſt morte mulctatus. & ducebatur intrepidus tem
porũ iniquitati inſultans, imitatus Zenonem illum ueterem Stoicum, qui ut mentire-
tur quædam, laceratus diutius, auulſam ſedibus linguã ſuam cum cruẽto ſputamine in
Tunicula pe- oculos interrogantis Cyprij regis impegit. Poſt hæc indumentũ regale quærebatur: &
ctoralis. miniſtris fucandæ purpuræ tortis cõfeſsiſq; pectoralem tuniculã ſine manicis textam,
Chriſtiani Maras quidã nomine inductus eſt (ut appellant Chriſtiani) diaconus: cuius prolatæ li
teræ ſcriptæ Græco ſermone ad Tyrij textrini præpoſitũ. celerari ſpeciem perurgebat:
quam autem non indicabat. deniq; etiam idem uſq; ad diſcrimen uitæ uexatus, nihil fa
teri compulſus eſt. Quæſtione igitur per multiplices dilatata fortunas, cum ambigeren
tur quædã, nonnulla leuius actitata conſtaret, poſt multorum clades Apollinares am-
bo pater & filius in exilium acti, cum ad locũ Crateras nomine perueniſſent, uillam ſci
licet ſuã quæ ab Antiochia uiceſimo & quarto diſiungitur lapide, ut mandatũ eſt, fra-
Gallus ut leo ctis cruribus occiduntur. Poſt quorũ necem nihilo lenius ferociens Gallus, ut leo ca-
cadaueribus daueribus paſtus, multa huiuſmodi ſcrutabatur: quæ ſingula narrare non refert, ne pro-
paſtus feſsionis modũ, quod euitandũ eſt, excedamus. Hæc dum Oriens diu perferret, cœli
reſerato tepore, Conſtantius cõſulatu ſuo ſepties & Cæſaris iterũ egreſſus Arelate Va
lentiam petit, in Gundomadũ & Vadomariũ fratres Alemannorum reges arma mo-
turus, quorum crebris excurſibus uaſtabantur confines limitibus terræ Gallorum.
Dumq; ibi diu moratur, commeatus opperiẽs, quorũ tranſlationẽ ex Aquitania uer-
ni imbres ſolito crebriores prohibebant, auctiq; torrentes, Arculanus aduenit prote-
ctor domeſticus, Hermogenis ex magiſtro equitum filius, apud Conſtantinopolim, ut

ſupra

ſupra retulimus,populari quondã turbela diſcerpti:quo ueriſsime referente quæ Gal-
lus egerat, damnis ſuper præteritis mœrens, & futurorũ timore ſuſpenſus, angorem
animi quamdiu potuit emendabat. Miles tamen interea omnis apud Cabillona colle-
ctus, morarum impatiens ſæuiebat, hoc iritatior, quòd nec ſubſidia uiuendi ſuppete-
rent,alimentis nondum ex uſu translatis. Vnde Rufinus ea tempeſtate præfectus præ
torio,ad diſcrimen truſus eſt ultimũ.ire enim ipſe compellebatur ad militẽ,quem exa-
gitabat inopia ſimul & feritas, & alioquin coalito more in ordinarias dignitates aſpe-
rum ſemper & ſæuum,ut ſatisfaceret atq; monſtraret,quam ob cauſam annonæ cõuec-
ctio ſit impedita.quod opera conſulta cogitabatur aſtute,ut hoc inſidiarũ genere Gal-
li periret auunculus,ne eum ut præpotens acueret ad fiduciam exitioſa cœptantẽ. Ve
rum nauata eſt opera diligens. Euſebius præpoſitus cubiculi miſſus eſt Cabillona au-
rum ſecum perferens, quo per turbulentos ſeditionũ concitatores occultius diſtribu-
to,& tumor conſenuit militũ,& ſalus eſt in tuto locata præfecti. Deinde cibo abunde
perlato,caſtra die prædicto ſunt mota. Emenſis itaq; difficultatibus multis,& niue ob-
rutis callibus pluribus, ubi prope Rauracũ uentum eſt ad ſupercilia fluminis Rheni,
reſiſtente multitudine Alemanna, pontem ſuſpendere nauium cõpage Romani ui ni-
mia uetabantur,ritu grandinis undiq; cõuolantibus telis: & cum id impoſsibile uide-
retur,imperator cogitationibus magnis attonitus,quid capeſſeret ambigebat. Ecce au
tem ex improuiſo index quidã regionũ gnarus aduenit, & mercede accepta uadoſum
locũ nocte monſtrauit, unde ſuperari potuit flumẽ. & potuiſſet aliorſum intẽtis hoſti-
bus,ni pauci ex eadem gente, quibus erat honoratioris militiæ cura cõmiſſa, popula-
res ſuos hæc per nuncios docuiſſent occultos,ut quidam exiſtimabant. Infamabat au-
tem hæc ſuſpicio Latinũ domeſticorũ comitem,& Agilonem tribunũ ſtabuli, atq; Scu
dilonem ſcutariorũ rectorem, qui tunc ut dextris ſuis geſtantes Remp. colebãtur. At
Barbari ſuſcepto pro inſtantium rerũ ratione conſilio,dirimentibus forte auſpicijs,uel
congredi prohibẽtibus,autoritate ſacrorũ mollito rigore,quo fidentius reſiſtebãt,opti
mates miſere delictorũ ueniam petituros & pacem. Tentis igitur regis utriuſq; legatis
& negotio rectius diu penſato,cum pacẽ oporteret tribui,quæ iuſtis cõditionibus pe-
tebatur,eamq; ex re tum fore ſententiarũ uia concinens approbaſſet, aduocato in con
cionem exercitu,imperator pro tempore pauca dicturus,tribunali aſsiſtens,circunda
tus poteſtatum cœtu celſarum,ad hunc diſſeruit modum:Nemo quæſo miretur,ſi poſt *Oratio im-*
exudatos labores itinerũ longos,cõgeſtoſq; affatim commeatus,fiducia ueſtri ductan *peratoris*
te Barbaricos pagos aduentans, uelut mutato repente conſilio ad placidiora diuerti.
Pro ſuo enim loco & animo quiſque ueſtrum reputans, id inuenit uerum, quod miles
ubiq; licet membris uigentibus firmus, ſe ſolum uitamq; propriam circunſpicit & de-
fendit:Imperator uero officiorum, dum æquus omĩbus alienæ cuſtos ſalutis, nihil non
ad ſui ſpectare tutelam rationes populorũ cognoſcit,& remedia cuncta quæ ſtatus ne-
gociorũ admittit,arripere debet alacriter ſecunda numinis uoluntate delata. Vt in bre
ue igitur conferã, & oſtendam qua ex cauſa omẽs uos ſimul adeſſe uolui, cõmilitones
mei fidiſsimi:accipite æquis auribus, quę ſuccinctius explicabo:Veritatis enim ſermo *Veritatis ſer-*
eſt ſimplex. Arduos ueſtræ gloriæ gradus,quos fama per plagarum quoq; accolas ex- *mo eſt ſimplex*
tremarũ diffundit,excellenter accreſcens, Alemannorũ reges & populi formidantes,
per oratores quos uidetis ſummiſsis ceruicibus conceſsionem præteritorũ poſcunt &
pacem:quam ut cunctator & cautus utiliumq; monitor, ſi ueſtra uoluntas adeſt,tribui
debere cenſeo,multa contẽplans:Primo ut Martis ambigua declinentur, dein ut auxi
liatores pro aduerſarijs aſciſcamus,quod pollicentur:tum autem,ut incruenti mitige-
mus ferociæ flatus pernicioſos ſæpe prouincijs: poſtremo id reputãtes,ꝙ non ille ho-
ſtis uincitur ſolus,qui cadit in acie,pondere armorum oppreſſus & uirium: ſed multo
tutius etiam tuba tacente,ſub iugo mittitur uoluntarius,qui ſentit expertus,nec forti-
tudinem in rebelles, nec lenitatẽ in ſupplices animos deeſſe. In ſumma, tanꝙ arbitros
uos quid ſuadetis opperior,ut princeps tranquillus temperanter adhibere modum al-
lapſa felicitate decernẽs. Non enim inertiæ, ſed modeſtiæ humanitatiq;(mihi credite)
hoc quod recte conſultũ eſt adſignabit. Mox ut dicta finierat,multitudo omĩs ad quæ
imperator uoluit promptior, laudato conſilio, conſenſit in pacem, ea ratione maxime

percita

percita, quòd norat expeditionibus crebris, fortunam eius in malis tantum ciuilibus *Fœdus ictũ cũ Alemannis* uigilaſſe: cum aũt bella mouerentur externa, accidiſſe plerunq; luctuoſa. Icto poſt hæc fœdere gentiũ ritu, perfectaq; ſolennitate, imperator Mediolanum ad hyberna diſceſ- *Imp. Mediolanum diſcedit* ſit, ubi curarum abiectis ponderibus alijs, tanq; nodum & odium difficillimum Cæſa- rem conuellere niſu ualido cogitabat: eiq; deliberanti cum proximis clandeſtinis colloquijs & nocturnis, qua ui, quibus'ue cõmentis id fieret, antequam effundendis rebus pertinacius incumberet confidentia, acciri mollioribus ſcriptis per ſimulationẽ tractatus publici minis abiectis eundem placuerat Gallum, ut auxilio deſtitutus, ſine ullo interiret obſtaculo. Huic ſententiæ uerſabilium adulatorum refragantibus globis, inter quos erat Arbetio ad inſidiandum acer & flagrans, & Euſebius tunc prępoſitus cubiculi, effuſior ad nocendum, id occurrebat, Cæſare diſcedente Vrſicinũ in oriente perniciosè relinquẽdum, ſi nullus eſſet qui prohiberet altiora meditaturum. Iiſdemq; reſi- *Cupiditas ſpadonum* dui regij acceſſere ſpadones, quorum ea tempeſtate plus habendi cupiditas ultra mortalem modum adoleſcebat, inter miniſteria uitæ ſecretioris per arcanos ſuſurros nutrimenta fictis criminibus ſubſerentes: qui ponderibus inuidiæ grauioris uirum fortiſsimum opprimebant, ſuboleſcere imperio adultos eius filios muſitantes, decore corporum fauorabiles & ætate, per multiplicem armaturæ ſcientiam agilitatemq; membrorum inter quotidiana proludia exercitos, cõſulto conſilio cognitos. Gallum ſuopte ingenio trucem, per ſuppoſitos quoſdam ad ſæua facinora ideo animatũ, ut eo digna omnium ordinum deteſtatione exoſo, ad magiſtri equitum liberos principatus inſignia *Aures expoſitæ rumoribus & patentes* transferantur. Cum hæc taliaq; ſolicitas eius aures euerberarẽt, expoſitas ſemper huiuſmodi rumoribus & patentes, uario animo tumeſcente, conſilio tandem dato optimum factu elegit: & Vrſicinum primum ad ſe uenire ſummo cum honore mandauit, ea ſpecie, ut pro rerum tunc urgentium captu diſponeretur concordi conſilio, quibus uirium incrementis Parthicarum gentium arma minantium impetus frangerentur. Et ne quid ſuſpicaretur aduerſi uenturus, uicarius eius, dum redit, Proſper miſſus eſt co- *Copia rei uehiculariæ* mes: acceptiſq; literis, & copia rei uehiculariæ data, Mediolanum itineribus properauit magnis. Reſtabat ut Cæſar poſt hæc properaret accitus, & abſtergendæ cauſa ſuſpicionis, ſororem ſuam, eius uxorem, Conſtantius ad ſe tandem deſideratam uenire multis fictiſq; blanditijs hortabatur. Quæ licet ambigeret, metuens ſæpe cruentũ, ſpe tamen quod eum lenire poterat ut germanum, profecta, cum Bithyniam introiſſet, in ſtatione quæ Cænos Gallicanos appellatur, abſumpta eſt ui febriũ repentina. Cuius poſt obitum maritus cõtemplans cecidiſſe fiduciam, qua ſe fultum exiſtimabat, anxia cogitatione quid moliretẽ hærebat. Inter res enim impeditas & turbidas, ad hoc unum mentem ſollicitam dirigebat, quòd Conſtantius cuncta ad ſuam ſententiam cõferens, nec ſatisfactionẽ ſuſcipiet aliquam, nec erratis ignoſcet: ſed ut erat in propinquitatis perniciem inclinatior, laqueos ei latenter obtendens, ſi cepiſſet incautum morte mulctaret. Eò neceſsitatis adductus, ultimaq; ni uigilaſſet opperiens, principem locum ſi qua patuiſſet copia adſectabat: ſed perfidia proximorũ ratione bifaria deſerebatẽ, quòd eum ut truculentum horrebant & leuem, quodq; altiorem Conſtantij fortunam in diſcordijs ciuilibus formidabant. Inter has curarum moles immenſas, imperatoris ſcripta ſuſcipiebat adſidua, monentis orantiſq; ut ad ſe ueniret, & mente monſtrantis obliqua, remp. nec poſſe diuidi, nec debere, ſed pro uiribus quenq; ei ferre ſuppetias fluctuanti, nimirum Galliarum indicans uaſtitatẽ: quibus ſubſerebat non adeo uetus exemplum, quòd Diocletiano & eius collegæ, ut apparitores Cæſares, non reſides, ſed ultro citroq; diſcurrentes obtẽperabant: & in Syria Auguſti uehiculum iraſcentis per ſpatium mille paſ. ferè pedes antegreſſus eſt Galerius purpuratus. Aduenit poſt multos Scudilo ſcutariorum tribunus, uelamento ſubagreſtis ingenij perſuaſionis opifex callidus, qui eũ adulabili ſermone ſerijs admixto, ſolus omniũ proficiſci pellexit, uultũ adſimulato ſæpius replicando quòd flagrantibus uotis eum uidere frater cuperet patruelis, quod per imprudentiã geſtum eſt remiſſurus ut mitis & clemens: participemq; eum ſuæ maieſtatis adſcitum, ut futurum laborum quoq; ſocium, quos Arctoę prouinciæ diu feſſę poſcebãt. Vtq; ſolent manũ iniectantibus fatis hebetari ſenſus hominũ & obtundi, his illecebris ad meliorum expectationem erectus, egreſſuſq; Antiochia numinę

mine læuo ductante, prorſus ire tendebat de fumo, ut prouerbium loquitur uetus, ad flammam: & ingreſſus Conſtātinopolim tanquam in rebus proſperis & ſecuris editis equeſtribus ludis, capiti Coracis aurigæ impoſuit coronam ut uictoris. Quo cognito Conſtantius ultra mortalem modum exarſit: ac ne quo caſu idem Gallus de futuris incertus, agitare quædam conducentia ſaluti ſuæ per itinera conaretur, remoti ſunt omnes de induſtria milites agentes in ciuitatibus peruijs. Eoq; tempore Taurus quæſtor ad Armeniam miſſus, cōfidenter nec apellato eo nec uiſo tranſiuit. Venere tamen aliqui iuſſu imperatoris adminiſtrationum ſpecie diuerſarum, eundem ne cōmouere ſe poſſet, neue tentaret aliquid occulte cuſtodituri. inter quos Leontius erat, poſtea urbi præfectus, ut quæſtor, & Lucillianus quaſi domeſticorū comes, & ſcutariorum tribunus nomine Bainobaudes. Emēſis itaq; longis interuallis & planis, cum Hadrianopolim introiſſet urbem Hemimontanam Vſcudumam ante hac appellatam, ſeſſasq; labore diebus duodecim recreans uires, comperit Thebeas legiones in uicinis oppidis hyemantes, conſortes ſuos miſiſſe quoſdam eum ut remaneret promiſsis fidis hortaturos & firmis, fiducia ſui abunde per ſtationes locat confines: ſed obſeruante cura peruigili proximorum, nullam dicendi uel audiendi quæ ſerebant furari potuit facultatem. Inde alijs ſuper alias urgentibus literis exire, & decē uehiculis publicis, ut præceptum eſt, uſus, relicto palatio omni, præter paucos thori miniſtros & menſæ, quos adiunxerat ſecum, ſqualore concretus celerare gradum compellebatur adigentibus multis, temeritati ſuæ ſubinde flebiliter imprecatus, quæ eum iam deſpectum & uilem arbitrio ſubdiderat infirmorum. Inter hæc tamen per inducias naturæ conquieſcentis, ſauciabantur eius ſenſus circumſtridentium terrore laruarum: interfectorumq; cateruæ, Domitiano & Montio præuijs correptum eum, ut exiſtimabat in ſomnis, uncis furialib. obiectabant. Solutis enim corporeis nexibus, animus ſemper uigēs motibus indefeſſis, & cogitationibus ſubiectus & curis, quæ mortalium ſolicitant mentes, colligit uiſa nocturna, quas phantaſias nos appellamus. Pandente itaq; uiam fatorum ſorte triſtiſsima, qua præſtitutum erat eum uita & imperio ſpoliari, itineribus interiectis per mutationem iumentorū emenſis, uenit Petobionem oppidum Noricorū: ubi reſeratæ ſunt inſidiarum latebræ omnes, & Barbatio repente apparuit comes, qui ſub eo domeſticis præfuit, cum Apodemio agente in rebus, milites ducens, quos beneficijs ſuis oppigneratos elegerat imperator, certus nec præmijs nec miſeratione ulla poſſe flecti. Iamq; non adumbratis fallacijs res agebat: ſed qua palatiū eſt extra muros, armatis omne circumſedit. Ingreſſusq; obſcuro iam die, ablatis regijs indumētis, Cæſarem tunica texit & paludamento cōmuni, eum poſt hæc nihil paſſurum uelut mandato principis iurandi crebritate confirmans: & ſtatim, inquit, exurge: & inopinum carpento priuato impoſitum, ad Iſtriam duxit prope oppidum Polam, ubi quondā peremptum Conſtantini filium accepimus Criſpum. Et cum ibi ſeruaretur artiſsime terrore propinquantis exitus iam præſepultus, accurrit Euſebius cubili tunc præpoſitus, Pentadiusq; notarius, & Mellobaudes armaturarū tribunus, iuſſu imperatoris cōpulſuri eum ſingillatim docere quā ob cauſam quemq; apud Antiochiā necatorum iuſſerat trucidari. Ad quæ Adraſteo pallore perfuſus hactenus uoluit loqui, quod pleroſq; incitante cōiuge iugulauerit Conſtantina, ignorans profecto Alexandrum Magnum urgenti matri ut occideret quendam inſontem, & dictitanti ſpe impetrandi poſtea quæ uellet, eum ſe per nouem menſes utero portaſſe prægnantem, ita reſpondiſſe prudenter, Aliam parens optima poſce mercedem, hominis enim ſalus beneficio nullo penſatur. Quo comperto, irreuocabili ira princeps percitus & dolore, fiduciam omnem fundandæ ſecuritatis in eodem poſuit abolendo. Et miſſo Sereniano, quem in crimē maieſtatis uocatum præſtigijs quibuſdam abſolutum eſſe monſtrauimus, Pentadio quinetiam notario, & Apodemio agente in rebus, eum capitali ſupplicio deſtinauit: & ita colligatis manibus in modum noxij cuiuſdam latronis ceruice abſciſſa, ereptaq; uultus & capitis dignitate, cadauer eſt relictum informe, paulo ante urbibus & prouincijs formidatum. Sed uigilauit utrobiq; ſuperni numinis æquitas. Nam & Gallum obitu oppreſsit crudeli, & non diu poſtea ambo cruciabili morte abſumpti ſunt, qui eum licet nocentem, blandius palpantes periurijs aduſq; plagas perduxere letales; quorum Scudilo diſtil-

Ire tendebat de fumo ad flammam

Scutariorum tribunus

Polæ peremptus Criſpus Conſtantini filius

Dictum Alexandri

Gallus in modum latronis necatur

S latione

latione iecoris pulmones uomitans interijt: Barbatio, qui in eum diu falſa compoſuerat crimina, cum ex magiſterio peditum altius niti quorundam ſuſurris incuſaretur, damnatus, extincti per fallacias Cæſaris manibus anima in ludibrioſo obitu parentauit. Hæc & huiuſmodi quædam innumerabilia ultrix facinorum impiorum, bonorumqꝫ præmiatrix aliquoties operatur Adraſtia, atqꝫ utinam ſemper, quam uocabulo duplici etiam Nemeſim appellamus: Ius quoddam ſublime numinis efficacis, humanarum mentium opinione lunari circulo ſuperpoſitum, uel ut definiunt alij, ſubſtantialis tutela generali potentia partilibus præſidens fatis: quam theologi ueteres fingentes iuſtitię filiam, ex abdita quadam æternitate tradunt omnia deſpectare terrena. Hęc ut regina cauſarum, & arbitra rerum, hæc diſceptatrix, urnam ſortium temperat, accidentium uices alternans: uoluntatumqꝫ noſtrarum exorſa interdum alio quàm quò contendebant exitu terminans, multiplices actus permutando conuoluit. Eademqꝫ neceſsitatis inſolubili retinaculo mortalitatis uinciens faſtus tumentes incaſſum, & incrementorum detrimentorumqꝫ momenta uerſans, ut nouit, nunc erectas mentium ceruices opprimit & eneruat. nunc bonos ab imo ſuſcitans ad bene uiuendum extollit. Pinnas autem ideo illi fabuloſa uetuſtas aptauit, ut adeſſe uelocitate uolucri cunctis exiſtimetur: & prætendere gubernaculum dedit, eiqꝫ ſubdidit rotam, ut uniuerſitatem regere per elementa diſcurrens omnia non ignoretur. Hoc immaturo interitu ipſe quoqꝫ ſui pertæſus, exceſsit è uita ætatis nono anno atqꝫ uigeſimo, cum quadriennio imperaſſet, natus apud Thuſcos in Maſſa Veternenſi patre Conſtantio, Conſtantini fratre imperatoris, matreqꝫ Galla ſorore Ruffini & Cerealis, quos trabeæ conſulares nobilitarunt, & præfecturæ prouinciarum, forma conſpicuus bona, decente filo corporis, membrorumqꝫ recta compage, flauo capillo, & molli barba, licet recens emergente lanugine teneras per genas, ita tamen ut maturius autoritas emineret, tantum à temperatis moribus Iuliani differens fratris, quantum inter Veſpaſiani filios fuit Domitianum & Titum. Adſumptus autem in amplisſimum fortunæ faſtigium, uerſabileis eius motus expertus eſt, qui ludunt mortalitatem: nunc euehentes quoſdam in ſidera, nunc ad Cocyti profunda mergentes. cuius rei cum innumera ſint exempla, pauca tactu ſummo tranſcurram. Hæc fortuna mutabilis & inconſtans fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem, & Dionyſium gentium quondam terrorem Corinthi literario ludo præfecit. Hæc Adramitenum Andriſcum in fullonia natum ob pſeudo Philippi nomen euexit: & Perſei legitimum filium artem ferrariam ob quærendum docuit uictum. Eadem Mancinum poſt imperium Numantinis, ſumma atrocitate Veturium & Claudium Corſis ſubſtrauit, feritati Carthaginis Regulum: iſtius iniquitate Pompeius poſt quæſitum Magni ex rerum geſtarum amplitudine cognomentum, ad ſpadonum libidinem in Aegypto trucidatur. Et Eunus quidam ergaſtularius ſeruus ductauit in Sicilia fugitiuos. Quam ſplendido loco multi nati, eadem rerum domina conniuente, Viriati genua ſunt amplexi uel Sparthaci? quot capita, quæ horruere gentes, funeſti carnifices abſciderunt? Alter in uincula ducitur, alter inſperatæ præficitur poteſtati, alius à ſummo culmine dignitatis excutitur. Quę omnia ſi ſcire quiſquam uelit quàm uaria ſunt, & adſidua, arenarum numerum idem iam deſipiens, & montium pondera ſcrutari poterit.

Adraſtia Nemeſis

Pinnas habet Nemeſis

Trabeæ

Agathocles ex figulo rex

Andriſcus in fullonia natus

Pompeius ad ſpadonum libidinem trucidatur

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER DECIMVSQVINTVS

VTCVNQVE potuimus ueritatem ſcrutari, quæq; uidere
non licuit per ætatem, uel perplexè interrogãdo uerſatos
in medio ſcire, narrauimus ordine caſuũ expoſito diuer-
ſorum: reſidua quæ ſequuturus aperiet textus, pro uirium
captu limatius abſoluemus, nihil obtrectatores longi, ut
putant, operis formidantes. Tunc enim laudanda eſt bre-
uitas, cum moras rumpens intẽpeſtiuas, nihil ſubtrahit co
gnitioni iuſtorũ. Nondum apud Noricum exuto penitus
Gallo, Apodemius quoad uixerat igneus turbarũ incen-
tor, raptos eius calceos uehens equorũ permutatione ue-
loci, ut nimietate cogendi quoſdam extingueret, pręcurſo
rius index Mediolanum aduenit: ingreſſusq; regiam ante pedes proiecit Conſtantij,
uelut ſpolia regis occiſi Parthorũ. & perlato nuncio repentino, docente rem inſpera-
tam & arduam, ad ſententiam totam facilitate completam, hi qui ſummã aulam tene-
bant, omni placendi ſtudio in adulationẽ ex more collato, uirtutẽ felicitatemq; impe-
ratoris extollebant in cœlum: cuius nutu in modũ gregariorũ militũ, licet diuerſis tem-
poribus, duo exauctorati ſunt principes, Veteranio nimirũ & Gallus. Quo ille ſtudio
blanditiarũ exquiſito ſublatus, immunẽq; ſe deinde fore ab omni mortalitatis incõmo
do fidenter exiſtimans, cõfeſtim à iuſtitia declinauit ita intẽperanter, ut ęternitatẽ eam
aliquoties aſſereret, & ipſe dictando ſcribendoq; propria manu orbis totius ſe domi-
num appellaret: quod dicentibus alijs, indignanter admodum ferre deberet is, qui ad
æmulationẽ ciuilium principum uitã formare moresq; ſuos, ut prædicabat, diligentia
laborabat enixa. Namq; etiamſi mundorũ infinitates Democriti regeret, quos Ana-
xarcho incitante Magnus ſomniabat Alexãder, id reputaſſet legẽs uel audiens, quòd
(ut docent mathematici concinentes) ambitus terræ totius quæ nobis uidetᷣ immenſa,
ad magnitudinẽ uniuerſitatis inſtar breuis obtinet puncti. Iamq; poſt horrendã deleti
Cæſaris cladem, ſonante periculorũ iudicialium tuba, in crimen læſæ maieſtatis arceſ-
ſebatur Vrſicinus, adoleſcẽte magis magisq; contra eius ſalutẽ liuore omnibus bonis
infeſto. Hac enim ſuperabatur difficultate, quòd ad ſuſcipiendas defenſiones ęquas &
probabiles imperatoris aures occluſæ, patebant ſuſurris inſidiantium clandeſtinis: qui
Cõſtantij nomine per orientis tractus oẽs abolito, antedictũ ducem domi foriſq; deſi-
derari, ut formidoloſum Perſicæ genti fingebant. Sed contra accidentia uir magnani-
mus ſtabat immobilis, ne ſe proijceret abiectius cauens, parum tuto loco innocentiam
ſtare medullitus gemens, hocq; uno triſtior, quòd amici ante hæc frequentes ad potio
res deſciuerant, ut ad ſucceſſores officiorũ more poſcente ſolent tranſire lictores. Im-
pugnabat aũt eum per fictæ benignitatis illecebras collega, & uirum fortẽ propalàm
ſæpe appellans Arbetio, ad innectendas letales inſidias uitæ ſimplici perq; callens, &
ea tẽpeſtate nimium potens. Vt enim ſubterraneus ſerpens foramen ſubſidens occul-
tum, adſultu ſubito ſingulos tranſitores obſeruans inceſsit: ita ille addens etiã poteſta-
ti lædendi militiæ munus, nec læſus aliquãdo nec laceſsitus, inexplebili quodã lædẽdi
propoſito conſcientiã polluebat. Cogitur paucis arcanorũ præfectis conſcijs latenter
cum imperatore ſententiã retegere. ſederat, ut nocte uentura procul à cõſpectu milita
rium raptus Vrſicinus indemnatus occideretᷣ, ut quondã Domitius Corbulo dicitur *Domitius*
cęſus in colluuione illa Neroniani ſeculi, prouinciarũ fidus defenſor & cautus. quibus *Corbulo*
ita cõpoſitis cum ad hoc deſtinati prędictũ tempus opperirentᷣ, cõſilio in lenitudinem
flexo, facinus impium ad deliberationẽ ſecundã differri præceptũ eſt. Indeq; ad Iulia-
num recens perductũ calumniarũ uertitur machina, memorabilem poſtea principem,
gemino crimine ut iniquitas æſtimabat implicitũ: quòd à Marcelli fundo in Cappado
cia poſito ad Aſiam demigrarat liberalium deſiderio doctrinarũ, & per Conſtantino-
polim tranſeuntẽ uiderat fratrem, qui cum obiecta dilueret, oſtẽderetq; neutrum ſine

iuſſu feciſſe, nefando adſentatorū cœtu urgente periſſet, ni aſpiratione ſuperni numi-
Comum nis, Euſebia ſuffragante regina ductus ad Comū oppidū, Mediolano uicinū, ibiꝗ pau
liſper moratus, pro colendi ingenij cauſa, ut cupidine flagrauit, ad Græciã ire permiſ-
ſus eſſet. Nec defuere deinceps ex his emergentia caſibus, quæ diſpliceret ſecundis aui
bus contigiſſe, dum punirentur ex iure, uel tanꝗ irrita diffluebant & uana. ſed accide-
bat nonnunꝗ ut opulenti pulſantes præſidia potiorū, iiſdemꝗ tanquam ederæ celſis
arboribus adhærentes, abſolutionem precijs mercarentur immenſis. tenues uero, qui-
bus exiguæ res erant ad tuendam ſalutem aut nullæ, damnabant abrupte. Ideoꝗ &
ueritas mendacijs uelabatur, & ualuere pro ueris aliquoties falſa. Perductus eſt iiſdem
diebus & Gorgonius, cui erat thalami Cæſariani cura commiſſa: cumꝗ eum auſorum
fuiſſe participem cōcitoremꝗ interdum ex confeſſo pateret, cōſpiratione ſpadonum,
iuſtitia concinnatis mendacijs obumbrata, periculo euolutus abſceſsit. Hæc dum Me-
diolani aguntur, militariū cateruæ ab Oriente perductæ ſunt Aquileiam, cum aulicis
pluribus, membris inter catenas fluentibus, ſpiritū trahentes exiguū, uiuendiꝗ moras
per erumnas deteſtati multiplices. Arceſſebant enim miniſtri fuiſſe Galli ferocientis,
perꝗ eos Domitianus diſcerptus credebat, & Montius, & alij poſt eos acti in exitium
præceps. ad quos audiēdos Arbora miſſus eſt, & Euſebius cubiculi tunc præpoſitus,
ambo inconſideratæ iactantiæ, iniuſti pariter & cruenti: qui nulla perſpicacitate ſine
innocentium ſontiūꝗ differentia, alios uerberibus uel tormentis adflictos exulari pœ
na damnarunt, quoſdam ad infimam truſere militiã, reſiduos capitalibus addixere ſup
plicijs. Impletisꝗ funerum buſtis, reuerſi uelut ouantes geſta retulerūt ad principem,
erga hæc & ſimilia palàm obſtinatū & grauem. Vehementius hinc & deinde Conſtan
tius, quaſi præſcriptum fatorum ordinem cōuulſurus, recluſo pectore patebat inſidi-
antibus multis: unde rumorum aucupes ſubito extitere cōplures, honorum uertices
ipſos ferinis morſibus adpetentes: poſteaꝗ pauperes & diuites indiſcrete, non ut Cy-
Cybiratæ biratæ illi Verrini tribunal unius legati lambētes, ſed reip. membra totius per inciden
Verrini tia mala uexantes. Inter quos facile Paulus & Mercurius eminebant: hic origine Per-
ſa, ille natus in Dacia: notarius hic, ille miniſter triclinij rationalis. Et Paulo quidem,
ut relatum eſt ſupra, Catenæ inditū eſt cognomentum, eo quòd in cōplicandis calum-
niarum nexibus erat indiſſolubilis, tetra uenena ferens, uarieꝗ diſperdens, ut in collu
ctationibus calce tenere quidam ſolent artifices palæſtritæ. Mercurius ſolenniorū ap-
pellatus Comes, quòd ut clàm mordax canis interno uitio ſummiſſus, agitãs caudam
epulis cœtibusꝗ ſe crebris inſerens, ſi per quietē quiſꝗ, ubi fuſius natura uagatur, ui-
diſſe aliquid amico narraſſet, id uenenatis artibus coloratū in peius, patulis imperato-
ris auribus infundebat: & ob hoc homo tanꝗ inexplicabili obnoxius culpæ, graui mo
le criminis pulſabat. Hæc augente uulgatius fama, tantū aberat ut proderet quiſquam
uiſa nocturna, ut ægre homines dormiſſe ſeſe præſentibus faterentur externis: mœre-
Somnia non bantꝗ docti quidã quòd apud Atlanteos nati non eſſent, ubi memorãtur ſomnia non
uidentur apud uideri: quod unde eueniat, rerum ſcientiſsimis relinquamus. Inter has quæſtionū ſup-
Atlanteos pliciorumꝗ ſpecies diras, in Illyrico exoritur alia clades, ad multorū pericula ex uer-
borū inanitate progreſſa. In prouincia Africani Pannoniæ ſecundæ rectoris, apud Sir
mium poculis amplioribus madefacti quidam, arbitrum adeſſe nullum exiſtimantes,
licenter imperium præſens ut moleſtiſsimū incuſabant: è quibus alij optatam permu
tationem temporū aduentare ueluti è præſagijs affirmabant: nōnulli maiorū auguria
Gaudentius ſibi portendi incogitabili dementia promittebant. E quorū numero Gaudentius ma-
gnis in rebus mēte præcipiti ſtolidus, rem ut ſeriã detulerat ad Rufinū Apparitionis
præfecturæ prætorianæ tunc principem, ultimorū ſemper auidum hominē, & coalita
prauitate famoſum. qui confeſtim quaſi pinnis alatus ad comitatū principis aduola-
uit: eumꝗ ad ſuſpiciones huiuſmodi mollem & penetrabilem ita acriter inflãmauit, ut
ſine deliberatione ulla Africanus, & omnes letalis menſæ participes iuberentur ſubli-
mes tolli. Quo facto delator funeſtus, uetita ex more humano ualidius cupiens, bien-
nio id quod agebat, ut poſtularat, continuare præceptus eſt. Miſſus igitur ad eos cor-
ripiendos Teutomeres protector domeſticus cum collega, onuſtos omnes catenis, ut
mandatum eſt, perducebat. Sed ubi uentum eſt Aquileiam, Marinus ex Campidu-
ctore

ctore eo tempore uacans, autor pernicioſi ſermonis, & alioquin natura feruentis, in taberna relictus, dum paranſ itineri neceſſaria, lateri cultrũ caſu repertum impegit, ſtatimq; extractis uitalibus interijt. Reſidui ducti Mediolanum, excruciatiq; tormentis, & confeſsi ui quæſtionis, inter epulas petulanter ſe quędam loquutos: iuſsi ſunt retineri pœnalibus clauſtris ſub abſolutionis aliqua ſpe, licet incerta. Protectores uero pronunciati uertere ſolum exilio, ut Marino ijſdem conſcijs mori permiſſo, ueniã Arbetione meruere precante. Re hoc modo finita, paulo poſt & Lentienſibus Alemãnicis pagis indictum eſt bellum, collimitia ſæpe Romana latius irrũpentibus. ad quem procinctum imperator egreſſus, in Rhetias campoſq; uenit Caninos: & digeſtis diu cõſilijs, id uiſum eſt honeſtũ & utile omñibus, ut eò cũ militis parte Arbetio Magiſter equitum, cum ualidiore exercitus manu relegens margines lacus Brigantiæ pergeret, protinus Barbaris cõgreſſuris: cuius loci figurã breuiter, quantũ ratio patitur, deſignabo. Inter montium celſorum anfractus impulſu immani Rhenus diſcurrens extenditur per Lepontios, perq; deciduas cataractas inclinatione pernici funditur ut Nilus, torrente ab ortu protinus primogenio copijs aquarum proprijs irruenti curſu ſimplici. Iamq; adiutus niuibus liquatis ac ſolutis, altaq; diuortia riparum adradens, lacum inuadit rotundum & uaſtum, quem Brigantiam accola Rhetus appellat, perq; quadringẽta & ſexaginta ſtadia longum, pariq; penè ſpacio late diffuſum, horrore ſyluarum ſqualentium inacceſſum, (niſi quà uetus illa Romana uirtus & ſobria iter cõpoſuit latum,) Barbaris & natura locorũ & cœli inclementia refragantę. Hanc ergo paludẽ ſpumoſis ſtrependo uerticibus amnis irrũpens, & undarũ quietẽ permeans pigram, mediam uelut finali interſecat libramẽto: & tanq; elementũ perenni diſcordia ſeparatum, nec aucto, nec imminuto agmine quod intulit, uocabulo & uiribus abſoluitur integris, nec contagia deinde ulla perpetiens, oceani gurgitibus intimatur. Quodq; eſt impendio mirum, nec ſtagnũ aquarũ rapido tranſcurſu mouetur, nec limoſa ſubluuie tardatur properans flumen, & confuſum miſceri nõ poteſt corpus: quod ni ita agi ipſe doceret aſpectus, nulla ui credebatur poſſe diſcerni. Sic Alphæus oriens in Arcadia, cupidine fontis Aretuſæ captus, ſcindens Ioniũ mare, ut fabulæ ferunt, aduſq; amatæ confinia progreditur. Arbetio qui aduentus Barbarorũ nunciarent non expectans dum adeſſent, licet ſciret aſpera orſa bellorũ, in occultas delatus inſidias, ueluti immobilis malo repẽtino perculſus eſt. interea uiſi è latebris hoſtes exiliũt, & ſine aliqua intermiſsone quicquid offendi poterat, telorũ genere multiplici configebant. Nec enim reſiſtere noſtrorum quiſq; potuit, nec aliud uitæ ſubſidiũ, niſi diſceſſu ſperare ueloci. Quo circa uulneribus declinandis intenti, incõpoſito agmine milites huc & illuc diſpalantes terga ferienda dederunt. Pleriq; tamen per anguſtas ſemitas ſparſi, periculoq; pręſidio tenebroſæ noctis extracti, reuoluta iam luce redintegratis uiribus agmini quiſq; proprio ſeſe conſociauit. In quo caſu ita triſti & inopino abundans numerus armatorũ, & tribuni deſiderati ſunt decem: ob quæ Alemãni ſublatis animis, ferocius incidentes quotidie prope munimenta Romana, adimente matutina nebula lucẽ, ſtrictis mucronibus diſcurrebant, frendendo minas tumidas intentantes. Egreſsiq; repente ſcutarij, cum ob iectu turmarũ hoſtilium repercuſsi ſtetiſſent, oẽs ſuos cõſpirantibus animis ciebant ad pugnam. Verum cum pleroſq; recentis erumnæ documenta terrerent, & in tuto fore reliqua credens hæreret Arbetio, tres ſimul exiluere tribuni, Arintheus agens uicem armaturarum rectoris, & Seniauchus qui equeſtrẽ turmã comitum tuebatur, & Bappo ducens promotos, cum cõmiſsis ſibi à principe. Vrgebat cauſa cõmunis uelut propria, uim cunctis arcentibus ueterum exemplo accolarũ fluminis: hoſtibuſq; ſuperfuſi non iuſto prælio, ſed diſcurſionibus prædatorijs, uniuerſos in fugam coegere fœdiſsimam. qui diſperſi laxatis ordinibus, dumq; elabi properant impediti, corpora nudantes intecta, gladiorum haſtarumq; denſis ictibus truncabantur. multiq; cum equis interfecti, iacentes etiam tum eorum dorſis uidebantur innixi. quo uiſo omnes è caſtris effuſi, qui prodire in prælium cum ſocijs ambigebant, cauendi immemores proterebant barbaram plebem, niſi quos fuga exemerat morti, calcantes cadauerum ſtrues, perfuſi ſanie peremptorũ. Hocq; exitu prælio terminato, imperator Mediolanum ad hybcrna ouans reuertit & lætus. Exoritur iam hinc rebus adflictis haud diſpari pro-

Lacus Brigantiæ

Alemanni

uinciarũ malo, calamitatũ turbo nouarũ, deſtructurus omnia ſimul, ni fortuna moderatrix humanorũ caſuum, motum euentu celeri cõſummaſſet impendio formidatum. Cum diuturna incuria Galliæ cædes acerbas rapinasq; & incendia Barbaris licenter graſſantibus nullo iuuante perferrent, Siluanus pedeſtris militiæ rector iratus, & efficax ad hæc corrigenda, primũ ipſis ſuperuenit, Arbetione id maturari modis quibus poterat adigente, ut abſenti æmulo, quem quietũ ſupereſſe adhuc grauabat, periculoſæ molis onus impingeret. actuarius ſarcinalium principis iumentorum, cõmendatitias ab eo petierat ad amicos, ut quaſi familiaris eiuſdẽ eſſet notiſsimus. Hoc impetrato cum ille nihil ſuſpicans ſimpliciter præſtitiſſet, ſeruabat epiſtolas, ut perniciosum aliquid in tẽpore moliretur. Memorato itaq; duce Gallias ex rep. diſcurſante Barbarosq; propellente, iam ſibi diffidentes & trepidantes, idem Dynamius inquietius agẽs ut uerſutus & in fallendo exercitatus, fraudem cõminiſcitur impiam, ſubornatore & cõſcio, ut iactauere rumores incerti, Lampadio præfecto, & Euſebio ex comite rei priuatæ, cui cognomentũ erat inditum Mattiocopæ, atq; Aedeſio ex Magiſtro memorię, quos ad conſulatũ ut amicos iunctiſsimos idem curarat ſubrogari prælectus: & peniculo ſerie literarũ abſterſa, ſola incolumi relicta ſubſcriptione, alter multum à uero illo diſſonans ſuperſcribitur textus: uelut Siluano rogante uerbis obliquis, hortãteq; amicos agẽtes intra palatium, uel priuatos, inter quos & Thuſcus erat Albinus, alijq; plures, ut ſe altiora cœptantẽ, & propediẽ ſolium principis aditurũ iuuarent. hunc faſcem ad arbitrium figmenti cõmiſit, uitam pulſaturus inſontis. Dynamius præfectus eſt ut hæc pro imperatore ſcrutaretur. Hæc & ſimilia cum aſtu texeret, conſiſtoriũ ſolus ingreſſus intimum, captato tempore uincire ſperans peruigilem ſalutis imperatoriæ cuſtodem. Lectaq; in conſiſtorio aſtu callido conſarcinata materia, tribuni iuſsi ſunt cuſtodiri, & de prouincijs duci priuati, quorũ epiſtolæ nomina deſignabãt. Confeſtimq; iniquitate rei percitus Malarichus Gentiliũ rector, collegis adhibitis ſtrepebat immaniter, circũueniri homines dicatos imperio per factiones & dolos minime debere proclamãs: petebatq; ut ipſe relictis obſidũ loco neceſsitudinibus ſuis, Mallobaude Armaturarũ tribuno ſpõdente quòd remearet uelocius, iuberet ire ducturus Siluanum aggredi nihil tale conatum, quale inſidiatores acerrimi cõcitarunt: uel contrà ſe paria promittente Mallobaudem orabat properare permitti, hæc quæ ipſe pollicitus eſt impleturum. Teſtabatur enim id ſe proculdubio ſcire, quòd ſi quis mitteretur externus, ſuopte ingenio Siluanus etiã nulla re perterrente timidior, cõpoſita fortè turbaret. Et quanquam utilia moneret & neceſſaria, uentis tamen loquebatur incaſſum. Nanq; Arbetione autore, Apodemius ad eum uocandum cum literis mittitur, inimicus bonorum omnium diuturnus & grauis: qui incidens principi in Gallijs, diſsidens à mandatis conuentis, quæ proficiſcenti ſunt data, nec uiſo Siluano, nec oblatis ſcriptis ut ueniret admonito remanſit: adſcitoq; rationali quaſi proſcripti iamq; necãdi magiſtri peditum, clientes & ſeruos hoſtili tumore uexabat. Inter hæc tamen dum præſentia Siluani ſperatur, & Apodemius quieta perturbat, Dynamius ut argumento ualidiore impie ſtructorum aſſereret fidem, compoſitas literas, his concinentes quas obtulerat principi per præfectũ, ad tribunum miſerat fabricæ Cremonenſis nomine Siluani & Malarichi, à quibus ut arcanorum conſcius monebatur parare propere cuncta. Qui cum hæc legiſſet, hærens & ambigens diu quidnã id eſſet (nec enim meminerat ſecum aliquãdo ſuper negotio ullo interiore hos quorum literas acceperat colloquutos) epiſtolas ipſas per baiulum qui portarat, iuncto milite ad Malarichum miſit, obſecrans ut doceret apertè quæ uellet, non ita perplexè: nec enim intellexiſſe firmabat, ut ſubagreſtem & ſimplicem, quid ſignificatum eſſet obſcurius. Hæc Malarichus ſubito nactus, etiã tunc ſqualens & mœſtus, ſuamq; & popularis Siluani uicem grauiter ingemiſcẽs, adhibitis Francis, quorum ea tẽpeſtate in palatio multitudo florebat, erectius iam loquebatur: tumultuabaturq;, factis inſidijs, retectaq; iam fallacia, per quã ex confeſſo ſalus eorum appetebatur. Hisq; cognitis ſtatuit imperator, diſpicientibus conſiſtorianis & militaribus uniuerſis in negotium præterinquiri. Cumq; iudices faſtidiſſent, Florentius Nigriniani filius, agens tunc pro Magiſtro officiorũ, contemplans diligentius ſcripta, apicumq; priſtinorum reliquias quaſdam reperiẽs, animaduertit, tum factum

Magiſter memoriæ

Magiſter officiorum

ex priore textu interpollato longe alium quàm dictarat Siluanus, ex libidine conſarci natæ falſitatis adſcriptum. Proinde fallaciarum nube diſcuſſa, imperator doctus geſta relatione fideli, abrogata poteſtate, præfectum ſtatui ſub quæſtione præcipit, ſed abſolutus eſt enixa conſpiratione multorum: ſuſpenſus autem Euſebius ex comite priuatarum, ſe conſcio hæc dixerat concitata. Aedeſius enim neſciſſe quid actum ſit pertinaci inficiatione contendens abijt innoxius. & ita finito negocio, omnes ſunt abſoluti, quos exhiberi delatio compulit criminis. Dynamius uero ut præclaris artibus illuſtratus, cum correctoris dignitate abijt, necnon corrigere iuſſus eſt Thuſcus reliquam principis creduli militiam. Agens inter hæc apud Agrippinam Siluanus, aſsiduisꝗ ſuorum compertis nuncijs, quæ Apodemius in labem ſuarum ageret fortunarum, & ſciens animum tenerum uerſabilis principis in dicta cauſa, timens ne abſens & indem natus perageretur reus, in difficultate poſitus maxima, barbaricæ ſe fidei cõmittere cogitabat. Sed Laniogaiſo uetãte, tunc tribuno, quem dum militaret candidatus, ſolum adfuiſſe morituro Conſtanti ſuprà ſcripſimus, docenteꝗ Francos unde oriebatur interfecturos eum, aut accepto præmio prodituros, nihil tutum ex præſentibus ratus, in conſilia cogebatur extrema: & ſenſim cum principiorum uerticibus ſecretius collocutus, iiſdemꝗ magnitudine promiſſæ mercedis anniſis, cultu purpureo, draconum & uexillorũ inſignibus ad tempus abſtracto, ad culmen imperiale ſurrexit. Dumꝗ hæc aguntur in Gallijs, ad occaſum inclinato iam die, perfertur Mediolanum inſperabilis nuncius, aperte Siluanum demonſtrans, dum ex Magiſtro peditũ altius nititur, ſollicitato exercitu ad Auguſtũ culmen euectum. Hac mole caſus inopini Conſtantio icto, quaſi fulmine fati, primates conſilio ſecunda uigilia conuocato properarunt omnes in regiam. Cumꝗ nulli ad eligẽdum quid agi deberet, mens ſuppetere poſſet aut lingua, ſummiſsis uerbis fit Vrſicini mentio ut conſilijs rei bellicæ præſtantiſsimi, fruſtraꝗ graui iniuria laceſsiti. & per Admiſsionum magiſtrum, qui mos eſt honoratior, accito eodem, ingreſſo conſiſtorium offertur purpura: atꝗ ita ante principis pedes ſupplicem ſtatuerunt, externorum regum ritu, cum ſemper antea ad ſimilitudinem iudicum ſalutatos principes legerimus. Ita is qui paulo antea cum inſectatione maleuola, Orientis uorago, inuadendæꝗ ſummæ rei per filios adfectator compellabatur: tunc dux prudentiſsimus & Conſtantini Magni fuerat commilito, ſolusꝗ ad extinguendũ probis quidem, ſed inſidioſis rationibus petebatur. Diligens enim opera nauabat Siluanũ extingui, ut fortiſsimum perduellem: aut ſi ſecus accidiſſet, Vrſicinum exulceratum iam penitus aboleri, ne ſupereſſet ſcrupulus impendio formidandus. Igitur cum de profectione celeranda diſponeretur, propulſationẽ obiectorũ criminũ eundem ducem parantem prægreſſus oratione leni prohibet imperator, non id eſſe memorans tempus, ut controuerſa defenſio cauſæ ſuſciperetur, cum uiciſsim reſtitui in priſtinam concordiam partes neceſsitas ſubigeret urgentium rerum, anteꝗ creſceret mollienda. Habita igitur deliberatione multiplici, potiſsimum tractabatur, quo cõmento Siluanus geſta etiam tum imperatorem ignorare exiſtimaret, probabili argumento ad firmandam fidem reperto, monetur honorificis ſcriptis, ut accepto Vrſicino ſucceſſore, cum poteſtate rediret intacta. Poſt hæc ita digeſta protinus iubetur exire tribunus: & protectores domeſticos decem, ut poſtularat, ad iuuandas neceſsitates publicas ſecum duxit. Inter quos ego quoꝗ eram cum Veriano collega, reſidui omnes propinqui & familiares. Iamꝗ eum egreſſum ſolum, de ſe metu quiſꝗ per longa ſpacia deducebat. Et quanquam ut beſtiarij obijceremur intractabilibus feris, perpendentes tamen hoc bonũ habere triſtia præcedentia, quòd in locis ſuis ſecunda ſubſtituunt, mirabamur illam ſententiam Tullianam ex æternis ueritatis ipſius adytis promulgatam, quæ eſt talis: Et quanquam optatiſsimum eſt perpetuo fortunam quàm florentiſsimam permanere, illa tamen qualitas uitæ non tantum habet ſenſum, quantum cum ex ſæuis & perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna reuocatur. Feſtinamus itaque itineribus magnis, ut ambitioſus Magiſter armorum ante allapſum per Italicos de tyrannide ullum rumorem in ſuſpectis finibus appareret. Verum curſim nos properantes erratica quædam anteuolans prodiderat fama: & Agrippinam ingreſsi inuenimus cuncta noſtris conatibus altiora. Nanꝗ conuena undiꝗ multitudine trepide cœpta fundante coa-

Admiſsionum magiſter

Protectores domeſtici

Agrippina oppidum

ctisq; copijs multis, pro ſtatu rei præſentis id aptius uidebatur, ut ad imperatoris nouelli, per ludibrioſa auſpicia uirium acceſſus firmantis, ſenſum ac uoluntatem dux flebilis uerteret: quo uarijs aſſentandi figmẽtis in mollius urgente ſecuritate, nihil metuens hoſtile deciperetur. Cuius rei finis arduus uidebat᷑. Erat eñ cautius obſeruandum ut appetitus opportunitati obtẽperarent, nec præcurrentes eam, nec deſerentes: qui ſi eluxiſſent intẽpeſtiue, conſtabat nos omnes ſub elogio uno morte mulctandos. ſuſceptus tamẽ idem dux leniter, adactusq; inclinante negocio ipſo ceruices adorare ſolenniter anhelantem celſius purpuram, ſpecialius colebatur, & intimus facilitate aditus, honoreq; menſæ regalis adeo antepoſitus alijs, ut iam ſecretius de rerũ ſumma cõſultaretur. Aegre ferebat Siluanus ad conſulatũ poteſtatesq; ſublimes elatis indignis, ſe & Vrſicinum ſolos poſt exudatos magnos pro rep. labores & crebros, ita fuiſſe deſpectos, ut ipſe quidem per quæſtiones familiarium ſub diſceptatione ignobili crudeliter agitatus, cõmiſiſſe in maieſtatẽ arceſſeretur: alter uero ab Oriente raptus, odijs inimicorum adduceretur: & hoc aſsidue clàm querebatur & palàm. Terrebant nos tamen cum dicerent᷑ hæc & ſimilia, circũfrementia undiq; murmura cauſantis inopiam militis, & rapida celeritate ardentis anguſtias Alpium perrũpere Cottiarum. In hoc æſtu mentis ancipiti, ad effectũ tendens cõſilium occulta ſcrutabamur indagine: ſederatq; tandem, mutatis præ timore ſæpe ſententijs, ut quæſitis magna induſtria cautis miniſtris, obſtricto religionũ conſecratione colloquio, Braccati ſolicitarẽtur atq; Cornuti, fluxioris fidei & ubertate mercedis ad momentum omne uerſabiles. Firmato itaq; negotio, per ſequeſtres quoſdã gregarios obſcuritate ipſa ad id patrandũ idoneos, præmiorum expectatione accẽſos, ſolis ortu iam rutilo ſubitus armatorũ globus erumpit: atq;, ut ſolet in dubijs rebus, audentior cæſis cuſtodibus regia penetrata Siluanum extractum ædicula, quò exanimatus cõfugerat, ad conuenticulũ ritus Chriſtiani tendentem, denſis gladiorũ ictibus trucidant. ita dux haud exilium meritorũ hoc genere oppetit mortis, metu calumniarũ, quibus factione iniquorum irretitus eſt abſens, ut tueri poſsit ſalutem ad præſidia progreſſus extrema. Licet enim ob tẽpeſtiuã illam cum Armaturis proditionem ante Murſenſe prælium, obligatum gratia retineret Conſtantium, ut dubium tamen & mutabilem uerebatur: licet patris quoq; Bonitij prætenderet fortia facta, Franci quidẽ, ſed pro Conſtãtini partibus in bello ciuili acriter contra Licinianos ſæpe uerſati. Euenerat aũt antequam huiuſmodi aliquid agitaretur in Gallijs, ut Romæ in Circo maximo populus, incertum ratione quadam percitus an præſagio, Siluanus deuictus eſt magnis uocibus exclamaret. Igitur Siluano Aggrippinæ ut relatum eſt, interfecto, inæſtimabili gaudio re cognita, princeps inſolentia coalitus & tumore, hoc quoq; felicitatis ſuæ proſperis curſibus adſignabat: eo more, quo ſemper oderat fortiter facientes, ut quondam Domitianus, ſuperare tamen quacunq; arte contraria cupiebat. Tantũq; abfuit laudare induſtrie geſta, ut etiã quędam ſcriberet de Gallicanis intercepta theſauris, quos nemo attigerat. Idq; ſcrutari iuſſerat artius, interrogato Remigio etiã tum rationario Apparitionis armorũ magiſtri, cui multo poſtea Valẽtiniani tẽporibus laqueus uitã in cauſa Tripolitanæ legationis rupit. Poſt quæ ita cõpleta, Conſtantius ut iam cælo cõtiguus, caſibusq; imperaturus humanis, magniloquentia faſtuq; ſufflabat᷑ adulatorum: quos augebat ipſe, ſpernendo proijciendoq; id genus parum callentes: ut Crœſum legimus ideo regno ſuo Solonẽ expuliſſe præcipitem, quia blandiri neſciebat: Et Dionyſium intẽtaſſe poetæ Philoxeno mortem, cum eum recitantem proprios uerſus abſurdos & inconcinnos laudantib. cunctis ſolus audiret immobilis: quæ res pernicioſa uitiorũ eſt altrix. ea demũ enim laus grata eſſe poteſtati debet excelſæ, cum interdum & uituperationi ſecus geſtorũ pateat locus. Iamq; poſt ſecuritatem quæſtiones agitabãtur de more, ex uinculis catenisq; plures ut noxij plectebantur. Exurgebat enim efferuens lætitia Paulus, tartareus ille delator, ad uenenatas artes ſuas licentius exercendas: & inquirentibus in negotiũ conſiſtorianis atq; militaribus, ut præceptum eſt, Proculus admouetur eculeo, Siluani domeſticus, homo gracilis & morboſus, metuentibus cunctis, ne ui nimia tormentorum leui corpore fatigato reos atrocium criminum promiſcue citari faceret multos: uerum cõtra quàm ſperatum eſt contigit. Memor enim ſomnij quo uetitus erat per quietem, ut ipſe firmauit

Crœſus

Philoxenus

mauit

mauit, pulſare quenq; inſontem, uſq; ad confinia mortis uexatus, nec nominauit, nec prodidit aliquẽ: ſed adſerebat factum Siluani conſtanter, id cum cogitaſſe quod iniịt, non cupiditate, ſed neceſsitate cõpulſum, argumento euidenti demonſtrans. Cauſam enim probabilem ponebat in medio, multorũ teſtimonịs claram, quòd die quinto antequam inſulas ſuſciperet principatus, donatũ ſtipendio militem Conſtantị nomine adloquutus eſt, fortis eſſet & fidus. Vnde apparebat, quòd ſi prȩſumere fortunæ ſuperioris inſignia conaretur, auri tam graue pondus expenderet ut ſuum. Poſt hunc damnatorũ ſorte Pœmenius raptus ad ſuppliciũ interịt: qui (ut ſuprà retulimus) cum Treuiri ciuitatẽ Cæſari clauſiſſent Decentio, ad defendendam plebem electus eſt. Tum Aſclepiodotus, & Lutto, & Maudio Comites interẽpti ſunt, alịq; plures. Hęc & ſimilia perplexe tẽporis obſtinatione ſcrutante, dum has exitiorũ cõmunium clades ſuſcitat turbo feralis, Vrbem æternã Leontius regens, multa ſpectati iudicis documẽta prębebat, in audiendo celer, in diſceptando iuſtiſsimus, natura beneuolus, licet autoritatis cauſa ſeruandæ acer quibuſdam uidebatur, & inclinatior ad amandũ. Prima igitur ars ſeditionis in eum concitandæ uiliſsima fuit & leuis. Philoromũ enim aurigam rapi præceptũ, ſequuta plebs omnis uelut defenſura propriũ pignus, terribili impetu præfectum inceſſebat ut timidũ: ſed ille ſtabilis & erectus immiſsis apparitoribus correptos aliquot uexatosq; tormentis, nec ſtrepente ullo, nec obſiſtente, inſulari pœna mulctauit. Diebusq; paucis ſequutis cũ itidem plebs excita calore quo cõſueuit, uini cauſando inopiam, ad Septizonium cõueniſſet, celebrem locum, ubi operis ambitioſi Nymphæum Marcus condidit imperator: illuc de induſtria pergens præfectus ab omni toga apparitioneq; rogabatur enixius, ne in multitudinẽ ſe arrogantẽ immitteret, & minacẽ ex cõmotione priſtina ſæuientẽ: difficiliſq; ad pauorẽ recti tetendit, adeo ut eum obſequentium pars deſereret, licet in periculum feſtinantẽ abruptum. Inſidens itaq; uehiculo cum ſpecioſa fiducia contuebatur acribus oculis tumultuantum undiq; cuneorum ueluti ſerpentium uultus, perpeſſusq; multa dici probroſa, agnitum quendam inter alios eminẽtẽ, uaſti corporis, rutiliq; capilli, interrogauit an ipſe eſſet Petrus Valuomeres ut audierat cognomento: eumq;, cum eſſe ſono reſpondiſſet obiurgatorio, ut ſeditioſorum anteſignanum olim ſibi compertum, reclamantibus multis, poſt terga manibus uinctis ſuſpendi præcepit. Quo uiſo ſublimi, tribuliumq; adiumentum nequicquam implorante, uulgus omne paulo ante confertum per uaria urbis membra diffuſum ita euanuit, ut turbarum acerrimus cõcitor tanquam in iudiciali ſecreto exaratis lateribus ad Picenum eịceretur: ubi poſtea auſus eripere uirginis non obſcuræ pudorem, Patruini conſulari ſententia ſupplicio ob id capitali addictus. Hoc adminiſtrante Leontio, Liberius Chriſtianæ legis antiſtes à Conſtantio ad comitatum mitti præceptus eſt, tanq; imperatoris iuſsis & plurimorũ ſui conſortium decretis obſiſtens, in re quam breui textu percurram. Athanaſium epiſcopũ eo tẽpore apud Alexandriã ultra profeſsionem altius ſe efferentẽ, ſciſcitariq; conatũ externa, ut prodidere rumores adſidui, cœtus in unum quæſitus eiuſdem loci multorũ (ſynodus ut appellant) remouit à ſacramento quod obtinebat. Dicebatur enim fatidicarum ſortium fidem, quæ ue augurales portenderẽt alites, ſcientiſsime callens, aliquoties prędixiſſe futura. Super his intendebant ei alia quoq; à propoſito legis abhorrẽtia, cui prȩſidebat. Hunc per ſubſcriptionẽ abịcere ſede ſacerdotali, paria ſentiens cæteris iubẽte principe Liberius monitus perſeueranter renitebatur, nec uiſum hominẽ, nec auditũ damnare nefas ultimum ſæpe exclamans, apertè ſcilicet recalcitrans imperatoris arbitrio. Id enim ille Athanaſio ſemper infeſtus, licet ſciret impletum, tamẽ autoritate qua potiuntur æternę Vrbis epiſcopi, firmari deſiderio nitebat ardẽti. quo nõ impetrato, Liberius ægre populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit aſportari. Et hæc quidẽ Romę, ut oſtẽdit textus ſuperior, agebantur. Conſtantiũ uero exagitabant aſsidui nuntị, deploratas iam Gallias indicãtes, nullo renitente ad internitionẽ barbaris uaſtantibus uniuerſa. æſtuansq; diu qua ui propulſaret erumnas, ipſe in Italia reſidens, ut cupiebat (periculoſum enim exiſtimabat ſe in partem cõtrudere longe dimotam) reperit tandem conſilium rectum: & Iulianũ patruelem fratrem haud ita dudum ab Achaia contractum accitu, etiam tum palliatum, in ſocietatẽ imperị adſciſcere cogitabat

Septizonium
Nymphæum
Liberius
Synodus

gitabat. Id ubi urgente malorũ impendentiũ mole eſt confeſſus proximis, ſuccumbere tot neceſsitatibus tamq; crebris unũ ſe, quod nunq; fecerat, aperte demonſtrans: illi in adſentationem nimiam eruditi infatuabant hominẽ, nihil eſſe ita aſperum dictitantes, quod præpotens eius uirtus, fortunaq; tam uicina ſideribus nõ ſuperaret ex more. Adebantq;, noxarum cõſcientia ſtimulante complures, deinceps caueri debere Cæſaris nomen, replicantes geſta ſub Gallo. quis adnitentibus obſtinate, opponebat ſe ſola regina, incertum migrationẽ ad longinqua pertimeſcens, an pro natiua prudentia conſulens in cõmune, omnibusq; memorans anteponi debere propinquum. Poſt multaq; per deliberationes ambiguas actitata, ſtetit fixa ſententia: abiectisq; diſputationibus irritis, ad imperium placuit Iulianum adſumere. Cum ueniſſet accitus prædicto die, aduocato omni quod aderat cõmilitio, tribunali ad altiorem ſuggeſtũ erecto, quod aquilæ circundederunt & ſigna, Auguſtus inſcendens, eumq; manu retinens dextera, hæc ſermone placido perorauit: Adſiſtimus apud uos optimi reip. defenſores, cauſæ communi uno penè omnium ſpiritu uindicandæ, quam acturus tanquã apud æquos iudices ſuccinctius edocebo. Poſt interitum rebellium tyrannorũ, quos ad hæc tentanda quæ mouerunt rabies egit & furor, uelut impijs eorũ manibus Romano ſanguine parentantes, inſultant Barbari Gallias rupta limitũ pace, hac animati fiducia, quòd nos per diſiunctiſsimas terras arduæ neceſsitates adſtringũt. Huic igitur malo ultra oppoſita iam proſerpenti, dum patitur tẽpus ſi occurrerit noſtri ueſtriq; cõſulti ſuffragiũ, & colla ſuperbarũ gentiũ detumeſcẽt, & imperij fines erunt intacti. Reſtat ut rerũ ſpem, quam gero, ſecũdo roboretis effectu. Iulianum hunc fratrẽ meum patruelẽ, ut noſtis, uerecũdia, qua nobis ita ut neceſsitudine charus eſt, recte ſpectatũ, iamq; elucentis induſtriæ iuuenem, in Cęſaris adhibere poteſtatẽ exopto, cœptis ſi uidentur utilia etiam ueſtra conceſsione firmandis. Dicere ſuper his plura conantem interpellans concio leniùs prohibebat, arbitrium ſummi Iouis id eſſe, nõ mentis humanæ, uelut præſcia uenturi pręd icãs. Stansq; imperator immobilis, dum ſilerent, reſidua fidentius explicauit. Quia igitur ueſtrũ quoq; fauorẽ adeſſe fremitus indicat lætus, aduleſcens uigoris tranquilli, cuius temperati mores imitandi ſunt potius quàm prædicandi, ad honorem properatum exurgat: cuius præclaram indolem bonis artibus inſtitutam hoc ipſo plene uideor expoſuiſſe quòd elegi. Ego cum præſente nutu dei cœleſtis amictu principali uelabo. Dixit: Moxq; indutum auita purpura Iulianum, & Cæſarem cum exercitus gaudio declaratum, his alloquitur contractiore uultu ſubmœſtum: Recepiſti primæuus originis tuæ ſplendidum florem, amantiſsime mihi omnium frater: aucta gloria mea confiteor, qui iuſtus in deferenda ſuperiori poteſtate nobilitati mihi propinquæ, quàm ipſa poteſtate uideor eſſe ſublimis. Adeſto igitur laborum, periculorumq; particeps, & tutelam miniſterij ſuſcipe Galliarum, omni beneficentia partes leuaturus adflictas: & ſi hoſtibus cõgredi ſit neceſſe, fixo gradu cõſiſte inter ſigniferos ipſos, audendi in tẽpore cõſideratus hortator, pugnantes accendens præeundo cautiſsime, turbatosq; ſubſidijs fulciẽs, modeſte increpãs deſides, ueriſsimus teſtis adfuturus induſtrijs & ignauis. Proin urgente rei magnitudine, perge uir fortis ducturus uiros itidem fortes. aderimus nobis uiciſsim amoris robuſta cõſtantia, militabimus ſimul, unà orbem pacatũ, deus modo uelit quod oramus, pari moderatione pietateq; recturi. Mecum ubiq; uideberis præſens, & ego tibi quodcunq; acturo non deero. ad ſumma mihi propera ſocijs omnium uotis, uelut aſsignatam tibi ad ipſa rep. ſtationem cura peruigili defenſurus. Nemo poſt hæc finita reticuit: ſed militares omnes horrendo fragore ſcuta genibus illidẽtes, quod eſt proſperitatis indiciũ plenum (nam contrà cum haſtis clypei feriuntur, irę documentũ eſt & doloris) immane quo quantoq; gaudio præter paucos Auguſti probauere iudiciũ: Cæſarẽq; admiratione digna ſuſcipiebãt, imperatorij muricis fulgore flagrantẽ: cuius oculos cum uenuſtate terribiles, uultũq; excitatius gratũ, multũ diuq; cõtuentes, qui futurus ſit colligebant, uelut ſcrutatis ueterib. libris, quorũ lectio per corporũ ſigna pandit animarũ interna. Eumq; ut potiori reuerentia ſeruaretur, nec ſupra modum laudabant, nec infra q̃ decebat: atq; ideo cenſorum uoces ſunt æſtimatæ, non militum. ſuſceptus deniq; ad conſeſſum uehiculi, receptusq; in regiã, hunc uerſum ex Homerico carmine ſuſurrabat, ἔλλαβε πορφύρεος θάνατ-

τος καὶ

Verba Conſtantij

Iulianus auita purpura induitur

τοῦ καὶ μοῖρα κραταιὴ. Hæc die octauo Iduum Nouemb. geſta ſunt, cum Arbetionem conſulem annus haberet & Lollianũ. deinde diebus paucis Helena uirgine Conſtantij ſorore, eidem Cæſari coniugali fœdere copulata, paratisq; uniuerſis, quæ maturitas proficiſcendi poſcebat, comitatu paruo ſuſcepto, Calend. Decemb. egreſſus eſt: deductusq; ab Auguſto adusq; locum duabus columnis inſignem, qui Laumellum interiacet & Ticinum, itineribus rectis Taurinos peruenit. ubi nuncio percellitur graui, qui nuper in comitatũ Auguſti perlatus, de induſtria ſilebatur, ne parata diffluerent. Indicabat aũt, Coloniam Agrippinam ampli nominis urbem in ſecunda Germania, pertinaci Barbarorum obſidione reſeratam, & magnis uiribus deletam. Quo mœrore perculſus uelut primo aduentantium malorum auſpicio, murmurans querulis uocibus ſæpe audiebatur: nihil ſe plus adſecutum, quàm ut occupatior interiret. Cumq; Viennam ueniſſet, ingrediẽtem optatum quidem & imperatorem honorifice ſuſceptura omnis ætas concurrebat & dignitas: proculq; uiſum plebs uniuerſa cum uicinitate finitima imperatorem clementem appellans & fauſtum, præuia cõſonis laudibus celebrabat, auidius pompam regiam in principe legitimo cernens: cõmuniumq; remedium ærumnarũ in eius locabat aduentu, ſalutarem quendã Genium adfulſiſſe cõclamans, nec ſecius arbitrata. Tunc anus quædã orbata luminibus, cũ percontando quinã eſſet ingreſſus, Iulianũ Cæſarem cõperiſſet, exclamauit, hunc deorũ templa reparaturum. Proinde quoniã, ut Mantuanus uates prædixit excelſus, Maius opus moueo, maiorq; mihi rerum naſcit̃ ordo, Galliarũ tractus & ſitum oſtendere puto nunc tẽpeſtiuum, ne inter procinctus urgentes præliorũq; uarios caſus ignota quibuſdã expediens, imitari uidear deſides nauticos, adtrita lintea cũ rudentibus, quæ licuit parari ſecurius, inter fluctus reſarcire coactos & tẽpeſtates. Ambigẽtes ſuper origine prima Gallorum ſcriptores ueteres, notitiã reliquere negotij ſemiplenã: ſed poſtea Timagenes & diligẽtia Græcus & lingua, quę diu ſunt ignorata, collegit ex multiplicib. libris: cuius fidem ſecuti obſcuritate dimota, eadem diſtincte docebimus & aperte. Aborigines primos in his regionibus quidã uiſos eſſe firmarũt Celtas, nomine regis amabilis, & matris eius uocabulo Galatas dictos: ita eñ Gallos ſermo Græcus appellat. Alij Dorienſes, antiquiorẽ ſequutos Herculem, oceani locos inhabitaſſe confines. Draſidę memorant re uera fuiſſe populi partem indigenã. Sed alios quoq; ab inſulis extimis cõfluxiſſe & tractibus tranſrhenanis, crebritate bellorũ, & alluuione feruidi maris ſedibus ſuis expulſos. Aiunt quidã, paucos poſt excidium Troiæ, fugitãtes Græcos ubiq; diſperſos, loca hæc occupaſſe, tunc uacua. Regionum aũt incolę id magis omnibus adſeuerant, quod etiam nos legimus in monumẽtis eorũ inciſum: Amphitryonis filium Herculẽ ad Geryonis & Tauriſci ſæuorum tyrannorũ perniciẽ feſtinaſſe, quorũ alter Hiſpanias, alter Gallias infeſtabat: ſuperatisq; ambobus coiſſe cum generoſis fœminis, ſuſcepiſſeq; liberos plures, & eos partes quibus imperitabãt, ſuis nominibus appellaſſe. A Phocęa uero Aſiaticus populus Harpali inclementiam uitans Cyri regis præfecti, Italiam nauigio petijt. Cuius pars in Lucania Veliam, alia cõdidit in Vienneñſi Maſſiliam. dein ſecutis ætatibus oppida aucta uirium copia, inſtituere non pauca: ſed declinanda uarietas ſæpe ſatietati coniuncta. Per hæc loci hominibus paulatim excultis uiguere ſtudia laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos, & Eubages, & Druidas. & Bardi quidem fortia uirorum illuſtrium facta heroicis compoſita uerſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt: Eubages uero ſcrutantes ſumma & ſublimia naturæ pandere conabantur. Inter hos Druidæ ingenijs celſiores, ut autoritas Pythagoræ decreuit, ſodalitijs aſtricti cõſortijs, quæſtionibus occultarum rerum altarũq; erecti ſunt, & deſpectantes humana pronuntiarunt animas immortales. hanc Galliarũ plagam ob ſuggeſtus montium arduos, & horrore niuali ſemper obductos, orbis reſidui incolis ante hac penè ignotã, niſi quà litoribus eſt uicina, munimina claudunt undiq; natura uelut arte circundata. & à latere quidem auſtrali Tyrrheno alluitur & Gallico mari: qua cœleſte ſuſpicit plauſtrũ, à feris gẽtibus fluentis diſtinguit̃ Rheni: ubi occidentali ſubiecta eſt ſideri, oceano, & altitudine Pirenæi. unde ad ſolis ortus attollitur, aggeribus cedit Alpium Cottiarum: quas rex Cottius perdomitis Gallijs, ſolus in anguſtijs latens, inuiaq; locorum aſperitate confiſus, lenito tandem timore in amicitiam Octauiani receptus

Helena Conſtantij ſoror uxor Iuliani

Agrippina Colonia in ſecunda Germania

De Gallis pulchra

Velia

Bardi

Cottiæ alpes unde

ceptus principis, molibus magnis extruxit ad uicem memorabilis muneris cõpendia
rias & uiãtibus opportunas, medias inter alias Alpes uetuſtas, ſuper quibus cõperta
paulo poſtea referemus. In his Alpibus Cottijs, quarum initium à Seguſione oppido
eſt, prœcelſum erigitur iugum, nulli ferè ſine diſcrimine penetrabile. Eſt enim è Gallijs
uenientibus prona humilitate deuexum, pendentium ſaxorũ altrinſecus uiſu terribile
præſertim uerno tẽpore: cum liquente gelu, niuibusq; ſolutis flatu calidiore uẽtorum,
per diruptas utrinq; anguſtias, & lacunas pruinarũ cõgerie latebroſas, deſcendentes
cunctantibus plantis homines & iumenta procidunt & carpenta: idq; remediũ ad ar-
cendum exitiũ repertum ſolum, quod pleraq; uehicula uaſtis funibus illigata, ponè cohi-
bente uirorũ uel boum niſu ualido, uix greſſu reptãte paulo tutius deuoluunt. Et hęc,
ut diximus, anni uerno cõtingunt. Hyeme uero humus cruſtata frigoribus & tanquam le
uigata, ideoq; labilis inceſſum præcipitantẽ impellit, & patulæ ualles per ſpacia plana
Lignei ſtyli defiguntur in itinere alpino glacie perfidæ uorant nonnunquam tranſeuntes. ob quæ locorũ callidi, eminẽtes ligneos
ſtylos per cautiora loca defigunt, ut eorũ ſeries uiatorẽ ducat innoxium: qui ſi niuibus
operti latuerint, mõtanis defluentib. riuis euerſi, agreſtibus præuijs difficile peruadun
tur. A ſummitate aũt huius Italici cliui planicies aduſq; ſtationẽ nomine Martis, per ſe
Vertex Matronæ in Alpibus mons ptem extenditur milia: & hinc alia celſitudo erectior, ægreq; ſuperabilis ad Matronæ
porrigit uerticẽ, cuius uocabulum caſus fœminæ nobilis dedit. Vnde decliue quidem
iter, ſed expeditius aduſq; caſtellũ Virgantiã patet. Huius ſepulchrũ reguli, quem iti-
nera ſtruxiſſe retulimus, Seguſione eſt mœnibus proximũ: maneſq; eius ratione gemi
na religiõe colunt: quòd iuſto moderamine rexerat ſuos: & aſcitus in ſocietatẽ rei Ro
Via compendiaria manæ, quietem genti præſtitit ſempiternã. Et licet hæc, quam diximus, uia media ſit,
& cõpendiaria, magiſq; celebris, tamen etiã aliæ multo antea tẽporibus ſunt conſtru-
ctę diuerſis. primã Thebanus Hercules ad Geryonem extinguendũ, ut relatum eſt, &
Tauriſcum lenius gradiens, prope maritimas compoſuit Alpes. Hicq; harum nomen
Monœci arx indidit: Monœci ſimiliter arcem & portum ad perennẽ ſui memoriã cõſecrauit. Dein-
Pœninæ alpes de emẽſis poſtea ſeculis multis, hac ex cauſa ſunt Alpes excogitatæ Pœninæ. Superio
ris Africani pater P. Cornelius Scipio Saguntinis memorabilibus ærumnis & fide,
pertinaci deſtinatione Afrorum obſeſsis, iturus auxilio in Hiſpaniã, traduxit onuſtam
manu ualida claſſem. ſed ciuitate potiore Marte deleta, Annibalem aſſequi nequiens,
triduo antè tranſito Rhodano ad Italiæ partes contendentẽ, nauigatione ueloci inter-
curſo ſpatio maris haud longo, digreſſurũ montibus apud Genuam obſeruabat Ligu
rię oppidum, ut cum eo ſi copiã fors dediſſet, uiarum aſperitate fatigato decerneret in
planicie. cõſulens tamen rei cõmuni, Cn. Scipionem fratrẽ ire monuit in Hiſpanias,
Annibal callidæ mentis ut Haſdrubalem exinde ſimiliter erupturũ arceret. quæ Annibal doctus à perfugis, ut
erat expeditæ mentis & callidæ, Taurinis ducentibus accolis per Tricaſtinos & oram
Vocontiorũ extremã ad ſaltus Tricorios uenit. Indeq; exorſus, aliud iter antehac in-
ſuperabile fecit: exciſaq; rupe in immenſum elata, quã cremando ui magna flãmarum
acetoq; infuſo diſſoluit, per Druentiã flumen gurgitibus uagis intortũ regiones occu
pauit Hetruſcas. Hactenus ſuper Alpibus, nũc ad reſtantia ueniamus. Tẽporibus pri-
Celtæ ſcis cum laterent hæ partes ut barbaræ, tripartitæ fuiſſe credunt, in Celtas eoſdẽ Gal-
Aquitani los diuiſæ, & Aquitanos, & Belgas, lingua, inſtitutis, legibusq; diſcrepãtes. & Gallos
Garumna quidem, qui ſunt Celtæ, ab Aquitanis Garumna diſterminat flumen, à Pirenæis oriẽs
collibus, poſtq; oppida multa tranſcurſa in oceano deliteſcẽs. A Belgis uero eandem
Sequana gentem Matrona diſcindit & Sequana, amnes magnitudinis geminæ: qui fluẽtes per
Lutetia Pariſiorum caſtellũ Lugdunenſem, poſt circũclauſum ambitu inſulari Pariſiorum caſtellum, Lutetiam no
mine, cõſociatim meant, meanteſq; protinus prope caſtra Cõſtantia fundunt in mare.
Belgæ Horum omnium apud ueteres Belgæ dicebantur eſſe fortiſsimi, ea propter quod ab
humaniore cultu longe diſcreti, nec aduentitijs effœminati delicijs, diu cum Tranſrhe
nanis certauere Germanis. Aquitani enim, ad quorũ littora ut proxima placidaq; mer-
ces aduentitiæ conuehunt, moribus ad mollitiẽ lapſis, facile in ditionẽ uenere Roma-
nam. Regebant aũt Galliæ omnes, iam inde ut crebritate bellorũ urgenti ceſſere Iulio
Narbonenſis dictatori, poteſtate in partes diuiſa quatuor. quarũ Narbonenſis una, Viennẽſem intra
Lugdunenſis ſe continebat, & Lugdunenſem: altera Aquitanis pręerat uniuerſis. ſuperiorẽ & infe-
riorem

riorem Germaniam, Belgasq; duæ iuriſdictiones ijſdem rexere temporibus. At nunc
numerantur prouinciæ per omnem ambitum Galliarũ: ſecunda Germania, prima ab *Secunda Germania*
occidentali exordiens cardine, Agrippina & Tungris munita, ciuitatibus amplis &
copioſis. Dein prima Germania, ubi præter alia municipia Magontiacus eſt, & Van- *Prima Germania*
giones & Nemetes, & Argẽtoratus barbaricis cladibus nota. Poſt has Belgica prima
Mediomatricos prætendit, & Treuiros domicilium principum clarum. Huic adnexa
eſt ſecunda Belgica, qua Ambiani ſunt urbs inter alias eminens, & Cathelauni & Re *Ambiani*
mi. apud Sequanos Biſontios uidimus, & Rauracos, alijs potiores oppidis multis. Lu *Cathelauni*
gdunenſem primam Lugdunus ornat, & Cabillones, & Senones, & Biturigæ, & mœ *Prima Lugdunenſis*
nium Auguſtoduni magnitudo uetuſta. Secundã enim Lugdunenſem Rothomagi,
& Turini Mediolanũ oſtendunt: & Tricaſtini, Alpes Graiæ & Pœninæ, exceptis ob- *Secunda Lugdunenſis*
ſcurioribus habent & Auenticum, deſertã quidem ciuitatẽ, ſed non ignobilem quon-
dam, ut ædificia ſemiruta nunc quoq; demonſtrant. Hæ prouinciæ, urbeſq; ſunt ſplen
didæ Galliarũ. In Aquitania, quæ Pirenæos montes & eam partẽ ſpectat oceani, quæ
pertinet ad Hiſpanos, prima prouincia eſt Aquitanica, amplitudine ciuitatum admo- *Aquitanica*
dum culta: omiſsis alijs multis, Burdegala, & Auerni excellunt, & Santones, & Picta *Burdegala*
ui. Nouem populos Auſci cõmendant, & Vaſatæ. In Narbonenſi cluſa eſt Narbona,
& Toloſa, quæ principatum urbium tenent. Viennenſis ciuitatũ exultat decore multa
rum, quibus potiores ſunt Vienna ipſa, & Arelate, & Valentia: quibus Maſsilia iungi- *Vienna*
tur, cuius ſocietate & uiribus in diſcriminib. arduis fultã aliquoties legimus Romam. *Arelate*
His propè Salluuij ſunt, & Nicea, & Antipolis, inſulæq; Stœchades. Et quoniam ad *Stœchades*
has partes opere contexto peruenimus, ſilere ſuper Rhodano maximi nominis flumi
ne incongruum eſt, & abſurdum. A Pœninis Alpibus effuſiore copia fontiũ Rhoda- *Ortus Rhodani*
nus fluens, & procliui impetu ad planiora digrediens, proprio agmine ripas occultat,
& paludi ſeſe ingurgitat nomine Lemano, eamq; intermeãs nuſquam aquis miſcetur *Lemanus*
externis: ſed altrinſecus ſummitates undæ præterlabens ſegniores, quæritans exitus
uiam ſibi impetu ueloci molitur. Vnde ſine iactura rerum per denſa paludium fertur,
& Sequanos, longeq; progreſſus Viennenſem latere ſiniſtro perſtringit, dextro Lug-
dunenſem: & emenſus ſpatia fluctuoſa, Ararim, quem Sauconnã appellant, inter Ger *Arar*
maniam primam fluentem, ſuum in nomen adſciſcit. qui locus exordiũ eſt Galliarum.
Exinde non millenis paſsibus, ſed leucis itinera metiunt̃, ubi auctus Rhodanus aquis
aduenis locupletior, uehit grandiſsimas naues, uentorũ flatu iactari ſæpius adſuetas.
finitusq; inter ualles, quas ei natura præſcripſit, ſpumeus Gallico mari cõcorporatur
per patulum ſinum, quem uocant Ad gradus, ab Arelate octauo decimo fermè lapide
diſparatum. Sit ſatis de ſitu locorũ. nunc figuras & mores hominũ deſignabo. Celſio- *De figuris Gallorum*
ris ſtaturæ & candidi penè Galli ſunt omnes, & rutili, luminũq; toruitate terribiles, aui-
di iurgiorum, & ſublatius inſoleſcentes. Nec enim eorũ quenq; adhibita uxore rixan-
tem, multo fortiore & glauca, peregrinorũ ferre poterit globus: tum maxime cum illa
inflata ceruice ſuffrendens, ponderãſq; niueas ulnas & uaſtas, admixtis calcibus emit
tere cœperit pugnos, ut catapultas tortilibus neruis excuſſas. metuendæ uoces cõplu-
rium, & minaces placatorum iuxta & iraſcentiũ: terſi tamen pari diligentia cuncti &
mundi, nec in tractibus illis, maximeq; apud Aquitaniam, poterit uideri, uel fœmina
licet perquàm pauper, ut alibi, fruſtis ſqualere pannorum. Ad militandum omnis ætas
aptiſsima: & pari pectoris robore ſenex ad procinctum ducitur, & adultus gelu dura-
tis artubus, & labore aſsiduo multa contempturus & formidanda: nec eorũ aliquando
quiſquam, ut in Italia, munus Martium pertimeſcens pollicem ſibi præcidit, quos ioca
liter murcos appellant. Vini auidũ genus, affectans ad uini ſimilitudinem multiplices
potus: & inter eos humiles quidam obtuſis ebrietate cõtinua ſenſibus, quam furoris
uoluntariã ſpeciem eſſe Catoniana ſententia definiuit, raptant̃ diſcurſibus uagis: ut
uerum illud uideatur, quod ait defendẽs Fonteium Tullius, Gallos poſt hæc dilutius
eſſe poturos, quòd illi uenenũ eſſe arbitrabantur. Hæ regiones, præcipue quæ confi-
nes Italicis, paulatim leuius odere ſub imperium uenire Romanũ: primo tentatæ per
Fuluium, deinde prælijs paruis quaſſatę per Sextium, ad ultimum per Fabium Maxi *Fabius Allobrox*
mum domitæ, cui negocij plenus effectus, aſperiore Allobrogum gente deuicta, hoc

T indidit

indidit cognomentū. nam omnes Gallias, niſi quæ paludibus inuiæ fuere, ut Salluſtio docetur autore, poſt decennalis belli mutuas clades Cæſar ſocietati noſtræ fœderibus iūxit æternis. Euectus ſum longius, ſed remeabo tandē ad cœpta. Domitiano crudeli morte conſūpto, Muſonianus ſucceſſor Orientē prætoriani regebat poteſtate præfecti, facūdia ſermonis utriuſq; clarus: unde ſublimius q̄ ſperabat̄ eluxit. Cōſtantinus enim cū limatius ſuperſtitionū quæreret ſectas, Manicheorū & ſimiliū, nec interpres inueniret̄ idoneus, hunc ſibi cōmendatū ut ſufficientē elegit: quem officio functū perite, Muſonianū uoluit appellari, antè Strategiū dictitatū: & ex eo percurſis honorū gradib⁹ multis, aſcēdit ad præfecturā, prudēs aliàs, tolerabiliſq; prouincijs, & mitis & blandus, ſed ex qualibet occaſiōe, maximeq; ex cōtrouerſis litibus, quod nefandū eſt, & in totum lucrandi auiditate ſordeſcens: ut inter alia multa euidenter apparuit in quæſtionibus agitatis ſuper morte Theophili Syriæ cōſularis, ob proditionē Cæſaris Galli impetu plebis promiſcuæ diſcerpti: ubi damnatis pauperibus, quos cū hæc agerent̄ peregre cōſtabat fuiſſe, autores diri facinoris exuti patrimonijs abſoluti ſunt diuites. Hūc Proſper adæquabat, pro magiſtro equitū agente etiā tum in Gallijs militē regens, abiecte ignauus, &, ut ait Comicus, arte deſpecta furtorū rapiens propalàm. quîs concordantibus, mutuaq; cōmercia uiciſsim ſibi cōciliando locupletatis, Perſici duces uicini fluminibus rege in ultimis terrarū ſuarū terminis occupato, per prædatorios globos noſtra uexabant, nunc Armeniam, aliquoties Meſopotamiā confidentius incurſantes, Romanis ductoribus ad colligendas obeuntium exuuias occupatis.

AMMIANI MARCELLINI RERVM
GESTARVM LIBER SEXTVSDECIMVS

HAEC per orbem Romanum fatorum ordine contexto uerſante Cæſar apud Viennam in collegium faſtorum à conſule octies Auguſto adſcitus, urgente genuino uigore, pugnarum fragores cædeſq; barbaricas ſomniabat, colligere prouinciæ fragmenta iam parans, ſi adfuiſſet flatu tandem ſecundo. Quia igitur res magnæ, quas per Gallias uirtute felicitateq; correxit, multis ueterum factis fortibus præſtant, ſingula ſerie progrediente monſtrabo, inſtrumenta omnia mediocris ingenij, ſi ſuffecerint cōmoturus. Quicquid autem narrabitur, quod nō fallitas arguta concinnat, ſed fides integra rerum abſoluit, documentis euidentibus fulta, ad laudatiuam penè materiē pertinebit. Videtur enim lex quædam uitæ melioris hunc iuuenē à mobilibus cunis aduſq; ſpiritū comitata ſupremum. nanq; incrementis uelocibus ita domi foriſq; colluxit, ut prudentia Veſpaſiani filius Titus alter æſtimaretur: bellorum glorioſis curſibus Traiani ſimillimus, clemens ut Antoninus, rectæ perfectæq; rationis indagine congruens Marco, ad cuius æmulationem actus effingebat & mores. Et quoniam, ut Tulliana docet autoritas, Omnium magnarum artium ſicut arborum altitudo nos delectat, radices ſtirpeſq; non item: ſic præclaræ huius indolis rudimenta tunc multis obnubilantibus tegebantur, quæ anteferri geſtis eius poſtea multis & miris hac ratione deberent, quòd adoleſcens primæuus ut Erichtheus in ſeceſſu Mineruæ nutritus, ex academiæ quietis umbraculis non è militari tabernaculo in puluerem martium tractus, ſtrata Germania, pacatiſq; rigentis Rheni motibus, cruenta ſpirantium regum hic ſanguinē fudit, alibi manibus catenas affixit. Agens itaq; negotioſam hyemem apud oppidū antè dictum inter rumores qui uolitabant aſsidui, comperit Auguſtuduni ciuitatis antiquæ muros ſpatioſi quidē ambitus, ſed carie uetuſtatis inualidos, barbarorū impetu repentino inſeſſos, torpente præſentium militum manu ueteranos concurſatione peruigili defendiſſe, ut ſolet abrupta ſæpe diſcrimina ſalutis ultima deſperatio propulſare. Nihil itaq; remittentibus curis, ancillari adulatione poſthabita, qua eum proximi ad amœnitatē flectebant & luxū, ſatis

omnibus

omnibus cõparatis VIII. Cal. Iulias Auguſtudunũ peruenit, uelut dux diuturnus, uiribus eminẽs & cõſilijs, per diuerſa palantes barbaros, ubi dediſſet fors copiã, aggreſſurus. Habita itaq; deliberatione, adſiſtẽtibus locorũ peritis quónam iter eligeretur ut tutum, multa ultro citroq; dicebant, alijs per Arboroſam, quibuſdã per ſedes Leucorum iri debere firmantibus. ſed cũ ſubſererent quidã, Siluanũ pauloante magiſtrum peditũ, per cõpendioſas uias, uerũ ſuſpectas, quia tenebris multis umbrant, cum VIII. auxiliariũ milibus ægrè tranſiſſe, fidentius Cæſar audaciã uiri fortis imitari magnopere nitebat cunctis uiribus. Et ne qua interueniret mora, adhibitis cataphractis ſolis, & baliſtarijs, parum ad tuendũ rectore idoneis, percurſo eodẽ itinere Autoſidorũ peruenit: ubi breui, ſicut ſolebat, otio cũ milite recreatus, ad Tricaſinos tendebat: & barbaros in ſe cateruatim ruentes, partim cum timeret ut ampliores confertis lateribus obſeruabat, alios occupatis habilibus locis decurſu facili proterens, nõnullos pauore traditos cepit, reſiduos in curam celeritatis omne quod poterant conferentes, quia ſequi non ualebat grauitate præpeditus armorũ, innocuos abire perpeſſus eſt. Proinde certiori iam ſpe ad reſiſtendũ ingruentibus cõfirmatus, per multa diſcrimina uenerat Tricaſſas adeo inſperatus, ut eo portas penè pulſante, diffuſæ multitudinis barbaræ metu aditus urbis nõ ſine anxia panderet ambage: & pauliſper moratus dum fatigato cõſulit militi, ciuitatẽ Remos nihil prolatandum exiſtimans petit: ubi in unum congregatum exercitum Veſuntij iuſſerat opperiri præſentiam ſuam: cui præſidebat Vrſicini ſucceſſor Marcellus, & ipſe Vrſicinus aduſq; expeditionis finem agere præceptus ijſdem in locis. Poſt uariatas itaq; ſententias plures, cum placuiſſet per decem pagos Alemannam adgredi plebem, denſatis agminibus tendebat illuc ſolito alacrior miles: & quia dies humectus & decolor uel contiguum eripiebat aſpectum, iuuante locorum gnaritate, hoſtes tramite obliquo diſcurſo poſt Cæſaris terga, legiones duas arma cogentes adorti penè deleſſent, ni ſubitò concitus clamor ſociorũ auxilia coegiſſet. Hinc & deinde nec itinera nec flumina tranſire poſſe ſine inſidijs putans, erat prouidus & cunctator, quod præcipuum bonum in magnis ductoribus, opem ferre ſolet exercitibus & ſalutem. Audiens itaq; Argentoratum, Brotomagum, Tabernas, Saliſonem, Nemetas, & Vangionas, & Maguntiacum ciuitates barbaros poſsidentes, territoria eorum habitare (nam ipſa oppida ut circundata retibus luſtra declinant) primam omnium Brotomagum occupauit: eiq; iam aduẽtanti Germanorũ manus pugnam intentans occurrit. Cumq; in bicornem figuram acie diuiſa collato pede res agi cœpiſſet, exitioq; hoſtes urgerent ancipiti, captis nonnullis, alijs in ipſo prælij furore truncatis, reſidui diſceſſere celeritatis præſidio tecti. Nullo itaq; poſthac repugnãte, ad recuperandam ire placuit Agrippinã, ante Cęſaris in Gallias aduentũ exciſam: per quos tractus nec ciuitas ulla uiſitur, nec caſtellũ: niſi quod apud Confluentes, locum ita cognominatum, ubi amnis Moſella cõfunditur Rheno, Rigodulum oppidum eſt, et una prope ipſam Coloniam turris. Igitur Agrippinã ingreſſus, nõ antè motus eſt exinde, q̃ Francorum regibus furore miteſcẽte perterritis, pacem reip. firmaret interim profuturam, & urbem reciperet munitiſsimã. quibus uincendi primitijs lætus per Treueros hyematurus apud Senonas oppidũ tunc oportunũ abſceſsit. ubi bellorũ inundantium molem humeris ſuis, quod dicitur, uehens ſcindebatur in multiplices curas: ut milites qui à ſolitis deſciuere præſidijs reducerẽtur ad loca ſuſpecta, & conſpiratas gentes in noxam Romani nominis diſiectaret, ac præuideret ne alimenta deeſſent exercitui per uaria diſcurſuro. Hæc ſolicitè perpenſantẽ, hoſtilis aggreditur multitudo oppidi capiundi ſpe in maius accenſa: ideo cõfidentes, quòd nec Scutarios adeſſe prodẽtibus perfugis didicerant, nec Gentiles, per municipia diſtributos, ut commodius ueſcerentur. Clauſa ergo urbe, murorumq; intuta parte firmata, ipſe cum armatis diu noctuq; inter propugnacula uiſebatur & pinnas, ira exundãte ſubſtridens, cum erumpere ſæpe conatus, paucitate præſentis manus impedireẽ. poſt triceſimũ deniq; diem abiere barbari triſtes, inaniter ſtulteq; cogitaſſe ciuitatis obſidiũ muſitantes. & quod indignitati rerum eſt adſignandũ, periclitãti Cæſari diſtulit ſuppetias ferre Marcellus magiſter equitum agens in ſtationibus proximis: cum etiam ſi ciuitas abſq; principe uexaretur, oppoſita multitudine malis obſidionalibus expediri deberet. Hoc metu ſolutus efficaciſ-

Brotomagum

Agrippina deleta

Moſella

Francorum reges

ſimus Cæſar, prouidebat conſtanti ſolicitudine ut militum diuturno labori quies ſuc‑cederet aliqua, licet breuis, ad recreandas tamen ſufficiens uires, quanq; ultima ſqua‑lentes inopia terræ ſæpe uaſtatæ exigua quædam uictui cōgrua ſuggerebant. Verum hoc quoq; diligentia curato peruigili, affuſa lætiore ſpe proſperorū ſublato animo ad exequenda plurima cōſurgebat. Primum igitur factuq; difficile tēperantiam ipſe ſibi indixit atq; retinuit, tanq; aſtrictus ſumptuarijs legibus uiueret: quas ex Rhetris Ly‑curgi, id eſt axonibus, Romā translatas diuq; obſeruatas, & ſeneſcentes paulatim re‑parauit Sylla dictator, reputās ex prædictis Democriti, quòd ambitioſam menſam for‑
Tuſculanus Cato tuna, parcam uirtus apponit. Id enim etiā Tuſculanus Cato prudenter definiens, cui Cenſorij cognomentū caſtior uita indidit: Cultùs magna, inquit, cura tibi, magna uir‑tutis incuria. Deniq; cum legeret libellum aſsidue, quem Conſtantius ut priuignū ad ſtudium mittens, manu ſua cōſcripſerat, prælicenter diſponens quid in conuiuio Cæſa‑ris impēdi deberet, phaſianū, & uuluam, & ſumen exigi uetuit & inferri, munificis mi‑litis uili & fortuito cibo cōtentus. Hinc cōtigebat ut noctes ad officia diuideret tripar‑tita, quietis, & publicę rei, & muſarum, quod factitaſſe Alexandrū legimus Magnum, ſed multo hic fortius. Ille nanq; ænea concha ſuppoſita, brachio extra cubile proten‑to pilam tenebat argenteā, ut cum neruorū rigorem ſopor laxaſſet infuſus, geſtaminis lapſi tinnitus abrumperet ſomnū. Iulianus uero abſq; inſtrumēto quoties uoluit euigi‑lauit: & nocte dimidiata ſemper exurgens, nō è plumis uel ſtragulis ſericis ambiguo fulgore nitentibus, ſed ex tapete, & ξυσίρα, quam uulgaris ſimplicitas Suſurnā appel‑lat, occulte Mercurio ſupplicabat, quem mundi ueclociorē ſenſum eſſe, motum menti‑um ſuſcitantē, theologicæ prodidere doctrinæ: atq; in tanto rerū defectu explorate cu‑rabat. poſt quæ ut ardua & ſeria terminata ad procudendum ingenium uertebatur: & incredibile quo & quanto ardore rerum principalium notitiā celſam indagās, & quaſi pabula quædam animo ad ſublimiora ſcandenti conquirens, per omnia philoſophiæ membra prudenter diſputando currebat. Sed tamen cum hæc effecte pleneq; collige‑ret, nec humiliora deſpexit, poeticam mediocriter, & rhetoricā (ut oſtendit orationum epiſtolarūq; eius cum grauitate comitas incorrupta) & noſtrarum externarūq; rerum hiſtoriā multiformē. ſuper his aderat Latine quoq; diſſerendi ſufficiens ſermo. Si itaq;
Simonides lyricus uerum eſt, quod ſcriptores uarij memorāt, Cyrum regem, & Simonidem lyricum, & Hippiam Eleum ſophiſtarū acerrimū ideo ualuiſſe memoria, quòd epotis quibuſdam remedijs id impetrarunt, credendum eſt hunc etiam tum adultum totum memorię do‑lium, ſi uſquam reperiri potuit, exhauſiſſe. Et hæc quidē pudicitiæ uirtutūq; ſunt ſigna nocturna. De his uero quæ ornate dixit & facete, quæ'ue in apparatu uel in ipſis egit congreſsibus prælioru, aut in re ciuili, magnanimitate correxit & libertate, ſuo quæq; loco ſingula demonſtrabuntur. Cum exercere præludia diſciplinæ caſtrenſis philoſo‑phus cogeretur ut princeps, artemq; modulatius incedendi per Pyrricham concinen‑
Clitellæ boui impoſitæ tibus diſceret fiſtulis, uetus illud prouerbium, Clitellæ boui impoſitæ ſunt, planè non eſt noſtrum onus, Platonem crebro nominans exclamat. Inductis quadam ſolennita‑te agentibus in rebus in cōſiſtorium ut aurum acciperēt, inter alios quidam ex eorum conſortio, non, ut moris eſt, expanſa chlamyde, ſed utraq; manu cauata ſuſcepit. & im‑perator: Rapere, inquit, non accipere ſciunt Agentes in rebus. Audito à parenti‑bus uirgines raptas, eum qui uiolarat, conuictum relegari decreuit. Hiſq; indigna pati querentibus, quòd non ſit morte mulctatus, reſponderat: Hactenus incuſent iura cle‑mentiam, ſed imperatorē mitiſsimi animi legibus præſtare cæteris decet. Egreſſurum eum ad expeditionem plures interpellabant, ut læſi, quos audiendos prouinciarum re‑ctoribus commendabat. Et reuerſus, quid egerint ſinguli quærens, delictorum uindi‑ctas genuina lenitudine mitigabat. Ad ultimum exceptis uictorijs, per quas cadentes ſæpe incolumi contumacia barbaros fudit, quòd profuerit anhelantibus extrema pe‑nuria Gallijs, hinc maxime claret: quòd primitus partes eas ingreſſus, pro capitibus ſingulis tributi nomine uicenos quinos aureos reperit flagitari: diſcedens uero ſepte‑nos tantum munera uniuerſa complentes: ob quæ tanquam ſolem ſibi ſerenum poſt ſqualentes tenebras affulſiſſe cum alacritate & tripudijs lætabanť. Deniq; id eum ad‑uſq; imperij finem & uitæ ſcimus utiliter obſeruaſſe, ne per indulgentias quas appel‑

lant

ſant, tributariæ rei concederet reliqua. Norat enim hoc facto ſe aliquid locupletibus additurum, cum cōſtet ubiq; pauperes inter ipſa dictorū exordia ſoluere uniuerſa ſine laxamento cōpelli. Inter has tamen regendi moderandiq; uias, bonis principibus æmulandas, barbarica rabies exarſerat in maius: utq; beſtiæ cuſtodū negligentia raptu uiuere ſolitæ, ne his quidē remotis & appoſitis fortioribus abſceſſerunt, ſed tumeſcentes inedia ſine reſpectu ſalutis armenta uel greges incurſant: Ita etiā illi, cunctis quæ diripuere cōſumptis, fame urgente agebant aliquoties prædas, interdum anteq; contingerent aliquid oppetebant. Hæc per eum annū ſpe dubia, euentu tamen ſecundo, per Gallias agebantur. In comitatu uero Auguſti circūlatrabat Arbetionē inuidia, uelut ſumma mox adepturum, decora cultus imperatorij præſtruxiſſe: inſtabatq; ei ſtrepens immania comes Veriſsimus nomine, arguens coram, quòd à gregario ad magnū militiæ culmen euectus, hoc quoq; nō cōtentus ut paruo, locum appeteret principalem. ſed ſpecialiter eum inſectabatur Dorus quidam ex medico ſcutariorū, quem niceteriorum centurionem ſub Magnentio Romæ prouectum, retulimus accuſaſſe Adelphium urbi præfectum ut altiora cœptantem. Cumq; res in inquiſitionē ueniret, neceſſarijsq; negotio tentis, obiectorū probatio ſperaretur, tanq; per ſatyram ſubito cubicularijs ſuffragantibus, ut loquebatur pertinax rumor, & uinculis ſunt exutæ perſonæ, quæ ſtringebantur ut conſciæ, & Dorus euanuit, & Veriſsimus ilico tacuit, uelut auleo depoſito ſcenę. Iiſdem diebus adlapſorū ore Conſtātius doctus, obſeſſo apud Senonas Cæſari auxiliū non tuliſſe Marcellum, eum ſacramento ſolutū abire iuſsit in larem: qui tanquam iniuria graui perculſus, quædā in Iulianū moliebatur, auribus Auguſti confiſus in omne patentibus crimen. Ideoq; cum diſcederet, Eutherius præpoſitus cubiculi mittitur ſtatim poſt eum, ſi quid finxerit cōuicturus. Verum ille hoc neſciens, mox uenit Mediolanū ſtrepens & tumultuans, ut erat uanidicus: & amenti propior, admiſſus in conſiſtorium, Iulianum ut procacem inſimulat. iamq; ad euagandum altius, ualidiores ſibi pinnas aptare. Ita enim cum motu quodā corporis loquebatur ingenti. Hæc eo fingente licentius, Eutherius ut poſtulauit inductus, iuſſusq; loqui quod uellet, uerecunde & modice docet uelari ueritatem mendacijs. Magiſtro enim armorum (ut credebatur) ceſſante conſulto, induſtria uigili Cæſarem diu obſeſſum apud Senonas barbaros repuliſſe: apparitoremq; fidum autori ſuo, quoad uixerit ſore obligata ceruice ſua ſpondebat. Res monuit ſuper hoc eodem Eutherio pauca ſubſerere, forſitan nō credenda, ea re, quòd ſi Numa Pompilius, uel Socrates bona quædam dicerent de ſpadone, dictisq; religionū adderēt fidem, à ueritate deſciuiſſe arguerentur. Sed inter uepres roſæ naſcunt, & inter feras nōnullæ miteſcunt. Itaq; carptim præcipua quæ ſunt cōperta monſtrabo. Natus in Armenia ſanguine libero, captusq; à finitimis hoſtibus, etiā tum paruulus abſtractus, geminis Romanis mercatoribus uenundatus, ad palatium Conſtantini deducitur. ubi paulatim arte curaq; rationem recte uiuendi ſolertiamq; oſtendebat, literis quantum tali fortunæ ſatis eſſe poterat eruditus, cogitandi inueniendiq; dubia & ſcrupuloſa acumine nimio præſtans, immenſum quantum memoria uigens, benefaciendi auidus, plenusq; iuſti cōſilij: quem ſi Conſtans imperator olim ex adulto ſpectaſſet, pluraq; tanq; maturum audiret honeſta ſuadentem & recta, nulla, uel uenia certe digna peccaſſet. Is præpoſitus cubiculi etiam Iulianum aliquoties corrigebat, Aſiaticis coalitū moribus, ideoq; leuem. Deniq; digreſſus ad otium, aſcitusq; poſtea in palatium, ſemper ſobrius, & in primis cōſiſtens, ita fidem cōtinentiāq; uirtutes coluit amplas, ut nec prodidiſſe aliquādo arcanum, niſi tuendæ cauſa alienæ ſalutis, nec exarſiſſe cupidine plus habendi arceſſeretur ut cæteri. Vnde factum eſt, ut ſubinde Romā ſecedens, ibiq; fixo domicilio coſeneſcens, comitem circumferens conſcientiā bonam, colatur à cunctis ordinibus, & ametur, cum ſoleant id genus homines poſt partas ex iniquitate diuitias, latebras captare ſecretas, ut lucifugæ uitantes multitudinis læſæ cōſpectus. Cui ſpadonū ueterū hunc cōparare debeam, antiquitatē replicando cōpluries inuenire non potui. Fuerunt enim apud ueteres, licet oppidò pauci fideles & frugi, ſed ob quædā uitia maculoſi: inter præcipua eni quæ eorū quiſq; ſtudio poſſederat uel ingenio, aut rapax, aut feritate contentior fuit, aut propenſior ad lædendū, uel diligentibus nimiū blandus, aut potentiæ faſtu ſuper-

Inter uepres roſæ

bior: ex omni latere aũt ita peritum, neq; legiſſe me, neq; audiſſe confiteor, ætatis noſtræ teſtimonio locupleti confiſus. Verum ſi forte ſcrupuloſus quidam lector antiquitatum, Menophilum Mithridatis Pontici regis eunuchũ nobis opponat: hoc monitu recordetur, nihil ſuper eo relatum, præter id ſolum, quòd in ſupremo diſcrimine glorioſe mõſtrauit. Ingenti prælio ſuperatus à Romanis & Pompeio rex prædictus, fugiensq; ad regna Colchorũ auita, filiam nomine Direptin uexatã aſperitate morborum in caſtello Sinhorio huic Menophilo cõmiſſam reliquit: qui uirginem omni remediorum ſolatio plenè curatam patri tutiſsime ſeruans, cum à Manlio Priſco imperatoris legato munimentũ quo claudebatur obſideri cœpiſſet, defenſoresq; eius deditionem meditantes ſentiret, ueritus ne parentis opprobrio puella nubilis captiua ſupereſſet & uiolata, interfecta illa mox gladium in uiſcera ſua cõpegit. Nũc redeam unde diuerti.

Menophilus

Superato (ut dixi) Marcello, euerſaq; Serdica, unde oriebatur, in caſtris Auguſti per ſimulationem tuendæ maieſtatis imperatoriæ multa & nefanda perpetrabant. Nam ſi quis ſuper occentu ſoricis uel occurſu muſtelæ, uel ſimilis ſigni gratia conſuluiſſet quenquam peritum, aut anile incantamentũ ad leniendum adhibuiſſet dolorem, quod medicinæ quoq; admittit autoritas, reus unde non poterat opinari delatus, raptusq; in iudicium pœnaliter interibat. Per id tẽpus fertur, fuiſſe uirum quendam nomine Danum, quem terrore tenus uxor rerum leuium incuſarat, certum an incertũ reum non libet affirmare, indefenſum inde Rufinus eluſerat: quo indicante quædã cognita per Gaudentium Agentẽ in rebus conſularẽ Pannoniæ tunc Africanum, cum retuliſſent præfectum apparitionis præfectura prætorianæ. Dum etiã princeps ob deuotionem bis ut loquebantur, iactantius uerſabilem fœminã poſt nefandum concubitum periculoſam in fraudem illexit: ſuaſitq; conſarcinatis mendacijs læſæ maieſtatis arceſſere maritum inſontẽ, & fingere quòd uelamẽ purpureũ à Diocletiani ſepulchro furatus, quibusdam cõſcijs occultabat. Hisq; ad multorũ exitium ita formatis, ipſe ſpe potiorũ ad imperatoris peruolat caſtra, excitaturus calumnias cõſuetas. req; cõperta iubetur Mauortius tunc præfectus prætorio, uir ſublimis cõſtantiæ, crimen acri inquiſitione ſpectare, iuncto ad audiẽdi ſocietatẽ Vrſulo Largitionum comite, ſeueritatis itidem non improbãdæ. Exaggerato itaq; negocio ad arbitrium temporũ, cum nihil poſt tormenta multorũ inueniretur, iudicesq; hęrerẽt ambigui, tandem ueritas reſpirauit oppreſſa, & in abrupto neceſsitatis mulier Rufinum totius machinæ confitetur autorem, nec adulterij fœditate ſuppreſſa. ſtatimq; legibus contemptis, multa ultro citroq; diſcuſſa, tandem ordo & iuſtitia ambos ſententia damnauere letali. Quo cognito Conſtantius fremens, & tanquanm uindicem ſalutis ſuæ lugens extinctum, miſsis equitibus citis, Vrſulum redire ad comitatum minaciter iuſsit. & is ſpretis qui prohibebant, perrupit intrepidus: ingreſſusq; cõſiſtorium, ore & pectore libero docuit geſta, atq; fiducia linguis adulatorum occluſis, & præfectum & ſe diſcrimine graui ſubtraxit. Tunc illud apud Aquitanos euenit, quod latior fama uulgarat. Veterator quidam ad lautum conuiuium rogatus & mundum, qualia ſunt in his regionibus plurima, cum uidiſſet linteorum thoralium par, duos clauos ita latiſsimos, ut ſibi uiciſsim arte miniſtrantiũ cohærerent, menſamq; operimẽtis paribus tectã, anteriorẽ chlamydis partem utraq; manu uehẽs, intrinſecus ſtructurã omnẽ ut amictus adornauerat, principalesq; res patrimonium diues euertit. Malignitate ſimili quidam Agens in rebus in Hiſpania, ad cœnam itidem inuitatus, cum inferentes ueſpertina lumina pueros exclamaſſe audiſſet ex uſu Vincamus, interpretatus atrociter deleuit nobilem domum. Hæc taliaq; ideo magis magisq; creſcebant, quòd Conſtantius impendio timidus ſemper ſe feriri ſperabat, ut Dionyſius tyrannus illæ Siciliæ: qui ob hoc idem uitium & tonſtrices docuit filias, ne cui alieno ora cõmitteret leuigãda: ædemq; breuem ubi cubitare ſueuerat, alta circundedit foſſa, eamq; ponte ſolubili ſuperſtrauit: cuius diſiectos aſſeres & axiculos ſecum in ſomnum abiens transferebat, eoſdemq; cõpaginabat lucis initio proceſſurus. Inflabant itidem has malorum ciuilium buccinas potẽtes in regia, ea re, ut damnatorũ petita bona ſuis accorporarent, eſſetq; materia per uicinitates eorũ late graſſandi. Nanq; ut documenta liquida prodiderunt, proximorũ fauces aperuit primus omnium Conſtantinus. ſed eos medullis prouinciarum ſaginauit Conſtantius. Sub hoc enim ordi-

Anile incantamentum

Comes largitionum

num

num ſingulorum autores infinita cupidine diuitiarum arſerunt ſine iuſtitiæ diſtinctione uel recti, inter ordinarios iudices Rufinus primus præfectus prætorio, & inter militares equitũ magiſter Arbetio, præpoſitusq; cubiculi, & Vrſicinus equeſtris ordinis præfectus: quæſtor & in urbe Anitius, qui in regiam æmulationẽ poſteritate tendens, ſatiari nunquam potuit cum poſſeſsione multo maiore. At Perſæ in Oriente per furtá & latrocinia potius ꝙ, ut ſolebant ante, per concurſatorias pugnas hominum prædas agitabant & pecorum, quîs nonnunꝙ lucrabantur ut repentini, aliquoties ſuperati multitudine militum amittebãt. Interdum nihil proſpicere prorſus quod poterat rapi permittebantur. Muſonianus tamen præfectus prætorio, multis (ut antè diximus) bonis artibus eruditus, ſed uenalis, & flecti à ueritate pecunia facilis, per emiſſarios quoſdam fallendi perſtringendiq; gnaros Perſarum ſciſcitabatur conſilia, aſſumpto in deliberationes huiuſmodi Caſsiano Meſopotamiæ duce, ſtipendijs & diſcriminibus indurato diuerſis: qui cum fide concinente ſpeculatorum aperte cognoſcerẽt, Saporẽ in extremis regni limitibus ſuorum ſanguine fuſo multiplici ægrè propulſare gentes infeſtas, tamen Saporem ducem parti noſtræ contiguum, occultis per ignotos milites tentauere colloquijs, ut ſi copiam fors dediſſet, ſuaderet regi per literas pacem tandem aliquando cũ principe Romanò firmare, ut hoc facto latere ab omni ſecurus perduelles adbellaret aſsiduos. Paruit tamen Sapor, hisq; fretus refert ad regẽ, quòd bellis acerbiſsimis Conſtantius implicatus pacẽ poſtulat precariam. Dumq; ad Chionitas & Halanos hæc ſcripta mittuntur, in quorũ confinijs agebat hyemem Sapor, tempus interceſsit longũ. Hæc dum per Eoas partes & Gallias pro captu temporũ diſponunt, Conſtantius concluſo Iani tẽplo, ſtratisq; hoſtibus cunctis, Romã geſtiebat uiſere, poſt Magnẽtij exitium abſq; nomine ex ſanguine Romano triumphaturus. Nec enim gentem ullam bella cientem per ſe ſuperauit, aut uictam fortitudine ſuorũ comperit ducũ, uel addidit quædam imperio, aut uſquam in neceſsitatibus ſummis primus, uel inter primos eſt uiſus: ſed ut pompam nimis extentam, rigentiaq; auro uexilla, & pulchritudinem ſtipatorũ oſtenderet agenti tranquillius populo, hæc uel ſimile quicꝙ uidere nec ſperanti unquam nec optanti: ignorans fortaſſe, quoſdam ueterũ principũ in pace quidem lictoribus fuiſſe contentos: ubi uero præliorũ ardor nihil perpeti poterat ſegne, alium anhelanter auido flatu uentorũ lenunculo ſe cõmiſiſſe piſcãtis, alium ad Deciorum exempla uouiſſe pro rep. ſpiritum, alium hoſtilia caſtra per ſemetipſum cum militibus infimis exploraſſe: diuerſis deniq; actibus inclaruiſſe magnificis, ut glorioſas ſuas res poſteritati celebri memoria cõmendarent. Vt igitur multa quæq; conſumpta ſunt in apparatu regio, pro meritis cuilibet munera reddita, ſecunda Orphiti præfectura tranſcurſo Ocriculo elatus honorib. magnis, ſtipatusq; agminibus formidandis, tanꝙ acie ducebatur inſtructa, omnium oculis in eo contuitu pertinaci intentis. Cumq; urbi propinquaret, ſenatus officia, reuerendasq; patritiæ ſtirpis effigies ore ſereno contemplans, non ut Cyneas ille Pyrrhi legatus in unum coactam multitudinem regum, ſed aſylum mundi totius adeſſe æſtimabat. Vnde cum ſe uertiſſet ad plebem, ſtupebat qua celeritate omne quod ubiq; eſt hominum genus confluxerit Romam: & tanquàm Euphratem armorum ſpecie territurus, aut Rhenum, altrinſecus præeuntibus ſignis, inſidebat aureo ſolus ipſe carpento fulgenti claritudine lapidum uariorũ. Quo micante lux quædam miſceri uidebatur, alternumq; poteſtatis greſſus multiplices alios purpureis ſubtegminibus texti circũdedere dracones, haſtarum aureis gẽmatisq; ſummitatibus illigati, hiatu uaſto perflatiles, & ideo uelut ira perciti ſibilantes, caudarumq; uolumina relinquentes in uentũ. Et incedebat hincinde ordo geminus armatorum, clypeatus atq; criſtatus, coruſco lumine radians, nitidis loricis indutus, ſparſiq; cataphracti equites, quos clibanarios dictitãt Perſæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non uiros: quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti: ut quocunq; artus neceſsitas commouiſſet, ueſtitus congrueret iunctura cohærenter aptata. Auguſtus itaq; fauſtis uocibus appellatus, uocum lituorumq; intonãte fragore cohorruit, talem ſe, tamq; immobilem, qualis in prouincijs ſuis uiſebatur, oſtendens. Nam & corpus perhumile curuabat portas ingrediens celſas, & uelut collo munito rectam aciem

Muſonius bonis artibus eruditus, ſed uenalis

Cyneas Pyrrhi legatus

Pompa Conſtantij in introitu Romæ

luminum tendens, nec dextra uultũ, nec leua flectebat, tanquam figmẽtum hominis, non cum rota concuteret nutans, nec ſpuens, aut os aut naſum tergens uel fricans, manumue agitans eſt uiſus unquã. Quæ licet affectabat, erant tamẽ hæc, & alia quædam in cætera uita patientiæ non mediocris indicia, ut exiſtimari dabatur, uni illi cõceſſa. Quod autem per omne tempus imperij, nec in conſeſſum uehiculi quenquã ſuſcepit, nec in trabea ſocium priuatum adſciuit, ut facere principes conſueuere, & ſimilia multa, quæ elatus in arduum ſupercilium tanquam leges æquiſsimas obſeruauit, prętereo, memor ea me retuliſſe cum incidiſſent. Proinde Romam ingreſſus, imperij uirtutumque omnium larem, cum ueniſſet ad Roſtra, perſpectiſsimum priſcæ potentiæ forum obſtupuit: perque omne latus quò ſe oculi contuliſſent, miraculorum denſitate pręſtrictus, alloquutus nobilitatem in curia, populumque pro tribunali, in palatium receptus fauore multiplici, lætitia fruebatur optata: & ſæpe cum equeſtres ederet ludos, dicacitate plebis oblectabatur, nec ſuperbæ, nec à libertate coalita deſciſcentis, reuerenter modum ipſe quoque debitum ſeruans. Non enim ut per ciuitates alias ad arbitriũ ſuum certamina finiri patiebatur: ſed ut mos eſt, uarijs caſibus permittebat. Deinde intra ſeptem montiũ culmina, per accliuitates planiciemque poſita urbis mẽbra colluſtrans & ſuburbana, quicquid erat primũ, id eminere inter alia cũcta ſperabat. Iouis Tarpei delubra, quantũ terrenis diuina præcellunt, lauacra in modũ prouinciarũ extructa, amphitheatri molem ſolidatam lapidis Tiburtini compage, ad cuius ſummitatẽ ægrè uiſio humana conſcendit: Pantheon uelut regionẽ teretem ſpecioſa celſitudine fornicatã, elatosque uertice ſcanſili ſuggeſtus conſulum & priorũ principum imitamenta portantes, & urbis templum, forumque Pacis, & Pompeij theatrũ, & Odęum, & ſtadiũ, aliaque inter hęc decora Vrbis æternæ. Verum cum ad Traiani forum ueniſſet, ſingularẽ ſub omni cœlo ſtructurã, ut opinamur, etiam numinũ aſſenſione mirabilem, hærebat attonitus per giganteos contextus circumferens mentẽ, nec relatu effabiles, nec rurſus mortalibus appetẽdos. Omni itaque ſpe huiuſmodi quicquam conandi depulſa, Traiani equum ſolum locatũ in atrij medio, qui ipſum principem uehit, imitari ſe uelle dicebat, & poſſe. Cui propè aſtans regalis Hormiſda, cuius è Perſide diſceſſum ſuprà monſtrauimus, reſpondit geſtu gentili: Ante, inquit, imperator ſtabulum tale condi iubeto, ſi uales: equus quẽ fabricare diſponis, ita late ſuccedat, ut iſte quẽ uidemus. Is ipſe interrogatus quid de Roma ſentiret, id tantũ ſibi placuiſſe aiebat, quod didiciſſet ibi quoque homines mori. Multis igitur cum ſtupore uiſis horrendo imperator, de fama querebatur ut inualida uel maligna, quòd augens omnia ſemper in maius, erga hæc explicanda quæ Romæ ſunt obſoleſcit: deliberansque diu quid ageret, urbis addere ſtatuit ornamentis, ut in proximo circo erigeret obeliſcum, cuius originem formamque loco condecenti monſtrabo. Inter hæc Helenæ ſorori Conſtantij, Iuliani coniugi Cæſaris Romam adfectionis ſpecie ductæ, regina tunc inſidiabatur Euſebia, ipſa quoad uixerat ſterilis: quæſitumque uenenum bibere per fraudem illexit, ut quotieſcunque concepiſſet, immaturũ abijceret partum. Nam & pridem in Gallijs cum marẽ genuiſſet infantẽ, hoc perdidit dolo: quòd obſtetrix corrupta mercede, mox natum præſecto pluſquam conuenerat umbilico necauit: tanta tamque diligens opera nauabatur, ne fortiſsimi uiri ſoboles appareret. Cupiens itaque Auguſtiſsima omnium ſede morari diutius imperator, ut otio puriore frueretur & uoluptate, aſsiduis nũcijs terrebatur & certis, indicantibus Sueuos Retias incurſare, Quadosque Valeriã, & Sarmatas, latrocinãdi peritiſsimum genus, ſuperiorem Mœſiam & ſecundam populari Pannoniam. quibus percitus, XXX poſtquam ingreſſus eſt die, IIII Cal. Iunias ab urbe profectus, per Tridentum iter in Illyricũ feſtinauit. Vnde miſſo in locũ Marcelli Seuero, bellorum uſu & maturitate firmato, Vrſicinũ ad ſe uenire præcepit. Et ille literis gratanter acceptis, Sirmium uenit, comitantibus ſocijs: libratisque diu ſuper pace conſilijs, quã fundari poſſe cum Perſis Muſonianus retulerat, in Orientẽ cum magiſterij remittitur poteſtate: prouectis è cõſortio noſtro ad regendos milites natu maioribus, adoleſcentes eum ſequi iubemur, quicquid pro rep. mandauerit impleturi. At Cæſar exacta apud Senonas hyeme turbulenta, Auguſto nouies, ſeque iterum COSS. Germanicis undique circunfrementibus minis, ſecundis omnibus motus Remos properauit, alacrior magisque lætus quòd exercitũ regebat Seuerus, nec

Vrbis mẽbra colluſtrat Conſtantius

Amphitheatrũ ex lapide Tiburtino

Odæum

Traiani forũ

Traiani equus

Sueui Rhetiã incurſant

Pannonia ſecunda

rus, nec diſcors, nec arrogans, ſed longa militiæ frugalitate compertus, & eum rectà præeuntem ſequuturus ut ductorem morigerum miles. Parte alia Barbatio poſt Siluani interitum promotus ad peditum magiſterium, ex Italia iuſſu principis cum XXV. milibus armatorum Rauracos uenit. cogitatum eſt enim, ſoliciteq; præſtructum ut ſæuientes ultra ſolitum Alemanni, uagantesq; fuſius, multitudine geminata noſtrorum forcipis ſpecie truſi in anguſtias cæderentur. Dum hæc tamen rite diſpoſita celerantur, læti barbari ad tēpeſtiua furta ſolertes, inter utriuſq; exercitus caſtra occultè tranſgreſsi, inuaſere Lugdunum incautam: eamq; populatam niſu auido concremaſſent, ni clauſis aditibus repercuſsi, quicquid extra oppidum potuit inueniri uaſtaſſent. Qua clade cognita, agili ſtudio Cæſar miſsis cuneis tribus equitum expeditorū & fortium, tria obſeruauit itinera, ſciens per ea erupturos proculdubio graſſatores. nec quod deſtinauerat, irritum fuit. Cunctis enim qui per eos tramites exiere truncatis, receptaq; pręda omni intacta, hi ſolum innoxij abſoluti ſunt, qui per uallum Barbationis trāſiere ſecuri: ideo labi permiſsi, quòd Bainobaudes tribunus & Valentinianus poſtea imperator cum equeſtribus turmis quas regebant ad exequēdum id ordinati, à Cella tribuno ſcutariorum, qui Barbationi ſociatus uenerat ad procinctū, iter obſeruare ſunt uetiti, unde redituros didicere Germanos. Quo non cōtentus magiſter peditum ignauus, & gloriarum Iuliani peruicax obtrectator, ſciens ſe id contra utilitatem Romanā iuſſiſſe (hoc enim cum argueretur, Cella confeſſus eſt) relatione fefellit Conſtantium: finxitq; hos eoſdē tribunos ad ſolicitandos milites quos duxerat, per ſpeciem ueniſſe negocij publici: qua cauſa abrogata poteſtate ad lares rediere priuati. Iiſdē diebus exercituum aduentu perterriti barbari, qui domicilia fixere cis Rhenum, partim difficiles uias, & ſuapte natura cliuoſas & incōmeabiles, clauſere ſolerter arboribus immenſi roboris cęſis. Alij occupatis inſulis ſparſis crebro per flumen Rhenum, ululantes lugubre conuitijs & Romanos inceſſebant & Cæſarem. qui grauiori motu animi percitus, ad corripiendos aliquos ſeptem à Barbatione petierat naues, ex his quas uelut tranſiturus amnem, ad compaginandos parauerat pontes: qui ne quid per eum impetraretur, omnes incendit. Doctus deniq; exploratorū delatione recens captorū, æſtate iam torrida fluuium uado poſſe tranſiri, hortatus auxiliares uelites cum Bainobaude Cornutorū tribuno miſit, facinus memorabile ſi iuuiſſet fors, patraturos. qui nunc incedendo per breuia, aliquoties ſcutis in modum alueorum ſuppoſitis, nando ad inſulam uenere propinquā: egreſsiq; promiſcue uirilis & muliebris ſexus ſine ætatis ullo diſcrimine trucidabāt ut pecudes: nactiq; uacuas lyntres, per eas licet uacillantes euecti, huiuſmodi loca plurima perruperunt: & ubi ſacietas cædendi cepit opimitate prædarum onuſti, cuius partem ui fluminis amiſerunt, rediere omnes incolumes. Hocq; comperto reſidui Germani, ut infido pręſidio inſularū relicto, ad ulteriora neceſsitudines & fruges opesq; barbaricas contulerunt. Conuerſus hinc Iulianus ad reparandas Tres tabernas, munimentū ita cognominatū, haud ita dudū obſtinatione ſubuerſum hoſtili: quo ædificato cōſtabat ad intima Galliarū ut cōſueuerant adire Germanos arceri: & opus ſpe celerius cōſummauit, & uictū defenſoribus ibi locādis ex barbaricis meſsibus nō ſine diſcriminis metu collectū militis manu condidit in uſus anni totius. Nec ſanè hoc ſolo cōtentus, ſibi quoq; uiginti dierū alimēta parata collegit. Libentius enim bellatores quæſito dextris proprijs utebantur, admodum indignati quoniam ex cōmeatu qui eis recens aduectus eſt, ideo nihil ſumere potuerūt, quòd partem eius Barbatio cū trāſiret iuxta ſuperbe præſumpſit, reſiduū quod ſuperfuit, cōgeſtū in aceruum exuſsit: quæ utrum ut uanus gerebat & demens, an mādato principis cōfidenter neſanda multa tentabat, id tēporis latuit: Illud tamen rumore tenus ubiq; iactabatur, quòd Iulianus non leuaturus incōmoda Galliarū electus eſt, ſed ut poſsit per bella deleri ſæuiſsima, rudis etiā tum ut æſtimabat̃, ac ne ad ſonitū quidē duraturus armorum. Dum caſtrorum opera mature cōſurgunt, militisq; pars ſtationes prætendit agrarias, alia frumenta inſidiarum metu colligit caute, multitudo barbarica rumorem nimia uelocitate præuerſa, Barbationem cum exercitu quem regebat (ut dictum eſt) Gallico uallo diſcretum, impetu repentino aggreſſa, ſequensq; fugientes aduſq; Rauracos, & ultra quoad potuit, rapta ſarcinarum & iumentorum cum calonibus parte maxima,

redit

redit ad ſua. Et ille tanquã expeditione euentu proſpero terminata, milite diſperſo per ſtationes hybernas ad comitatũ imperatoris reuertit, crimen cõpoſiturus in Cęſarem, ut ſolebat, grauiter ſemper inceſſens. quo diſpalato fœdo terrore, Alemannorũ reges Chonodomarius & Veſtralpus, Vrius quinetiã & Vrſicinus cum Serapione & Suomario & Hortario, in unum robore uirium ſuarũ omni collecto, conſedere propè urbem Argentoratũ, extrema metuẽtem Cæſarẽ arbitrati retroceſsiſſe, cum ille etiã perficiendi munimenti ſtudio ſtringeretur. erexit autem confidentiã caput altius adtollentem ſcutarius perfuga: qui commiſsi criminis metuens pœnã, tranſgreſſus ad eos poſt ducis fugati diſceſſum, armatorũ tredecim millia tantum remanſiſſe cum Iuliano docebat. Is enim numerus ſequebatur, barbara feritate certaminũ rabiem undiq; concitante. cuius aſſeueratione eadem ſubinde replicantis, ad maiora ſtimulati fiducia, miſsis legatis ſatis pro imperio Cæſari mandauerũt, ut terris abſcederet uirtute ſibi quæſitis & ferro. qui ignarus pauendi, nec ira, nec dolore perculſus, ſed faſtus barbaricos ridens, retentis legatis aduſq; perfectum opus caſtrorum, in eodem gradu cõſtantiæ ſtetit immobilis. Agitabat autem miſcebatq; omnia ſine modo, ubiq; ſeſe diffunditans, & princeps audendi periculoſa rex Chonodomarius, ardua ſubrigens ſupercilia, ut ſæpe ſecundis rebus elatus. Nam & Decentium Cæſarem ſuperauit æquo marte congreſſus, & ciuitates erutas multas uaſtauit & opulentas, licentiusq; diu nullo refragante Gallias perſultauit. Ad cuius roborandam fiduciã recens quoq; fuga ducis acceſsit, numero præſtantis & uiribus. Alemanni enim ſcutorũ inſignia contuentes, norant eos milites permiſiſſe paucis ſuorum latronibus terrã, quorum metu aliquoties cum gradum conferrẽt, amiſsis pluribus abiere diſperſi. quæ anxie ferebat ſolicitus Cæſar, quod trudente ipſa neceſsitate digreſſus periculis, cum paucis licet fortibus, populoſis gẽtibus occurrere cogebatur. Iamq; ſolis radijs rutilantibus, tubarumq; concinente clangore pedeſtres copiæ lentis inceſsibus educuntur, earumq; lateri equeſtres coniunctæ ſunt turmæ, inter quas cataphracti erant & ſagittarij, formidabile genus armatorũ. Et quoniam à loco unde Romana promota ſunt ſigna, aduſq; uallum barbaricum quarta leuca ſignabatur & decima, id eſt unum & XX. millia paſſuum, utilitati ſecuritatiq; recte conſulens Cæſar, reuocatis præcurſoribus iam ante egreſsis, indictaq; ſolitis uocibus quiete, cuneatim circunſiſtentes alloquitur genuina placiditate ſermonis: Vrget ratio ſalutis tuendæ cõmunis, ut parciſsime dicã, non iacentis animi Cæſarem uos hortari, & orare cõmilitones mei, ut adulta robuſtaq; uirtute confiſi, cautiorem uiam potius eligamus ad toleranda uel ad depellenda quæ ſperantur, quàm præproperam & ancipitem. ut enim in periculis uirtutem impigram eſſe conuenit & audacẽ, ita cum res poſtulat regibilem & conſultã. Quod igitur cenſeo, ſi arbitrium affuerit ueſtrum, iuſtaq; ſuſtinet indignatio, paucis abſoluam. Iam dies in meridiẽ uergit, laſsitudine nos itineris fatigatos ſcrupuloſi tramites excipient & obſcuri, nox ſeneſcente luna nullis ſideribus adiuuanda, terræ protinus æſtu flagrantes, nullis aquarum ſubſidijs fultæ: quas ſi dederit quiſquam cõmode poſſe tranſire, ruentibus hoſtium examinibus poſt otium cibiq; refectionem & potus, quid nos agimus, quo uigore inedia, ſiti, laboreq; mẽbris marcẽtibus occurramus? Ergo quoniã negotijs difficillimis ſępe diſpoſitio tempeſtiua proſpexit, & ſtatum nutantium rerum recto conſilio in bonam partem accepto aliquoties diuina remedia repararunt, hic quæſo uallo foſſaq; circundati, diuiſis uigilijs quieſcamus: ſomnoq; & uictu congruis potiti pro tempore, pace dei ſit dictum, triumphaturas aquilas et uexilla uictricia, primo lucis moueamus exordio. Nec finiri perpeſsi quę dicebantur, ſtridore dentium infrendentes, ardoremq; pugnandi haſtis illidendo ſcuta monſtrantes, in hoſtem ſeduci iam conſpicuum exorabant, cælitis dei fauore fiduciaq; ſui, & fortunati rectoris expertis uirtutibus freti: atq; ut exitus docuit, ſalutaris quidam Genius præſens ad dimicandum eos, dum adeſſe potuit, incitabat. Acceſsit huic alacritati plenus celſarum poteſtatum aſſenſus, maximeq; Florentij præfecti prætorio, periculoſe quidem, ſed ratione ſecunda pugnandum eſſe conſentientibus, dum inſtarent barbari cõglobati: qui ſi deflexiſſent, motum militis in ſeditiones natiuo calore propenſioris ferri nõ poſſe aiebat, extortam ſibi uictoriam, ut putauit, nõ ſine ultimorum conatu grauiter toleraturi. Addiderat autẽ fiduciam noſtris conſideratio gemina

Argẽtoratum oppidum

Verba Iuliani ad milites

mina:recordantibus quòd anno nuper emenſo Romanis per tranſrhenana ſpacia fuſius uolitantibus, nec uiſus eſt quiſquã laris ſui defenſor, nec obuius ſtetit: ſed concede arborũ denſa undiq; ſemitis clauſis, ſidere urente brumali ægrè uixere barbari lõgius amandati:quodq; imperatore terras eorũ ingreſſo, nec reſiſtere auſi, nec apparere, pacem impetrarunt ſuppliciter obſecrantes. Sed nullus mutatam rationem temporis aduertebat, quòd tunc tripartito exitio premebantur: Imperatore urgẽte per Retias, Cæſare proximo nuſquam elabi permittente, finitimis quos hoſtes fecere diſcordię, modo non occipitia conculcantibus hinc indeq; cinctorũ. Poſtea uero pace data, diſceſſerat imperator: & ſedata iurgiorũ materia, uicinæ gentes iam cõcordabant: & turpiſsimus ducis Romani digreſſus ferociam natura cõceptam auxit in maius. Alio itidem modo res eſt aggrauata Romana ex negocio tali. Regij duo fratres uinculo pacis aſtricti, quam anno præterito impetrauerant à Conſtantio, nec tumultuare, nec commoueri ſunt auſi. Sed paulo poſtea uno ex his Gundomado, qui potior erat fideiq; firmioris, per inſidias interempto, omnis eius populus cum noſtris hoſtibus cõſpirauit: & confeſtim Vadomarij plebs, ut aſſerebant, agminibus bella cientiũ barbarorum ſeſe coniunxit. Cunctis igitur ſummis infimisq; approbantibus tunc opportune cõgrediendum, nec de rigore animorum quicq; remittentibus, exclamauit ſubito ſignifer: Perge feliciſsime omniũ Cæſar, quò te fortuna proſperior ducit, tandem per te uirtutẽ & conſilia militaria ſentimus. I præuius ut fauſtus anteſignanus & fortis. experieris quid miles ſub conſpectu bellicoſi ductoris, teſtisq; indiuidui gerendorũ, modo adſit ſupernũ numen, ijs rebus efficiet excitatus. His auditis, cum nullæ laxarentur inducię, promotus exercitus prope collem aduenit, molliter editum, opertũ ſegetibus iam maturis, à ſupercilijs Rheni haud longo interuallo diſtantem. è cuius ſummitate ſpeculatores hoſtium tres equites exciti, ſubito nunciaturi Romanũ exercitum aduentare, feſtinarunt ad ſua: unus uero pedes, qui ſequi non potuit, captus agilitate noſtrorũ indicauit, per triduũ & trinoctium flumẽ tranſiſſe Germanos. Quos cum iam propè dẽſantes ſemet in cuneos noſtrorũ cõſpexere ductores, ſteterunt ueſtigijs fixis, antepilanis haſtatisq; & ordinum primis uelut inſolubili muro fundatis: & pari cautela hoſtes ſtetere cunctati. Cumq; ita ut antedictus docuerat perfuga, equitatum omnẽ à dextero latere ſibi uidiſſet oppoſitũ, quicquid apud eos per equeſtres copias præpollebat, in leuo cornu locauere confertum. Iiſdemq; ſparſim pedites miſcuere diſcurſatores & leues, profecto ratione tuta poſcente. Norant enim licet prudentem ex equo bellatorem cum clibanario noſtro congreſſum, frena retinentem & ſcutum, haſta una manu uibrata, tegminibus ferreis abſcondito bellatori nocere non poſſe. Peditẽ uero inter ipſos diſcriminum uertices, cũ nihil caueri ſolet præter id quod occurrit: humi occulte reptantẽ latere forato iumenti incautum rectorem præcipitem agere, leui negotio trucidandum. Hoc itaq; diſpoſito, dextrum ſui latus ſtruxere clandeſtinis inſidijs & obſcuris. Ductabant autem populos omnes pugnaces & ſæuos Chonodomarius & Serapio, poteſtate excelſiores ante aliòs reges. Et Chonodomarius quidem nefarius belli totius incentor, cuius uertici flammeus torulus aptabatur, anteibat cornu ſiniſtrũ audax & fidens ingenti robore lacertorũ, ubi ardor prælij ſperabatur, immanis equo ſpumãte ſublimior erectus in iaculum formidandæ uaſtitatis, armorũq; nitore cõſpicuus, antea ſtrenuus & miles, & utilis præter cęteros ductor. Latus uero dextrũ Serapio agebat, etiam tum adultæ lanuginis iuuenis, efficacia præcurrens ætatẽ, Mederici fratris Chonodomarij filius, hominis quoad uixerat perfidiſsimi, ideo ſic appellatus, quòd pater eius diu obſidatus pignore tentus in Gallijs, doctusq; Græca quædam arcana, hunc filium ſuum Agenarichum genitali uocabulo dictitatum, ad Serapionis tranſtulit nomen. Hos ſequebantur poteſtate proximi reges numero quinq;, regalesq; decem, & optimatum ſeries magna, armatorum millia triginta & quinq;, ex uarijs nationibus partim mercede, partim pacto uiciſsitudinis reddendæ quæſita. Iamq; toruum increpantibus tubis, Seuerus dux Ro. aciem dirigens lęuã, cum prope foſſas armatorũ refertas ueniſſet, unde diſpoſitum erat ut abditi repente exorti cuncta turbarent, ſtetit impauidus: ſuſpectiorq; de obſcuris, nec referre gradũ, nec ulterius ire tentauit. Quo uiſo, animoſus cõtra labores maximos Cæſar, ducẽtis equitib. ſeptus, ut ardor negotij flagitabat, agmina pedi-

Supercilia Rheni

Clibanarij

Serapio

na peditum impetu ueloci diſcurrens, uerbis hortabatur. Et cum alloqui pariter omnes, nec longitudo ſpatiorum extenta, nec in unum coactæ multitudinis permitteret crebritas: & alioquin uitabat grauioris inuidiæ pondus, ne uideretur id affectaſſe quod ſibi ſoli deberi Auguſtus exiſtimabat: cautior ſui hoſtium tela præteruolans, his & ſimilibus notos pariter & ignotos ad faciendum accendebat. Aduenit ô ſocij iuſtum pugnandi iam tempus, olim exoptatum mihi uobiſcum, quod antehac arceſſentes arma inquietis motibus poſcebatis. Item cum ad alios poſtſignanos in acie locatos extrema ueniſſet: En, inquit, cōmilitones, diu ſperatus præſto eſt dies, compellens nos omnes elotis priſtinis maculis Romanæ maieſtati reddere proprium decus. Hi ſunt barbari, quos rabies, & immodicus furor ad perniciem rerum ſuarum coegit occurrere noſtris uiribus opprimendos. Alios item bellandi uſu diutino callentes aptius ordinans, his exhortationibus adiuuabat: Exurgamus uiri fortes, propellamus fortitudine cōgrua, illiſa noſtris partibus probra, quæ contemplans Cæſaris nomen cunctando ſuſcepi. Quoſcunq; autem pugnæ ſignum incōſulte poſcentes, rupturoſq; imperium irrequietis motibus præuideret: Quæſo, inquit, ne hoſtes uertendos in fugam ſequentes auidius futuræ uictoriæ gloriam uioletis, neu quis ante neceſsitatē ultimam cedat. Nam fugituros proculdubio deſeram, hoſtium terga cæſuris adero indiſcretus, ſi hoc penſatione moderata fiat & cauta. Hæc aliaq; in eundem modum ſæpius replicando, maiorem exercitus partē primę barbarorū oppoſuit fronti: & ſubito Alemannorū peditum fremitus indignationi mixtus auditus eſt, unanimi conſpiratione uociferantium, relictis equis ſecum oportere uerſari regales: ne ſi quid contigiſſet aduerſum, deſerta miſerabili plebe facilē diſcedendi copiam reperirēt. Hoc cōperto, Chonodomarius iumento actutum deſiluit, & ſecuti eum reſidui idem facere nihil morati: nec enim eorū quiſquam ambigebat partem ſuam fore uictricem. Dato igitur æneatorū occentu ſolenniter ſigno ad pugnandum, utrinq; magnis concurſum eſt uiribus. Propilabantur miſsilia, & properantes cito q; conſiderato curſu Germani, telaq; dextris explicantes, inuolauere noſtrorum equitum turmas frendentes immania: eorumq; ultra ſolitum ſæuientium comæ fluentes horrebant, & elucebat quidam furor ex oculis: quos contra pertinax miles ſcutorum obijcibus uertices tegens, eiectanſq; gladios uel tela concriſpans mortem minantia perterrebat. Cumq; in ipſo præliorum articulo eques ſe fortiter conturmaret, & muniret latera ſua firmius pedes frontem artiſsimis conſerens parmis, erigebantur craſsi pulueris nubes: uarijq; fuere diſcurſus, nunc reſiſtentibus, nunc cedentibus noſtris: & obnixi genibus quidam barbari perititiſsimi bellatores hoſtem propellere laborabant, ſed deſtinatione nimia dextrę dextris miſcebantur, & umbo trudebat umbonē: cœlumq; exultantiū cadentiumq; reſonabat uocibus magnis. & cum cornu ſiniſtrum altius gradiens, urgentiū tot agmina Germanorum ui nimia propuliſſet, iretq; in barbaros fremens, equites noſtri cornu tenentes dextrum, præter ſpem incondite diſceſſerunt. dumq; primi fugientium poſtremos impediunt, gremio legionum protecti, fixerunt integrato prælio gradum. hoc aūt exinde acciderat, quòd dum ordinum reſtituit̄ ſeries, cataphracti equites uiſo rectore ſuo leuiter uulnerato, & conſorte quodam per ceruicem equi labentis pondere armorū oppreſſo, dilapſi quà quiſq; poterat, pediteſq; calcando cuncta turbaſſent, ni conferti illi ſibiq; uiciſsim innixi ſteriſſent immobiles. Igitur cum equites nihil præter fugæ circumſpectantes præſidia, ut diſſet longius Cæſar, concito equo eos uelut repagulum quoddā cohibuit. Quo agnito per purpureum ſignum Draconis ſummitati haſtæ longioris aptatum, uelut ſenectutis pendentis exuuias, ſtetit unius turmæ tribunus, & pallore timoris perculſus, ad aciem integrandam recurrit. Vtq; in rebus amat fieri dubijs, eoſdem lenius increpans Cæſar: Quò, inquit, cedimus uiri fortiſsimi? an ignoratis fugam, quæ ſalutē nunquam reperit, irriti conatus ſtultitiā indicare? redeamus ad noſtros, ſaltem gloriæ futuri participes, ſi eos pro Rep. dimicantes relinquimus inconſulte. Hæc reuerenter dicendo, reduxit omnes ad munia ſubeunda bellandi, imitatus ueterem Syllam: qui cum contra Archelaum Mithridatis ducem educta acie prælio fatigabatur ardenti, relictus à militibus cunctis, cucurrit in ordinem primum: raptoq; & coniecto uexillo in partem hoſtilem: Ite, dixerat, ſocij periculorū electi, & ſcitantibus ubi relictus ſum imperator, reſpondete

Prælium inter Iulianum & Alemannos

Factū Syllæ

reſpondete nihil fallentes, ſolus in Bœotia pro omnibus nobis cum diſpendio ſangui-
nis ſui decernens. Proinde Alemanni pulſis diſiectiſq; equitibus noſtris, primā aciem
peditum inceſſerūt, eam abiecta reſiſtenti animoſitate pulſuri. ſed poſtq; cominus uen
tum eſt, pugnabatur paribus diu momentis. Cornuti enim & Braccati uſu præliorum
diuturno firmati excipiunt eos, iam geſturiētes barritū ciere uel maximū: qui clamor
ipſo feruore certaminū à tenui ſuſurro exoriens, paulatimq; adoleſcens, ritu extollitur
fluctuum cautibus illiſorum. iaculorū deinde ſtridentium crebritate hincinde conuo-
lante, puluis æquali motu aſſurgens, & proſpectum eripiens, arma armis, corpora cor
poribus obtrudebat. ſed uiolentia iraq; incōpoſiti barbari in modum exarſere flāma-
rum, nexamq; ſcutorum cōpagem, quæ noſtros in modum teſtudinis tuebatur, ſcinde *Compago ſcu-*
bant ictibus gladiorū aſsiduis. Quo cognito, opitulatum cōturmalibus ſuis celeri cur- *torum in mo-*
ſu Bataui uenere cum regibus formidabilis manus, extremæ neceſsitatis articulo cir- *dum teſtudinis*
cumuētos, ſi iuuiſſet fors, ereptura: toruumq; canentibus claſsicis, adultis uiribus cer-
tabatur. Verum Alemanni bellum acriter ineuntes, altius anhelabant, uelut quodam
furoris affectu oppoſita omnia deleturi. Spicula tamen uerutaq; miſſilia nō ceſſabant,
ferrataq; arundines fundebant: quanq; etiam cominus mucro feriebat contra mucro
nem, & loricæ gladijs findebantur, & uulnerati nondum effuſo cruore ad audendum
conſurgebant. Pares enim quodāmodo coiuere cum paribus, Alemāni robuſti & cel- *Grandiſſimis*
ſiores, milites uſu nimio dociles: illi feri & turbidi, hi quieti & cauti: animis iſti fidētes, *corporibus*
grādiſsimis illi corporib. freti. Reſurgebat tamē aliquoties armorū pondere pulſus lo *Alemanni*
co Romanus, laſſatiſq; impreſſu genibus læuū reflectēs poplitē Barbarus ſubſidebat, *freti*
hoſtem ultro laceſſens, quod indicium eſt obſtinationis extremæ. Exiliuit itaq; ſubito
ardens optimatium globus, inter quos decernebant & reges, & ſequente uulgo ante
alios agmina noſtrorum interrupit, & iter ſibi aperiendo aduſq; primanorū legionem
peruenit locatam in medio: quæ confirmatio Caſtra prætoria dictitatur. ubi denſior &
ordinibus frequens miles inſtar turrium fixa firmitate conſiſtens, prælium maiore ſpi-
ritu repetiuit: & uulneribus declinandis intentus, ſeq; in modum mirmillonis operi-
ens, hoſtiū latera quæ nudabat ira flagrantior, diſtrictis gladijs perforabat. At illi pro-
digere uitam pro uictoria contendentes, tentabant agminis noſtri laxare compagem:
ſed continuata ſerie peremptorum, quos Romanus iam fidentior ſtrauit, ſuccedebant
barbari ſuperſtites interfectis: auditoq; occumbentiū gemitu crebro, pauore perfuſi
torpebant. Feſsi deniq; tot ærumnis, & ad ſolam deinceps ſtrenui fugam, per diuerſos
tramites toto celeritatis gradu feſtinabāt: ut è medijs ſæuientis pelagi fluctib. quocunq;
auexerit uentus eijci nautici properant. uictores, quod uoti magis q; ſpei fuiſſe fatebi-
tur quilibet tunc præſens, adorant propiciati numinis arbitriū. inclemēs & ſecans ter-
ga cedentium miles, cum interdum flexis enſibus feriendi non ſuppeterent inſtrumen
ta, ipſis barbaris tela eorum uitalibus immergebat: nec quiſquam uulnerantiū ſangui-
ne iram expleuit, nec ſatiauit cæde multiplici dexterā, uel miſeratus ſupplicantem ab-
ſceſsit. Iacebant itaq; plurimi transfixi letaliter, remedia mortis cōpendio poſtulantes:
alij ſemineces labente iam ſpiritu, lucis uſuram oculis morientibus inquirebant: quo-
rundam capita diſciſſa trabalibus telis, & pendentia iugulis cohærebant: pars per luto
ſum & lubricum ſolum in ſociorū cruore lapſi, intactis ferro corporibus aceruis ſuper
ruentium obruti necabant. quę ubi ſatis euenere proſperrime, ualidius inſtāte uictore,
acumina denſis ictibus hebeſcebāt, ſplendentesq; galeæ ſub pedibus uoluebantur &
ſcuta. ultimo deniq; trudente diſcrimine barbari, cum elati cadauerum aggeres exitus
impedirent, ſubſidia fluminis petiuere, quæ ſola reſtabant eorum terga iam perſtrin-
gentis. & quia curſu ab armis cōcito fugientes miles indefeſſus urgebat, quidā nandi
peritia eximi ſe poſſe diſcriminibus arbitrati, animas fluctibus cōmiſerunt. Qua cauſa
celeri corde futura pręuidens Cęſar, cū tribunis & ducibus, clamore obiurgatorio pro
hibebat, ne hoſtē auidius ſequens noſtrorū quiſq; ſe gurgitibus cōmitteret uerticoſis.
Vnde id obſeruatū eſt, ut marginibus inſiſtentes confoderent telorū uarietate Germa
nos: quorū ſi quem morti uelocitas ſubtraxiſſet, iacti corporis pōdere ad ima fluminis
ſubſidebat. & uelut in quodā theatrali ſpectaculo auleis miranda mōſtrantibus, mul-
ta licebat iam ſine metu uidere: nandi ſtrenuis quoſdā neſcios adhærere, fluitātes alios

V cum

cum expeditū uiribus linquerentur ut ſtipites, & uelut luctante amnis uiolentiā uorari
quoſdam fluctibus inuolutos, nōnullos clypeis uectos, præruptas undarum occurſan-
tium moles obliquatis meatibus declinantes, ad ripas ulteriores poſt multa diſcrimina
peruenire. ſpumans denicꝗ cruore Barbarico decolor alueus inſueta ſtupebat argumē-
ta. Dū hæc agunt, rex Chonodomarius reperta copia diſcedendi, lapſus per funerum
ſtrues cū ſatellitibus paucis celeritate rapida properabat ad caſtra, quæ prope Tribun-
cos & Concordiā munimenta Romana fixit intrepidus, ut aſcenſis nauigijs, dudum
paratis ad caſus ancipites, in ſecretis ſeceſsibus euaderet. Et quia non niſi Rheno tran-
ſito ad territoria ſua poterat peruenire, uultum ne agnoſceretur operiens, ſenſim retu-
lit pedem. Cumcꝗ propinquaret iam ripis, lacunā paluſtribus aquis interfuſam circun-
grediens, ut tranſiret, calcata mollitie glutinoſa, equo eſt euolutus: & confeſtim licet
obeſo corpore grauior, ad ſubſidium uicini collis euaſit: quem agnitum (nec enim po-
tuit celari qui fuerat, fortunæ prioris magnitudine proditus) ſtatim anhelo curſu co-
hors cum tribuno ſecuta, armis circūdatum aggerem memoroſum cautius obſidebat,
perrumpere uerita ne fraude latenti inter ramorū tenebras exciperetur occultas. Qui-
bus uiſis cōpulſus ad ultimos metus, ultro ſe dedit, ſolus egreſſus: comitesꝗ eius du-
centi numero, & tres amici iunctiſsimi, flagitiū arbitrati poſt regem uiuere, uel pro re-
ge nō mori, ſi ita tulerit caſus, tradidere ſe uinciendos. Vtcꝗ natiuo more ſunt barbari
humiles in aduerſis, diſparesꝗ in ſecundis, ſeruus alienæ uoluntatis trahebatur pallo-
re confuſus, claudente noxarū conſcientia linguā, immenſum quantū ab eo differens,
qui poſt feros lugubresꝗ terrores cineribus Galliarū inſultans, multa minabatur & ſę-
ua. quibus ita fauore ſuperni numinis terminatis, poſt exactū iam diem occinente liti-
cine, reuocatus inuictiſſimus miles prope ſupercilia Rheni tendebat, ſcutorumꝗ ordi-
ne multiplicato uallatus, uictu fruebatur & ſomno. Ceciderunt aūt in hac pugna Ro-
Numerus cæſorum
mani quidē CCXLIII. rectores uero quatuor, Bainobaudes cornutorū tribunus, ad-
æquè Laipſo, & Innocentius cataphractarios ducens, & uacans quidam tribunus, cu-
ius non ſuppetit nomen: ex Alemannis uero ſex milia corporū ſunt inuenta in campo
Iulianus Auguſtus appellatur
conſtrata, & inæſtimabiles mortuorū aceruí per undas fluminis ferebant. Tunc Iulia-
nus, ut erat fortuna ſui ſpectatior, meritisꝗ magis ꝙ imperio potens, Auguſtus accla-
matione concordi totius exercitus appellatus, ut agentes petulantius milites increpa-
bat, id ſe nec ſperare, nec adipiſci uelle iurando cōfirmans. Et ut augeret euentus ſecun-
di lætitiā, concilio Chonodomariū iuſsit offerri: qui primo curuatus, deinde humi ſup-
pliciter fuſus, gentiliꝗ pace ueniā poſcēs, bono animo eſſe eſt iuſſus. Et diebus poſtea
paucis ductus ad comitatū imperatoris, miſſusꝗ exinde Romā, in caſtris peregrinis,
Morbo ueterni cōſumptus rex Barbarus
quæ in monte ſunt Cælio, morbo ueterni conſumptus eſt. His tot ac talibus proſpero
peractis euentu, in palatio Cōſtantij quidam Iulianū culpantes, ut princeps ipſe dele-
ctaretur, Victoriā ſiue Victorinum ideo nominabant, quòd uerecunde referens quo-
ties imperaret, ſuperatos indicabat ſæpe Germanos. Intercꝗ exaggerationē inanium
laudum, oſtentationemꝗ aperte lucentium inflabant ex uſu imperatorem ſuopte inge-
nio nimium, quicquid per omnem terræ ambitum agebatur felicibus auſpicijs eius ad-
ſignantes. Quo circa magniloquentia elatus adulatorū, tunc & deinde edictis propo-
ſitis arroganter ſatis multa mētiebatur, ſe ſolum cum geſtis non adfuiſſet, & dimicaſſe
& uiciſſe, & ſupplices reges gentium erexiſſe aliquoties ſcribens: & ſi uerbi gratia, eo
agente tunc in Italia dux quidam egiſſet fortiter contra Perſas, nulla eius mētione per
Laureatæ literæ
textum longiſsimū facta, laureatas literas ad prouinciarum ſigna mittebat, ſe inter pri-
mores uerſatum cum odioſa ſui iactatione ſignificans. Extant denicꝗ eius edicta in ta-
bularijs principis publicis condigne ſcriptis, memoria delata narrandi, extollendicꝗ
ſemet in cœlum. Argentorato cum pugnaretur māſione quadrageſima diſparatus, de-
ſcribens prælium, aciem ordinaſſe, & ſtetiſſe inter ſigniferos, & Barbaros fugaſſe præ-
cipites, ſibicꝗ oblatum falſo indicat Chonodomarium: proh rerum indignitas, ſuper
Iuliani glorioſis actibus cōticeſcens, quos ſepelierat penitus, ni fama res maximas uel
obumbrantibus plurimis ſilere neſciret.

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER DECIMVSSEPTIMVS

HAC rerũ quam iam digeſsimus uarietate ita concluſa, Martius iuuenis, Rheno poſt Argentoratenſem pugnam otioſe fluente ſecurus, ſolicitusq; ne diræ uolucres conſumerent corpora peremptorum, ſine diſcretione cunctos humari mandauit: abſolutisq; legatis, quos ante certamen ſuperba quædam portaſſe prædiximus, ad Tres tabernas reuertit. Vnde cum captiuis omnibus prædam Mediomatricos, ſeruandam ad reditum uſq; ſuum, duci præcepit: & petiturus ipſe Moguntiacum, ut ponte cõpacto tranſgreſſus in ſuis requireret Barbaros, cum nullũ reliquiſſet in noſtris, refragãte uetabatur exercitu: uerum facundia iucunditateq; ſermonum allectum, in uoluntatem traduxerat ſuam. Amor enim poſt documenta flagrantior, ſequi libenter hortatus eſt omnis operæ contubernalem, autoritate magnificũ ducem, plus laboris indicere ſibi quàm militi, ſicut perſpicue contigit, aſſuetum. Moxq; ut ad locum prædictũ eſt uentum, flumine pontibus conſtratis tranſmiſſo, occupauere terras hoſtiles. At barbari præſtricti negotij magnitudine, qui ſe in tranquillo poſitos ocio, tunc parum inquietari poſſe ſperabant, aliorum exitio quid fortunis ſuis immineret anxie cogitantes, ſimulata pacis petitione, ut primæ uertiginis impetum declinarent, miſerunt legatos cum uerbis compoſitis, quæ denuntiarent concordem fœderum firmitatẽ: incertumq; quo conſilio aut inſtituto mutata uoluntate per alios curſu celeri uenire cõpulſos, acerrimum noſtris minati ſunt bellum, ni eorum regionibus exceſsiſſent. Quibus clara fide cõpertis, Cæſar prima noctis quiete nauigijs modicis & uelocibus octingentos impoſuit milites: eorum uiginti ſurſum uerſus decurſo egreſsi, quicquid inuenire potuerint, ferro uiolarent & flammis. quo ita diſpoſito, ſolis primo exortu uiſis per montium uertices barbaris, ad celſiora ducebatur alacrior miles: nemineq; inuento, hoc ſiquidem opinati diſceſſere, confeſtim eminus ingentis fumi uolumina uiſebantur, indicantia noſtros perruptas populari terras hoſtiles. Quæ res Germanorum perculit animos, atq; deſertis inſidijs, quas per arta loca & latebroſa ſtruxerant noſtris, trans Menum nomine fluuium ad opitulandum ſuis neceſsitudinibus auolarũt. Vt enim rebus amat fieri dubijs & turbatis, hinc equitum noſtrorum accurſu, inde nauigijs uectorum militum impetu repentino perterrefacti, euadendi ſubſidium uelox locorum inuenere prudentes: quorũ digreſſu miles libere gradiens, opulentas pecore uillas & frugibus rapiebat nulli parcendo. Extractisq; captiuis, domicilia cuncta curatius ritu Romano conſtructa, flammis ſubditis exurebat. Emenſisq; æſtimatione decimi lapidis, cum prope ſyluam ueniſſet ſqualore tenebrarum horrendam, ſtetit diu cunctando, indicio perfugæ edoctus, per ſubterranea quædã occulta foſſasq; multifidas latere plurimos, ubi habile uiſum fuerit erupturos. Auſi tamen omnes accedere fidentiſsime, ilicibus inciſis & fraxinis, roboreq; obiecto magno ſemitas inuenere conſtratas. Ideoq; gradientes cautius retro, non niſi per anfractus longos & aſperos ultra progredi poſſe, uix indignationem capientibus animis, aduertebant. Et quoniam aeris urente ſæuitia, cum diſcriminibus ultimis laborabatur incaſſum, æquinoctio quippe autũnali exacto, per eos tractus ſuperfuſæ niues oppleuere montes ſimul & campos, opus arreptum eſt memorabile. Et dum nullus obſiſteret, munimentũ quod in Alemannorum ſolo conditum Traianus ſuo nomine uoluit appellari, dudum uiolentius oppugnatum, tumultuario ſtudio reparatum eſt: locatisq; ibi pro tempore defenſoribus, ex Barbarorum uiſceribus alimenta congeſta ſunt. quæ illi maturata ad ſuam perniciem contemplantes, metuq; rei peractę uolucriter congregati, precibus & humilitate ſuprema petiere miſsis oratoribus pacem: quam Cæſar omni conſiliorum uia firmata cauſatus uериſimilia plurima, per decem menſium tribuit interuallum: id nimirum ſolerti colligens mente, quòd caſtra ſupra quàm optari potuit

Mediomatrici

Munimentum in Alemannis conditum à Traiano

tuit occupata, ſine obſtaculo tormentis muralibus, & apparatu deberent ualido cõmu niri. hac fiducia tres immaniſsimi reges uenerunt, tandẽ aliquando iam trepidi, ex his qui miſere uictis apud Argentoratũ auxilia, iurantes cõceptis ritu patrio uerbis nihil inquietũ acturos, ſed fœdera ad præſtitutum uſq; diem, quia id noſtris placuerat, cum munimento ſeruaturos intacto, fruges'q; portaturos humeris, ſi defuiſſe ſibi docuerint defenſores: quod utrunq; metu perfidiã frenante fecerunt. hoc memorabili bello, com parando quidẽ Punicis & Teutonicis, ſed diſpendio rei Romanæ peracto leuiſsimo, ut fauſtus Cæſar exultabat & felix. crediq; obtrectatoribus potuit, ideo fortiter eum ubiq; feciſſe fingentibus, quòd oppetere dimicando glorioſe magis optabat, ꝙ damna torũ ſorte, ſicut ſperabant, ut frater Gallus occidi, ni pari ꝓpoſito poſt exceſſum quoq; Conſtãtij actibus mirandis inclaruiſſet. quibus ut in tali re cõpoſitis firmiter, ad ſedes reuertẽs hybernas, ſudorũ reliquias reperit tales. Remos Seuer⁹ Magiſter equitũ per
Iuliacum Agrippinam petens & Iuliacum, Francorũ ualidiſsimos cuneos in ſexcẽtis uelitibus, ut poſtea claruit, uacua præſidijs loca uaſtantes offendit: hac opportunitate in ſcelus audaciam erigente, quòd Cæſare in Alemannorũ ſeceſsibus occupato, nulloq; uetante, expleri ſe poſſe prædarum opimitate ſunt arbitrati: ſed metu iam reuerſi exercitus, munimẽtis duobus, quæ olim exinanita ſunt occupatis, ſe quoad fieri poterat tuebantur. Hac Iulianus rei nouitate perculſus, & conijciens quorſum erumperet, ſi ijſdem tranſiſſet intactis, retento milite circumuallare diſpoſuit Caſtellũ oppidum, quod Moſa fluuius præterlambit. & aduſq; quartum & quinquageſimũ diem, Decembri ſcilicet & Ianuario menſe obſidionales tractæ ſunt moræ, deſtinatis barbarorũ animis incredibili pertinacia reluctatis. Tunc pertimeſcẽs ſolertiſsimus Cæſar, ne obſeruata nocte illuni, barbari gelu uinctum amnem peruaderent, quotidie à ſole in ueſperam flexo ad uſq; lucis principium luſorijs nauibus diſcurrentes flumen ultro citroq; milites ordinauit, ut cruſtis pruinarũ diffractis, nullus ad erũpendi copiam facile perueniret. Hocq; commento, inedia, & uigilijs, & deſperatione poſtrema laſſati ſponte ſe propria dederunt: ſtatimq; ad comitatũ Auguſti ſunt miſsi. ad quos eximendos periculo multitudo Francorum egreſſa, cũ captos cõperiſſet et aſportatos, nihil amplius auſa repedauit ad ſua caſtra. hiſq; perfectis acturus hyemẽ reuertit Pariſios Cæſar. Quia igitur plurimę gentes ui maiore collaturæ capita ſperabant, dolum bellorũ coniectãs ſobrius rector, magnis curarũ molibus ſtringebat. Dumq; per inducias licet negotioſas & breues, ærumnoſis poſſeſſorũ damnis mederi poſſe credebat, tributi ratiocinia diſpẽſauit. Cũq; Florentius præfectus prætorio cuncta permenſus, ut cõtendebat, quicquid in capitatione deeſſet ex cõquiſitis ſe ſupplere firmaret, talium gnarus, animã prius amittere, ꝙ hoc ſinere fieri memorabat. Norat enim huiuſmodi prouiſionũ, imò euerſionũ, ut uerius dixerim, inſanabilia uulnera ſæpe ad ultimam egeſtatẽ prouincias cõtraxiſſe: quę res, ut docebitur poſtea, penitus euertit Illyricum. Ob quæ præfecto prætorio ferre non poſſe clamante, ſe repente factum infidum, cui Auguſtus ſummam cõmiſerit rerum: Iulianus eum ſedatus leniens, ſcrupuloſe computando & uere, docuit, non ſuffi cere ſolum, uerumetiam exuberare capitationis calculum ad cõmeatuum neceſſarios apparatus. Nihilominus tamen diu poſtea indictionale augmẽtum oblatum ſibi nec recitare nec ſubnotare perpeſſus, humi proiecit. literiſq; Auguſti monitus ex relatione præfecti, non agere ita perplexe, ut uideretur parum Florentio credi, reſcripſit, gratandũ eſſe, ſi prouincialis hincinde uaſtatus, ſaltem ſolennia prębeat nedum incrementa, quæ nulla ſupplicia egenis poſſent hominibus extorquere. Factumq; eſt tunc & deinde unius animi firmitate, ut præter ſolita nemo Gallis quicquam exprimere conaretur Camelaſii nomine iniquè. Inuſitato exemplo id petendo Cæſar impetrauerat à præfecto, ut ſecundæ Belgicæ multiformibus malis oppreſſæ diſpoſitio ſibi cõmitteretur, ea uidelicet lege, ut nec præfectianus, nec præſidialis apparitor ad ſoluendum quenquam urgeret. Quo leuati ſolatio cuncti, quos in curam æs alienum ſeparat ſuam, nec interpellati ante præſtitutum tempus debita contulerunt. Inter hæc recreandarum exordia Galliarum adminiſtrante ſecundam adhuc Orphito præfecturam, obeliſcus Romæ in circo erectus eſt maximo. Super quo nunc quia tempeſtiuum eſt, pauca diſcurram. Vrbem priſcis ſeculis conditã ambitioſa mœnium ſtrue, & portarum

tarum

tarum centum quondam aditibus celebrem hecatompylos Thebas inſtitutores ex facto cognominarunt, cuius uocabulo prouincia nunc uſq; Thebais appellatur. Hanc inter exordia pandentis ſe late Carthaginis, improuiſo excurſu duces oppreſſere Pœnorum: poſteaq; reparatam Perſarum rex ille Cambyſes, quoad uixerat alieni cupidus & immanis, Aegypto perrupta aggreſſus eſt, ut opes exinde raperet inuidendas, ne deorum quidem donarijs parcens. qui dum inter prædatores turbulenter concurſat, laxitate præpeditus indumentorum concidit pronus: ac ſuomet pugione, quem aptatum femori dextro geſtabat, ſubita ui ruinæ nudato uulneratus pene letaliter interiſſet. Longe autem poſtea Cornelius Gallus, Octauiano res tenente Romanas Aegypti procurator, exhauſit ciuitatem plurimis interceptis: reuerſusq; cum furtorum arceſſeretur, & depopulatæ prouinciæ, metu nobilitatis acriter indignatæ, cui negotium ſpectandum dederat imperator, ſtricto incubuit ferro. Is eſt, ſi recte exiſtimo, Gallus poeta, quem flens quodammodo in poſtrema Bucolicorum parte Vergilius carmine leni decantat. *Galli poetæ mors* In hac urbe inter labra ingentia, diuerſasq; moles figmenta Aegyptiorum numinum exprimentes, obeliſcos uidimus plures, aliosq; iacentes & comminutos, quos antiqui reges bello domitis gentibus, aut proſperitatibus ſummarum rerum elati, montium uenis uel apud extremos orbis incolas perſcrutatis exciſos erectosq;, dijs ſuperis in religione dicarunt. Eſt autem obeliſcus, aſperrimus lapis in figuram metæ cuiuſdam, ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam, utq; radium imitetur, gracileſcens pauliſper, ſpecie quadrata in uerticem productus anguſtum, manu leuigatus artificis. *Obeliſcus quid* formarum autem innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undiq; uidemus inciſas, initialis ſapientiæ uetus inſigniuit autoritas. *Hieroglyphicæ notæ* Volucrum enim ferarumq;, etiam alieni mundi, genera multa ſculpentes, ad æui quoq; ſequentis ætates imperatorum uulgatius perueniente memoria, promiſſa uel ſoluta regum uota monſtrabant. Non enim ut nunc literarum numerus præſtitutus & facilis exprimit quicquid humana mens concipere poteſt, ita priſci quoq; ſcriptitarunt Aegyptij: ſed ſingulæ literæ ſingulis nominibus ſeruiebant, & uerbis nonnũquam ſignificabant integros ſenſus. Cuius rei ſcientiæ in his interim ſit duobus exẽplum. per uulturem naturæ uocabulum pandunt: quia mares nullos poſſe inter has alites inueniri rationes memorant phyſicæ: perq; ſpeciem apis mella conficientis indicant regem, moderatori cum iucunditate aculeos quoq; innaſci debere his ſignis oſtendentes, & ſimilia plurima. Et quia ſufflantes adulatores ex more Conſtantium, id ſine modo ſtrepebant: quòd cum Octauianus Auguſtus obeliſcos duos ab Heliupolitana ciuitate tranſtuliſſet Aegyptia, quorum unus in circo maximo, alter in campo locatus eſt Martio, *Obeliſci Auguſti* hunc recens aduectũ difficultate magnitudinis territus, nec contractare auſus eſt, nec mouere: diſcant qui ignorant, ueterem principem tranſlatis aliquibus hunc intactum ideo præteriſſe, quòd deo Soli ſpeciali munere dedicatus, fixusq; intra ambitioſi templi delubra, quæ contingi non poterant, tanquam apex omnium eminebat. Verum Conſtantinus id parui ducens, auulſam hanc molem ſedibus ſuis, nihilq; committere in religionem recte exiſtimãs, ſi ablatum uno templo miraculum Romæ ſacraret, id eſt, in templo mundi totius, iacere diu perpeſſus eſt, dum tranſlationi pararentur utilia. Quo conuecto per alueum Nili, proiectoq; Alexandriæ, nauis amplitudinis antehac inuſitatæ ædificata eſt ſub trecẽtis remigibus agitãda. Quibus ita prouiſis, digreſſoq; uita principe memorato, urgens effectus intepuit: tandemq; ſero impoſitus naui per maria fluentaq; Tibridis uelut pauentis, ne quod pene ignotus miſerat Nilus, ipſe parũ ſub emeatus ſui diſcrimine mœnibus alumnis inferret, defertur in uicũ Alexandri, tertio lapide ab urbe ſeiunctum: unde chamulcis impoſitus, tractusq; lenius per Oſtienſem portam, piſcinamq; publicã circo illatus eſt maximo. Sola poſt hæc reſtabat erectio, quæ uix aut ne uix quidẽ ſperabatur poſſe cõpleri: erectisq; uſq; periculũ altis trabibus, ut machinarũ cerneres nemus, innectunt uaſti funes & longi, ad ſpeciẽ multiplicium liciorum cælum denſitate nimia ſubtexẽtes: quibus colligatus mons ipſe effigiatus ſcriptilibus elementis, paulatimq; id per arduũ inane protentus, diuq; penſilis hominum millibus multis tanquam molendarias rotantibus metas, cauea locatur in media, eiq; ſphæra ſuperponitur ahena, aureis laminis nitens: qua confeſtim ui ignis

diuini contacta, ideoq́ʒ ſublata, facis imitamẽtum in figura æreum, itidem auro imbracteatum, uelut abundanti flãma canentis. Secutæq́ʒ ætates alios tranſtulerunt: quorum unus in Vaticano, alter in hortis Salluſtij, duo in Auguſti monumẽto erecti ſunt. Qui autem notarũ textus obeliſco inciſus eſt ueteri, quem uidemus in circo, Hermapionis librum ſequuti interpretatum literis ſubiecimus Græcis:

Ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ νοτίου διερμηνευμένα ἔχει στίχος πρῶτος. Τάδε ὅσιν ἃ βασιλεῖ ῥαμεστῇ δεδωρήμεθα, ὃν πᾶσαν οἰκουμένην μετὰ χαρᾶς βασιλεύειν ἥλιος φιλεῖ καὶ ἀπόλλων. κρατερὸς φιλαλήθης υἱὸς ἥρωνος θεογέννητος κτίστης τῆς οἰκουμένης, ὃν ἥλιος προέκρινεν, ἄλκιμος ἄρεως βασιλεὺς ῥαμέστης. ᾧ πᾶσα ὑποτέτακται ἡ γῆ μετὰ ἀλκῆς καὶ θάρσους. βασιλεὺς ῥαμέστης ἡλίου παῖς αἰωνόβιος. στίχος δεύτερος. Ἀπόλλων κρατερὸς, ὁ ἑστὼς ἐπ' ἀληθείας δεσπότης διαδήματος, τὴν αἴγυπτον δοξάσας κεκτημένος. ὁ ἀγλαοποιήσας ἡλίου πόλιν, καὶ κτίσας τὴν λοιπὴν οἰκουμένην, καὶ πολυτιμήσας τοὺς ἐν ἡλίου πόλει θεοὺς ἀνιδρυμμένους, ὃν ἥλιος φιλεῖ. Τρίτος στίχος. Ἀπόλλων κρατερὸς ἡλίου παῖς παμφεγγής, ὃν ἥλιος προέκρινεν καὶ ἄρης ἄλκιμος ἐδωρήσατο. οὗ τὰ ἀγαθὰ ἐν παντὶ διαμένει καιρῷ. ὃν ἄμμων ἀγαπᾷ, πληρώσας τὸν νεὼν τοῦ φοίνικος ἀγαθῶν. ᾧ οἱ θεοὶ ζωῆς χρόνον ἐδωρήσαντο. ἀπόλλων κρατερὸς υἱὸς ἥρωνος βασιλεὺς οἰκουμένης ῥαμέστης, ὃς ἐφύλαξεν αἴγυπτον τοῦ ἄλλου ἔθνους νικήσας. ὃν ἥλιος φιλεῖ. ᾧ πολὺν χρόνον ζωῆς ἐδωρήσαντο θεοί, δεσπότης οἰκουμένης ῥαμέστης αἰωνόβιος.

Ἄλλος στίχος δεύτερος. Ἥλιος θεὸς μέγας δεσπότης οὐρανοῦ δεδώρημαί σοι βίον ἀπρόσκορον. ἀπόλλων κρατερὸς κύριος διαδήματος ἀνείκαστος, ὃν ἀνδριάντας ἀνέθηκεν ἐν τῇδε τῇ βασιλείᾳ δεσπότης αἰγύπτου, καὶ ἐκόσμησεν ἡλίου πόλιν ὁμοίως καὶ αὐτὸν ἥλιον δεσπότην οὐρανοῦ. συνετελεύτησεν ἔργον ἀγαθὸν ἡλίου παῖς βασιλεὺς αἰωνόβιος. Τρίτος στίχος.

Ἥλιος θεὸς δεσπότης οὐρανοῦ ῥαμεστῇ βασιλεῖ δεδώρημαι τὸ κράτος καὶ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν. ὃν ἀπόλλων φιλαλήθης δεσπότης χρόνων καὶ ἥφαιστος ὁ τῶν θεῶν πατὴρ προέκρινεν διὰ τὸν ἄρεα. βασιλεὺς παγχαρὴς ἡλίου παῖς καὶ ὑπὸ ἡλίου φιλούμενος. Ἀφηλιώτης πρῶτος στίχος. Ὁ ἀφ' ἡλίου πόλεως μέγας θεὸς ἐνουράνιος ἀπόλλων κρατερὸς, ἥρωνος υἱός, ὃν ἥλιος ἠγώγησεν, ὃν οἱ θεοὶ ἐτίμησαν, ὁ πάσης γῆς βασιλεύων, ὃν ἥλιος προέκρινεν, ὁ ἄλκιμος διὰ τὸν ἄρεα βασιλεύς, ὃν ἄμμων φιλεῖ, καὶ ὁ παμφεγγὴς συγκρίνας αἰώνιον βασιλέα. & reliqua. Datiano & Cereali COSS. cum uniuerſa per Gallias ſtudio cautiore diſponerentur, formidoq́ʒ præteritorum barbaricos hebetaret excurſus, rex Perſarum in confinijs agens adhuc gentium extimarum, iamq́ʒ cum Chionitis & Halanis omniũ acerrimis bellatoribus pignore icto ſocietatis, rediturus ad ſua, tum Saporis ſcripta ſuſcepit, pacem Romanum principem nuntiantis poſcere precatiuam. Ideoq́ʒ non niſi infirmato imperij robore tentari talia ſuſpicatus, latius ſemet extentans pacis amplectitur nomen, & conditiones propoſuit graues: miſſoq́ʒ cum muneribus Narſeo quodam legato, literas ad Conſtantium dedit, nuſquam à genuino faſtu declinans, quarũ hunc fuiſſe accepimus ſenſum: Rex regum Sapor particeps ſiderum, frater Solis & Lunæ, Conſtantio Cæſari fratri meo ſalutem plurimam dico: Gaudeo tandemq́ʒ mihi placet ad optimam te uiam reuertiſſe, & incorruptum æquitatis agnouiſſe ſuffragium, rebus ipſis expertum pertinax alieni cupiditas quas aliquoties ediderit ſtrages. Quia igitur ueritatis oratio ſoluta eſſe debet & libera, & celſiores fortunas idẽ loqui decet atq́ʒ ſentire, propoſitũ meum in pauca conferam, reminiſcens hęc quæ dicturus ſum, me ſępius replicaſſe. Aduſq́ʒ Strymona flumen, & Macedonicos fines tenuiſſe maiores meos, antiquitates quoq́ʒ ueſtræ teſtant̃: hæc me conuenit flagitare (ne ſit arrogans quod affirmo) ſplendore uirtutũq́ʒ inſigniũ ſerie uetuſtis regibus antiſtantẽ. Sed ubiq́ʒ mihi cordi eſt recordatio, cui coalitus ab adoleſcentia prima, nihil unquam pœnitẽdum admiſi. Ideoq́ʒ Armeniam recuperare cum Meſopotamia debeo, auo meo cõpoſita fraude præreptam. Illud apud nos nunquam acceptum fuit, quod adſeritis uos exultãtes, nullo diſcrimine uirtutis ac doli, proſperos omnes laudari debere bellorum euentus. Poſtremo ſi morem gerere ſuadenti uolueris recte, contemne partem exiguã ſemper luctificam & cruentam, ut cætera regas ſecurus: ac prudenter reputans, medelarum quoq́ʒ artifices urere nõnunquam & ſecare, & partes corporum amputare, ut reliquis uti liceat integris. hocq́ʒ beſtias factitare: quæ cum aduertant cur maximoopere capiantur, illud propria ſponte amittunt, ut uiuere deinde poſſint impauidæ. Id ſanè pronuntio, quòd ſi hęc mea legatio redierit irrita, poſt tẽpus hyemalis quietis exemptum,

Sapor frater ſolis & lunæ

uiribus

uiribus totis accinctus, fortuna conditionumq́ꝫ æquitate ſpem ſucceſſus ſecundi fundante, uenire quoad ratio ſiuerit feſtinabo. His literis diu libratis, recto pectore (quod dicitur) conſiderateq́ꝫ reſponſum eſt hoc modo: Victor terra mariq́ꝫ Conſtantius ſemper Auguſtus fratri meo Sapori regi ſalutem plurimã dico: Soſpitati quidem tuæ gratulor, ut futurus ſi uelis amicus: cupiditatem uero ſemper indeflexam fuſiusq́ꝫ uagantem uehementer inſimulo. Meſopotamiam poſcis ut tuam, perindeq́ꝫ Armeniam: & ſuades integro corpore adimere membra quædam, ut eius ſalus deinde locetur in ſolido: quod refutandum eſt potius quàm ulla conſenſione firmandum. Accipe igitur ueritatem non obtectam præſtigijs, ſed perſpicuam, nullisq́ꝫ minis inanibus perterrendam. Præfectus prætorio meus opinatus aggredi negotium publicæ utilitati conducens, cum duce tuo per quoſdam ignobiles me inconſulto, ſermones conſeruit ſuper pace. Non refutamus hanc nec repellimus, adſit modo cum decore & honeſtate, nihil pudori noſtro prçreptura uel maieſtati. Eſt enim abſonum & indecens, cum geſtarum rerum ordine explicatæ ſint aures, quas inuidiæ nobis multipliciter incluſerunt, cum deletis tyrannis totus orbis Romanus nobis obtemperat, ea prodere, quę contracti in Orič̃tales anguſtias diu ſeruabimus illibata. Ceſſent aũt quæſo formidines, quæ nobis intentantur ex more: cum ambigi nequeat, nõ inertia nos ſed modeſtia, pugnas interdum excepiſſe potius q̃ intuliſſe: & noſtra quoties laceſſimur fortiſsimo beneuolentię ſpiritu defenſare, id experiendo legendoq́ꝫ ſcientes, in pręlijs quibuſdam raro rem titubaſſe Romanam, in ſumma uero bellorum nunquã ad deteriora prolapſam. Hanc legationem nullo impetrato remiſſam (nec enim effrenatæ regis cupidati reſponderi amplius quicquam potuit) poſt paucisſimos dies ſecutus eſt Proſper comes, & Spectatus tribunus & notarius, iteq́ꝫ Euſtachius Muſoniano ſuggerente philoſopho, ut op.fex ſuadendi, imperatoris ſcripta perferẽtes & munera, eniſuri apparatũ interim Saporis arte quadam ſuſpendere, ut ſupra humanum modum prouincię munirentur Arctoæ. Inter quæ ita ambigua Iuthungi Alemannorum pars Italicis conterminans tractibus, obliti pacis & fœderum, quæ adepti ſunt obſecrando, Rhetias turbulente uaſtabant, adeo ut etiam oppidorum tentarẽt obſidia præter ſolitum. Ad quos repellendos cum ualida manu miſſus Barbatio in locum Siluani peditũ promotus magiſter, ignauus, ſed uerbis effuſior, alacritate militum uehementer erecta, proſtrauit acerrime multos, ita ut exigua portio, quæ periculi metu ſe dedit in fugam, ægrè dilapſa res ſuas non ſine lachrymis reuiſeret & lamentis. Huic pugnæ Neuita poſtea conſul equeſtris præpoſitus turmæ, & adfuiſſe, & fortiter feciſſe firmatur. Iiſdem diebus terræmotus horrendi per Macedoniam, Aſiamq́ꝫ, & Pontum adſiduis pulſibus oppida multa concuſſerunt & montes. inter monumenta tamen multiformium ærumnarum eminuere Nicomediæ clades, Bithyniæ urbium matris, cuius ruinarum euentũ uere breuiterq́ꝫ abſoluam. Primo lucis exortu ad diem nonum Cal. Septemb. concreti nubium globi nigrantium, lętam pauloante cæli ſpeciem confuderunt: & amandato ſolis ſplendore, nec contigua uel appoſita cernebantur, ita oculorum obtutu præſtricto, humo inuolutus craſſæ caliginis ſqualor inſedit. Dein uelut numine ſummo fatales contorquente manubias, uentosq́ꝫ ab ipſis excitante cardinibus, magnitudo furentium incubuit procellarum: cuius impetu pulſorum auditus eſt montium gemitus, & eliſi littoris fragor: hæcq́ꝫ ſecuti typhones atq́ꝫ preſteres cum horrifico tremore terrarum ciuitatem & ſuburbana funditus euerterunt. Et quoniam accliuitate collium ædes pleræq́ꝫ uehebantur, aliæ ſuper alias concidebant reclangentibus cunctis ſonitu ruinarum immenſo. Interim clamoribus uarijs excelſa culmina reſultabant, quæritantium coniugium liberosq́ꝫ, & ſi quid neceſsitudinis arcte cõſtringit. Poſt horam deniq́ꝫ ſecundam, multo ante tertiam, aer iam ſudus & liquidus latentes retexit funereas ſtrages. Nonnulli enim ſuperruentium ruderũ ui nimia conſtipati, ſub ipſis interiere ponderibus. Quidã collo tenus aggeribus obruti, cũ ſupereſſe poſſent ſi qui iuuiſſent, auxiliorum inopia necabantur. Alij lignorum extantium acuminibus fixi pendebant. Vno ictu cæſi complures pauloante homines, tunc promiſcuæ ſtrages cadauerum cernebantur. Quoſdam domorũ inclinata faſtigia intrinſecus ſerebãt intactos, angore & inedia cõſumendos: Inter quos Ariſtænetus affectatã regens diœceſin, curans uicaria poteſtatę

Conſtantius Sapori

Nicomediæ clades

Manubiæ fatales

ſtate, quam Conſtātius ad honorem uxoris Euſebiæ Pietatis cognominarat, animam hoc caſu cruciatam diutius exhalauit. Alij ſubita magnitudine oppreſsi, ijſdem adhuc molibus conteguntur. Colliſis quidam capitibus, uel humeris præſectis aut cruribus, inter uitæ mortisq; confinia, aliorum adiumenta paria perferentium implorantes cum obteſtatione magna deſerebātur. & ſupereſſe potuit ædium ſacrarum & priuatarum hominumq; pars maior, ni palantes abrupti flammarū ardores per quinquaginta dies & noctes, quicquid conſumi poterat, exuſsiſſent. Adeſſe tempus exiſtimo pauca dicere, quæ de terræ pulſibus coniectura ueteres collegerunt. Ad ipſius enim ueritatis arcana nō modo hæc noſtra uulgaris inſcitia, ſed ne ſempiterna quidem lucubrationibus longis nōdum exhauſta phyſicorum ingenia penetrarūt. Vnde & in ritualibus & pontificijs obtēperantibus ſacerdotijs, cautū, ne alio deo pro alio nominato, cum qui eorum terram concutiat ſit in abſtruſo, piacula committantur. Accidunt autem, ut opiniones æſtimant, inter quas Ariſtoteles æſtuat & laborat, aut in cauernis minutis terrarū, quas ſyringas appellamus, impulſu crebriori aquis undabundis: aut certe, ut Anaxagoras affirmat, uentorum ui ſubeuntium ima terrarum: qui cum ſoliditatibus cōcruſtatis inciderint, eruptiones nullas reperientes, eas partes ſoli conuibrant, quas ſubrepſerint humidi. Vnde plerunq; obſeruatur, terra tremente, uentorum apud nos ſpiramina nulla ſentiri, quod in ultimis ſeceſsibus occupantur. Anaximāder ait, areſcentem nimia æſtuum ſiccitate, aut poſt madores imbrium terram rimas pandere grādiores, quas penetrat ſupernus aer uiolentus & nimius, ac per eas uehemēti ſpiritu quaſſatam cieri proprijs ſedibus. Qua de cauſa terrores huiuſmodi uaporatis temporibus, aut nimia aquarum cæleſtium ſuperfuſione contingunt. Ideoq; Neptunum humentis ſubſtantiæ poteſtatem, Ennoſigæon & Siſichthona poetæ ueteres & theologi nuncupauerunt. Fiunt autem terrarum motus modis quatuor: aut enim braſmatiæ ſunt, qui humum intus ſuſcitantes, ſurſum propellunt immaniſsimas moles, ut in Aſia Delos emerſit, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus Ophiuſa & Pelagia prioribus ſeculis dictitata, aureo quondam imbri perfuſa, & Eleuſin in Bæotia, & apud Tyrrhenos Vulcani, inſulæq; plures: aut climatiæ, qui limes ruentes & obliqui, urbes ædificia monteſq; complanāt: aut chaſmatiæ, qui grandiori motu pateſactis ſubito uoratrinis terrarum partes abſorbent: ut in Atlantico mari, Europeo orbe potior inſula, & in Criſeo ſinu Helice & Bura, & in Ciminia Italiæ parte oppidum Succinienſe profundo hiatu abſorpta æternis tenebris occultantur. Inter hæc tria genera terræ motuum Mycematiæ ſonitu audiuntur minatorio, cum diſſolutis elementa compagibus ultro adſiliunt, uel relabuntur conſidentibus terris. Tunc em̄ neceſſe eſt uelut taurinis reboare mugitibus fragores fremituſq; terrenos. Sed hinc ad exorſa. At Cæſar hyemē apud Pariſios agens, Alemannos præuenire ſtudio maturabat ingenti, nondum in unū coactos, ſed ad inſaniā poſt Argentoratum audaces omnes & ſæuos: opperienſq; Iulium mēſem, unde ſumunt Gallicani procinctus exordia, diutius angebatur. Nec enim egredi poterat, antequam ex Aquitania æſtatis remiſsione ſolutis frigoribus & pruinis ueheretur annona. Sed ut eſt difficultatū penè omnium diligens ratio uictrix, multa mente uerſans & uaria, id tantū reperit ſolum, ut anni maturitate non expectata, barbaris occurreret inſperatus. firmatoq; conſilio XX. dierum frumētum ex eo quod erat in ſedibus conſumendum, ad uſus diuturnitatem excoctum, buccellatū, ut uulgo appellant, humeris impoſuit libentium militum: hocq; ſubſidio fretus, ſecūdis ut antè auſpicijs profectus eſt, intra menſem quintum uel ſextum duas expeditiones conſummari poſſe urgentes & neceſſarias arbitratus. Quibus paratis, petit primos omniū Francos, eos uidelicet quos conſuetudo Salios appellauit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxiandriam locum habitacula ſibi figere prælicenter. Cui cum Tungros ueniſſet, occurrit legatio prædictorū, opinantium reperiri imperatorem etiam tum in hybernis, pacē ſub hac lege prætendens, ut quieſcentes eos tanq; in ſuis nec laceſſeret quiſquā nec uexaret. Hos legatos, negotio plene digeſto, oppoſitaq; conditionum perplexitate, ut in ijſdem tractibus moraturus dum redeūt, muneratos abſoluit. Dictoq; citius ſequutus profectos, Seuero duce miſſo, per ripam ſubito cunctos adgreſſus, tanquam fulminis turbo perculſit. iamq; precantes potius quàm reſiſtentes, in opportunam clemētiæ

Terremotuū genera · *Franci Salij*

partem effectu uictoriæ flexo, dedentes ſe cum opibus liberisq́ ſuſcepit. Chamauos itidem auſos ſimilia adortus, eadem celeritate partim cecidit, partim acriter repugnantes, uiuosq́ captos cõpegit in uincula: alios præcipiti fuga trepidantes, ad ſua ne militem ſpatio longo defatigaret, abire interim permiſit innocuos: quorum legatis, paulo poſtea miſsis precatum conſultumq́ rebus ſuis, humi proſtratis ſub obtutibus eius pacem hoc tribuit pacto, ut ad ſua redirent incolumes. Cunctis igitur ex uoto currentibus, ſtudio peruigili properans modis omnibus utilitatẽ fundare prouinciarum, munimenta tria recta ſerie ſuperciliis impoſita fluminis Moſæ, ſubuerſa dudum obſtinatione Barbarica, reparare pro tẽpore cogitabat: & ilico ſunt inſtaurata procinctu pauliſper omiſſo. atq; ut conſilium prudens celeritas faceret tutum, ex annona decem dierum & ſeptem, quam in expeditionẽ pergens uehebat ceruicibus miles, portionẽ ſubtractam in iiſdem condidit caſtris, ſperans ex Chamauorũ ſegetibus id ſuppleri poſſe quod ablatũ eſt. Longe aũt aliter accidit. Frugibus enim nondum etiã maturis, miles expenſis quæ portauit, nuſquam reperiẽs uictus, extrema militans Iulianum compellationibus inceſſebat & probris, Aſianum appellans Græculũ, & fallacem, & ſpecie ſapientiæ ſtolidũ. Vtq; inueniri ſolent quidã inter armatos uerborũ uolubilitate conſpicui, hæc & ſimilia multa ſtrepebãt: Quò trahimur ſpe meliorũ abolita, olim quidem dura & perpeſſu aſperrima per niues tolerãtes & acumina crudeliũ pruinarũ: ſed nũc, proh nefas, cum ultimis hoſtiũ fatis inſtamus, fame ignauiſsimo mortis genere tabeſcentes. & ne quis nos turbarum exiſtimet cõcitores, pro uita loqui ſola teſtamur, non aurum, neq; argentũ petentes, quæ olim nec cõtrectare potuimus, nec uidere, ita nobis negata uelut contra remp. tot ſuſcepiſſe labores & pericula conſutatis. Et erat ratio iuſta querelarũ. Inter tot enim rerum probabilium curſus articulosq́ neceſsitatũ ancipites, ſudoribus Gallicanis miles exhauſtus nec donatiuũ meruit nec ſtipendium, iam inde ut Iulianus illò eſt miſſus, ea re, quòd nec ipſi quod daret ſuppetere poterat uſquam, nec Conſtantius erogari more ſolito permittebat. Hocq́ exinde claruit, fraude potius q̃ tenacitate committi, quòd cum idem Cæſar petenti ex uſu gregario cuidam ut barbas detõderet, dediſſet aliquid uile, cõtumelioſis calumniis appetitus eſt à Gaudentio tunc notario ad explorãdos eius actus diu morato per Gallias, quẽ poſtea ipſe interfici iuſsit, ut loco monſtrabit̃ competenti. Lenito tandem tumultu non ſine blanditiarum genere uario, contextoq́ nauali ponte Rheno tranſito, terris Alemãnorum calcatis, Seuerus magiſter equitum bellicoſus ante hæc & induſtrius repente cõmarcuit. Et qui ſæpe uniuerſos ad fortiter faciendũ hortabatur & ſingulos, tunc diſſuaſor pugnãdi contẽptus uidebat̃ & timidus, mortẽ fortaſſe metuẽs aduentantẽ: ut in Tagetis Tuſci libris legit̃, Veiouis fulmine mox tangendos adeo hebetari, ut nec tonitrum, nec maiores aliquos poſsint audire fragores. & iter ignauiter egerat præter ſolitũ, ut ductores uiarum præeuntes alacri gradu ultima minitando terreret, ni oẽs conſpirantes in unum ſe loca penitus ignorare firmarent. Qui interdicti metuentes autoritatem, nuſquam deinde ſunt progreſsi. Inter has tamen moras Alemannorum rex Suomarius ultro cum ſuis improuiſus occurrit, ferox antẽ ſæuiensq́ in damna Romana, & tum lucrum exiſtimans inſperatum, ſi propria retinere permitteretur. Et quia uultus inceſſusq́ ſupplicem indicabat, ſuſceptus, bonoq́ animo eſſe iuſſus & placido, nihil arbitrio ſuo relinquẽs, pacẽ genibus curuatis orabat. Et eam cum conceſsione præteritorũ ſub hac meruit lege, ut captiuos redderet noſtros, & quoties ſit neceſſe militibus alimenta præberet, ſuſceptorũ uilium more ſecuritatẽ accipiens pro illatis: quam ſi non oſtendiſſet in tempore, ſciret ſe rurſus ea defatigandum. Quod ita recte diſpoſitum, eſt impræpedite completum. Hortarii nomine petẽdus erat regis alterius pagus. & quia nihil uidebatur deeſſe præter ductores, Neſticæ tribuno ſcutariorum, & Charitoni uiro fortitudinis miræ, imperauerat Cæſar, ut magna quæſitum induſtria comprehenſumq́ offerrent ſibi captiuum: & correptus uelociter adoleſcens ducitur Alemannus, pacto obtinendæ ſalutis pollicitus itinera ſe monſtraturũ. Hoc prægreſſo ſequutus, exercitus celſarum arborũ obſiſtente concęde ire protinus uetabatur. Verum per circuitus longos & flexuoſos uentũ eſt tandem ad loca: & ira quiſq; percitus armatorum urebat agros, pecora diripiebat & homimes, reſiſtentesq́ ſine ulla parſimonia contrunca

Fulmine tangẽdos hebetari

contruncabat. His malis perculſus rex, cũ multiplices regiones, uicorũq; reliquias cer neret exuſtorũ, ultimas fortunarũ iacturas adeſſe iam contemplatus, orauit ipſe quoq; ueniam, facturũ ſe imperanda iurandi execratione reſtituere uniuerſos promiſit: id enim cura agebatur impenſiore: detentisq; plurimis, reddidit paucos. Quo cognito ad indignationẽ iuſtam Iulianus erectus, cũ munerãdus ueniſſet ex more, quatuor comites eius, quorũ ope & fide maxime nitebatur, non antè abſoluit, dum oẽs rediere capti ui. Ad colloquiũ tamen accitus à Cæſare, trementibus oculis adorato, uictorisq; ſuperatus aſpectu, cõditione difficili premebatur: hac ſcilicet: ut quoniã cõſentaneum erat, poſt tot ſecũdos euẽtus, ciuitates quoq; reparari ui Barbarorũ exciſas, carpenta & materias ex opibus ſuis ſuorumq; præberet. & hoc pollicitus, imprecatusq;, ſi perfidum quicquam egiſſet, luenda ſibi cruore ſupplicia, ad propria remeare permiſſus eſt. Annonam enim trãsferre, ita ut Suomarius, ea re cõpelli non potuit, quòd ad internicionem regione eius uaſtata nihil inuenire poterat quod daretur. Ita reges illi tumentes quondam immaniter, rapinisq; diteſcere adſueti noſtrorum, Romanæ potentiæ iugo ſubdidere colla iam domita, & uelut inter tributarios nati & educati, obſecũdabãt imperio ingrauate. Quibus hoc modo peractis, diſperſo per ſtationes milite, conſueta ad hyberna regreſſus eſt Cæſar. Hæc cum in comitatu Conſtantij ſubinde noſcerentur (erat enim neceſſe tanq; Cæſarem ſuper omnibus geſtis ad Auguſti referre ſcientiam) oẽs qui plus poterãt in palatio, adulandi profeſſores iam docti, recte cõſulta proſpereq; cõpleta uertebant in deridiculum: talia ſine modo ſtrepentes inſulſe, In odium uenit cum uictorijs ſuis capella, nõ homo: ut hirſutum Iulianum carpentes, appellantesq; loquacem talpam, & purpuratã ſimiam, & literionẽ Græcum: & his cõgruentia plurima, atq; uernacula principi reſonantes, audire hæc taliaq; geſtienti, uirtutes eius obruere uerbis impudentibus conabantur, ut ſegnem inceſſentes, & timidum, & umbratilem, geſtaq; ſecus uerbis comptioribus exornantẽ: quod non tunc primitus accidit. namq;, ut ſolet ampliſsima gloria obiecta eſſe ſemper inuidiæ, legimus in ueteres quoq; magnificos duces uitia criminaq;, etiamſi inueniri non poterant, finxiſſe malignitatem ſpectatiſsimis actibus eorũ offenſam: ut Cimonem Milciadis filium inſimulatum inceſti, qui prope Eurimedonta Pamphylium flumen Perſarum populum deleuit innumerum: coegitq; gentem inſolentia regis elatam, obſecrare ſuppliciter pacem: Aemilianũ itidem Scipionem, ut ſomniculoſum æmulorum incuſari maleuolentia, cuius impenetrabili uigilantia obſtinatæ in perniciem Romæ duæ ſunt potentiſsimæ urbes exciſæ. necnon etiam in Pompeium obtrectatores iniqui multa ſcrutantes, cum nihil unde uituperari deberet, inuenirẽt, duo hæc obſeruauerũt ludibrioſa & irrita: quòd genuino quodã more caput digito uno ſcalpebat: quodq; aliquandiu tegendi ulceris cauſa deformis, faſciola candida crus colligabat: quorũ alterũ factitare ut diſſolutum, alterũ ut nouarũ rerum cupidum adſerebant, nihil intereſſe oblatrantes argumento ſubfrigido, quam partẽ corporis redimiret regiæ maieſtatis inſigni, in eum uirum, quo nec fortior, nec cautior quiſq; patriæ fuit, ut documenta præclara teſtantur. Dum hæc ita aguntur, Romæ Artemius curans uicariam prǽfecturã pro Baſſo quoq; agebat. qui recens promotus urbi præfectus, fatali deceſſerat ſorte. Cuius adminiſtratio ſeditiones perpeſſa eſt turbulentas, nec memorabile quicquam habuit, quod narrari ſit dignum. Auguſto inter hæc quieſcenti per hyemem apud Sirmium, indicabant nuntij graues & crebri, permixtos Sarmatas & Quados, uicinitate & ſimilitudine morum armaturæq; concordes, Pannonias Mœſiarumq; alteram cuneis incurſare diſperſis. quibus ad latrocinia magis quàm aperto habilibus Marti, haſtæ ſunt longiores, & loricæ ex cornibus raſis & leuigatis, plumarũ ſpecie linteis iudumentis innexæ: equorumq; plurimi ex uſu caſtrati, ne aut fœminarũ uiſu exagitati raptẽt, aut in ſubſidijs ferociẽtes prodãt hinnitu denſiore uectores. & per ſpatia diſcurrũt ampliſsima ſequentes alios, uel ipſi terga uertẽtes inſidẽdo uelocibus equis & morigeris, trahẽtesq; ſingulos, interdum & binos, uti permutatio uires foueat iumentorum, uigorq; otio integretur alterno. Aequinoctio itaq; temporis uerni confecto, imperator coacta militũ ualida manu, ductu lenioris fortunæ profectus, cum ad locum aptiſsimum perueniſſet, flumen Iſtrum exundantem pruinarum iam reſoluta congerie, ſuper nauium foros ponte

Permutatio equorum

põte cõtexto tráſgreſſus, populandis Barbarorũ incubuit terris: qui itinere feſtinato
prȩuẽti, cateruaſq; bellatoris exercitus iugulis ſuis imminere cernẽtes, quem nõdum
per anni tempus colligi poſſe rebantur, nec ſpirare auſi, nec ſtare, ſed uitantes exitium
inſperatum ſemet omnes effuderunt in fugam. Stratiſq; plurimis, quorum greſſus uin
xerat timor, ij quos exemit celeritas morti, inter latebroſas conualles montiũ occulta-
ti, uidebant patriã ferro pereuntẽ: quam uindicaſſent profecto, ſi uigore quo diſceſſe-
rant, reſtitiſſent. Gerebant hæc in ea parte Sarmatiæ, quæ ſecundã proſpectat Panno Fuga Sarmatarum
niam, pariq; fortitudine contra Valeriam opes Barbaricas ferendo rapiendoq; occur-
rentia militaris turbo uaſtabat. Cuius cladis immẽſitate permoti, poſthabito cõſilio la-
tendi armati petendæ ſpecie pacis agmine tripertito, agentes ſecurius noſtros aggredi
cogitarunt: ut nec expedire tela, nec uim uulnerum declinare, nec, quod eſt in rebus ar
tiſſimis ultimum, uerti poſſet in fugam. Aderant aũt ilico Sarmatis periculorũ Quadi
participes, qui noxarum ſæpe ſocij fuerãt indiſcreti: ſed ne eos quidem prompta iuuit
audacia in diſcrimina ruẽtes aperta. Cęſis enim cõpluribus, pars quæ potuit ſupereſſe,
per notos calles euaſit: quo euentu uires & animos incitãte, iunctis denſius cuneis ad
Quadorũ regna properabat exercitus. qui ex præterito caſu impẽdẽtia formidantes,
rogaturi ſuppliciter pacẽ, fidentes ad principis uenere conſpectũ. Ergo hæc & ſimilia
lenituris, dictoq; die ſtatuendis conditionibus, Zizais quoq; etiam tum regalis haud
parui corporis iuuenis, ordines Sarmatarũ more certaminis inſtruxit ad preces: Vi-
ſoq; imperatore abiectis armis pectore toto procubuit exanimis ſtratus: & amiſſo uo-
cis officio præ timore, tum cum orare deberet, maiorẽ miſericordiã mouit, conatus ali-
quoties, parumq; impediente ſingultu permiſſus explicare quæ poſcebat. Recreatus
deniq; tandẽ iuſſuſq; exurgere, genibus nixus uſu linguæ recuperato, cõceſsionẽ de-
lictorum ſibi tribui ſupplicauit & ueniam. eoq; ad precandũ admiſſa multitudo, cuius
ora formido muta cludebat, periculo adhuc prȩſtantioris ambiguo, ubi ille ſolo iuſſus
attolli, orandi ſignum expectantibus diu monſtrauit, oẽs clypeis teliſq; proiectis ma-
nus precibus dederunt, plura excogitantes ut uincerẽt humilitate ſupplicãdi regalem.
duxerat potior cum cæteris armatis etiã Rumonem, & Zinafrum, & Fragiledũ ſubre
gulos, plurimoſq; optimates cum impetrandi ſpe ſimilia petituros. Qui licet elati gau
dio ſalutis indultæ, conditionũ ſarcina cõpenſare inimicè facta pollicebãtur, ſeq; cum
facultatibus & liberis & coniugibus terrarũq; ſuarum ambitu Romanæ potentiæ li-
benter offerre. præualuit tamen æquitati iuncta benignitas: iuſsiq; obtinere ſedes im-
pauidi, noſtros reddidere captiuos, Duxeruntq; obſides poſtulatos, & obedire præce
ptis deinde promptiſsime ſpoponderunt. Hortante hoc exemplo clementiæ, aduola-
runt regales cum ſuis omibus Arabarius & Vſafer, inter optimates excellentes agmi-
num gentiliũ duces: quorum alter tranſiugitanorũ Quadorum parti, alter quibuſdam
Sarmatis præerat, locorũ confinijs & feritate iunctiſsimis. quorum plebem arcuit im-
perator, ne ferire fœdera ſimulans, in arma repente conſurgeret. diſcreto conſortio,
pro Sarmatis obſecrantes iuſsi pauliſper abſcedere, dum Arabarij & Quadorum ne-
gotium ſpectaretur. Qui cum eorum ritu oblati, ſtantes curuatis corporibus, facinora
grauia purgare non poſſent, ultimæ ſortis infortunia metuẽtes, dederunt obſides im-
peratos, nunquã antea pignora fœderis exhibere compulſi. His ex æquo bonoq; com
poſitis, Vſafer in preces admiſſus eſt: Arabario pertinaciter obſtrepente, firmanteq;
pacem quam ipſe meruit, ei quoq; debere proficere, ut participi, licet inferiori, & ob-
temperare ſuis imperijs conſueto. Verũ quæſtione diſcuſſa, aliena poteſtate eripi Sar- Sarmatæ clientes Romanorũ
matæ iuſsi ut ſemper Romanorum clientes, offerre obſides quietis uincula cõſeruan-
dæ gratanter amplexi ſunt. Ingerebat aũt ſe poſt hæc maximus numerus cateruarum
confluentium nationum & regum, ſuſpendi à iugulis ſuis gladios obſecrantiũ, poſt-
quam Arabarium impune compererant abſceſsiſſe. & pari modo ipſi quoq; adepti
pacem quam poſcebant, accitos ex intimis regni procerum filios obſidatus ſorte opi-
nione celerius obtulerunt: itidemq; captiuos, ut placuerat, noſtros, quos haud minori
gemitu perdidere ꝙ ſuos. Quibus ordinatis, tranſlata eſt in Sarmatas cura, miſeratio-
ne dignos potius quàm ſimultate: quibus incredibile quantum proſperitatis hæc attu
lit cauſa, ut uerum illud æſtimaret, quod opinatur quidam, fatum uinci principis po-
teſtate

teſtate, uel fieri. Potentes olim ignobiles erant huius indigenæ regni. ſed cōiuratio clan
Omne ius in uiribus deſtina ſeruos armauit in facinus: atq; ut barbaris eſſe omē ius in uiribus adſueuit, ui-
cerunt dominos ferocia pares, & numero præminētes. qui cōfundente metu conſilia,
ad Victobalos diſcretos longius cōfugerunt, obſequi defenſoribus ut in malis optabi
le, ꝙ ſeruire ſuis mancipijs arbitrati. quæ deplorātes poſt impetratā ueniam recepti in
fidem, poſcebant præſidia libertati: eoq; iniquitate rei permotus, inſpectante omni ex-
ercitu conuocatos alloquutus uerbis mollioribus imperator, nulli niſi ſibi ducibusq;
Romanis parere præcepit. Atq; ut reſtitutio libertatis haberet dignitatis augmentum,
Zizaim regem ijſdem præfecit cōſpicuæ fortunæ, tum inſignibus aptum profecto, ut
res docuit, & fidelem. nec diſcedere quiſquam poſt hæc glorioſa geſta permiſſus eſt, an
Quadi tequam (ut placuerat) remearent noſtri captiui. His in barbarico geſtis, Bregetionem
caſtra cōmota ſunt: ut etiam ibi belli Quadorum reliquias, circa illos agitantium tra-
ctus lachrymę uel ſanguis extingueret. quorum regalis Vitrodorus Viduarij filius re-
gis, & Agilimundus ſubregulus, alijq; optimates, & iudices uarijs populis præſiden-
tes, uiſo exercitu in gremio regni ſoliq; genitalis, ſub greſſibus iacuere militum, & ade
pti ueniam iuſſa fecerunt: ſobolemq; ſuam obſidatus pignore ut obſequuturi cōditio-
Mucrones pro numinibus nibus impoſitis tradiderūt: eductisq; mucronibus, quos pro numinib. colunt, iuraue-
re ſe permanſuros in fide. His (ut narratum eſt) ſecundo finitis euentu, ad Limigantes
Sarmatas ſeruos ocyus ſigna trāſferri utilitas publica flagitabat, quos erat admodum
nefas impune multa & nefaria perpetraſſe. Nam uelut obliti priorū, tunc erumpenti-
bus liberis, ipſi quoq; tēpus aptiſsimum nacti, limitem perrupere Romanū, ad hanc ſo
lam fraudem dominis ſuis hoſtibusq; concordes. deliberatū eſt tamen id quoq; lenius
uindicari, ꝙ criminum magnitudo poſcebat. hactenus ultione porrecta, ut ad longin-
qua translati amitterent copiā noſtra uexandi: quos pericula formidare monebat ſce-
lerum cōſcientia diutius cōmiſſorum. Ideoq; in ſe pugnæ molem ſuſpicati uertendam
dolos parabant, & ferrum, & preces. Verum aſpectu primo exercitus tanq; fulminis
ictu perculſi, ultimaq; cogitātes, uitam precati, tributum annuum, delectumq; ualidæ
iuuentutis, & ſeruitium ſpoponderunt: annuere parati, ſi iuberentur, alιorſum migra-
re, ut geſtibus indicabant & uultibus, locorum confiſi præſidio, ubi lares poſt exactos
Parthiſcus flu. inde dominos fixere ſecuri. Has enim terras Parthiſcus irruens obliquatis meatibus
Iſtro miſcetur. Sed dum ſolus licentius fluit, ſpatia longa & lata ſenſim præterlabens,
& ea coarctans prope exitum in anguſtias, accolas ab impetu Romanorum alueo Da
nubij defendit, à barbaricis uero excurſibus ſuo tutos præſtat obſtaculo: ubi pleraq;
humidioris ſoli natura & incremētis fluminum redundantia, ſtagnoſa & referta ſalici-
bus, ideoq; inuia, niſi perquàm gnaris: & ſuper his inſularem antractum aditu Parthi-
ſci penè contiguum amnis potior ambiens, terræ conſortio ſeparauit. Hortante igitur
principe, cum genuino faſtu ad citeriorē uenere fluminis ripam, ut exitus docuit, non
iuſſa facturi, ſed ne uiderent̃ militis pręſentiā formidaſſe: ſtabātq; cōtumaciter, ideoq;
propinquaſſe monſtrātes, ut iubenda repudiarent. quæ imperator accidere poſſe con-
templans, in agmina plurima clàm diſtributo exercitu, celeritate uolucri migrantes in
tra ſuorum acies clauſit. Stansq; in aggere celſiore cum paucis, & ſtipatorū præſidio
tectus, eos ne ferocirent, lenius admonebat. ſed fluctuantes ambiguitate mentium in
diuerſa rapiebantur, & furori mixta uerſutia tentabant cum precibus prælium: uici-
numq; ſibi in noſtros parantes excurſum proiecere conſulto longius ſcuta, ut ad ea re-
cuperanda ſenſim progreſsi, ſine ullo fraudis indicio ſpacia furarentur. Iamq; uergen-
te in ueſperum die, cum moras rumpere lux moneret, incedens erectis uexillis, in eos
igneo miles impetu ferebatur. qui conferti, acieq; denſiore contracta, aduerſus ipſum
principem ſtantem (ut dictum eſt) altius omnem impetum contulerant, cum oculis in
ceſſentibus & uocibus truculētis. Cuius furoris amentiā exercitus ira ferre nō potuit,
eosq; imperatori, ut dictū eſt, acriter imminētes, deſinente in anguſtum fronte, quem
Caput porci habitum caput porci ſimplicitas militaris appellat, impetu diſiecit ardenti: & dextra
pedites cateruas peditum obtruncabant, equites læua equitum ſe turmis agilibus inſu
derunt. Cohors prætoria ex aduerſo Auguſtū cautius ſtipans, reſiſtentium pectora,
moxq; terga fugientium cædebat: & cadentes inſuperabili contumacia barbari non

tam

tam mortem dolere, quàm noſtrorum lætitiam horrendo ſtridore monſtrabant: & iacentes abſq; mortuis plurimi ſuccíſis poplitibus, ideoq; adempto fugiẽdi ſubſidio, alij dexteris amputatis, nonnulli ferro quidem intacti, ſed ſuperruentium colliſi ponderibus, cruciatus alto ſilentio perferebant: nec eorũ quiſq; inter diuerſa ſupplicia ueniam petijt, aut ferrum proiecit, aut exorauit celerẽ mortẽ, ſed arma iugiter retinentes, licet adflicti, minus criminis æſtimabãt alienis uiribus q̃ cõſcientiæ ſuæ iudicio uinci. muſſantesq; audiebantur interdum, fortunæ nõ meriti fuiſſe quod euenit. ita in ſemihoræ curriculo diſcrimine præliorũ emenſo, tot procubuere ſubito barbari, ut pugnã fuiſſe ſola uictoria declararet. Vix dum populis hoſtilibus ſtratis, gregatim peremptorũ neceſsitudines ducebantũ humilibus extractæ tugurijs, ætatis ſexusq; promiſcui: & faſtu uitæ prioris abolito, ad infimitatẽ obſequiorũ uenere ſeruilium: & exiguo tẽporis interuallo decurſo, cæſorum aggeres, & captiuorũ agmina cernebantur. Incitante itaq; feruore certaminũ, fructuq; uincendi, conſurrectũ eſt in perniciem eorũ, qui deſeruere prælia, uel in tugurijs latitantes occultabantur. hos cum ad loca ueniſſet auidus barbarici ſanguinis miles, diſiectis culmis leuibus obtruncabat: nec quenq; caſa uel trabibus cõpacta firmiſsimis periculo mortis extraxit. deniq; cum inflãmarentur omnia, non ulluſq; latere iam poſſet, cunctis uitæ præſidijs circũciſis, aut obſtinate igni peribat abſumptus, aut incẽdiũ uitans, egreſſus uno ſupplicio declinato, ferro ſternebatur hoſtili. fugientes tamẽ aliqui tela incendiorũq; magnitudinẽ, amnis uicini ſe cõmiſere gurgitibus, peritia nandi ripas ulteriores occupare poſſe ſperantes: quorũ pleriq; ſubmerſi necatiq; ſunt, alij iaculis periere confixi: adeo ut abunde cruore diffuſo meatus fluminis ſpumaret tumens: ita per elementũ utrunq; armata uincentiũ ira uirtusq; deleuit. Placuerat igitur poſt hunc rerum ordinem cunctis adimi ſpem omnem uitæq; ſolatium: & poſt lares incenſos, raptaſq; familias, nauigia iuſſa ſunt colligi, ad indagandos quos à noſtrorũ acie ulterior diſcreuerat ripa: ſtatimq; ne alacritas intepeſceret pugnatorum, impoſiti lyntribus per abdita ducti uelites expediti occuparũt latibula Sarmatarum: quos repentinus feſellit aſpectus, gentiles lembos & nota remigia conſpicantes. Vbi uero procul micãtibus telis, quod uerebantur, propinquare ſenſerunt, ad ſuffugia locorum paluſtrium ſe contulerunt: eoſq; ſecutus infeſtius miles cæſis plurimis ibi uictoriã reperit, ubi nec caute poſſe conſiſtere, nec audere aliquid credebatur. Poſt abſumptos penè diffuſos Amicenſes, petiti ſunt ſine mora Picenſes, ita ex regionibus appellati cõterminis: quos tutiores fecere ſociorũ ærumnæ, rumorũ aſsiduitate compertæ. ad quos opprimendos (erat enim arduum ſequi per diuerſa ſparſos imprudentia uiarum arcente) Taifalorum auxiliũ, & liberorũ adæq; Sarmatarũ adſumptum eſt. Cumq; auxiliorũ agmina locorum ratio ſepararet, tractus contiguos Mœſiæ ſibi miles elegit, Taifali proxima ſuis ſedibus obtinebant, liberi terras occupauerant è regione ſibi oppoſitas. Limigantes territi recentibus ſubactorum exemplis & proſtratorum, diu hæſitabant ambiguis mentibus, utrum oppeterent an rogarent, cum utriuſq; rei ſuppeterent documenta non leuia. Vicit tamen ad ultimum cœtu ſeniorũ urgente, dedendi ſe conſilium, uariæq; palmæ uictoriarũ: acceſsit eorum quoq; ſupplicatiò, qui armis libertatem inuaſerant: & reliqui eorum cum precibus, ut ſuperatos & imbelles dominos aſpernati, fortiorib. uiſis inclinauere ceruices. Accepta itaq; publica fide, & deſerto montium propugnaculo, ad caſtra Romana cõuolauit eorũ pars maior, diffuſa per ſpacia ampla camporum, cum parentibus, & natis, atq; coniugibus, opumq; uilitate, quam eis celeritatis ratio furari permiſit. & qui animas amittere potius q̃ cogi ſolum uertere putabantur, dum licentem amentiam libertatem exiſtimarent, parere imperijs, & ſedes alias ſuſcipere ſunt adſenſi, tranquillas & fidas: ut nec bellis uexari, nec mutari ſeditionibus poſsint. Iiſdemq; ex ſententia, ut credebatũ, acceptis, quieuere pauliſper, poſt feritate natiua in exitiabile ſcelus erecti, ut congruo docebitũ textu. Hoc rerum proſpero currente ſucceſſu, tutela Illyrico cõpetens gemina eſt ratione firmata: cuius negocij duplicẽ magnitudinẽ imperator adgreſſus, utranq; perfecit. Exules populos, licet mobilitate ſuſpectos, acturos tamen paulo uerecundius, tandẽ reductos in auitis ſedibus collocauit. Iiſdẽq; ad gratiæ cumulũ, non ignobilem quempiã regem, ſed quem ipſi antea ſibi præfecere, regalem impoſuit, bonis animi corporiſq; preſtantem.

Tali textu recte factorũ Conſtantius iam metuẽte ſublimior, militariq; cõſenſu ſecundo Sarmaticus appellatus ex uocabulo ſubactorũ, iamq; diſceſſurus, cõuocatis cohortibus, & cẽturijs, & manipulis omnibus, tribunal inſiſtens, ſignisq; ambitus & aquilis, & agmine multiplíciũ poteſtatũ, his exercitum allocutus eſt ore omniũ fauorabilis, ut

Oratio Conſtantij

ſolebat: Hortatur recordatio rerum glorioſe geſtarũ omni iucunditate uiris fortibus gratior, admodũ uerecunde replicare, quæ diuinitus delata ſorte uincẽdi, & ante prælia, & in ipſo correximus feruore pugnarũ Ro. rei fidiſsimi defenſores. Quid eñ tam pulchrũ, tamq; poſteritatis memoriæ iuſta ratione mandandũ, q̃ ut miles ſtrenue factis, ductor prudẽter cõſultis exultet? Perſultabat Illyricũ furor hoſtilis, abſentiam noſtram inanitate tumenti deſpiciẽs, dum Italos tueremur, & Gallos: uarijsq; diſcurſib. uaſtabat extima limitũ: nunc cauatis roboribus, aliquoties peragrãs pedibus flumina; non congreſsibus, nec armis fretus, aut uiribus, ſed latrocinijs aſſuetus occultis, aſtu & ludificandi uarietate iam inde ab inſtituta gente, noſtris quoq; maioribus formidatus: quæ longius diſparati, quæ ferri poterant tulimus, leuiores iacturas efficacia ducũ uetari poſſe ſperantes. ubi uero per licentiã ſcandens in maius, ad funeſtas prouinciarum clades erepſit & crebras, cõmunitis aditibus Reticis, tutelaq; peruigili Galliarũ ſecuritate fundata, terrore nullo relicto poſt terga uenimus in Pãnoniã, ut placuit numini ſempiterno labẽtia firmaturi: cunctisq; paratis, ut noſtis, uere adulto egreſsi arripuimus negotiorũ maximas moles: primũ ne ſtruẽdo textis cõpagibus ponti telorum officeret multitudo: quo opera leui perfecto, uiſis terris hoſtilib. & calcatis, obſtinatis ad mortẽ animis conatos reſiſtere Sarmatas abſq; noſtrorum diſpendio ſtrauimus: pariq; petulantia ruentes in agmina nobiliũ legionũ Quados Sarmatis adiumenta ferentes attriuimus. qui poſt ærumnoſa diſpẽdia inter diſcurſus, & repugnãdi minaces anhelitus, quid noſtra ualeat uirtus experti, manus ad dimicandũ aptatas, armorũ abiecto munimine ponè terga uinxerũt: reſtareq; ſolam ſalutẽ contemplãtes in precibus, affuſi ſunt ueſtigijs Auguſti clementis, cuius prælia ſæpe cõpererant exitus habuiſſe felices. His ſequeſtratis, Limigantes quoq; fortitudine ſuperauimus pari. interfectisq; pluribus, alios periculi declinatio adegit ſuffugia petere latebrarum paluſtriũ. Hisq; ſecundo finitis euentu, lenitatis tẽpus aderat tẽpeſtiuæ. Limigantes ad loca migrare cõpulimus longe diſcreta, ne in perniciẽ noſtrorũ ſe cõmouere poſſent ulterius: & pepercimus plurimis: & Zizaim præfecimus liberis, dicatum nobis futurũ & fidum, plus æſtimantes creare q̃ afferre barbaris regem: hoc decore augente ſolennitatem, quòd ijſdem quoq; rector tributus, antehac electus eſt & acceptus. Quadruplex igitur præmium, quod unus procinctus abſoluit, nos quæſiuimus & reſp. primo ultione parta de graſſatoribus noxijs, deinde quot uobis abunde ſufficient ex hoſtibus captiuis. His enim uirtutẽ oportet eſſe contentam, quæ ſudore quæſiuit & dexteris: nobis amplas facultates opum, quæ ſunt magni theſauri, integra omniũ patrimonia, noſtri labores & fortitudo ſeruauerint. Hoc enim boni principis menti, hoc ſucceſsibus congruit proſperis. Poſtremo ego quoq; hoſtilis uocabuli ſpolium præ me fero, ſecundi Sarmatici cognomentum, quod uos unum idemq; ſentientes mihi (ne ſit arrogans dicere) merito tribuiſtis. Poſt hunc dicendi finem, concio omnis alacrior ſolito, aucta ſpe potiorum & lucri, uocibus feſtis in laudes imperatoris aſſurgens, demumq; ex uſu teſtata, non poſſe Conſtantium uinci, tentoria repetit læta. Et reductus imperator ad regi-

Sirmium

am, otioq; bidui recreatus, Sirmium cum pompa triumphali regreſſus eſt, & militares numeri deſtinatas remearũt ſedes. Hiſce ijſdem diebus Proſper & Spectatus atq; Euſtathius, legati ad Perſas, ut ſuprà docuim⁹ miſsi, Cteſiphõta reuerſum regem adiere, literas proferentes imperatoris & munera: poſcebantq; rebus integris pacem, & mandatorum memores nuſq; ab utilitate Ro. rei maieſtateq; diſcedebant, amicitiæ fœdus ſub hac lege firmari debere aſſeuerantes, ne ſuper turbando Armeniæ uel Meſopotamiæ ſtatu quicq; moueretur. Diu igitur ibi morati, cum obſtinatiſsimũ regem, niſi harum regionum dominio ſibi adiudicato obdureſcentẽ ad ſuſcipiendã cernerẽt pacem,

Legati redeunt à Sapore

negotio redierunt infecto. Poſt quod idipſum conditionum robore pari impetraturi, Lucillianus miſſus comes, & Procopius tunc notarius, qui poſtea nodo quodam uiolente neceſsitatis aſtrictus, ad res conſurrexit nouas.

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER DECIMVSOCTAVVS

HAEC per orbis uarias partes uno eodemq; anno ſunt geſta. At in Gallijs cum in meliore ſtatu res eſſet, & Euſebium atq; Hypatiũ fratres ſublimarent uocabula cõſulum, Iulianus cõtextis ſucceſsibus clarus apud hyberna, ſeque ſtratis interim ſolicitudinibus bellicis, haud minore cura prouinciarum fortunis multa conducentia diſponebat, diligenter obſeruans ne quem tributorum ſarcina prægrauaret, neue potentia premeret aliena; aut hi uerſarentur in medio, quorum patrimonia publicæ clades augebant, uel iudicum quiſquam ab æquitate deuiaret impune: Idq; ea re leui labore correxit, ꝙ ipſe iurgia dirimens, ubi cauſarum cogebat magnitudo uel perſonarum, erat indeclinabilis iuſtorum iniuſtorumq; diſtinctor. Et licet multa ſint eius laudanda in huiuſmodi controuerſiis, unum tamen ſufficiet poni, ad cuius ſimilitudinem acta uel dicta ſunt. Numerium Narbonẽſis paulo ante rectorem accuſatum ut furem, inuſitato cenſorio rigore pro tribunali palàm admiſsis uolentibus audiebat: qui cum inficiatione defenderet obiecta, nec poſſet in quoquam conſutari, Delphidius orator acerrimus uehementer eum impugnans, documentorum inopia percitus exclamauit: Ecquis florentiſsime Cæſar nocens eſſe poterit uſquam, ſi negare ſuffecerit. Circa quem Iulianus prudenter motus ex tempore, Ecquis, ait, innocẽs eſſe poterit, ſi accuſaſſe ſufficiet? Et hæc quidẽ, & huiuſmodi multa, ciuilia. Egreſſurus aũt ad procinctum urgentem, cum Alemannorũ pagos aliquos eſſe reputaret hoſtiles, & auſuros immania, ni ipſi quoq; ad cæterorũ ſternerentur exempla, hærebat anxius qua ui, qua celeritate, cum primum ratio copiam tribuiſſet, rumore præcurſo terras eorũ inuaderet repẽtinus. Sedit tandem multa & uaria cogitanti id tentare, quod utile probauit euentus. Hariobaudem uacantem tribunum fidei fortitudinisq; notæ, nullo conſcio legationis ſpecie ad Hortarium miſerat regem iam pacatum, ut exinde facile ad collimitia progreſſus eorũ, in quos erãt arma protinus commouenda, ſcitari poſsit quid molirentur, ſermonis barbarici perquam gnarus: quo fidenter ad hæc patranda digreſſo, ipſe anni tẽpore opportuno, ad expeditionem undiq; milite conuocato profectus, id inter potiſsima mature duxit implendum, ut ante præliorum feruorem ciuitates multo ante exciſas introiret, receptasq; cõmuniret: horrea quinetiam extrueret pro incenſis, ubi condi poſſet annona à Britãnis ſueta tranſferri. Et utrunq; perfectum eſt ſpe omnium citius. nam & horrea ueloci opere ſurrexerunt, alimentorumq; in ijſdem ſatias condita: & ciuitates occupatę ſunt ſeptem. Caſtra Herculis, Quadriburgum, Triceſimæ, Niueſio, Bonna, Antennacum, & Bingio: ubi lęto quodam euentu etiam Florentius præfectus apparuit ſubito, partem militum ducens, & cõmeatuũ perferens copiã ſufficientẽ uſibus longis. Poſt hęc impetrata, reſtabat adigente neceſsitatum articulo receptarum urbium mœnia reparari, nullo etiam tum interturbante: idq; claris indicijs apparet, ea tempeſtate utilitati publicæ metu barbaros obediſſe, non rectoris amore. Romanis reges ex pacto ſuperioris anni, ædificijs habilia multa ſuis miſere carpentis: & auxiliarij milites ſemper munia ſpernentes huiuſmodi, ad obſequendi ſedulitatem Iuliani blanditijs deflexi, quinquagenarias longioresq; materias uexere ceruicibus ingrauate, & fabricandi miniſterijs opem maximam contulerunt. quæ dum diligenti maturantur effectu, Hariobaudes exploratis omnibus redijt, docuitq; cõperta. Poſt cuius aduentum incitatis uiribus, omnes uenere Mogontiacũ, ubi Florentio & Lupicino Seueri ſucceſſore deſtinate certantibus, per pontem illic conſtitutũ tranſiri debere, renitebat̃ firmiſsime Cæſar, aſſerẽs pacatorum terras nõ debere calcari, ne ut ſæpe cõtingit, per inciuilitatẽ militis occurrentia uaſtantis abrupte fœdera frangerent̃. Alemanni tamẽ omnes, quos petebat exercitus, confinie periculũ cogitantes, Suomarium regem amicũ nobis ex pactione præterita monue

Collimitia

runt minaciter, ut à tranſitu Romanos arceret. Eius enim pagi Rheni ripis ulteriorib. adhærebant. Quo teſtante ſolum non poſſe, in unum coacta barbarica multitudo uenit propè Mogontiacũ, prohibitura uiribus magnis exercitum, ne tranſmitterent flumen. Gemina itaq; ratione uiſum eſt habile quod ſuaſerat Cæſar, ne pacatorum terræ corrumperent, neue renitente pugnacíſsima gente, pons cum multorũ diſcrimine iungeretur, in locum ad cõpaginandum pontem aptiſsimũ. Quod hoſtes ſolertiſsime contemplati, per contrarias ripas leniter incedentes, ubi noſtros figere tentoria procul cernebant, ipſi quoq; noctes agebant exſomnes, cuſtodiẽtes peruigili ſtudio ne tranſitus tentaretur. Verum cum noſtri locum aduentarent prouiſum, uallo foſſaq; quieuere circundati, & accito Lupicino in conſilium, Cæſar certis imperauit tribunis, ut trecentenos pararent cum ſudibus milites expeditos, quid agi, quoue iri deberet penitus ignorãtes. Et collecti nocte prouecta, impoſitiq; oẽs, quos luſoriæ naues quadraginta, quæ tunc aderant ſolæ, ceperunt, decurrere iubent per flumen adeo taciti, ut etiam remi ſuſpenderentur, ne barbaros ſonitus excitaret undarum: atq; mentis agilitate & corporum, dum hoſtes noſtrorũ ignes obſeruant, aduerſas perrũpere limitis ripas. Dum hęc celerantur, Hortarius rex nobis antè fœderatus, non nouaturus quædã, ſed amicus finitimis quoq; ſuis, reges oẽs & regales & regulos ad conuiuiũ corrogatos retinuit epulis aduſq; uigiliam tertiã more gentili extentis: quos diſcedẽtes inde caſu noſtri ex improuiſo adorti, nec interficere, nec corripere ullo modo potuerunt, tenebrarum equorumq; adiumẽto, quò dubius impetus truſit abreptos. lixas uero uel ſeruos qui eos pedibus ſequebant, niſi quos exemit diſcrimine temporis obſcuritas, occiderunt. Cognito deniq; Romanorũ trãſitu, qui tunc perq; expeditiones pręteritas ibi leuamen ſumere laborum opinabantur, ubi hoſtem contingeret inueniri, perculſi reges eorũq; populi, qui pontem ne ſtrueretur ſtudio ſeruabant intento, metu exhorreſcentes diffuſe uertuntur in pedes: & indomito furore ſedato, neceſsitudines, opesq; ſuas transferre longius feſtinabãt. Statimq; difficultate omni depulſa, ponte cõſtrato, ſolicitarũ gentium opinione pręuenta, uiſus in barbarico miles, per Hortarij regna tranſibat intacta. Vbi uero terras infeſtorũ etiam tum tetigit regum, urens omnia rapienſq; per medium rebellium ſolum graſſabatur intrepidus. Poſtq; ſepimenta fragilium penatiũ inflãmata, & obtruncatam hominũ multitudinẽ, uiſoſq; cadentes multos, alioſq; ſupplicantes, cum uentum fuiſſet ad regionem cui Capellatij, uel Palas nomen eſt, ubi terminales lapides Alemannorũ & Burgundorũ confinia diſtinguebant, caſtra ſunt poſita: ea propter ut Macrianus & Hariobaudus germani fratres & reges ſuſciperent impauidi: qui propinquare ſibi perniciẽ ſentiẽtes, uenerãt pacem anxijs animis precaturi. Poſt quos ſtatim rex quoq; Vadomarius uenit, cuius erat domiciliũ contra Rauracos, ſcriptiſq; Conſtantij principis, quibus cõmendatus eſt, arctius allegatis, leniter ſuſceptus eſt, olim ab Auguſto in clientelã rei Romanæ ſuſceptus. & Macrianus quidem cum fratre inter aquilas admiſſus & ſigna, ſtupebat armorũ uiriumq; uarium decus, uiſa tunc primitus, proq; ſuis orabat. Vadomarius uero noſtris coalitus, utpote uicinus limiti, mirabatur quidem apparatũ ambitioſi procinctus, ſed uidiſſe ſe talia ſæpe adoleſcẽtia meminerat prima. Libratis deniq; diu conſilijs, concordi aſſenſione cunctorũ, Macriano quidem & Hariobaudo pax eſt attributa. Vadomario uero, qui ſuam locaturus ſecuritatem in tuto, & legationis nomine precator uenerat pro Vrio, & Vrſicino, & Verſalpo regibus, pacem itidem obſecrans, interim reſponderi non poterat, ne ut ſunt fluxioris fidei barbari, poſt abitum recordati noſtrorũ parum acquieſcerent per alios impetratis. Sed cũ ipſi quoq; miſsis legatis poſt meſſes incenſas & habitacula, captoſq; plures & interfectos, ita ſupplicarent, tanq; ipſi hæc deliquiſſent in noſtros, pacem conditionum ſimilitudine meruerũt. Inter quas id feſtinatũ eſt maxime, ut captiuos reſtituerent omnes, quos rapuerant excurſibus crebris. Hæc dum in Gallijs cæleſtis corrigit cura, in comitatu Auguſti turbo nouarum exoritur rerum, à primordijs leuibus ad luctus & lamenta progreſſus. in domo Barbationis pedeſtris militiæ tunc rectoris examen apes fecere perſpicuũ. Superq; hoc prodigiorũ gnaros ſollicite conſulenti, diſcrimen magnũ portendi reſponſum eſt, cõiectura uidelicet tali, q; hæ uolucres poſt compoſitas ſedes, opeſq; cõgeſtas, fumo pelluntur, & turbulento ſonitu cymbalorũ. Huic

Moguntiacum

Terminales lapides

Confinia Burgundorum & Alemannorum

uxor erat Aſſyria nomine, nec taciturna, nec prudẽs: quæ eo ad expeditionẽ profecto & multiplici metu ſuſpenſo, ob ea quæ meminerat ſibi prædicta, perculſa uanitate mu liebri, ancilla aſcita notarũ perita, quam è patrimonio Siluani poſſederat, ad maritum ſcripſit intẽpeſtiue, uelut flens, obteſtansq; ne poſt obitũ Conſtantij propinquantem, in imperiũ ipſe ut ſperabat admiſſus deſpecta ſe anteponeret Euſebiæ matrimonium, tunc reginę decore corporis inter multas fœminas excellentis. Quibus literis occulte, quantum fieri potuit, miſsis, ancilla quæ domina dictante perſcripſerat, reuerſis omni bus è procinctu, exemplũ ferens ad Arbetionem noctis prima quiete cõfugit, auideq; ſuſcepta, chartulam prodidit. Hocq; indicio ille confiſus, ut erat ad criminandũ aptiſsi mus, principi detulit: atq; ex uſu, nec mora ulla negotio tributa nec quiete Barbatio epiſtolam ſuſcepiſſe confeſſus, & mulier ſcripſiſſe documento conuicta non leui, ceruicibus interiere præciſis. Hisq; punitis, quæſtiones longe ſerpebant, uexatiq; multi nocentes ſunt, & innocentes. Inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorũ tribunus, ut conſcius inter cõplures alios tortus aliquoties ſuperuixit, penitus quid erat geſtum ignorans. Ideoq; ad iniuriæ periculiq; compenſationẽ, ducis in Illyrico meruit poteſtatem. Erat aũt idem Barbatio ſubagreſtis arrogãtisq; propoſiti, ea re multis exoſus, quòd & dum domeſticos protectores ſub Gallo regeret Cæſare, proditor erat & perfidus: & poſt eius exceſſum nobilioris militiæ ſtatu elatus, in Iulianũ itidem Cæſarem paria cõfingebat, crebroq; deteſtãtibus bonis ſub Auguſti patulis auribus multa garriebat & ſæua: ignorans profecto notũ Ariſtotelis ſapiẽs dictum, qui Calliſthenem ſectatorem & propinquum ſuum ad regem Alexandrum mittens, ei ſæpe mandabat, ut quàm rariſsime & iucunde apud hominẽ loqueretur, uitæ poteſtatẽ & necis in acie linguę portantem. Ne ſit hoc mirum, homines profutura diſcernere nonnunquam & decentia, quorum mentes cognatas cæleſtibus arbitramur, animalia ratione carentia ſalutem ſuam interdum alto tueri ſilẽtio ſolent, ut exemplum eſt hoc perquàm notum: linquentes orientem grues ob calorem, plagamq; petẽtes occiduam, cum montem penetrare cœperint Taurum aquilis abundantẽ, timẽtes fortiſsimas uolucres, roſtra lapillis occludunt, ne eis eliciat uel neceſsitas extrema clangorem: ijſdẽq; collibus agiliore uolatu tranſcurſis proijciunt calculos, atq; ita ſecurius pergũt. Dum apud Sirmium hæc diligentia quæruntur impenſa, orientis fortuna periculorum terribiles tubas inflabat. Rex enim Perſidis ferarum gentium quas placarat adiumentis accinctus, augendiq; regni cupiditate ſuper homines flagrans, arma uiresq; parabat & cõmeatus, conſilia tartareis manibus miſcens, & præſtigiatores omnes cõſulens de futuris: hisq; ſatis collectis peruadere cuncta prima uerni tẽperie cogitabat. Et cum hæc primo rumores, deinde nuntij certi perferrẽt, omnesq; ſuſpenſos aduentantiũ calamitatũ complicaret magna formido, comitenſis fabrica eandem incudem (ut dicitur) diu noctuq; tundendo ad ſpadonum arbitrium, imperatori ſuſpicanti ac timido intendebat Vrſicinum, uelut uultus gorgonei toruitatẽ: hæc ſæpe taliaq; replicãs, quòd interempto Siluano, quaſi penuria meliorũ ad tuendas partes Eoas denuo miſſus, altius anhelabat. Hac aũt aſſentandi nimia fœditate mercari cõplures nitebantur Euſebij fauorem, cubiculi tunc præpoſiti, apud quẽ (ſi uera dici debent) multa Conſtantius potuit, antedicti magiſtri equitum ſalutem acriter impugnantis ratione bifaria: quòd omnium ſolus nec opis eius egebat ut cæteri, & domo ſua non cederet Antiochiæ, quã moleſtiſsime flagitabat: qui ut coluber copia uirus exuberans, natorum multitudinẽ etiã tum ægre ſerpentẽ excitans, ad nocendũ emittebat cubicularios iam adultos: ut inter miniſteria uitæ ſecretioris, gracilitate uocis ſemper puerilis & blandæ, apud principis aures nimium patulas, exiſtimationem uiri fortis inuidia graui pulſarent: & breui iuſſa fecerunt. Horum & ſimiliũ tædio iuuat ueterẽ laudare Domitianũ, qui licet patri fratriq; diſsimilis memoriã nominis ſui inexpiabili deteſtatione perfudit, tamẽ receptiſsima inclaruit lege, qua minaciter interdixerat, ne intra terminos iuriſdictionis Romanæ caſtraret quiſq; puerũ: quod ni cõtigiſſet, quis eorũ ferret examina, quorũ paucitas difficile tolleratur? Actum eſt tamẽ cautius, ne ut fingebat, rurſus accitus idem Vrſicinus metu cuncta turbaret, ſed cũ fors copiam detuliſſet, raperetur ad mortẽ. Hęc opperientibus illis, & ancipiti cogitatione diſtrictis, nobis apud Samoſatam Comageni quondam

Primicerius

Eandem incudem tundere

regni clariſsimam ſedem parumper morantibus, repente noui motus rumoribus den-
ſis audiuntur & cõcretis, quos docebit orationis progrediens textus. Antoninus qui-
Rationarius apparitor dã ex mercatore opulento rationarius apparitor, Meſopotamię ducis tunc protector,
exercitatus & prudens, perq; oẽs illas notiſsimus terras, auiditate quorundã nexus in
gentibus damnis, cum iurgando contra potentes ſe magis magisq; iniuſtitia frangi cõ
templaretur, ad deferendam potentioribus gratiam qui ſpectabant negotium inclina
Contra acumina calcitrans tis, ne contra acumina calcitraret, flexit ſe in blanditias molliores: cõfeſſusq; debitum
per colludia in nomen fiſci translatũ, iamq; auſurus immania, rimabatur tectius reip.
membra totius: & utriuſq; linguæ literas ſciens, circa ratiocinia uerſabat̃, qui uel qua-
rum uirium milites ubi agant, uel procinctus tẽpore quos tuerentur deſcribẽs: itidem
armorum & cõmeatuũ copiæ, aliaq; uſui bello futura, an abunde ſuppetant, indefeſſa
ſcitatione percontans. Et cum totius orientis didiciſſet interna, uirorũ ſtipendijq; par-
te maxima per Illyricum diſtributa, ubi diſtinebatur ex negocijs ſerijs imperator: adla
Syngrapha pſuro iam præſtituto die ſoluendæ pecuniæ, quam per ſyngrapham debere ſe confite-
ri ui metuq; compulſus eſt, cum omnibus ſe proſpiceret undiq; periculis opprimen-
Largitionum comes dum, largitionum comite ad alterius gratiam infeſtius perurgente, fugam ad Perſas
cum coniuge liberisq; & omni uinculo charitatum ingenti molimine conabatur. atq;
ut lateret ſtationarios milites, fundum in Hiaſpide, qui locus Tigridis fluẽtis adluitur
pretio non magno mercatur. Hocq; cõmento cum nullus cauſam ueniendi ad extre-
mas Romani limitis partes, iam poſſeſſorem cum plurimis auderet exigere, per fami-
liares fidos peritosq; nandi occultis ſæpe colloquijs cũ Sapore habitis, qui tractus om
nes aduerſos ducis poteſtate tunc tuebat̃, & antea cognitus miſſo à Perſicis caſtris au-
xilio uirorũ pernicium lembis impoſitus, cum omni penatũ dulcedine nocte cõcubia
Fuga Antonini trãsfretat, re cõtraria, ſpecie Zopyri illius ſimilis Babylonij proditoris. Rebus per Me
ſopotamiã in hunc ſtatum deductis, Palatina cohors palinodiam in exitiũ concinens
noſtrum, inuenit tandẽ anſam nocendi fortiſsimo uiro, autore & incitatore cœtu ſpa-
donum: qui feri & auidi ſemper, carentesq; neceſsitudinibus cæteris, diuitias ſolas ut
filiolas iucundiſsimas amplectuntur. Stetitq; ſententia, ut Sabinianus uietus quidem
ſenex & bene nummatus, ſed imbellis & ignauus, & ab impetranda magiſterij digni-
tate per obſcuritatẽ adhuc longe diſcretus, præficiendus Eois partibus mitteretur, Vr
ſicinus uero curaturus pedeſtrẽ militiam, & ſucceſſurus Barbationi ad comitatũ reuer
teretur, quo præſens rerũ nouarũ auidus concitor, ut iactabant, à grauibus inimicis &
metuendis inceſſeretur. Dum hęc in caſtris Cõſtantij quaſi per luſtra agunt̃ & ſcenam
Diribitores & diribitores uenundatæ ſubito poteſtatis pretiũ per potiores diffunditãt domos, An
toninus ad regis hyberna perduct⁹ auenter ſuſcipit̃: apicis nobilitatus autoritate, quo
honore participantur menſæ regales, & meritorũ apud Perſas ad ſuadendũ ferẽdasq;
ſententias in concionibus ora panduntur, nõ contis, nec remulco (ut aiunt) id eſt, non
flexiloquis ambagibus, uel obſcuris, ſed uelificatione plena in remp. ferebatur: eun-
demq; incitans regem, ut quondã Maharbal lentitudinis increpans Annibalem, poſſe
eum uincere, ſed uictoria uti neſcire, aſsidue prædicabat. eductus enim in medio, ut rè
rum omnium gnarus, auditorũ nanctus uigiles ſenſus & aurium delinimenta captan-
tes, nec laudantium, ſed ſecundũ Homericos Phæacas cum ſilentio admirantium, iam
inde quadrageſimi anni memoriam replicabat: poſt bellorũ aſsiduos caſus, & maxime
apud Hileiam & Singaram, ubi acerrima illa nocturna concertatione pugnatum eſt,
noſtrorum copijs ingenti ſtrage confoſsis, quaſi dirimente quodam medio feciali, Per
ſas nondum Aedeſſam, nec pontes Euphratis tetigiſſe uictores: quos armipotẽtia fre
tos ſucceſsibusq; magnificis, ita dilataſſe decuerat rem, eo maxime tẽpore, quo diutur
nis bellorum ciuiliũ motibus ſanguis utrinq; Romani roboris fundebatur. His ac tali-
bus ſubinde inter epulas ſobrius perſuga, ubi de apparatu bellorũ & ſerijs rebus apud
eos Graiorum more ueterũ conſultatur, regem incendebat ardentẽ, ut exacta hyeme
ſtatim arma fretus fortunæ ſuæ magnitudine concitaret, ipſe quoq; in multis ac neceſ-
ſarijs operam ſuam fidenter promittens. Sub iiſdem ferè diebus Sabinianus adepta re
pentina poteſtate ſufflatus, & Ciliciæ fines ingreſſus, deceſſori ſuo principis literas de
dit hortãtis, ut ad comitatũ dignitate afficiẽdus ſuperiore citius properaret; eo neceſsi-

tatum

tatum articulo, quo etiã ſi apud Thulen moraretur Vrſicinus, acciri eum magnitudo
rerum ratione probabili flagitabat: utpote diſciplinæ ueteris, & longo uſu bellandi ar
tis Perſicæ ſcientiſsimũ. quo rumore prouincijs percitis, ordines ciuitatũ & populi de-
cretis & acclamationibus denſis, iniecta manu detinebant penes ſe publicum defenſo
rem: memores quòd relictus ad ſui tutelam, cum inerti & umbratili milite, nihil ami-
ſerat per decennium: ſimul metuentes ſaluti, quòd tẽpore dubio remoto illo aduenìſſẽ
hominẽ compererant inertiſsimũ. Credimus, neqꝫ enim dubiũ eſt, per aerios tramites
famã præpetem uolitare, cuius indicio hæc geſta pandente, conſiliorum apud Perſas
ſumma præponebatur: & multis ultro citroqꝫ deliberatis placuit, Antonino ſuadente,
ut Vrſicino procul amoto, deſpectoqꝫ nouello duce, poſthabitis ciuitatum pernicioſis
obſidijs, perrumperetur Euphrates, ireturqꝫ prorſus: ut occupari poſsint prouinciæ, fa
ma celeritate præuecta, omnibus ante bellis (niſi temporibus Gallieni) intactæ, paceqꝫ
longiſsima locupletes, cuius rei proſperante deo ductorem cõmodiſsimũ fore ſponde
bat. Laudato firmatoqꝫ concordi omnium uoluntate conſilio, conuerſiſqꝫ uniuerſis ad
ea quæ erant citius congerenda, commeatus, milites, arma, cæteraqꝫ inſtrumenta quæ
poſcebat procinctus aduentans, perpetua hyeme parabantur. Nos interea pauliſper
cis Taurum morati, ex imperio ad partes Italiæ uenientes, feſtinantes prope flumen
uenimus Hebrum, ex Odryſarũ montibus decurrentẽ: ibiqꝫ principis ſcripta ſuſcepi-
mus, iubẽtia omni cauſatione poſthabita reuerti Meſopotamiã ſine apparitione, nul- *Sine appa*
lam expeditionẽ curaturi periculoſam, ad aliũ omni poteſtate tranſlata: quod ideo per *ritione*
moleſtos formatores imperij ſtruebatur, ut ſi Perſæ fruſtra habiti rediſſent ad ſua, du-
cis noui uirtuti facinus aſsignaret̃ egregiũ: ſi fortuna ſequior ingruiſſet, Vrſicinus reus
proditor Reip. deferretur. Agitati ita ſine rationibus, diu contati, reuerſiqꝫ faſtidij ple-
num Sabinianũ inuenimus, hominẽ mediocris ſtaturæ, & parui anguſtiqꝫ animi, uix
ſine turpi metu ſufficientẽ ad leuem conuiuij, nedum prælij ſtrepitũ perferendum: ta-
men quoniã ſpeculatores apparatus omnes apud hoſtes feruere conſtanti adſeueratio
ne perfugis cõcinentibus affirmabant, oſcitante homunculo Niſibin prope uenimus
utilia paraturi, ne diſsimulantes obſidiũ Perſæ ciuitati ſuperuenirent incautæ. Dumqꝫ
intra muros maturanda perurgerentur, fumus, micãteſqꝫ ignes aſsidui à Tigride per
caſtra Maurorũ, & Siſara, & conlimitia reliqua uſqꝫ ciuitatẽ continui perlucebant,
ſolito crebriores erupiſſe hoſtiũ uaſtatorias manus ſuperato flumine permõſtrantes.
qua cauſa ne occuparentur itinera, celeri curſu prægreſsi, cum ad ſecundũ lapidem uẽ
niſſemus, liberali forma puerũ torquatum, ut coniectabamus, octennẽ, in aggeris me-
dio uidimus eiulantem, ingenui cuiuſdã filiũ, ut aiebat, quẽ mater dum imminentium
hoſtiũ terrore percita fugeret, impeditior trepidando reliquerat ſolũ. Hunc dum impe
ratu ducis miſerati cõmotiqꝫ, impoſitũ equo præ me ferẽs ad ciuitatẽ reduco, circũual-
lato murorũ ambitu, prędatores latius uagabantur. Et quia me obſidionales ærumnæ
terrebãt, intra ſemiclauſam poſticã expoſito puero, noſtrorũ agmẽ agilitate uolucri re-
petebam exanimis: nec multũ fuit quin caperer. Nam cum Abdigidum quendã tribu
num fugientẽ cum calone ala ſequeretur hoſtilis, lapſoqꝫ per fugã domino ſeruũ depre *Amianus ferè*
henſum, cum ego rapido ictu tranſirẽ, interrogaſſent, quiſnã prefectus ſit iudex, audiſ- *captus*
ſentqꝫ Vrſicinũ paulo ante urbẽ ingreſſum, montẽ Izalam petere, occiſo indice mini-
mum quæſiti, cõplures nos irrequietis curſibus ſectabant̃. Quos cum iumẽti agilitate
prægreſſus, apud Amudũ munimentũ infirmũ diſperſis per pabulũ equis recubantes
noſtros ſecurius inueniſſem, porrecto extẽſius brachio, & ſummitatibus ſagi cõtortis
elatius, adeſſe hoſtes ſigno ſolito demonſtrabã: ijſdemqꝫ iunctus impetu cõmuni fere-
bar, equo iam fatiſcẽte. Terrebat autẽ nos pleniluniũ noctis, & planicies ſupina cãpo-
rum, nulla ſi occupaſſet artior caſus latibula præbere ſufficiẽs, ubi nec arbores, nec fru
tecta, nec quicqꝫ præter herbas humiles uiſebatur. Excogitatũ eſt ergo, ut ardente ſu-
perpoſita lãpade, & circũligata ne rueret, iumentũ ſolum quod eam uehebat, ſolutũ ſi-
ne rectore læuorſus ire permitteret̃, cum nos ad mõtanos exceſſus dextera poſitos ten
deremus: ut prælucere ſebalẽ facẽ duci lenius gradienti Perſæ credentes, eum tenerẽt
potiſsimũ curſum: quod niſi fuiſſet præuiſum, circũuenti & capti ſub ditionẽ ueniſſe-
mus hoſtilem. Hoc extracti periculo, cum ad nemoroſum quendã locum uineis arbu-

ſtisq́ pomiferis conſitum, Meiacarire nomine ueniſſemus, cui fontes dedere uocabulum gelidi, lapſis accolis om̃ibus, ſolum in remoto ſeceſſu latentẽ inuenimus militem. qui oblatus duci, & locutus uaria præ timore, ideoq́ ſuſpectus, adigente metu qui intentabatur, pandit rerum integram fidem: docetq́ quod apud Pariſios natus in Gallijs, & equeſtri militans turma, uindictam quondam cõmiſsi facinoris timens, ad Perſas abierat profugus: exindeq́ morum probitate ſpectata ſortita coniuge, liberisq́ ſuſceptis, ſpeculatorẽ ſe miſſum ad noſtra ſæpe ueros nuntios reportaſſe. At nũc ſe à Sapore & Nohodareo optimatibus miſſum, qui cateruas ductauerant prædatorum, ad eos redire quæ didicerat perlaturum. Poſt hæc, adiectis quæ agi in parte diuerſa norat, occiditur. Proinde curarum creſcẽte ſolicitudine, inde paſsibus citis Amidam pro temporis copia uenimus, ciuitatem poſtea ſecutis cladibus inclytam. quò reuerſis exploratoribus noſtris, in uaginæ internis figuris notarum membranam reperimus ſcriptam, à Procopio ad nos perferri mandatam, quem legatum ad Perſas antea miſſum cum comite Lucilliano, prædixi: hæc conſulto obſcurius indicantem, ne captis baiulis, ſenſuq́ intellecto ſcriptorum, excitaretur materia funeſtiſsima: Amandatis procul Graiorum legatis, forſitan & necandis, rex longæuus non contentus Helleſponto, iunctis Granici & Rindaci pontibus, Aſiam cum numeroſis populis peruaſurus aduenict, ſuopte ingenio irritabilis & aſperrimus, autore & incenſore Hadriani quondam Romani principis ſucceſſore: actum & conclamatum eſt, ni cauerit Græcia. qui textus ſignificabat Perſarum regem, tranſitis fluminibus Anzaba & Tigride, Antonino hortante dominium oriẽtis affectare totius. His ob perplexitatẽ nimiam ægerrime lectis, conſilium ſuſcipitur prudens. Erat eo tẽpore ſatrapa Corduenæ, quæ obtemperabat poteſtati Perſarum, Iouinianus nomine appellatus in ſolo Romano adoleſcens, nobiſcum occulte ſentiens, ea gratia, quòd obſidatus ſorte in Syria detentus, & dulcedine liberaliũ ſtudiorũ illectus, remeare ad noſtra ardenti deſiderio geſtiebat. Ad hunc miſſus ego cum centurione quodam fidiſsimo, exploratius noſcendi gratia quæ gerebantur, per auios montes anguſtiasq́ præcipites ueni. Viſusq́ & agnitus, comiterq́ ſuſceptus, cauſam præſentiæ meæ uni illi confeſſus, adiuncto taciturno aliquo locorum perito, mittor ad præcelſas rupes exinde longe diſtantes: unde niſi oculorum deficeret acies, ad quinquageſimũ uſq́ lapidẽ, quoduis etiam minutiſsimũ apparebat. ibi morati integrum biduũ, cum ſol tertius affulſiſſet, cernebamus terrarũ omnes ambitus ſubiectos, quos orizontas appellamus, agminibus oppletos innumeris, & anteգreſſum regẽ ueſtis claritudine rutilantẽ. Quem iuxta læuus incedebat Grumbates Chionitarum rex, ætate quidem media, rugoſisq́ membris, ſed mente quadã grandifica, multisq́ uictoriarũ inſignibus nobilis: dextera rex Albanorum pari loco atq́ honore ſublimis: poſt duces uarij autoritate & poteſtatibus eminẽtes, quos ordinũ omnium multitudo ſequebat̃, ex uicinarum gentiũ roboribus lecta, ad tolerandã rerũ aſperitatem diuturnis caſibus erudita. Quouſq́ nobis Doriſcũ Thraciȩ oppidum: & agminatim intra conſepta exercitus recenſitos Græcia fabuloſa narrabis? cum nos cauti, uel ut uerius dixerim timidi, nihil exaggeremus, prȩter ea quȩ fidei teſtimonia neq́ dubia, neq́ incerta monſtrarunt. Poſtq́ reges Nineue Adiabenæ ingenti ciuitate tranſmiſſa, in medio pontis Anzabæ hoſtijs cæſis extisq́ proſperãtib. trãſiere lætiſsimi, conijectantes nos reſiduam plebẽ omnẽ ægre penetrare poſt triduũ poſſe, citius exinde ad ſatrapen reuerſi quieuimus, hoſpitalibus officijs recreati. Vnde per loca itidem deſerta & ſola, magno neceſsitatis ducente ſolatio, celerius quàm potuit ſperari reuerſi, confirmauimus animos hæſitantiũ, unum è naualibus põtem tranſiſſe reges abſq́ ulla circuitione perdoctos. Extemplo igitur equites citi mittunt̃ ad Caſsianũ Meſopotamiæ ducem, rectoremq́ prouinciæ tunc Euphronium, compulſuri agreſtes cum familijs & peçoribus uniuerſis ad tutiora tranſire, & agiliter deſeri Carras oppidum inualidis circũdatum muris, ſuper his campos omnes incendi, ne pabulorum ſuppeteret copia: & imperatis ſine mora completis, iniecto igne, furentis elementi uis maxima, frumẽta omnia cum iam ſtipula flauenti turgerent, herbasq́ pubentes ita contorruit, ut aduſq́ Euphraten ab ipſis marginibus Tigridis nihil uiride cerneret̃. Tunc exuſtæ ſunt feræ conplures, maximeq́ leones per ea loca ſæuientes, immaniter cõſumi uel cæcari ſueti

Actum & conclamatum eſt

Doriſcus

Carræ oppid.

paulatim

paulatim hoc modo. Inter harundineta Meſopotamiæ fluminũ & frutecta leones uagantur innumeri, clementia hyemis ibi molliſsimæ ſemper innocui. At ubi ſolis radijs exarſerit tempus, in regionibus ęſtu ambuſtis, uapore ſideris & magnitudine culicum agitantur, quorũ examinibus per eas terras referta ſunt omnia. Et quoniã oculos quaſi humida & lucentia membra eędem appetunt uolucres, palpebrarũ libramentis mordicus inſidentes, ijdem leones cruciati diutius, aut fluminibus merſi ſorbẽtur, ad quæ remedij cauſa confugiunt, aut amiſsis oculis, quos unguibus crebro lacerantes effodiunt, immanius effereſcunt: quod ni fieret, uniuerſus oriens huiuſmodi beſtijs abundaret. Dum campi cremantur (ut dictum eſt) tribuni cum protectoribus miſsi, citeriores ripas Euphratis caſtellis, et pręacutis ſudibus, omniq; pręſidiorũ genere cõmuniebãt, tormenta quà non erat uoraginoſum, locis opportunis aptantes. Dum hæc celerãtur, Sabinianus inter rapienda momenta periculorum cõmunium lectiſsimus moderator belli interneciui, per Aedeſſena ſepulchra, quaſi fundata cum mortuis pace nihil formidans, more uitæ remiſsioris fluxius agens, militari pyrrichio ſonantib. modulis pro hiſtrionicis geſtibus in ſilentio ſummo delectabatur, ominoſo ſanè & incepto & in loco. Cum hæc & huiuſmodi factu dictuq; triſtia futuros pronuntiãt motus, uitare optimũ quenq; debere ſeculi progreſsione diſcamus. Interea reges Niſibi pro ſtatione uili tranſmiſſa, incendijs arida nutrimentorũ uarietate creſcentibus, fugitantes inopiã pabuli, ſub montiũ pedibus per ualles gramineas incedebant. Cumq; Bebaſen uillam ueniſſent, unde ad Conſtantiã uſq; oppidum, quod centeſimo lapide diſparat, areſcunt omnia ſiti perpetua, niſi quòd in puteis aqua reperitur exilis, quid agerent diu contati, iamq; ſuorũ duritiæ fiducia tranſituri, exploratore fido docente, cognoſcunt Euphraten niuibus tabefactis inflatũ, late fuſis gurgitibus euagari, ideoq; uado nequaq; poſſe tranſiri. Conuertuntur ergo ad ea quæ amplectenda fortuita paret occaſio, ſpe concepta præter opinionem excluſi. ac propoſito pro abrupto rerum præſentium ſtatu urgenti conſilio, Antoninus dicere quid ſentiat iuſſus, orditur, flecti iter ſuadẽs in dexterum latus, ut per longiorem circuitũ, omnium rerum uſu regionũ feracium, & conſideratione ea qua rectus pergeret hoſtis adhuc intactarum, caſtra duo præſidiaria Barzala & Laudias peterentur ſeſe ductante: ubi tenuis fluuius prope originẽ & anguſtus, nulliſq; adhuc aquis aduenis adoleſcens facile penetrari poterit ut uadoſus. His auditis, laudatoq; ſuaſore & iuſſo ducere quà norat, agmina cuncta ab inſtituto itinere conuerſa per auium ſequebant. Quo certis ſpeculationibus cognito, nos diſpoſuimus properare Samoſata, ut ſuperato exinde flumine, pontiumq; apud Zeugma & Caperſana iuncturis abſciſis, hoſtiles impetus ſi iuuiſſet fors ulla repelleremus. Sed contigit atrox, & ſilentio omni dedecus obruendum. namq; duarum turmarũ equites circiter ſeptingenti ad ſubſidiũ Meſopotamiæ recens ex Illyrico miſsi, enerues & timidi, pręſidium per eos traductus agentes, nocturnaſq; pauẽtes inſidias, ab aggeribus publicis ueſperi quando cuſtodiri magis oẽs tramites cõueniret, longius diſcedebãt. Hocq; obſeruato, eos uino oppreſſos & ſomno, uiginti milia fere Perſarum Sapore & Nohodare ductãtibus nullo proſpiciẽte trãſgreſſa, poſt tumulos celſos uicinos Amidæ occultabantur armata. Moxq; (ut dictũ eſt) cum abituri Samoſatam luce etiã tum dubia pergeremus, ab alta quadam ſpecula radiantium armorũ ſplendore præſtricti, hoſteiſq; adeſſe excitatius clamitãtes, ſigno dato quod ad prælium ſolet hortari, reſtitimus conglobati, nec fugam capeſſere, cum eſſent iam in contuitu qui ſectarentur, nec congredi cum hoſte equitatu & numero pręualente, metu indubitatæ mortis cautũ exiſtimantes. Deniq; ex ultima neceſsitate manibus iam cõſerendis, cum quid agi oporteat contaremur, occiduntur quidam noſtrorum temere procurſantes: & urgente utraq; parte, Antoninus ambitioſe prægrediens agmina, ab Vrſicino agnitus, & obiurgatorio ſono uocis increpitus, proditorq; & nefarius appellatus, ſublata tiara quam capiti ſummo ferebat honoris inſigne, diſsiluit equo: curuatiſq; membris humum uultu pene contingens, ſalutauit patronum appellans & dominum, manus poſt tergum connectens, quod apud Aſſyrios ſupplicis indicat formam: Et ignoſce mihi, inquit, ampliſsime comes, neceſsitate non uoluntate ad hæc quæ noui ſceleſta prolapſo. egêre me præcipitem flagitatores, ut noſti, quorum auaritiæ ne tua quidem excelſa illa fortuna propugnans

Culices Meſopotamiæ innumeri

Conſtantia oppidum

Amida

propugnās miſerijs meis potuit refragari. Simul hæc dicēs, è medio proſpectu abſceſſit non auerſus: ſed dum euaneſceret, uerecūde retrogradiens, & pectus oſtentās. quæ dum in curriculo ſemihoræ aguntur, poſtſignani noſtri qui tenebant editiora collis, exclamant, aliam cataphractorum multitudinem equitum ponè uiſam celeritate quā maxima propinquare. Atque ut in rebus ſolet afflictis, ambigētes cuinam deberet aut poſsit occurri, trudente pondere plebis immenſæ, paſsim quà cuiq; proximum uidebatur, diffundimur uniuerſi. Dumq; ſe quiſq; expedire diſcrimine magno conatur, ſparſim diſiecti hoſti concurſatori miſcemur. Itaq; ſpreta iam uiuēdi cupiditate fortiter decernentes, ad ripas pellimur Tigridis alte exciſas. Vnde quidam præcipites pulſi implicantibus armis hæſerunt, ubi uadoſus eſt amnis: alij lacunarum hauſti uertigine uorabantur: nonnulli cum hoſte congreſsi uario euentu certabant: quidam cuneorū denſitate perterriti, petebant proximos Tauri montis exceſſus. Inter quos dux ipſe agnitus, pugnatorumq; mole circūdatus, cum Aiadaltha tribuno, caloneq; uno, equi celeritate ereptus abſceſsit. Mihi dum auius ab itinere comitū quid agerē circūſpicio, Verennianus domeſticus protector occurrit femur ſagitta confixus: quam dum auellere obteſtante collega conarer, cinctus undiq; antecedentibus Perſis, ciuitatem petebam anhelo curſu rependo, ex eo latere quo inceſſebamur in arduo ſitam, unoq; aſcenſu perangusto meabilem, quem ſciſsis callibus molinæ ad calles artandas ædificatæ denſius conſtringebant. Hic mixti cum Perſis eodem ictu procurrētibus, ad ſuperiora nobiſcum, aduſq; ortum alterius ſolis immobiles ſtetimus, ita conferti, ut cæſorum cadauera multitudine fulta reperire ruendi ſpatium nuſquam poſſent: utq; miles ante me quidam diſcriminato capite, quod in æquas partes ictus gladij fiderat ualidiſsimus, in ſtipitis modum undiq; coartatus hæreret, & licet multiplicia tela per tormentorum omnia genera uolarēt è propugnaculis, hoc tamen periculo murorum nos propinquitas eximebat: tandemq; per poſticam ingreſſus, refertam inueni confluente ex finitimis uirili & muliebri ſexu. Nam & caſu illis ipſis diebus in ſuburbanis peregrina commercia circumacto anno ſolita celebrare multitudo conuenarum augebat agreſtium. Interea ſonitu uario cuncta miſcentur, partim amiſſos gementibus, alijs cū exitio ſaucijs, multis caritates diuerſas, quas præ anguſtijs uidere non poterant, inuocantibus. hanc ciuitatem olim perquam breuem, Cęſar etiam tum Conſtantius ut accolę ſuffugiū poſsint habere tutiſsimum, eo tempore quo Antoninupolim oppidum aliud ſtruxit, turribus circumdedit amplis & mœnibus: locatoq; ibi conditorio muralium tormētorum, fecit hoſtibus formidatam, ſuoq; nomine uoluit appellari. Et latere quidem auſtrali, geniculato Tigridis meatu ſubluitur propius emergentis. quà Euri opponitur flatibus Meſopotamiæ plana deſpectat. unde aquiloni obnoxia eſt, Nymphæo amni uicina, uerticibus Taurinis umbratur, gentes Tranſtigritanas dirimētibus & Armeniam. ſpiranti Zephyro controuerſa Gumathenam contingit, regionem uberem & cultu iuxta fœcundam: in qua uicus eſt Abarne nomine, ſoſpitalium aquarū lauacris calentibus notus. In ipſo autem Amidæ meditullio ſub arce fons diues exudat, potabilis quidem, ſed uaporatis æſtibus nonnunquam fœtens. Cuius oppidi præſidio erat ſemper quinta Parthica legio deſtinata, cum indigenarum turma non contemnenda. Sed tunc ingruentem Perſarum multitudinem ſex legiones raptim percurſis itineribus antegreſſæ, muris aſtitere firmiſsimis: Magnentiaci & Decentiaci, quos poſt conſummatos ciuiles procinctus, ut fallaces & turbidos, ad orientem uenire compulit imperator, ubi nihil præter bella timetur externa: Et triceſimani Decimiq; Fortenſes, & Superuentores atq; Præuentores cū Aeliano iam comite, quos tyrones tum etiā nouellos hortātememorato adhuc protectore erupiſſe Singara, Perſaſq; fuſos in ſomnū retulimus trucidaſſe complures. Aderat comitū quoq; ſagittariorum pars maior, equeſtres uidelicet turmæ ita cognominatæ, ubi merent omnes ingenui Barbari armorum uiriumq; firmitudine inter alios eminentes. Hæc dum primi impetus turbo conatibus agitat inſperatis, rex cum populo ſuo gentibuſq; quas ductabat, à Bebaſe loco itinere flexo dextrorſus, ut monuerat Antoninus, per Horren & Meiacarire & Charcha ut tranſiturus Amidam, cum prope caſtella Romana ueniſſet, quorū unum Reman, alterum Buſan appellatur, perfugarum indicio didicit multorum opes illuc tranſlatas ſeruari, ut in mu

Domeſticus protector

Antoninupolis

Sagitarij comites

ut in munimentis pręcelſis & fidis: additumq́ eſt ibi cum ſupellectili precioſa inueniri fœminam pulchram cum filia paruula, Craugaſii Niſibeni cuiuſdam uxorem, municipali ordine, genere, fama, potentiaq́ circunſpecti. Auiditate itaq́ rapiendi aliena ſeſtinans, petit impetu fidenti caſtella: unde ſubita animi conſternatione defenſores armorum uarietate præſtricti, cunctos prodidere qui ad præſidia confugerunt, & degredi iuſsis, cōfeſtim claues obtulere portarū: patefactisq́ aditibus, quicquid ibi congeſtum erat, eruitur: & productæ ſunt attonitæ ſonitu mulieres, & infantes matribus implicati, graues ærumnas inter initia tenerioris ætatis experti. Cumq́ rex percontando cuius nam coniunx eſſet, Craugaſii comperiſſet, uim in ſe metuentem prope uenire permiſit intrepidam, & uiſam opertamq́ abſq́ labra ipſa atro uelamine, certiore iam ſpe mariti recipiendi, & pudoris inuiolati manſuri benignius confirmauit. Audiens enim coniugem miro eius amore flagrare, hoc præmio Niſibenam ſe proditionem mercari poſſe arbitrabatur. Inuentas tamen alias quoque uirgines Chriſtiano ritu cultui diuino ſacratas, cuſtodiri intactas, & religioni ſeruire ſolito more nullo uetante præcepit: lenitudinem profecto in tempore ſimulans: ut omnes quos antehac diritate terrebat, ſponte ſua metu remoto uenirent, exemplis recētibus docti, humanitate eum & moribus iam placidis magnitudinem temperaſſe fortunæ.

AMMIANI MARCELLINI RERVM

GESTARVM LIBER DECIMVSNONVS

HOC miſeræ noſtrorum captiuitatis euentu rex lætus ſucceſſusq́ opperiēs ſimiles, egreſſus exinde paulatimq́ incedēs, Amidam die tertio uenit. Cumq́ primum aurora ſurgeret, uniuerſa quæ uideri poterant, armis ſtellantibus coruſcabant, ac ferreus equitatus campos oppleuit & colles. Inſidens autem equo, ante alios celſior ipſe præibat agminibus cunctis, aureum capitis arietini figmentum interſtinctum lapillis pro diademate geſtans, multiplici uertice dignitatum & gentium diuerſarum comitatu ſublimis. Satiſq́ eum conſtabat colloquio tenus defenſores mœnium tentaturum, aliorſum Antonini conſilio feſtinantem. Verum cæleſte numen ut Romanæ rei totius ærumnas intra unius regionis concluderet ambitum, adegerat in immenſum ſe extollentem, credentem'que quòd uiſo ſtatim obſeſsi omnes metu examinati ſupplices uenirent in preces. Portis obequitabat, comitante cohorte regali: qui dum ſe prope cōfidentius inſerit, ut etiam uultus eius poſsit aperte cognoſci, ſagittis miſsilibusq́ cæteris ob decora petitus inſignia corruiſſet, ni puluere iaculantium adimente conſpectum, parte indumenti tragulæ ictu diſciſſa, editurus poſtea ſtrages innumeras euaſiſſet. Hinc quaſi in ſacrilegos uiolati ſæuiēs templi, temeratumq́ tot regum & gentium dominum prædicans, eruendæ urbis apparatu niſibus magnis inſtabat: & orantibus potiſsimis ducibus, ne profuſus in iram à glorioſis deſciſceret cœptis, leniſsima eorum petitione placatus, poſtridie quoq́ ſuper deditione moneri decreuerat defenſores. Ideoq́ cum prima lux adueniſſet, rex Chionitarum Grumbates fidenter operam nauaturus tendebat ad mœnia cum manu promptiſsima ſtipatorum. quem ubi uenientem iam telo fortè contiguum contemplator peritiſsimus aduertiſſet, contorta baliſta filium eius primæ pubis adoleſcentem, lateri paterno hærētem thorace cum pectore perforato perfodit, proceritate & decore corporis æqualibus anteſtātem. Cuius occaſu in fugam dilapſi populares eius omnes, moxq́ ne raperetur ratione iuſta regreſsi, numeroſas gentes ad arma clamoribus diſſonis concitarunt: quarum concurſu ritu grādinis hincinde conuolantibus telis, atrox committitur pugna: & poſt interneciua certamina adusq́ finem diei protenta, cum iam noctis eſſet initium, per aceruos cæſorum & ſcaturigines ſanguinis ægre defenſum caligine tenebrarū extrahitur

corpus: ut apud Troiam quondã ſuper comite Theſſali ducis exanime acies Marte acerrimo cõflixerunt. quo funere regia mœſta & optimatibus uniuerſis cum parẽte ſubita clade perculſis, indicto iuſtitio iuuenis nobilitate commendabilis & dilectus, ritu nationis propriæ lugebatur. Itaq; ut armari ſolebat elatus in amplo quodam ſuggeſtu locatur & celſo: circaq; eum lectuli x. ſternuntur, figmenta uehentes hominum mortuorum, ita curate pollincta, ut & imagines eſſent corporibus ſimiles iam ſepultis. ac per dierum ſpacium ſeptem uiri quidem oẽs per contubernia & manipulos epulis indulgebant ſaltando & cantando triſtia quædã genera næniarum regium iuuenem lamentantes. Fœminæ uero miſerabili planctu in primæuo flore ſucciſam ſpem gentis ſolitis fletibus conclamabant, ut lachrymare cultrices Venereæ ſæpe ſpectantur in ſolennibus Adonidis ſacris, quod ſimulacrũ aliquod eſſe frugum adultarũ religiões myſticæ docent. Poſt incenſum corpus, oſſaq; in argenteã urnam contecta, quæ ad gentem humo mandanda portari ſtatuerat pater, agitata ſumma cõſiliorũ placuerat buſto urbis ſubuerſæ expiare perempti iuuenis manes: nec enim Grumbates inulta unici pignoris umbra ire ultra patiebatur. biduoq; ad otium dato, ac miſsis abunde qui pacis modo patẽtes agros pingues cultosq; uaſtarent, quinquies ordine multiplicato ſcutorum cingitur ciuitas: ac tertiæ principio lucis coruſci globi turmarũ impleuerunt cuncta, quę proſpectus humanus potuit undiq; contueri: & ſorte loca diuiſa clementi gradu incedentes ordines occuparunt. Perſæ omnes murorũ ambitus obſidebant. Pars quæ orientem ſpectabat, Chionitis euenit, quà funeſtus nobis ceciderat adoleſcens: Vertæ meridiano lateri ſunt deſtinati: tractũ ſeruabant ſeptentrionis Albani: occidentali portę oppoſiti ſunt Segeſtani, acerrimi omnium bellatores: cum quibus elata in arduum ſpecie elephantorum agmina, rugoſis horrenda corporibus leniter incedebant armatis onuſta, ultra omnem diritatem tetri ſpectaculi formidanda, ut retulimus ſępe. Cernentes populos tam indimẽſos, ad orbis Romanæ incendium diu quæſitos, in nõſtrum conuerſos exitium, ſalutis rata deſperatione glorioſos uitæ exitus deinde curabamus, iamq; omnibus nobis optatos. A ſole itaq; orto uſq; diei ultimũ acies immobiles ſtabant ut fixæ, nullo uariato ueſtigio, nec ſonitu uel equorum audito hinnitu: eademq; figura digreſsi qua uenerant, cibo recreati & ſomno, cum ſupereſſet exiguum noctis æneatorũ clangore ductante, urbem ut mox caſuram terribili corona cinxerũt. Vixq; ibi Grumbates haſtam infectã ſanguine, ritu patrio, noſtriq; more coniecerat fecialis, armis exercitus concrepans inuolat in muros: cõfeſtimq; lacrymabilis belli turba crudeſcit, rapido turmaliũ procurſu in procinctum alacritate omni tendentium, & contra acri intentaq; occurſatione noſtrorum. Proinde diffractis capitibus multos hoſtium ſcorpionum ictu moles ſaxeæ colliſerũt. alij traiecti ſagittis, pars confixi tragulis humũ corporibus obſternebãt uulnerati: alij ſocios fuga præcipiti repetebant. Nec minores in ciuitate luctus aut mortes, ſagittarum creberrima nube auras ſpiſſa multitudine obumbrante, tormentorũq; machinis, quæ direpta in Singara poſſederant Perſæ, uulnera inferentibus plura. nanq; uiribus collectis propugnatores, omiſſa uiciſsim certamina repetentes, in maximo defendendi ardore ſaucij pernicioſe cadebant, aut laniati uoluendo ſtantes proxime ſubuertebant, aut certe ſpicula membris infixa uiuentes adhuc uellendi peritos quæritabant. ita ſtrages ſtragibus implicitas, & ad extremum uſq; diei productas, ne ueſpertinę quidem hebetauerant tenebræ, ea re, quod obſtinatione utrinq; magna decernebãt. Agitatis itaq; ſub onere armorum uigilijs, reſultabant altrinſecus exortis clamoribus colles: noſtris uirtutes Cõſtantij Cæſaris extollentibus, ut domini rerum & mundi: Perſis Saporem & Achemenem appellantibus & Artaxerxen, quod regibus imperans, & bellorum uictor interpretatur. Ac priuſq; lux occiperet, ſigno per lituos dato, ad feruorẽ ſimilium præliorum excitæ undiq; inæſtimabiles copiæ in modum alitum ferebantur: unde longe & late proſpici poterat, campis & conuallibus nihil præter arma micantia ferarum gentium demõſtrantibus. Moxq; clamore ſublato, cunctis temere prorumpentibus, telorum uis ingens uolabat è muris: utq; opinari dabatur, nulla fruſtra mittebantur inter hominum cadentia denſitatem. Tot enim nos circũſtantibus malis, non obtinendæ cauſa ſalutis, ut dixi, ſed fortiter moriendi ſtudio flagrabamus. & à diei principio aduſq; lucem obſcuram neu-

trubi

trubi prælio inclinato, ferocius ꝙ conſultius pugnabatur. Exurgebant enim terrentium clamores, ut præ alacritate conſiſtere ſine uulnere quiſquam uix poſsit. Tandemq; nox finem cædibus fecit, & ſatias ærumnarum inducias partibus dederat longiores. Vbi enim quieſcendi nobis tempus eſt datum, exiguas quæ ſupererant uires, continuus cum inſomnia labor abſumpſit, ſanguine & pallente expirãtium facie perterrente, quibus ne ſuprema quidem humandi ſolatia tribui ſinebant anguſtiæ ſpatiorum, intra ciuitatis ambitũ non nimium amplæ legionibus ſeptem & promiſcua aduenarũ ciuiumq; ſexus utriuſq; plebe, & militibus alijs paucis aduſq; numerum milium XX. concitis incluſis. Medebatur ergo ſuis quiſq; uulneribus pro poſsibilitate, uel curantium copia. cũ quidam grauiter ſaucij cruore exhauſto ſpiritus reluctantes efflarent: alij confoſsi mucronibus proſtrati, animis in uentũ ſolutis proijciebantur extincti: aliquorum foratis undiq; mẽbris mederi periti uetabant, ne offenſionibus caſsis animæ uexarentur adflictæ: nonnulli uellendis ſagittis in ancipiti curatione grauiora morte ſupplicia perferebant. Dum apud Amidam hac partium deſtinatione pugnatur, Vrſicinus mœrens quòd ex alterius pendebat arbitrio autoritatis, tunc in regendo milite potiorem Sabinianũ etiam tum ſepulchris hærentem crebro monebat, ut compoſitis uelitaribus cunctis, per imos pedes montium occultis itineribus properarent: quo leuium armorum auxilio ſi qua fors iuuiſſet, ſtationibus interceptis, nocturnas hoſtiũ adgrederentur excubias, quæ ingenti circuitu uallauerãt muros, aut laceſsitionib. crebris occuparent obſidioni fortiter adhærentes. quibus Sabinianus renitebatur ut noxijs, palàm quidem literas imperiales prætendens, intactoubiq; milite, quicquid geri potuiſſet, impleri debere aperte iubentes. clam uero corde altiſsimo retinens ſæpe in comitatu ſibi mandatum, ut anſam omnem adipiſcendæ laudis deceſſori ſuo ardenti ſtudio gloriæ circunciderct, etiam ex repub. proceſſuram. adeo uel cum exitio prouinciarũ feſtinabatur, ne bellicoſus homo memorabilis alicuius facinoris autor nuntiaretur aut ſocius. Ideoq; his attonitus malis, exploratores ad nos ſæpe mittendo, licet ob cuſtodias artas nullus facile oppidum poterat introire: & utilia agitando complura, nihil proficiens, uiſebatur ut leo magnitudine corporis & toruitate terribilis, incluſos intra retia catulos periculo ereptum ire non audens, unguibus ademptis & dentibus. Sed in ciuitate, ubi ſparſorum per uias cadauerunm multitudo humandi officia ſuperaret, peſtilentia tot malis acceſsit, uerminantium corporum lue tabifica, uaporatis æſtibus, uarioq; plebis languore nutrita. quæ genera morborũ unde oriri ſolent, breuiter explicabo. Nimietatem frigoris aut caloris, uel humoris uel ſiccitatis, peſtilentias gignere philoſophi & illuſtres medici tradiderunt. Vnde accolentes loca paluſtria uel humecta, tuſſes, ioculares caſus & ſimilia perferunt: contrà confines caloribus, tepore febrium areſcunt. ſed quanto ignis materies cæteris efficacior, tanto ad perimendum celerior ſiccitas. Hinc cum decennali bello Græcia deſudaret, ne peregrinus pœnas diſſociati regalis matrimonij lucraretur, huiuſmodi graſſata pernicie telis Apollinis periere cõplures, qui ſol æſtimatur: atq;, ut Thucydides exponit, clades illa quæ in Peloponneſiaci belli principijs Athenienſes acerbo genere morbi uexauit, abuſq; feruenti Aethiopiæ plaga paulatim proſerpẽs, Atticam occupauit. Alijs placet, auras, ut ſolent aquæ, uitiatas fœtore cadauerũ, uel ſimilibus, ſalubritatis uiolare maximam partẽ: uel certe aeris permutationẽ ſubitam, ægritudines parere leuiores. Adfirmant etiam aliqui terrarum halitu denſiore craſſatum aera, emittendis corporis ſpiraminibus reſiſtentẽ necare nonnullos: qua cauſa animalia præter homines cætera iugiter prona, Homero autore, & experimentis deinceps multis, cum talis inceſſerit labes, ante nouimus interire. & prima ſpecies luis Pandemus appellatur, quæ efficit in aridioribus locis agentes caloribus crebris interpellari: ſecunda Epidemus, quo tẽpore ingruens aciem hebetat luminũ, & cõcitat periculoſos humores: tertia Lœmodes, quæ itidem tẽporaria eſt, ſed uolucri uelocitate letabilis. Hac exitiali peſte quaſſati, paucis intẽperanti æſtu cõſumptis, quos multitudo angebat, tandem nocte quæ diem conſequuta eſt decimum, exiguis imbribus diſiecto concreto ſpiritu & craſſato, ſoſpitas retenta eſt corporum firma. Verum inter hæc inquies Perſa uimineis ciuitatẽ pluteis circundabat, & erigi aggeres cœpti: turreſq; fabricabant frontibus ferratis excelſę, quarũ faſtigijs baliſtæ loca

Literæ imperiales

Origo peſtilentiæ unde

tæ ſunt ſingulis, ut à propugnaculis propellerent defenſores, leuia tamen per funditores & ſagittarios prælia ne puncto quidem ceſſabant. Erant nobiſcum duæ legiones Magnentiæ recens è Gallis ductæ (ut prædiximus) uirorum fortium & pernicium, ad planarios conflictus aptorum: ad eas uero belli artes quibus ſtringebamur, non modo inhabiles, ſed contrà nimij turbatores. qui cum neq; machinis, neq; in operum conſtructione iuuarent aliquem, ſtolidius erumpentes dimicantesq; fidentiſsime minuto numero reuertebant, tantum proficientes, quantum in publico (ut aiunt) incendio aqua unius hominis manu adgeſta. Poſtremo obſeratis portis, precantibusq; tribunis egredi nequeuntes frendebant ut beſtiæ. Verum ſequutis diebus efficacia eorum eminuit, ut docebimus. In ſummoto loco partis meridianæ murorum, quæ deſpectat fluuium Tigrim, turris fuit in ſublimitatem exurgens, ſub qua hiabant rupes abſciſæ, ut deſpici ſine uertigine horrenda non poſſent: unde cauatis fornicibus ſubterraneis per radices montis ſcalæ aduſq; ciuitatis ducebant planiciem, quo ex amnis alueo haurirentur aquæ furtim, ut in omnibus per eas regiones munimentis quæ contingunt flumina uidimus, affabre politæ. per has tenebras ob dirupta neglectas, oppidano transfuga quodam ductante, qui ad diuerſam partem deſciuerat, LXX. ſagittarij Perſæ ex agmine regio, arte fiduciaq; præſtantes, ſilentio ſummoti loci defenſi, ſubito ſinguli nocte media ad contignationem turris tertiā aſcenderunt. ibiq; occultati, mane ſago punici coloris elato, quod erat ſubeundæ indicium pugnæ, cum ex omni parte circumueniri urbem ſuis copijs inundātibus aduertiſſent, exinanitis proiectisq; ante pedes pharetris, clamoſis ululatibus incendio tela ſumma peritia diſpergebant. Moxq; acies omnes denſæ petebant multo infeſtius quàm antea ciuitatem. Inter incertos nos & ancipites quibus occurri deberet, inſtātibus ſupra, an multitudini tranſcenſu ſcalarum iam propugnacula ipſa prenſanti, diuiditur opera: & translatæ leuiores quinq; baliſtæ contra turrim locantur. quæ ocyus lignea tela, fundentes, nōnunquam binos forabant: è quibus pars grauiter uulnerati ruebant: alij machinarum metu ſtridentium præcipites acti, laniatis corporibus interibant. Quibus hac celeritate confectis, relatisq; ad loca ſueta tormentis, paulo ſecurius mœnia omnium concurſu defendebantur. Et quoniam augebat curas militum ſceleſtum facinus perfugæ, quaſi decurrentes in planum, ita iaculantes diuerſa miſsilia lacertis fortibus incumbebant, ut Vertæ in meridiem degentes uulnerum acri repulſa diſiecti lachrymantes complurium mortes tentoria repeterent metu. Adſpirauit auram quandam ſalutis fortuna, innoxio die cum hoſtili clade emenſo: cuius reliquo tempore ad quietem reficiendis corporibus dato, poſteræ lucis initio ex arce innumeram cernimus plebem, quæ Ziata capto caſtello ad hoſticum ducebatur: ad quem locum ut capaciſsimum & munitum, ſpatio quippe X. ſtadiorum ambitur, promiſcua confugerat multitudo. Nam etiam alia munimenta ījſdem diebus capta ſunt & incenſa, unde hominum milia extracta complura ſeruituti ſequebantur: inter quos multi ſenecta infirmi, & mulieres iam grandæuæ cum ex uarijs deficerent cauſis, itineris longinquitate offenſæ, abiecta uiuendi cupiditate, ſuris uel ſuffraginibus relinquebantur exectis. Has miſerabiles turmas Galli milites contuentes, rationabili quidem ſed intempeſtiuo motu, conſerendæ cum hoſtibus manus copiam ſibi dari poſcebant, mortem tribunis uetantibus primisq; ordinibus minitantes, ſi deinceps prohiberent. utq; dentatæ in caueis beſtiæ, tetro pedore acerbius efferatæ, euadendi ſpe repagulis uerſabilibus illiduntur: ita gladijs portas cædebant, quas ſuprà diximus obſeratas, admodum anxij ne urbe exciſa ipſi quoq; ſine ullo ſpecioſo facinore deleantur, aut exuta periculis nihil egiſſe operæpretium pro magnanimitate Gallica memorentur: licet antea ſæpe egreſsi, ſtructoresq; aggerum confoſsis quibuſdam impedire conati, paria pertulerunt. Inopes nos conſilij, & quid opponi deberet ſæuientibus ambigentes, id potiſsimum ægre ījſdem adſentientibus tanden elegimus, ut quoniam ultra ferri non poterant, pauliſper morati cuſtodias aggredi permitterentur hoſtiles, quæ non procul erant à coniectu locatæ telorum, ut eis perruptis pergerent prorſus. apparebat enim eos ſi impetraſſent, ſtrages maximas editurus. Quæ dum parantur, per uaria certaminum genera defenſabantur acriter muri, laboribus, & uigilijs, & tormentis ad mittenda undiq; ſaxa telaq; diſpoſitis. duo tamen

Planarij conflictus

Coniectus telorum

aggeres celſi Perſarum peditum manu erecti, & expugnatio ciuitatis ſtruebatur operibus lentis. contra quos noſtrorum quoq; impenſiore cura moles excitabantur altiſsimæ, faſtigio aduerſæ celſitudinis æquatæ, propugnatorum uel nimia pondera duraturæ. Inter hæc Galli morarum impatientes, ſecuribus gladijsq; ſuccincti, patefacta ſunt egreſsi poſtica, obſeruata nocte ſqualida & interluni, orantes cæleſte præſidium ut propitium adeſſet & libens, atq; ipſum ſpiritum reprimentes. Cum prope ueniſſent conferti ualido curſu quibuſdam ſtationarijs interfectis, exteriores caſtrorum uigiles, ut in nullo tali metu ſopitos obtruncantes, ſuperuenire ipſi regi, ſi proſperior illuxiſſet euentus, occulte meditabantur. Verum audito ruentium ſonitu gemituq; cæſorum diſcuſſo ſomno, excitatis multis, & ad arma pro ſe quoq; clamitante, ſteterunt milites ueſtigijs fixis, progredi ultra non auſi: nec enim cautũ deinde, expergefactis quos petebant inſidiæ, in apertum properare diſcrimen. Cum iam undiq; frendentium cateruæ Perſarum in prælia uenirent accenſæ, contra Galli corporum robore audaciaq; quoad poterant inconcuſsis, gladijs ſecantes aduerſos, parte ſuorum ſtrata uel ſagittarum undiq; uolantium crebritate confixa, cum unum in locum totam periculi molem conuerſam, & currentium hoſtium agmina aduertiſſent, nullo terga uertente euadere feſtinabant: & uelut repedantes ſub modulis ſenſim extra uallum protruſi, cum manipulos confertius inuadentes ſuſtinere non poſſent, tubarum perciti clangore caſtrenſium diſcedebant: & reſultantibus è ciuitate lituis multis portæ panduntur receptur ę noſtros, ſi peruenire illuc uſq; ualuiſſent: tormentorumq; machinæ ſtridebant ſine iaculatione ulla telorum, ut ſtationibus præſidentes, poſt interemptos ſocios pone agerētur, ignari urbis oppoſiti mœnibus nudatis ut uiri fortes ſuſciperent innoxij. Hacq; arte Galli portam prope confinia lucis introiere minuto numero, quidam pernicioſe, pars leuiter uulnerati, quadringentis ea nocte deſideratis: qui non Rheſum nec cubitantes pro muris Iliacis Thracas, ſed Perſarum regem armatorum C. milibus circunſeptum, ni obſtitiſſet uiolentior caſus, in ipſis tentorijs obtruncarant. horum campiductoribus ut fortium factorum anteſignanis poſt ciuitatis excidium armatas ſtatuas apud Aedeſſam in regione celebri locari iuſſerat imperator, quæ ad præſens ſeruantur intactæ. Retectis ſequenti luce funeribus, cum inter cæſorum cadauera optimates inuenirentur & ſatrapæ, clamores diſſoni fortunam aliam alibi cum lachrymis indicabant, luctus ubiq; & indignatio regum audiebatur, arbitrantiũ per ſtationes muris obiectas irrupiſſe Romanos: inducijsq; ob hoc tridui datis adſenſu communi, nos quoq; ſpatium ad reſpirandũ accepimus. Perculſæ deinde nouitate rei efferatæq; gentes, omiſſa omni cunctatione, operibus quoniam uis minime procedebat decernere iam cenſebant: & concito extremo belli ardore omnes oppetere glorioſe iam properabant, aut ruina urbis animis litare cæſorum. iamq; apparatu cunctorum alacritate perfecto, exiliente lucifero, operum uariæ ſpecies cum turribus ferratis admouebantur: quorum in uerticibus celſis aptatæ baliſtæ propugnatores agitantes humilius diſiectabant, & albeſcente iam die ferrea munimenta membrorum cælum omne ſubtexerunt: denſatæq; acies non inordinatim ut antea, ſed tubarum ſonitu leni ductante nullis procurſantibus incedebant, machinarum opertæ tegminibus, crateſq; uimineas prætendentes. Cumq; propinquantes ad coniectum uenere telorum, oppoſitis ſcutis Perſæ pedites ſagittas tormentis excuſſas è muris ægrius euitantes laxarunt aciem: nulloq; pene iaculi genere inuanum cadente, etiam cataphracti hebetati & cedentes animos auxere noſtrorum. Tamen quia hoſtiles baliſtę ferratis impoſitæ turribus, in humiliora ex ſupernis ualentes, ut loco diſpari, ita euẽtu diſsimili noſtra multo cruore fœdabant, ingruente iam ueſpera cum requieſcerent partes, noctis ſpacium maius conſumptum eſt, ut excogitari poſsit, quid exitio ita atroci obiectaretur. & tandem multa uerſantibus ſedit nobis conſilium, quod tutius celeritas fecit, quatuor ijſdem baliſtis ſcorpiones opponi. qui dum tranſlati è regione caute, quod artis eſt difficillimæ, collocantur, lux nobis aduenit mœſtiſsima, Perſarum manipulos formidatos oſtentans, adiectis elephantorum agminibus, quorum ſtridore immanitateq; corporum, nihil humanæ mentes terribilius cernunt. Cumq; omni ex latere armorum & operum beluarumq; molibus urgeremur, per ſcorpionũ ferreas fundas è propugnaculis ſub-

Galli moræ impatientes

Stridor elephantorum

Y 2 inde

inde rotundi lapides acti, diſſolutis turrium coagmentis, baliſtas earumq́; tortores ita ſudere præcipites, ut quidam citra uulnerũ noxas, alij obtriti magnitudine ponderum interirent: elephantis ui magna propulſis, quos flammis coniectis undiq; circunnexos, iam corporibus tactis, gradientesq́; retrorſus, retinere magiſtri non poterant: poſtq́; exuſtis operibus nulla quies certaminib. data. rex enim ipſe Perſarum, qui nunquam adeſſe certaminibus cogitur, his turbinum infortunijs percitus, nouo & nuſquam antea cognito more præliatoris militis ritu proſiluit in conſertos: & quia conſpectior tegentium multitudine procul ſpeculantibus uiſebatur, petitus crebritate telorum multis ſtipatoribus ſtratis abſceſsit, alternans regibiles acies: & ad extremum diei, nec morientium truci uiſo, nec uulnerum territus, tandem tempus exiguum tribui quieti permiſit. Verum nocte prælia dirimẽte, ſomno per breue otium capto, niteſcente iam luce ad potiunda ſperata ira & dolore exundans, nec fas ullum præ oculis habiturus, gentes in nos excitabat. Cumq́; crematis operibus, ut docueram, pugna per aggeres celſos muris proximos tẽtaretur, ex aggeſtis erectis intrinſecus, quantum facere nitiq́; poterant, noſtri æquis uiribus per ardua reſiſtebant. & diu cruentum prælium ſtetit, nec metu mortis quiſquam ex aliqua parte à ſtudio propugnandi remouebatur. eoq́; producta contentione, cum ſors partium euentu regeretur indeclinabili, diu laborata moles illa noſtrorum uelut terræ quodam tremore quaſſata procubuit: & tanq́; itinerario aggere uel ſuperpoſito ponte cõplanatum ſpatium, quod inter murum congeſtamq́; forinſecus ſtruem hiabat, patefecit hoſtibus tranſitum, nullis obijcibus impeditum: & pars pleraq́; militum deiectorum oppreſſa uel debilitata ceſſabat. Concurſum eſt tamen undiq; ad propulſationem periculi tam abrupti: & feſtinandi ſtudio, alijs irretientibus alios, audacia hoſtium ipſo ſucceſſu creſcebat. Accitis igitur regis imperio prædatoribus uniuerſis, ſtrictoq́; cominus ferro, cum ſanguis utrobiq; immenſis cædibus funderetur, repletæ ſunt corporibus foſſæ, latiorq́; uia inde pandebatur: & concurſu copiarum ardentium ciuitate oppleta, cum omnis defendendi uel fugiendi ſpes eſſet abſciſa, pecorum ritu armati & imbelles ſine ſexus diſcrimine truncabantur. Itaq́; ueſpera tenebrante, cum adhuc licet iniqua reluctante fortuna, multitudo noſtrorum manu conſerta diſtringeretur, in abſtruſa quadam parte oppidi cum duobus alijs latens obſcuræ pręſidio noctis, poſtica per quam nihil ſeruabatur euado: & ſqualentum peritia locorum, comitumq́; adiutus celeritate, ad decimũ lapidem tandem perueni: in qua ſtatione lenius recreati, cum ire protinus pergeremus, & incedendi nimietate iam ſuperarer ut inſuetus ingenuus, offendi dirum aſpectu, ſed fatigato mihi laſsitudine graui leuamen impendio tempeſtiuum. Fugaci equo nudo & infreni calonum quidam ſedens, ne labi poſsit, ex more habenam qua ductabatur ſiniſtra manu artius illigauit: moxq́; decuſſus uinculi nodum abrumpere nequiens, per auia ſaltusq́; membratim diſcerptus, iumentum exhauſtum curſu, pondere cadaueris detinebat: cuius dorſualis comprehenſi ſeruitio uſus in tempore, cum ijſdem ſocijs ad fontes ſulphureos aquarum ſuapte natura calentium ægre perueni. Et quia per ęſtum arida ſiti reptãtes aquam diu quæritando, profundum penè uidimus puteum, & neq; deſcendendi pro altitudine nec reſtium aderat copia, neceſsitate docente poſtrema indumenta lintea quibus tegebamur, in oblongos diſcidimus pannulos: unde explicato fune ingenti, centonem quem ſub galea unus ferebat è noſtris, ultimæ aptauimus ſummitati: qui per funem cõiectus aquaſq́; hauriens ad peniculi modum, facile ſitim quà hauriebamur extinxit. unde citi ferebamur ad flumen Euphraten, ulteriorem ripam petituri per nauem, quam transfretandi cauſa iumenta & homines in eo tractu diuturna conſuetudo locarat. Ecce autem Romanum agmen cum equeſtribus ſignis diſiectum eminus cernimus, quod perſequebatur multitudo Perſarum, incertum unde impetu tam repentino terga uiantum aggreſſa. Quo exemplo terrigenas illos non finibus terræ emerſos, ſed exuberanti pernicitate credimus natos: qui quoniam inopini per uaria uiſebantur, Sparti uocitati, humo exiluiſſe, uetuſtate ut cætera fabuloſius extollente, ſunt æſtimati. Hoc malo conciti, cum omne iam eſſet in celeritate ſalutis præſidium, per dumeta & ſyluas montes petimus celſiores: exindeq́; Melitinam minoris Armeniæ oppidum uenimus: nos repertum ducem comitati iam profecturum,

Terrigenæ unde

Antiochiam

Antiochiã reuiſimus. Interea Sapor & Perſæ quia tendere iam introrſus autumno præcipiti hœdorũq; ſidere exorto prohibebantur, captiuos agentes & prædas remeare cogitabant ad ſua. Inter hæc tamen funera direptionesq; ciuitatis exciſæ, Aeliano comite & tribunis, quorum efficacia diu defenſa ſunt mœnia ſtragesq; multiplicatæ Perſarum, patibulis ſcelefte ſuffixis, Iacobus & Ceſius numerarij apparitionis magiſtri equitum, alijq; protectores poſt terga uinctis manibus ducebantur: Tranſtigritanis, qui ſolicita quærebantur induſtria, nullo infimi ſummiq; diſcrimine ad unum omnibus con truncatis. Vxor uero Craugaſii, quæ retinens pudorem inuiolatum ut matronã nobilis colebatur, mœrebat uelut orbem alium ſine marito uiſura, quanquam ſperabat documentis præſentibus altiora. In rem itaq; conſulens ſuam, & accidentia longe ante proſpiciens, anxietate bifaria ſtringebatur, uiduitatem deteſtans, & nuptias. ideo familiarem ſuum per quàm fidum, regionumq; Meſopotamiæ gnarum, per Zagrum montem inter caſtella præſidiaria duo Miride & Lorne, introiturum Niſibin occulte dimiſit, mandatis arcaniſq; uitæ ſecretioris maritum exorans, ut auditis quæ contigerint, ueniret ſecum beate uicturus. quibus contentus expeditus uiator, per ſaltuoſos tramites & frutecta Niſibin paſsibus citis ingreſſus, cauſatusq; ſe domina nuſquam uiſa, & forſitan interempta, data euadendi copia caſtris hoſtilibus abſceſsiſſe, & ideo ut uilis neglectus docet Craugaſium geſta: moxq; accepta fide, quod ſi tuto licuerit, ſequetur coniugem, libens eualit exoptatum mulieri nuntium ferens. quæ hoc cognito, per Saporem ducem ſupplicauerat regi, ut ſi daretur facultas antequam Romanis excederet finibus, in poteſtatem ſuam iuberet propitius maritum adſciſci. Præter ſpem itaq; omnium digreſſo aduena repentino, qui poſtliminio reuerſus ſtatim ſine ullius euanuit conſcientia, perculſus ſuſpitione dux Caſsianus, præſidentesq; ibi proceres alij, minitantes ultima Craugaſium inceſſebant, non ſine eius uoluntate uel ueniſſe, uel abijſſe hominem clamitantes. Qui uero proditoris metuens crimen, impendioq; ſolicitus, ne tranſitione perfugæ uxor eius ſupereſſe doceretur, & tractari pijſsime, per ſimulationem matrimoniũ alterius ſplendidæ uirginis adfectauit: & uelut paraturus neceſſaria conuiuio nuptiali, egreſſus ad uillam octauo lapide ab urbe diſtantem, concito curſu ad Perſarũ uaſtatorium globum quem didicerat aduentare, confugit: ſuſceptusq; auenter, qui eſſet ex his cognitus quæ loquebatur, Sapori poſt diem traditur quintũ, perq; eum regi, ablatis opibus & neceſsitudine omni recuperata cum coniuge, quam paucos per menſes amiſerat, ſecundi loci poſt Antoninum, ut ait Poeta præclarus, longo proximus interuallo. Ille enim ingenio & uſu rerum diuturno firmatus, conſilijs ualidis ſufficiebat in cuncta quæ conabatur: hic natura ſimplicior, nominis tamen itidem peruulgati. Et hæc quidem haud diu poſtea contigerunt. Rex uero licet ſecuritatem referens uultu, exultansq; ſpecie tenus urbis excidio uidebatur, profundo tamen animo grauiter æſtuabat, reputans in obſidionalibus malis ſæpe luctuoſas ſe pertuliſſe iacturas, multoq; ampliores ſe ipſum populos perdidiſſe, quàm è noſtris ceperat uiuos, uel certe per diuerſas fuderat pugnas: ut apud Niſibin aliquoties euenit, et Singara: pariq; modo cum LXX. tresq; dies Amidam multitudine circũſediſſet armatorum, XXX. milia perdidit bellatorum, quę paulo poſtea per Diſcenem tribunum & notarium numerata ſunt hac diſcretione facilius, quod noſtrorũ cadauera mox cæſorum fatiſcunt & defluunt: adeo ut nullius mortui facies poſt quatriduum agnoſcatur. Interfectorum uero Perſarum inareſcunt in modum ſtipitum corpora, ut nec liquentibus membris, nec ſanie perfuſa madeſcant: quod uita parcior facit, & ubi naſcuntur exuſtæ caloribus terræ. Dum hæc per uarios turbines in orientis extimo feſtinantur, difficultatem aduentantis inopiæ frumentorum urbs uerebatur Aeterna: uiq; minaciſsimæ plebis, famem ultimum malorum omnium expectantis, ſubinde Tertullus uexabatur ea tempeſtate præfectus irrationabiliter planè: nec enim per eum ſteterat, quo minus tempore congruo alimenta nauibus ueherentur, quas maris caſus aſperioris ſolito, uentorumq; procellæ reflantium, delatas in proximos ſinus introire portum Auguſti diſcriminum magnitudine perterrebant. Quo circa idem ſæpe præfectus ſeditionibus agitatus, ac plebe iam ſæuiente immanius, quam urebat impendens exitium, ab omni ſpe tuendæ ſalutis excluſus, ut exiſtimabat, tumultuãti acriter populo, ſed accidentia con

 ſiderare

ſiderare ſueto prudēter, obiecit paruulos filios: & lachrymans, en, inquit, ciues ueſtri, procul omen dij cæleſtes auertant, eadem perlaturi uobiſcum, ni fortuna adfulſerit lætior. Si itaq; his abolitis, nihil triſte accidere poſſe exiſtimatis, præſto in poteſtate ſum ueſtra. Qua miſeratione uulgus ad clementiam ſuapte natura procliue lenitum conticuit, æquanimiter uenturam operiens ſortem. Moxq; diuini arbitrio numinis, quod auxit ab incunabulis Romam, perpetuamq; fore reſpondit, dum Tertullus apud oſtia in æde ſacrificat Caſtorum, tranquillitas mare molliuit: mutatoq; in auſtrum placidum uento, uelificatione plena portum naues ingreſſæ, frumentis horrea referſerunt. Inter hæc ita ambiguum Conſtantium Sirmij etiam tum hyberna quiete curantem permouebant nuntij metuendi & graues, indicantes id quod tunc magnopere formidabat, Limigātes Sarmatas quos expuliſſe paternis auitisq; ſedibus dominos ſuos ante monſtrauimus, paulatim poſthabitis locis, quę eis anno præterito utiliter ſunt deſtinata, ne ut ſunt uerſabiles aliquid molirentur, regiones confines limitibus occupaſſe: uagariq; licentius genuino more, ni pellerentur omnia turbaturos. quæ ſuperbius incitanda propediem imperator dilato negotio credens, coacta undiq; multitudine militis ad bella promptiſsimi, nec dum adulto uere ad procinctum egreſſus eſt, gemina conſideratione alacrior: quòd expletus prædarum opimitate exercitus, æſtate nuper emenſa, ſimili in ſpe fidenter in effectus animabatur proſperos: quodq; Anatolio regēte tunc per Illyricum præfecturam, neceſſaria cuncta uel ante tempus coacta ſine ullius diſpendijs adfluebant. nec enim diſpoſitionibus unquam alterius præfecturæ (ut inter omnes conſtat) ad præſens Arctoæ prouinciæ bonis omnibus floruerunt, correctione titubantium beneuola & ſolerti, uehiculariæ rei iacturis ingentibus, quæ clauſere domus innumeras, & cenſuali profeſsione ſpecioſa fiducia releuatæ: indemneſq; deinde & innoxij earum incolæ partium querelarum ſopitis materijs uiuerent, ni poſtea exquiſitorum deteſtanda nomina titulorum, per offerētes ſuſcipienteſq; crimino ſe in maius exaggerata, his propagari ſibi nitentibus poteſtates, illis attenuatis omniū opibus ſe fore ſperantibus tutos, aduſq; proſcriptiones miſerorumq; ſuſpendia peruenerunt. Rem igitur emendaturus urgentem, profectus cum inſtrumentis ambitioſus imperator, ut dictum eſt, Valeriam uenit partem quondam Pannoniæ, ſed ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ, & inſtitutam & ita cognominatam: ſub pellibuſq; exercitu diffuſo, per Iſtri fluminis margines barbaros obſeruabat, ante aduentū ſuum amicitiæ uelamēto Pannoniam furtim uaſtandam inuadere hyemis duriſsimo cogitātes, cum necdum ſolutæ uernis caloribus niues amnem undiq; peruium faciunt, noſtriq; pruinis ſubdiuales moras difficile tolerabant. Confeſtim itaq; miſsis ad Limigantes duobus tribunis cū interpretibus ſingulis, explorabat modeſtius percontando, quam obrem relictis laribus poſt pacem & fœdera petentibus attributis ita palarentur uarij, limiteſq; contra interdicta pulſarent. qui uana quædam cauſantes & irrita pauore adigente mentiri, principem exorabant ueniam obſecrantes, ut ſimultate abolita, tranſmiſſo flumine ad eum uenire permitterentur, docturi quæ ſuſtinerent incommoda: paratiq; intra ſpatia orbis Romani, ſi id placuerit, terras ſuſcipere longe diſcretas, ut diuturno otio inuoluti, & Quietem colentes tanquam ſalutarem deam, tributariorum onera ſubirent & nomē. His poſt reditum tribunorum compertis, imperator exultans, ut negotio quod rebatur inexplicabile ſine ullo puluere cōſummando, cunctos admiſit, cupiditate plus habendi incenſus: quam adulatorū cohors augebat, id ſine modo ſtrepentium, quòd externis ſopitis, & ubiq; pace cōpoſita, proletarios lucrabitur plures, & tyrocinia cogere poterit ualidiſsima: aurum quippe gratanter prouinciales corporibus dabunt, quę ſpes rem Romanam aliquoties adgrauauit. Proinde uallo prope Acunincum locato, celſoq; aggere in ſpeciem tribunalis erecto, naues uehentes quoſdam legionarios expeditos, alueum fluminis proximū ripis obſeruare ſunt iuſſæ, cum Innocentio quodam agrimenſore huius autore conſilij, ut ſi barbaros tumultuare ſenſiſſent, alioſum intentos poſt terga peruaderent. Improuiſiq; Limigantes licet properari ſentirent, nihil tamen præceps fingentes ſtabant incurui, longe alia quàm quæ geſtu præferebant & uerbis altis mentibus perpenſantes. Viſoq; imperatore ex alto ſuggeſtu iam ſermonem parante leniſsimum, meditanteq; adloqui uelut morigeros iam futuros

Res uehicularia

Profeſsio cenſualis

Valeria pars Pānoniæ unde.

ſuturos, quidam ex illis furore percitus truci, calceo ſuo in tribunal contórto, marha marha, quod eſt ſignum apud eos bellicum, exclamauit. cumq́ſecuta incondita multitudo uexillo elato repente barbarico, ululans ferum im ipſum principem ferebatur. Qui cum ex alto deſpiciens plena omnia diſcurrentis turbæ cum miſsilibus uidiſſet, re ctiſq́ gladijs & uerutis iam propinquã perniciem, externis mixtus & ſuis, ignotusq́ dux eſſet an miles, quia neq́ cunctandi aderat tempus neq́ ceſſandi, equo ueloci impoſitus curſu effuſo euaſit. ſtipatores tamen pauci, dum ignis more inundantes conabantur arcere, interierunt, ponderibus ſuperruentium ſolis adflicti: ſellaq́ regalis cum aureo puluinari, nullo uetante direpta eſt. Mox autem audito quòd ultimum penè tractus in exitium in abrupto ſtaret adhuc imperator, antiquiſsimum omnium exercitus ratus eum iuuare (nondum enim exemptum periculis exiſtimauit) ſalutis faſtu fidentior, licet ob procurſionem ſubitam ſemitectus, ſonorum & Martium frendens, barbarorum mori obſtinatorum cateruis ſemet immerſit. Et quia uirtute dedecus purgatura ardens copia noſtrorum erupit, iras in hoſtem perfidum parans, obuia quæq́ obtruncabat ſine parſimonia uiuos cõculcans & ſemineces ac peremptos: & ante quàm exatiaret cædibus barbaricis manus, acerui conſtipati ſunt mortuorum. Vrgebantur enim rebelles, alijs trucidatis, alijs terrore diſiectis: quorum pars ſpem uitæ caſsis precibus uſurpando, multiplicatis ictibus cædebantur. poſtq́ deletos omnes, receptum canentibus lituis, noſtri quoq́ licet rari uidebantur exanimes, quos impetus conculcauerat uehemens, aut furori reſiſtentes hoſtili, lateraq́ nudantes intecta, ordo fatalis abſumpſit. Mors tamen eminuit inter alios Cellæ Scutariorum tribuni, qui inter confligendi exordia primum omniũ in medios Sarmatarum globos ſe immiſit. poſt quæ tam ſæua, digeſtis pro ſecuritate, quæ limitum rationes monebant urgentes, Conſtantius Sirmium redit, ferens de hoſte fallaci uindictam: & maturatis quæ neceſsitates temporis poſcebant inſtantes, egreſſus exinde Conſtãtinopolim petit: ut orienti iam proximus, cladibus apud Amidam mederetur acceptis, & reintegrato ſupplementis exercitu, impetus regis Perſarum pari uirium robore cohiberet: quem conſtabat (ni cæleſtis ratio, impenſiorq́ repelleret cura multorum) Meſopotamia relicta poſt terga, per extenta ſpatia ſigna moturum. Inter has tamen ſolicitudines uelut ex recepto quodam antiquitus more, ad uicem bellorum ciuilium inflabant litui quædam colorata læſæ crimina maieſtatis: quorum executor & adminiſter ſæpe dicendus ille notarius miſſus eſt Paulus: qui peritus artium cruentarum, ut laniſta ex commercijs libitinæ uel ludi, ipſe quoq́ ex equuleo uel carnifice quæſtum fructumq́ captabat. ut enim erat obſtinatum fixumq́ eius propoſitum ad lædendum, ita nec furtis abſtinuit, innocẽtibus exitiales cauſas adfingens, dum in calamitoſis ſtipendijs uerſaretur. Materiam autem in infinitum quæſtionibus extentis dedit occaſio uilis & parua. oppidum eſt Abydum in Thebaidis parte ſitum extrema. hic Beſæ dei localiter appellati oraculũ quondam futura pandebat, priſcis circumiacentium regionum ceremonijs ſolitum coli. & quoniam quidam præſentes, pars per alios deſideriorum indice miſſa ſcriptura ſupplicationibus expreſſe conceptis conſulta numinum ſcitabantur, chartulæ ſeu membranæ, continentes quæ petebantur, poſt data quoq́ reſponſa interdum remanebant in fano. Ex his aliqua ad imperatorẽ maligne ſunt miſſa: qui ut erat anguſti pectoris, obſurdeſcens in alijs etiã nimiũ ſerijs, in hoc titulo ima, quod aiunt, auricula mollior, & ſuſpicax, & munit⁹ acri felle cõcaluit. ſtatimq́ ad orientẽ ocyus ire monuit Paulũ, poteſtate delata, ut inſtar ducis rerum experientia clari, ad arbitrium ſuum audiri efficeret cauſas. Datumq́ eſt negotium Modeſto etiam tum per orientem comiti, apto ad hæc & ſimilia. Hermogenes enim Ponticus ea tempeſtate præfectus prætorio, ut lenioris ingenij ſpernebatur. Perrexit ut præceptũ eſt Paulus, funeſti furoris & anhelitus plenus: dataq́ calumniæ indulgentia, plurimi ducebantur ab orbe propè terrarum iuxta nobiles & obſcuri: quorum aliquos uinculorum adflixerunt nexus, alios clauſtra pœnalia conſumpſerunt. & electa eſt ſpectatrix ſuppliciorum feralium ciuitas Palæſtina Scythopolis, gemina ratione uiſa magis omnibus opportuna, quòd ſecretior, & inter Antiochiam Alexandriamq́ media, unde multi plerunq́ ad crimina trahebantur. Ductus eſt itaq́ inter primos Simplicius Philippi filius ex præfecto & conſule, reus hac

Sarmatarum cædes

Receptui canere

Abydum op.

Clauſtra pœnalia

Scythopolis

gratia poſtulatus, quòd ſuper adipiſcendo interrogaſſe dicebatur imperio: perq; elogium principis torqueri præceptus, qui in his caſibus nec peccatum aliquando pietati dederat, nec erratum, fato quodam arcente, corpore immaculato fuga damnatus eſt. Dein Parnaſius ex præfecto Aegypti, homo ſimpliciū morum, eò deductus periculi ut pronunciaretur capitis reus, itidem pulſus eſt in exilium: ſæpe auditus multo antehac retuliſſe, quòd cum Patras Achaicū oppidum, ubi genitus habuit larem, impetrandæ cauſa cuiuſdam relinqueret poteſtatis, per quietē deducentia ſe habitus tragici figmenta uiderat multa. Andronicus pòſt à ſtudijs liberalibus & claritudine carminum notus, in iudicium introductus, cum ſecura mente nullis ſuſpicionibus urgeretur, purgando ſemper & fidentius abſolutus eſt. Demetrius item Cythras cognomento philoſophus, grandæuus quidem, ſed corpore durus & animo, ſacrificaſſe aliquoties confutatus inficiari non potuit, adſerens propitiandi cauſa numinis hæc à prima adoleſcentia factitaſſe, non tentandi ſublimiora ſcrutatis: nec enim quenquam id nouerat adfectare. Diu itaq; adhærens eculeo, cum fiducia graui fundatus nequaquam uarians eadem oraret intrepidus, Alexandriam unde oriebatur innoxius abire permiſſus eſt. Et hos quidem alioſq; paucos æqua ſors ueritatis adiutrix periculis exemit abruptis: criminibus uero ſerpentibus latius per implicatos nexus ſine fine diſtentos, quidam corporibus laniatis extinguebantur: alijs pœnis ulterioribus damnati ſunt bonis ereptis, Paulo ſuccentore fabularum crudelium, quas è promptuaria cella fallaciarum extulit nocendi ſpecie, egitq; complures: cuius ex nutu (propè dixerim) pendebat incedentium omnius ſalus. Nam ſiqui remedia quartanæ, uel doloris alterius collo geſtaret, ſiue per monumentum tranſiſſe ueſpere maleuolorum argueretur indicijs, ut ueneficus, ſepulchrorumq; horrores, & errantium ibidem animarum ludibria colligens uana, pronuntiatus reus capitis interibat. & prorſus ita res agebatur, quaſi Clarum, Dodonæas arbores, & effata Delphorum olim ſolennia in imperatoris exitiū ſolicitauerint multi: unde blanditiarū tetra cōmenta Palatina cohors exquiſite cōfingens, immunem eum fore malorum communium adſerebat, fatum eius ingens ſemper & præſens in abolendis aduerſa conantibus eluxiſſe, uocibus magnis exclamans. Et inquiſitum in hæc negotia fortius, nemo qui quidem recte ſapiat reprehendit. nec enim abnuimus ſalutem legitimi principis propugnatoris bonorum & defenſoris, unde ſalus quærit̄ alijs, conſociato ſtudio muniri debere cūctorum: cuius redimendæ cauſa ualidius ubi maieſtas pulſata defenditur, à quæſtionibus uel cruentis, nullam Cornelię leges exemere fortunam. Sed exultare mœſtis caſibus effrenate non decet, ne uideantur licentia regi ſubiecti, non poteſtate. imitandus ſit Tullius, cum parcere uel lædere potuiſſet, ut ipſe adfirmat, ignoſcēdi quærens cauſas, non puniendi occaſiones: quod iudicis lenti & conſiderati eſt proprium. Tunc apud Daphnen amœnū illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum, uiſu relatuq; horrendum natum eſt monſtrum, infans ore gemino, cum dentibus binis & barba, quatuorq; oculis, & breuiſsimis duabus auriculis: qui partus ita diſtortus præmonebat rempublicam in ſtatum uerti deformem. naſcuntur huiuſcemodi ſæpe portenta indicantia rerum uariarum euentus: quæ quoniam non expiantur, ut apud ueteres publice, inaudita prætereūt & incognita. His temporib. Iſauri diu quieti, poſt geſta quæ ſuperior cōtinet textus, tentatumq; Seleuciæ ciuitatis obſidium, paulatim reuiuiſcentes (ut ſolent uerno tempore foueis exilire ſerpentes) ſaltibus degreſsi ſcrupuloſis & inuijs, confertiq; in cuneos denſos, per furta & latrocinia finitimos adflictabant, & eò prætenturas militū ut montani fallentes, perq; rupes & dumeta ex uſu facile diſcurrentes. ad quos ui uel ratione ſedandos Lauritius adiecta comitis dignitate miſſus eſt rector, homo ciuilis prudentiæ, qui minis potius quàm acerbitate pleraq; correxit: adeo, ut eo diu prouinciam obtinente, nihil accideret quod animaduerſione dignum æſtimaretur.

Maieſtas pulſata

Monſtrū quatuor oculis

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER VIGESIMVS

HAEC per Illyricum, perq; orientem rerum ſeries fuit. Conſulatu uero Conſtantij decies, terq; Iuliani, in Britannijs cum Scotorum Pictorumq; gentium ferarum excurſu, rupta quiete, condicta loca limitibus uicina uaſtarentur, & implicaret formido prouincias præteritarum cladium congerie feſſas, hyemẽ agẽs apud Pariſios Cæſar, diſtractusq; in ſolicitudines uarias, uerebatur ire ſubſidio trãſmarinis, ut retulimus antè feciſſe Conſtantium, ne rectore uacuas relinqueret Gallias, Alemãnis ad ſæuitiam etiam tum incitatis, & bella. Mittere igitur ad hæc loca ad rationes cõponendas Lupicinum placuit, ea tempeſtate magiſtrũ armorum, bellicoſum ſanè, & caſtrenſis rei peritum, ſed ſupercilia erigentem ut cornua, & de tragico, quod aiunt, cothurno ſtrepẽtem: ſuper quo diu ambigebatur, auarus eſſet potius, an crudelis. Moto ergo uelitari auxilio, Herulis ſcilicet & Batauis, numerisq; Mœſicorum pluribus, adulta hyeme dux antedictus Bononiã uenit: quæſitisq; nauigijs, & omni impoſito milite, obſeruato flatu ſecundo uentorum, ad Rutupias ſitas ex aduerſo defertur, petitq; Lundinium: ut exinde ſuſcepto pro rei qualitate cõſilio, feſtinaret ocyus ad procinctum. Quæ cum ita geruntur, poſt Amidæ oppugnationem Vrſicinum ad cõmilitium principis & peditum magiſterium reuerſum (ſucceſsiſſe enim eum Barbationi prædiximus) obtrectatores excipiunt: primo diſſeminantes mordaces ſuſurros, dein propalàm ficta crimina ſubnectentes. quibus imperator adſenſus, ex opinione pleraq; ęſtimans & inſidiantibus patens, Arbetionem & Florentium officiorum magiſtrum quæſitores dederat, ſpectaturos quas ob res oppidum ſit excíſum. quibus apertas probabilesq; refutantibus cauſas, ueritisq; ne offenderetur Euſebius cubiculi tunc præpoſitus, ſi documenta ſuſcepiſſent perſpicue demonſtrantia, Sabiniani pertinaci ignauia hæc accidiſſe, quæ contigerunt: à ueritate detorti, inania quædam, longeq; à negotio diſtantia ſcrutabantur. Qua iniquitate percitus qui audiebat, Et ſi me, inquit, deſpicit imperator, negotij eſt tamen magnitudo, ut non niſi iudicio principis noſci poſsit & uindicari: ſciat tamen uelut quodam præſagio, quod dum mœret ſuper his quæ apud Amidam geſta emendata didicit fide, dumq; ad ſpadonum arbitrium trahitur, defenſandæ Meſopotamiæ proximo uere ne ipſe quidem cum exercitus robore omni opitulari poterit præſens. relatis adiectisq; cum interpretatione maligna compluribus, iratus ultra modum Conſtantius, nec diſcuſſo negotio, nec patefieri quæ ſcientiam eius latebant permiſsis, adpetitum calumnijs, depoſita militia digredi iuſsit ad otiũ, Agilone ad eius locũ immodico ſaltu promoto ex gentilium ſcutariorum tribuno. Eodẽ tempore per Eoos tractus cælum ſubtextũ caligine cernebatur obſcura, & à primo auroræ exortu uſq; ad meridiem intermicabãt iugiter ſtellæ. hisq; terroribus accedebat, quod cũ lux cæleſtis operiretur, è mundi cõſpectu penitus luce abrepta, defeciſſe diutius ſolem pauidæ mentes hominũ æſtimabant: primo attenuatum in lunæ corniculantis effigiem, deinde in ſpeciem auctum ſemeſtrẽ, poſteaq; in integrum reſtitutum: quod aliàs non euenit ita perſpicue, niſi cum poſt inęquales curſus intermenſtruũ lunæ ad idem reuocatur initium certis tẽporum interuallis: id eſt, cum domicilio eiuſdẽ ſigni tota reperit̃ luna ſub ſole liniamentis obiecta rectiſsimis, atq; in his pauliſper cõſiſtit minutis quas geometrica ratio partes appellat. Ac licet utriusq; ſideris conuerſiones & motus, ut ſcrutatores cauſarum intelligibilium aduerterant, in unum eundemq; finem lunari curſu impleto, perenni diſtinctione conueniunt, tamen ſol non ſemper his diebus obducitur: ſed cũ luna è regione uelut libramento quodam igneo orbi & aſpectui noſtro opponitur media. ad ſummam, tum ſol occultatur ſplendore ſuppreſſo, cum ipſe & lunaris globus aſtrorũ omniũ infimus parili comitatu obtinentes circulos proprios, ſaluaq; ratione altitudinis interiectæ iunctim locati, ut ſcienter &

Scoti
Picti
Supercilia erigens
Intermenſtruũ lunæ

enter & decore Ptolemæus exponit, ad dimenſiones uenerint, quos ἀναβιβάζοντας & καταβιβάζοντας ἐκλιπτικοὺς συνδέσμους, coägmenta uidelicet defectiua Græco dictitant ſermone. Et ſi contigua iiſdem iuncturis præſtrinxerint ſpatia, dilutior erit defectus. Si uero articulis ipſis inhæſerint, qui coactius aſcenſus uinciunt & deſcenſus, offunditur denſioribus tenebris cœlum, ut craſſato aere, ne proxima quidem & adpoſita cernere queamus.

Sol geminus unde

Sol autem geminus ita uideri exiſtimatur, ſi erecta celſius ſolito nubes, ęternorumq; ignium propinquitate collucens, orbis alterius claritudinem tanquam é ſpeculo puriore formauerit.

Cauſa defectus lunæ

Nunc ueniamus ad lunam. Apertum & euidentem ita demum ſuſtinet luna defectum, cum pleno lumine rotunda, ſoliq; contraria, ab eius orbe centum octoginta partibus, id eſt, ſigno ſeptimo diſparatur. Et quanquam hoc per omne plenilunium ſemper eueniat, non ſemper deficit tamen. Sed quoniam circa terrenam mobilitatem locata, & à cœlo totius pulchritudinis extima, nonnunquam ferienti ſe ſubſerit luci, obiectu metæ noctis in conum deſinentis anguſtum latet parumper, umbrarumq; nigrantibus inuoluitur globis, ſi ſol ſpheræ interioris curuamine circunfuſus, mole obſiſtente terrena, radijs eam ſuis illuſtrare non poſsit: quam nunquam habere proprium lumen opiniones uariæ collegerunt. Et cum ad idem ſignum æquis partibus ſoli concurrerit, obſcuratur (ut dictum eſt) penitus hebetato candore, mene Græce ſynodos. naſci autem putatur cum parua declinatione uelut à perpendiculo ſuper erectum gerit ſolem. Exortus uero eius adhuc gracileſcens primitus mortalitati uidetur, cum ad ſecundum relicto ſole migrauerit ſignum. Progreſſa itaque porrectius, iamq; abunde nitens cornutæ habitu μηνοειδὴς eſt appellata. Cum autem ſole longo cœperit interſtitio ſummoueri, & ad quintum peruenerit ſignum, radijs eius ad ſe conuerſis, maius concipit lumen, & fit Græco ſermone διχότομος, quæ forma ſemiorbem oſtendit. procedens deinde iam diſiunctiſsimoq; ſigno arrepto figuram monſtrat ἀμφίκυρτον utrinq; prominentibus gibbis. E regione uero cum normaliter ſteterit, contrà lumine pleno ſulgebit, domicilium ſeptimi retinens ſigni. & in eodem tum etiam agens paululumq; progreſſa minuitur, quem habitum uocamus πανσέληνον: atque eaſdem formas repetit ſeneſcendo. traditurq; doctrina multiplici congruente, non niſi tempore intermenſtrui deficere uiſam uſquam lunam. Quòd autem ſolem nunc in æthere, nunc in mundo interiore curſare prędiximus, ſciendum eſt ſiderea corpora, quantum ad uniuerſitatem pertinet, nec occidere, nec oriri: ſed ita uideri noſtris obtutibus conſtitutis in terra, ſpiritus cuiuſdam interni motu ſuſpenſa, rerumq; magnitudini inſtar exigui ſubdita puncti, nunc cœlo infixas ſuſpicere ſtellas, quarum ordo eſt ſempiternus, aliquoties humana uiſione languente diſcedere ſuis ſedibus arbitrari. Verum ad inſtituta iam reuertamur. Properantem Conſtantium orienti ferre ſuppetias turbando propediem excurſibus Perſicis, ut perfugæ concinentes exploratoribus indicabāt, urebant Iuliani uirtutes quas per ora gentium diuerſarum fama celebrior effundebat, magnorum eius laborum ſactorumq; uehens adoreas celſas, poſt Alamanniæ quædam regna proſtrata, receptaq; oppida Gallicana ante direpta à barbaris & exciſa, quos tributarios ipſe fecit & uectigales. Ob hæc & ſimilia percitus, metuensq; ne augerentur in maius, ſtimulante (ut ferebatur) præfecto Florentio, Decentium tribunum & notarium miſit, auxiliares exinde protinus abſtracturū Herulos & Batauos, cumq; petulātibus Celtas, & lectos ex numeris alijs trecentenos, hac ſpecie iuſſos accelerare, ut adeſſe poſsint armis primo uere mouendis in Parthos. & ſuper auxiliarijs quidem & trecentenis cogendis ocyus proficiſci, Lupicinus conuentus eſt ſolus, tranſiſſe ad Britannias nondum cōpertus. De Scutarijs autem & Gentilibus excerpere quenq; promptiſsimū, & ipſe perducere Sintula iubetur, Cęſaris ſtabuli tunc tribunus. cōticuit hisq; acquieuerat Iulianus, potioris arbitrio cuncta concedens Illud tamen nec diſsimulare potuit, nec ſilere: ut illi nullas paterentur moleſtias, qui relictis laribus trāſrhenanis, ſub hoc uenerant pacto, ne ducerent ad partes unquam tranſalpinas: uerendū eſſe affirmās, ne uoluntarij barbari militares ſæpe ſub eiuſmodi legibus adſueti tranſire ad noſtra, hoc cognito deinceps arcerentur. Sed loquebatur in caſſum. Tribunus enim parui querelas Cæſaris ducens, Auguſti iuſsis obtēperabat: & lecta expeditiore manu, uigore corporumq; leuitate præſtanti,

cum

cum iiſdem profectus eſt, ſpe potiorum erectus. Et quia ſolicitus Cæſar, quid de reſiduis mitti præceptis agi deberet, perq; uarias curas animum uerſans, attente negotium tractari oportere cenſebat, cum hinc barbara feritas, inde iuſſorum urgeret autoritas, maximeq; abſentia magiſtri equitum faciente dubietatem, redire ad ſe præfectum hortatus eſt, olim Viennam ſpecie annonæ parandæ digreſſum, ut ſe militari eximeret turba. Perpendebat enim ad relationem ſuam, quam olim putabatur miſiſſe, abſtrahendos à Galliarum defenſione pugnaces numeros, barbariſq; iam formidatos. Qui cum ſuſcepiſſet Cæſaris literas, monentis petentiſq; ut uenire acceleraret, rempublicam conſilijs iuuaturus, obſtinatiſsime detrectabat: ea ratione pauore mente confuſa, quòd aperta ſcripta ſignificabant, ab imperatore nuſquam dijungi debere præfectum in ardore terribilium rerum. adiectumq; eſt, quòd ſi procurare diſsimulaſſet, ipſe propria ſponte proijceret inſignia principatus, glorioſum eſſe exiſtimans iuſſa morte oppetere, quàm prouinciarum interitum ſibi aſsignari. ſed uicit præfecti propoſitum pertinax, his quæ rationabiliter poſcebantur parêre contentione maxima reluctantis. Inter has tamen moras abſentis Lupicini, motuſq; militares tumentis præfecti, Iulianus, conſiliorum adminiculo deſtitutus, ancipitiq; ſententia fluctuans, id optimum factu exiſtimans, uia ſolenni cunctos ex ſtationibus egreſſos, in quibus hyemabant, maturare diſpoſuit. Hocq; comperto, apud Petulantium ſigna famoſum quidam libellum humi proiecit occulte, inter alia multa etiam id continentem: Nos quidem ad orbis terrarum extrema ut noxij pellimur & damnati: charitates uero noſtræ Alemannis denuo ſeruient, quas captiuitate prima poſt interneciuas liberauimus pugnas. Quo textu ad comitatum perlato lectoq;, Iulianus contemplans rationabiles querelas, cum familijs eos ad orientem proficiſci præcepit, clauularis curſus facultate permiſſa: & cum ambigeretur diutius qua pergerent uia, placuit notario ſuggerente Decentio, per Pariſios homines tranſire, ubi morabat̃ adhuc Cæſar nuſquam motus. Et ita factum eſt. Iiſdemq; aduentantibus in ſuburbanis princeps occurrit, ex more laudans quos agnoſcebat: factorumq; fortium ſingulos monens, animabat lenibus uerbis, ut ad Auguſtum alacri gradu pergerent, ubi poteſtas & ample patens & larga, præmia laborum adepturi digniſsima. utq; honoratius procul abituros tractaret, ad conuiuium proceribus corrogatis, petere iure ſi quid in promptu eſſet edixit. qui liberaliter ita ſuſcepti, dolore duplici ſuſpenſi diſceſſerunt & mœſti, quòd eos fortuna quædam inclemens & moderato rectore & terris genitalibus diſpararet. Hocq; angore impliciti, in ſtatiua ſolita receſſerunt. nocte uero cœptante in apertum erupere diſsidium: incitatiſq; animis, ut quenq; inſperata res afflictabat, ad tela conuertuntur & manus: fremituq; ingenti omnes petiuerant palatium, & ſpatijs eius ambitis, ne ad euadendi copiam quiſquam perueniret, Auguſtum Iulianum horrendis clamoribus concrepabant, eum ad ſe prodire feſtinatius adigentes: expectareq; coacti, dum lux promicaret, tandem progredi cõpulerunt. Quo uiſo iterata magnitudine ſoni Auguſtum appellauere conſenſione firmiſsima. & ille mente fundata uniuerſis reſiſtebat & ſingulis, nunc indignari ſemet oſtendens, nunc manus tendens, oranſq; & obſecrans, ne poſt multas feliciſsimaſq; uictorias agatur aliquid indecorũ, neue intempeſtiua temeritas & prolapſio diſcordiarum materias excitaret. Hæcq; adijciebat tandem ſedatos leniter allocutus: Ceſſet ira, quæſo, pauliſper: abſq; diſſenſione uel rerum appetitu nouarum impetrabitur facile quod poſtulatis; quoniam dulcedo uos patriæ retinet, & inſueta peregrinaq; metuitis loca, redite iam nunc ad ſedes, nihil uiſuri quia diſplicet tranſalpinum. hocq; apud Auguſtum capacem rationis & prudentiſsimum ego competenti ſatisfactione purgabo. Conclamabatur poſt hæc ex omni parte, nihilominus uno pariq; ardore nitentibus uniuerſis: maximoq; contentionis fragore, probro & conuitijs mixto, Cæſar aſſentire coactus eſt. Impoſituſq; ſcuto pedeſtri, & ſublatius eminens, populo ſilente Auguſtus renuntiatus, iubebat̃ diadema proferre: negãſq; unquam ſe habuiſſe, uxoris colli uel capitis poſcebatur. Eoq; affirmante, primis auſpicijs non congruere aptari muliebri mundo, equi phalera quærebatur, uti cõgrua ornatus ſpeciem ſaltem obſcurã ſuperioris prętenderet poteſtatis. Sed cum id quoq; turpe eſſe aſſeueraret, Maurus nomine quidã, poſtea comes, qui rem male geſsit apud Succorum

Famoſus libellus

Auguſtus renuntiatus

corum anguſtias ſpeculantium, tunc haſtatus abſtractum ſibi torquem, quo ut draco-
Draconarius narius utebatur, capiti Iuliani impoſuit confidenter: qui truſus ad neceſsitatem extre
mam, iamq; periculum præſens uitare nō poſſe aduertens, ſi reniti perſeueraſſet, qui-
nos omnibus aureos, argentiq; ſingula pondo promiſit. Hiſq; geſtis haud minore q̃
antea cura conſtrictus, futuraq; celeri prouidens corde, nec diadema geſtauit, nec pro
cedere auſus eſt uſquam, nec agere ſeria quæ nimis urgebant. Sed cum ad latebras ſe-
Palatij decurio ceſsiſſet occultas accidẽtium uarietate perterritus Iulianus, aliquis palatij decurio, qui
ordo eſt dignitatis, pleniore gradu ſigna Petulantium ingreſſus atq; Celtarum, faci-
nus indignum turbulente exclamat, pridie Auguſtum eorum arbitrio declaratũ clàm
interemptum. Hocq; comperto, milites quos ignota pari ſolicitudine mouebant &
nota, pars criſpantes miſsilia, alij minitantes nudatis gladijs, diuerſo uagoq;(ut in re-
pentino ſolet) excurſu occupauere uolucriter regiam: ſtrepituq; immani excubito-
res perculſi, & tribuni, & domeſticorum comes Excubitor nomine, ueritiq; uerſabi-
lem perfidiam militis, euanuere metu mortis ſubitæ diſpalati. Viſo tamẽ otio ſummo,
quieti ſtetere pauliſper armati: & interrogati quæ cauſa eſſet inconſulti motus & re-
pentini, diu tacendo hæſitantes ſuper ſalute principis, non antea diſceſſerunt, quàm
acciti in conſiſtorium fulgentem eum Auguſto habitu conſpexiſſent. His tamen au-
ditis, etiam illi quos antegreſſos retulimus duce Sintula, cum eo iam ſecuri Pariſi-
os reuerterunt: edictoq; ut futura luce cuncti conuenirent in campo, progreſſus prin-
ceps ambitioſius ſolito tribunal aſcendit, ſignis aquiliſq; circundatus & uexillis, ſe-
ptuſq; totis armatarum cohortium globis. Cumq; interquieuiſſet paululum, dum alte
contemplatur præſentium uultus, alacres omnes uiſos & lætos quaſi lituis uerbis (ut
intelligi poſsit) ſimplicibus incẽdebat. Res ardua poſcit & flagitat propugnatores mei
reiq; publicę fortes & fidi, qui mecum pro ſtatu prouinciarum uitam ſępius obieciſtis,
quoniam Cæſarem ueſtrum firmo iudicio ad poteſtatum omnium culmen ſuſtuliſtis,
perſtringere pauca ſummatim, ut remedia permutatæ rei iuſta colligant̃ & cauta. Vix-
dum adoleſcens ſpecie tenus purpuratus (ut noſtis) ueſtræ tutelæ nutu cæleſti cōmiſ-
ſus, nunquam à propoſito recte uiuendi deiectus ſum: uobiſcum in omni labore per-
ſpicuus, cum diſperſa gentium confidentia poſt ciuitatum excidia, peremptaq; innu-
mera hominum milia, pauca quæ ſemijntegra ſunt relicta, cladis immenſitas perſulta-
ret. & retexere ſuperfluũ puto quoties hyeme cruda, rigentiq; cælo, quo tempore terrę
ac maria opere Martio uacant, indomitos antea cum iactura uirium ſuarũ repulimus
Alemannos. Id ſanè nec prætermitti eſt æquum nec taceri, quòd cum prope Argento
ratum illuxiſſet ille beatiſsimus dies, uehens quodammodo Gallis perpetuam liberta-
tem, inter conſertiſsima tela me diſcurrente, uos uigore uſuſq; diuturnitate fundati, ue
lut incitatos torrentes hoſtes abruptius inundantes, ſuperaſtis ferro proſtratos, uel flu
minis profundo ſubmerſos, paucis relictis noſtrorum, quorũ exequias honeſtauimus
celebri potius laude, quàm luctu. Poſt quæ, opinor, tanta & talia nec poſteritatem taci
turam de ueſtris in rempublicam meritis in gentibus cunctis, ſi plene quẽ altiore faſti-
gio maieſtatis ornaſtis, uirtute grauitateq;, ſi quid aduerſum ingruerit, defendatis. Vt
autem rerum integer ordo ſeruetur, præmiaq; uirorum fortium maneant incorrupta,
nec honores ambitio præripiat clandeſtina, id ſub reuerenda conſilij ueſtri facie ſta-
tuo, ut neq; ciuilis quiſquam iudex, nec militiæ rector, alio quodam præter merita ſuf-
fragante ad potiorem ueniat gradum, non ſine detrimento pudoris eo qui pro quoli-
bet petere tentauerit diſceſſuro. Hac fiducia ſpei maioris animatus inferior miles, di-
gnitatum iam diu expers & præmiorum, haſtis feriendo clypeos ſonitu aſſurgens in-
genti, uno propemodum ore dictis fauebat & cœptis. ſtatimq; ne turbandæ diſpoſi-
tioni conſultæ tempus ſaltem breue concederetur, pro actuarijs obſecrauere Petulan-
tes & Celtæ, recturi quas placuiſſet prouincias mitterentur: quo non impetrato abie-
re nec offenſi, nec triſtes. Nocte tamen quæ declarationis Auguſtæ præceſſerat diem,
Genius publicus iũctioribus proximis retulerat imperator, per quietem aliquem uiſum, ut formari Ge-
nius publicus ſolet, hæc obiurgando dixiſſe: Olim Iuliane ueſtibulum ædium tuarum
obſeruo latenter, augere tuam geſtiens dignitatem. & aliquoties tanquam repudiatus
abſceſsi, ſed ſi ne nunc quidem recipior, ſententia cōcordante multorum, ibo dimiſſus

& mœſtus

& mœſtus. Id tamen retineto imo corde, quòd tecum diutius non habitabo. Hæc dum per Gallias agerent intente, truculentus rex ille Perſarũ, incentiuo Antonini aduentu Craugaſii duplicato, ardore obtinẽdæ Meſopotamiæ flagrãs, dum ageret cum exercitu procul Conſtantius armis multiplicatis & uiribus trãſmiſſo ſolenniter Tigride, oppugnandã adoritur Singaram, milite uſuiq; congruis omnibus, ut exiſtimauere qui regionibus præerãt, abunde munitã. Cuius propugnatores uiſo hoſte longiſsime, clauſis ocyus portis, ingentibus animis per turres diſcurrebant & minas, ſaxa tormentaq; bellica congerẽtes, cunctiſq; præſtructis ſtabant omnes armati, multitudinem parati propellere, ſi mœnia ſubire tentaſſet. Aduẽtans itaq; rex, cum per optimates ſuos propius admiſſos, pacatiore colloquio flectere defenſores ad ſuũ non potuiſſet arbitrium, & diem integrum dedit: & matutinæ lucis exordio, ſigno per flammeum erecto uexillum, circunuaditur ciuitas à quibuſdam uehentibus ſcalas, alijs componentibus machinas, pleriſq; obiectu uinearum pluteorumq; tectis, iter ad fundamenta parietum quærentibus ſubuertenda. Contra hæc oppidani ſuperſtantes propugnaculis celſis, lapidibus eminus telorumq; genere omni ad interiora ferocius ſe proripientes arcebant. & pugnabatur euentu ancipiti diebus aliquot, hincinde multis amiſſis & uulneratis. poſtremo feruente certaminum mole, & propinquante iam ueſpera, inter machinas plures admotus aries robuſtiſsimus, orbiculatam turrim feriebat ictibus denſis, unde reſeratam urbem obſidio ſuperiore docuimus. ad quam conuerſa plebe, dimicabatur artiſsime: faceſq; cum tedis ardentibus & malleolis ad exurendum imminens malum undiq; conuolabant, nec ſagittarum crebritate nec glande hincinde ceſſante. Vicit tamen omne prohibendi commentum acumen arietis, coagmenta fodiens lapidum recens ſtructorum, madoreq; etiam tum infirmium. dumq; adhuc ferro certatur & ignibus, turri collapſa cum patuiſſet iter in urbem, nudato propugnatoribus loco, quos periculi diſiecerat magnitudo, Perſarum agmina undiq; ululabili clamore ſublato, nullo cohibẽte cuncta oppidi membra cõpleuerũt: cæſiſq; promiſcue paucisſimis, reſidui omnes mandato Saporis uiui comprehenſi, ad regiones Perſidis ultimas ſunt aſportati. Tuebantur autem hanc ciuitatem legiones duæ: Prima Flauia, primaq; Parthica, & indigenæ plures, cum auxilio equitum ilico ob repentinum malum incluſorum: qui omnes, ut dixi, uinctis manibus ducebantur, nullo iuuante noſtrorum. Niſibin enim ſub pellibus ágens pars maior exercitus cuſtodiebat, interuallo perquam longo diſcretam, alioquin nunquam labenti Singaræ, uel tẽporibus priſcis quiſquam ferre auxilium potuit, aquarum penuria cunctis circumarentibus locis. Et licet ad præſciſcendos aduerſus ſubitoſq; motus, id munimentum opportune locauit antiquitas, diſpendio tamen fuit rei Romanæ, cum defenſorum iactura aliquoties interceptum. Exciſo itaq; oppido, rex Niſibin prudenti conſilio uitans, memor nimirum quæ ſæpius ibi pertulerat, dextrum latus itineribus petit obliquis, Bezabden, quam Phænicham quoq; inſtitutores ueteres appellarunt, ui uel promiſſorum dulcedine illectis defenſoribus retenturus, munimentũ impendio ualidum in colle mediocriter edito poſitum, uergenſq; in margines Tigridis, atq; ubi loca ſuſpecta ſunt & humilia duplici muro uallatum: ad cuius tutelam tres legiones ſunt deputatæ, ſecunda Flauia, ſecundaq; Armeniaca, & Parthica itidem ſecunda, cum ſagittarijs pluribus Zabdicenis, in quorum ſolo tunc nobis obtemperantium hoc eſt municipium poſitum. Primo igitur impetu cum agmine cataphractorum fulgentium rex ipſe ſublimior cæteris caſtrorum ambitum circumcurſans, prope labra ipſa foſſarum uenit audentius: petituſq; baliſtarum ictibus certis & ſagittarum denſitate, opertura armorum in modum teſtudinis contextorum abſceſsit innoxius. Ira tamen tum ſequeſtrata, caduceatoribus miſsis ex more clauſos blandius hortabatur, ut uitæ ſpeiq; conſulturi obſidium deditione ſoluerent opportuna, reſeratiſq; portis egreſsi ſupplices, uictori gentium ſemet offerrent. quibus adire propius auſis defenſores mœnium ideo pepercerunt, quòd cohærenter ſibi iunctos duxerant ijſdem notos ingenuos Singaræ captos. Eorum enim miſeratione telum nemo contorſit, nec ſuper pace reſpondit. Deinde datis inducijs diei totius & noctis, ante alterius lucis initium Perſarum populus omnis adortus auide uallum, acriterq; minans ac fremens, ubi ad ipſa mœnia confidenter acceſsit, inſtabat ui ma-

Flammeũ uexillum ſignum belli

Caduceatores

gna reſiſtentibus oppidanis. quare ſauciabantur pleriq; Parthorum, quòd pars ſcalas uehentes, alij opponentes uimineas crates, ueluti cæci pergebant introrſus, nec noſtris innociüs. Sagittarum enim nymbi crebrius uolitantes, ſtantes confertiùs perforabant. partibusq; poſt ſolis occaſum æqua iactura digreſsis, appetente poſtridie luce, ardentius multo quàm antea pugnabatur, hincinde cōcinentibus tubis: nec minores ſtrages utrobiq; uiſæ ſunt, ambobus obſtinatiſsime colluctatis. Verum ſecuto die otio cōmuni aſſenſu poſt ęrumnas multiplices attributo, cum magnus terror circūſiſteret muros, Perſæq; paria formidarent, Chriſtianæ legis antiſtes exire ſe uelle geſtibus oſtendebat & nutu: acceptaq; fide, quòd redire permitteretur incolumis, uſq; ad tentoria regis acceſsit. ubi data copia dicendi quæ uellet, ſuadebat placido ſermone diſcedere Perſas ad ſua, poſt communes partis utriuſq; luctus formidari etiam maiores affirmans, forſitan aduenturos. Sed perſtabat incaſſum hæc multaq; ſimilia diſſerendo, efferata ueſania regis obſtante, non ante caſtrorum excidium digredi pertinaciter adiurantis. Perſtrinxit tamen ſuſpicio quædam epiſcopum, uana ut opinor, licet aſſeueratione uulgata multorum, quòd clandeſtino colloquio Saporem docuerat, quæ mœnium appeteret membra, ut fragilia intrinſecus & inualida. Hocq; exinde ueriſimile uiſum eſt, quòd poſtea intuta loca carieq; nutantia cū exultatione magna, uelut regentibus pene tralium callidis, cōtemplabiliter machinæ feriebant hoſtiles. Et quanq; anguſti calles difficiliorē aditum dabant ad muros, aptatiq; arietes ægre promouebant manualium ſaxorum ſagittarūq; metu arcēte, nec baliſtæ tamen ceſſauere nec ſcorpiones, illæ tela torquentes, hi lapides crebros, qualiq; ſimul ardentes pice & bitumine illiti: quorum aſsiduitate per procliue labentium machinę hęrebant, uelut altis radicibus fixæ, easq; malleoli & faces iactę deſtinatius exurebant. Sed cum hæc ita eſſent, caderentq; altrinſecus multi, ardebant magis oppugnatores naturali ſitu & ingenti opere munitū oppidum ante brumale ſidus excindere, rabiem regis nō ante ſedari credentes. Quo circa nec multa cruoris effuſio, nec cōfixi mortiferis uulneribus plurimi cęteros ab audacia parili reuocabāt. Sed diu cū exitio decernentes, poſtremo periculis obiectauere ſemet abruptis: & agitantes arietes denſo ſaxorum pondere molarium, fomentisq; ignium uarijs ire protinus uetabantur. Verum unus aries reſiduis celſior, humectis taurinis opertus exuuijs, ideoq; minus caſus flammeos pertimeſcens aut tela, antegreſſus omnes repſit niſibus magnis ad murum: uaſtoq; acumine coagmenta lapidum fodiens, turrim laxatam euertit. qua ſonitu lapſa ingenti, ſuperſtantes quoq; repentina ruina deiecti, diffractiq; uel obruti, mortibus interiere diuerſis, & inſperatis: inuentoq; tutiore aſcenſu armata irruit multitudo. trepidis deinde ſuperatorum auribus ululantium undiq; Perſarum intonante fragore, artius prælium intra muros exarſit, hoſtium noſtrorum cateruis certātibus cominus, cum confertis inter ſe corporibus, hīcindeq; ſtricto mucrone nulli occurrētium parceretur: magna deniq; mole ancipiti diu exitio renitentes obſeſsi, poſtremo plebis immenſæ ponderib. effuſe diſiecti ſunt. & poſt hæc iratorum hoſtium gladij, quicquid inueniri poterat concidebant, abreptiq; finibus matrum paruuli, ipſæ quoq; matres trucidabantur, nullo quid ageret reſpectante. Interea tamen funeſta gens rapiendi cupidior, onuſta ſpoliorū genere omni, captiuorūq; examen maximum ducens, tentoria repetiuit exultans. Rex tamen gaudio inſolenti elatus, diuq; deſiderio capiendæ Phænicæ flagrans munimenti perq; tēpeſtiui, non antè diſceſsit quàm labefactata murorū parte reparata firmiſsime, alimentisq; affatim conditis, armatos ibi locaret inſigneis origine, belliq; artibus claros. Verebat enim, quod accidit, ne amiſsionem caſtrorū ingentium ferentes ægre Romani, ad eadem obſidenda uiribus magnis accingerent. Latius ſe proinde iactās, additaq; ſpe quicquid aggredi poſſet adipiſcendi, interceptis caſtellis alijs uilioribus, Virtam adoriri diſpoſuit, munimentum ualde uetuſtum, ut ædificatum credatur à Macedone Alexandro, in extremo quidem Meſopotamiæ ſitum, ſed muris uelut ſinuoſis circundatum & cornutis, inſtructioneq; uaria inacceſſum. Quod cum omni tentaret arte, nunc pollicitationibus defenſores alliciens, nunc pœnas cruciabiles minitans, aliquoties ſtruere aggeres parans, obſidionalesq; mouēs machinas, multis acceptis uulneribus, quàm illatis, omiſſo uano incœpto tandem abſceſsit. Hæc eo anno inter Tigrim geſta ſunt, & Euphraten.

Antiſtes Chriſtianæ legis ad regem

Quæ

Quæ cum frequentibus nuntijs didiciſſet Conſtantius, metuens expeditiones Parthi
cas, hyemem apud Cōſtantinopolim agens, impenſiore cura limitem inſtruebat cum
omni apparatu bellorum. arma quoq; & tyrocinia cogens, legioneſq; augens iuuentu-
tis ualidæ ſupplemētis, quarū ſtatariæ pugnæ per orientales ſæpius emicuere procin-
ctus, auxilia ſuper his Scytharum poſcebat mercede uel gratia, ut adulto uere profe-
ctus è Thracijs loca ſuſpecta protinus occuparet. Inter quæ Iulianus apud Pariſios hy
bernis locatis, ſumma cœptorum quorſum euaderet pertimeſcens, erat anxius, nuſq;
aſſenſurum Conſtantium factis multa uoluendo conſiderans, apud quem ſordebat ut
infimus & contemptus. Circumſpectis itaq; trepidis rerum nouarum exordijs, lega-
tos ad eum mittere ſtatuit geſta docturos, eiſq; concinentes literas dedit, quid factum
ſit, quidúe fieri oporteat deinceps monens apertius & demonſtrans. quanquam eum
hæc dudum cōperiſſe opinabatur, relatu Decentij olim reuerſi, & cubiculariorum re-
cens de Gallijs regreſſorum, qui ad Cęſarem aliqua portauere ſolennia. Et quanquam
non repugnanter, tamen nec arrogantibus uerbis quicquam ſcripſit, ne uideretur ſu-
bito declinaſſe. Erat autē literarum ſenſus huiuſmodi: Ego quidem propoſiti mei fi- *Literæ Iuliani*
dem, nō minus moribus q; fœderū pactis, quoad fuit, unum ſemper atq; idem ſentiens
conſeruaui, ut effectu multiplici claruit euidenter. Iamq; inde ut me creatū Cæſarē pu-
gnarum horrendis fragoribus obieciſti, poteſtate delata contentus, currentium ex uo
to proſperitatum nuncijs crebris, ut apparitor fidus, tuas aures impleui, nihil uſquam
periculis meis aſsignans, cum documentis aſſiduis conſtet diffuſis permixtiſq; paſsim
Germanis, in laboribus me ſemper uiſum omniū primum, in refectione poſtremum.
ſed bona tua uenia dixerim, ſi quid nouatum eſt nunc, ut ęſtimas, in multis bellis & a-
ſperis ætatem ſine fructu conterens miles, olim decretum impleuit fremens, ſecundiq;
impatiens loci rectorem, cum nullas ſibi uices à Cæſare diuturni ſudoris & uictoria-
rum frequentium rependi poſſe contemplaretur. cuius iracundiæ, nec dignitatum au
gmenta nec annuum merentis ſtipendium, id quoq; inopinum acceſsit: quòd ad par-
tes orbis eoi poſtremas uenire iuſsi, homines aſſueti glacialibus terris, ſeparandiq; libe
ris & coniugibus egētes trahebant & nudi. Vnde ſolito ſæuius efferati nocte in unum
collecti palatium obſedere, Auguſtum Iulianum uocibus magnis appellantes & cre-
bris. cohorrui, fateor, & ſeceſsi: amandatuſq; dum potui, ſalutem muſſatione quærita-
bam & latebris. Cumq; nullæ darentur induciæ, libero pectoris muro, ut ita dixerim,
ſeptus, progreſſus ante conſpectum omnium ſteti, molliri poſſe tumultum autoritate
ratus, uel ſermonibus blandis. exarſere mirum in modū, euſq; prouecti, ut quoniam
precibus uincere pertinaciam conabar, inſtanter mortem contiguis aſſultibus intenta
rent. Victus deniq;, mecumq; ipſe conteſtans, quòd alter confoſſo me forſitan libens
declarabitur princeps, aſſenſus ſum, uim lenire ſperans armatam. Geſtorum hic textus
eſt, quem mente quæſo accipito placida. Nec actum quicquam ſecus exiſtimes, uel ſu-
ſurrantes perniciosa malignos admittas, ad compendia ſua excitare receſsiones prin-
cipum aſſuetos: ſed adulatione uitiorum altrice depulſa, excellentiſsimam uirtutum o-
mnium aduerte iuſtitiam: & conditionū æquitatem, quam propono, bona fide ſuſcipi
to, cum animo diſputās, hęc Romano ſtatui prodeſſe, nobiſq; qui charitate ſanguinis,
& fortunæ ſuperioris culmine ſociamur. Ignoſce enim, quæ cum ratione poſcuntur,
non tam fieri cupio, quàm à te utilia probari & recta: auide tua præcepta deinde quoq;
ſuſcepturus, quæ neceſſe ſit fieri. In cōpendium redigam breue: equos præbebo curu-
les Hiſpanos, & miſcendos Gentilibus atq; Scutarijs adoleſcētes lectos, quoſdam cis
Rhenum editam barbarorum progeniē, uel certe ex dedititijs qui ad noſtra deſciſcūt.
& hæc aduſq; exitum uitæ me ſpondeo, nō modo grato animo, uerum cupido quoq; fa
cturum. præfectos prætorio, æquitate & meritis notos, tua nobis dabit clementia: reſi-
duos ordinarios iudices, militiæq; moderatores promouendos arbitrio meo concedi
eſt conſentaneum, itidemq; ſtipatores. Stultum enim cum ante caueri poſsit ne fiat, ad
latus imperatoris adſciſci, quorum mores ignorātur & uoluntates. Hoc ſane ſine ulla
dubitatione firmauerim: tyrones ad peregrina & lōginqua Galli mittere, diuturna per
turbatione caſibuſq; uexati grauiſsimis, nec ſponte ſua poterunt nec coacti, ne con-
ſumpta penitus iuuentute affligantur, præterita recordantes ita deſperatione pereunt

impendentium, nec Parthicis gentibus opponenda auxilia hinc acciri cõueniet, cum adhuc nec barbarici ſint impetus intercluſi,&(ſi dici quod uerũ eſt pateris)hæ prouinciæ malis iactatæ continuis,externis indigeant adiumẽtis & fortibus. Hæc hortando, ut æſtimo,ſalutariter ſcripſi poſcens & rogans. Scio enĩ, ſcio, ne quid ſublatius dicam cum imperio congruens, quas rerum acerbitates iam conclamatas & perditas concordia uiciſsim ſibi cedentium principum,meliorẽ reuocauit in ſtatum:cum appareat maiorum exemplo noſtrorũ,moderatores hæc & ſimilia cogitantes, fortunate beateq́; uiuendi reperire quodammodo uiam, & ultimo tẽpori poſteritatiq́; iucũdam ſui memoriam commendare. His literis iunctas ſecretiores alias Conſtantio offerendas clanculo miſit,obiurgatorias & mordaces:quarũ ſeriem nec ſcrutari licuit,nec ſi licuiſſet, proferre decebat in publicum. Ad id munus implendũ electi ſunt uiri graues, Pentadius officiorum magiſter, & Eutherius cubiculi tunc præpoſitus, poſt oblatas literas relaturi nullo ſuppreſſo quæ uiderunt, & ſuper ordine futurorum fidenter acturi. Auxerat inter hæc ceptorum inuidiam Florentij fuga præfecti:qui uelut præſagiens concitandos motus ob militem ut ſermone tenus iactabatur accitum, conſulto diſceſſerat Viennam, alimentariæ rei gratia diuelli cauſatus à Cæſare, quem ſæpe tractatũ aſperius formidabat. Dein cum cõperiſſet eum ad Auguſtum culmen euectum,exigua ac prope nulla uiuendi ſpe uerſus in metum, ut longe diſiunctus malis ſe quæ ſuſpicabatur exemit:& neceſsitudine omni relicta digreſſus uenit ad Cõſtantium itineribus lentis: utq́; ſe nulli obnoxium culpę monſtraret,Iulianũ ut perduellẽ multis criminibus appetebat. Cuius poſt abitum bene Iulianus cogitans & prudenter,ſciriq́; uolens quòd pręſenti pepercißet, charitates eius cum re familiari intacta publico curſus uſu permiſſo ad orientem redire tutius imperauit. nec minore ſtudio ſecuti legati hæc ſecum ferentes quæ prædiximus,intentiq́; ad uiandum, cum uenirent ad iudices celſiores,oblique tenebantur: moraſq́; per Italiam & Illyricũ perpeſsi diuturnas & graues, tãdem trans fretati Boſphorum, itineribuſq́; lentis progreſsi apud Cæſaream Cappadociæ etiam tum degentẽ inuenere Conſtantium,Mazacam antehac nominatam,opportunam urbem & celebrem,ſub Argei montis pedibus ſitam. Qui intromiſsi, data poteſtate offerunt ſcripta. Hiſq́; recitatis,ultra modum ſolitæ indignationis excanduit imperator. liuiſq́; oculis eos aduſq́; metum contuens mortis, egredi iuſsit, nihil poſt hæc percontatus uel audire perpeſſus: perculſus tamen ardenter contatione ſtringebatur ambigua, utrum in Perſas, an contra Iulianum moueri iuberet acies quibus fidebat: hæſitanſq́; diu perpenſis conſilijs,flexus eſt quorundam ſententia utilia ſuadentium, & iter orientem uerſus edixit. Statim tamẽ & legatos abſoluit,& Leonam quæſtorẽ ſuum in Gallias cum literis datis ad Iulianum pergere celeri ſtatuit gradu,nihil nouatorum ſe aſſerens ſuſcepiſſe,ſed eum(ſi ſaluti ſuæ proximorumq́; conſulit) tumenti flatu depoſito, intra Cæſaris ſe poteſtatẽ cõtinere præcipiẽs. Vtq́; id facile formido intentatorũ efficeret,uelut magnis uiribus fretus, in locum Florẽtij præfectũ prætorio Nebridium tum quæſtorem eiuſdem Cæſaris promouerat, & Felicem notariũ officiorum magiſtrum, & quoſdam alios. Gumoharium enim ſucceſſorẽ Lupicini, anteq́; ſciretur huiuſmodi quicquam,magiſtrũ prouexit armorum. Ingreſſus itaq́; Pariſios Leonas, ſuſceptus ut honoratus & prudẽs, poſtridie principi progreſſo in campum cum multitudine armata pariter & plebeia,quam de induſtria cõuocarat, è tribunali ut emineret altius ſuperſtanti,ſcripta iubetur offerre. Replicatoq́; uolumine edicti quod miſſum eſt, & legi ab exordio cœpto, cum uẽtum fuiſſet ad locum,id continentẽ quòd geſta omnia Cõſtantius improbans, Cæſaris poteſtatẽ ſufficere Iuliano cenſebat,exclamabat undiq́; uocũ terribilium ſonus: Auguſte Iuliane,ut prouincialis & miles, & reip. decreuit autoritas: recreatæ quidẽ,ſed adhuc metuentis rediuiuos barbarorum excurſus. Quibus auditis Leonas,cum Iuliani literis hæc eadem indicantibus reuertit incolumis:ſoluſq́; admiſſus eſt ad præfecturã Nebridius: id enim Cæſar quoq́; ſcribens ex ſententia ſua fore aperte pręd ixit. Magiſtrũ enim officiorum iampridem ipſe Anatolium ordinauit, libellis antea reſpondentẽ,& quoſdam alios,ut ſibi utile uidebatur & tutum. Et quoniam, cum hæc ita procederent, timebaẗ Lupicinus, licet abſens, agenſq́; etiã tum apud Britannos,homo ſuperbæ mentis & turgidus: eratq́; ſuſpicio, quòd ſi hæc trans mare didiciſſet

Officiorum magiſter

Res alimẽtaria

Cæſarea

diciſſet, nouarum rerum materias excitaret: notarius Bononiam mittitur, obſeruatu-
rus ſolicite ne quiſquam fretum oceani tranſiere permitteretur. Quo uetito, reuerſus
Lupicinus antequam horum quicquam ſciret, nullas ciere potuit turbas. Iulianus ta-
men iam celſiore fortuna militiſq; fiducia lætior, ne intepeſceret, neue ut remiſſus ar-
gueretur & deſes, legatis ad Conſtantium miſsis, in limitem Germaniæ ſecundæ eſt *Germania ſecunda*
egreſſus: omniq; apparatu quem flagitabat inſtans negocium, communitus, Obtri-
cenſi Moſæ oppido propinquabat. Rheno deinde tranſmiſſo, regionem ſubito perua
ſit Francorum, quos Atthuarios uocant, inquietorum hominum licentius etiam tum
percurſantium extima Galliarum. quos adortus ſubito nihil metuentes hoſtile, nimi- *Superat Francos Iulianus*
umq; ſecuros; quod ſcrupoſa uiarum difficultate arcente, nullũ ad ſuos pagos intro-
iſſe meminerant principem, ſuperauit negocio leui: captiſq; plurimis & occiſis, oran-
tibus alijs, qui ſuperfuere, pacem ex arbitrio dedit, hoc prodeſſe poſſeſſoribus finiti-
mis arbitratus. unde reuerſus pari celeritate per flumen, præſidiaq; limitis explorans
diligenter & corrigens, aduſq; Rauracos uenit: locíſq; recuperatis, quæ olim barbari
intercepta retinebãt ut propria, ijſdemq; pleniore cura firmatis, per Beſantionẽ Vien-
nam hyematurus abſceſsit. Hic per Gallias erat ordo geſtorũ. Quæ dum ita proſpere
ſuccedunt & caute, Conſtantius accitum Arſacẽ Armeniæ regem, ſummaq; liberali-
tate ſuſceptum, pręmonebat & hortabatur, ut nobis amicus eſſe perſeueraret & fidus:
audiebat enim ſæpius eum tentatum à rege Perſarũ fallacijs, & minis & dolis, ut Ro-
manorum ſocietate poſthabita, ſuis rationibus iungeret. Qui crebro adiurãs animam
prius poſſe amittere, quàm ſententiã, muneratus cum comitibus quos duxerat redijt
ad regnũ, nihil auſus temerare poſtea promiſſorũ, obligatus gratiarũ multiplici nexu
Conſtantio: inter quas illud potius excellebat, ꝙ Olympiada Ablabij filiam præfecti
quondã prætorio, ei copulauerat coniugẽ, ſponſam fratris ſui Conſtantis. quo dimiſſo
à Cappadocia ipſe per Melitinã minoris Armeniæ oppidũ, & Lacotena, & Samoſata
trãſmiſſo Euphrate Aedeſſam uenit. ibiq; dum agmina undiq; cõuenientiũ militũ, &
rei cibariæ abundantes copias opperit diu moratus, poſt æquinoctiũ egreditur autum *Res cibaria*
nale, Amidam petens. Cuius cum prope ueniſſet mœnia, fauillis oppleta colluſtrans
flebat cũ gemitu, reputans quales miſerãda ciuitas pertulerat clades. ibi tunc forte Vr
ſulus præſens, qui ærariũ tuebatur, dolore percitus exclamauit: En quibus animis ur
bes à milite defenduntur, cui ut abundare ſtipendiũ poſsit, imperij opes iam fatiſcũt.
Quod dictum ita amarũ militaris multitudo poſtea apud Chalcedona recordata, ad
eius exitium cõſurrexit. Exinde cuneis conſertis incedens, cũ Bezabden aduentaret,
fixis tentorijs, uallo foſſarũq; altitudine circũſeptis, obequitans caſtrorũ ambitum lon
gius, docebatur relatione multorum inſtaurata eſſe firmius loca, quæ antehac iniuria
corruperat uetuſtatis. & ne quid omitteret quod ante feruorẽ certaminũ erat neceſſa-
rio præſtruendũ, uiris prudentibus miſsis conditione poſita dupla, cogebat mœnium
defenſores redire ad ſuos, alienis ſine cruore conceſsis, aut in ditionẽ uenire Romanã
dignitatibus augendos & præmijs. atq; cum illi deſtinatione natiua reniterentur ut cla
re nati, periculiſq; & laboribus in cuncta obſidioni congrua parabantur. Denſis itaq;
ordinibus tum tubarum incitamentis latera oppidi cuncta adortus, alacris miles legio
nibus in teſtudines uarias cõglobatis, paulatim tutò progrediens, ſubruere mœnia co
nabatur: & quia telorum omne genus in ſubeuntes effundebatur, nexu clypeorũ ſolu-
to diſceſſum eſt, in receptũ canentibus ſignis. Laxatis deinde ad diem unũ animis, ter-
tia luce curioſius tecti elatis paſsim clamoribus aſcenſus undiq; tentabant. Et licet de-
fenſores obtentis cilicijs ne conſpicerent ab hoſtibus, latebant intrinſecus, tamen quo-
ties flagitabat neceſsitas, lacertos fortiter exertantes, lapidibus ſubiectos inceſſebant
& telis. & uimineę crates cum procederent confidenter, eſſentq; parietibus contiguæ,
dolia deſuper cadebant, molæ, & columnarum fragmenta: quorum ponderibus ni-
mijs obruebantur pugnatores, hiatuq; uiolento diſiectis operimẽtis cum periculis ulti
mis euadebant. Decimo itaq; poſtq; oppugnari cœptũ eſt die, cum ſpes noſtrorũ infe
rior cuncta mœrore cõpleret, transferri placuerat molem arietis magnam, quam Per-
ſæ quondam Antiochia pulſibus eius exciſa relatam reliquerant apud Carras: quæ ſu
bito uiſa, aptataq; faberrime, clauſorũ hebetauerat mentes aduſq; deditionis remedia

pene prolapſas, ni reſumptis uiribus opponenda minaci machinæ præparaſſent. nec temeritas poſt hæc ceſſauerat, nec conſiliū. namq; dum inſtrueretur aries uetuſtus, & diſſolutus ut facile ueheretur, omni arte omniq; uiriū nixu, & propugnatorū ui & firmitudine ſumma defenſabantur tormenta. nihilominus & lapidū crebritas atq; fundarum ex utraq; parte plurimos cōſumebant, & aggerum moles incrementis celeribus conſurgebant: acriorq; indies adoleſcebat obſidio, multis noſtrorū idcirco cadentibus quòd decernentes ſub imperatoris cōſpectu ſpe præmiorū, ut poſsint facile qui eſſent agnoſci nudantes galeis capita, ſagittariorū hoſtilium peritia fundebantur. Proin dies & noctes intenti uigilijs, cautiores ſtantes utrobiq; faciebant. & Perſæ aggerum altitudine iam in ſublime porrecta, machinæq; ingētis horrore perculſi, quā minores quoq; ſequebātur, omnes exurere ui maxima nitebant̃: & aſsidue malleolos atq; incēdiaria tela torquentes laborabant incaſſum: ea re quòd humectis ſcortis & centonibus erant opertæ materiæ plures, aliæ unctæ alumine diligenter, ut ignis per eas laberetur innoxius. Verum has admouētes fortitudine magna Romani licet difficile defenſabant tamen, & cupiditate potiundi oppidi, ne prompta quidē pericula contēnebant: & contrà propugnatores cum iam diſcuſſurus turrim oppoſitam aries maximus aduentaret,
Forma arietis prominentē eius ferream frontem, quæ reuera formam effingit arietis, arte ſubtili illaqueatam altrinſecus lacinijs retinuere longis, ne retrogradiens reſumeret uires, néue ferire muros aſſultibus denſis contēplabiliter poſſet, fundentes quoq; feruentiſsimā picem. & diu promotæ machinæ ſtabant, ſaxa muralia perferētes, & tela. Iamq; aggerib. cumulatius excitatis, defenſores ni uigilaſſent exitium adfore iam ſperantes, in audaciam ruere præcipitē: & repentino decurſu portis effuſi, primoſq; adorti noſtrorū, faces ſitellaſq; ferreas onuſtas ignibus in arietem magnis uiribus iaciebant. Verū poſt ambiguam prælij uirtutē plurimi nihil impetrato intra mœnia repellunt̃: moxq; ex aggerib. quos erexerant Romani, ijdem Perſæ propugnaculis inſiſtentes ſagittis inceſſebant̃, & fundis teliſq; igniferis: quæ per tegumenta turrium uolitantia, paratis qui reſtinguerent, plerunq; irrita labebant̃. Cumq; pauciores utrobiq; fierēt bellatores, & Perſæ truderentur ad ultima, ni potior ratio ſuccurriſſet, impenſiore opera procurſus tentabāt̃ ex caſtris: & eruptione ſubita multitudinis facta, inter armatos qui portabāt ignes ampliores prioribus ordinati, iaciebant corbes in materias ferreos plenos flāmarū, & ſarmenta, aliaq; ad ignes concipiendos aptiſsima. Et quia conſpectū abſtulerant fumi nigerrimæ nubes, claſsico excitante, in pugnā, legiones procinctæ celeri gradu uenerūt: & ſubcreſcēte paulatim ardore bellandi, cum uentum fuiſſet ad manus, repente machinæ omēs effuſis ignibus urebant̃, præter maiorē: quam direptis reſtibus, quibus è muro iactis implicabat̃, uirorū fortium acrior niſus ægre ſemiuſtā extraxit. At ubi nocturnæ tenebræ finem prælijs attulerunt, nō in longū miles quieuit: cibo em̄ exiguo refectus & ſomno, rectorum monitu excitus munitiones longe à muro dimouit, dimicare ſuccinctius parās per ſublimes aggeſtus, qui iam cōſummati muris altius imminebāt. utq; facile defenſores mœnibus pellerent̃, in ipſis aggerū ſummitatib. binę ſunt locatę baliſtę, quarum metu ne proſpicere quidē poſſe hoſtium quiſq; crederet̃. His ſatis prouiſis prope ipſum crepuſculum triplex acies noſtrorū inſtructa, coniſq; galearū minacius nutans, ſcalas uehentibus multis impetū conabat̃ in muros. iamq; reſultantibus armis & tubis, uno pariq; ardore hinc inde pugnabat̃ audaci cōflictu: latiuſq; ſeſe pandente, Romani cum Perſas occultari uiderent pauore impoſitorū aggeribus tormentorum, pulſabant turrim ariete: & cū ligonibus & dolabris & uectibus ſcaliſq; appropinquabāt: utrinq; conuolante miſsiliū crebritate. afflictabāt tamen multo uehementius Perſas ictus uarij baliſtarū, tanq; per tranſennā à cliuis ſtructilib. decurrentes. unde fortunas ſuas ſitas in extremo iam cogitantes, deſtinatā ruebant in mortem. & partiti munera dimicandi inter neceſsitatis articulos, relictis qui mœnia tuerentur, reſerata latenter poſtica ſtrictis gladijs ualida manus erupit, ponè ſequentibus alijs qui flāmas occulte portabant. Dumq; Romani nunc inſtant cedentibus, nunc ultro inceſſentes excipiunt, qui uehebant foculos repentes incurui prunas unius aggeſti inſeruere iuncturis, ramis arborū diuerſarū, & iunco, & manipulis conſtructi cannarū: qui conceptis incendiorum aridis nutrimentis iam cremabant̃, militibus cum intactis tormentis

exinde

exinde periculoſe digreſsis. Vt uero certaminibus finē ueſpera dedit, parteſq; diſceſſerunt ad otium breue, imperator in uaria ſeſe conſilia diducens & uerſans, cum excidio Phænichæ diutius imminere neceſſariæ rationes urgerēt, quod munimentū uelut inſolubile clauſtrum hoſtium excurſibus erat obiectū, & ſerum repelleret tempus, certaturus leuiter ibi ſtatuit immorari, alimentis deſtituēdos forſitan cedere exiſtimans Perſas: quod ſecus atq; rebatur euenit. Cum enim remiſsius pugnaretur, humēte cœlo undantes nubes cum tenebris aduenere minacibus: aſsiduisq; imbribus ita immaduerat ſolum, ut luti glutinoſa mollities per eas regiones pinguiſsimi ceſpitis om̄ia perturbaret, & ſuper his iugi fragore tonitrua fulguraq; mentes hominum pauidas perterrebant. Accedebāt arcus cæleſtis cōſpectus aſsidui: quæ ſpecies unde ita figurari ſoleat, expoſitio de reb. oſtēdet: Halitus terræ calidiores & humoris ſpiramina cōglobata in nubes, exindeq; diſiecta in aſpergines paruas, ac radiorum fuſione ſplendida facta, ſupinantur, uolubiliter contra ipſum igneum orbem, irimq; conformant: ideoq; ſpatioſo curuamine ſinuoſam: quod in noſtro panditur mundo, quem ſphæræ dimidiæ parti rationes phyſicæ ſuperponunt. cuius ſpecies quantum mortalis oculus contuetur, prima lutea uiſitur, ſecunda flaueſcens uel fulua, punicea tertia, quarta purpurea, poſtrema ceruleo concreta & uiridi. hac autem mixta pulchritudine temperatur ideo, ut terrenę exiſtimant mentes, quod prima eius pars dilutior cernitur, aeri concolor circumfuſo: *De coloribus* ſequēs fulua, id eſt paulo excitatior quàm lutea: punicea tertia, quod ſolis obnoxia cla- *arcus* ritudini receptatione ſpiritus fulgores eius puriſsimos è regione deflorat. quarta ideo purpurat, quòd intermicāte aſperginum denſitate per quas oritur, radiorum ſplendorem conſpuens, oſtendit aſpectum flammeo propiorem: qui color quanto magis diffunditur, cōcedit in cerulum & uirentem. Arbitrātur alij tunc iridis formam rebus apparere mundanis, cum altius dilatæ nubi craſſæ radij ſolis infuſi lucem iniecerint liquidam: quæ non reperiens exitū in ſe conglobata nimio ſplendeſcit attritu: & proximos quidem albo colores à ſole ſublimiore decerpit: ſubuirides uero à nubis ſimilitudine ſuperiectæ, ut in mari ſolet uſu uenire, ubi candidæ ſunt undæ quæ littoribus illiduntur, interiores ſine ulla concretione ceruleæ. Et quoniam indicium eſt permutationis auræ (ut diximus) à ſudore aere nubium concitans globos, aut contra ex concreto immutans in ſerenam lætitiam cælum: ideo apud poetas legimus ſæpe Irim de cælo mit- *Cur apud poetas iris nuntiat* ti, cum præſentium rerum ſit ſtatus mutatio. Suppetūt aliæ multæ opiniones & uariæ, quas dinumerare nunc eſt ſuperuacuum, narratione redire unde digreſſa eſt feſtinante. His ac talibus imperator inter ſpem metumq; iactabatur, ingraueſcēte hyemis magnitudine, ſuſpectiſq; per auios tractus inſidijs: inter quę etiam tumultū exaſperati militis uerebatur. ſuper his urebat eius anxiam mentē, quòd uelut pateſacta ianua diuitis domus, irritus propoſiti reuerteretē. Quas ob res omiſſo uano incepto, hyematurus Antiochiæ redit in Syriam, ærumnoſam perpeſſus æſtatem & atrocem, diuq; deflendam: euenerat enim hoc, quaſi fatali conſtellatione ita regente diuerſos euentus, ut ipſum Conſtantium dimicantem cum Perſis fortuna ſemper ſequeretur afflictior: unde uincere ſaltem per duces optabat: quod aliquoties meminimus contigiſſe.

AMMIANI MARCELLINI RERVM
GESTARVM LIBER VICESIMVSPRIMVS

INTERCLVSO hac bellorū difficili ſorte Conſtantio trans flumen Euphraten, Iulianus agens apud Viennam, formandis in futura conſilijs dies impendebat & noctes, quantum opes patiebantur anguſtæ, altius ſemet attollens: ſemperq; ambigens utrum Conſtantium modis omnibus alliceret in concordiam, an terroris incutiendi gratia laceſſeret prior: quæ ſolicite reputans, utrunq; formidabat, & amicum cruentum, & in ærumnis ciuilibus ſæpe uictorem. maximeq; Galli fratris exemplum mentem eius anxiam ſuſpēdebat, quem inertia mixtæq; periurijs fraudes prodidere quorundā. Eri-

gebat tamen aliquoties animum ad multa & urgētia, tutiſsimum ratus inimicum ſe ex confeſſo monſtrare ei, cuius ex præteritis motus coniectabat ut prudens, ni per amicitias fictas inſidijs falleretur occultis. Paruit igitur auditis quæ per Leonā Conſtantius ſcripſerat: nulloq; arbitrio eius promotorum ſuſcepto præter Nebridium, quinquēnalia Auguſtus iam edidit, & ambitioſo diademate utebatur lapidum fulgore diſtincto: cum inter exordia principatus aſſumpta uili corona circundaretur xyſtarchæ ſimilis purpurato. Inter quæ Helenæ coniugis defunctæ ſuprema miſerat Romam, in ſuburbano uiæ Nomentanæ condenda, ubi uxor quoq; Galli quondam ſoror eius ſepulta eſt Conſtantina. Accidebat autem, incendebatq; eius cupiditatem pacatis iam Gallis inceſſere ultro Conſtantium: conijciens eum per uaticinandi præſagia multa, quæ callebat, & ſomnia, è uita protinus exceſſurum. Et quoniam erudito & ſtudioſo cognitionum omnium principi, maleuoli prænoſcendi futura prauas artes aſsignāt, aduertendum eſt breuiter, unde ſapienti uiro hoc quoq; accidere poterit doctrinæ genus haud

Spiritus elementorum leue. Elementorum omnium ſpiritus, utpote perennium corporum, præſentienti motu ſemper & ubiq; uigens, ex his quæ per diſciplinas uarias affectamus, participat nobiſcū munera diuinādi: & ſubſtantiales poteſtates ritu diuerſo placatæ, uelut ex perpetuis fontium uenis uaticina mortalitati ſuppeditant uerba, quibus numen præeſſe dicitur Themidis: quam ex eo quòd fixa fatali lege decreta præſcire fas ſit in poſterū, quæ tethimena ſermo Græcus appellat, ita cognominatā, in cubili ſolioq; Iouis uigoris uiuifici theologi ueteres collocarunt. Auguria & auſpicia nō uolucrū arbitrio futura neſcientium colliguntur (nec enim hoc uel inſipiens quiſquā diceret) ſed uolatus auium dirigit deus: ut roſtrum ſonans, aut præteruolans pinna turbido meatu uel leni futura præmonſtret. Amat enim benignitas numinis, ſeu quòd merentur homines, ſeu quòd tangitur eorum affectione, his quoq; artibus prodere quę impendent. Extis item pecudum attenti fatidicis, in ſpecies conuerti ſuetis innumeras, accidentia ſciūt. Cuius diſci-

Tages plinæ Tages nomine quidā mōſtrator (ut fabulantur) in Hetruriæ partibus emerſiſſe ſubito uiſus è terra. Aperiunt nunc quoq; uentura cum ęſtuant hominū corda, ſed lo-

Sol mens mundi quuntur diuina. Sol enim (ut aiunt phyſici) mens mundi, noſtras mentes ex ſeſe uelut ſcintillas diffunditans, cum eas incenderit uehemētius, futuri conſcias reddit. Vnde Sibyllæ crebro ſe dicunt ardere, torrente ui magna flammarū. Multa ſignificāt ſuper his crepitus uocum, & occurrētia ſigna, tonitrua quinetiā & fulgura & fulmina, itidemq; ſiderum ſulci. Somniorū autem rara fides, & indubitabilis foret, ni ratiocinantes cōiectura fallerentur. Interdumq; ut Ariſtoteles affirmat, infixa ſunt & ſtabilia: cum animantis altius quieſcentis ocularis pupilla neutrobi inclinata rectiſsime cernit. & quia uanities aliquoties plebeia ſtrepit, hæc imperite muſſando, ſi eſſet præſentiendi notitia quædam, cur ille ſe caſurum in bello, uel alius hoc ſe paſſurū ignorauit aut illud: ſufficit dici, quod & grammaticus locutus interdum eſt barbare, & abſurde cecinit muſicus, & ignorauit remedium medicus: & non ideo nec grammatica, nec muſica, nec medicina ſubſiſtit. Vnde præclare hoc quoq;, ut alia, Tullius: ſigna oſtenduntur ait à dijs rerum futurarum: in his ſi quis errauerit, non deorum natura, ſed hominum coniectura peccauit. Ne igitur extra calcem, quod dicitur, ſermo decurrens lecturo faſtidium fe-

Iuliani oſtenta rat, ad explicanda proſpecta reuertamur. Cum apud Pariſios adhuc Cæſar Iulianus quatiens ſcutum uarijs motibus exerceretur in campo, axiculis quîs orbis erat compaginatus in uanū excuſsis, anſa remanſerat ſola: quam retinens ualida manu ſtringebat. territisq; ut omine diro præſentibus cunctis, nemo, inquit, uereat: habeo firmiter, quod tenebā. Item cum apud Viennam poſtea quieſceret ſobrius, hora media noctis imago quædā uiſa ſplendidior, hos ei uerſus heroos modo non uigilanti aperte dixit, eadem ſæpius replicando, quibus fretus nihil aſperum ſibi ſupereſſe exiſtimabat,

Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο,
παρθενικῆς δὲ κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέμπτῃ
εἰκοστῇ, βασιλεὺς κωνστάντιος ἀσίδος αἴης
τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Agebat itaq; nihil interim de ſtatu rerum præſentium mutans, ſed animo tranquillo & quieto incidentia cuncta diſponens, paulatimq; ſeſe corroborans, ut dignitatis au-

gmento

gmento uirium quoq; congruerent incrementa. utq; omnes nullo impediente ad ſui fauorem illiceret, adhærere cultui Chriſtiano fingebat, à quo iam pridem occulte deſciuerat, arcanorũ participibus paucis aruſpicinæ augurijsq; intentus, & cæteris quæ deorum ſemper fecere cultores. Et ut hæc interim celarentur, feriarum die quem celebrantes menſe Ianuario Chriſtiani Epiphaniam dictitant, progreſſus in eorum eccleſiam ſolenniter numine orato diſceſsit. Dum hæc ita aguntur, propinquante iam uere, nuncio percitus inopino, ad triſtitiam uerſus eſt & mœrorem. Didicit enim Alemannos à pago Vadomarij exorſos, unde nihil poſt ictum fœdus ſperabatur incommodum, uaſtare confines Retijs tractus: nihilq; ſinere intentatum manus prædatorias fuſius diſcurrentes. Quod ne diſsimulatum rediuiuas bellorum materias excitaret, Libinonem quendam comitem cum Celtis & Petulantibus miſit hyemantibus ſecum, negocium ut poſcebat ratio correcturum. Qui cum mature prope oppidum Sanctionem ueniſſet, longe uiſus à barbaris, qui iam certamina meditantes ſeſe per ualles abdiderant: hortatusq; milites licet numero impares, cupidine tamen pugnandi uehementius irritatos, aggreditur inconſulte Germanos: interq; dimicandi exordia ipſe concidit omnium primus. cuius interitu erecta barbarorũ fiducia, Romanisq; ad ducis uindictam accenſis, certamen committitur obſtinatum: & urgente magnitudinis mole diſiecti ſunt noſtri, occiſis paucis, & uulneratis. Cum hoc Vadomario, & Gundomado eius fratre itidem rege, Conſtantius (ut iam relatum eſt) firmauerat pacem. Poſt quæ mortuo Gundomado, hunc ſibi fore exiſtimans fidum, ſecretorũq; taciturnum executorẽ, ſecialẽ mandauerat, ſi famæ ſolius admittenda eſt fides: ſcribebatq; ut tanquã rupto concordię pacto, ſubinde collimitia ſibi uicina uexaret: quo Iulianus id metuẽs, nuſquam à tutela diſcederet Galliarũ. quibus ut dignum eſt credere obtemperans Vadomarius hæc & ſimilia perpetrabat, ad perſtringendũ fallendumq; miris modis ab ætatis primitijs callens, ut poſtea quoq; ducatum per Phœnicen regẽs oſtendit. Sed re ipſa conuictus abſtinuit. Capto enim à ſtationarijs militibus notario, quem miſerat ad Conſtantiũ, ſcrutatoq; ſi quid portaret, epiſtola eius reperta eſt: in qua præter alia multa id quoq; ſcripſerat: Cæſar tuus diſciplinam non habet. Iulianum autem adſidue per literas dominũ & Auguſtum appellabat & deum. Hæc ut erant periculoſa & dubia Iulianus in exitiale malũ eruptura conſiderans, in unum omni cogitatione intenta, ui incautũ rapere feſtinabat, ut ſecuritatẽ ſuam prouinciarũq; locaret in tuto, & inijt conſiliũ tale. Philagriũ notarium, orientis poſtea comitẽ, ad eas miſerat partes, cuius prudentiæ fidebat olim ſibi cõpertæ: eiq; inter multa, quæ pro captu inſtantium rerum erat acturus, ſignatã quoq; chartulã tradidit, mandauitq;, ne aperiret uel recitaret, niſi Vadomario uiſo cis Rhenũ. Perrexit Philagrius, ut præceptũ eſt: eoq; præſente, & negotijs aſtricto diuerſis, trãſgreſſus Vadomarius flumẽ, ut nihil in ꝓfunda metuens pace, nihilq; ſecus geſtorũ ſimulans ſcire, uiſo præpoſito militũ ibi degentiũ pauca locutus, ex more ultro ſemet, ut ſuſpicionis nihil relinqueret abiturus, ad cõuiuiũ eius uenire promiſit, ad quod erat etiã Philagrius inuitatus. Qui ſtatim ingreſſus rege conſpecto imperatoris recordatus eſt uerba: cauſatusq; rem ſeriam & urgentem, ad diuerſorium redijt: ſcriptisq; lectis doctus quid agi conueniret, confeſtim reuerſus diſcubuit inter cæteros. Finitisq; epulis Vadomarium fortiter apprehẽſum rectori militum arcte cuſtodiẽdum apud ſigna cõmiſit, textu lecto iuſſorũ, comitibus eius ad ſua redire cõpulſis, ſuper quibus nihil fuerat imperatũ. Exhibitus tamen idem rex ad principis caſtra, iamq; ſpe ueniæ omni præcluſa, cum interceptũ notarium, & quæ ſcripſerat ad Conſtantium comperiſſet iam publicata, ne conuitio quidem tenus cõpellatus miſſus eſt ad Hiſpanias. Id enim ſtudio curabatur ingenti, ne Iuliano diſcedẽte à Gallijs, immaniſsimus homo prouinciarum ſtatum ægre cõpoſitum licentius cõturbaret. Hoc caſu elatior Iulianus regis opinione citius intercepti, quẽ profecturus ad longinqua formidabat, nihil remittentibus curis barbaros adoriri doſpoſuit, quos peremiſſe Libinonẽ comitẽ in cõgreſſu cum militib. docuimus paucis. Et ne rumor aduentus ſui eos ad remotiora traduceret, ſuperato Rheno noctis alto ſilentio, cum auxiliorum expeditiſsimis globis, nihil metuentes huiuſmodi circũuenit: excitatosq; hoſtiliũ fragore armorũ, dum gladios circũſpectant & tela, celeriter inuolauit, & quoſdã occidit, orantes alios

Collimitium

tes alios

tes alios prædamq́ offerentes dedititios cepit, reliquis qui remanſere pacẽ precãtibus dedit, quietẽ pollicitis firmam. Quæ dum mentibus aguntur erectis, coniectans quantas inteſtinæ cladis excitauerat moles, nihilq́ tam cõuenire conatibus ſubitis quàm celeritatem ſagaci præuidens mente, profeſſa palàm defectione ſe tutiorẽ fore exiſtimauit: incertusq́ de militũ fide, placata ritu ſecretiore Bellona, claſsico ad concionẽ exercitu cõuocato, ſaxeo ſuggeſtu inſiſtẽs, iamq́ ut apparebat fidentior, hæc clarius ſolito diſſerebat: Iamdudum tacita deliberatione uos æſtimo magni commilitones, rerum geſtarum excitos amplitudine, hoc operiri conſilium, ut euentus qui ſperantur perpendi poſsint, & præcaueri. Plus enim audire q̃ loqui militem decet actibus coalitũ glorioſis: nec alium ſpectatæ æquitatis ſentire rectorem, quàm eum qui & laudari digne potuerit & probari. Vt igitur quę propoſui abiectis abſoluã, aduertite oro beneuole, quæ ſermone breui percurrã: Arbitrio dei cæleſtis uobis inter ipſa iuuentæ rudimenta permixtus irruptiones Alemannorum aſsiduas & Francorum, populandiq́ iugem licentiam fregi: & uigore communi Romanis agminibus quoties libet Rhenum peruium feci, contra rumorum fremitus, gentiumq́ ualidarum uiolentos excurſus ſtando immobilis, uirtutis ueſtræ nimirum firmamento confiſus. & hæc laborum quos exhauſimus Galliæ, ſpectatrices, poſt funera multa iacturasq́ recreatæ diuturnas & graues, poſteritati per ætatum examina commendabunt. At nunc cum autoritate ueſtri iudicij, rerumq́ neceſsitate compulſus, ad auguſtum elatus ſum culmen, deo uobisq́ fautoribus, ſi fortuna cœptis adfuerit, altius affectabo maiora, id præ me ferẽs, quòd exercitui, cuius æquitas armorumq́ inclaruit magnitudo, & domi moderatus uiſus ſum & trãquillus, & in crebritate bellorũ cõtra conſpiratas gentiũ copias cõſideratus & cautus. Vt igitur aduerſa præueniamus mentiũ ſocietate iunctiſsima, ſequimini uiam, conſiliumq́ ſalutare (ut puto) cum integritas rerum intentioni noſtræ uoluntatiq́ reſpondeat: & dum maioribus uacant præſidijs regiones Illyricæ, impræpedito curſu tendentes, Daciarum interim fines extimos occupemus, exinde quid agi oporteat bonis ſucceſsibus inſtruendi: utq́ eſt mos fidentium ducum, iuramento quæſo concordiã ſpondete manſuram & fidem, operam nauaturo ſedulam & ſolitam, ne quid agatur inconſultum & ſegne, & producturo, ſi quis exegerit, incorruptã conſcientiam meam, quòd nihil uoluntate præter ea quæ in commune conducunt, aggrediar aut tentabo. Illud ſanè obteſtor & rogo, obſeruate ne impetu gliſcentis ardoris in priuatorum damna quiſquam ueſtrũ exiliat, id cogitans, quòd ita nos illuſtrarunt hoſtium innumeræ ſtrages, ut indemnitas prouinciarum & ſalus, exemplis uirtutum peruulgatæ. Hoc ſermone imperatoris uice alicuius oraculi comprobato, mota eſt incitatius concio: & rerum cupida nouandarum, unanimi conſenſu uoces horrendas immani ſcutorum fragore miſcebat, magnum elatumq́ ducem, & ut experta eſt, fortunatũ domatorem gentium appellans & regum. iuſsiq́ uniuerſi in eius nomen iurare ſolenniter, gladijs ceruicibus ſuis admotis ſub execrationibus diris uerbis iurauere conceptis, omnes pro eo caſus quoad uitam profuderint, ſi id neceſsitas exegerit, perlaturos: quæ ſecuti rectores, omnesq́ principis proximi, fidem ſimili religione firmarunt. Solùs omnium licet propoſito ſtabili, audacter tamen præfectus repugnauit Nebridius, iuriſiurãdi nexu contra Conſtantium nequaq́ ſe conſtringi poſſe commemorans, cuius beneficijs obligatus erat crebris & multis. Quibus auditis cũ ſtantes propius milites acriter inflãmati eum appeterent trucidandũ, ad genua ſua prolapſum imperator paludamento protexit: inde reuerſus in regiam cum antegreſſum eum uidiſſet, ſupplicemq́ iacentem orare, ut leuandi cauſa timoris ei porrigeret dexteram: Et quid ait præcipuũ amicis ſeruabitur, ſi tu manũ tetigeris meam? Sed hinc quò libet abi ſecurus. Hocq́ audito ille innoxius ad larem ſuum receſsit in Thuſciã. His Iulianus, ut poſcebat negotij magnitudo, præſtructis, expertus quid in rebus tumultuoſis anteuerſio ualeat & prægreſſus, per teſſeram edicto itinere in Pannonias, caſtris promotis & ſignis, temere ſe fortunæ commiſit ambiguæ. Replicare nunc cõuenit tempora, & narrare ſummatim, quæ dum aguntur in Gallijs antedicta Conſtantius hyemans Antiochiæ, domi militiæq́ perfecit. Inter complures alios honore conſpicuos adoraturi imperatorem peregre uenientem ordinantur etiam ex tribunis inſignibus. Cum igitur à Meſopotamia reuerſus Conſtantius hoc

Oratio Iuliani (margin)

Milites iurant (margin)

tius hoc exciperetur officio, Amphilochius quidã ex tribuno Paphlago, quẽ dudum ſub Conſtante militantẽ diſcordiarum ſæuiſſe cauſas inter priores fratres, ſuſpiciones contiguæ ueritati pulſabant, auſus paulo petulantius ſtare, ut ipſe quoq; ad parile obſequiũ admittẽdus, agnitus eſt & prohibitus: ſtrepentibusq; multis, & intueri lucẽ ulterius non debere clamantibus, ut perduellem & obſtinatum, Conſtantius circa hæc lenior ſolito: Deſinite ait urgere hominẽ, ut exiſtimo ſontem, ſed nondum aperte conui ctum: & mementote quòd ſi quid admiſit huiuſmodi, ſub obtutibus meis conſcientiæ ipſius ſententia punietur, quã latere nõ poterit: & ita diſceſſum eſt. Poſtridie ludis Circenſibus idem ex aduerſo imperatoris ubi conſueuerat ſpectans, repentino clamore ſublato, cum certamen opinatũ emitteretur, diffractis cancellis quibus unà cum pluribus incumbebat, cunctis cum eo inuanũ excuſsis, læſisq; leuiter paucis, interna cõpage diſrupta efflaſſe ſpiritum repertus eſt ſolus: unde Conſtantius futurorũ quoq; præſcius exultabat. Eodẽ tẽpore Fauſtinã nomine ſortitus eſt coniugẽ, amiſſa iampridem Euſebia, cuius fratres erant Euſebius & Hypatius cõſulares, corporis morũq; pulchritudine pluribus anteſtante, & in culmine tam celſo humana, cuius fauore iuſtiſsimo exemptũ periculis declaratumq; Cæſarem retulimus Iulianũ. Habita iiſdem diebus etiam Florentij ratio, è Gallia nouitatis metu digreſsi, & Anatolio recẽs mortuo præfecto prætorio per Illyricũ, ad eius mittitur locũ: cumq; Tauro itidem præfecto prætorio per Italiã ampliſsimi ſuſcepit inſignia magiſtratus. Parabantur nihilominus externorũ atq; ciuiliũ inſtrumenta bellorũ, & augebatur turmarũ equeſtriũ numerus, pariq; ſtudio ſupplemẽta legionibus ſcripta ſunt, indictis per prouincias tyrocinijs: omniſq; ordo & profeſsio uexabatur, ueſtem armaq; exhibens & tormenta, aurum quinetiam & argentũ, multiplicesq; rei cibariæ copias, & diuerſa genera iumentorũ. Et quia Perſarum rege ob difficultatẽ hyberni tẽporis ægre retruſo, reſerata cœli tẽperie ualidior impetus timebatur, ad Tranſtigritanos reges & ſatrapas legati cum muneribus miſsi ſunt amplis, monituri cunctos & hortaturi noſtra ſentirent, nihil fallax tentarent uel fraudulentũ: ante omĩa tamẽ Arſaces & Meribanes, Armeniæ & Hiberiæ reges, cultu ambitioſo indumentorũ emercabãtur & multiformibus donis, damna negotijs Romanis illaturi, ſi rebus etiã dubijs deſciuiſſent ad Perſas. Inter tot urgentia Hermogene defuncto, ad præfecturã promouetur Helpidius, ortus in Paphlagonia, aſpectu uilis & lingua, ſed ſimplicioris ingenij, incruentus & mitis: adeo ut cum ei coràm innocentem quendam torquere Conſtantius præcepiſſet, æquo animo abrogari ſibi poteſtatẽ oraret, hæcq; potioribus alijs ex ſententia principis agenda permitti. Rigore itaq; inſtantium negotiorũ anceps Conſtantius quid capeſſeret ambigebat, diu multumq; anxius utrum Iulianum peteret & longinqua, an Parthos repelleret iam tranſituros, ut minabantur, Euphratem: hærensq;, tandem cum ducibus cõmunicato ſæpe conſilio in id flexus eſt, ut finito propiore bello, uel certe mollito, nullo poſt terga relicto quem formidaret, Illyrijs perculſis & Italia, ut rebatur, Iulianum inter exordia ipſa cœptorum tanq; uenaticam prædam caperet: hoc enim ad leniẽdum ſuorum metũ ſubinde prædicabat. tamen ne intepeſcere, aut omiſiſſe belli uideretur aliud latus, aduentus ſui terrorem ubiq; diſpergẽs, ueritusq; ne Africa abſente eo perrumperetur, ad omnes caſus principibus opportuna, uelut finibus orientis egreſſus, per mare notarium miſit Gaudentium, quem exploratorẽ actuum Iuliani per Gallias aliquãdiu fuiſſe præſtrinximus. Hunc enim obſequio celeri cuncta conſideratione gemina efficere poſſe ſperabat: quòd aduerſam partem metueret offenſam, & properabat nactus hanc opportunitatem commendari Conſtantio, quem credebat proculdubio fore uictorem: nemo enim omnium tunc ab hac conſtanti ſententia diſcrepabat. Qui cum eò ueniſſet, mãdatorũ principis memor, per literas Cretione comite quid ageretur edocto, reliquisq; rectoribus, lecto undiq; milite fortiore, trãslatisq; ab utraq; Mauritania diſcurſatoribus expeditis, Aquitaniæ & Galliæ obiecta littora tuebat' arctiſsime. Neq; id conſilium fefellit Conſtantium. Eo enim ſuperſtite nullus aduerſorum illas tetigit terras, licet oram Sicilienſem à Lilybæo protentam & Pachyno, multitudo ſeruabat armata, ſi patuiſſet facultas, ocyus tranſitura. His pro rerum ratione ut ſibi prodeſſe exiſtimabat Conſtantius, alijsq; minutis & leuioribus ordinatis, ducũ nuntijs docebatur & literis,

Fauſtina coniunx Cõſtantij

Indictis per prouincias tyrocinijs

Cultus indumentorum ambitioſus

Perſarum copias in unum coactas rege turgido præeunte iam prope margines tendere Tigridis, incertũ quonam erumpere cogitantes. Quibus percitus, ut propius agẽs futuros poſsit anteuenire conatus, quàm primũ hybernis egreſſus, accito undiq; equitatu, peditumq; robore quo fidebat, per Capeſſanam Euphrate nauali ponte tranſcurſo, Aedeſſam petit uberem commeatibus & munitam, ibi parumper opperiens dum exploratores aut perfugæ motum caſtrorũ hoſtilium indicarent. Diſcedens inter hæc Iulianus à Rauracis, peractis quæ docuimus dudum, Salluſtium præfectum promotum remiſit in Gallias, Germaniano iuſſo uicem tueri Nebridij: Itidemq; Neuitæ magiſterium commiſit armorum, Gumoarium proditorem antiquum timens, quem cum Scutarios regeret, latenter prodidiſſe Veteranionẽ ſuum principẽ audiebat: & Iouio quęſturam, cuius in actibus Magnentij meminimus: & Mamertino largitiones curandas. & Dagalaiphum præfecit domeſticis, aliosq; ex arbitrio ſuo militib. regendis appoſuit, quorum merita norat & fidem. Profecturus itaq; per Martianas ſyluas, uiasq; iunctas Iſtri fluminis ripis, inter ſubita uehementer incertus id uerebatur, ne contemptus ut comitantibus paucis multitudinẽ offenderet repugnãtem. quod ne fieret, conſilio ſolerti præuidit: & agminibus diſtributis, per itinera Italiæ nota quoſdam properaturos cum Iouino miſit & Iouio, alios per mediterranea Retiarũ magiſtro equitum Neuitæ commiſſos, quo diffuſi per uaria opinionem numeri præberent immenſi, for-

Alexander Magnus midineq; cuncta complerent. Id enim & Alexander Magnus & deinde alij plures, negotio ita poſcente, periti fecere ductores. Mandabat tamen egreſsis, ut tanquam hoſte protinus occurſuro tutius graderentur, ſtationesq; nocturnas agerent & uigilias, ne improuiſo inuaderentur excurſu. Quibus ita ut uidebatur apte diſpoſitis, more quo tractus perruperat ſæpe barbaricos, contextis ſucceſsibus fidens porrectius ire pergebat. Cumq; ad locum ueniſſet unde nauigari poſſe didicit flumẽ, lembis aſcenſis, quos oportune ſors dederat plurimos, per alueum quantum fieri potuit, ferebatur occulte:

Iulianus cibis uilibus contentus ideo latens, quod toleranter & fortiter nullius cibi indigens mundioris, ſed paucis contentus & uilibus, oppida forinſecus tranſibat incaute, imitatus egregiũ illud Cyri ueteris dictum: qui cum delatus ad hoſpitem interrogaretur ab eo quid ad conuiuium parari deberet, Panẽ reſponderat ſolum: ſperare enim aiebat prope riuum cœnaturum. Fama uero, quæ mille, ut aiunt, linguis rerum miſere exaggerat fidem, per Illyricos omnes celebrior fundebatur, Iulianum ſtrata per Gallias multitudine regum, & gentium numeroſo exercitu, et ſucceſsibus tumidum uarijs aduentare. quo rumore perculſus præfectus prætorio Taurus, ut hoſtem uitans externum mature diſceſsit, uectusq; mutatione celeri curſus publici, trãſitis Alpibus Iulijs, eodem ictu Florentium itidem præfectum ſecum abduxit. Leuibus tamẽ indicijs ſuper Iuliani motu Lucillianus percitus comes, qui per illas regiones rem curabat ea tempeſtate caſtrenſem, agens apud Sirmium, militeſq; congregans quos ex ſtationibus proprijs acciri celeritatis ratio permittebat, uenturo reſiſtere cogitabat. Sed ille ut fax uel incenſus malleolus uolucriter ad deſtinata feſtinans, cum ueniſſet Bononeam, à Sirmio nilliario nono diſparatam & decimo, ſeneſcente luna, ideoq; obſcurante noctis maximã partem, è naui exiluit improuiſus: ſtatimq; Dagalaiphum miſit cum expeditis ad Lucillianum uocandum, trahendumq; ſi reniteretur. Qui tum etiam quieſcens, cum ſtrepitu excitus turbulento ui diſſet ignotorum hominum ſe circulo circumſeptum, concepto negocio, & imperatorij nominis metu præſtrictus, præceptis paruit inuitiſsimus: ſecutusq; alienum arbitrium magiſter equitum paulo ante ſuperbus & ferox, iumẽtoq; impoſitus repentino, principi ut captiuus offertur ignobilis, oppreſſam terrore uix colligens mentem. Verum cum primitus uiſus, adorandæ purpuræ datam ſibi copiam aduertiſſet, recreatus tandem ſuiq; ſecurus: Incaute, inquit, imperator, & temere cum paucis alienis partibus te commiſiſti: Cui amarum Iulianus ſubridens, Hæc uerba prudentia ſerua, inquit, Conſtantio: maieſtatis enim inſigne non ut conſiliario tibi, ſed ut deſinas pauere porrexi. Nihil deinde amoto Lucilliano differendum, nec agendum ſegne ratus, ut erat in rebus trepidis audax & confidentior, ciuitatem ut præſumebat dedititiam petens, citis paſsibus incedebat: eumq; ſuburbanis propinquantem amplis nimiumq; protẽtis, militaris & omnis generis turba cũ lumine multo, & floribus, uotisq; fauſtis,

Auguſtum

Auguſtum appellans & dominum, duxit in regiam. Vbi euentu lætus & omine, firmata ſpe uenturorũ, quòd ad exemplum urbium matris & populoſæ & celebris, per alias quoq; ciuitates ut ſidus ſalutare ſuſciperet, edicto poſtridie curuli certamine cum gaudio plebis, ubi lux excanduit tertia morarum impatiens percurſis aggeribus publicis, Succos nemine auſo reſiſtere præſidijs occupauit. ijſdemq; tuendis Neuitam præfecit ut fidum: cuius loci ſitum nunc conueniet oſtendi. Conſertæ celſorum montium ſummitates Hæmi & Rhodopes, quorum alter ex ipſis Iſtri marginibus, alter ab Axij fluminis citeriori parte conſurgit, in anguſtias tumuloſis collibus deſinentes, per Illyrios interſcindunt & Thracas, hinc uicinæ mediterraneis Dacis & Serdicę, inde Thracias deſpectantes & Philippopolim, ciuitates amplas & nobiles. & tanquam Natura in ditionem Romanam redigendas nationes circumſitas prænoſcēte ita figuratæ conſulto, inter artos colles quondam hiantes obſcurius, ad magnitudinem ſplendoremq; poſtea rebus elatis patefactæ ſunt & carpētis: aditibusq; aliquoties clauſis magnorum ducum populorumq; repulere conatus. & pars quę Illyricum ſpectat mollius edita, uelut incauta ſubinde ſuperatur. latus uero è regione oppoſitum Thracijs, prona humilitate diruptum, hincq; & inde fragoſis tramitibus impeditum, difficile ſcāditur etiam nullo uetante. Sub hac altitudine aggerum utrobiq; ſpatioſa camporum planicies iacet, ſuperior aduſq; Iulias alpes extenta, inferior ita reſupina & panda, ut nullis habitetur obſtaculis aduſq; fretum & Propontidem. His ut in re tali tamq; ui genti cōpoſitis, magiſtro equitum illic relicto, imperator reuertitur Næſſum copioſum oppidum, quo inde expedite cuncta diſponeret ſuis utilitatibus profutura. Vbi Victorem apud Sirmium uiſum ſcriptorem hiſtoricum exinde uenire præceptũ, Pannoniæ ſecundæ conſularem prefecit, & honorauit ænea ſtatua uirum ſobrietatis gratia multilaudũ, multo poſt Vrbi præfectum. Iamq; altius ſe extollens, & nunquam credens ad concordiam prouocari poſſe Conſtãtium, orationem acrem & inuectiuã, probra quædam in eum explanantem & uitia, ſcripſerat ad ſenatum. Quæ cum Tertullo adminiſtrante adhuc prefecturam recitarentur in curia, eminuit nobilitatis cum ſpetioſa fiducia benignitas grata. exclamatũ eſt enim in unum cunctorum ſententia congruente, Autori tuo reuerentiam rogamus. Tunc & memoriam Conſtantini, ut nouatoris turbatoriſq; priſcarum legum & moris antiquitus recepti, uexauit, eum aperte incuſans, quòd barbaros omnium primus aduſq; faſces auxerat & trabeas cõſulares, inſulſe nimirum & leuiter: qui cum uitare deberet id quod infeſtius obiurgauit, breui poſtea Mamertinũ ad conſulatum euexit, nec uita, nec ſplendore, nec uſu, nec gloria horũ cuiuſquã ſimilem, quibus magiſtratum detulerat ampliſsimum Conſtantinus: contrà inconſummatum, & ſubaggreſtem: & quod minus erat ferendũ, celſa in poteſtate crudelē. Hæc & talia cogitanti ſolicitoq; ſuper maximis rebus & ſerijs nuntius metuendus intimatur & inſperatus, auſa indicans quorundam immania impeditura curſus eius ardentes, ni uigilanter hæc quoq; antequam adoleſcerent hebetaſſet: quæ breuiter exponentur. Duas legiones Conſtantiacas, addita una ſagittariorum cohorte, quas inuenerat apud Sirmium, ut ſuſpectæ adhuc fidei, per ſpeciem neceſsitatum urgentium miſit in Gallias. quę pigrius motæ, ſpatiaq; itinerum longa, & Germanos hoſtes truces & aſsiduos formidantes, nouare quædam moliebantur, autore & incitatore Nigrino, equitum turmæ tribuno in Meſopotamia genito: req; digeſta per ſecreta colloquia, & alto roborata ſilentio, cum Aquileiam perueniſſent, urbem ſitu & opibus muriſq; circundatam ualidis, eam hoſtiliter repēte clauſere, iuuante indigena plebe tumultus horrorē, cui Conſtantij nomen erat tum etiam amicum. & obſeratis aditibus, turribusq; armatis & propugnaculis, futuræ cõcertationi præparabant utilia, interim ſoluti & liberi: hocq; facinore ita audaci ad fauendum Conſtantij partibus ut ſuperſtitis Italicos incolas excitabant. Quibus Iulianus acceptis, agens tunc apud Næſſum, nihil à tergo timens aduerſum, legensq; & audiens hanc ciuitatem circumſeſſam quidem aliquoties, nunquam tamen exciſam aut deditam, impenſiore ſtudio ſibi ſociare, uel fraude, uel diuerſis adulationum generibus, antequam maius oriretur aliquid, properabat. Ideoq; Iouinum magiſtrum equitum uenientem per Alpes, Noricoſq; ingreſſum, ad id quod exarſerat quoquo modo corrigendum redire citius imperauit. Et ne quid deeſſet, milites om

Hæmus
Rhodope
Iuliæ alpes
Oratio inuectiua
Conſtantiacæ legiones
Iouinus

nes qui comitatum ſequebantur aut ſigna, retineri iuſſit per idem oppidum tranſeun-tes, pro uiribus laturos auxilium. Hiſcꝙ diſpoſitis, ipſe haud diu poſtea cognita morte Conſtantij, diſcurſis Thracijs Conſtãtinopolim introijt: ac ſæpe doctus certius fore id obſidium ꝙ uerēdum, Immone cum comitibus alijs ad hoc deſtinato remouit exinde Iouium, alia quæ potiores flagitabant neceſſitates acturum. Ordine itaꝙ ſcutorum ge-

Aquileia obſidetur

mino Aquileia circunſepta concinentibus ſententijs ducum, conueniens uiſum eſt ad deditionē allicere defenſores minacium blandorūꝙ uarietate ſermonum. & multis ul-tro citroꝙ dictitatis, in immenſum obſtinatione gliſcente, ex colloquio re infecta diſce ditur. Et quia nihil præter pugnã iam ſpectabatur, curatis utrobiꝙ cibis ſomnoꝙ cor-poribus, aurora iam ſurgente, concrepante ſonitu buccinorū, partes accenſę in clades mutuas, ferocius magis quàm conſultius datis clamoribus ferebantur. Pluteos igitur præferentes oppugnatores, cratesꝙ denſius textas, ſenſim incedentes & caute muro-rum ima ſuffodere ferramentorū multitudine conabantur, factas pleriꝙ uehentes ad menſurã mœniū ſcalas. iamꝙ parietibus pene contigui, pars lapidibus uolutis in pro-num colliſi, pars confixi ſtridētibus iaculis retroꝙ gradientes auerterunt ſecum om̃es alios, metu ſimilium à propoſito pugnandi detortos. Hoc primo cōgreſſu erecti in au-daciam clauſi, aſſumpta fiducia meliorū parui ducebant reſtantia: mētibusꝙ fundatis & compoſitis, per opportuna torrentis indefeſſo labore uigilias & cętera ſubſidia ſecu ritatis implebant. Contrà munitores licet pauore diſcriminū anxij, pudore tamen ne ſocordes uiderent̄ & ſegnes, ubi parum uis procedebat Marte aperto tentata, ad inſtru menta obſidionaliū artium tranſtulerunt. Et quia nec arietibus admouēdis, nec inten tandis machinis, uel ut poſſint forari cuniculi, inueniebat̄ uſquam habilis diſparatiōe breui ciuitatē Natiſone amni præterlabente, cōmentum excogitatū eſt cum ueteribus admirandum. Conſtructas ueloci ſtudio ligneas turres propugnaculis hoſtium celſio-res impoſuere trigeminis nauibus ualide ſibi connexis, quibus inſiſtentes armati uno pariꝙ ardore prohibitores diſpellere collatis ex propinquo uiribus nitebant̄: ſubterꝙ expediti uelites è turrium cauernis egreſſi, iniectis ponticulis quos ante cōpaginarãt, tranſgredi feſtinarunt indiuiſo negotio: ut dum uiciſsim miſſilibus ſe petunt & ſaxis utrinꝙſecus alte locati, hi qui trãſiere per pontes nullo interpellante ędificij parte con uulſa aditus in penetralia reſerarēt. Iterū ſumma cœpti prudentis aliorſum euaſit. cum enim aduentarent iam turres, cōtortis maleolis madentibus pice, arundine quinetiam ſarmentis ac uario fomite flãmarum inceſſebantur. quæ quoniam incendio celeri pon-deribusꝙ trepide ſuperſtantiū inclinatę prociderunt in flumen, armatorum aliqui per earum faſtigia interibant, eminus confixi tormentis. Inter quæ deſtituti pedites poſt naualium ſociorū occaſum obtriti ſunt ſaxis immanibus, præter paucos, quos morti li-cet per impedita ſuffugia uelocitas exemerat pedum. Ad ultimū certamine producto in ueſperam, datoꝙ ſigno receptui ex more ambo digreſſi, diei reſiduū animis egere di ſparibus. Munitorū enim mœrores funera lugentium propria, prohibitores ſpe iam ſu perandi inflãmabant, licet ipſi quoꝙ paucos gemebant amiſſos. properabatur tamen nihilominus: & quantū recreandis uiribus quiete & cibo ſatisfuit tributo per noctis in tegræ ſpatium, reparatur lucis exordio prælium incitamento tubarū. & quidam elatis ſuper capita ſcutis, ut pugnaturi leuius, alij uehentes humeris ut antea ſcalas, feruētiꝙ impetu procurrentes, pectora multiformiū telorum ictibus exponebant. alij ferratos portarum obijces effringendos adorti, ultro ignibus petebant̄ uel ſaxis muralib. oppe tebant. quidã foſſas fidentius tranſire conati, repentinis eorum adſultibus qui erumpe bant clanculo per poſticas, ruentes incaute ſaucij diſcedebant. Recurſus enim ad mœ nia tutior uallumꝙ antemuranū ceſpitibus fultum, inſidiantes ab omni diſcrimine de fendebat. Et quanꝙ prohibitores peritia bellorumꝙ artibus anteſtarent, quibus nihil præter mœniū ſupererat adiumentū: collectus tamē ex potiorib. numeris miles diutur nas ferre nequiens moras, ſuburbana omnia circumibat diligenter inquirens, qua ui uel machinis poſſit patefactam irrumpere ciuitatē. Quod ubi patrare nō poterat ma-gnitudine uetante difficultatū, obſideri remiſſius cœpta eſt: & excubijs ſtationibusꝙ relictis præſidiarij milites uaſtantes agros propinquos omnibus congruentibus abun dabant, raptorum pleraꝙ cōtubernalibus ſuis impertientes: unde largiori potu ſagi-

niſꝙ

niſꝗ admodum diſtenti marcebant. His relatione cōmuni conſortiumꝗ cognitis, Iulianus Conſtantinopoli etiam tum hybernās, ſolerti remedio turbatis cōſuluit rebus: moxꝗ Agilonem magiſtrū peditum ea tempeſtate probe cognitū miſerat, ut uiſo honoratiſsimo uiro, cōpertaꝗ per eum morte Conſtantij ſolueretur obſidium. Inter quæ ne ceſſaret Aquileiæ oppugnatio, cum in reliquis opera cōſumerentur incaſſum, placuit reſiſtenteis acriter ad deditionem ſiti cōpelli. & ubi aquarum ductibus interſectis nihilo minus celſiore fiducia repugnarent, flumen laboribus auertitur magnis, quod itidem fruſtra eſt factum. Attenuatis enim auidioribus bibendi ſubſidijs, hi quos temeritas clauſerat, contenti putealibus aquis parce uixerunt. Quæ dum agitantur caſibus antedictis, ſuperuenit ut præceptum eſt Agilo: ſcutorumꝗ denſitate contectus, propè fidenter acceſsit: multaꝗ locutus & uera, quibus Conſtantij obitum firmatumꝗ Iuliani docebat imperium, non ſine conuicijs reputabatur ut fallax. nec ei quiſquam credidit geſta narranti, anteꝗ pacta ſalute ſuſceptus ad pugnaculum ſolus, fide religioſius reddita, ea quę docuerat replicaret. His auditis ex diuturno angore portis recluſis omnes effuſi ſuſcepere læti pacificum ducem: ſeꝗ purgantes, Nigrinū totius furoris autorem, paucoſꝗ alios obtulerunt, eorū ſupplicio crimen læſę maieſtatis & urbis ærumnas expiari poſcētes. Paucis deniꝗ pòſt diebus exploratius ſpectato negotio, Mamertino tum iudicantę præfecto prætorio, Nigrinus ut acerrimus belli inſtinctor exuſtus eſt uiuus. Romulus uero poſt eum & Saboſtius curiales cōuicti ſine reſpectu periculi ſtudia feuiſſe diſcordiarum, pœnali cōſumpti ſunt ferro. reſidui oēs abierunt innoxij, quos in certaminū rabiem neceſſitas egerat, nō uoluntas. Id enim æquitate penſata ſtatuerat placabilis imperator & clemens: Et hæc quidem poſtea geſta ſunt. Iulianus uero agēs etiā tum apud Næſſum curis altioribus ſtringebat, multa utrinꝗ pertimeſcēs: formidabat enim ne clauſorū militū apud Aquileiam repentino adſultu obſeratis anguſtijs Alpium Iuliarum, prouincias & adminicula perderet quæ exinde ſperabat indies. Itidemꝗ opes orientis magnopere uerebatur, audiens diſperſum per Thracias militem contra uim ſubitā cito coactum aduentare Succorum confinia comite Martiano ducente: ſed tamen cōgrua inſtantium ſollicitudinū mole ipſe quoꝗ agitans efficaciter, Illyricū cōtrahebat exercitū, puluere coalitum Martio, promptūꝗ in certaminibus bellicoſo iungi rectori: nec priuatorum utilitates in tēpore afflagranti deſpiciēs, liteſꝗ audiens controuerſas, maxime municipalium ordinū, ad quorū fauorem propenſior iniuſte plures muneribus publicis adnectebat. ibi Symmachū repertū & Maximum, ſenatores conſpicuos à nobilitate legatos ad Conſtantium miſſos, exinde reuerſos honorifice uidit. & potiore poſthabito in locum Tertulli Maximum urbi præfecit Aeternæ ad Rufini Vulcacij gratiā, cuius ſororis eum filiū norat. hoc adminiſtrante, alimētaria res abundauit, & querelæ plebis excitari crebro ſolitæ ceſſauerūt. Tunc ut ſecuritatē trepidis rebus afferret, & obedientium nutriret fiduciam, Mamertinum præfectum prætorio per Illyricum deſignauit conſulem, & Neuitam: qui nuper, ut primum augendæ barbaricæ uilitatis autorē, immoderate notauerat Conſtantinum. His ac talibus inter ſpem metumꝗ noua negotia cōmouente, Cōſtantius apud Aedeſſam exploratorum relationibus uarijs anxius, in rationes ducebatur ancipites, nunc ad concurſatorias pugnas militem ſtruens: nunc ſi copia patuiſſet, obſidione gemina Bezabden aggreſſurus, cōſultans prudenter, ne mox partes petiturus Arctoas, improtectum Meſopotamię relinqueret latus. Verum conſiliorū ambiguum retinebant multiplices moræ, tardante trans Tigridem rege dum moueri permitterēt ſacra. nam ſi permeato flumine nullū qui reſiſteret inueniſſet, abſꝗ difficultate penetraret Euphraten. alioquin ad ciuilia bella cuſtodiens militem, timebat eum periculis obiectare circummuranis, firmitatem mœniū munimenti defenſorumꝗ alacritatē expertus. ne quieſceret tamen, néue contemneretur inertiæ, Arbetionem & Agilonem equeſtriſꝗ militiæ miniſtros cum agminibus maximis properare coegit: non ut laceſſerent Perſas in prælia, ſed prætenturis iuncturos citeriores Tigridis ripas, & ſpeculaturos quonam rex eorum erumperet uiolentus. addebatꝗ monendo ſæpius & ſcribendo, ut ſimulatꝗ multitudo tranſire cœpiſſet hoſtilis, referrent citius pedem. Dumꝗ conlimitia iuſſa cuſtodiunt duces, & occulta fallaciſsimæ gentis obſeruantur, agens ipſe cum parte uali-

Deditur Aquileia Iuliano

Exuſtus uiuus Nigrinus

Concurſatoria pugna

diori exercitus curabat urgentia, uelut propugnaturus oppida quę tuebatur excurſu. Speculatores uero & transfugæ ſubinde uenientes repugnantia prodebant, ideo futurorum incerti, quod apud Perſas nemo conſiliorũ eſt conſcius, præter optimates taciturnos & fidos, apud quos Silentij quoq; colitur numen. Accerſebatur aũt à memoratis ducibus imperator adſidue, orantibus ferri ſibi ſuppetias. Teſtabantur enim ſe non niſi coactis in unum uiribus cunctis poſſe impetum regis ardentiſsimi ſuſtinere. Quæ dum aguntur ita ſollicite, nuntij percrebuere certiſsimi: quorũ clara fide cõpertũ eſt, Iulianum Italiam & Illyricum curſu celeri prætergreſſum, clauſtra interim occupaſſe Succorum, accita undiq; præſtolantem auxilia, ut multitudine ſtipatus armorum peruaderet Thracias. Quo cognito, mœrore offuſus Conſtantius ſolatio uno ſuſtentabatur, quòd inteſtinos ſemper ſuperauerat motus: re tamen magnam difficultatem ad capeſſendum conſilium adferente, delegit potiſsimum, ut uehiculis publicis impoſitum, paulatim præmitteret militem imminenti caſus atrocitati uelocius occurſurum, Omniumq; conſenſu approbata ſententia, pergebant ut præceptũ eſt expediti. Eiq; hæc diſponenti luce poſtera nuntiatur regem cum omni manu quam duxerat ad propria reuertiſſe, auſpicijs dirimẽtibus: lenitoq; metu, reuocatis omnibus præter eos quos conſuetudo prę ſidio Meſopotamiæ deſtinarat, reuerſus eſt Hierapolim. Summa itaq; cœptorum quorſum euaderet ambigens, cum in unum exercitus cõueniſſet, omnes centurias & manipulos & cohortes in concionem uocauit cõcinentibus tubis: oppletoq; multitudinis campo, ut eam ad firmãda promptius adigeret imperãda, tribunali celſo ſiſtens ſtipatoq; ſolito denſius, hæc proſequutus eſt ad ſerenitatis ſpeciem fiduciæ uultu formato. Solicitus ſemper, ne quid re leui uel uerbo cõmittã inculpatæ parum congruens honeſtati, utq; cautus nauigandi magiſter, clauos pro fluctuum motu erigens

Oratio Cõſtã-tij ad milites

uel inclinans, cõpellor nunc apud uos amantiſsimi uiri cõfiteri meos errores, quin potius (ſi dici liceat uerum) humanitatẽ, quam credidi negotijs cõmunibus profuturam. Proinde ut facilius ſciri poſsit, quæ ſit huius concilij cõuocandi materia, accipite quæſo æquis auribus & ſecundis. Gallum patruelem tẽpore quo cõfundendis rebus pertinaciter Magnẽtius inhærebat, quem obruere ueſtræ uirtutes, poteſtate Cæſaris ſublimatum ad orientis præſidium miſi. qui cum à iuſtitia per multa uiſu relatuq; nefaria defeciſſet, arbitrio punitus eſt legum. atq; utinam hoc contenta eſſet inuidia, turbarũ acerrima cõcitatrix: & angebat nos una, ſed ſecura doloris prę teriti recordatio. At nunc aliud accidit, auſim dicere prę teritis mœſtius, quod per fortitudinẽ nobis ingenitã, adiumenta cæleſtia coercebunt. Iulianus, quem dum circumfrementes Illyricum nationes exteras oppugnatis tuendis præfecimus Gallijs, leuium confidentia præliorum, quæ cum Germanis geſſit ſemermibus, ut uecors elatus, aſcitis in ſocietatem ſuperbam auxiliaribus paucis, feritate ſpeq; poſtrema ad pernicioſam audaciã promptis, in noxam publicam cõſpirauit, æquitate calcata parente nutriceq; orbis Romani: quam tumentes ſpiritus tanquam fauillas effecturã deinde, ut ſceleſte lætorum ultricem, & ipſe expertus, & docente antiquitate facile credo. Quid igitur ſuper eſt, niſi ut turbinibus excitis occurramus, ſubcreſcentis rabiem belli anteq; pubeſcat ualidius celeritatis remedijs oppreſſuri. nec enim dubiũ fauore numinis ſummi præſente, cuius perenni ſuffragio damnant̃ ingrati, ferrum impie præparatũ ad eorum interitũ eſſe uertendum: qui non laceſſiti, ſed aucti beneficijs pluribus, ad inſontium pericula ſurrexerunt. ut enim mea mens augurat̃, iuſtitiaq; rectis cõſilijs adfutura promittit, ſpõdeo quod ſi uentum fuerit cominus, ita pauore torpeſcẽt, ut nec oculorum ueſtrorũ uibratę lucis ardorem, nec barritus ſonum perferãt primũ. Omnes poſt hęc dicta traxerat in ſententiã ſuam: haſtasq; uibrantes irati, poſt multa quæ beneuole reſponderant, petebant ſe duci protinus in rebellem. Qua gratia in lætitiam imperator uerſus ex metu, concione mox abſoluta, Arbetionẽ ante alios fauſtum ad inteſtina bella ſedanda ex anteactis iam ſciẽs, iter ſuum præire cum lancearijs, & Mattiarijs, & cateruis expeditorũ præcepit, & cum lætis itidem Gomoarium uenturis in Succorum anguſtias opponendum, ea re alijs antelatum, quod ut contemptus in Gallijs erat Iuliano infeſtus. In hoc rerum aduerſarum tumultu hærens eius fortuna iam & ſubſiſtens, aduentare caſum uitæ difficilem, modo non loquentibus ſignis aperte monſtrabat. nanq; & nocturnis temporibus terrebatur

rebatur, & nondum penitus merſus in ſomnum umbram uiderat patris obtuliſſe pulchrum infantem: cumq; ſuſceptum & locatum in gremio ſuo, excuſſam ſibi proieciſſe longius ſphæram, quam ipſe dextera manu geſtabat. Id autem permutationē temporum indicabat, licet interpretantes placentia reſponderent. Poſt hæc confeſſus eſt con uictoribus proximis, quod tanquam deſolatus ſecretum aliquid uidere deſierit, quod interdum adfuiſſe ſibi ſqualidius æſtimabat: & putabatur genius quidam tutelæ ſalutis appoſitus, eum reliquiſſe mūdo citius digreſſurum. Ferunt enim theologi, in lucem editis hominibus cunctis, ſalua firmitate fatali, huiuſmodi quædam uelut actus rectura numina ſociari, admodum tamē paucisſimis uiſa quos multiplices auxere uirtutes. Idq; & oracula & autores docuerunt præclari. Inter quos eſt etiam Menander comicus, apud quem hi ſenarij duo leguntur:

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ τῷ γινομένῳ
ἅπαντος δεῖ μυσταγωγὸς τοῦ βίου

Itidem ex ſempiternis Homeri carminibus intelligi datur, non deos cęleſtes cum uiris fortibus colloquutos, nec adfuiſſe pugnantibus uel iuuiſſe, ſed familiares genios cum ijſdem uerſatos: quorū adminiculis præcipuis Pythagoras enituiſſe dicitur, & Socrates, Numaq; Pompilius, & ſuperior Scipio: & ut quidā exiſtimāt, Marius & Octauianus, cui Auguſti uocabulum delatum eſt primo: Hermesq; ter maximus, & Tyaneus Apollonius, atq; Plotinus, auſus quædam ſuper hac re diſſerere myſtica, alteq; monſtrare, quibus primordijs hi genij animis cōnexi mortalium, quas tanquā gremijs ſuis ſuſceptas tuentur, quoad licitum eſt, docentq; maiora, ſi ſenſerint puras, & à colluuione peccandi immaculata corporis ſocietate diſcretas. Ingreſſus itaq; Antiochiam feſtinando Conſtantius, ad motum certaminum ciuilium ut ſolebat auide ſurrecturus, paratis omnibus exire properabat, immodice renitentibus plurimis murmure tenus: nec enim diſſuadere palàm audebat quiſquam uel uetare. Autumno iam ſeneſcente profectus, cum ad ſuburbanum ueniſſet diſiunctum exinde tertio lapide, Hippocephalum nomine, lucente iam die, cadauer hominis interfecti dextra iacens capite auulſo conſpexit contra occiduum latus extenſum: territusq; omine, finem parantibus fatis deſtinatius ipſe tendebat: uenitq; Tarſum: ubi leuiore febri contactus, ratusq; itinerario motu imminutæ ualetudinis excuti poſſe diſcrimen, petijt per uias difficileis Mopſureſtiam Ciliciæ ultimam hac pergentibus ſtationem, ſub Tauri montis radicibus poſitam: egrediq; ſecuto die conatus, ui labente morbi grauitate detentus eſt, paulatimq; urente calore nimio uenas, ut ne tangi quidē corpus eius poſsit in modum foculi feruens, cum uſus deficeret medelarum, ultimum ſpirans deflebat exitium: mentisq; ſenſu tum etiam integro, ſucceſſorem ſuæ poteſtatis ſtatuiſſe dicitur Iulianum. Deinde anhelitu iam pulſatus letali conticuit: diuq; cum anima colluctatus iam diſceſſura, abijt è uita tertio Nonarum Octobriū, imperij uitæq; anno quadrageſimo, & menſibus paucis. *Moritur Conſtantius* Poſt quæ ſupremis cum gemitu conclamatis, excitisq; lamentis & luctu, deliberabant locum obtinentes in aula regia primum, quid agerent, quidúe moliri deberent. paucisq; occulte ſuper eligendo imperatore tentatis, incitante ut ferebatur Euſebio, quem noxarum conſcientia ſtimulabat, cum nouandis rebus imminens obſiſteret Iulianus, mittuntur ad eum Theolaiphus & Aligildus, tunc comites, mortem indicātes propinqui, & oraturi ut mora omni depulſa ad obtinendum obtemperare ſibi paratum tenderet orientem. Fama tamen rumorq; loquebatur, interim Conſtantium uoluntatem ordinaſſe poſtremam: in qua Iulianum, ut prædiximus, ſcripſit hæredem: & his quos diligebat, fidei cōmiſſa detulit & legata. Vxorem autem prægnantē reliquit: unde edita poſthuma, eiusq; nomine appellata, cum adoleuiſſet, matrimonij iure copulata eſt Gratiano. Bonorum igitur uitiorumq; eius differentia uere ſeruata, præcipua prima cōueniet expediri. Imperatoriæ autoritatis cothurnū ubiq; cuſtodiens, popularitatem elato animo cōtemnebat & magno: erga tribuendas celſiores dignitates impendio parcus: nihil circa adminiſtrationū augmenta præter pauca nouari perpeſſus: nunq; erigēs cornua militaria. nec ſub eo dux quiſquam cum Clariſſimatu prouectus eſt. erant enim, ut nos quoq; meminimus, Perfectisſimi. nec occurrebat magiſtro equitum prouinciæ rector: nec cōtingi ab eo ciuile negocium permittebat. ſed cunctæ *Conſtantij mores*

caſtrenſes & ordinariæ poteſtates,ut honorū omnium apicem priſcæ reuerentię more
præfectos ſemper ſuſpexere prętorianos.In cōſeruando milite nimium cautus, exami
nator meritorū nonnunꝗ ſcrupuloſus. Palatinas dignitates uelut ex quodam tribuēs
perpēdiculo: & ſub eo nemo celſum aliquid acturus in regia, repentinus adhibitus eſt
uel incognitus:ſed qui poſt decennium officiorū magiſteriū,uel largitiones, uel ſimile
quicquam eſſet recturus,apertiſsime noſcebatur. Valdeꝗ raro contigerat,ut militari-
um aliquis ad ciuilia regenda tranſiret:contraꝗ non niſi puluere bellico indurati præ/
ficiebantur armatis. Doctrinarum diligens adfectator. ſed cum à rhetorica per ingeni
um deſereretur obtuſum,ad uerſificandū trāſgreſſus,nihil operæpretium fecit. In uita
parca & ſobria edendi potandiꝗ moderatione ualetudinē ita retinuit firmam,ut raros
colligeret morbos,ſed eos non procul à uitę periculis:id enim euenire corporibus à la
ſciuia dimotis & luxu, diuturna experimenta & probationes medendi monſtrarunt.
Somno contentus exiguo, cum id poſceret tēpus & ratio: perꝗ ſpatia ita longiſſima
impendio caſtus,ut nec mare miniſtro ſaltē ſuſpicione tenus poſſet redargui, quod cri
men etiam ſi non inuenit malignitas, fingit in ſummarū licentia poteſtatū. Equitandi
& iaculandi, maximeꝗ perite dirigendi ſagittas, artiūꝗ armaturæ pedeſtris perꝗ ſci/
entiſsimus. Quod aūt nec exterſiſſe unꝗ nares in publico, nec ſpuiſſe, nec tranſtuliſſe
in partem alterutrā uultum aliquādo,uiſus eſt, nec pomorū quicquam quoad uixerat,
guſtauerit: ut dicta ſæpius prætermitto. dinumeratis carptim bonis, quæ ſcire potui/
mus,nunc ad explananda eius uitia ueniamus. Cum eſſet in negotijs alijs principibus
medijs comparandus,ſi adfectatę dominationis anſam quandam falſam reperiſſet aut
leuem,hanc ſine fine ſcrutando,faſꝗ eodem loco ducens & nefas, Caligulæ & Domi
tiani & Cōmodi immanitatē facile ſuperabat: quorum æmulatus ſæuitiam inter impe
randi exordia, cunctos ſanguine & genere ſe contingentes ſtirpitus interemit. Adde/
batur miſerorum ærumnis, qui rei maieſtatis imminutæ uel læſæ deferebantur, acerbi
tas eius, & iracundæ ſuſpiciones, in huiuſmodi cuncta diſtentæ: Et ſi quid tale incre/
puiſſet, in quæſtiones acrius exurgens ꝙ ciuiliter, ſpectatores apponebat his litibus
truces: mortemꝗ longius in puniendis quibuſdam, ſi natura permitteret, conabatur
extendi, in huiuſmodi controuerſiarum partibus etiam Gallieno ferocior. Ille enim
perduellionum crebris uerisꝗ appetitus inſidijs, Aureoli, & Poſthumi, & Ingenui, &
Valentis cognomento Theſſalonici, aliorumꝗ plurium, mortem factura crimina ali/
quoties lenius uindicabat. Hic etiā facta uel dubia adigebat uideri certiſsima, ui tor/
mentorū. Tumꝗ in eiuſmodi titulis capitaliter oderat, cū maxime id ageret ut iuſtus
æſtimaretᷣ & clemēs. & tanꝗ ex arida ſylua uolantes ſcintillę,flatu leni uentorū aduſꝗ
diſcrimina uicorū agreſtiū incohibili curſu perueniūt, ita ille quoꝗ ex minimis cauſis
malorū congeries excitabat, Marci illius diſsimilis principis uerecundi:qui cum ad im
periale culmen in Syria Caſſius ſurrexiſſet, epiſtolarū faſcem ab eo ad cōſcios miſſum
perlatore capto ſibi oblatū,illico ſignatū exuri præcepit,agens adhuc in Illyrico, ne in/
ſidiatoribus cognitis inuitus quoſdā habere poſſet offenſos. Vtꝗ recte ſentientes qui-
dam arbitrabantur, uirtutis erat potius indiciū magnæ, imperio eundē comitantium
ſine cruore ceſſiſſe, ꝙ uindicaſſe tam inclementer: ut Tullius quoꝗ docet crudelitatis
increpans Cæſarem in quadam ad nepotem epiſtola: Neꝗ enim quicquam aliud eſt fe
licitas, inquit, niſi honeſtarum rerum proſperitas. uel ut alio modo definiam: Felicitas
eſt fortuna,adiutrix conſiliorū bonorum: quibus qui non utitur, felix nullo pacto eſſe
poteſt. Ergo in perditis impijsꝗ conſilijs quibus Cæſar uſus erat, nulla potuit eſſe feli/
citas. Feliciorꝗ meo iudicio Camillus exulās,quàm tēporibus ijſdem Manlius, etiam
ſi id quod cupierat,regnare potuiſſet. Id Epheſius quoꝗ Heraclitus adſerēs monet, &
ab inertibus & ignauis,euentus uariante fortuna,ſuperatos aliquoties uiros fuiſſe prę
ſtantes. Illud uero eminere inter præcipuas laudes,cum poteſtas in gradu, uelut ſub iu
gum miſſa nocendi ſæuiendiꝗ cupiditate & iraſcendi, in arce uictoris animi trophæ/
um erexit glorioſum. Vt aūt in externis bellis hic princeps fuit ſaucius & adflictus,ita
proſpere ſuccedentibus pugnis ciuilibus tumidus, & inteſtinis ulceribus reipub. ſanie
perfuſus horrenda:quo prauo propoſito magis ꝙ recto uel uſitato triumphales arcus
ex clade prouinciarum ſumptibus magnis erexit in Gallijs & Pannonijs, titulis geſto/
rum

rum adfixis ſe quoad ſtare poterunt monumenta lecturis. Vxoribus ac ſpadonum gracilentis uocibus & palatinis quibuſdam nimium quantũ addictus, ad ſingula eius uerba plaudentibus, & quid ille aiat uel neget, ut aſſentiri poſſint obſeruãtibus. Augebat etiam amaritudinem temporum flagitatorum rapacitas inexpleta, plus odiorum ei, ꝙ pecuniæ conferentium. Hocꝗ multis intolerantius uidebatur, quòd nec cauſam aliquando audiuit, nec prouinciarum indemnitati proſpexit, cum multiplicatis tributis & uectigalibus uexarentur. Eratꝗ ſuper his adimere facilis quæ donabat, Chriſtianam religionem abſolutã & ſimplicem anili ſuperſtitione confundens: in qua ſcrutanda perplexius, ꝙ componenda grauius, excitauit diſſidia plurima, quæ progreſſa fuſius aluit cõcertatione uerborum: ut cateruis antiſtitum iumentis publicis ultro citroꝗ diſcurrentibus per ſynodos quas appellant, dum ritum omnem ad ſuum trahere conantur arbitriũ, rei uehiculariæ ſucciderent neruos. figura tali ſituꝗ membrorum: ſubniger, luce oculorũ edita, cernensꝗ acutum, molli capillo, raſis aſſidue genis lucentibus ad decorẽ uſꝗ, ad pubem ab ipſis colli cõfinijs longior, breuiſsimis cruribus & incuruis, unde ſaltu ualebat & curſu. Pollinctum igitur corpus defuncti, conditumꝗ in loculis, Iouinianus etiam tum protector domeſticus, cum regia proſequi pompa Conſtanſtinopolim uſꝗ iuſſus eſt, prope neceſſitudines eius humandum: eiꝗ uehiculo inſidenti, quod portabat reliquias, ut principibus ſolet, annonæ militaris offerebãtur indicia, ut ipſi nominant proba, & animalia publica monſtrabantur, & ex uſu crebreſcebant: occurſusꝗ, & alia ſimilia, eidem Iouiano imperium quidem, ſed caſſum & umbratile, ut miniſtro rerum funebrium portendebant.

Chriſtiana religio

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER VIGESIMVSSECVNDVS

DVM hæc in diuerſa parte terrarum fortunę ſtruunt uolubiles caſus, Iulianus inter multa, quę per Illyricum agitabat, exta rimabatur aſſidue, auesꝗ ſuſpiciens præſcire feſtinabat accidentium finem: ſed reſponſis ambiguis & obſcuris hærebat futurorum incertus. Eiꝗ tandem aruſpicinæ peritus Aprunculus Gallus orator, promotus rector poſtea Narbonenſis, nuntiauit euẽtus, inſpectu iecoris ut aiebat ipſe prædoctus, quod operimento duplici uiderat tectum. Cumꝗ ille timeret ne cupiditati ſuæ congruentia fingerentur, atꝗ ideo mœſtus, omen multo præſentius ipſe conſpexit, quod exceſſum Cõſtantij clare monſtrabat. Eodem enim puncto, quo idem obierat in Cilicia, lapſo milite, qui ſe inſeſſurum equo dextra manu erexit, humiꝗ proſtrato, exclamauit ilico audientibus multis, cecidiſſe qui eum ad culmen extulerat celſum. Et quanquam hæc lætifica ſciret, uelut fixa tamen firmitate conſiſtens, intra terminos Daciæ ſe continebat, ſic quoꝗ plurima pertimeſcens. nec enim cautum ducebat coniecturis credere, forſitan in contrarium erupturis. Inter quę tam ſuſpenſa aduenere ſubito miſsi ad eum legati, Theolaiphus atꝗ Aligildus, defunctum Conſtantium nuntiantes, addentesꝗ quod eum uoce ſuprema ſucceſſorem ſuæ fecerit poteſtatis. Qua re cognita, poſt exemptos periculorum æſtus, & bellicarum ſolicitudinum turbas, in immenſum elatus, iamꝗ uaticinijs credens, & celeritatem negotijs ſuis aliquoties profuiſſe expertus, edixit iter in Thracias: motisꝗ propere ſignis emenſa decliuitate Succorum, Philippopolim petijt Eumolpiada ueterem, alacri gradu ſequentibus quos duxerat cunctis. aduertebant enim imperiũ, quod ereptum ibant cum ultimorum metu diſcriminum, præter ſpem ordinario iure conceſſum. Vtꝗ ſolet fama nouitates augere, properabat inde ſublimior, ut quodã Triptolemi curru, quem ob rapidos circumgreſſus aeris ſerpentibus pinnigeris fabuloſa uetuſtas imponit: perꝗ terras & maria formidatus, nullis obſtantibus muris, Heracleam ingreſſus eſt Perinthum. Quo apud Conſtantinopolim mox cõperto, effundebatur

ætas omnis & ſexus, tanꝙ demiſſum aliquē uiſura de cælo. Exceptus igitur tertio Idu
um Decemb. uerecundis ſenatus officijs, & populariū conſonis plauſibus, ſtipatusq́
armatorum & togatorum agminibus, uelut acie ducebatur inſtructa: omniū oculis in
eum non modo contuitu deſtinato, ſed cum admiratione magna defixis. omini enim
propius uidebatur, adultum adhuc iuuenē, exiguo corpore, factis præſtantem ingenti
bus, poſt cruentos exitus regum & gentium, ab urbe in urbē inopina uelocitate tranſ-
greſſum, quaquà incederet acceſſione opum & uirium flāmæ inſtar cuncta facilius oc-
cupaſſe: principatum deniq́ deferente nutu cæleſti abſq́ ulla publicæ rei ſuſcepiſſe ia-
ctura. Breui deinde Secundo Saluſtio promoto præfecto prætorio ſummam quæſtio-
num agitandarū, ut fido cōmiſit, Mamertino, & Arbetione, & Agilone atq́ Neuita
adiunctis, itidē Iouino magiſtro equitū per Illyricū recens prouecto. qui omnes tranſ-
greſſi Chalcedona pręſentibus Iouianorū Herculianorūq́ principijs & tribunis cau-
ſas uehementius æquo bonoq́ ſpectauerūt, præter paucas, in quibus ueritas reos no-
centiſsimos offerebat. & Palladium primum ex magiſtro officiorum in Britannos ex-
terminarunt, ſuſpicione tenus inſimulatū, quædam in Gallum cōpoſuiſſe apud Con-
ſtantium, dum ſub eodē Cæſare officiorū eſſet magiſter. Dein Taurū ex præfecto præ
torio in exiliū egere Vercellum: cuius factum apud iudices iuſtorum iniuſtorūq́ diſtin
ctores uideri potuit ueniæ plenum. Quid enim deliquit, ſi ortum turbinem ueritus ad
tutelam principis ſui confugit? & acta ſuper eo geſta nō ſine magno legebantur horro
re, cum id uoluminis publici cōtineret exordium: Conſulatu Tauri & Florentij, indu-
cto ſub præconibus Tauro. Ad exitium itidem tale Pentadius trahebatur: cui id obie-
ctum eſt, quod à Conſtantio miſſus notis excepit, quæ propinquante pernicie ſuper
multis interrogatus reſponderat Gallus. Sed cum ſe iuſte defenderet, tandem obijt in-
noxius. Iniquitate ſimili Florentius tunc magiſter officiorū, Nigriniani filius, cōtruſus
eſt in inſulam Dalmatiæ Boas. alter enim Florentius ex præfecto prætorio conſul eti-
am tum, rerum mutatione ſubita territus cum cōiuge periculis exemptus diu delituit,
nec redire ante mortem potuit Iuliani. capitis crimine tamē damnatus eſt abſens. Pari
ſorte Euagriꝰ comes rei priuatæ, & Saturninus ex cura palatij, & Cyrinus ex notario,
trāſportati ſunt in exilium. Vrſuli uero necē largitionū comitis, ipſa mihi uidet̃ fleſſe
iuſtitia, imperatorē arguens ut ingratum. Cum enim Cæſar in partes mitteretur occi-
duas omni tenacitate ſtringendus, nullaq́ poteſtate militi quicquam donandi delata,
ut pateret ad motus aſperior exercitus, hic idem Vrſulus datis literis ad eum qui Gal-
licanos tuebat̃ theſauros, quicquid poſceret Cæſar, proculdubio iuſſerat dari. Quo ex
tincto, cum maledictis execrationibusq́ multorū ſe Iulianus ſentiret expoſitū, impur-
Impurgabile crimen gabile crimen excuſari poſſe exiſtimans, abſq́ conſciētia ſua hominem affirmabat oc-
ciſum, prætendens quòd eum militaris ira deleuit, memor quæ dixerat, ut ante retuli-
mus, cum Amidā uidiſſet exciſam. Ideoq́ timidus uidebat̃ uel parum intelligēs quid
conueniret, cum Arbetionem ſemper ambiguū & prætumidū his quæſtionibus præ-
feciſſet, alijs ſpecie tenus cum principijs legionū præſentibus: quem primū omnium
ſaluti ſuæ nouerat obiectum, ut decuit uictoriarum ciuilium participem futurum. Et
quanꝙ hæc quæ retulimus, eius diſplicuere fautoribus, ſequentia tamen ſeueritatis
recto uigore ſunt geſta. Apodemiū enim ex agente in rebus, quē in Siluani necem &
Galli effrenatius arſiſſe docuimus, Paulumq́ notarium cognomento Catenam, cum
multorum gemitu nominandum, uiuos exuſtos, qui ſperari debuit, oppreſſit euentus.
Euſebium ſuper his, cui erat Conſtantiani thalami cura cōmiſſa, alte ſpirantē & dirum
addixere pœnæ letali; quem ab ima ſorte aduſq́ iubendum imperatori penè elatum,
Adraſtia humanorum ſpectatrix ideoq́ intolerabilem, humanorum ſpectatrix Adraſtia, aurem (quod dicitur) uellens,
monensq́ ut caſtigatius uiueret, reluctantē præcipitem tanquàm è rupe quadam egit
excelſa. Conuerſus poſt hæc princeps ad Palatinos omnes omnino qui ſunt, quiq́ eſſe
poſſunt, non ut philoſophus indagandæ ueritatis profeſſor. Laudari enim poterat, ſi
ſaltem moderatos quoſdam licet paucos retinuiſſet, morumq́ probitate compertos.
Namq́ fatēdum eſt pleramq́ eorum partem uitiorum omniū ſeminariū fuſius aluiſſe,
ita ut remp. inficerent cupiditatibus prauis: plusq́ exemplis, ꝙ peccandi licentia lęde-
rent multos. Paſti enim ex his quidam templorum ſpolijs, & lucra ex omni odorantes

occaſione, ab egeſtate infima ad ſaltum ſublati diuitiarũ ingentiũ, nec largiendi, nec rapiendi, nec abſumẽdi tenuere aliquẽ modũ, aliena inuadere ſemper adſuefacti. Vnde fluxioris uitæ initia pullularũt, & periuria: & nullus exiſtimationis reſpectus, demẽsq; ſuperbia fidẽ ſuam probroſis quæſtibus polluebat. Inter quæ eluuies & gurgites creuere prærupti cõuiuiorũ, & pro uictorialib. epulares triũphi: uſusq; abundantis ſerici, & textiles auctæ ſunt artes, & culinarũ ſolicitior cura: & ambitioſa ornatarũ domorũ exquiſita ſunt ſpatia, quorum menſurã ſi in agris conſul Quintius poſſediſſet, amiſerat etiam poſt dictaturam gloriã paupertatis. quibus tam maculoſis acceſſere flagitia diſciplinæ caſtrenſis, cum miles cantilenas meditaretur pro iubilo molliores: & nõ ſaxum erat, ut antehac, armato cubile, ſed pluma et flexiles lectuli, & grauiora gladijs pocula. teſta enim bibere iam pudebat. & quærebantur ædes marmoreæ, cum ſcriptum ſit in antiquitatibus, Spartanũ militem coercitum acriter, quod procinctus tẽpore auſus ſit uideri ſub tecto. Adeo aũt ferox erat in ſuos illis tẽporibus miles & rapax, ignauus uero in hoſtes & fractus, ut per ambitionẽ otiũq; opibus partis, auri & lapillorũ uarietates diſcerneret ſcientiſsime, contra q; recens memoria tradidit. Notũ eſt enim, ſub Maximiano Cæſare uallo regis Perſarũ direpto, gregariũ quendam poſt ſacculum Parthicum, in quo erant margaritæ, repertum, proiectis imperitia gemmis, abiſſe pellis nitore ſolo contentũ. Euenerat ijſdem diebus, ut ad demendum imperatoris capillum tonſor uenire præceptus, introiret quidam ambitioſe ueſtitus. Quo uiſo, Iulianus obſtupuit, Ego, inquit, non rationalẽ iuſsi, ſed tonſorẽ acciri. interrogatus tamen ille, quid haberet ex arte cõpendij, uicenas diurnas reſpondit annonas, totidẽq; pabula iumentorum (quæ uulgo dictitant capita) & annuum ſtipendiũ graue abſq; fructuoſis petitionibus multis. Vnde motus, oẽs huiuſmodi cum cocis ſimilibusq; alijs, eadẽ accipere penè conſuetos, ut parum ſibi neceſſarios, data quò uelint eundi poteſtate, proiecit. Et quanq; à rudimẽtis pueritiæ primis inclinatior erat erga numinũ cultũ, paulatimq; adoleſcens deſiderio rei flagrabat multa metuens, tamẽ agitabat quædam ad id pertinẽtia, quantũ fieri poterat occultiſsime: Vbi uero abolitis quæ uerebatur, adeſſe ſibi liberum tempus faciundi quæ uellet aduertit, ſui pectoris patefecit arcana: & planè abſolutis decretis, aperiri tẽpla, ariſq; hoſtias admoueri & reparari deorũ ſtatuit cultum. Vtq; diſpoſitorũ roboraret effectũ, diſſidentes Chriſtianorũ antiſtites cum plebe diſciſſa in palatium intromiſſos monebat, ut ciuilibus diſcordijs conſopitis quiſq; nullo uetante religioni ſuæ ſeruiret intrepidus: quod agebat ideo obſtinate, ut diſſenſiones augente licentia nõ timeret unanimantẽ poſtea plebem, nullas infeſtas hominibus beſtias ut ſunt ſibi feralibus pleriſq; Chriſtianorũ expertus. ſæpeq; dictitabat, audite me quem Alemanni audierunt & Franci: imitari putans Marci principis ueteris dictum. ſed parũ aduertit hoc ab eo nimiũ diſcrepare. Ille enim cum Palæſtinã tranſiret Aegyptum petens, fœtentium Iudæorũ & tumultuantiũ ſæpe tædio percitus, dolenter dicitur exclamaſſe, ó Marcomanni, ó Quadi, ó Sarmatæ, tandem alios uobis inquietiores inueni. Per hoc idem tẽpus rumoribus exciti uarijs, Aegyptij uenere cõplures, genus hominũ controuerſum, & adſuetudine perplexius litigandi ſemper lætiſsimũ, maximeq; auidum multiplicatũ repoſcere, ſi cõpulſori quicquam dederit, ut leuari debito poſſit, uel certe cõmodius per dilationem inferre quæ flagitantur, aut criminis uitandi formidine, diuites pecuniarum repetũdarum interrogare. Hi omnes denſati in unum principem & præfectos prætorio graculorum more ſtrepentes interpellabant incondite, modo non ante ſeptuageſimum annum extorquentes quæ dediſſe ſe iure uel ſecus plurimis affirmabant. Cumq; nihil aliud agi permitterent, edicto propoſito, uniuerſos iuſsit tranſire Chalcedona, pollicitus quod ipſe quoque protinus ueniret, eorum negotia finiturus. Quibus tranſgreſsis, mandatum eſt nauigiorum magiſtris ultro citroq; diſcurrentium, ne quis transfretare auderet Aegyptium. hocq; obſeruato cura propenſiore, euanuit pertinax calumniandi propoſitum, & omnes ſpe præſumpta fruſtrati redierunt in lares: unde uelut æquitate ipſa dictante, lex eſt promulgata, qua cauetur nullum interpellari ſuffragatorem ſuper his, quæ eum recte conſtiterit accepiſſe. Allapſo itaq; Calendarũ Ianuarium die, cum Mamertini & Neuitæ nomina ſuſcepiſſent paginæ conſulares, humilior princeps uiſus eſt in officio pedibus gradiendo cum

Dictum Marci principis

do cum honoratis: quod laudabant alij, quidam ut affectatum & uile carpebant. Dein Mamertino ludos edente Circenſes, manumittendis ex more inductis per admiſsionum proximum, ipſe lege agi dixerat, ut ſolebat: ſtatimq; admonitus iuriſdictionem eo die ad alterum pertinere, ut errato obnoxiam Decembris auroram & ipſe mutauit. Frequentabant inter hæc curiam aggere diuerſo, diuerſasq; occaſiones multiplices in gerebant. Et cum die quodam cauſa eius ſpectandi uenisse nuntiatus eſſet ex Aſia philoſophus Maximus, exiliuit indecore: & qui eſſet oblitus, effuſo curſu à ueſtibulo longe progreſſus, exoſculatum ſuſceptumq; reuerenter ſecum induxit, per oſtentationem intempeſtiuam nimius captator inanis gloriæ uiſus, præclariq; illius dicti immemor Tulliani, quo tales notando ita relatum eſt: Ipſi illi philoſophi, etiam in his libris quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt, ut in eo ipſo quòd prędicationem nobilitatemq; deſpiciunt, prædicari de ſe ac ſe nominari uelint. Haud multo deinceps, duo agentes in rebus ex his qui proiecti ſunt, eum adiere fidetius, promittentes latebras monſtrare Florentij, ſi eis gradus militię redderetur: quos inceſſens delatoresq; appellans, addebat non eſſe imperatoriū obliquis flecti indicijs ad retrahendum hominem mortis metu abſconditum, qui forte non diu latitare citra ſpem ueniæ permitteretur. Aderat his omnibus Prætextatus, præclaræ indolis grauitatisq; priſcæ ſenator, ex negotio proprio ſorte repertus apud Cōſtantinopolim, quem arbitrio ſuo Achaiæ proconſulari præfecerat poteſtate: nec tamen cum corrigendis ciuilibus ita diligenter inſtaret, omiſit caſtrenſia, rectores militibus diu exploratos adponens, urbes quinetiam per Thracias omnes cum munimentis reparans extimis, curansq; ſolicite ne arma uel indumenta uel ſtipendium, uel alimenta deeſſent his, quos per ſupercilia Iſtri diſperſos, excurſibusq; barbarorum oppoſitos, agere uigilanter audiebat & fortiter. Quæ cum ita diuideret, nihil ſegnius agi permittens, ſuadentibus proximis ut aggrederetur propinquos Gotthos ſæpe fallaces & perfidos, hoſtes quærere ſe meliores aiebat. Illis enim ſufficere mercatores Galatas, per quos ubiq; ſine conditionis diſcrimine uenundantur. Hæc eum curantem & talia cōmendabat externis nationibus fama, ut fortitudine, ſobrietate, rei militaris ſcientia, uirtutumq; omniū incrementis exceſſum: paulatimq; progrediēs ambitū oppleuerat mundi. Proinde timore eius aduentus per finitimos longeq; diſtātes latius explicato, legationes undiq; ſolicite ad eū concurrebant: hinc Tranſtigritanis pacem obſecrantibus & Armenijs, inde nationibus Indicis certatim cum donis optimates mittentibus ante tempus abuſq; Indis & Serindis: ab Auſtrali plaga ad famulandū rei Romanæ ſemet offerentibus Mauris: ab aquilone & regionib. Solis, per quas in mare Phaſis accipit, Boſphoranis alijsq; antehac ignotis legationes uehentibus ſupplices, ut annua cōplentes ſolennia intra terrarū genitaliū terminos otioſe uiuere ſinerent. Appoſitū eſt (ut exiſtimo) tēpus ad has partes nos occaſione magni principis deuolutos ſuper Thraciarū extimis, ſituq; Pontici ſinus uiſa uel lecta quædā perſpicua fide mōſtrare. Athos in Macedonia mons ille præcelſus nauibus quondā Medicis peruius, & Caphareus Euboicus ſcopulus, ubi Nauplius Palamedis pater claſſem cōcidit Argiuam, licet longo ſpatio cōtrouerſi à Theſſalo mari diſtingūt Aegeū: quod paulatim fuſius adoleſcēs, dextra qua late protendit per Sporadas eſt inſuloſum atq; Cycladas, ideo ſic appellatas, quòd oēs ambiunt Delon patriā deorū inſignem: læua Imbrum & Tenedum circumluens, & Lemnū & Thaſum, quando perflatur Leſbo illiditur uiolentius. Vnde gurgitibus refluis Apollinis Sminthij tēplum & Troada perſtringit, & Ilium heroicis caſibus clarū: efficitq; Melana ſinū oppoſitū zephyro: cuius apud principiū Abdera uiſitur Protagoræ domicilium & Democriti, cruentæq; Diomedis Thracij ſedes, & cōualles per quas Hebrus ſibi miſcetur, & Maronea ac Aenus, qua diris auſpicijs cœpta moxq; relicta ad Auſoniam ueterem ductu numinum properauit Aeneas. Hinc gracileſcens paulatim, & uelut naturali quodā cōmercio ruens in pontū, eiusq; partem ad ſe iungens, in ſpeciem Φ Græcæ literæ formatur: & Helleſpōton à Rhodopa ſcindens, Cynoſſema, ubi ſepulta creditur Hecuba, & Cœla prælerlabitur & Seſton & Callippolin: contrà per Achillis Aiacisq; ſepulchra Dardanum contingit & Abydon, unde iunctis pontibus Xerxes maria pedibus peragrauit. dein Lampſacū Themiſtocli dono datam à rege Perſarum,

Sporades *Cyclades* *Cynoſſema*

& Parion

& Parion quam condidit Iaſonis filius Parius. unde ſemiorbe turgeſcẽs altrinſecus, la taq́ aperiens terrarũ diuortia, circũfluis ſpatijs Propontidos reſpergit ex eo latere Cyzicum & Dindyma religioſa matris magnæ delubra, & Apamiã Ciumq́, & Aſtacum ſecuto tẽpore Nicomediam à rege cognominatã: quà in occaſum procedit, Cherroneſum pulſat & Aegos potamus, in quo loco lapides caſuros ex cælo prædixit Anaxagoras, & Lyſimachiã, & ciuitatem quam Hercules conditam Perinthum comitis ſui memoriæ dedicauit. & ut effectæ plenęq́ ◦ literæ figura ſeruetur, in meditullio ipſo rotunditatis Procõneſus inſula eſt oblõga & Besbicus. poſt cuius ſummitatẽ in anguſtias rurſus extenuatum, Europam & Bithyniã intercurrẽs, per Chalcedona, Chryſopolim & ſtationes tranſit obſcuras. nam ſupercilia eius ſiniſtra Athyras portus deſpectat & Selymbria, & Conſtantinopolis uetus Byzantium Atticorũ colonia, & promontorium Ceras prælucentem nauibus uehens conſtructã celſius turrim, quapropter Pharos appellatur: & uetus inde fons Euripis prægelidus. Hoc modo fractũ & participatione maris utriuſq́ finitum, iamq́ miteſcens in ęquoream panditur faciem, quantum poteſt cadere ſub aſpectum late diffuſum & longe. Omnis autem eius uelut inſularis circuitus littorea nauigatio uiginti tribus dimenſa milibus ſtadiorum, ut Eratoſthenes affirmat, & Hecatæus, & Ptolemæus, alijq́ huiuſmodi cognitionum ſcientiſsimi ſcitatores, in ſpeciem Scythici arcus neruo coagmentati geographiæ totius aſſenſione formatur. Et quà ſol oceano exurgit Eoo, paludibus clauditũ Mæotidos: quà declinat in ueſperum, Romanis prouincijs terminatur: unde ſuſpicit ſidus arctoum, homines alit linguis & moribus diſpares. Latus eius auſtrinũ molli deuexitate ſubductum. Per hæc ampliſsima ſpatia oppida ſunt diſperſa Græcorum: quæ cuncta ætatibus uarijs prǽter pauca, Athenienſiũ coloni cõdidere Mileſii, inter Ionas alios in Aſia per Nileũ multo ante locati, Codri illius filiũ, qui ſe pro patria bello ferũ Dorico deuouiſſe. Extremitates aũt arcus utrinq́ tenues duo exprimũt Boſpori, è regiõe ſibi oppoſiti, Thracius & Cimmericus: hac cauſa Boſpori uocati, quòd per eos quondã Inachi filia mutata (ut poetę loquunũ) in bouem, ad mare Ionium permeauit. Dextrũ igitur ad inflexionẽ Boſpori Thracij excepit Bithynia latus, quam ueteres dixere Mygdoniam: in qua Thynia & Mariandena ſunt regiones, & Amyci ſæuicia Bebryces exempti uirtute Pollucis, remotaq́ ſtatio, in qua uolitantes minaciter harpyas Phineus uates horrebat: per quæ littora in ſinus oblongos curuata Sangarius & Pſylis, Bizes & Rhebas fluuij ſunduntur in maria: quibus controuerſæ extraneæ ſunt Symplegades, gemini ſcopuli in uertices undiq́ porrecti diruptos, aſſueti priſcis ſeculis obuiam ſibi cum horrendo fragore colliſis molibus ferri, cedẽteſq́ retrorſus acri aſſultu ad ea reuerti quę pulſarant. per has ſaxorũ dehiſcentium concurſantiumq́ crebritates, ſi etiam ales interuolaſſet, nulla celeritate pinnarũ eripi poterat, quin interiret oppreſſa. hi ſcopuli cum eos Argo prima omnium nauis Colchos ad direptionẽ aurei properans uelleris, præteriſſet innoxia, immobiles turbine circunfracto ſtetere cõcorporati, ut eos aliquãdo fuiſſe diremptos nulli nunc conſpicantiũ credant, niſi ſuper hoc cõgruerent omnes priſcorum carminum cantus. Poſt Bithyniæ partem, prouinciæ Pontus & Paphlagonia protenduntur, in quibus Heraclea & Sinope & Polemonion & Amyſos amplæ ſunt ciuitates, & Tios & Amaſtris, oẽs ab auſpicio, diligentia fundatæ Græcorũ. & Ceraſus, unde aduexit huiuſmodi poma Lucullus, inſulæq́ arduæ Trapezunta & Pityunta continentes oppida nõ obſcura. Vltra hæc loca Acheruſiũ ſpecus eſt, quod accolę μυχοπόντιον appellãt, & portus Acone, fluuij diuerſi, Acheron idẽq́ Archadius & Iris & Tembrius, & iuxta Parthenius, omnes in mare ictu rapido decurrentes. Thermodoon his eſt proximus, ab Armonio defluens monte, & Themiſcyreos interlabens lucos: ad quos Amazonas quondã migrare neceſſitas ſubegerat talis: Attritis damnorũ aſſiduitate finitimis, Amazones ueteres quæ eos cruentis populabantur incurſibus, altiora ſpirabant: uireſq́ ſuas circunſpectantes hiſq́ propinqua, ſæpius appetebãt ualidiores raptæ præcipiti cupiditatis ardore. & perruptis nationibus plurimis manus Athenienſibus intulerunt: acriq́ cõcertatione fuſæ ac diſiectæ, omnes nudatis equitatus ſui lateribus corruere. Harum interitu cognito, reſiduæ imbelles domi relictæ, extrema perpeſſæ uicinitatis repenſantis ſimilia funeſtos impetus declinantes, ad pacatiorẽ ſedem

Aegos fluuius

Conſtantinopolis Byzantium

Mygdonia

Bebryces

Argo

Ceraſus

Thermodoon

Themiſcyrei luci

Amazones

dem tranſiere Thermodoontis: quarum progenies lōge deinde propagata per nume-
roſam ſobolē, manu firmiſsima ad loca reuerterat genitalia, ſecuto tēpore populis di-
uerſarum originum formidabilis. Haud procul inde attollitur Carambis placidi collis
Criumetopon contra ſeptentrionē Elicen exurgens, cuius è regione eſt Criumetopon Tauricę pro-
montoriū, duobus milibus & quingentis ſtadijs diſparatum. Hocq; ex loco omnis ora
maritima, cuius initium Halis eſt amnis, uelut longitudine lineali directa, nerui efficit
Dahæ ſpeciem, duabus arcus ſummitatibus complicati. His regionibus Dahæ confines ſunt
Chalybes acerrimi omniū bellatores, & Chalybes per quos erutum & domitum eſt primitus fer-
rum. Poſt quos terras patentes Byzares obtinēt, & Tapires, & Tibareni, & Moſſynœ-
ci, & Macrones, & Philyres, populi nulla nobis aſſuetudine cogniti: à quib. breui ſpa-
tio diſtant uirorum monimenta nobilium, quibus Sthelenus eſt humatus, & Idmon,
& Typhis: primus Herculis ſocius Amazonico bello letaliter uulneratus, alter augur
Argonautarum, tertius eiuſdem nauis cautiſsimus rector. Prætercurſis partibus me-
Callichoros moratis, Alion antrum eſt, & fluenta Callichori ex facto cognominati: quod ſupera-
tis poſt triennium Indicis nationibus, ad eos tractus Liber reuerſus, circa huius ripas
uirides et opacas orgia priſtina reparauit & choros. trieterica huiuſmodi ſacra quidam
Phaſis exiſtimant appellari. Poſt hæc confinia Camaritarū pagi ſunt celebres, & Phaſis fre-
mibundis curſibus Colchos attingit, Aegyptiorum antiquam ſobolem: ubi inter ciui-
Dioſcurias tates alias Phaſis eſt nomine fluuij dictitata, & Dioſcurias nunc uſq; nota. cuius au-
tores Amphitus & Telchius Spartani traduntur, aurigæ Caſtoris & Pollucis, à qui-
bus Heniochorū natio eſt inſtituta. Paulum ab his ſecernuntur Achæi: qui bello ante-
riore quodam apud Troiam cōſummato, non cum ſuper Helena certaretur, ut auto-
res prodidere nonnulli in Pontū reflantibus uentis errore delati, cunctiſq; hoſtilibus
ſtabilem domicilijs ſedem nuſq; reperientes, uerticibus montiū inſedere ſemper niuali-
um: & horrore cæli diſtricti, uictum ſibi cū periculis rapto parare aſſuefacti ſunt: atq;
eo ultra omnem deinde ferociam ſæuierunt. Super Cercetis, qui ijſdem annexi ſunt, ni-
hil memoratu traditur dignū. Quorum poſt terga Cimmerici agitant incolæ Boſpho-
Panticapæum ri, ubi Mileſiæ ſunt ciuitates harumq; uelut mater omniū Panticapæum: quam præte-
xit Hypanis fluuius genuinis intumeſcens aquis & externis. Itineribus hinc extenſis,
Tanais Amazones aduſq; Caſpium mare porrectę circumcolunt Tanain: qui inter Caucaſias
oriens rupes, per ſinuoſos labitur circunflexus, Aſiamq; diſterminās ab Europa in ſta-
Rha fluuius gnis Mæoticis deliteſcit. huic Rha uicinus eſt amnis, in cuius ſupercilijs quædā uege-
tabilis eiuſdem nominis gignitur radix, proficiēs ad uſus multiplices medelarū. Vltra
Sauromatæ Tanain pandūtur in latitudinē Sauromatæ, per quos amnes fluunt perpetui, Marac-
cus & Rhombites & Theophanes & Totordanes. Licet alia quoq; diſtans immanib.
interuallis Sauromatarū prætenditur natio, littori iuncta quod Coracē ſuſcipiens flu-
Mæotis uium in æquor eiectat extremū. Propè palus eſt Mæotis ampliſsimi circungreſſus: ex
cuius uberrimis uenis per Patares anguſtias undarū magnitudo prorūpit in Pontū:
cuius in dextro latere inſule ſunt Phanagorus & Hermonaſſa, ſtudio conſtructæ Græ-
corum. Circa hęc ſtagna ultima extimaq; plures habitat gentes, ſermonū inſtitutorūq;
uarietate diſpariles: Iaxamatæ & Mæotæ & Iazyges, Roxolaniq; & Alani & Melan-
chlænæ, & cum Gelonis Agathyrſi, apud quos adamantis eſt copia lapidis, alijq; ultra
latentes, quòd ſunt omniū penitiſsimi. Sed Mæotidos lateri læuo Cheroneſſus eſt pro-
pinqua, coloniarū plena Grecarum. Vnde quieti ſunt homines & ſedati, adhibentes
uomeri curam, & prouentibus fructuarijs uictitantes. A quibus per uaria regna didu-
cti itineribus modicis Tauri diſſociātur. inter quos immani diritate terribiles Arinchi,
& Sinchi & Napæi, intendente ſæuitiam licentia diuturna, indidere mari nomē inho-
ſpitali: & à contrario per cauillationē pontus Euxinus appellatur, ut Euethen Græci
dicimus ſtultum, & noctem Euphronen, & furias Eumenidas. Dijs enim hoſtijs litan-
tes humanis & inmolantes aduenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orſiloche, cęſorum
capita fani parietibus præfigebant, uelut fortiū perpetua monumenta facinorū. In hac
Taurica, inſula Leuce ſine habitatoribus ullis Achilli eſt dedicata. In quam ſi fuerint
quidam forte delati, uiſis antiquitatis ueſtigijs temploq; & donarijs eidem heroi con-
ſecratis, ueſperi repetunt naues: aiūt enim non ſine diſcrimine uitæ illic quenquā per-

noctare

noctare. Ibi & aquæ ſunt, & candidæ aues naſcuntur halcyonibus ſimiles: ſuper quarum origine & Helleſpontiacis prælijs ſuo tempore diſſeremus. Sunt aūt quædam per Tauricam ciuitates: inter quas eminet Eupatoria, & Dandace, & Theodoſia, & minores aliæ nullis humanis hoſtijs impiatæ. Hactenus arcus apex protendi exiſtimatur. eius nūc reſidua leniter ſinuata, ſubiectaq; urſæ cæleſti aduſq; læuum Boſphori Thracij latus, ut ordo poſtulat, exequemur: id admonentes, quod cùm arcus omnium gentium flexis curuētur haſtilibus, Scythici ſoli uel Parthici circunductis utrinq; introrſus pandis & patulis cornibus effigiem lunæ decreſcentis oſtendunt, medietatem recta & rotunda regula diuidente. Ergo in ipſo huius cōpagis exordio, ubi Riphæi deficiunt mon tes, habitāt Arimaſpi iuſti homines, placiditateq; cogniti, quos amnes Chronius & Biſula præterfluūt: iuxtaq; Maſſagetæ, Alani, & Sarmatæ, alijq; cōplures obſcuri: quorū nec uocabula nobis ſunt nota, nec mores. Interiectu deinde non mediocri, Carcinites panditur ſinus, eiuſdemq; nominis fluuius, & religioſus per eas terras Triuiæ lucus. Dein Boryſthenes à montibus oriens Neurorū primigenijs fontibus copioſus, Boryſthenes concurſuq; multorum amnium adoleſcens, mari præruptis undarum uerticibus intimatur: cuius in marginib. nemoroſis Boryſthenes eſt ciuitas, & Cephaloneſus, & aræ Alexandro Magno, Cæſariq; Auguſto ſacratæ. Longo exinde interuallo penè eſt inſula quam incolunt Sindi ignobiles, poſt heriles in Aſia caſus cōiugijs potiti dominorum & rebus: quibus ſubiectum gracile littus Achilleos uocant indigenæ dromon, exercitijs ducis quondam Theſſali memorabilem. eiq; proxima eſt ciuitas Tyros colonia Tyros Phœnicum, quam præſtringit fluuius Tyras. In medio aūt ſpatio arcus, quod prolixæ rotunditatis eſſe prædiximus, quodq; expedito uiatori diebus conficitur quindecim, Europei ſunt Alani, & Coſtobocæ, genteſq; Scytharum innumerę, quæ porriguntur aduſq; terras ſine cognito fine diſtentas: quarum pars exigua frugibus alitur: reſiduæ omnes palantes per ſolitudines uaſtas, nec ſtiuam aliquando, nec ſementem expertas, ſed ſqualentes & pruinoſas, ferarum tetro ritu ueſcuntur: eiſq; caritates & habitacula uileſq; ſupellectiles plauſtris impoſitæ ſunt corticibus tectis: & cum placuerit ſine obſtaculo migrant, eadem carpenta quò libuerit cōuoluentes. Cum autem ad alium portuoſum ambitum fuerit uētum, qui arcus figuram determinat ultimam, Peuce prominet inſula, quam circuncolunt Troglodytę & Peucini minoreſq; aliæ gentes, & Iſtros quondam potentiſſima ciuitas, & Tomi, & Apollonia, & Anchialos, & Odiſſos: Tomi aliæ præterea multæ, quas litora continent Thraciarum. Amnis uero Danubius ori Anchialos ens prope Rauracos montes, confines limitibus Reticis, per latiorem orbem protentus, Danubius ac ſexaginta nauigabiles penè recipiens fluuios, ſeptem oſtijs per hoc Scythicum litus erumpit in mare. quorum primum eſt Peuce inſula ſupra dicta, ut interpretata Peuce ſunt uocabula græco ſermone, ſecundum Naracuſtoma, tertiū Calonſtoma, quartum Oſtia Danubij Pſeudoſtoma. Nam Boreonſtoma ac deinde Sthenoſtoma longe minora ſunt cęteris: ſeptimum ingens & paluſtri ſpecie nigrum. Omnis autem circūfluo ambitu Pontus, & nebuloſus eſt, & dulcior æquoribus cæteris, & uadoſus: quod concreſcit aer ex humorum ſpiramine ſæpe denſatus, & irruentium undarum multitudine temperatur, & conſurgit in breuia dorſuoſa, limum globoſq; aggerente multitudine circunuenientium fluentorū. Et conſtat ab ultimis noſtri finibus maris agminatim ad hunc receſſum pariendi gratia petere piſces, ut aquarum ſuauitate ſalubrius fœtum educant, in receptaculis cauis quæ ſunt ibi denſiſſima, ſecuri uoracium beluarum: nihil enim in Ponto huiuſmodi aliquando eſt uiſum, præter innoxios delphinas & paruos. Quicquid autem eiuſdem pontici ſinus Aquilone cæditur & pruinis, ita perſtringitur gelu, ut nec amniū curſus ſubteruolui credantur, nec per infidum & labile ſolum greſſus hominis poſſit uel iumenti firmari, quod uitium nunquam mare ſyncerum, ſed permixtū aquis amnicis tentat. Prolati aliquāto longius quàm ſperabamus, pergamus ad reliqua. Acceſſerat aliud ad gaudiorum præſentium cumulum, diu quidem ſperatum, ſed dilationum ambage multiplici tractum. Nunciatum eſt enim per Agilonem & Iouium poſtea quæſtorem, Aquileiæ defenſores longiore obſidij tædio, cognitoq; Conſtantij exceſſu, patefactis portis egreſſos, autores prodidiſſe turbarū: ijſdemq; uiuis exuſtis, ut ſupra relatum eſt, omnes conceſsionē impetraſſe delictorum & ueniam. At proſperis

Iulianus elatior, ultra homines iā ſpirabat, periculis expertus aſſiduis quòd ei urbem Romanam placide iam regenti, uelut mundanā Cornucopiam fortuna geſtans propitia, cuncta glorioſa deferebat & proſpera, antegreſsis uictoriarū titulis hæc quoq; adijciens: quòd dum teneret imperium ſolus, nec motibus internis eſt concitus, nec barbarorum quiſquam ultra ſuos exiliuit fines: & populi omnes auiditate ſemper inſectandi præterita, ut damnoſa & noxia, in laudes eius ſtudijs miris accendebant. Omnibus igitur, quæ res diuerſæ poſcebant & tēpora, perpenſa deliberatione diſpoſitis, & militibus orationibus crebris, ſtipendioq; competenti ad ea expedienda incitanti promptius animatis, cunctorū fauore ſublimis Antiochiam ire contendens, reliquit Conſtantinopolim incrementis maximis fultam: natus enim illic, diligebat eam ut genitalem patriam & colebat. Tranſgreſſus itaq; fretum, præter curſa Chalcedona & Libyſſa, ubi ſepultus eſt Annibal Pœnus, inde Nicomediam uenit urbem antehac inclytam, ita magnis retro principum amplificatam impenſis, ut ædium multitudine priuatarum & publicarū recte noſcētibus regio quædam Vrbis æſtimaretur æternæ. Cuius mœnia cum uidiſſet in fauillas miſerabiles cōſediſſe, angorem animi tacitis fletibus indicans, pigriori gradu pergebat ad regiam: hoc maxime ærumnis illachrimans, quòd ordo ſqualens occurrit populi nimiū quantum antehac florentiſsimus: & agnoſcebat quoſdam ibidem ab Euſebio educatus epiſcopo, quē genere longius contingebat. hic quoq; pari modo ad reparanda quæ terræ ſubuerterat tremor abunde præſtitis plurimis, per Niceā uenit ad Gallogręcię fines: unde dextroſus itinere declinato, Peſſinunta cōuertit, uiſurus uetuſta matris magnæ delubra: A quo oppido bello punico ſecundo, carmine Cumano monente, per Scipionē Naſicam ſimulacrū tranſlatū eſt Romā. Cuius ſuper aduentu in Italiā, pauca cum alijs huic materiæ cōgruentibus in actibus Cōmodi principis digeſſimus per exceſſum: quamobrē aūt hoc nomine oppidum ſit **Figmentū deæ** appellatum, uariant rerum ſcriptores. Quidā enim figmento deæ cælitus lapſo, ἀπὸ τοῦ πεσεῖν, quod cadere nos dicimus, urbem aſſeruere cognominatā. Alij memorant Ilum Trois filium Dardaniæ regem, locum ſic appellaſſe. Theopompus nō Ilum id egiſſe, ſed Midam affirmat, Phrygiæ quondā potentiſsimū regem. Venerato igitur numine, hoſtijsq; litato & uotis Ancyram redit: eumq; exinde progredientē ulterius multitudo inquietabat, pars uiolenter erepta reddi ſibi poſcens, alij quærentes conſortijs ſe curiarum addictos iniuſte, nōnulli ſine reſpectu periculi agentes aduſq; rabiem, ut aduerſarios ſuos læſæ maieſtatis criminibus illigarent. Verum ille iudicibus Caſſijs triſtior & Lycurgis, cauſarū momenta æquo iure perpendens, ſuum cuiq; tribuebat, nuſquam à uero abductus, acrius in calumniatores exurgens: quos oderat, multorum huiuſmodi petulantem ſæpe dementiā aduſq; diſcrimen expertus, dum eſſet adhuc humilis & priuatus: exemplūq; patiētiæ eius in tali negotio, licet ſint alia plurima, id unum ſufficiet poni. Inimicū quidam ſuum, cum quo diſcordabat, aſperrime dixiſſe in maieſtatem turbulentius deferebat. Imperatoreq; diſſimulante, eadem diebus cōtinuis replicās, interrogatus ad ultimum, qui eſſet quē argueret, reſpondit, municipem locupletem. Quo audito, princeps renidens, Quibus indicijs, ait, ad hoc perueniſti? Et ille purpureum, inquit, ſibi indumētum ex ſerico pallio parat. Iuſſusq; poſt hæc ut uilis arduæ rei uilem incuſans abire tacitus & innoxius, nihilominus inſtabat. Quo tædio Iulianus defatigatus ad largitionum comitē uiſum propius, iube, inquit, perículoſo garritori pedum tegmina dari purpurea ad aduerſarium perferēda: quem ut datur intelligi, chlamydem huius coloris memorat ſibi conſarcinaſſe: ut ſciri poſſit, ſine uiribus maximis quid pannuli proficiāt leues. Sed ut hæc laudanda & bonis moderatoribus æmulanda, ita illud amarum & notabile fuit, quòd ægre ſub eo curialibus quiſquam appetitus, licet priuilegijs & ſtipendiorum numero & originis penitus alienæ fortitudine cōmunitus, obtinebat æquiſsimū: adeo ut pleriq; territi emercarentur moleſtias pretijs clandeſtinis. **Pylæ** Itineribus itaq; emenſis cum ad Pylas ueniſſet, qui locus Cappadocas diſcernit & Cilicas, oſculo ſuſceptū rectorē prouinciæ nomine Celſum, iam inde à ſtudijs cognitū Atticis, aſcitūq; in cōſeſſum uehiculi Tarſum ſecū induxit. At hinc uidere properās Antiochiam, orientis apicē pulchrū, uſus itineribus ſolitis uenit: urbiq; propinquās in ſpeciem alicuius numinis uotis excipitur, publicas miratus uoces multitudinis magnæ, **Antiochia orientis apex**

ſalutare

ſalutare ſidus inluxiſſe Eois partibus adclamantis. Euenerat aūt iiſdem diebus annuo curſu cōpleto Adonia ritu ueteri celebrari, amato Veneris, ut fabulę fingunt, apri dente ferali deleto, quod in adulto flore ſectarū eſt indiciū frugū. & uiſum eſt triſte, quòd amplam urbem principum domiciliū introeunte imperatore nunc primū, ululabiles undiq; planctus & lugubres ſonitus audiebanī. hic patientiæ eius, & lenitudinis documentum leue quidē apparuit, ſed mirandū. Thalaſſium quendam ex proximo libellorum inſidiatorē fratris oderat Galli, quo adorare adeſſeq; officio inter honoratos prohibito, aduerſarij cū quibus litigabat in foro, poſtridie turba congregata ſuperflua, adito imperatore, Thalaſſius, clamitabant, inimicus pietatis tuæ noſtra uiolenter eripuit. Et ille hac occaſione hominē opprimi poſſe cōijciens, Agnoſco, reſpondit, quē dicitis offendiſſe me iuſta de cauſa: & ſilere uos interim cōſentaneū eſt, dum mihi inimico potiori faciat ſatis. Mandauitq; aſſidenti præfecto, ne audiret eorum negotiū anteq; ipſe cum Thalaſſio rediret in gratiā, quod breui euenit. Ibi hyemans ex ſententia nullis interim uoluptatū potiebatur illecebris, quibus abundant Syriæ omnes: uerum per ſpeciem quietis iudicialibus cauſis intentus, non minus arduis q; bellicis, diſtrahebatur multiformibus curis, exquiſita docilitate librans, quibus modis ſuū cuiq; tribueret: iuſtisq; ſentētijs & improbi modicis coercerentur ſupplicijs, & innocentes fortunis defenderentur intactis. Et quanq; in diſceptādo aliquoties erat intēpeſtiuus, quid quiſq; iurgantiū coleret tempore alieno interrogans, tamen nulla eius diffinitio litis à uero diſſonans reperitur: nec argui unq; potuit ob religionē uel quodcunq; aliud ab æquitatis recto tramite deuiaſſe. iudiciū enim hoc eſt optādum & rectum, ubi per uaria negotiorum examina, iuſtum id eſt & iniuſtum: à quo ille ne aberraret, tanquā ſcopulos cauebat abruptos. hoc aūt ideo aſſequi potuit, quod leuitatem agnoſcens cōmotioris ingenij ſui, præfectis proximisq; permittebat, ut fidenter impetus ſuos aliorſus tendentes, ad quæ decebat monitu opportuno frenarent: monſtrabatq; ſubinde, ſe dolere delictis, & gaudere correctione. Cumq; eum defenſores cauſarum, ut conſcium rationis perfectæ, plauſibus maximis celebrarent, fertur id dixiſſe permotus: gaudebā planeq; me efferebam, ſi ab his laudarer, quos & uituperare poſſe aduerterem, ſi quid ſecus factum ſit aut dictū. Sufficiet aūt pro multis, quæ clementer egit in litibus cognoſcēdis, hoc unum ponere, nec abhorrens à propoſito, nec abſurdum. Inducta in iudicium fœmina quędam, cum palatinū aduerſariū ſuum è numero protectorum cinctum præter ſpem conſpexiſſet, hoc factum inſolens tumultuando querebatur. & imperator, Proſequere ait mulier, ſi quid te læſam exiſtimas: hic enim ſic cinctus eſt, ut expeditius per lutum incedat: parum nocere tuis partibus poteſt. & æſtimabatur per hęc & ſimilia, ut ipſe dicebat aſſidue, uetus illa Iuſtitia, quam offenſam uitijs hominū Aratus extollit in cælum, imperante eo reuerſa ad terras, ni quædam ſuo ageret non legum arbitrio, erratisq; aliquoties obnubilaret gloriarum multiplices curſus. Poſt multa enim etiā iura quædam correxit in melius, ambagibus circumciſis, indicantia liquide quid iuberent fieri, uel uetarent. Illud aūt inclemens obruendū perenni ſilentio, quòd arcebat docere magiſtros rhetoricos & grāmaticos, ritus Chriſtiani cultores. Iiſdē diebus Gaudētius ille notarius, quem opponendū per Africam miſſum ſupradiximus à Conſtantio: Iulianus quinetiā ex uicario, earundem partium nimius fautor, retracti ſub uinculis morte periere pœnali. Tunc & Antemius ex duce Aegypti, Alexandrinis urgentibus atrocium criminum mole, ſupplicio capitali mulctatus eſt. Poſt quem Marcelli ex magiſtro equitum & peditum filius, ut iniectans imperio manus, publica deletus eſt morte. Romanus quinetiā & Vincentius, ſcutariorū ſcholę primæ ſecundæq; tribuni, agitaſſe conuicti quædam ſuis uiribus altiora, acti ſunt in exilium. Cumq; tempus interſtitiſſet exiguum, Alexandrini Artemij cōperto interitu, quem uerebantur ne cum poteſtate reuerſus (id enim minatus eſt) multos læderet ut offenſus, iram in Georgium uerterunt epiſcopum, uipereis, ut ita dixerim, morſibus ab eo ſæpius appetiti. In iulio, natus ut ferebatur apud Epiphaniam Ciliciæ oppidum, auctusq; in damna cōplurium, contra utilitatem ſuam reiq; cōmunis epiſcopus Alexandriæ eſt ordinatus, in ciuitate quæ ſuoptæ motu & ubi cauſæ non ſuppetunt ſeditionibus crebris agitatur & turbulentis, ut oraculorum quoq; loquitur fides. His efferatis hominū mentibus, Georgius

Tribuni ſcutariorum ſcholæ primæ ſecundæq;

Alexandriæ epiſcopus

quocꝫ ipſe graue acceſſerat incentiuũ,apud patulas aures Cõſtantij multos exinde incuſans,ut eius recalcitrantes imperijs:profeſſioniſcꝫ ſuæ oblitus, quæ nihil niſi iuſtum ſuadet & lene, ad delatorũ auſa feralia deſciſcebat. & inter cætera dicebatur id quocꝫ maligne docuiſſe Conſtantiũ, quòd in urbe prædicta ædificia cuncta ſolo cohærentia à conditore Alexandro magnitudine impenſarũ publicarũ extructa, emolimentis ærarij proficere debent ex iure. ad hęc mala id quocꝫ addiderat, unde paulopoſt truſus eſt in exitium præceps. Reuerſus ex comitatu principis,cum tranſiret per ſpecioſum Genij templum, multitudine ſtipatus ex more,flexis ad ædemipſam luminibus,quindiu, inquit, ſepulchrũ hoc ſtabit? Quo audito uelut fulmine multi perculſi,metuenteſcꝫ ne illud quocꝫ tentaret euertere, quicquid poterant, in eius perniciẽ clandeſtinis inſidijs concitabant. Ecce aũt repente perlato lætabili nuntio indicãte extinctum Artemium, plebs omnis elata gaudio inſperato uocibus horrendis infrendẽs, Georgium petit: raptumcꝫ diuerſis mulctandi generibus proterens & conculcans diuaricatis pedibus. Cumcꝫ eo Dracontius monetæ præpoſitus, & Diodorus quidam ueluti comes iniectis per crura funibus ſimul exanimati ſunt: ille quòd aram in moneta quam regebat recens locatã euertit: alter quòd dũ ædificandæ præeſſet eccleſiæ, cirros puerorũ licentius detondebat, id quocꝫ ad deorum cultum exiſtimans pertinere. quo non contenta multitudo immanis, dilaniata cadauera peremptorũ camelis impoſita uexit ad lacus: ijſdemcꝫ ſubito igne crematis, cineres proiecit in mare, id metuẽs ut clamabat, ne collectis ſupremis, ædes illis extruerentur ut reliquis, qui deuiare à religione compulſi, pertulere cruciabiles pœnas aduſcꝫ glorioſam mortem intemerata fide progreſſi, & nunc martyres appellantur. Poterantcꝫ miſerandi homines ad crudele ſuppliciũ ducti, Chriſtianorum adiumento defendi, ni Georgij odio omnes indiſcrete flagraſſent. Hoc cõperto, imperator ad uindicandũ facinus nefandum erectus, iamcꝫ expediturus pœnas à noxijs ultimas, mitigatus eſt lenientibus proximis: miſſocꝫ edicto, acri oratione ſcelus deteſtabatur admiſſum, minatus extrema, ſi deinde tentatũ fuerit aliquid quod iuſtitia uetet & leges. Inter hæc expeditionem parans in Perſas, quam dudum animi robore conceperat celſo, ad ultionem præteritorũ uehementer elatus eſt, ſciens & audiens gẽtem aſperrimam per ſexaginta ferme annos inuſſiſſe orienti cædium & direptionum monumenta ſæuiſſima, ad internecionem exercitibus noſtris ſępe deletis. Vrebatur autem bellandi gemino deſiderio: primo, quòd impatiens otij lituos ſomniabat & prælia: dein quòd in ætatis flore primæuo obiectus efferarum gentium armis, recentibus etiam tum regum precibus & regalium qui uinci magis poſſe quàm ſupplices manus tendere credebantur, ornamentis illuſtrium gloriarum inſerere Parthici cognomentum ardebat. Quæ maximis molibus feſtinari cernentes obtrectatores deſides & maligni, unius corporis permutatione tot cieri turbas intempeſtiuas indignum & pernicioſum eſſe ſtrepebant, ſtudium omne in differendo procinctu ponentes: & dictitabant his præſentibus, quos audita referre ad imperatorem poſſe rebantur, eum ni ſedatius ageret, immodica rerum ſecundarum proſperitate, uelut luxuriantes ubertate nimia fruges, bonis ſuis protinus occaſurum. Et hæc diu multũcꝫ agitãtes, fruſtra uirum circumlatrabant immobilem occultis iniurijs, ut Pygmæi uel Thiodamas agreſtis homo Lydius Herculem. Ille tamen ut maioris præter cæteros ſpiritus, nihilo lentius magnitudinem expeditionis ſecum cõmentans, in præparandis congruis operam nauabat enixam. Hoſtiarum tamen ſanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat, tauros aliquoties immolando cẽtenos, & innumeros uarij pecoris greges, oueſcꝫ candidas terra quæſitas & mari: adeo ut indies penè ſingulos milites carnis diſtentiore ſagina uictitantes incultius, potuſcꝫ auiditate corrupti, humeris impoſiti tranſeuntium, per plateas ex publicis ædibus, ubi uindicandis potius quàm cedendis conuiuijs indulgebant, ad ſua diuerſoria portarentur, Petulantes ante omnes & Celtæ quorum ea tempeſtate confidentia creuerat ultra modum. Augebantur aũt ceremoniarũ ritus immodice, cum impenſarum amplitudine antehac inuſitata & graui: & quiſcꝫ cum impræpedite liceret ſcientiam uaticinandi profeſſus, iuxta imperitus & docilis ſine fine uel præſtitutis ordinibus oraculorum permittebatur ſcitari reſponſa & extiſpicia non nunquam futura pandẽtia: oſcinũcꝫ & auguriorum & ominũ fides, ſi reperiri uſquam

Ceremoniarum ritus

poſſet

poſſet, affectata uarietate quærebatur. Hæcq; dum ita procedunt more pacis, multorum curioſior Iulianus nouam conſilij uiam ingreſſus eſt, uenas fatidicas Caſtalij recludere cogitans fontis: quem obſtruxiſſe Cæſar dicitur Hadrianus mole ſaxorum ingenti, ueritus ne ut ipſe præcinentibus aquis capeſſendam rempub. comperit, etiam alij ſimilia docerentur: ac ſtatim circumhumatá corporá ſtatuit exinde transferri eo ritu, quo Athenienſes inſulam purgauerant Delon. Eodem tempore die XI. Calend. Nouemb. ampliſsimum Daphnæi Apollinis fanum, quod Epiphanes Antiochus rex ille condidit iracundus & ſæuus, & ſimulacrū in eo Olympiaci Iouis imitamenti æquiparans magnitudinem, ſubita ui flammarum exuſtum eſt. quo tam atroci caſu repente conſumpto, id aduſq; imperatorem ira prouexit, ut quæſtiones agitari iuberet ſolito acriores, & maiorem eccleſiam Antiochiæ claudi. Suſpicabatur enim id Chriſtianos egiſſe ſtimulatos inuidia, quòd idem templum inuiti uidebant ambitioſo circundari periſtylio. Ferebatur autem licet rumore leuiſsimo, hac ex cauſa conflagraſſe delubrum: quòd Aſclepiades philoſophus, cuius in actibus Magnentij meminimus, cum uiſendi gratia Iuliani ad id ſuburbanum ueniſſet, deæ Cæleſtis argenteū breue figmentum quocunq; ibat ſecum ſolitus afferre, ante pedes ſtatuit ſimulacri ſublimes, accenſisq; cereis ex uſu ceſsit: unde medietate noctis emenſa, cum nec adeſſe quiſquam potuit nec iuuare, uolitantes ſcintillæ adhæſere materijs uetuſtiſsimis, ignesq; aridis nutrimentis erecti omne quicquid cōtingi potuit, licet ardua diſcretū celſitudine, concremarunt. Eo anno, ſidere etiātum inſtante brumali, aquarū inceſsit inopia metuenda, ut & riui ceſſarent quidam, & fontes antehac aquarū copioſis pulſibus abundātes: ſed in integrū poſtea reſtituti ſunt. Et quarto nonas Decembres uergente ad ueſperā die, reliqua Nicomedia collapſa eſt terræmotu, itidemq; Niceæ portio nō mediocris. Quę tametſi mœſtitiam ſolicito incuterent principi, reſidua tamen non cōtemnebat urgentia, dum pugnandi tempus ei ueniret optatum. Inter præcipua tamen & ſeria illud agere ſuperfluum uidebatur, quòd nulla probabili ratione ſuſceptæ popularitatis amore, uilitati ſtudebat uenalium rerum, quæ nonnunq; ſecus quàm conuenit ordinata inopiam gignere ſolet & famē. & Antiochienſi ordine id tunc fieri, cum ille iuberet, non poſſe, aperte monſtrante, nuſquam à propoſito declinabat, Galli ſimilis fratris, licet incruentus. Quocirca in eos deinceps ſæuiens, ut obtrectatores & cōtumaces, uolumen compoſuit inuectiuum, quod Antiochenſe uel Miſopogonem appellauit, probra ciuitatis infenſa mente dinumerans, addensq; ueritati cōplura: poſt quę multa in ſe facete dicta comperiens, coactus diſſimulare pro tempore, ira ſufflabatur interna. Ridebatur enim ut Cercops, homo breuis, humeros extentās anguſtos, & barbam præ ſe ferens hircinam, grandiaq; incedens tanq; Oti frater & Ephialtis, quorum proceritatē Homerus in immenſum tollit. Idemq; uictimarius pro ſacricola dicebatur ad crebritatem hoſtiarum alludentibus multis: & culpabatur hinc opportune, cum oſtentationis gratia uehens licenter pro ſacerdotibus ſacra, ſtipatusq; mulierculis lætabatur. Et quanquam his paribusq; de cauſis indignaretur, tacens tamen motumq; in animi retinens poteſtate ſolennia celebrabat. Deniq; præſtituto feriarum die Caſium montem aſcendit nemoroſum, & tereti ambitu in ſublime porrectum, unde ſecundis gallicinijs uidetur primi ſolis exortus. Cumq; Ioui faceret rem diuinam, repente conſpexit quendam humi proſtratum, ſupplici uoce uitam precātem & ueniam. Interrogantiq; ei qui eſſet, reſponſum eſt præſidalem eſſe Theodotum Hierapolitanum: qui profectum à ciuitate ſua Conſtantium inter honoratos deducens, adulando deformiter, tanquam futurum ſine dubietate uictorem orabat lachrimas fingēs & gemitū, ut Iuliani ad eos mitteret caput perduellis ingrati, ſpecie illa qua Magnentij circunlatum meminerat membrum. Quibus auditis, accepi olim, inquit, hoc dictum relatione multorum: ſed abi ſecurus ad lares, exutus omni metu clementia principis, qui ut prudens definiuit inimicorum minuere numerum, augereq; amicorum ſponte ſua contendit ac libens. Exin ſacrorum perfecto ritu digreſſo, offeruntur rectoris Aegyptij ſcripta: Apim bouem operoſa quæſitū induſtria, tamē poſt tēpus inueniri potuiſſe firmantis: quod ut earum regionum exiſtimant incolæ, fauſtum & ubertatē frugum, diuerſaq; indicat bona. Super qua re pauca cōueniet expediri. Inter animalia antiquis obſeruationibus conſecrata Mneuis

Eccleſia

Cercops

Caſius mons

ta, Mneuis & Apis ſunt notiora: Mneuis Soli ſacratur, ſuper quo nihil dicitur memo-

De Api boue. rabile, ſequens Lunæ. Eſt enim Apis bos diuerſis genitalium notarũ figuris expreſſus maximeq́; omnium corniculantis lunæ ſpecie latere dextro inſignis: qui cum poſt uiuendi ſpatium præſtitutũ ſacro fonte immerſus è uita abierit (nec enim ultra eum trahere licet ætatem, quàm ſecreta librorum præſcribit autoritas myſticorum: nec niſi ſemel ei in anno bos fœmina inuenta cum notis certis offertur) alter cum publico quæri

Memphis tur luctu: & ſi omnibus ſignis conſummatus reperiri potuerit, defertur Memphim urbem præſtantem præſentiaq́; numinis Aeſculapij claram. Cumq́; initiante antiſtitum numero centum, inductus in thalamum eſſe cœperit ſacer, coniecturis apertis ſigna rerum futurarum dicitur demonſtrare: & adeuntes quoſdam indicijs auerti uidetur obliquis, ut offerentẽ cibum aliquando Germanicum Cæſarem, ſicut lectum eſt, auerſatus portenderat paulo poſt euentura. Strictim itaq; quoniam tempus uidetur hoc flagitare, res Aegyptiacæ tangantur, quarum notitiam in actibus Hadriani & Seueri prin-

Aegyptia gẽs cipum digeſſimus late, uiſa pleraq; narrantes. Aegyptiam gentem omnium uetuſtiſſimam, niſi quòd ſuper antiquitate certat cum Scythis, meridiali latere Syrtes maiores & Phycus promontorium, & Borium, & Garamantes, nationesq́; uariæ claudunt: quà orientem è regione proſpicit, Elephantinam & Meroen urbes Aethiopum, & Ca

Scenitæ tadupos rubrumq́; pelagus & Scenitas prætenditur Arabas, quos Saracenos nunc

Saraceni appellamus: ſeptentrioni oppoſita terrarum ſitu cohærent immenſo, unde exordium Aſia Syriarumq́; prouinciæ ſumunt: à ueſpera Iſſiaco diſiungitur mari, quod quidam nominauere Parthenium. Pauca itaq; ſuper Nilo (quem Aegyptum Homerus appellat) præſtringi conueniet, mox oſtendendis alijs, quæ ſunt in his regionibus admiran

Origo Nili. da. Origines fontium Nili, ut mihi quidem uideri ſolet, ſicut adhuc factum eſt, poſteræ quoq; ignorabunt ætates. Verum quoniam fabulantes poetæ, uariantesq́; geographi in diuerſa latentem notitiam ſcindunt: opiniones eorum, ueritati confines (ut arbitror) expediam paucis. Affirmant aliqui phyſicorum in ſubiectis ſeptentrioni ſpatijs, cum hyemes frigidæ cuncta conſtringunt, magnitudines niuium congelaſcere: eaſq́; poſtea ui flagrantis ſideris reſolutas fluxis humoribus nubes efficere grauidas, quæ in meridianam plagam Eteſiis flantibus pulſæ expreſſæq́; tepore nimio incrementa ubertim ſuggerere Nilo creduntur. Ex Aethiopicis imbribus, qui abundantes in tractibus illis per æſtus torridos cadere memorantur, exundationes eius erigi anni temporibus aſſerunt alij præſtitutis: quod utrunq; diſſonare uidetur à ueritate. Imbres enim apud Aethiopas, aut non unq̃, aut per interualla temporum longa cadere memorant. Opinio eſt celebrior alia, quòd ſpirãtibus ꝓdromis, perq́; dies quadraginta & quinq; Eteſiarum continuis flatibus repellentibus eius meatũ, uelocitate cohibita ſuperfuſis fluctibus intumeſcit: & reluctante ſpiritu controuerſo adoleſcens in maius, hinc ui reuerberante uentorũ, inde urgente curſu uenarũ perẽnium, progrediẽs in ſublime tegit omnia, & humo ſuppreſſa, per ſupina camporũ ſpeciẽ exhibet maris. Rex aũt Iuba Punicorum confiſus textu librorũ, à monte quodam oriri eum exponit, qui ſitus in Mauritania deſpectat oceanũ: hisq́; indicijs hoc proditũ ait, ꝙ piſces & herbæ, & beluæ ſimiles per eas paludes gignunt. Aethiopiæ aũt partes prætermeans Nilus nominũ diuerſitate decurſa, quæ eum orbem peragranti nationes indidere cõplures, exundatione ditiſſima ad cataractas, id eſt, præruptos ſcopulos uenit, è quibus præcipitans ruit potius q̃ fluit. Vnde olim accolas uſu aurium fragore aſſiduo diminuto, neceſſitas uertere ſolũ ad editiora coegit. exinde lenius means per oſtia ſeptẽ, quorũ ſingula perpetuorum amniũ uſum & faciem præbent, nullis per Aegyptum aquis externis adiutus dilatatur. Et præter amnes plurimos ex alueo deriuatos autore, cadentesq́; in ſuppares eius, ſeptem nauigabiles ſunt & undoſi, quibus ſubiecta uocabula ueteres indiderunt: Heracleoticus, Sebenniticus, Bolbiticus, Phatniticus, Mendeſius, Taniticus, & Peluſiacus. Oriens aũt unde dictum eſt, propellitur à paludibus aduſq; cataractas, inſulaſq́; efficit plures: quarum aliquæ ita porrectis aquis dicuntur extentæ ut ſingulas

Meroe ægre tertio die relinquat. Inter quas duæ ſunt claræ, Meroe, & Delta à triquetræ lite-

Delta ræ forma hoc uocabulo ſignatius appellata. Cum aũt ſol per cancri ſidus cœperit uehi, augeſcens aduſq; tranſitũ eius in libram, diebusq́; centum ſublatius fluens, minuit poſtea

ſtea, & mitigatis ponderibus aquarũ nauibus antea peruius equitabiles campos oſten
dit. Abunde itaq; luxurians ita eſt noxius, ut infructuoſus ſi uenerit parcior: gurgitum
enim nimietate humectans diutius terras culturas moratur agrorũ, paruitate autẽ mi-
natur ſteriles ſegetes. Eumq; nemo aliquando extolli cubitis altius ſexdecim poſſeſſor
optauit. Et ſi inciderit moderatius, aliquoties iactæ ſementes in loco pinguis ceſpitis
cum augmento fere ſeptuageſimo renaſcũtur: ſolusq; fluminum auras nullas inſpirat.
exuberat Aegyptus etiã pecudib. multis, inter quas terreſtres ſunt & aquatiles: aliæq;
humi & in humoribus uiuunt, unde amphibia nominantur. & in aridis quidẽ capreo-
li ueſcuntur, & bucali & biſturnitia omni deformitate ridicula, aliaq; monſtra quæ nu-
merare non refert. Inter aquatiles autem beſtias crocodilus ubiq; per eos tractus abun *Crocodilus*
dat, exitiale quadrupes malum aſſuetum elementis ambobus, lingua carẽs, maxillam
ſuperiorem commouẽs ſolam, ordine dentium pectinato, pernicioſis morſibus quic-
quid tetigerit pertinaciter tenens, oua edens fœtus anſerini ſimilia: utq; armatus eſt un
guibus, ſi haberet etiam pollices, ad euertẽdas quoq; naues ſufficeret uiribus magnis:
ad cubitorum enim longitudinem decẽ interdum extentus, noctibus quieſcẽs per un-
das, diebus humi ueſcitur, cõfidentia cutis, quam ita ualidam gerit, ut eius tergo cata-
phracta uix tormentorũ ictibus perforentur. & ſæuientes ſemper eædem ferę, quaſi pa
cto fœdere quodam caſtrenſi, per ſeptem ceremonioſos dies miteſcũt ab omni ſæuitia
deſciſcentes, quibus ſacerdotes Memphi natales celebrant Apis. Præter eos autẽ qui
fortuita pereunt morte, alij diſrumpuntur ſuffoſsis aluis mollibus certis ferarũ dorſua
libus cruſtis, quas delphinis ſimiles nutrit fluuius antedictus: alij exitio intereunt tali.
Trochilos auicula breuis, dum eſcarum minutias captat, circa cubantem uolitãs blan-
de, gingiuaſq; eius irritatius titillando peruenit aduſq; ipſam uiciniã gutturis. quod fa
ctum contuens hydrus ichneumonis genus, oris aditum penetrat alite præuia patefa-
ctum, & populato uentre uitalibus dilancinatis erũpit. Audax tamen crocodilus mon
ſtrum fugacibus, ubi audacem ſenſerit timidiſsimũ, & in terra acutius cernẽs, per qua-
tuor menſes hybernos nullo ueſci dicitur cibo. Hippopotami quoq; generãtur in illis *Hippopotami*
partibus, ultra animalia cuncta ratione carẽtia ſagaciſsimi, ad ſpeciem equorũ bifidas
habentes ungulas, caudaſq; breues: quorũ ſolertiæ duo oſtendere documẽta ſufficiet.
Inter arũdines celſas & ſqualentes nimia denſitate hæc belua cubilibus poſitis, otium
peruigili ſtudio circunſpectat, laxataq; copia ad ſegetes depaſcẽdas egreditur. Cumq;
iam cœperit redire diſtenta, auerſis ueſtigijs diſtinguit tramites multos, ne unius plani
itineris lineas inſidiatores ſecuti, repertũ ſine difficultate cõfodiant. Item cũ auiditate
nimia extuberato uẽtre pigreſcit, ſuper calamos recẽs exectos femora cõuoluit & cru
ra, ut pedibus uulneratis cruor egeſtus ſagina diſtentũ faciat leuẽ: & carnes ſaucias cœ
no oblinit, quãdiu in cicatrices cõueniant plagæ. Has mõſtruoſas antehac raritates in
beluis, in ędilitate Scauri uidit Romanus populus primitus, patris illius Scauri, quem
defendens Tullius imperat Sardis, ut de familia nobili ipſi quoq; cum orbis terrarum
autoritate ſentirent: & per ætates exinde plures ſæpe huc ducti, nunc inueniri nuſquã
poſſunt, ut cõiectantes regionũ incolæ dicũt, inſectantis multitudinis tædio ad Blem-
myas migraſſe compulſi. inter Aegyptias alites, quarũm uarietas nullo comprehendi
numero poteſt, ibis ſacra eſt & amabilis & innocua, ideo quod nidulis ſuis ad cibũ ſug *Ibis*
gerens oua ſerpentũ, efficit ut rareſcant mortiferæ peſtes abſumptæ. occurrunt eędem
uolucres pinnatis agminibus anguiũ, qui ex Arabicis emergũt paludibus uenena ma
lignantes: eoſq; antequam finibus ſuis excedant, prælijs ſuperatos aerijs uorant: quas
aues per roſtra edere fœtus accepimus. Serpentes quoq; Aegyptus alit innumeras: ul-
tra omnẽ perniciem ſæuientes baſiliſcos, & amphiſbenas, & ſcytalas, & acontias, & di
pſadas, & uiperas, aliaſq; cõplures: quas omnes magnitudine & decore aſpis facile ſu
pereminens, nunquam ſponte ſua fluenta egreditur Nili. Multa in illis tractibus pre-
tium eſt operæ maximum legere, è quibus pauca conueniet explicari. Sunt therma lu-
tra quæ Cythrus indigenę uocãt. Templa ubiq; molibus magnis extructa. Pyramides
ad miracula ſeptẽ prouectæ, quarũ diuturnas ſurgendi difficultates ſcriptor Herodo-
tus docet, ultra omnẽ omnino altitudinẽ, quæ humanis confici poteſt, erectæ ſunt tur-
res, ab imo latiſsimæ, in ſummitates acutiſsimas deſinẽtes: quæ figura apud geometras

Bb 4 ideo

ideo ſic appellatur, quòd ad ignis ſpeciem, τὸ πυρὸς ut nos dicimus, extenuatur in co- num: quarũ magnitudo quoniã in celſitudinẽ nimiam ſcandens, gracileſcit paulatim, umbras quoq; mechanica ratione cõſumit. Sunt & ſyringes ſubterranei quidam & fle xuoſi receſſus, quos (ut fertur) periti rituum uetuſtorũ aduentare diluuiũ præſcij, me- tuentesq; ne ceremoniarum obliteraretur memoria, penitus operoſis digeſtos ſodinis per loca diuerſa ſtruxerũt: & exciſis parietibus uolucrũ ferarumq; genera multa ſcul- pſerunt, & animalium ſpecies innumeras multas, quas hieroglyphicas literas appella runt, Latinis ignorabiles. Dein Syene, in qua ſolſtitij tempore, quo ſol æſtiuum auſtri nus curſum extendit, recta omnia ambientes radij excedere ipſis corporibus umbras non ſinunt. Inde ſi ſtipitẽ quiſquã fixerit rectum, uel hominẽ, aut arborem uiderit ſtan tem, circa lineamentorũ ipſas extremitates contẽplabitur umbras abſumi: ſicut apud Meroem Aethiopiæ partem æquinoctiali circulo proximã dicitur euenire, ubi per no naginta dies umbræ noſtris in contrariũ cadunt: unde Antiſcios eius incolas uocant. Quæ quoniam miracula multa ſunt, opuſculi noſtri propoſitũ excedentia, ad ingenia celſa reijciamus, pauca ſuper prouincijs narraturi. Tres prouincias Aegyptus ferẽ ha- buiſſe temporibus priſcis, Aegyptum ipſam, & Thebaidam, & Libyam: quibus duas adiecit poſteritas, ab Aegypto Auguſtamnicam, & Pentapolim à Libya ſicciore diſpa ratã. Igitur Thebais multas inter urbes clariores alijs Hermopolim habet & Copton, & Antinoon quam Hadrianus in honorem Antinoi ephebi condidit ſui. hecatompy los enim Thebas nemo non nouit. In Auguſtamnica Peluſium oppidum eſt nobile, quod Peleus Achillis pater dicitur condidiſſe, luſtrari deorum monitu iuſſus in lacu, qui eiuſdem ciuitatis alluit mœnia, cum poſt interfectũ fratrẽ nomine Phocũ horren- dis furiarum imaginibus raptaretur, & Caſsium ubi Pompeij ſepulchrum eſt Magni, & Oſtracine, & Rhinocorura. In Pentapoli Libya Cyrene poſita eſt urbs antiqua, ſed deſerta, quam Spartanus condidit Battus, & Ptolemais, & Arſinoe eadem quæ Teu- chira: & Darnis, & Berenice, quas Heſperidas appellant: in ſicciore uero Libya Pare tonion, & Cherecla, & Neapolis, inter municipia pauca & breuia. Aegyptus ipſa, quæ iam inde ut Romano imperio iuncta eſt regitur à præfectis, exceptis minoribus mul- tis, Athribi, & Oxyryncho, & Thmui, & Memphi maximis urbibus nitet. Alexãdria enim uertex omnium eſt ciuitatũ, quam multa nobilitant, & magnificentia conditoris altiſsimi, & architecti ſolertia Dinocratis, qui cum ampla mœnia fundaret & pulchra, penuria calcis id momentum parum repertæ, omnes ambitus liniales farina reſperſit: quod ciuitatem pòſt alimentorum uberi copia circunfluere fortuito mõſtrauit indicio. ibi auræ ſalubriter ſpirantes, aer tranquillus & clemens: atq; ut periculum docuit per uarias collectum ætates, nullo penè die incolentes hanc ciuitatem ſolem ſerenum non uident. hoc littus ne fallacibus & inſidioſis acceſsibus affligeret ut antehac nauigãtes diſcriminibus plurimis, excogitauit in portu Cleopatra turrim excelſam, quæ Pharos à loco ipſo cognominatur, prælucendi nauibus nocturna ſuggerens miniſteria: cum quondam ex Parthenio pelago uenientes aut Libyco, per pandas oras & uacuas mon- tium nullas ſpeculas uel colliũ ſigna cernẽtes, harenarũ inliſæ glutinoſæ mollitiæ fran gerentur. Hæc eadem regina heptaſtadium ſicut uix credenda celeritate, ita magnitu- dine mira conſtruxit, ob cauſam notam & neceſſariam. Inſula Pharos, ubi Protea cum phocarum gregibus diuerſatum Homerus fabulatur inflatius, à ciuitatis littore mille paſsibus diſparata, Rhodiorũ erat obnoxia uectigali. Quod cũ inde quidam nimium quantum petituri ueniſſent, fœmina callida ſemper in fraudes, ſolennium ſpecie feria- rum iiſdem publicanis ſecũ ad ſuburbana perductis, opus iuſſerat irrequietis laborib. conſummari, & ſeptem diebus totidẽ ſtadia molibus iactis in mare ſolo propinquanti terræ ſunt uindicatæ. Quò cum uehiculo ingreſſa, errare ait Rhodios, inſularum non continentis portorium flagitãtes. His accedunt altis ſufflata faſtigijs templa. Inter quæ eminet Serapium, quod licet minuatur exilitate uerborum, atrijs tamen columnarijs ampliſsimis, & ſpirantibus ſignorũ figmẽtis, & reliqua operũ multitudine ita eſt exor natum, ut poſt capitolium, quo ſe uenerabilis Roma in æternũ attollit, nihil orbis ter- rarum ambitioſius cernat. In quo bibliothecæ fuerunt inæſtimabiles: & loquitur mo- nimentorum ueterum concinens fides, ſeptingenta uoluminum millia, Ptolemæis regibus

Hieroglyphicæ literæ

Alexãdria uertex ciuitatum

Aſtus Cleopatræ

regibus uigilijs intentis cõpoſita,bello Alexandrino, dum diripitur ciuitas ſub dicta-
tore Cæſare conflagraſſe. Canopus inde duodecimo diſiungit lapide:quem,ut priſcæ
memoriæ tradunt, Menelai gubernator ſepultus ibi cognominauit: hactenus impen-
dio locus fanis & diuerſorijs lætis extructus,auris & ſalutari tẽperamento perflabilis,
ita ut extra mundum noſtrũ morari ſe quiſquam arbitretur in illis tractibus agẽs, cum
ſæpe aprico ſpiritu immurmurãtes audierit uentos. Sed Alexandria ipſa nõ ſenſim,ut
aliæ urbes,ſed inter initia prima aucta per ſpatioſos ambitus,internisq; ſeditionib. diu
aſpere fatigata, ad ultimum multis poſt annis Aureliano imperium agente, ciuilibus
iurgijs ad certamina interneciua prolapſis,diruptisq; mœnibus, amiſit regionum ma-
ximam partem, quæ Bruchion appellabatur, diuturnũ præſtantium hominum domi
cilium. Vnde Ariſtarchus grãmaticæ rei doctrinis excellens, & Herodianus artium
minutiſsimus ſciſcitator,& Saccas Ammonius Plotini magiſter, alijq; plurimi ſcripto
res multorum in literis nobilium ſtudiorum : inter quos Chalcenterus emicuit Didy- *Didymus*
mus multiplicis ſcientiæ cœpti memorabilis:qui in illis ſex libris,ubi nõnunquam im-
perfecte Tullium reprehendit,ſillographos imitatus ſcriptores maledicos,iudicia do-
ctarum aurium incuſat, ut immania frementem leonem putidulis uocibus uanus catu
lus longius circumlatrans. Et quanquam ueteres cum his quorum memini, floruere
complures, tamen ne nunc quidem in eadem urbe doctrinæ uariæ ſilent : nam & diſci *Doctrinæ ua-*
plinarum magiſtri quodammodo ſpirant, & nudatur ibi geometrico radio quicquid *riæ Alexãdriæ*
reconditum latet,nõdumq; apud eos penitus exaruit muſica nec harmonia conticuit,
& recalet apud quoſdam adhuc licet atros conſideratio mundani motus & ſiderum,
doctiq; ſunt haud numero pauci:ſuper his ſciẽtiam callent quæ fatorum uias oſtendit.
Medicinę autem,cuius in hac uita noſtra,nec parca nec ſobria,deſiderantur adminicu
la crebra, ita ſtudia augentur indies,ut licet opus ipſum redoleat, pro omni tamen ex-
perimento ſufficiat medico ad cõmendandam artis autoritatem, ſi Alexandriæ ſe di-
xerit eruditum.& hæc quidem hactenus. Sed ſi intelligendi diuini aditionem multipli
cem,& præſenſionũ originem,mente uegeta quiſquã uoluerit replicare, per mundum
omnem inueniet mathemata huiuſmodi ab Aegypto circunlata.hic primum homines
longe ante alios ad uaria religionũ incunabula (ut dicitur) peruenerunt,& initia pri-
ma ſacrorum caute tuentur condita ſcribis arcanis. Hac inſtitutus prudentia Pytha-
goras colẽs ſecretius deos,quicquid dixit, aut uoluit, autoritatẽ eſſe inſtituit ratam,&
femur ſuum aureũ apud Olympiam ſæpe monſtrabat, & cum aquila colloquens ſub-
inde uiſebatur. Hinc Anaxagoras lapides è cælo lapſuros,& putealem limum contrẽ
ctans,tremores futuros prædixerat terræ. Et Solon ſententijs adiutus Aegypti ſacer-
dotum, latis iuſto moderamine legibus, Romano quoq; iuri maximum addidit firma
mentum: ex his fontibus per ſublimia gradiens ſermonum amplitudine Iouis æmulus
non uiſa Aegypto militauit ſapientia glorioſa. Homines autem Aegyptij plerīq; ſub-
fuſculi ſunt & atrati,magisq; mœſtiores, gracilenti & aridi, ad ſingulos motus excan-
deſcentes,controuerſi,et repoſcones acerrimi. Erubeſcit apud eos ſi quis non infician
do tributa,plurimas in corpore uibices oſtendat : & nulla tormentorũ uis inueniri ad-
huc potuit,quæ obduratũ ullius pectus latrocinijs inuitũ elicere potuit,ut nomen pro
prium dicat.Id autem notum eſt,ut annales ueteres mõſtrant, quòd Aegyptus omnis
ſub amicis erat antea regibus:ſed ſuperatis apud Actiũ bello nauali Antonio & Cleo-
patra, prouinciæ nomen accepit, ab Octauiano Auguſto poſſeſſa. Aridam Libyam
ſupremo Apionis regis conſecuti ſumus arbitrio, Cyrenas cum reſiduis
ciuitatibus Libyæ Pentapoleos Ptolemæi liberalitate
ſuſcepimus. euectus longius ad ordinem
remeabo cœptorum.

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER VICESIMVSTERTIVS

HAEC eo anno,ut prætereamus negotiorum minutias, age-
bantur per prouincias. Iulianus uero iam ter conſule aſcito
in collegio trabeæ Salluſtio præfecto per Gallias, quater
ipſe ampliſsimum inierat magiſtratũ: & uidebatur nouum
adiunctum eſſe Auguſto priuatum, quod poſt Diocletia-
num & Ariſtobulum nullus meminerat geſtum. & licet ac
cidentium uarietatem ſolicita mente præcipiens, multipli-
catos expeditionis apparatus flagrãti ſtudio perurgeret, di
ligentiæ tamen ubiq; diffidens, imperijq; ſui memoriã ma-
gnitudine operũ geſtiẽs propagare, ambitioſum quondam
apud Hieroſolymã templum, quod poſt multa & interne-
ciua certamina obſidente Veſpaſiano poſteaq; Tito ægre eſt expugnatum, inſtaurare
ſumptibus cogitabat immodicis, negotiũq; maturandum Alypio dederat Antiochẽſi,
qui olim Britãnias curauerat pro præfectis. Cũ itaq; rei idem fortiter inſtaret Alypius,
Exuſta funda- iuuaretq; prouinciæ rector, metuendi globi flammarũ prope fundamẽta crebris aſſul-
menta tibus erũpentes, fecere locũ exuſtis aliquoties operãtibus inacceſſum: hocq; modo ele
mẽto deſtinatius repellente, ceſſauit inceptũ. Iiſdem diebus legatos ad ſe miſſos ab Vr
be æterna, clare natos meritiſq; probabilis uitæ cõpertos imperator honoribus diuer-
ſis affecit: & Aproniamũ Romæ decreuit eſſe præfectum, Octauianũ proconſulẽ Afri
cæ, Venuſto Vicariã commiſit Hiſpaniæ: Rufinũ Arabium comitẽ orientis in locum
auunculi ſui Iuliani recẽs defuncti prouexit. Quibus ut conuenerat ordinatis, terreba
Felix largitio- tur omine quodã (ut docuit exitus) præſentiſsimo. Felice enim largitionũ comite pro-
num comes fluuio ſanguinis repẽte extincto, eumq; Comite Iuliano ſecuto, uulgus publicos con-
tuens titulos, Felicem Iulianũ Auguſtumq; pronunciabat. Præceſſerat aliud ſæuum.
Genij tẽplum Namq; Calendis ipſis Ianuarijs aſcendente gradile Genij templũ è ſacerdotum con-
ſortio quidam cæteris diuturnior nullo pulſante repente cõcidit, animamq; inſperato
caſu efflauit: quod aſtantes, incertum per imperitiã an adulandi cupiditate, memora-
bant conſulum ſeniori portendi, nimirum Salluſtio: ſed ut apparuit non ætati, ſed po-
teſtati maiori interitum propinquare mõſtrabatur. Super his alia quoq; minora ſigna
ſubinde, quod acciderat, oſtendebant. Inter ipſa enim exordia procinctus Parthici di-
ſponendi nuntiatum eſt Conſtantinopolim terræ pulſu uibratam: quod horum periti
minus lætum eſſe pronuntiabant aliena peruadere molienti rectori. Ideoq; intempe-
ſtiuo conatu deſiſtere ſuadebant: ita demum hæc & ſimilia contemni oportere firman-
tes, cum irruẽtibus armis externis lex una ſit & perpetua, ſalutem omni ratione defen
dere, nihil renitẽte ui moris. Iiſdem diebus nuntiatũ eſt ei per literas, Romæ ſuper hoc
Sibyllini bello libros Sibyllæ cõſultos, ut iuſſerat, imperatorem eo anno diſcedere à limitibus
libri ſuis aperto prohibuiſſe reſponſo. Inter hæc tamen legationes gentium plurimarũ, auxi
lia pollicentiũ, liberaliter ſuſceptæ remittebantur, ſpecioſa fiducia principe reſponden
te, nequaquã decere aduentitijs adiumẽtis rem uindicari Romanam, cuius opibus fo-
uere cõueniret amicos & ſocios, ſi auxilium eos adegerit neceſsitas implorare. Solum
Arſacem monuerat Armeniæ regẽ, ut collectis copijs ualidis iubẽda opperiretur, quò
tenderet, quid deberet urgere, propere cogniturus. Proinde cum primã cõſultæ ratio-
nes copiã præbuiſſent, rumore præcurſo hoſtiles occupare properans terras, nondum
adulto uere miſſa per militares numeros expeditionali teſſera, cunctos tranſire iuſsit
Euphraten. Quo comperto omnes euolant ex hybernis, tranſmiſſoq; ut textus doce-
bat ſcriptorum, diſperſi per ſtationes uarias, aduentum principis expectabant. Ipſe au
tem Antiochiam egreſſurus Heliopoliten quendam Alexandrũ Syriacæ iuriſdictio-
ni præfecit, turbulentũ & ſæuum: dicebatq; non illum meruiſſe, ſed Antiochienſibus
auaris & contumelioſis huiuſmodi iudicem conuenire. Cumq; eum profecturum de-
duceret multitudo promiſcua, itum felicem reditumq; glorioſum exoptans, oranſq;
ut deinde

ut deinde placabilis eſſet & lenior, nondũ ira quam ex cõpellationibus & probris conceperat emollita, loquebatur aſperius, ſe eos aſſerens poſtea non uiſurũ. Diſpoſuiſſe enim aiebat, hyemandi gratia per compendiariam uiam cõſummato procinctu, Tarſum Ciliciæ reuerſurũ: ſcripſiſſeq; ad Memorium præſidem, ut in eadem urbe cuncta ſibi congrua pararentur: & hoc haud diu poſtea cõtigit. Corpus namq; eius illuc relatum exequiarum humili pompa in ſuburbano ſepultũ eſt, ut ipſe mandarat. Iamq; apricante cælo, tertio Nonas Martias profectus Hierapolim ſolitis itineribus uenit: ubi cum introiret ciuitatis capaciſsimæ portas, ſiniſtra porticus ſubito lapſa, ſubtertendentes quinquaginta milites exceptis plurimis uulneratis tignorum tegularumq; pondere magno colliſit. Vnde contractis copijs omnibus, Meſopotamiam tam propere ſigna commouit, ut fama de ſe nulla præuerſa (id enim accuratius obſeruarat) improuiſus Aſſyrios occuparet. Deniq; cum exercitu, & Scytharũ auxilijs Euphrate nauali ponte tranſmiſſo, uenit ad Batnas municipiũ Oſdroenæ, ibiq; illætabile portentũ offendit. Cum enim calonum frequens multitudo ad ſuſcipiendum cõſuete pabulum prope aceruum palearum ſtetiſſet impendio celſum (hoc enim modo per regiones illas tales ſpecies conſtruuntur) rapientibus multis quaſſata congeries inclinata eſt, pariq; exitio quinquaginta obruit homines, mole maxima ruinarum. Mœſtus exinde digreſſus uenit curſu propero Carras, antiquũ oppidum, Craſſorum & Romani exercitus ærumnis inſigne: unde duæ ducentes Perſidem uiæ regiæ diſtinguuntur: læua per Adiabenam & Tigridẽ, dextera per Aſſyrios & Euphraten. ibi moratus aliquot dies dum neceſſaria parat, & Lunæ quæ religioſe per eos colitur tractus ritu locorũ fert ſacra, dicitur ante aras nullo arbitrorum admiſſo, occulte paludamentum purpureum propinquo ſuo tradidiſſe Procopio, mandaſſeq; arripere fidentius principatum, ſi ſe interiſſe didicerit apud Parthos. Hic Iuliani quieſcẽtis animus agitatus inſomnijs euenturum triſte aliquid præſagiebat. Quo circa & ipſe, & uiſorũ interpretes præſentia contẽplantes, diem ſecuturũ qui erat quartumdecimũ Cal. Apriles obſeruari debere pronuntiabant. uerũ ut compertũ eſt poſtea, eadem nocte Palatini Apollinis templũ, præfecturam regẽte Aproniano in urbe cõflagrauit æterna: ubi ni multiplex iuuiſſet auxilium etiã Cumana carmina conſumpſerat magnitudo flammarũ. Poſtq; ita digeſta agmina, & cõmeatus omnis generis diſponendi, procurſatorũ aduentu anhelantiũ etiam tum indicatur, equeſtres hoſtiũ turmas uicino limite quodam perrupto auertiſſe ſubito prędas. cuius atrocitate mali perculſus ilico, ut ante cogitauerat, triginta milia lectorũ militum eidem cõmiſit Procopio, iuncto ad parilem poteſtatẽ Sebaſtiano comite ex duce Aegypti: ijſdemq; præcepit, ut intra Tigridem interim agerent, uigilanter omia ſeruaturi, ne quid inopinũ ex incauto latere oriretur, qualia multa ſæpe dixerat eueniſſe: mandabatq; eis, ut ſi fieri potius poſsit, regi ſociarentur Arſaci: cumq; eo per Corduenam, & Moxoenam Chiliocomo uberi Mediæ tractu, partibusq; alijs præſtricto curſu uaſtatis, apud Aſſyrios adhuc agenti ſibi accurrerent neceſsitatum articulis adfuturi. His ita ordinatis ipſe exitu ſimulato per Tigrim, quod iter etiam rebus uarijs de induſtria iuſſerat inſtrui, flexit dextrorſus: & quieta nocte emenſa, mane iumẽtum, quo ueheretur ex uſu popoſcit: oblatusq; ei equus Babylonius nomine ictu torminis conſternatus, dum dolorum impatiens uoluitur, auro lapilliſq; ornamenta diſtincta conſperſit. Quo oſtento lætior clamauit, plaudẽtibus proximis, Babylona humi procidiſſe ornamentis omnibus ſpoliatam: & pauliſper detentus, ut omen per hoſtias litando firmaret, Dauanam uenit caſtra præſidiaria, unde ortus Belias fluuius funditur in Euphraten. hic corporibus cibo accurate refectis, poſtridie uentum eſt ad Calliniſum, munimẽtum robuſtum, cõmercandi opimitate gratiſsimũ: ubi ad diem ſextũ Cal. quo Romæ matri deorum pompæ celebrantur annales, & carpẽtum quo uehitur ſimulacrum Almonis undis ablui perhibetur, ſacrorum ſolennitate priſco more completa, ſomno per otium capto exultans pernoctauit & lætus. Luce uero ſequuta profectus exinde per ſupercilia riparum fluuialium, aquis adoleſcentibus undiq; conuenis, cum armigera gradiens manu in ſtatione quadam ſub pellibus manſit: ubi Saracenorũ reguli gentium genibus ſupplices nixi, oblata auri corona, tanq; mundi nationumq; ſuarũ domi num adorarunt ſuſcepti gratãter, ut ad furta bellorum adpoſiti. dumq; hos alloquitur,

Hierapolis

Luna quæ Carris colitur

Saraceni Iulianum adorant

Xerxis

Xerxis illius potentiſſimi regis inſtar claſſis aduenit, tribuno Cõſtantiano cum comi-
te Lucilliano ductante, quæ latiſsimum flumen Euphraten artabat: in qua mille erant
onerariæ naues ex diuerſa trabe contextæ, cõmeatus abunde ferentes, & tela, & obſi-
dionales machinas: quinquaginta aliæ bellatrices, totidemq́ ad cõpaginandos neceſ-
ſariæ pontes. Reipſa admoneor breuiter quãtum mediocre poteſt ingeniũ hæc inſtru
Baliſtæ figura mentorũ genera ignorantibus circũſcripta monſtrare: & baliſtæ figura docebitur pri-
ma. Ferrum inter axiculos duos firmum compaginatur & uaſtum, in modum regulæ
maioris extentum: cuius ex uolumine tereti quod in medio ars polita componit, qua-
dratus eminet ſtylus extenſius recto canalis anguſti meatu cauatus, & hac multiplici
chorda neruorum tortilium illigatus: eiq́ cochleæ duæ ligneæ coniunguntur aptiſsi-
me, quarum prope unam adſiſtit artifex contẽplabilis, & ſubtiliter adponit in temonis
cauamine ſagittã ligneam ſpiculo maiore conglutinatã: hocq́ facto hincinde ualidi iu
uenes uerſant agiliter rotabilem flexũ. cum ad extremitatẽ neruorum acumen uenerit
ſummum, percita interno pulſu à baliſta ex oculis euolat, interdum nimio ardore ſcin
tillans: & euenit ſępius, ut anteq́ telum cernatur, dolor lætale uulnus agnoſcat. Scor-
pionis aũt, quem appellant nunc onagrum, huiuſmodi forma eſt: Dolantur axes duo
quernei uel ilicei, curuanťq́ mediocriter, ut prominere uideanť in gibbas: hicq́ in mo
dum ſerratorię machinæ cõnectuntur, ex utroq́ latere patentius perforati, quos inter
per cauernas funes colligantur robuſti, compagem ne diſsiliat cõtinentes. Ab hac me
dietate reſtiũ ligneus ſtylus exurgens obliquus, & in modum iugalis temonis erectus,
ita neruorum modulis implicatur, ut altius tolli poſsit, & inclinari: ſummitatiq́ eius
unci ferrei copulantur, è quibus pendet ſtupea uel ferrea funda: cui ligno fulcimentũ
proſternitur ingens cilicium paleis cõfertum minutis, ualidis nexibus illigatum, & lo-
catum ſuper cõgeſtos ceſpites uel lateritios aggeres. Nam muro ſaxeo huiuſmodi mo
les impoſita diſiectat quicquid inuenerit ſubter, concuſſione uiolenta non pondere.
Cum igitur ad concertationem uentum fuerit, lapide rotundo fundę impoſito, quater
ni altrinſecus iuuenes repagula quibus incorporati ſunt funes explicantes, retrorſus
ſtylum penes uncinum inclinãt: itaq́ demum ſublimis adſtans magiſter, clauſtrũ quod
totius operis continet uincula, reſerat malleo forti percuſſum. unde abſolutus ictu uo-
lucri ſtylus, & mollitudine offenſus cilicij, ſaxum contorquet quicquid incurrerit col-
Scorpio liſurum. Et tormentũ quidem appellatur, quòd ex eo omis explicatio torquetur. Scor-
Onager pio autem quoniã aculeũ deſuper habet erectus: cui etiam onagri uocabulum indidit
ætas nouella ea re, quòd aſini feri cum uenatibus agitantur, ita eminus lapides poſt ter
ga calcitrando emittunt, ut perforent pectora ſequentium, aut perfractis oſſibus capi-
ta ipſa diſplodant. Hinc ad arietem uenimus. Eligitur abies uel ornus excelſa, cuius
Aries ſummitas duro ferro concluditur & prolixo, arietis efficiens prominulam ſpeciẽ, quæ
forma huic machinamẽto uocabulum indidit: & ſic ſuſpenſa utrinq; tranſuerſis aſſeri
bus & ferratis quaſi ex lance uinculis trabis alterius continetur: eamq́ quantum men-
ſuræ ratio patitur multitudo retro repellens, rurſus ad obuia quæq́ rumpenda protru
dit ictibus ualidiſsimis, inſtar adſurgentis & cædentis armati. Qua crebritate uelut re-
ciproci fulminis impetu ædificijs ſciſsis in rimas, cõcidunt ſtructuræ laxatę murorum.
Hoc genere operis, ſi fuerit exerto uigore diſcuſſum, nudato uallo defenſoribus ſolu-
tisq́ obſidijs ciuitates munitiſſimæ recluduntur. Pro his arietum machinamentis iam
Helepolis crebritate deſpectis conditur machina ſcriptoribus hiſtoricis nota, quam Helepolim
Græci cognominant: cuius opera diuturna Demetrius Antigoni filius Rhodo alijsq́
urbibus oppugnatis Poliorcetes eſt appellatus. Aedificatur autem hoc modo: Teſtu-
do cõpaginatur immanis axibus roborata longiſsimis, ferreisq́ clauis aptata, & con-
tegitur corijs bubulis uirgarũq́ recenti textura, atq; limo aſpergũtur eius ſuprema, ut
flãmeos detractet & miſsiles caſus. Conſeruntur aũt eius frontalibus triſulcę cuſpides
præacutæ ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores oſtendunt fulmina uel fi-
ctores, ut quicquid petierit aculeis exertis abrumpat. Hanc ita ualidam molem, rotis
& funibus regens numeroſis intrinſecus miles languidiori murorum parti uiribus ad
mouet concitis: & niſi deſuper propugnantium ualuerint uires, colliſis parietibus adi-
tus patefacit ingentes. Malleoli aũt teli genus figuranť hac ſpecie: Sagitta eſt cannea

inter

inter ſpiculum & arundinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo nentur lintea ſtamina, concauat̃ uentre ſubtiliter, & plurifariam patens atq; in alueo ipſo ignẽ cum aliquo ſuſcipit alimẽto. Et ſic emiſſa lentius arcu inualido (ictu enim rapidiore extinguitur) ſi hæſerit uſq; tenaciter cremat, aquisq; conſperſa acriores excitat æſtus incendiorum, nec remedio ullo q; ſuper iacto puluere conſopitur. Hactenus de inſtrumentis muralibus, è quibus pauca ſunt dicta. Nunc ad rerum ordinem reuertamur. Adſcitis Saracenorum auxilijs, quæ animis obtulere promptiſsimis, tendens imperator agili gradu Cercuſium, principio menſis Aprilis ingreſſus eſt munimentum tutiſsimũ, & fabre politum: cuius mœnia Abora & Euphrates ambiunt flumina, uelut ſpacium inſulare fingentes. quod Diocletianus exiguum ante hac & ſuſpectum, muris turribusq; circundedit celſis, cum in ipſis barbarorum cõfinijs interiores limites ordinaret, ne uagarent̃ per Syriã Perſæ, ita ut paucis ante annis cum magnis prouinciarũ cõtigerat damnis. Namq; cũ Antiochiæ in alto ſilentio ſcenicis ludis mimus cum uxore immiſſus è medio ſumpta quædam imitaret̃, populo uenuſtate attonito, coniunx Niſi ſomnus eſt, inquit, en Perſę. & retortis plebs uniuerſa ceruicibus, ex aceruantia in ſe tela declinans ſpargitur paſſim. ita ciuitate incenſa, & obtruncatis pluribus, qui pacis more palabantur effuſius, incenſisq; locis finitimis & uaſtatis, onuſti præda hoſtes ad ſua remearunt innoxij, Mareade uiuo exuſto, qui eos ad ſuorum interitum ciuium duxerat inconſulte. Et hæc quidem Gallieni temporibus euenerunt. Iulianus uero dum moratur apud Cercuſium, ut per naualem Aboræ pontem exercitus & omnes ſequelæ tranſiret, literas triſtes Salluſtij Galliarum præfecti ſuſcepit, orantis ſuſpendi expeditionem in Parthos, obteſtantisq; ne ita intempeſtiue nondum pace numinum exorata irreuocabile ſubiret exitium: poſthabito tamen ſuaſore cautiſsimo, fidentius ultra tendebat, quoniã nulla uis humana uel uirtus meruiſſe unquam potuit, ut quod præſcripſit fatalis ordo, non fiat. Statimq; tranſgreſſus, pontem auelli præcepit, ne qua militum ab agminibus proprijs reuertẽdi fiducia remaneret. Pari ſorte hic quoq; omen illætabile uiſum eſt, apparitoris cuiuſdam cadauer extentũ carnificis manu deleti: quem præfectus Salluſtius præſens ea re ſupplicio capitali damnauerat, quod intra præſtitutum diem alimentorũ augmentũ exhibere pollicitus, cauſa impediente fruſtratus eſt. Sed miſerando homine trucidato poſtridie aduenit, ut ille promiſerat, alia claſsis abunde uehẽs annonam. Profecti exinde Zaitam uenimus locũ, qui olea arbor interpretatur. Hic Gordiani imperatoris longe conſpicuũ uidimus tumulum, cuius actus à pueritia prima exercituũq; feliciſsimos ductus, & inſidioſum interitum digeſsimus tempore cõpetenti. ubi cum pro ingenita pietate conſecrato principi parentaſſet, pergeretq; ad Duram deſertum oppidum, procul militarem cuneum conſpicatus ſtetit immobilis: eiq; dubitanti quid ferrent, offertur ab eis immaniſsimi corporis leo, cum aciem peteret multiplici telorũ iactu cõfoſſus. Quo omine uelut certiore iam ſpectaculi proſperioris elatus, exultantius incedebat. Sed incerto fato fortunæ aliorſum prorupit euẽtus. Obitus enim regis portendebatur: ſed cuius, erat incertum. Nam & oracula dubia legimus, quæ nõ niſi caſus diſcreuere poſtremi: ut fidem uaticinij Delphici, quæ poſt Alyn flumen tranſmiſſum maximũ regnum diſiecturũ prædixerat Crœſum, & aliam quæ Athenieñſibus ad certandũ cõtra Medos oblique deſtinauerat mare, ſortemq; his poſteriorẽ ueram quidẽ, ſed non minus ambiguã: Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Hetruſci tamen aruſpices qui comitabantur, gnari prodigialium rerum, cum illis procinctum hunc ſæpe arcentibus nõ crederetur, prolatis libris ritualibus oſtẽdebant ſignum hoc eſſe prohibitorium, principiq; aliena licet iuſte inuadenti contrarium. ſed calcabantur philoſophis refragantibus, quorum reuerenda tunc erat autoritas, errantium ſubinde, & in parum cognitis perſeuerantiũ diu. etenim ut probabile argumentum ad fidem implendam ſcientiæ ſuæ id prætendebant, quòd & Maximiano antehac Cæſari cum Narſe Perſarũ rege iam cõgreſſuro, itidem leo, & aper ingens trucidati ſimul oblati ſunt, & ſuperata gente diſceſſit incolumis: illo minime contemplato, quòd aliena petenti portendebatur exitium, & Narſes primus Armeniam Romano iuri obnoxiam occuparat. Secuto itidem die, qui erat VII. Idus April. ſole uergẽte iam in occaſum, ex parua nubecula ſubito aere craſſato uſus adimit̃

Cercuſium

Tumulus Gordiani

Oracula dubia

lucis: & poſt minacem tonitruum crebritatē & fulgurum, Iouianus nomine miles de cælo tactus cum duobus equis concidit, quos potu ſatiatos à flumine reducebat. quo uiſo harum rerum interpretes accerſit: interrogatiq; etiam id uetare procinctum fidentius adfirmabant, fulmen conſiliariū eſſe monſtrantes. Ita enim appellātur quæ diſſuadent aliquid fieri uel ſuadent. Ideoq; hoc nimis cauēdum, quod militem celſi nominis cum bellatorijs iumentis extinxit: & hoc modo contacta loca, nec intueri, nec calcari debere fulgurales pronuntiant libri. Contra philoſophi, candorem ignis ſacri repente conſpecti nihil ſignificare aiebant, ſed eſſe acrioris ſpiritus curſum ex ęthere aliqua uia ad inferiora detruſum: aut ſi exinde prænoſcitur aliquid, incrementa claritudinis imperatori portendi glorioſa cœptanti, cum conſtet flammas ſuapte natura nullo obſtante ad ſublimia conuolare. Peracto igitur, ut ante dictum eſt, ponte cunctiſq; trāſgreſsis, imperator antiquiſsimum omnium ratus eſt militem alloqui, ſui rectoriſq; fiducia properantē intrepide. ſigno itaq; per lituos dato, cum centuriæ omnes & cohortes & manipuli conueniſſent, ipſe aggere glebali adſiſtens, coronaq; celſarum circundatus poteſtatum, talia ore ſereno diſſeruit, fauorabilis ſtudio concordi cunctorū. Contemplans maximis uiribus & alacritate uos uigere, fortiſsimi milites, concionari diſpoſui, docturus ratione multiplici, nō nunc primitus, ut maledici muſsitant, Romanos penetraſſe regna Perſidis. Nanq;, ut Lucullum tranſeam, uel Pompeium, qui per Albanos, & Maſſagetas, quos Alanos nunc appellamus, hac quoq; natione perrupta uidit Caſpios lacus, Ventidium nouimus Antonij legatum ſtrages per hos tractus innumeras edidiſſe. Sed ut à uetuſtate diſcedam, hæc quæ tradidit recēs memoria replicabo. Traianus & rurſus Seuerus hinc ſunt digreſſi uictores & trophæati: rediſſetq; pari ſplendore iunior Gordianus, cuius monumētum nunc uidimus honorate, apud Reſainam ſuperato fugatoq; rege Perſarū, ni factione Philippi præfecti prætorio, ſceleſte iuuantibus paucis in hoc ubi ſepultus eſt loco, uulnere impio cecidiſſet. Nec errauere diu manes eius inulti, quòd uelut clarente iuſtitia, omnes qui in eum conſpirauere, cruciabilibus interiere ſupplicijs. & illos quidem uoluntas ad altiora propenſior ſubire impulit facinora memoranda: nos uero miſeranda recens captarum urbium, & inultæ cæſorum exercituum umbræ, & damnorū magnitudines, carorumq; amiſſiones ad hæc quæ propoſuimus hortantur, ut ſolemur ſocios, ut medeamur præteritis, & honorata huius lateris ſecuritate rep. quæ de nobis magnifice loquatur poſteritas relinquamus. adero ubiq; uobis adiumento numinis ſempiterni imperator, & anteſignanus, & conturmalis ominibus ſecundis, ut reor. at ſi fortuna uerſabilis in pugna me uſquam fuderit, mihi uero pro Romano orbe memet uouiſſe ſufficiet, ut Curtij, Mutijq; ueteres, & clara proſapia Deciorum. Abolēda nobis natio moleſtiſsima, cuius in gladijs nondum noſtræ propinquitatis exaruit cruor. Plures abſumptæ ſunt maiorib. noſtris ætates, ut interirent radicitus, quæ uexabant. Deuicta eſt perplexo & diuturno Marte Carthago: ſed eam dum inclytus timuit ſupereſſe uictor, euertit funditus. Numantiam Scipio poſt multiplices caſus obſidionis emenſos, Fidenas ne imperio ſubcreſcerent æmulæ Roma ſubuertit: & Faliſcos ita oppreſsit, & Veios, ut ſuadere nobis laboret monumentorum ueterum fides, ut has ciuitates aliquando ualuiſſe credamus. Hęc ut antiquitatum peritus expoſui: ſupereſt ut auiditate rapiendi poſthabita, quæ inſidiatrix ſæpe Romani militis fuit, quiſq; agmini cohærens incedat, cum ad neceſſitatem congrediendi fuerit uentum, ſigna propria ſequuturus, ſciens quòd ſi remanſerit uſquam, excectis cruribus relinquetur. nihil enim præter dolos, & inſidias hoſtium uereor nimium callidorum. Ad ſummam polliceor uniuerſis, rebus poſt hæc proſpere mitigatis, abſq; omni prærogatiua principum, qui quod dixerint uel cenſuerint pro poteſtate autoritatis iuſtum eſſe exiſtimant, rationem recte conſultorum uel ſecus, ſi quis exegerit reddíturum. Quo circa erigite iam nunc quæſo, erigite animos ueſtros multa præſumentes, bona & æquata ſorte nobiſcum quicquid occurrerit difficile ſubituri, & coniectantes ęquitati ſemper ſolere iungi uictoriā. Concluſa oratione ad hunc grauiſsimum finem, ductoris gloria præliator miles exultans, ſpeq; in proſperum elatior, ſublatis altius ſcutis, nihil periculoſum fore uel arduum clamitabat, ſub imperatore plus ſibi laboris quàm gregarijs indicente. maxime omnium id numeri Gallicani

fremitu

Fulmen conſiliarium

Fulgurales libri

Concio Iuliani

fremitu lætiore monſtrabant: memores aliquoties eo ductante, perq; ordines diſcurrente, cadentes uidiſſe gentes aliquas, alias ſupplicantes. Res adegit huc prolapſa, ut in exceſſu celeri ſitum monſtrare Perſidis deſcriptoribus gentium curioſe digeſtum, è quibus ægre uera dixere paucißimi. Quod autem erit paulo prolixior textus, ad ſcientiam proficiet plenam. Quiſquis enim adfectat nimiam breuitatem ubi narrantur incognita, non quid ſignatius explicet, ſed quid debeat præteriri, ſcrutatur. Hoc regnum quondam exiguum, multisq; antea nominibus appellatum ob cauſas quas ſæpe retulimus, cum apud Babylona Magnum fata rapuiſſent Alexandrũ, in uocabulum Parthi conceßit Arſacis obſcure geniti, latronum inter adoleſcentiæ rudimenta ductoris, uerum paulatim in melius mutato propoſito, clarorum contextu factorum aucti ſublimius. Qui poſt multa glorioſe & fortiter geſta, ſuperato Nicatore Seleuco eiuſdẽ Alexandri ſucceſſore, cui uictoriarum crebritas hoc indiderat cognomẽtum, præſidijsq; Macedonum pulſis ipſe tranquillius agens, temperator obedientium fuit & arbiter lenis. Deniq; poſt finitima cuncta, ui, uel æquitatis conſideratione uel metu ſubacta, ciuitatum & caſtrorum caſtellorumq; munimentis oppleta Perſide, adſuefactaq; timori eſſe accolis omnibus, quos antea formidabat, ipſe medium agens curſum ætatis, placida morte deceßit. Certatimq; ſummatum & uulgi ſententijs concinentibus, aſtris (ut ipſi exiſtimant) ritus ſui conſecratione permixtus eſt omnium primus. Vnde ad id tempus reges eiuſdem gentis prætumidi appellari ſe patiunt̃ Solis fratres & Lunæ: utq; imperatoribus noſtris Auguſta nuncupatio amabilis eſt & optata, ita regibus Parthicis abiectis & ignobilibus antea incrementa dignitatum felicibus Arſacis auſpicijs acceſſere uel maxima. quamobrem numinis eum uice uenerãtur & colunt, eouſq; propagatis honoribus, ut ad noſtri memoriam non niſi Arſacides ſit, quiſquam in ſuſcipiendo regno cunctis anteponatur: & in qualibet ciuili cõcertatione, quæ quotidie apud eos eueniunt, ut ſacrilegium quiſq; caueat, ne dextera ſua Arſacidem arma geſtantem feriat uel priuatum. ſatisq; conſtat hanc gentẽ regna, populis ui ſuperatis com pluribus, dilataſſe aduſq; Propontidem & Thracias: ſed alte ſpirantium ducum ſuperbia, licenter graſſantium per longinqua, ærumnis maximis imminutã. Primo per Cyrum quem Boſphori fretum cum multitudine fabuloſa trãſgreſſum, ad internitionem deleuit Tomyris regina Scytharum ultrix acerrima filiorum. Deinde cum Darius, poſteaq; Xerxes Græciã elementorũ uſu mutato aggreßi, cunctis penè copijs terra mariq; conſumptis, uix ipſi tutum inuenere diſceſſum: ut bella prætereamus Alexandrina & teſtamento nationẽ omnem in ſucceſſoris unius iura translatã. Quibus peractis tranſcurſisq; tẽporibus longis ſub conſulibus, & deinceps in poteſtatẽ Cæſarum redacta rep. nobiſcum eæ nationes ſubinde dimicarunt, paribusq; momentis interdum, aliquoties ſuperatæ, nonnunq; abiere uictrices. Nunc locorum ſitum quantũ ratio ſinit, carptim breuiterq; abſoluã. Hę regiones in amplitudines diffuſæ longas & latas, ex omni latere inſuloſum & celebre Perſicũ ambiunt mare: cuius oſtia adeo eſſe perhibentur anguſta, ut ex Harmozonta Carmaniæ promontorio contra oppoſitum aliud promontorium, quod appellant incolæ Maces, ſine impedimẽto cernatur. Quibus anguſtijs permeatis, cum latitudo patuerit nimis extenſa, nauigatio aduſq; urbem Teredona porrigitur, ubi poſt iacturas multiplices pelago miſcetur Euphrates: omnisq; ſinus dimenſione littorea in numerum uiginti millium ſtadiorum, uelut ſpatio detornato finitur: cuius per oras omnes oppidorum eſt denſitas & uicorũ nauiumq; crebri diſcurſus. Ergo permeatis anguſtijs antedictis, uenitur ad Armenię ſinum, oriẽti obiectum: interuallo Cantichus nomine panditur ſinus Auſtralis: haud procul inde alius quem uocant Chaliten, occiduo obnoxius ſideri. Hinc præſtrictis pluribus inſulis, è quibus paucæ ſunt notæ, Indorum mari iunguntur oceano, qui feruentem ſolis exortum ſuſcipit omnium primus, ipſe quoq; nimium calens. Vtq; geographici ſtyli formarunt hac ſpecie diſtinguitur omnis circuitus antedictus. Ab Arctoo cardine aduſq; Caſpias portas Caduſiis conterminat & Scytharum gentibus multis & Arimaſpis hominibus luſcis & feris: ab occidua plaga cõtingit Armenios, & Niphatem, & in Aſia ſitos Albanos, mare rubrũ, & Scenitas Arabas quos Saracenos poſteritas appellauit: Meſopotamiam ſub axe meridionali deſpectat: orienti à fronte contrarius, ad Gangen ex

De regno Perſidis

Arſaces latro

Arſacidæ Solis fratres & Lunæ

tenditur flumen,quod Indorum interſecans terras,in pelagus eiectatur auſtrale. Sunt
Regiones Perſidis aũt in omni Perſide hæ regiones maximæ,quas uitaxæ,id eſt,magiſtri equitum curãt,
& reges & ſatrapæ:nam minores plurimas recenſere difficile eſt & ſuperfluũ. Aſſyria,
Suſiana, Media,Perſis, Parthia, Carmania maior, Hyrcania, Margiana, Bactriani,
Sogdiani,Sacę,Scythia ultra Emodem montẽ,Serica,Aria,Paropamiſadæ,Drangia
Aſſyria na, Arachoſia,& Gedroſia. Citra oẽs propinqua eſt nobilis Aſſyria celebritate & ma-
gnitudine,& multiformi feracitate ditiſsima: quæ per populos pagosq; amplos diffu-
ſa quondã & copioſa, ad unum cõceſsit uocabulũ, & nunc omnis appellatur Aſſyria:
ubi inter baccarum,uulgariũq; abundantiã frugum bitumen naſcitur,prope lacum no
mine Soſingiten, cuius alueo Tigris uoratus, fluensq; ſubterraneus percurſis ſpatijs
Naphtha longis emergit.Hic & naphtha gignitur picea ſpecie glutinoſa, ſimilis ipſa quoq; bitu
mini: cui etiam ſi auicula inſederit breuis, præpedito uolatu ſubmerſa penitus euane-
ſcit.Et cum hoc liquoris ardere cœperit genus,nullum inueniet humana mens præter
puluerem extinguendi cõmentũ.In his pagis hiatus quoq; cõſpicitur terræ, unde hali
tus letalis exurgẽs quodcunq; animal proxime ſteterit,odore graui cõſumit.Quæ lues
oriens à profundo quodam puteo, cũ os eius exceſſerit latum, anteq; ſublimius uaga-
retur terras circũſitas inhabitabiles acerbitate feciſſet.Cuius ſimile foramen apud Hie
rapolim Phrygiæ antehac, ut adſerunt aliqui,uidebatur: unde emergens itidẽ noxius
ſpiritus perſeueranti odore quicquid propè uenerat corrũpebat, abſq; ſpadonibus ſo-
lis:quod qua cauſa eueniat rationibus phyſicis permittatur.Apud Aſbamei quoq; Iouis
templũ in Cappadocia, ubi ampliſsimus ille philoſophus Apollonius traditur natus
apud oppidũ Tyana,ſtagno effluẽs fons cernitur, qui magnitudine aquarum inflatus
ſeſeq; reſorbens, nunq; extra margines intumeſcit. Iuxta hũc circuitum Adiabena eſt
Aſſyria priſcis tẽporibus uocitata, longaq; aſſuetudine ad hoc trãslata uocabulum ea
re,quod inter Oenam & Tigridẽ ſita nauigeros fluuios,adiri uado nunq; potuit:tran-
ſire enim diauenin dicimus Græci.& ueteres quidem hoc arbitrantur.Nos aũt didici-
mus,quòd in his terris amnes ſunt duo perpetui,quos & trãſiuimus, Diauas & Adia-
uas,iuncti naualibus pontibus.Ideoq; intelligi Adiauenam cognominatã,ut à flumini
bus maximis Aegyptus,Homero autore, & India,& Euphratenſis antehac Cõmage
na:itidemq; Iberia ex Ibero, nũc Hiſpania, & à Bæti amne inſignis prouincia Bætica.
Ninus In hac Adiabena Ninus eſt ciuitas, quæ olim Perſidis regna poſſederat, nomen Ni-
ni potentiſsimi regis quondã Semiramidis mariti declarãs,& Ecbatana,& Arbela, &
Gaugamela,ubi Darium Alexander poſt diſcrimina uaria præliorum incitato Marte
proſtrauit. In omni aũt Aſſyria multæ ſunt urbes, inter quas Apamia eminet Meſene
Babylon cognominata,&Teredon,& Apollonia,& Vologeſsia,hisq; ſimiles multę.ſplẽdidiſ-
Cteſiphon ſimæ uero & peruulgatæ hæ ſolæ ſunt tres: Babylon,cuius mœnia bitumine Semira-
mis ſtruxit,arcem em̃ antiquiſsimus rex condidit Belus: & Cteſiphon, quã Vardanes
priſcis tẽporibus inſtituit,poſteaq; rex Pacorus incolarũ uiribus amplificatã & mœni
bus,Græco indito nomine Perſidis effecit ſpecimen ſummũ:poſt hanc Seleucia ambi-
tioſum opus Nicanoris Seleuci.qua per duces Veri Cæſaris, ut ante retulimus, ex
pulſata,auulſum ſedibus ſimulacrum Chomei Apollinis, perlatumq; Romam in æde
Apollinis palatini deorum Antiſtites collocarunt. Fertur autẽ, quod poſt direptũ hoc
idem figmentum incenſa ciuitate, milites fanum ſcrutantes inuenere foramen angu-
Chaldæi ſtum: quo reſerato ut pretioſum aliquid inuenirent, ex adyto quodã concluſo à Chal-
dæorum arcanis labes primordialis exiliuit, quæ inſanabilium ui cõcepta morborum
eiuſdem Veri & Marci Antonini tẽporibus ab ipſis Perſarũ finibus aduſq; Rhenum
& Gallias cuncta contagijs polluebat & mortibus. Hic prope Chaldæorum eſt regio
altrix philoſophiæ ueteris,ut memorant ipſi, apud quos ueridica uaticinandi fides elu
xit. Perfluũt autem has eaſdem terras potiores ante alios amnes hi quos prædiximus,
Euphrates & Marſias & flumen regium,& Euphrates cunctis excellens:qui tripartitus nauigabi
lis per omnes eſt riuos,inſulaſq; circunfluens, & arua cultorũ induſtria diligentius ri-
gans, uomeri & gignendis arbuſtis habilia facit. his tractibus Suſiani iunguntur,a-
Suſa pud quos nõ multa ſunt oppida, inter alia tamen eminet Suſa ſæpe domiciliũ regum,
& Arſiana,& Sela & Arecha,cætera breuia ſunt & obſcura.Fluuij uero multi per hęc

loca

loca diſcurrunt, quibus præſtantior Oates, & Harax, & Meſeus, per arenoſas anguſtias, quæ à rubro prohibent Caſpium mare, æquoream multitudinē inundantes. At in læua Media confinis Hyrcano panditur mari: quam ante regnū Cyri ſuperioris, & incrementa Perſidos, legimus Aſiæ reginā totius Aſſyrijs domitis: quorum plurimos pagos in Atropatenæ uocabulum permutatos belli iure poſſedit, pugnatrix natio, & formidanda poſt Parthos, quibus uincitur ſolis, regiones inhabitans ad ſpeciē quadratæ figuræ formatas. harum terrarū incolæ omnes ad latitudinē nimiam extendunt, eisq́ maxime celſitudines imminent montium, quos Zagrum & Orontem & Iaſonium uocant. Coroni quoq́ montis altiſsimi partem habitantes occiduam frumētarijs agris adfluunt & uinarijs, pingui fœcunditate lætiſsimi, fluminibus, fontiumq́ uenis liquidis locupletes. ſunt apud eos prata uirentia, fœtus equorum nobilium, quibus (ut ſcriptores antiqui docent, nosq́ uidimus) ineuntes prælia uiri ſumma ui uehi exultantes ſolent, quos Neſeos appellant. abundant æque ciuitatibus quibus Media, & uicis in modum oppidorū extructis, & multitudine incolarū. utq́ abſolute dicatur, uberrimum eſt habitaculum regum. In his tractibus magorum agri ſunt fertiles: ſuper quorum ſecta ſtudijsq́, quoniam huc incidimus, pauca conueniet expediri. Magiam opinionum inſigniū autor ampliſsimus Plato, Machagiſtiam eſſe uerbo myſtico docet, diuinorum incorruptiſsimum cultum, cui ſcientiæ ſeculis priſcis multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroaſtres: deinde Hyſtaſpes prudentiſsimus Darij pater, qui cū ſuperioris Indiæ ſecreta fidentius penetraret, ad nemoroſam quandam uenerat ſolitudinem, cuius tranquillis ſilentijs præcelſa Bracmanorum ingenia potiuntur: eorumq́ monitu rationes mundani motus & ſiderum, purosq́ ſacrorum ritus quantum colligere potuit eruditus, ex his quæ didicit, aliqua ſenſibus magorum infudit: quæ illi cum diſciplinis præſentiendi futura per ſuam quiſq́ progeniem poſteris ætatibus tradunt. Ex eo per ſecula multa ad præſens una eademq́ proſapia multitudo creata deorū cultibus dedicatur. Feruntq́ etiam, ſi iuſtum eſt credi, ignem cælitus lapſum apud ſe ſempiternis foculis cuſtodiri, cuius portionē exiguam ut fauſtā præiſſe quōdam Aſiaticis regibus dicunt. Huius originis apud ueteres numerus erat exilis, eiusq́ myſterijs Perſicæ poteſtates in rebus faciendis diuinis ſolenniter utebantur. Eratq́ piaculū aras adire, uel hoſtiā contrectare, anteq́ magus conceptis precationibus libamenta diffunderet præcurſoria. Verum aucti paulatim in amplitudinē gentis ſolidæ conceſſerunt & nomen: uillasq́ inhabitantes nulla murorū firmitudine cōmunitas, & legibus ſuis uti permiſsi, religionis reſpectu ſunt honorati. Ex hoc magorū ſemine ſeptem poſt mortem Cambyſis regnum iniſſe Perſidos, antiqui memorant libri, docentes eos Darij factione oppreſſos imperitādi initium equino hinnitu ſortiti. In hac regione oleum conficitur medicum, quo illitum telum ſi emiſſum lentius laxiore arcu (nam ictu extinguitur rapido) hæſerit uſquam, tenaciter cremat: Et ſi aqua uoluerit abluere quiſq́, æſtus excitat acriores incendiorū. Nec remedio ullo quàm iactu pulueris conſopitur. Paratur autem hoc modo: Oleum uſus cōmunis herba quadam infectum condiunt harum rerum periti, ad diuturnitatem ſeruantes, & coaleſcens durant ex materia uenæ naturalis, ſimilis oleo craſsiori: quæ ſpecies gignitur apud Perſas, quā (ut diximus) naphtam uocabulo appellauere gentili. Per hæc loca ciuitates diſperſæ ſunt plures, queis omnibus præſtant Zombis, & Patigra, & Gazaca: inter quas opibus & magnitudine mœnium conſpicuæ ſunt Heraclia, & Arſacia, & Europos, & Cyropolis, & Ecbatana ſub Iaſonio monte in terris ſitæ Syromedorum. Amnes has regiones prætereunt multi, quorum maximi ſunt Choaſpes, & Gyndes, & Amardus, & Charinda, & Cambyſes, & Cyrus, cui magno & ſpatioſo Cyrus ille ſuperior rex amabilis, abolito uetere id uocabulum dedit, cum ereptum ire regna Scythica deſtinaret, quod & fortis eſſet, ut ipſe ferebatur, & uias ſibi ut ille impetu ingenti molitus in Caſpium dilabitur mare. Per tractus meridianos expanſa, poſt hæc confinia, littoribus proxima Perſis habitatur antiqua, minutis frugibus diues & palmite, aquarūq́ copia iucundiſsima. Amnes quippe multi per eam in antedictum fluunt ſinum: quorū maximi ſunt Vatrachites, Rogomanis, & Briſoana, atq́ Bagrada. Oppida uero mediterranea ſunt ampliora. incertū enim qua ratione per oras maritimas nihil cōdiderunt inſigne. Inter quę Perſepolis eſt

Media

De Magia

Zoroaſtres

Oleum incendiarium

Cyropolis

Choaſpes

Gyndes

Cyrus

clara, & Ardea, & Orobatis, atq; Tragonica. inſulæ uero uiſunt ibi tres tantũ, Tibiana, & Phara, & Alexandria. His propinquant Parthi ſiti ſub Aquilone, colentes niuales terras & pruinoſas: quorũ regiones Choatres fluuius interſcindit cæteris abundantior. & hæc potiora reſiduis ſunt oppida: Genonia, Charax, Apamia, Artacana, & Hecatompylos, à cuius finibus per Caſpia littora aduſq; portarũ anguſtias ſtadia quadraginta numerant & mille. feri ſunt illic habitatores pagorũ omniũ, atq; pugnaces: eosq; ita certamina iuuant & bella, ut iudicetur inter alios oẽs beatus, qui in prælio fuderit animam. excedentes em̃ è uita morte fortuita, cõuitijs inſectant ut degeneres & ignauos. quibus ab Orientali Auſtraliq; plaga Arabes beati cõterminant, ideo ſic appellati, quòd frugibus iuxta & fœtibus & palmite odorumq; ſuauitate multiplici ſunt locupletes: magnæq; eorũ partes rubrum mare à latere dextro cõtingunt: læua Perſico mari collimitant: elementi utriuſq; potiri bonis omnibus adſueti. ubi & ſtationes, & portus tranquilli ſunt cõplures, & emporia denſa, & diuerſoria regum ambitioſa nimium & decora, aquarũq; ſuapte natura calentiũ ſaluberrimi fontes, & riuorum fluminumq; multitudo perſpicua, ſoſpitaliſq; cæli tẽperies, ut rectè ſpectantibus nihil eis uideatur ad felicitatem deeſſe ſupremam. Ac licet abundet urbibus mediterraneis atq; maritimis, campiſq; copioſis & uallibus, has tamen ciuitates habet eximias, Geapolim, & Naſcum, & Baraba: itidemq; & Nagara, & Mephram, & Taphron, & Dioſcuriada. Inſulas aũt complures habet per utrunq; proximas mare, quas dinumerare non refert. Inſignior tamen alijs Turgana eſt, in qua Serapidis maximũ eſſe dicitur tẽplum. Poſt huius terminos ingentes, Carmania maior uerticibus celſis erigitur, aduſq; Indicũ pertinens mare, fructuarijs arboreiſq; fœtibus culta, ſed obſcurior Arabũ terris multo & minor, fluminibus tamen ipſa quoq; non minus abundans, ceſpitiſq; ubere iuxta fœcunda. Amnes aũt ſunt hic cęteris notiores Sagareus, & Saganis, & Hydriacus. Sunt etiam ciuitates, licet numero paucæ, uictu tamen & cultu percq; copioſæ. Inter quas nitet Carmana omnium mater & Ortoſpana, & Alexãdria, & Hermupolis: Interius uero pergenti occurrunt Hyrcani, quos eiuſdem nominis alluit mare: apud quos glebæ

Hyrcani maximæ auro micantes, ruris colendi cura eſt leuior: ſed ueſcunt uenatibus, quorum

Tigrides in Hyrcania uarietate immane quantum exuberant. ubi etiam tigridum milia multa cernuntur, feræq; beſtiæ plures: quæ cuiuſmodi ſolent capi cõmentis, dudum nos meminimus retuliſſe. nec ideo tamen ſtiuam ignorãt, ſed ſeminibus tegunt aliquæ partes, ubi ſolũ eſt pinguius, nec arbuſta deſunt in locis habilibus ad plantandũ, & marinis mercibus plериq; ſuſtentantur. hic amnes duo peruulgati ſunt nominis, Oxus & Maxera, quos urgente inedia ſuperantes natatu aliquoties tigres, improuiſæ finitima populantur. habent etiam ciuitates inter municipia minora ualidas, duas quidem maritimas, Socunda & Saramanna: mediterraneas alias, Azmornam & Solen, & his nobiliorem Hyr-

Abij canam. Contra hanc gentẽ ſub Aquilone dicunt Abij uerſari genus pijſsimũ, calcare cuncta mortalia conſuetũ: quos (ut Homerus fabuloſius canit) Iupiter ab Idæis mon-

Margiani tibus contuetur. Sedes uicinas poſt Hyrcanos ſortiti ſunt Margiani, oẽs penè collib. altis undiq; circũſepti, ideo à mari diſcreti. Et quanq; pleraq; ſunt ibi deſerta aquarum penuria, quædã tamen habent oppida, ſed Iaſonion, & Antiochia, & Niſca, ſunt alijs

Bactriani natio bellatrix notiora. Proximos his limites poſsidẽt Bactriani natio antehac bellatrix & potentiſſima, Perſiſq; ſemper infeſta, antecq; circũſitos populos oẽs ad ditionem gẽtilitatemq; traherent nominis ſui, quã rexere ueterib. ſeculis etiã Arſaci formidabiles reges. Eius pleræq; partes, ita ut Margiana, procul à littoribus ſunt diſparatæ, ſed humi gignentium fertiles, & pecus quod illic per cãpeſtria loca ueſcit & montana, mẽbris eſt magnis cõpactum & ualidis: ut indicio ſunt cameli à Mithridate exinde perducti, & primitus in obſidione Cyzicena Romanis uiſi. gentes iiſdẽ Bactrianis obediũt plures, quæ arua plana arant, & ad Italiæ ſpeciẽ crebris fluminibus inundant: è quibus Artamis & Zariaſpes ante ſibi conſociati, itidemq; Ochus & Orgomanes iuncti cõuenis aquis, augent immania Oxi fluenta. ſunt & hic ciuitates quas amnes diuerſi perſtringunt, his cedẽtes ut melioribus. Cathra & Charte, & Alicodra, & Aſtacia, & Menapila, & Bactra ipſa, unde regnũ & uocabulũ nationis eſt inſtitutũ, ſub imis montiũ pedibus quos appellant Sogdios. inter quos amnes duo fluunt nauiũ capaciſsimi, Araxates & Dymas qui

mas, qui per iuga uallesq́ præcipites in cāpeſtrem planiciem decurrētes, Oxiam nomine paludem efficiunt longè lateq́ diffuſam. Hic inter alia oppida celebrant̄, Alexandria, & Tribatra, & Drepſa metropolis. His cōtigui ſunt Sacæ natio fera, ſqualētia incolens loca, ſolo pecori fructuoſa, ideo nec ciuitatibus culta: cui Aſcanimia mons imminet, & Comedus. Præter quorū radices, & uicū quem Lithinon Pyrgon appellant, iter longiſsimū patet mercatoribus peruium ad Seras ſubinde cōmeantibus. Circa defectus & crepidines montium, quos Immauos & Tapurios uocant, Scythæ ſunt intra Perſicos fines, Aſianis cōtermini Sarmatis, Alanorūq́ latus tangentes extremū. Qui uelut agentes quodam ſeceſſu coalitiq́ ſolitudine per interualla diſperſi ſunt lōga, adſueti uictu uili & paupertino. & gentes quidē uariæ hos incolunt tractus, quas nunc recenſere aliò properans, ſuperfluū puto. Illud tamen ſciendum, inter has nationes penè ob aſperitatē nimiam inacceſſas, homines eſſe quoſdā mites & pios, ut Iaxartæ ſunt & Galactophagi, quorū meminit uates Homerus in hoc uerſu, γαλακτοφάγων ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Inter flumina uero multa, quæ per has terras, uel potiorib. iungit natura, uel lapſu pòſt trahit in mare, Roemnus celebris eſt, & Iaxartes, & Talicus. *Iaxartes*
Ciuitates aūt nō niſi tres ſolas habere noſcunt̄, Aſpabota, & Cauriana, & Saga. Vltra hæc utriuſq́ Scythiæ loca, contra orientalē plagam in orbis ſpeciē conſertæ celſorum aggerum ſummitates ambiunt Seras ubertate regionū & amplituidne circunſpectos: ab occidentali latere Scythis adnexos, à ſeptentriond & orientali niuoſæ ſolitudini cohærentes, quà meridiē ſpectant aduſq́ Indiā porrectos & Gangem. Appellantur aūt ijdem montes, Aria, & Nazauitiū, & Aſmira, & Emodus, & Opurocarra. Hanc itaq́ planiciem, undiq́ prona decliuitate præruptam, terraſq́ lato ſitu diſtentas, duo famoſi nominis flumina, Oechardes & Banthiſis lentiore meatu percurrunt. & diſpar eſt tractuū diuerſorū ingeniū: hic patulum, alibi molli deuexitate ſubductū. ideoq́ ſatietate frugum, & pecoribus, & arbuſtis exuberant. Incolunt aūt fœcundiſsimā glebam uariȩ gētes, è quibus Alitrophagi, & Carambuſi, & Sizyges, & Chardi Aquilonibus obiecti ſunt & pruinis. Exortū uero ſolis ſuſpiciunt Rabannæ, & Aſmiræ, & Eſſedones omnium ſplendiſsimi: quibus Atharæ ab occidentali parte cohærent, & Aſparatæ: Betæ uero auſtrali celſitudini montiū acclinati, urbibus licet non multis, magnis tamen celebrantur & opulentis: inter quas maximȩ, Aſmira, & Eſſedon, & Aſparata, & Phe *Eſſedon*
ræ, nitidæ ſunt & notiſſimæ. agunt aūt ipſi quietius Seres armorum ſemper & præliorum expertes, utq́ hominibus ſedatis & placidis eſt otium uoluptabile, nulli finitimorum moleſti. cæli apud eos iucunda ſalubriſq́ temperies, aeris facies mūda, leniumq́ uentorum cōmodiſſimus flatus, & abunde ſyluæ ſublucidæ: à quibus arborum fœtus aquarum aſperginibus crebris, uelut quædā uellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtā ſubtilitatē tenerrimam pectunt: nenteſq́ ſubtegmina conficiunt ſericum, ad uſus antehac nobilium, nunc etiam infimorū ſine ulla diſcretione proficiens. Ipſi præter alios frugaliſsimi, pacatioris uitæ cultores, uitantes reliquorum mortalium cœtus. Cumq́ ad coemenda fila, uel quædam alia fluuiū tranſierint aduenæ, nulla ſermonum uice propoſitarū rerum pretia ſolis oculis æſtimantur. Et ita ſunt abſtinentes, ut apud ſe tradentes gignentia, nihil ipſi cōparent aduecticium. Ariani uiuunt poſt Seras, Bo *Ariani*
reæ obnoxij flatibus: quorum terras amnis uehendis ſufficiēs nauibus, Arias perfluit nomine, faciens lacum ingentē eodem uocabulo dictitatum. Abundat aūt hæc eadem Aria oppidis: inter quæ ſunt celebres, Bitaxa, Orbitana, & Sotera, & Niſibis, & Alexandria, unde nauiganti ad Caſpium mare quingenta ſtadia numerantur & mille. his locis Paropamiſſadæ ſunt proximi, Indos ab oriente, Caucaſumq́ ab occidentali latere proſpectantes, ipſi quoq́ montiū defectibus acclinati: quos reſiduis omnibus maior *Paropamiſſadæ*
Ortogordomaris interluit fluuius à Bactrianis exurgens. Habent aūt etiam ciuitates aliquas, quibus clariores ſunt, Gazaca, & Naulibis, & Ortoſpana, unde littorea nauigatio aduſq́ Mediæ fines portis proximos Caſpijs ſtadiorum ſunt duo millia ducenta. Antedictis contigui ſunt Drangiani collibus cohærentes, Arabum nomine ideo appellati, quòd inde exorti, interq́ alia duobus municipijs exultantes, Prophthaſia & Ariaſpe, opulentis & claris. Poſt quos ex aduerſo Arachoſia uiſitur, dextrū uergēs *Arachoſia*
in latus Indis obiecta: quam ab Indo fluuiorum maximo, unde regiones cognomina-

tæ ſunt, amnis multo minor exurgens aquarũ alluit amplitudine, efficitq́ paludẽ Archotoſcrenẽ appellatã. hic quoq́ ciuitates ſunt inter alias uiles, Alexãdria, & Arbaca, & Choaſpa. In penitiſſima parte Perſidos Gedroſia eſt, dextra terminos cõtingens Indorum, inter minores alios Artabio uberior flumine: ubi montes deficiunt Barbitani, quorum ex pedibus imis emergẽtes alij fluuij Indo miſcentur, amittentes nomina magnitudine potioris. ciuitates aũt etiam hic ſunt. inter ciuitates præter inſulas Sedratyra, & Gynæcon limen meliores reſiduis æſtimanť. Ne igitur oræ maritimæ ſpatia alluentia Perſidis extremitates per minutias demõſtrãtes, à propoſito lõgius aberremus, id ſufficiet dici: quòd mare prætentũ à Caſpijs montibus per Boreum latus aduſq́ memoratas anguſtias nouẽ milium ſtadiorũ: Auſtrale uero ab oſtijs Nili fluminis aduſq́ principia Carmanorũ, quatuordecim miliũ ſtadiorum numero definitur. Per has nationes diſſonas & multiplices, hominũ quoq́ diuerſitates ſunt ut locorũ. Sed ut generaliter corpora deſcribamus et mores, graciles penè ſunt omnes, ſubnigri uel liuido colore pallentes, caprinis oculis torui, & ſupercilijs in ſemiorbium ſpeciem curuatis iunctisq́, non indecoris barbis, capilliſq́ prolixis hirſuti. oẽs tamen promiſcue, uel inter epulas feſtoſq́ dies gladijs cincti cernuntur. Quem Græcorum ueterum morem abieciſſe primos Athenieſes, Thucydides eſt autor ampliſsimus. Effuſius pleriq́ ſoliti ſolui in Venerem, ægreq́ contenti multitudine pellicum, puerilium ſtuprorum expertes, pro opibus quiſq́ adſciſcens matrimonia, plura uel pauca. Vnde apud eos per libidines uarias charitas diſperſa torpeſcit. munditias conuiuiorum & luxum, maximeq́ potandi auiditatem uitantes, ut luem. Nec apud eos extra regales menſas hora eſt præſtituta prandendi, ſed uenter unicuiq́ uelut ſolarium eſt, eoq́ monente quod inciderit editur. nec quiſquam poſt ſatietatem ſuperfluos ſibi ingerit cibos. immane quantum reſtricti & cauti, ut inter hoſtiles hortos gradiẽtes nonnunq́ & uineta nec cupiãt aliquid nec contingant, uenenorũ & ſecretarũ artium metu. Super his nec ſtando mingens, nec ad requiſita naturæ ſecedens facile uiſitur Perſa, ita obſeruantius hæc aliaq́ pudenda declinat. Adeo autem diſſoluti ſunt, & artuum laxitate, uagoq́ inceſſu iactitantes ſe, ut effœminatos exiſtimes, cum ſint acerrimi bellatores, ſed magis artifices q́ fortes, eminuſq́ terribiles: abundantes inanibus uerbis inſanumq́ loquẽtes & ferum, magnidici, graues & tetri, minaces iuxta in aduerſis rebus & proſperis, callidi, ſuperbi, crudeles, uitæ neciſq́ poteſtatẽ & in ſeruos & in plebeios uindicãtes obſcuros. cutes uiuis hominib. detrahunt particulatim uel ſolidas: nec miniſtrãti apud eos famulo menſæq́ adſtãti hiſcere uel loqui licet uel ſpuere, ita roſtratis pellib. labra omniũ uinciuntur. Leges apud eos impẽdio formidatę. Inter quas diritate exuperãt latæ cõtra ingratos, & deſertores, & abominãdæ aliæ per quas ob noxã unius omnis propinquitas perit. Ad iudicandũ aũt uſu rerum ſpectati deſtinanť & integri, parum alienis cõſilijs indigentes: unde noſtrã conſuetudinẽ rident, quæ interdum facundos, iuriſq́ publici peritiſsimos poſt indoctorũ collocat terga. Nam quòd ſuperſedere corio damnati ob iniquitatẽ iudicis iudex alius cogebatur, aut finxit uetuſtas, aut olim recepta cõſuetudo ceſſauit. Militari cultu ac diſciplina præludijſq́ cõtinuis rei caſtrẽſis & armaturæ, quam ſæpius formauimus, metuẽdi uel exercitibus maximis, equitatus uirtute cõfiſi, ubi deſudat nobilitas omnis & ſplendor. Pedites enim in ſpeciẽ mirmillonũ contecti, iuſſa faciunt ut calones. Sequitq́ ſemper hęc turba tanq́ addicta perenni ſeruitio, nec ſtipendijs aliquando fulta nec donis. & gentes plurimas præter eas quas abunde perdomuit, ſub iugũ hæc natio miſerat, ita audax, & ad puluereS Martios erudita, ut bellis ciuilibus externiſq́ aſſidue uexaretur. Indumentis pleriq́ eorũ ita operiuntur lumine colorum fulgentibus uario, ut licet ſinus lateraq́ diſſuta relinquant flatibus agitari uentorum, inter calceos tamen, & uerticem nihil uideatur intectum. armillis uti monilibuſq́ aureis, & gemmis, præcipue margaritis, quibus abundant adſuefacti poſt Indiam uictam, & Crœſum. Res ſtatuit ut ſuper ortu lapidis huius pauca ſuccinctius explicentur. Apud Indos & Perſas margaritæ reperiunť in teſtis marinis robuſtis & candidis, permixtione roris anni tẽpore præſtituto cõceptæ. Cupiẽtes enim uelut coitum quendam humoris, ex lunari aſpergine capiunt denſius oſcitando. Exindeq́ grauidæ edunt minutas binas, aut ternas, uel uniones ſic appellatas, quòd eius terræ conchulæ ſingulas

Sedit iudex corio damnati

læ ſingulas

læ ſingulas aliquoties pariunt, ſed maiores. Idq; indicium eſt ætherea potius deriuatione, quàm ſaginis pelagi hos oriri fœtus & ueſci, quòd guttæ matutini roris ijſdem infuſæ claros efficiunt lapillos & teretes: ueſpertini uero fluxuoſos contrà & rutilos, & maculoſos interdum. Minima aũt uel magna pro qualitate hauſtuum figurantur caſibus uariatis. Concuſſæ uero ſæpiſsime metu fulgurum inaneſcunt, aut debilia pariunt, aut certe uitijs defluunt ab ortiuis. Capturas aũt difficiles, & periculoſas, & amplitudines pretiorum illa efficit ratio, quòd frequentari ſueta littora propter piſcantium inſidias declinantes, ut quidam conijciunt, circa deuios ſcopulos, & marinorum canum receptacula deliteſcunt. Quod genus gemmæ etiam in Britannici ſeceſſibus maris gigni legiq;, licet dignitate diſpari, non ignoramus.

AMMIANI MARCELLINI RERVM
GESTARVM LIBER VIGESIMVSQVARTVS

POST exploratam alacritatem exercitus, uno pariq; ardore impenetrabilem principem ſuperari non poſſe, uſitato clamore teſtantis, Iulianus ſummæ rei finem imponẽdum maturius credens, extracta quiete nocturna itinerarium ſonare lituos iubet: præſtructiſq; omnibus quæ difficultates arduæ belli poſcebant, candente iam luce Aſſyrios fines ingreſſus, celſo præter alios ſpiritu obequitans ordinibus, æmulatione ſui cunctos ad officia fortitudinis incendebat. utq; ductor uſu & docilitate firmatus, metuens ne per locorum inſolentiam inſidijs caperetur occultis, agminibus incedere quadratis exorſus eſt. Excurſatores quidẽ quingentos & mille ſenſim præire diſpoſuit, qui cautius gradientes ex utroq; latere, itidemq; à fronte, ne quis repentinus irrueret proſpectabant. Ipſe uero medios pedites regens, quod erat totius roboris firmamentum, dextra legiones aliquas cum Neuita ſupercilia fluminis perſtringere iuſſit Euphratis. Cornu uero læuum cum equitum copijs Arintheo tradidit & Ormiſdæ ducendũ confertius per plana camporũ & mollia. Agmina uero poſtrema Dagalaiphus cogebat & Victor, ultimuſq; omnium Oſdruenæ dux Secundinus. Deinde ut hoſtibus ſi erupiſſent uſquam uel conſpicantibus procul timorem multitudinis maioris incuteret, laxatis cuneis iumenta dilatauit & homines, ut decimo penè lapide poſtremi diſpararentur à ſigniferis primis: quod arte mira ſæpe feciſſe Pyrrhus ille rex dicitur Epirotes, opportunis in locis caſtrametandi, armorumq; ſpeciem diffundendi ex induſtria, uel attenuandi perq; ſcientiſsimus, ut ubi ueniſſet plures æſtimarẽtur, aut pauci. Sarcinas uero & calones & apparitionem imbellem, impedimentorũq; genus omne inter utrunq; latus inſtituit procedentiũ ordinum ne qua ui ſubita raperentur, ut ſæpe contingit, improtecta. Claſsis aũt licet per flumen ferebatur adſiduis flexibus tortuoſum, nec reſidere, nec præcurrere ſinebatur. Emenſo itaq; itinere bidui prope ciuitatẽ uenimus Doram, deſertam marginibus amnis impoſitam, In quo loco greges ceruorũ plures inuenti ſunt, quorum alij cõfixi miſſilibus, alij ponderibus eliſi remorum, ad ſatietatem omnes pauerũt: pars maxima natatu adſueta ueloci alueo penetrato incohibili curſu euaſit ad ſolitudines notas. Exin itinere dierum quatuor leui peracto, ueſpera incedente cum expeditis mille impoſitis nauibus, Lucillianus comes imperitia principis mittitur Anathan munimentũ expugnaturus: quod ut pleraq; alia circumluitur fluctis Euphratis: & nauibus, ut præceptum eſt, per opportuna diſperſis, obſidebatur inſula nebuloſa nocte obumbrante impetũ clandeſtinum. Sed poſtq; uenit lux certa, aquatum quidam egreſſus, uiſis ſubito hoſtibus ululabili clamore ſublato excitos tumultuoſis uocibus ꝓpugnatores armauit. Et mox ſpecula quadam altiſsima explorato ſitu caſtrorũ, q; ocyſsime duarum præſidio nauium amnem ſupermeat imperator, ponè ſequentibus nauigijs multis, quæ obſidionales machinas aduehebant. Iamq; muris propinquans cũ non abſq; diſcriminibus multis conſi

tis conſi

tis conſideraret eſſe certandum, ſermone cum leni, tum aſpero & minaci hortabatur ad deditionem defenſores: qui ad colloquium petito Ormiſda, promiſsis eius & iuramentis illecti, multa ſibi de lenitudine Romana ſpondebant. Deniq; præ ſe bouem coronatum agentes, quod eſt apud eos ſuſceptæ pacis indicium, deſcendere ſuppliciter: & ſtatim omni munimēto incenſo, Puſeus eius præfectus, dux Aegypti poſtea, honore tribunatus adfectus eſt. Reliqui uero cū charitatibus ſuis & ſupellectile humiliore cultu ad Syriacā ciuitatē Chalcida tranſmiſsi ſunt. Inter hos miles quidam, cum Maximianus perrupiſſet quondam Perſicos fines, in his locis æger relictus, prima tum etiam lanugine iuuenis, ut aiebat, uxores ſortitus gentis ritu cōplures, cum numeroſa ſobole tunc ſenex incuruus, exultans proditionisq; autor ducebat̃ ad noſtra, teſtibus affirmans, & præſciſſe ſe olim, & prędixiſſe quòd centenario iam contiguus ſepelietur in ſolo Romano. Poſt quæ Saraceni procurſatores quoſdam partis hoſtiū obtulere lætiſsimo principi, & iterum ad agenda ſimilia ſunt remiſsi. Acciderat aliud poſtridie dirum. uentorum enim turbo exortus, pluresq; uertigines concitans, ita confuderat omnia tecta, ut tabernacula multa conciderent, & ſupini pleriq; milites ſternerentur uel proni, ſpiritu ſtabilitatē ueſtigij ſubuertēte: nec minus eodē die aliud periculoſum euenit. Amne enim repente extra margines euagato, merſæ ſunt quædam frumētariæ naues, cataractis auulſis ad diffundendas reprimēdasq; aquas rigare ſuetas opere ſaxeo ſtructis: quod utrū per inſidias an magnitudine acciderit fluctorū, ſciri nō potuit. Poſt præruptā incenſamq; urbē omniū primā, & captiuos tranſmiſſos, certiore iam ſpe prouectus exercitus ad fiduciā, elatis uocibus in fauores principis conſurgebat, affore ſibi etiam deinde cæleſtem exiſtimans curā: & quia per regiones ignotas de obſcuris erat ſuſpectior cura, aſtus gentis & ludificandi uarietas timebat̃. Ideo imperator nunc ante ſignanus, nunc agminibus cogēdis inſiſtens cū expeditis uelitibus, ne quid lateret abſtruſum, frutecta ſqualida uallesq; ſcrutabat̃, licentiores militū per longinqua diſcurſus affabilitate natiua prohibendo uel minis: hoſtiles tamē agros omni frugum genere diuites cū ſegetibus & tugurijs inflāmari permiſit, ita demū cum uſui neceſſaria abunde ſibi quiſq; collegiſſet: & hoc modo ſauciabat̃ ſalus hoſtium neſciorū. Bellatores eñ libenter quæſitis dextris proprijs utebant̃, alia uirtutis ſuæ horrea reperiſſe exiſtimantes, & læti quòd uitæ quoq; ſubſidijs affluentes, alimenta ſeruabant quæ nauigijs uehebantur. hic uino grauis quidā temerarius miles, & ad ulteriorē ripam nullo urgente tranſgreſſus, in conſpectu noſtro ab hoſtibus captus, occiſus eſt: quibus tali caſu patratis, ad caſtra peruenimus nomine Thilutha, in medio fluminis ſita, locū immenſo quodam uertice tumeſcentem, & poteſtate naturę uelut manu circunſeptum humana: cuius ad deditionem incolæ tentati mollius (ut decebat) quoniam aſperitas edita uim ſuperabat armorum, intempeſtiuam tunc defectionem eſſe firmabant. Sed hactenus reſponderunt, cum interiora occupauerint protinus gradiētes Romani, ſe quoq; utpote regnorū ſequelas uictoribus acceſſuros. & poſt hæc prętermeātes ipſa mœnia, naues noſtras cum uerecundia quiete ſpectabant immobiles. quo tranſito, cum ad munimentum aliud Achaiachalam nomine ueniſſemus fluminis circumitione uallatum, arduumq; tranſcenſu, cōfutati pari reſponſo diſceſsimus. Alia poſtridie caſtra ob muros inualidos derelicta prætereuntur incenſa. Poſtera uero & inſequenti die ſtadijs ducentis emenſis, uentum eſt ad locum Baraxmalcha: unde amne tranſito milliario ſeptimo diſparata Diacira inuaditur, ciuitas habitatoribus uacua, frumento & ſalibus nitidis plena, in qua templum alti culminis arci uidimus ſuperpoſitum: qua incēſa, cęſisq; mulieribus paucis quæ repertæ ſunt, traiecto fonte ſcatente bitumine, Ozogardanam occupauimus oppidum, quod formidine aduenientis exercitus itidem deſeruere cultores, in quo principis Traiani tribunal oſtentabatur. Hac quoq; exuſta, biduo ad refectionem corporum dato, prope extremum noctis quæ ſecundum diem ſecuta eſt, Surena poſt regem apud Perſas promeritæ dignitatis, & Malechus Podoſaces nomine phylarchus Saracenorum Aſſanitarum, famoſi nominis latro, omni ſæuitia per noſtros limites diu graſſatus, ſtructis Ormiſdæ inſidijs, quem ad ſpeculandum exiturum incertū unde pręſenſerant, ideo ſunt tentamento fruſtrati, quòd anguſta fluminis interluuies & præalta tranſiri uado non potuit. & primo lucis exordio, cum eſſent hoſtes iam

Bos coronatus

ſtes iam in contuitu, uiſi tunc primitus, coruſci galeis, & horrētes indutibus rigidis, mi
lites in procinctū impetu ueloci tēdētes, eos inuolauere fortiſsime. Et quãuis arcus ua
lidis uiribus flecterentur, & ſplendor ferri intermicās Romanorū metum augeret, ira
tamen acuente uirtutem, clypeorū denſitate contecti, ne poſsint emittere coegerunt.
Animatus huiuſcemodi primitijs miles, ad uicum Macepracta peruenit, in quo ſemi-
ruta muri ueſtigia uidebantur: qui priſcis tēporibus in ſpatia longa protentus munire
ab externis incurſibus Aſſyriam dicebatur. hinc pars fluminis ſcindit̄ largis aquarum
agminibus, ducens ad tractus Babylonios interiores, uſui agris futura, & ciuitatib. cir
cumiectis, alia Naarmalcha nomine, quod fluuius regū interpretat̄, Cteſiphonta præ-
termeat: cuius in exordio turris in modum phari celſior ſurgit: hanc peditatus omnis
pontibus caute digeſtis tranſiuit. Equites uero cū iumētis armati clementiores gurgi-
tes fluminis obliquati tranſnarunt, alij multitudine ſubita petiti telorum hoſtiliū: quos
egreſſi auxiliares ad curſurā leuiſsimi fugientiūq; ceruicibus inſiſtentes, laniatu auium
proſtrauerūt. Quo negotio itidē glorioſe perfecto, ad ciuitatē Pyriſaboram uentū eſt,
amplam & populoſam, ambitu inſulari circunuallatā. cuius obequitās mœnia impera-
tor & ſitum obſidiū omni cautela ceptabat, quaſi ſola formidine oppidanos à propu-
gnādi ſtudio ſubmoturus. quibus per colloquia ſæpe tentatis, cū nec promiſſis quiſq;
flecteretur nec minis, ſuſcipitur oppugnandi exordiū. & armatorū triplici corona cir-
cūdatis muris, die primo aduſq; noctis initiū miſſilibus certabatur. tum defenſores ani-
mo præſtantes & uiribus, per propugnacula cilicijs undiq; laxius panſis, quæ telorum
impetus cohiberēt, obtecti ſcutis uimine firmiſſimo textis, & crudorū tergorū denſita
te ueſtitis, ualidiſsime reſiſtebant, ferrea nimirū facie omni: quia laminæ ſingulis mem
brorum liniamentis cohærenter aptatæ, fido operimento totam hominis ſpeciē conte-
gebant. Et aliquoties Ormiſdæ & indigenæ & regalis colloquia petentes obnixe, pro
pinquantē probris atq; conuitijs ut male fidum inceſſebant & deſertorē: ac lenta cauil-
latione diei maxima parte exempta, tenebrarum ſilentio primo multiformes admotæ
ſunt machinæ, cœptaq; altitudo cōplanari foſſarū. quæ uixdum ambigua luce defen-
ſores intente contemplati, eo accedente quod angularē turrim ictus forauit arietis uio
lentior, relictis ciuitatis duplicibus muris continentē occupant arcem, aſperi montis
interrupta planicie ſuperpoſitā: cuius medietas in ſublime cōſurgens, tereti ambitu ar
golici ſcuti ſpeciē oſtēdebat, niſi quòd à ſeptētrione id quod rotunditati deerat, in Eu-
phratis fluēta proiectæ cautes eminentius tuebant̄: in qua excellebāt minæ murorum,
bitumine & coctilibus laterculis fabricatæ, quo ædificij genere nihil tutius eſſe cōſtat.
Iamq; ferocior miles peruaſa urbe, quam uiderat uacuam, aduerſus oppidanos ab arce
multimoda tela fundētes acri cōtentione pugnabat. Cū enim ijdem prohibitores cata
pultis noſtrorū urgerent̄ atq; baliſtis, ipſi quoq; ex edito arcus erigebant, fortiter ten-
ſos: quibus panda utrinq; ſurgētia cornua ita lentius flectebant̄, ut nerui digitorū acti
pulſibus uiolentis arūdines ferratas emitterēt, quæ corporib. illiſæ contrarijs letaliter
figebant̄. Dimicabat̄ nihilominus utrobiq; ſaxorū manualiū nimbis: & neutrobi incli
nato momento, prælium atrox à lucis ortu ad initiū noctis deſtinatione magna protra
ctum, pari ſorte diremptū eſt. Proinde die ſecuto, cū certaret̄ aſperrime, multiq; funde-
rentur altrinſecus, & æquæ uires geſta librarēt, imperator oēs aleæ caſus inter mutuas
clades experiri feſtinans, cuneatim ſtipatus, denſatiſq; clypeis ab ictu ſagittarū defen-
ſus, ueloci ſaltu comitantib. prōptis prope portā uenit hoſtilē craſſo ferro cruſtatam.
Et licet ſaxis & glande cæteriſq; telis cū periculo ſalutis premeret̄, fodicare tamen pa-
ratos ualuarū latera, ut aditū patefacerent, uocibus increpans crebris, nō antè diſceſ-
ſit, ꝙ telorū congerie quæ ſuperiaciebant̄, ſe iam cerneret obruendū. euaſit cum omni
bus tamen, paucis leuius uulneratis, ipſe innoxius uerecundo rubore perfuſus. Lege-
rat enim Aemilianum Scipionē, cum hiſtoriarū conditore Polybio Megalopolitano
Arcade & triginta millibus portam Carthaginis impetu ſimili ſubfodiſſe. ſed fides re-
cepta ſcriptorū ueterum recens factum defendit. Aemilianus enim teſtudine lapidea
tectam ſucceſſerat portam, ſub qua tutus & latens, dum moles ſaxeas detegūt hoſtes,
urbem nudatā irrupit. Iulianus uero locum patentē ingreſſus, obumbrata cæli facie fra
gmētis montium & miſsilibus, ægre inde repulſus abſceſsit. His raptim ac tumultua-

rie agitatis, cum operoſitas uinearũ & aggerum impeditiſsima cæteris urgentibus cer-
neretur, machinam quæ cognominatur Helepolis, iuſsit expeditius fabricari, qua ut
ſuprà docuimus rex uſus Demetrius ſuperatis oppidis pluribus Poliorcetes appella-
tus eſt. Ad hanc molem ingẽtem, ſuperaturam celſarum turrium minas, prohibitores
oculorum acies intentius cõferentes, itidemq́ inſtantiam obſidentium perpenſantes,
ſubito uertuntur ad preces, circunfuſi per turres ac mœnium minas: & fidem Roma-
nam panſis manibus proteſtantes, uitam cum uenia poſtulabãt. Cumq́ ceſſaſſe opera,
& munitores nihil uiderẽt tentare ulterius, quod quietis erat indiciũ certũ, copiã ſibi
dari conferendi ſermonis cum Ormiſda poſcebãt. Hocq́ impetrato Mamerſides præ-
ſidiorum præfectus demiſſus per funem, deductusq́ ad imperatorem, ut obſecrauit ui-
tam cũ impunitate ſibi conſortibusq́ ſuis, firmiter pacta redire eſt permiſſus. Geſtisq́
nunciatis, plebs omnis utriuſq́ ſexus ad ſententiã ſuam cunctis acceptis pace fœdera-
ta, cum religionum conſecrationibus fidis patefactis egreditur portis, ſalutarem Geni
um affulſiſſe ſibi clamitans Cæſarem magnum & lenem. Numerata ſunt aũt dediticio-
rum duo milia, & quingenti: nam cetera multitudo obſidium ante ſuſpectans nauigijs
paruis permeato amne deceſsit. In hac arce armorum alimentorũq́ copia reperta eſt
maxima: unde neceſſarijs ſumptis, reliqua cum loco ipſo exuſſere uictores. Poſtera die
quàm hæc acta erant, perfertur ad imperatorem cibos per otium capientẽ nuntius gra
uis, Surenam Perſicum ducem procurſatorum partis noſtræ tres turmas inopinũ ag-
greſſum pauciſsimos trucidaſſe: inter quos ſtrato tribuno unũ rapuiſſe uexillum. ſta-
timq́ cõcitus ira immani, cum armigera manu feſtinatione ipſa tutiſsimus peruolauit:
& graſſatoribus fœda cõſternatione depulſis, reſiduos duos tribunos ſacramento ſol-
uit, ut deſides & ignauos. decem uero milites ex his qui fugerant, exautoratos capitali
addixit ſupplicio, ſecutus ueteres leges. Incenſa deniq́ urbe, ut memoratũ eſt, conſtru-
cto tribunali inſiſtens, actis gratijs conuocato exercitu cunctos ad paria facienda dein
ceps hortabatur: & argenteos nummos centenos uiritim pollicitus, cum ea parcitate
promiſſi percitos tumultuare ſenſiſſet, ad indignationẽ plenam grauitatis erectus, En,
inquit, Perſæ circunfluẽtes rerum omnium copijs. ditare nos poterit opimitas gentis,
ſi unum ſpirantibus animis fortiter fecerimus. ex immenſis opibus egentiſsima eſt tan
dem, credite, Romana reſpublica, per eos, qui ut augerent diuitias, docuerunt princi-
pes auro quiete à Barbaris redempta redire. impetitum ærarium eſt, urbes exinanitæ,
populatæ prouinciæ: mihi nec facultates, nec propinquitas generis ſuppetit, quamuis
ortus ſim nobilis, præter pectus omni liberum metu: nec pudebit imperatorẽ cuncta
bona in animi cultu ponentem, profiteri paupertatẽ honeſtam. Nam & Fabritij fami-
Fabritij gloria locupletes liari re pauperes rexere bella grauiſſima, gloria locupletes. Hæc nobis cũcta poterunt
abundare, ſi imperterriti, deo meq́, quantum humana ratio patitur caute ductante mi
tius egeritis. ſin reſiſtitis, ad ſeditionum reuoluti dedecora priſtinarum, pergite. ut im-
peratorem decet, ego ſolus cõfecto tantorum munerum curſu moriar ſtando, contem
pturus animam quam mihi febricula eripiet una: aut certe diſcedam, nec enim ita uixi,
ut nõ poſſim aliquando eſſe priuatus: præq́ me fero & lætor ductores ſpectatiſsimos
eſſe nobiſcum, perfectos bellicarum omni genere doctrinarum. Hac modeſta impera
toris oratione, inter ſecunda & aſpera meante, miles pro tempore delinitus, aſſumpta
cum meliorũ expectatione fiducia, regibilem ſe fore pollicitus & morigerum, cuncto
rum aſpirante conſenſu, autoritatem eius ſublimitatemq́ cordis extollebat in cælum:
quod cũ uere atq́ ex animo dicitur, ſolet amor ex crepitu leui mõſtrari. repetitis poſt
hæc tentorijs, pro copia rei præſentis uictu ſe recreauit & quiete nocturna. Animabat
autem Iulianus exercitum, cum non per charitates, ſed per inchoatam negotiorũ ma-
gnitudinem deieraret aſſidue, Sic ſub iugum mitteret Perſas, Ita quaſſatũ recrearet or
bem Romanum: ut Traianus fertur aliquoties iurando dicta conſueuiſſe firmare, Sic
in prouinciarum ſpeciem redactam uideam Daciam, Sic pontibus Iſtrum & Euphra-
ten ſuperem. & ſimilia plurima. Poſt hæc decurſis millibus paſſuum quatuordecim, ad
locum quendã uentum eſt, arua aquis abundantibus fœcundantem: quo itinere nos
ituros Perſæ prædocti, ſublatis cataractis undas euagari fuſius permiſerũt. Itaq́ humo
late ſtagnante, altero die militi requie data, imperator ipſe progreſſus cõſtratis ponti-

culis

culis multis & utribus, ſublicijsq; nauibus, itidem confectis palmarum trabibus, exer-
citum non ſine difficultate traduxit. In his regionibus agri ſunt plures cõſiti uineis, ua
rioq; pomorum genere: ubi oriri arbores aſſuerę palmarũ, per ſpatia ampla aduſq; Me
ſenen & mare pertinent magnum, inſtar ingentium nemorum. & quaqua inceſſerit
quiſquam, termites & ſpadica cernit aſſidua, quorũ ex fructu, mellis & uini conficitur
abundantia. & maritari palmæ ipſę dicuntur, facileq; ſexus poſſe diſcerni. additur eti-
am, generare fœminas ſeminibus illitas marium, feruntq; eas amore mutuo delectari:
hocq; inde clarere, quòd contra ſe uiciſsim nutantes, ne turgidis quidem flatibus auer
tuntur. & ſi ex more fœmina maris non illita fuerit ſemine, abortus uitio fœtus amittit
intempeſtiuos. & ſi qua fœmina cuius arboris amore perculſa ſit ignoretur, unguento
ipſius inficitur truncus, & arbor alia naturaliter odoris dulcedinẽ concipit, hisq; indi-
cijs uelut coeundi quędam proditur fides. qua cibi copia ſatur exercitus plures præter
greſſus eſt inſulas: & ubi formidabatur inopia, ibi timor ſaginæ grauis inceſsit. Sa-
gittariorum deniq; hoſtilium impetu latẽter tentatus, neq; inultus, prope locum uenit
ubi pars maior Euphratis in riuos diffinditur multifidos. In hoc tractu ciuitas ob mu-
ros humiles ab incolis Iudæis deſerta iratorum manu militũ cõflagrauit. Quibus actis
pergebat ulterius imperator, placida ope numinis ut arbitrabatur, erectior. Cumq;
Maiozamalcham ueniſſet, urbem magnam & ualidis circundatam mœnibus, tento-
rijs fixis prouidit ſolicite, ne caſtra repentino equitatus Perſici turbarentur, accurſu:
cuius fortitudo in locis patentibus immane quantum gentibus eſt formidata. & hoc
diſpoſito, ſtipatus uelitibus paucis, ipſe quoq; pedes, ciuitatis ſitum diligẽti inquiſitio-
ne exploraturus, in pernicioſas præcipitatus inſidias, ex ipſo uitæ diſcrimine tandem
emerſit. Namq; per latentem oppidi portam Perſæ decem armati digreſſi, imaq; cliuo-
rum peruadentes poplitibus ſubſidendo, repẽtino impetu noſtros aggreſſi ſunt. E qui
bus duo cõſpectiorem habitu principem gladijs petiere deſtrictis: ſed occurrit ictibus
erectum latius ſcutum: quo cõtectus magna elataq; fiducia unius lateri ferrum infixit:
alterum ſtipatores multiplicatis ictibus occiderunt. reſiduis, è quibus uulnerati ſunt
aliqui, diſiectis in fugam, ſpoliatisq; ambobus reducẽs incolumes ſocios cum exuuijs
remeauit ad caſtra, omnium lætitia magna ſuſceptus. Suſtulit ab hoſte proſtrato aure-
um colli monile Torquatus, fudit cõfidentiſsimum Gallum alitis propugnatione Va *Torquatus*
lerius poſtea cognomento Coruinus: hacq; gloria poſteritati ſunt cõmendati. non inui *Val. Coruinus*
demus: accedat hoc quoq; monumentis ueteribus facinus pulchrũ. Conſtratis poſtri-
die pontibus exercituq; traiecto, & metatis alibi ſalubrius caſtris uallo duplici circun-
ductis, quoniam (ut diximus) timebantur ſolitudines planæ, oppidi ſuſcepit obſidi-
um, periculoſum fore exiſtimãs, ſi gradiens prorſus à tergo relinqueret quos timeret.
Hæc dum magno molimine comparantur, Surena hoſtium dux, iumenta ad ortus
quę in lucis palmaribus ueſcebantur, à cohortibus noſtris repulſorijs cum paucorum
exitio habitus fruſtra diſceſsit: & duarum incolæ ciuitatum, quas amnes amplexi
faciunt inſulas, pars ſui fiducia trepidi ad Cteſiphontis mœnia ſe contulerunt: pars
per ſyluarum denſa, alij per paludes uicinas alueis arborum cauatarũ inuecti, ad uni-
cum auxilium & potiſſimum itineris longi quod ſupererat dilabuntur, ulteriora peti-
turi terrarum. è quibus reſiſtentes aliquos noſtri milites trucidabant, ipſi quoq; lintri-
bus & cymbis per uaria diſcurrẽtes: captiuos alios ſubinde perducebant. Id enim erat
librata ratione diſpoſitum, ut dum copiæ pedeſtres muros oppugnant, equeſtres tur-
mæ diuiſæ per globos abigendis inſiſterent prædis. hocq; prouiſo, nullo prouinciali-
um damno miles uiſceribus hoſtium paſcebat̃. Iamq; imperator muris duplicibus op-
pidum, ordine circundatum trino ſcutorum, ſpe patrandi incepti maximis uiribus op-
pugnabat. Sed ut erat neceſſarius appetitus, ita effectu res difficilima: nam acceſſus
undiq; rupibus anfractu celſiore diſceſsis, flexuoſisq; exceſſibus ob periculum anceps
adeundi copiam denegabat, maxime quoniam turres crebritate & altitudine formi-
dandæ montẽ ſaxeum arcis naturaliter editum æquabant, & procliuis planicies flu-
mini imminens propugnaculorum firmitate muniebatur. Accidebat his haud leuius
malum, quòd lecta manus & copioſa quæ obſidebatur, nullis ad deditionẽ illecebris
flectebatur, ſed tanquam ſuperatura uel deuota cineribus patriæ, reſiſtebat aduerſis.

Dd Iam

Iam ægrè retentabatur inferens ſe proteruius miles, & pugnā uel æquo campo iuſtoq́ prælio poſcens: cumq́ receptui caneretur, aſsidue animoſis hoſtem urgendi conatibus urebatur. uicit tamen noſtrorum concilium contentionem uirium maximam: diuiſisq́ operibus, officia quiſq́ diſtributa capeſsit ocyſſime. Hinc etenim ardui ſuggeſtus erigebantur, inde foſſarum altitudines alij complanabant: terrarum latibula concaua oblongis tramitibus alibi ſtruebantur. locabant etiam artifices tormenta muralia in funeſtos ſonitus proruptura. Et cuniculos quidem cum uineis Neuita & Dagalaiphus curabant. ineundis autem conflictibus & defendendis ab incendio uel eruptionibus machinis præerat imperator. Cumq́ apparatu omni excindendæ urbis labore multiplici conſummato pugna flagitaret̃, Victor dux reuerſus eſt aduſq́ Cteſiphonta itineribus exploratis, nulla obſtacula nuntians offendiſſe. Quo efferati gaudio milites omnes, elatiq́ firmioribus animis ad certandum ſignum opperiebantur armati. Iamq́ clangore Martio ſonātibus tubis ſtrepebant utrinq́ partes: & primi Romani hoſtem undiq́ laminis ferreis in modum tenuis plumæ cōtectum, fidentemq́ quòd tela rigentis ferri lapſibus impacta reſiliebant, crebris procurſationibus, & minaci murmure laceſſebat: nonnunquam compage ſcutorum, qua uelut teſtudine infigurabilium fornicum operiebantur aptiſsime, aſſiduis motibus laxius dehiſcente. contrà Perſæ muris obſtinatius adhærentes, quantum facere nitiq́ poterant, claudere & fruſtrari exitiales impetus conabantur. Verum ubi uimineas crates præ ſe ferentes oppugnatores iam mœnia perurgerent, cum ſagittarijs funditores, alij quinetiam ſaxa uoluentes ingentia, cum facibus & malleolis eos longius propulſabant: tum aptatæ ligneis ſagittis baliſtæ flexu, ſtridore torquebant̃, creberrima ſpicula funditantes, & ſcorpiones, quocunq́ manus perite duxiſſent, rotundos lapides euibrabant. Iterum deinde ac ſæpe geminatis congreſſibus, æſtus in meridiem creſcens, efferueſcente uaporatius ſole, apparatu operū & ſtudio præliandi intentos cunctos reuocauerat fatigatos & ſudore perfuſos. eodem mentis propoſito ſecuto quoq́ die per uaria certaminum genera controuerſæ partes dimicantes inſtanter, æquis manibus & pari fortuna diſcedunt. Verum in omni diſcrimine armatis proximus princeps ciuitatis urgebat excidiū, ne circa muros diu excubans omitteret maiora quæ tentabat. Sed in diſtrictis neceſsitatibus nihil tam leue eſt, quod nō interdum etiam cōtra ſperata rerum afferat momenta magnarum. Cum enim ita ut ſæpe diſceſſuræ partes leuius concertarent, abuſiuo incuſſo ariete, qui paulo ante erat admotus, ſternitur reſiduis omnibus altior turris latere coctili firmiſsime ſtructa, cuius ruina muri cōtiguum latus ſecum immani fragore protraxit: ibi tum uarietate caſuum obſidentium labor, obſeſſorumq́ induſtria, uiciſsim facinoribus ſpecioſis inclaruit. Nihil enim aſperum, ira & dolore ſuccenſo militi uidebatur: nihil munitoribus erat pro ſalute currētibus metuendum aut dirum. Nam cum anceps pugna diutius ſeruens, ſanguine utrinq́ multis cædibus fuſo diei finiſſet occaſu, tandem fatigationi conſulitur. Dumq́ hæc luce agerentur ac palàm, nuntiatur imperatori peruigili cura diſtento, legionarios milites, quibus cuniculorum erant fodinæ mandatæ, cauatis tramitibus ſubterraneis ſublicisq́ ſuſpēſis ima penetraſſe fundamentorum, iam ſi ipſe diſpoſuerit euaſuros. Cum itaq́ noctis plerunq́ proceſsiſſet, æneatorum occentu ſigno dato progrediendi, ad pugnam & ad arma concurſum eſt: & conſulto murorum inuaduntur utrinq́ frontes, ut dum propulſaturi pericula defenſores ultro citroq́ diſcurrunt, nec proxima fodientis audiretur ferri tinnitus, nec quoquam intrinſecus obſiſtente cunicul ariorum ſubita manus emergit: Quibus ita ut conuenerat ordinatis, & occupatis prohibitoribus, patefactisq́ latebris, euolat ex ſuperius deuictorum numerò miles, poſt quem Magnus tribunus, & Iouianus notarius: quos audax multitudo ſecuta, his prius cōfoſsis quos in æde per quam in lucem prodierant inuenerunt, ſuſpenſis gradibus procedentes obtruncarunt uigiles omnes, ex uſu moris gentici iuſticiam felicitatemq́ regis ſui canoris uocibus extollentes. Extimabatur Mars ipſe, ſi miſceri hominibus numina maieſtatis iura permittunt, affuiſſe caſtra Lucanorum inuadenti Luſcino. hocq́ ideo creditum eſt, quòd in congreſſu flagranti ſcalas uehens uiſus formidandæ uaſtitatis armatus, poſtridie cum recenſeretur exercitus, præcipuo ſtudio quæſitus, reperiri non potuit: cum ſe ultro offerret, ſi miles fuiſſet

Cuniculorum fodinæ

Mos genticus

ſuiſſet, memorabilis cõſcius facti: ſed ut tunc qui eſſet pulchri facinoris autor, penitus eſt ignoratum, ita nunc enituerunt, hi qui fecere fortiſſime, obſidionalibus coronis donati, & pro concione laudati ueterum more. Tandem nudata reſeratis aditibus multis, lapſura inuaditur ciuitas: & ſine ſexus diſcrimine uel ætatis, quicquid impetus reperit, poteſtas iratorum abſumpſit. alij exitij imminentis timore, cum hinc ignis, inde mucrones urgerent, ultimum flentes è muris acti ſua ſponte præcipites, membriſq; omnibus infirmati, morte funeſtiorẽ uitam paulisper dum cæderentur egerunt. Extractus autem eſt uiuus cum ſatellitibus LXXX. Nabdates prȩſidiorum magiſter, quem oblatum ſibi cum alijs ſeruari iuſsit intactum ſerenus imperator & clemens. Diuiſa itaq; perpenſis meritis & laboribus præda, ipſe ut erat paruo contentus, mutum puerum oblatum ſibi ſuſcepit geſticularium, multa quȩ callebat nutibus uenuſtiſsimis explicantem; & tribus aureis nummis partæ uictoriæ præmium iucundum ut exiſtimabat & gratum. Ex uirginibus autem quæ ſpecioſæ ſunt captæ, ut in Perſide, ubi fœminarum pulchritudo excellit, nec contrectare aliquam uoluit, nec uidere, Alexandrum imitatus & Africanum, qui hæc declinabant, ne frangerentur cupiditate, qui ſe inuictos à laboribus ubiq; præſtiterunt. Inter hæc certamina noſtræ partis architectus, cuius nomen non ſuppetit, poſt machinam ſcorpionis forte aſſiſtens, reuerberato lapide quem artifex titubanter aptauerat fundæ, obliſo pectore ſupinatus profudit animam, diſiecta compage membrorum, adeo ut ne ſigna quidem totius corporis noſcerentur. Exin profecto Imperatori index nuntiauerat certus, circa muros ſubuerſi oppidi fallaces foueas & obſcuras, quales in tractibus illis ſunt plurimæ, ſubſediſſe manum inſidiatricem latenter, ut improuiſo inde adorta agminis noſtri terga feriret extrema: confeſtimq; ad extrahendam eam miſſi ſunt compertæ fortitudinis pedites. qui cum neq; peruadere foraminũ aditus, nec amandatos intus prolicere poſſent ad decernendum, collectam ſtipulam & ſarmenta ſpecuum faucibus aggeſſerunt. unde fumus anguſtius penetrans, ideoq; ſpiſſior, quoſdam uitalibus obſtructis necauit: alios ignium afflatus immixtus prodire in perniciem coegit abruptam. & ita omnibus incendio ferroq; cõſumptis, ad ſigna repedauit ocyus miles. Hoc modo ciuitas ampla & populoſa, uirtute roboris exciſa Romani in puluerem concidit & ruinas. Poſt quæ tam glorioſa tranſitis pontibus multorum amnium concurſu continuatis, ad munimenta gemina uenimus, ædificijs cauatis extructa: Vbi Victorem comitem exercitus præuium, à tranſitu fluminis regis filius progreſſus à Cteſiphonte cum optimatibus & multitudine armata prohibere conatus, cateruis ſequentium militum uiſis abſceſſit. Pergentes itaq; protinus ad Lucos uenimus, agroſq; pube uariorum ſeminum lætos: ubi reperta regia Romano more ædificata, quoniam id placuerat, manſit intacta. Erat enim in hac eadem regione extentũ ſpacium & rotundum, loricæ ambitu circunclauſum, deſtinatas regijs uoluptatibus continens feras, ceruicibus iubatis leones, armiſq; hiſpidos apros, & urſos (ut ſunt Perſici) ultra omnem rabiem ſæuientes, & alia lecta immania corpora beſtiarum, quas omnes diffractis portarum obijcibus, equites noſtri uenatorijs lanceis & miſſilium multitudine cõfoderunt. quæ loca pingui ſitu & cultu, quibus Coche quam Seleuciam nominant, haud longius diſparatur: ubi uallatis opere tumultuario caſtris, & exercitu omni per aquarum & pabuli opportuna biduo recreato, antegreſſus cum procurſatoribus princeps, & ciuitatem deſertam colluſtrans, ſacro principe quondam exciſam, in qua perpetuus fons ſtagnum ingẽs eiectat, in Tigridem defluens, corpora uidit ſuffixa patibulis multa neceſſariorum eius quem prodidiſſe ciuitatẽ Pyriſaboram retulimus ſuprà. hic & Nabdates uiuus exuſtus eſt, quem extractum cum LXXX. latebris expugnatæ docui ciuitatis: eo quòd inter exordia obſidij cœpti clàm pollicitus prodere, dimicauit acerrime, adeptuſq; ueniam inſperatam, ad id proruperat inſolentiæ, ut Ormiſdam laceraret omnibus probris. Ita aliquantum progreſſi, triſti percellimur facto. dum enim tres procurſatorum cohortes expeditius cum cuneo Perſico decertarent, quem patefactis ſubito portis profuderat ciuitas, proruptores alij ex contraria fluminis ripa iumenta nos ſequentia cum pabulatoribus paucis licenter palantibus intercipiunt & obtruncant. unde profectus imperator iratus & frendens, iamq; regionibus Cteſiphontis propinquans, celſum caſtellum

Fœminarum Perſicarum pulchritudo

offendit & munitiſsimum: ad quod explorandum auſus accedere, obſcurior ut ipſe re batur, cum paucis obequitans muros, pauloq; auidius intra iactum telorum repertus, latere non potuit: ſtatimq; diuerſorum miſſilium nube exagitatus oppetiſſet tormento murali, ni uulnerato armigero qui lateri eius hærebat, ipſe ſcutorum denſitate contectus, euitato magno diſcrimine diſceſſiſſet. Qua cauſa concitus immane munimentum diſpoſuit obſidere, prohibitoribus acriter ad reſiſtendum intentis: quod loco fide bant propemodum inacceſſo, quodq; rex cum ambitioſis copijs paſſibus citis incedēs propediem affore credebatur. Iamq; uineis & reſiduis omnibus quæ poſcebat obſidium paratis, uigilia ſecunda præcipiti, cū nox caſu tunc lunari ſplendore nitens, his qui propugnaculis inſiſtebant aperte cuncta monſtraret, repente in unum pondus coacta multitudo, patefactis ſubito portis erupit: cohortemq; nec opinantem adorta noſtrorum cecidit complures, inter quos etiam tribunus peremptus, periculum propulſare conatus. Quæ dum ita aguntur, pari modo, ut antea, Perſæ ex aduerſa fluminis ripa partem adorti noſtrorū, interfectis quibuſdam, uiuos cepere nōnullos. & timore ſimul quia ueniſſe in maiorem numerū copię putabantur hoſtiles, egere tunc noſtri ſegnius. ſed ubi animis in audaciam reſtitutis, armisq; raptis inter tumultum, exercitus cantu concitus buccinarum, minaci murmure feſtinaret, eruptores perterriti reuerterunt intacti: & imperator ira graui permotus, reliquos ex ea cohorte qui abiecte ſuſtinuerant impetum graſſatorum, ad pedeſtrem compegit militiam, quæ oneroſior eſt dignitatibus imminutis. flagrans poſt hæc ad eruendum caſtellum, ubi periclitatus eſt, operam conuertit & curam, nuſquam ab anteſignanis ipſe digrediens, ut inter primos dimicās militi ad fortiter faciendum eſſet exemplo, ſpectator probatorq; geſtorum. quo inter diſcriminum uertices diu multumq; uerſato, uarietate munitionum atq; telorum, & conſpiratione pugnatorum, idem caſtellum incenditur captum. Poſtq; conſideratis aſperitatibus antegeſtarum rerum & impendētium, requieuit exercitus labore nimio quaſſatus, multis uictui congruis affatim diſtributis. uallum tamen ſudibus denſis & foſſarum altitudine cautius deinde ſtruebatur, cum à uicina iam Cteſiphonte repentini excurſus, & alia formidarentur occulta. Ventum eſt hinc ad foſsile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur, tunc aridum. Id antehac Traianus, poſteaq; Seuerus egeſto ſolo fodiri in modū canalis ampliſsimi, ſtudio curauerat ſummo, ut aquis illuc ab Euphrate transfuſis, naues ad Tigridem commigrarent: tutiſſimumq; ad omnia uiſum eſt eadem loca purgari, quæ quondam ſimilia Perſæ timentes mole ſaxorum obruere multorum; hacq; ualle purgata, auulſis cataractis undarū multitudine claſsis ſecura ſtadijs XXX. repulſa, in alueum eiecta eſt Tigridis: & contextis illico pontibus, tranſgreſſus exercitus iter Cochen uerſus promouit. Vtq; laſsitudini ſuccederet quies opportuna, in agro conſedimus opulento, arbuſtis & uitibus, & cupreſſorum uiriditate lætiſſimo: cuius in medio diuerſorium opacum eſt & amœnum, gentiles picturas per omnes ædium partes oſtendens, regis beſtias uenatione multiplici trucidantis: nec enim apud eos pingitur uel fingitur aliud, prȩter uarias cædes & bella. Proinde cunctis ex ſententia terminatis, Auguſtus altius iam contra difficultates omnes incedens, tantumq; à fortuna ſperans nondū afflicta, ut propius temeritatem multa crebro auderet, ualidiores naues ex his quæ alimenta portabant & machinas, deoneratas octogenis impleuit armatis: retentoq; ſecum claſſis robore firmiore, quam in tres diuiſerat partes, unam cum Victore Comite quiete prima noctis emitti diſpoſuit, ut flumine raptim tranſmiſſo ripæ occuparentur hoſtiles. quod cum acri metu territi duces concordi precatu fieri prohibere tentarent, neq; deſtinationem flecterent principis, ſublato uexillo, ut iuſſum eſt, euolant è cōſpectu quinq; ſubito naues: & cum ripas iam aduentarent, facibus & omni materia qua alitur ignis petitæ aſſiduis iactibus, cum militibus iam conflagraſſent, ni ueloci ſrigore pectoris excitus imperator, ſignum ſibi datum noſtros, quòd margines iam tenerent, ut mandatum eſt erexiſſe proclamans, claſſem omnem properare citis remigijs adegiſſet. Quo facto & naues incolumes ſunt receptæ, & reſiduus miles, quanq; ſaxis & uarietate telorū ex edito uexaretur, poſt concertationē acerrimam, præaltas ripas & arduas ſupergreſſus ſtabat immobilis. Et miratur hiſtoria Rhodanū arma & loricam retinēte Sertorio tranſnatatū, cum

Apud Perſas bella pingūtur

eo momento

eo momento turbati quidam milites, ueritiq; ne remanerent poſt ſignum erectum, ſcutis quæ patula ſunt & incurua proni firmius adhęrentes, eaq; licet imperite regendo, per uoraginoſum amnem uelocitatẽ comitati ſint nauium. Contra hæc Perſæ obiecerunt inſtructas cataphractorũ equitum turmas, ſic confertas, ut laminis aptati corporum flexus ſplendore præſtringerent occurſantes obtutus, operimentis ſcorteis equorum multitudine omni defenſa: quorũ in ſubſidijs locati manipuli peditum contecti ſcutis oblongis & curuis, quæ texta uimine & corijs crudis geſtant, denſius ſe cõmouebant. Poſt hos elephanti gradientiũ collium ſpecie, motuq; immaniũ corporum propinquantibus exitium intentabant, documentis præteritis formidati. Hinc imperator cateruis peditum firmis medium inter acies ſpacium ſecundum Homericã diſpoſitionem præſtituit, ne locati priores, cedentesq; deformiter cunctos auerterent ſecum, aut poſtſignani pone omnes reiecti cẽturias, nullo retinente licentius uerterent terga, ipſe cum leuis armaturæ auxilijs per prima poſtremaq; diſcurrens. Ergo ubi uiciſſim contiguas eſſe cernerent partes, criſtatis galeis coruſci Romani, uibrantesq; clypeos uelut pedis anapeſti præcinentibus modulis lenius procedebãt: & præpilatis miſſilibus per procurſatores principijs pugnæ tentatis excita undiq; humus rapido turbine portabatur. Et cum undiq; ſolito more conclamarẽt, uirorumq; alacritatẽ ſonantia claſſica iuuarent, haſtis & mucronibus ſtrictis, hincinde cominus pugnabatur: ſagittarũ periculo miles erat immunis, quantũ interiora feſtinatius occupabat. Inter quæ Iulianus pulſos fulcire ſubſidijs, incitareq; tardantes, quaſi cõturmalis ſtrennuus properabat & rector. laxata itaq; acies prima Perſarum, leni & inconcito gradu calefactis armis retrorſus gradiens, propinquã urbem petebat: quam ſequebatur miles itidem feſſus in campis torridis aduſq; diei finem à lucis ortu decernens: eiusq; occipitijs pertinacius hęrẽs omnẽ cum Tigrane & Surrena & Narſe potiſsimis ducibus aduſq; Cteſiphontis muros egit præcipitẽ, auerſorũ feriens ſuras & terga. perrupiſſetq; ciuitatis aditus lapſorum agminibus mixtus, ni dux Victor nomine manibus erectis prohibuiſſet & uocibus, ipſe humerum ſagitta præſtrictus, & timens ne intra mœniũ ambitus rapidus miles inconſulte repertus, nulloſq; inueniens exitus multitudinis pondere circunueniretur. Sonent Hectoreas poetæ ueteres pugnas, fortitudinẽ Theſſali ducis extollãt, longæ loquantẽ ætates Sophanẽ & Aminiã & Callimachum, & Cynegirum, Medicorum in Græcia fulmina illa bellorum, non minus illo die quorundã ex noſtris inclaruiſſe uirtutem omniũ confeſſione monſtratur. Poſt timorẽ depoſitũ, calcataſq; ruinas hoſtilium corporũ, iuſto ſanguine miles etiã tum cruentus ad imperatoris tentoria congregatus, laudes ei perhibebat & gratias, quòd ubiq; ignoratus dux eſſet an miles magis, tum rem ita proſpere geſſerat, ut cæſis Perſarũ plus minusúe duobus milibus & quingentis, LXX. caderẽt ſoli noſtrorũ. qui appellãs pleroſq; nominatim, quos ſtabili mente aliquid clarũ feciſſe ipſe arbiter proſpexit, naualibus coronis donauit, ciuicis & caſtrenſibus. Abunde ratus poſt hæc proſperitates ſimiles aduentare, complures hoſtias Marti parabat ultori: & ex tauris pulcherrimis decem ad hoc perductis, nondum aris admoti uoluntate ſua nouem procubuere triſtiſsimi. decimus uero qui diffractis uinculis lapſus, ægrè reductus eſt, mactatus ominoſa ſigna monſtrauit. Quibus uiſis exclamauit indignatus acriter Iulianus, Iouẽq; teſtatus eſt, nulla Marti iam ſacra facturum: *Ominoſum ſignum* nec reſecrauit, celeri morte præreptus. Digeſto itaq; conſilio cũ primatibus ſuper Cteſiphontis obſidio, itum eſt in uoluntatẽ quorundã, facinus audax & importunum eſſe noſcentium id aggredi: quòd & ciuitas ſitu ipſo inexpugnabili defendebatur, & cum metuenda multitudine protinus rex affore credebatur. Vicit ſententia melior: cuius utilitate princeps ſolertiſsimus adprobata, Arintheum cum manu peditum expedita ad populandas regiones circunſitas miſit, armentis lætas & frugibus, hoſtes pari perſecuturum induſtria, quos diſpalatos nuper denſi tramites & latebrę texere notiſsimę. ſed ille auidę ſemper ad ulteriora cupiditatis, paruihabitis uetantiũ dictis & increpitis optimatibus, quòd ob inertiam otijq; deſiderium amitti ſuaderent propè iam parta regna Perſidis: flumine lęua relicto, infauſtis ductoribus prauijs mediterraneas uias arripere cito propoſuit gradu, & tanq; funeſta face Bellonæ ſubiectis ignibus exuri cunctas iuſſerat naues, præter minores duodecim, quas profuturas pangendis pontibus diſpo

Dd 3 ſuit uehi

ſuit uehi carpentis: idꝗ putabat utiliter ordinaſſe, ne relicta claſſis uſui hoſtibus foret, aut certe, ut ab expeditionis primordio factum eſt, armatorũ fere uiginti milia in trahendis occuparentur iiſdem nauibus & regendis. dein cum metuens ſibi quiſꝗ muſſaret, mõſtraretꝗ perſpicua ueritas, quòd repulſus forſitan ariditate uel altitudine montium ad aquas redire non poterit miles, tortiꝗ perfugæ aperte faterentur ſe fefelliſſe; concurſu maximo extingui iuſſæ ſunt flammæ. Et quoniã ignis auctus immaniter pleraſꝗ conſumpſit, duodecim tantũmodo naues potuerunt intactæ ſeruari, quæ ut poſſint cuſtodiri diſcretæ ſunt. Hoc caſu claſſe cum non oporteret abolita, Iulianus conſotiato fretus exercitu, cum armatorum nulli per diuerſa diſtinerentur, numero potior ad interiora tendebat, alimenta affatim opulentis ſuggerentibus locis. Quo cognito, hoſtes ut inedia nos cruciarent, herbas cum adultis ſegetibus incenderunt: & conflagratione procedere uetiti, ſtatiuis caſtris dum flammæ ſeneſcerent nitebamur: inſultantesꝗ nobis longius Perſæ, nunc de induſtria ſe diffundebant, aliquoties confertius reſiſtentes: ut procul conſpicantibus uiderentur aduenisse iam regis auxilia, ideoꝗ eos æſtimaremus erupiſſe ad audaces excurſus, & inſolita tentamẽta. Mœrebat tamen ob hæc imperator & miles, quòd nec contabulandi pontis erat facultas amiſsis nauibus temere, nec occurri poterat hoſtis aduenticii motibus, quem adeſſe coruſcans nitor indicabat armorum, arte pro ſingulis membris inflexus. Hisꝗ accidebat aliud haud exiguum malum: quòd adminicula quæ præſtolabamur cum Arſace & noſtris ducibus, apparebant ob cauſas impedita prædictas. Has ob res ut ſolaretur anxios milites princeps, captiuos graciles ſuapte natura, ut omnes penè ſunt Perſæ, & macie iam confectos iuſsit in medium duci: noſtroſꝗ reſpiciens, En, inquit, quos Martia iſta pectora uiros exiſtimant, deformes illuuie capellas & tetras, utꝗ crebri docuerunt euentus, antequam manus conferant, abiectis armis uertentes ſemet in fugam. Quibus dictis, remotisꝗ captiuis, ſuper rerum ſumma conſultabatur. & multis ultro citroꝗ dictitatis, cum reuerti debere per loca quæ uenimus, plebs uociferaretur imprudens, reſiſtebat intentius princeps, multis cum eo nequaꝗ fieri poſſe monſtrantibus, per effuſam planiciem pabulo abſumpto & frugibus, uicorumꝗ reliquiis exuſtorum inopia ſqualentibus ultima: quodꝗ liquẽtibus iam brumæ pruinis omne immaduerat ſolum, & raptis riparum terminis aucti inhorruere torrentes. Ergo etiam ad difficultatem accedente negotii, quòd per eas terras uapore ſideris caleſcentes, muſcarum & culicum multitudine referta ſunt omnia, earumꝗ uolatu dies & aſtrorum noctu micantium facies obumbratur: cum nihil humani proficerent ſenſus, diu fluctuãtes & dubii extructis aris cæſisꝗ hoſtiis conſulta numinum ſcitabamur: utrum nos per Aſſyriam reuerti cenſerent, an præter radices montium lenius gradiẽtes, Chiliocomum prope Corduenam ſitam ex improuiſo uaſtare: quorum neutrum extis inſpectis conſore dicebatur. ſedit tamen ſententia, ut omni ſpe meliorum ſucciſa Corduenam arriperemus: & XVI. Cal. Iulias promotis iam ſignis, progreſſo iam lucis exordio, fumus uel uis quædam turbinata pulueris apparebat: ut opinari daretur aſinorum eſſe greges agreſtium, quorum multitudo in tractibus eſt illis innumera, ideo ſimul incedens, ut conſtipatione denſa feroces leonum fruſtraretur aſſultus. quidam arbitrabantur Sacenę duces aduentare, iam noſtris rumoribus percitos, quòd imperator Cteſiphonta magnis uiribus oppugnaret: nõnulli Perſas nouis motibus incubuiſſe firmabãt. Ideo inter hęc ita ambigua, ne quid aduerſum accideret reuocantibus agmina claſsicis, in ualle graminea prope riuum, multiplicato ſcutorum ordine in orbiculatam figuram metatis tutius quieuimus caſtris. nec enim aduſꝗ ueſperã aere cõcreto diſcerni potuit, quidnam eſſet quod his ſqualidius uidebatur.

Muſcarum & culicum referta omnia

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER VICESIMVSQVINTVS.

IT hanc quidem noctem nullo ſiderum fulgore ſplendētem, ut ſolet, in arctis rebus & dubijs exegimus, nec ſedere quoquam auſo, nec flectere in quietem lumina præ timore. Vbi uero primũ dies inclaruit, radiantes loricæ niueis limbis circundatæ, ferrei & corruſci thoraces longe proſpecti, adeſſe regis copias indicabant. Hocq; uiſo accenſum properantem congredi militem dirimente fluuio breui prohibuit imperator: & non procul à uallo ipſo inter excurſatores noſtros & Perſicos prælio acri conſerto, Machameus cecidit, ductor unius agminis noſtri: cui propugnaturus Maurus frater, dux poſtea Phœnices, cum germani trucidaſſet interfectorem, obuium quenq; perterres, infirmatus & ipſe humerum telo, palleſcentem morte propinqua Machameum extrahere pugna uiribus ualuit magnis: & cum fathiſcerent uix toleranda æſtuum magnitudine crebriſq; congreſsibus partes, ad ultimũ hoſtiles turmę graui ſunt repulſa diſcuſſæ. Hinc recedentibus nobis longius, Saraceni noſtrorũ metu peditum repedare conpulſi, paulo poſtea innexi Perſarũ multitudine ocius irruebant Romana impedimenta rapturi. uerũ uiſo imperatore ad alas ſubſidiarias reuerterunt. Qua ex regione profecti ad Hucumbram nomine uillam peruenimus: ubi per biduum omĩbus ad uſum congruis, & ſacietate quæſita frumenti, ultra ſpem recreati diſceſsimus: & confeſtim abſq; his quæ tempus uehi permiſit, reliqua flammis exuſta ſunt. Poſtridie exercitu ſedatius procedente, extremos qui eo die fortè cogendorum agminum officia ſuſtinebant, nec opinantes Perſæ adorti, negotio leui interfeciſſent, ni proximus equitatus noſter hoc ocius intellecto, per patulas ualles late diffuſus, tantã molē diſcriminis uulneratis qui ſuperuenerant repuliſſet. In hac cecidit pugna Adaces nobilis ſatrapa, legatus quondam ad Conſtantium principem miſſus, ac benigne ſuſceptus: cuius exuuijs interfector Iuliano oblatis, remuneratus eſt ut dicebat. Eodem die Tertiacorum equeſtris numerus à legionibus incuſatus eſt, quòd cum ipſæ hoſtium aduerſas irrumperēt acies, illi paulatim dilapſi, alacritatē penè totius minuiſſent exercitus. Vnde ad indignationem iuſtam imperator erectus, ademptis ſignis haſtiſq; diffractis, omnes eos qui fugiſſe arguebantur, inter impedimēta & ſarcinas & captiuos agere iter impoſuit, ducto re eorũ qui ſolus fortiter decertarat aliæ turmæ appoſito, cuius tribunus turpiter prælium deſeruiſſe conuincebatur. Abiecti ſunt autem ſacramento etiam alij quatuor ob flagitium ſimile uexillationum tribuni. hoc enim correctionis moderamine leniori impendentiũ conſideratiõe difficultatum contentus eſt imperator. Progreſsi itaq; ſtadia LXX. attenuata rerum omniũ copia, herbis frumentiſq; crematis, ex flammis ipſis raptas fruges & pabula, ut quiſq; uehere potuit cõſeruauit. Hoc etiã loco relicto, cum ad tractum Maranga appellatũ omĩs ueniſſet exercitus, prope lucis cõfinia immēſa Perſarum apparuit multitudo, cũ Merene equeſtris magiſtro militiæ, filijſq; regis duobus, & optimatibus plurimis. Erant autem omnes cateruæ ferratæ, ita per ſingula membra denſis laminis tectæ, ut iuncturæ rigentes compagibus artuum cõuenirent: humanorumq; uultuũ ſimulacra ita capitibus diligenter aptata, ut imbracteatis corporibus ſolidis, ibi tantũ incidentia tela poſsint hęrere quà per cauernas minutas, & orbibus oculorum affixas parcius uiſitur, uel per ſupremitates nariũ anguſti ſpiritus emittunt: quorum pars contis dimicatura ſtabat immobilis, ut retinaculis æreis fixam exiſtimares: iuxtaq; ſagittarij, cuius artis fiducia ab incunabilis ipſis gens pręualuit maxima, tendebant diuaricatis brachijs flexiles arcus, ut nerui mãmas perſtringerent dextera, ſpicula ſiniſtris manibus cohærerēt: ſummaq; peritia digitorũ pulſibus argutũ ſonãtes arundines euolabant, uulnera pernicioſa portantes. Poſt hos elephantorũ fulgentiũ formidandam ſpeciē & truculentos hiatus uix mentes pauidæ perferebant: ad quorum ſtridorem odoremq; & inſuetum aſpectum magis equi terrebantur: quibus inſidentes magiſtri, manubriatos cultros dexteris manibus illigatos geſtabant, acceptæ apud Ni-

Caterua ferratæ

Odore ſtridoreq; elephantorum equi terrentur

ſibin memores cladis: & ſi ferociẽs animal uires exuperaſſet regentis, ne reuerſum per
ſuos, ut tunc acciderat, colliſam ſterneret plebem, uertebram, quæ caput à ceruice di-
ſterminat, ictu maximo terebrabāt. exploratū eſt enim aliquando ab Haſdrubale An-
Quomodo elephanti necantur nibalis fratre, ita citius uitam huiuſmodi adimi beluarum. Quibus non ſine magno ter
rore perſpectis, ſtipatus armatarum cohortium globis cum primatibus fidentiſsimus
imperator, ut flagitabat maior uis & trucior, lunari acie, ſinuatiſq; laterib. occurſuros
hoſti manipulos inſtruebat. Et ne ſagittariorum procurſus noſtrorum cuneos diſiecta-
ret, illatis concitatius ſignis, ſpiculorū impetum fregit: datoq; ad decernendum ſolen-
niter ſigno, denſati Romani pedites confertas hoſtium frōtes niſu protruſerunt acer-
rimo. & feruente certaminum mole, clypeorū ſonitus & uirorū armorumq; lugubre ſi
bilantium fragor, nihil perpetiens iam remiſſum, campos cruore & corporum ſtrage
contexit: effuſius cadentibus Perſis, quibus ſæpe languidis in conflictu artius pes pe-
de collatus grauiter obſiſtebat, pugnare fortiter eminus cōſuetis, & ſi inclinatas ſuo-
rum copias ſenſerint, cedendo in modum imbrium ponè uerſus directis ſagittis hoſtes
à perſequendi fiducia deterrere. Pulſis igitur pondere magnarum uirium Parthis, mi-
les ſolis curſu flammeo diu laſſatus, ſigno in receptum dato, tentoria repetit, ad auden
da deinceps maiora ſublatus. In hoc prælio Perſarum maior, ut dictū eſt, apparuit ſtra
ges, noſtrorum admodum leuis. eminuit tamen inter uarios certaminum caſus Vetera
nionis mors uiri pugnacis, qui legionem Ziannorum regebat. Poſtq; triduo inducijs
deſtinato dum ſuo quiſq; uulneri medetur uel proximi, commeatibus nos deſtitutos
inedia cruciabat iam nō ferēda: & quoniā frugib. exuſtis & pabulis homines in diſcri-
men ultimū uenerant & iumenta, ex eo cibo quē animalia tribunorū uehebant & Co
mitum, imæ quoq; militū plebi penitus indigenti pars diſtributa eſt magna. Et impera
tori cui nō cupediæ ciborū ex regio more, ſed ſub columellis tabernaculi parcius cœ-
naturo, pultis portio parabatur exigua, etiā munifici faſtidiēda gregario, quicquid ad
miniſteria parabatur, per contubernia paupertina ſui ſecurus egeſsit. Ipſe autē ad ſoli-
citam ſuſpenſamq; quietē pauliſper protractus, cum ſomno (ut ſolebat) depulſo, ad æ-
mulationem Cæſaris Iulij quædā ſub pellibus ſcribentis, obſcuræ noctis altitudine ſen
tentijs cuiuſdā philoſophi teneretˉ: uidit ſqualidius, ut confeſſus eſt proximis, ſpeciem
Imago Genij illam Genij publici, quam cum ad Auguſtum ſurgeret culmen conſpexit in Gallijs,
uelata cum cornu copia per aulea triſtius diſcedentem. & quanquam ad momentum
hæſit ſtupore defixus, omni tamen ſuperior metu, uentura decretis cæleſtibus com-
mendabat: relictoq; humi ſtrato cubili, adulta iam excitus nocte, numinibus per ſacra
depulſoria ſupplicans, flagrantiſsimam facem cadenti ſimilem uiſam, aeris parte ſulca
ta euanuiſſe exiſtimauit: horroreq; perfuſus eſt, ne ita aperte minax Martis apparuerit
ſidus. Erat aūt nitor igneus iſte, quem diaiſſonta nos appellamus, nec cadēs unquam,
nec terram cōtingens. Corpora enim qui credit cælitus poſſe labi, profanus merito iu-
dicatur & demens. Fit aūt hic habitus modis cōpluribus, è quibus ſufficiet pauca mon
ſtrare. Scintillas quidam putāt ab æthereo candentes uigore, parumq; porrectius ten-
dere ſufficiētes extingui, uel certe radiorum flammas iniectas nubibus denſis acri ſcin
tillare contactu: aut cum lumen aliquod cohæſerit nubi. Id enim in ſtellæ ſpeciem figu
ratum, decurrit quidem dum uiribus igniū ſuſtentatur: amplitudine uerò ſpatiorū exi-
nanitum in æſtum ſoluitur corpus, ad ſubſtantiā migrans cuius attritu incaluit nimio.
Hetruſci aruſpices accerſiti Confeſtim itaq; ante lucis primitias Hetruſci aruſpices accerſiti, conſulti quid aſtri ſpe
cies portenderet noua, uitandum eſſe cautiſsime reſponderunt, ne quid tunc tentare-
tur: ex Tarquitianis libris in titulo De rebus diuinis, id relatum eſſe demonſtrantes,
quòd face in cælo uiſa cōmitti prælium, uel ſimile quicq; non oporteat. quo etiam id
inter multa alia ſpernente, orabant aruſpices ſaltem aliquot horis profectionem differ
ri. & ne hoc quidem ſunt adepti, imperatore omni uaticinandi ſcientiæ reluctante: ſed
exorto iam die, promota ſunt caſtra. hinc nos egreſſos, Perſæ cū ſæpe afflicti peditum
ſtabilem pugnā horrerent, ſtructis inſidijs, occultè comitabātur, altrinſecus uiantes ca
teruas à celſis collibus explorando: ut id ſuſpicans miles aduſq; perpetuum diem nec
uallum erigeret, nec ſudibus ſe communiret. dumq; teguntur firmiter latera, & exer-
citus pro locorum ſitu quadratis quidem ſed laxis incedit agminibus, inuaſa ſubito

terga

terga pone uerſus arma cogentium principi indicatur, etiā tum inermi ad ſpeculanda anteriora progreſſo. qua concitus clade, oblitus loricæ ſcuto inter tumultum adrepto properans ultimis ferre ſuppetias, reuocatur alio motu, qui etiam anteſignanos, unde deceſſerat, paria perpeti nuntiabat. Quæ dum ſine reſpectu periculi ſui redintegrare feſtinat, ex alia parte cataphractorū Parthicus globus cēturias adoritur medias: ac ſiniſtro cornu inclinato acriter ſuperfuſus, fœtorē ſtridoremꝗ elephantorū impatienter tolerantibus noſtris, contis & multiplicatis miſſilibus decernebat. uerum principe uolitāte inter prima diſcrimina prælioꝝ, exiliuit noſtra ſuccinctior armatura, auerſarūꝗ Perſarum & beluarum ſuffragines concidebat & dorſa. Quos cum Iulianus cauendi immemor diffluxiſſe trepidos, elatis uociferando manibus aperte demonſtrans, iraſꝗ ſequentium excitans audenter effunderet ſemet in pugnam, clamabant hincinde candidati quos diſiecerat terror, ut fugientium molem tanꝗ ruinam male cōpoſiti culminis declinaret: & incertum ſubita equeſtris haſta cute brachij eius præſtricta, coſtis perfoſſis hæſit in ima iecoris fibra. Quam dum auellere dextera manu conatur, acuto utrinꝗ ferro digitorum neruos ſenſit exciſos: & prouolutus iumento, præſentiumꝗ ueloci concurſu relatus in caſtra, medicinæ miniſterijs fouebatur. moxꝗ ubi lenito pauliſper dolore timere deſiit, magno ſpiritu cōtra exitū certās, arma poſcebat & equum: ut reuiſo prælio ſuorum fiduciam repararet, ac uideretur ſui ſecurus alienæ ſalutis ſolicitudine uehementer aſtringi: eo uigore, licet in negotio diſpari, quo Epaminundas ille dux inclytus letaliter apud Mantineā ſaucius & reuerſus ex acie cōquirebat ſolicite ſcutum: quod cum uidiſſet propius, lætior ui uulneris interijt: & qui animam intrepidus amittebat, iacturam clypei formidauit. Sed cum uires parum ſufficerent uoluntati, ſanguiniſꝗ profluuio uexaretur, manſit immobilis: ideo ſpe deinceps uiuendi abſumpta, quod percontando Phrygiam appellari locum ubi ceciderat cōperit. Hic em̄ obiturum ſe præſcripta audierat ſorte. Reducto ad tentoria principe, incredibile dictu eſt, quanto ardore miles ad uindictam ira & dolore feruentior inuolabat, haſtas ad ſcuta concrepans, etiam mori ſi tuliſſet fors obſtinatus. Et quamuis offundebatur oculis altitudo pulueris, & ęſtus caleſcens officeret alacritati membrorum, tamen uelut exauctoratus, amiſſo ductore ſine parſimonia ruebat in ferrum. Contrà animoſius Perſæ ſagittarum uolantium crebritate conſpectum ſolis rapiebant, oppoſitis elephantis: qui tardius gradientes magnitudine corporū criſtarumꝗ horrore pauorem iumentis incutiebant & uiris. Concurſus itaꝗ armatorū & cadentium gemitus, equorum flatus, tinnitus ferri, procul audiebatur, quandiu ſatietate uulnerū partibus feſſis, nox diremit certamina iam tenebroſa. Quinquaginta tum Perſarum optimates & ſatrapę cū plebe maxima ceciderunt, inter has turbas Merena & Nohodare potiſsimis ducibus interfectis. Obſtupeſcat magniloquētia uetuſtatis diuerſis in locis prælia XX Marcelli: Sicium Dentatum adijciat ornatum militarium multitudine coronarū: miretur ſuper his Sergium, qui uicies & ter uulneratus eſt in uarijs pugnis, ut fertur, cuius poſteritatis ultimus Catilina claras gloriarū adoreas ſempiternis maculis obumbrauit. Deformabat tamen triſtitia lætiores euentus. Dum enim hæc poſt diſceſſum ducis ubiꝗ agunt̄, exercitus cornu dextro defatigato, & Anatolio interfecto, qui tūc erat Officiorū magiſter, Salluſtius præfectus actus in exitium præceps, & opera ſui apparitoris ereptus, Phoſphorio amiſſo cōſiliario qui ei aderat, caſu euaſit & fuga: quidāꝗ milites per multa diſcrimina occupato caſtelli uicini præſidio, poſt diem deniꝗ tertiū iungi exercitui potuerunt. Quæ dum ita aguntur, Iulianus in tabernaculo iacens circunſtantes alloquutus eſt demiſſos & triſtes: Aduenit ô ſocij nunc abeundi tēpus è uita, impendio tēpeſtiuū, quam repoſcenti naturæ ut debitor bonæ fidei redditurus exulto: non, ut quidam opinant̄, adflictus & mœrens, philoſophorū ſententia generali perdoctus, quantum corpore ſit beatior animus, & contemplans quoties conditio melior à deteriore ſecernitur, lętandum eſſe potius ꝙ dolendum: illud quoꝗ aduertens, quòd etiam dij cæleſtes quibuſdam pijſsimis mortem tanquam ſummum præmium perſoluerunt. Munus autem id mihi delatū optime ſcio, ne difficultatibus ſuccumberē arduis, neue me projciam unquam aut proſternam, expertus quòd dolores omnes ut inſultāt ignauis, ita perſiſtentibus cedunt, nec me geſtorum pœnitet, aut grauis flagitij recordatio ſtringit

Epaminundas

Iulianus

ſtringit,uel cum in umbra & angulis emendarer,uel poſt principatum ſuſceptum: tan
quam à cognatione cælitum defluentem,immaculatum(ut exiſtimo)conſeruaui,& ci
uilia moderatius regens, & examinatis rationibus bella inferens & repellens: tametſi
proſperitas ſimul utilitasq; conſultorum non ubiq; concordent, quoniam cœptorum
euentus ſuperæ ſibi uindicãt poteſtates. Reputans autem iuſti eſſe finem imperij,obe-
dientium commodum & ſalutem,ad tranquilliora ſemper,ut noſtis,propenſior fui, li-
centiam omnem actibus meis exterminans,rerum corruptricē & morum: gaudensq;,
nedum ſciens,ubicunq; uelut imperioſa parens conſideratis periculis obiecit reſp.ſte-
ti fundatus,turbines calcare fortuitorum aſſueſactus.nec fateri pudebit, interiturū me
ferro dudum didici,fide fatidica præcinente. Ideoq; ſempiternū ueneror numen,quòd
non clandeſtinis inſidijs, nec longa morborum aſperitate, uel delicatorum fine dece-
do, ſed in medio curſu florentium gloriarum hunc merui clarum è medio digreſſum.
Aequo enim iudicio iuxtà timidus eſt & ignauus,qui cum nō oportet,mori deſiderat:
& qui refugiat, cum ſit oportunum. Hactenus loqui uigorē uirium labente, ſufficiat.
Super imperatore uero creando caute reticeo, ne per imprudentiā dignū prætercam:
aut nominatū quem habilem reor,antepoſito forſitan alio,in diſcrimē ultimū trudam:
Opto bonum post me recto-rem ut alumnus aūt reip.frugi,opto bonum poſt me reperiri rectorem. Poſt hæc placide di
cta,familiares opes iunctioribus uelut ſupremo diſtribuens ſtudio, Anatolium quæſi-
uit Officiorū magiſtrū:quem cum beatū fuiſſe Salluſtius reſpondiſſet præfectus, intel-
lexit occiſum: acriterq; amici caſum ingemuit,qui elate ante cōtempſerat ſuum.& flen
tes inter hæc omes qui aderant,autoritate etiā tū integra increpabat, humile eſſe cælo
ſideribusq; conciliatum lugeri principem dicēs. Quibus ideo iam ſilentibus,ipſe cum
Maximo & Priſco philoſophis ſuper animorū ſublimitate perplexius diſputās, hiante
latius ſuffoſsi lateris uulnere, & ſpiritū tumore cohibente uenarū, epota gelida aqua,
quam petijt medio noctis horrore, uita facilius eſt abſolutus,anno ætatis altero & tri-
Mors Iuliani ceſimo: natus apud Conſtantinopolim, à pueritia uſq; parentis obitu deſtitutus Con
ſtantij, quem poſt fratris Conſtantini exceſſum inter complures alios turba conſum-
pſit imperij ſucceſſorum, & Baſilina matre, iam inde à maioribus nobili: uir profecto
heroicis connumerandus ingenijs, claritudine rerum & coalita maieſtate conſpicu-
us. Cum enim ſint, ut ſapientes definiunt, uirtutes quatuor præcipuæ, Temperantia,
Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, eisq; accidentes extrinſecus aliæ, ſcientia rei militaris,
Caſtitas Iuliani autoritas, felicitas atq; liberalitas, intento ſtudio coluit omes ut ſingulas. Et primū ita
inuiolata caſtitate enituit, ut poſt amiſſam coniugem, nihil unq; uenereum attingeret:
illud aduertens quod apud Platonem legitur, Sophoclem tragœdiarum ſcriptorē æta
te grandæuum interrogatum, ecquid adhuc fœminis miſceretur, negantem id adie-
ciſſe, quòd gauderet harum rerū amorē, ut rabioſum quendam effugiſſe dominum &
crudelem. Item ut hoc propoſitū ualidius cōfirmaret,recolebat ſæpe dictum lyrici Ba-
chilidis,quem legebat iucunde,id aſſerentis,quòd ut egregius pictor uultū ſpecioſum
effingit,ita pudicitia celſius conſurgentē uitam exornat. quam labem in adulto robo-
re iuuentutis ita caute uitauit,ut ne ſuſpicione quidem tenus libidinis ullius, uel ſecre
tioris uitæ miniſtris incuſaretur, ut ſæpe cōtingit. Hoc aūt temperantiæ genus imma-
nis iuuit parſimonia ciborū & ſomni,quibus domi foriſq; tenacius utebatur.namq; in
pace eius menſarū tenuitas erat recte noſcentibus admiranda, uelut ad palliū mox re-
uerſuri. per uarios aūt procinctus ſtans interdum more militiæ cibum breuem uilemq;
ſumere uiſebatur. ubi uero exigua dormiendi quiete recreaſſet corpus laboribus indu
ratum, expergefactus explorabat perſemetipſum uigiliarū uices & ſtationū, poſt hæc
ſeria ad arces cōfugiens doctrinarū. & ſi nocturna lumina inter quæ lucubrabat, po-
tuiſſent uoce ulla teſtari, profecto oſtenderant, inter hunc & quoſdā principes multū
intereſſe, quem norant uoluptatibus ne ad neceſsitatē quidē indulſiſſe naturæ. Dein
Prudentia Iuliani prudentiæ eius indicia fuere uel plurima, è quibus explicari ſufficiet pauca. armatæ rei
ſcietiſſimus, & togatę ciuilitati admodū ſtudēs, tantū ſibi arrogās, quantū à contēptu
& inſolētia diſtare exiſtimabat, uirtute ſenior q̄ ætate, ſtudioſus cognitionū omnium,
& indeclinabilis aliquoties iudex, cenſor moribus regēdis acerrimus, placidus opum
contēptor, mortalia cuncta deſpiciēs, poſtremo id prædicabat, Turpe eſſe ſapiēti cum
habeat

habeat animum captare laudes ex corpore. Quibus aũt iuſtitiæ inclaruit bonis, multa
ſignificant: primo, quòd erat pro rerum hominum diſtinctione ſine crudelitate terribi
lis: deinde quòd paucorũ diſcrimine uitia cohibebat, tum aũt quòd minabatur ferro po
tius quàm utebatur. poſtremo, ut multa prætercam, conſtat eum in apertos aliquos ini
micos inſidiatores ſuos ita cõſurrexiſſe mitiſsime, ut pœnarum aſperitatẽ genuina le-
nitudine caſtigaret. fortitudinẽ certaminũ crebritas uſusq; bellorum oſtendit, & pa-
tientia frigorũ immaniũ & feruoris quoq;. corporis munus à milite, ab imperatore ue-
ro animi poſcitur. ipſe trucem hoſtem ictu confecit, audacter congreſſus: ac noſtros ce
dentes obiecto pectore ſuo aliquoties cohibuit ſolus: regnaq; furentiũ Germanorum
excindens, & in puluere uaporato Perſidis, augebat fiduciã militis dimicans inter pri-
mos. Caſtrenſium negotiorũ ſcientiam plura declarant & nota, ciuitatũ oppugnatio-
nes & caſtellorũ, inter ipſos diſcriminum uertices acies figura multiformi compoſitæ,
ſalubriter & caute caſtra metata, prætenturæ, ſtationesq; agrariæ totis rationibus
ordinatæ. autoritas adeo ualuit, ut dilectus artiſsime dum timetur, ac ſi periculorum
ſocius & laborũ, & inter cõcertationes acerrimas animaduerti iuberet in deſides, &
Cæſar adhuc ſine ſtipendio regeret militẽ feris oppoſitum gentibus, ut dudum eſt di-
ctum, alloquutusq; tumẽtes armatos diſceſſurũ ad uitam minaretur priuatã, ni tumul-
tuari deſiſterẽt. Deniq; id pro multis noſſe ſufficiet: exhortatũ eum ſupplici concione
militem Gallicanũ pruinis adſuetum & Rheno, peragratis ſpatijs regionũ extẽtis, per
tepentem Aſſyriam aduſq; cõfinia traxiſſe Medorũ. Felicitas ita eminuit, ut ipſis quo
dãmodo ceruicibus fortunæ aliquandiu bonæ gubernatricis euectus, uictorioſis curſi
bus difficultates ſuperaret immenſas. Et poſt q́ ex occidua plaga digreſſus eſt, quoad
fuit in terris, quieuere nationes oẽs immobiles, ac ſi quodã caduceo leniente munda
no. Liberalitatis eius teſtimonia plurima ſunt & ueriſſima: inter quę indicta ſunt tribu *Liberalitas*
torum admodum leuia, coronariũ indultum, remiſſa debita multa diuturnitate conge- *Iuliani*
ſta, æquata fiſci iurgia cum priuatis, uectigalia ciuitatibus reſtituta cum fundis, abſq;
his, quos uelut iure uendidere præteritæ poteſtates. Quodq; nunq́ augendæ pecuniæ
cupidus fuit, quã cautius apud dominos ſeruari exiſtimabat, id aliquoties prædicans:
Alexandrum Magnum, ubi haberet theſauros interrogatũ, apud amicos, beneuole re
ſpondiſſe. Digeſtis bonis quæ ſcire potuimus, nunc ad explicãda eius uitia ueniamus, *Vitia Iul.*
licet dicta ſunt carptim. Lentioris ingenij: uerũ hoc inſtituto rectiſsimo temperabat,
emendari ſe cum deuiaret à fruge bona permittens. Linguæ fuſioris & admodũ raro
ſilentis: præſagiorum ſciſcitationi nimiæ deditus, ut æquiparare uideretur in hac parte
principem Hadrianum: ſuperſtitioſus magis quàm ſacrorum legitimus obſeruator,
innumeras ſine parſimonia pecudes mactans, ut æſtimaretur, ſi reuertiſſet de Parthis,
boues iam defuturos: Marci illius ſimilis Cęſaris, in quem id accepimus dictum, *οἱ λευ*
κοὶ βόες μάρκῳ τῷ καίσαρι. ἂν συ νικήσῃς, ἡμεῖς ἀπωλόμεθα. Vulgi plauſibus lætus, laudum
etiam ex minimis rebus intemperãs appetitor, popularitatis cupiditate cum indignis
loqui ſæpe adfectans. Veruntamen cum hæc eſſent, æſtimari poterat, ut ipſe aiebat, ue
tus illa iuſtitia quam offenſam uitijs hominum Aratus extollit in cælum, eo imperante
rediſſe rurſus ad terras, ni quædam ad arbitrium agens interdum oſtenderet ſe diſſimi
lem ſui. namq; & iura condidit nõ moleſta, abſolute quædam iubentia fieri uel arcen-
tia, præter pauca. Inter quæ erat inclemens, quòd docere uetuit magiſtros rhetoricos
& grãmaticos Chriſtianos, ne tranſirent à numinum cultu. Illud quoq; itidem parum
ferendum, quòd municipalium ordinũ cœtibus patiebatur iniuſte quoſdã adnecti, uel
peregrinos, uel ab his cõſortijs priuilegijs aut origine lõge diſcretos. Figura talis utiq;
membrorum: mediocris erat ſtaturæ, capillis tanquã pexiſſet mollibus, hirſuta bar-
ba in acutum deſinente ueſtitus, uenuſtate oculorum micantium flagrans, qui mentis
eius anguſtias indicabant, ſupercilijs decoris, & naſo rectiſsimo, ore paulo maiore, la-
bro inferiore diuiſo, opima & incurua ceruice, humeris uaſtis & latis, ab ipſo capite
uſq; ad unguiũ ſummitates liniamentorũ recta cõpage, unde uiribus ualebat & curſu.
Et quoniã eum obtrectatores nouos bellorũ tumult⁹ ad perniciẽ rei cõmunis inſimu-
lant cõcitaſſe, ſciant docente ueritatẽ perſpicue, nõ Iulianum, ſed Conſtantiũ ardores
Parthicos ſuccendiſſe, cum Metrodori mẽdacijs auidius acquieſcit (ut dudum retuli-

mus plenè) uindictæ ſiti ad indignationem excitum: ubi noſtri capti militares aliquo-
ties numeri, urbes exciſæ, rapta munimenta uel diruta, prouinciæ grauibus impenſis
exhauſtæ, & ad effectum tendentibus minis cuncta petebantur à Perſis aduſq; Bi-
thynos & littora Propontidis. at in Gallijs bellorũ tenore gliſcente, diffuſis per noſtra
Germanis, iamq; Alpibus ad uaſtandam Italiam perrumpendis, multa & nefanda per
peſſis hominibus nihil præter lachrymas ſupererat & terrores: ubi & præteritorum re
cordatio erat acerba, & expectatio triſtior impendentium. Quæ omnia iuuenis iſte ad
occiduam plagam ſpecie Cæſaris miſſus, regeſq; pro mancipijs agitans ignobilibus,
cuncta penè mira dictu celeritate correxit. Itaq; ut Orientem pari ſtudio recrearet, ad-
ortus eſt Perſas, triumphum exinde relaturus & cognomentum, ſi conſilijs eius & fa-
ctis illuſtribus decreta cæleſtia congruiſſent. Et cum ſciamus experimẽto, adeo quoſ-
dam ruere improuidos, ut bella interdum uicti, & naufragi repetant maria, & ad diffi-
cultates redeant quibus ſuccubuere ſæpiſsime, ſunt qui reprehendant paria repetiſſe
principem ubiq; uictorem? Nec fuit poſt hæc lamentis aut fletibus locus. Corpore enĩ
curato pro copia rerum & temporis, ut ubi olim ipſe ſtatuerat conderetur: principio lu
cis ſequutæ, quę erat quintum Cal. Iulias, hoſtibus ex omni latere circumfuſis, collecti
duces exercitus, aduocatiſq; legionum principijs & turmarum, ſuper creando princi-
pe conſultabant. Diſciſsiq; ſtudijs turbulentis, Arintheus & Victor, & è palatio Con
ſtantij reſidui de parte ſua quendam habilem ſcrutabantur: contra Neuita & Dagalai-
phus proceresq; Gallorum, uirum talem ex cõmilitio ſuo quæritabant. quæ dum am-
biguntur, nulla uariante ſententia, itum eſt uoluntate omnium ad Salluſtium. eoq; cau
ſante morbos & ſenectutem honoratam, aliquis miles aduertens deſtinatius reluctan-
tem, & quid ageretis ait, ſi id bellum uobis commiſiſſet abſens, ut ſæpe factum eſt, im-
perator? nonne poſthabitis cæteris militem inſtantibus ærumnis eriperetis? id nunc
agite: & ſi Meſopotamiam uidere licuerit, utriuſq; exercitus conſociata ſuffragia legi-
timum principem declarabunt. Inter has exiguas ad tantam rem moras, nondum pen
ſatis ſententijs, ſtimulantibus paucis, ut in rebus extremis eſt factum ſæpe, Iouianus
eligitur imperator: domeſticorum ordinis primus, paternis meritis mediocriter com-
mendabilis. Erat enim Varroniani notiſsimi comitis filius, haud dudum poſt depoſi-
tum militiæ munus ad tranquilliora uitæ digreſsi. Et confeſtim indumentis circunda-
tus principalibus, ſubitoq; productus è tabernaculo per agmina iam diſcurrebat pro-
ficiſci parantia. & quoniam acies aduſq; lapidem quartum porrigebatur, anteſignani
clamare quoſdam Iouianum audientes Auguſtum, eadem multo magis ſonabant: gen
tilitate enim propè perciti nominis, quod una litera diſcernebat, Iulianum recreatum
arbitrati ſunt deduci magnis fauoribus ut ſolebat. uerùm cum incuruus ille uiſus &
longior aduentaret, ſuſpicati quod acciderat, in lachrymas effuſi ſunt omnes atq; lu-
ctum: quòd ſi grauis quidam æquitatis præuaricator in ultimo rerum ſpiritu factum
criminatur improuide, nauticos idem iuſtius incuſabit, amiſſo perito nauigandi magi-
ſtro, ſæuientib. flabris & mari, quòd clauos regendæ nauis cuilibet periculi ſocio com-
miſerunt. his ita cæco quodam iudicio fortunæ peractis, Iouianorũ ſignifer quos Var-
ronianus rexerat, dudum cum nouo diſsidens principe, etiam tum priuato, ut patris
eius obtrectator immoderatus, periculum ex inimico metuens iam communia ſuper-
greſſo, diſceſsit ad Perſas: ac data dicendi copia quæ ſciret, docet Saporẽ iam propin-
quantem, extincto quem uerebatur, turbine concitato calonũ ad umbram imperij Io-
uianum adhuc protectorem adſcitum, inertem quendam & mollem. Hoc ille audito,
quòd ſemper trepidis uotis expetebat, & inopina proſperitate elatus, multitudine ex
regio equitatu adiuncta his qui dimicauere nobiſcum, celeri diſpoſuit gradu agminis
noſtri inuadi terga. Poſtremũq; dum ultro citroq; ordinantur hoſtiæ pro Iouiano, extis
inſpectis pronunciatum, eum omnia perditurum, ſi intra uallum remanſiſſet, ut cogi-
tabat, ſuperiorem uerò fore, profectum. proinde egredi iam cœptantes adoriũtur nos
elephãtis præuijs Perſæ: ad quorum fremitum acceſſumq; terribilem equis inter initia
turbatis & uiris, Iouiani & Herculani occiſis beluis paucis, cataphractis equitib. acri-
ter reſtiterunt. Deinde legiones Iouiorum atq; Victorum laborantibus ſuis ferentes
auxilium, elephantes duos ſtrauerunt cum hoſtium plebe nõ parua. & in læuo prælio

uiri periere fortiſſimi, Iulianus & Macrobius & Maximus legionū tribuni, quæ tunc primas exercitus obtinebant. hisq́ ſepultis ut rerum anguſtiæ permiſerunt, prope con finia noctis, cum ad caſtellum Sumere nomine citis paſſibus tenderemus, iacens Ana tolij corpus eſt agnitum, quod tumultuaria opera terræ mandatum eſt. hic & milites ſexaginta cum palatinis recepimus, quos in munimentum Vacatum confugiſſe retuli mus. Sequuto inde die pro captu locorum aperta in ualle caſtra ponūtur, uelut mura li ambitu circumclauſa, preter unum exitum, eundemq́ patentem, undiq́ in modum mucronum præacutis ſudibus fixis. Hocq́ uiſo, è ſaltibus nos hoſtes diuerſitate telo-rum, ac uerbis turpibus inceſſebāt, ut perfidos & lectiſſimi principis peremptores: au-dierant enim ipſis quoq́ referentibus transfugis, rumore iactato incerto, Iulianum te lo cecidiſſe Romano. Auſi deniq́ inter hæc equitū cunei porta perrupta prætoria pro pe ipſum tabernaculum principis aduenire, occiſis multis ſuorum & uulneratis, ui re-pulſi ſunt magna. Egreſſi exinde, proxima nocte Charcham occupauimus, locū ideo tutum quòd riparum aggeribus humana manu deſtructis, ne Saraceni deinceps Aſſy riam perſultarēt, noſtorū agmina nullus ut antè uexabat. Cumq́ his Cal. Iulijs ſtadijs triginta confectis, ciuitatem nomine Duram aduentaremus, fatigatis iumentis, uecto res eorum nouiſſimi pedibus incedentes, à Saracena multitudine circūſepti protinus interiſſent, ni expeditiores turmæ noſtrorū opem laborantibus attuliſſent. Hos autem Saracenos ideo patiebamur infeſtos, quòd ſalaria muneraq́ plurima Iuliano ad ſimili tudinem præteriti temporis accipere uetiti, queſtiq́ apud eum, ſolum audierant, Impe ratorem bellicoſum & uigilantem ferrum habere non aurum. In hoc loco Perſarū ob-ſtinatione tritum eſt quadriduum. nam progredientes nos ſequebantur crebris laceſſi-tionibus retrahentes: cum ſtaremus ut pugnaturi, gradum ſenſim referentes moris diu turnis excruciabant. Iamq́ (ut ſolent extrema metuentibus etiā ficta placere) fama cir-cunlata, fines haud procul limitum eſſe noſtrorū, exercitus uociferans immodeſte, da-ri ſibi copiam tranſeundi Tigridis flagitabat. Quibus oppoſitus cum rectoribus impe rator, tumentēq́ iam canis exortu ſideris amnem oſtendēs, ne ſe periculoſis cōmitte-rent gurgitibus exorabat: nandi imperitos eſſe cōplures adſerēs, ſimulq́ adijciens, ho-ſtiles manus hincinde margines ſuperfuſi fluminis occupaſſe. Sed cum hæc ſæpe con geminando refragaretur incaſſum, milesq́ conclamans magno contentionis fragore minaretur extrema, edicit imperator ut ſiſtatur agmen, & aſſueti nare Galli amnē pri mi omnium penetrarent: ut ijs magnitudine fluentorū abreptis, reſiduorum pertina-cia frangeretur, aut ſi id perfeciſſent innocui, tranſitus fidentior tentaret. Electiq́ ſunt ad id negotium habiles, qui maxima præ cęteris flumina tranſmeare in regionibus ge nuinis à prima pueritia ſunt inſtituti: & cum latendi copiam nocturna quies daret, tan quam è tranſenna ſimul emiſſi, ſpe citius ripas occupauere cōtrarias: Perſarumq́ con-culcatis pluribus & truncatis, quos loca ſeruare diſpoſitos, ſecuritas placido uinxerat ſomno, efficacis audaciæ ſignum elatis manibus contortiſq́ ſpiculis oſtendebant. hoc longe conſpecto, ardens ad tranſitum miles ea mora tantūmodo tenebatur, quòd utri-bus è cæſorum animalium corijs coagmentare pontem architecti promittebant. Quæ dum uanis conatibus agitantur, rex Sapor & procul abſens, & cum propè ueniſſet: ex ploratorū perfugarūq́ ueris uocibus docebatur, fortia facta noſtrorū, fœdas ſuorum ſtrages, & elephantes quot nunq́ rex antè meminerat interfectos. exercitumq́ Roma num continuis laboribus induratum, poſt caſum glorioſi rectoris nō ſaluti ſuæ ut me-morabat conſulere, ſed uindictæ, difficultatēq́ rerum inſtantium aut uictoria ſumma aut morte memorabili finiturum. Ob quæ reputabat multa & formidanda: diffuſum abunde militem per prouinciales leui teſſera colligi poſſe expertus, & ſciēs populum ſuum poſt amiſſam maximā plebem ultimis terroribus deformatū, ſimul cōperiens, in Meſopotamia relictum haud multo minorem exercitū. quæ ſuper omnia hebetarunt eius anxiam mentē, uno pariq́ natatu quingenti uiri tranſgreſſi tumidum flumen in-columes, cuſtodibusq́ confoſſis reliquos conſortes ſuos ad ſimilem fiduciam conci-tantes. Hæc inter cum neq́ pontes compaginari paterentur undæ torrentes, & abſum ptis omnibus quæ mandi poterāt utilibus, exacto miſerabiliter biduo, furebat inedia iraq́ percitus miles, ferro properans quàm fame ignauiſsimo genere mortis abſumi.

Erat tamen pro nobis æternum dei cæleſtis numen: & Perſæ præter ſperata priores ſuper fundanda pace oratores Surenam & optimatem alium mittũt, animos ipſi quoque deſpondentes, quos omnibus penè prælijs pars Romana ſuperior grauius quaſſabat indies. conditiones autem ferebant difficiles & perplexas, fingentes humanorum reſpectu reliquias exercitus redire ſinere clementiſsimum regem, quæ iubet ſi impleuerit cum primatibus Cæſar. Contra hos cum Salluſtio præfecto mittitur Arintheus: & dum deliberatur examinatius quid fieri deberet, dies quatuor ſunt euoluti inedia cruciabiles, & omni ſupplicio triſtiores. Quo temporis ſpatio antequam hi mitterentur ſi abuſus princeps paulatim terris hoſtilibus exceſſiſſet, profecto ueniſſet ad præſidia Corduenæ, & uberis regionis & noſtræ, ex eo loco in quo hæc agebantur centeſimo lapide diſparatæ. Petebat autẽ rex obſtinatius, ut ipſe aiebat, ſua dudum à Maximiano erepta, ut docebat aũt negotium, pro redemptione noſtra, quinque regiones Tranſtigritanas: Arzanenam & Moxoenã & Zabdicenam, itidemque Rehimenã, & Corduenam cum caſtellis quindecim, & Niſibin, & Singaram, & caſtra Maurorũ, munimentum perquam opportunum. & cum pugnari decies expediret, ne horum quicquam dederetur, adulatorum globus inſtabat timido principi, Procopij metuendũ ſubferens nomen: eumque adfirmans, niſi rediret, cognito Iuliani interitu cum intacto milite, quem regebat, nouas res nullo renitente facile moliturum. Hac pernicioſa uerborum ille ad fiduitate nimia ſuccenſus, ſine contatione tradidit omnia quæ petebãtur, difficile hoc adeptus ut Niſibis & Singara ſine incolis tranſirent in iura Perſarum, à munimentis uerò alienandis reuerti ad noſtra præſidia & Romana permitterent. Quibus exitiale aliud acceſſit & impiũ, ne poſt hæc ita cõpoſita Arſaci poſcenti contra Perſas ferretur auxilium amico nobis ſemper & fido: quod ratione gemina cogitatum eſt: ut puniretur homo, qui Chiliocomũ mandato uaſtauerat principis, & ut remaneret occaſio per quam ſubinde licenter inuaderetur Armenia. unde poſtea contigit ut uiuus caperetur idem Arſaces, & Armeniæ maximum latus Medis conterminans, & Artaxata, inter diſſentiones & turbamẽta raperent Parthi. Quo ignobili decreto firmato, ne quid cõmitteretur per inducias cõtrarium pactis, obſidatus ſpecie uiri celebres alii inſecus dantur, Neuita, & Victor ex parte noſtrorũ, & Mellobaudes, inſignium numerorum tribuni: ex parte uerò diuerſa Bineſes è numero nobilium optimatum, tresque alij ſatrapę non obſcuri. Fœderata ita pace annorum triginta, eaque iuriſiurandi religionibus conſecrata, reuerſi itineribus alijs, quoniam loca contigua flumini ut confragoſa uitabantur & aſpera, potus inopia premebantur & cibi. Et pax ſpecie humanitatis indulta, in perniciem eſt uerſa multorum: qui fame aduſque ſpiritum lacerati poſtremũ, ideoque latenter progreſſi, aut imperitia nandi gurgite fluminis abſorbebãtur: aut ſi undarum ui ſuperata uenirent ad ripas, à Saracenis, uel Perſis, quos (ut diximus) pauloante exturbauere Germani, cædebantur ut pecora, uel longius amandati ſunt uenundandi. Vbi uerò tranſeundi amnis aperte ſignum dedere buccinæ concrepantes, immane quo quantoque ardore temere rapiendo momẽta periculorum, ſemet quiſque, reliquis omnibus anteponens uitare multa & terribilia feſtinabat: & pars cratibus temere textis iumenta retinentes hincinde natantia, alij ſuperſidentes utribus, quidam diuerſa in neceſsitatis abrupto uerſantes, undarum occurſantium fluctus obliquis meatibus penetrabant. Imperator ipſe breuibus lembis, quos poſt exuſtam claſſem docuimus remanſiſſe, cum paucis tranſuectus, eadem nauigia ultro citroque diſcurrere ſtatuit, dum omnes conueheremur. Tandemque uniuerſi præter merſos ad ulteriores uenimus margines, fauore ſuperi numinis, diſcrimine per difficiles caſus extracti. Dum nos pendentium ærumnarum opprimit timor, compertum eſt procurſatorum indicio, Perſas pontem iungere procul è noſtro cõſpectu, ut poſt firmatã pacem & fœdera ſopitis belli turbinibus, incurioſius gradientes ægros, & animalia peterent diu defatigata. uerùm cum ſe proditos aduertiſſent, à conatu nefario deſtiterunt. Hac etiam ſuſpicione iam liberi, properantesque itineribus magnis prope Hatram uenimus, uetus oppidum in media ſolitudine poſitum, olimque deſertum, quod eruendum adorti temporibus uarijs Traianus & Seuerus principes bellicoſi, cum exercitibus penè deleti ſunt, ut in eorum actibus has quoque digeſsimus partes. unde cognito per porrectã planiciẽ aduſque

lapidem

lapidem ſeptuageſimum in regionibus aridis nec aquam inueniri poſſe prçter ſalſam & fœtidã, nec ad uictum aliquid niſi abrotanũ & abſinthiũ & dracontion aliaq; herbarum genera triſtiſſima, uaſa quæ portabantur, aquis impleta ſunt dulcibus: & mactatis camelis iumentiſq; alijs alimenta quæſita ſunt licet noxia. Et uia ſex dierum emenſa, cum ne gramina quidẽ inuenirentur ſolatia neceſſitatis extremæ, dux Meſopotamiæ Caſsianus, & tribunus Mauricius pridem ob hoc miſſus, ad Vr nomine Perſicum uenere caſtellum, cibos ferentes ex his, quos relictus cum Procopio & Sebaſtiano exercitus parcius uictitans conſeruarat. Hinc Procopius alter notarius, & Memorius militaris tribunus, ad tractus Illiricos mittuntur & Galliarũ, nuntiaturi Iuliani mortem, & Iouianum poſt eius obitum ad culmen Auguſtum euectũ. quibus mandauerat princeps, ut Lucillianum ſocerum ſuum poſt depoſitum militiæ munus digreſſum ad otium, morantemq; eo tempore apud Sirmium, oblatis magiſterij equitũ & peditum codicillis, quos ijſdem tradiderat, properare Mediolanum urgerent, res firmaturum ancipites: & quod magis metuebatur, ſi caſus quidam noui exurgerent opponendum. Quibus ſecretiores addiderat literas, Lucillianum itidem monens, ut quoſdam lectos exploratæ induſtriæ fideiq; duceret ſecum, adminiculis eorum uſurus pro incidentium captu negociorum. prudentiq; conſilio Malarichum ex familiaribus negotijs agentem etiam tum in Italia, miſsis inſignibus Iouino iuſsit ſuccedere armorum magiſtro per Gallias, gemina utilitate præſpeculata: ut & dux meriti celſioris ideoq; ſuſpectus abiret è medio, & homo inferioris ſpei ad ſublimiora prouectus autoris ſui nutantem adhuc ſtatum ſtudio fundaret ingenti. Iuſſum eſt autem ad implenda hæc percurſuris extollere ſeriem geſtorum in melius, & rumores quaqua irent breues diffundere, concinentes procinctum Parthicum exitu proſpero terminatum: additiſq; feſtinando itineri noctibus, prouinciarum militiæq; rectoribus inſinuare noui principis ſcripta, omniumq; ſententijs occultius ſciſcitatis remeare uelociter cum reſponſis, ut comperto quid in longinquis agatur, principatus roborandi matura conſilia quærantur & cauta. hos tabellarios fama prægrediens, index triſtium caſuum uelociſsime per prouincias uolitabat: & gentes maximeq; omnium Niſibenos acerbo dolore perculſit, cum urbem Sapori deditam comperiſſent: cuius iram metuebant & ſimultates, recolentes quæ aſsidue pertulerit funera eam ſæpius oppugnare conatus. Conſtabat eñ orbem eoum in ditionem potuiſſe tranſire Perſidis, niſi hçc ciuitas habili ſitu & mœnium magnitudine reſtitiſſet. miſeri tamen licet maiore uenturi pauore cõſtringerẽtur, ſpe tamen ſuſtentari potuerunt exigua: hac ſcilicet, quòd uel ſuopte motu, uel exoratus eorum precibus imperator eodem ſtatu retinebit urbem, Orientis firmiſsimum clauſtrum. Dum geſtorum ſeriem ubiq; rumores diffunditant uarij, in exercitu abſumptis commeatibus paucis, quos aduectos prædiximus, in corpora ſua neceſsitas erat humana uertenda, ni iumentorum caro cæſorum aliquatenus perduraſſet: unde effectum eſt ut & armorum pleraque proijcerentur & ſarcinarum. Adeo enim atroci tabuimus fame, ut ſi uſquam modius unus farinæ fuiſſet repertus (quod raro contigerat) aureis decem mutaretur ut minus. Profecti exinde Thiſalphata uenimus, ubi Sebaſtianus atq; Procopius cum tribunis principijſq; militum ſibi ad tuendam Meſopotamiam commiſſorum, ut poſcebat ſolennitas, occurrerunt, & ſequebantur benigne ſuſcepti. Poſt quæ itinere feſtinato Niſibi cupide uiſa extra urbem ſtatiua caſtra poſuit princeps: rogatuſq; enixe precante multiplici plebe, ut ingreſſus palatium more ſuccederet principum, pertinaciter reluctatus eſt, erubeſcens agente ſe intra muros, urbem inexpugnabilem iratis hoſtibus tradi. Ibi tunc ueſpera tenebrãte, raptus à cœna Iouianus, primus inter notarios omnes, quem obſidione ciuitatis Maiozamalchæ per cuniculum docuimus euaſiſſe cum alijs, ductuſq; deuiũ ad locum, & præceps actus in puteum ſiccum, obrutus eſt ſaxorum multitudine ſuperiecta: hanc profecto ob cauſam, q Iuliano perẽpto, ipſe quoq; nominatus à paucis ut imperio dignus, nec poſt creatum Iouianum egit modeſte: ſed ſuſurrans ſuper negotio quædam audiebatur, inuitabatq; ad cõuiuia ſubinde militares. Poſtridie Bineſes unus ex Perſis, quem inter alios excellere diximus, mandata regis cõplere feſtinans, promiſſa flagitabat inſtanter: & principe permittente Romano ciuitatem ingreſſus, gentis ſuç ſignum ab arce extulit, cõmi-

Caſsianus

Niſibeni

grationem è patria ciuibus nuncians luctuoſam. & uertere ſolum extẽplo omnes præcepti manus tendentes orabant, ne imponeretur ſibi neceſsitas abſcedendi, ad delendendos penates ſe ſolos ſufficere ſine alimentis publicis adfirmãtes & milite, ſatis confiſi ad futurã iuſtitiam pro genitali ſede dimicaturis, ut experti ſunt ſæpe. Et ſic quidem ſuppliciter ordo & populus precabatur, ſed uentis loquebatur incaſſum, imperatore, ut fingebat alia metuens, periurij piacula declinante. Tum Sabinus fortuna & genere inter municipes clarus, ore uolubili replicabat, Conſtantium immani crudeſcẽte bellorum materia ſuperatum à Perſis interdum, deductumq́ poſtremo per fugam cum paucis ad Hibitam ſtationẽ intutam, panis fruſto uixiſſe precario ab anu quadam agreſti porrecto, nihil tamen ad diem perdidiſſe ſupremũ: Et Iouianum inter exordia principatus prouinciarum muro ceſsiſſe, cuius obijce iam inde à uetuſtate innoxiæ permanſerunt. Cumq́ nihil promoueretur, iuriſiurandi religionem principe deſtinatius prætendente: cum oblatam ei coronam aliquandiu recuſans coactus deniq́ ſuſcepiſſet, Siluanus quidam cauſarum defenſor confidentius exclamans, Ita, inquit, imperator à ciuitatibus reſiduis coroneris. Quo uerbo exaſperatus, intra triduum omnes iuſſit excedere mœnibus, deteſtãtes rerum præſentium ſtatum. Appoſitis itaq́ compulſoribus, mortem ſi qui diſtulerint egredi minitantibus, mœnia permixta ſunt lamentis & luctu: & per omnia ciuitatis membra una uox cunctorum erat gemẽtium, cum laceraret crines matrona exul fugãda laribus in quibus nata erat & educata, orbataq́ mater liberis & coniuge uiduata, procul ab eorum manibus pelleretur: & turba flebilis poſtes penatum amplexa uel limina lachrymabat. exin uariæ complentur uiæ, qua quiſq́ poterat dilabentium: properando enim multi furabantur opes proprias quas uehi poſſe credebant, contempta reliqua ſupellectili pretioſa & multa: hanc enim relinquebant penuria iumentorum. Tu hoc loco fortuna orbis Romani merito incuſaris, quæ difflantib. procellis remp. excuſſa regimenta perito rei gerendæ ductori conſummando iuueni porrexiſti: quem nullis ante actæ uitæ inſignibus in huiuſmodi negotijs cognitum, nec uituperari eſt æquum nec laudari. Illud tamen ad medullas uſq́ bonorum peruenit: quòd dum extimeſcit ęmulũ poteſtatis, dumq́ in animo Gallias & Illyricum uerſat, quoſdam ſæpe ſublimiora cœptaſſe, famam aduẽtus ſui pręuenire feſtinans, indignum imperio facinus amictu periurij fugiendi commiſit, Niſibi perdita: quæ iam inde à Mithridatici regni temporibus, ne Oriens à Perſis occuparetur, uiribus reſtitit maximis. Nunq́ enim ab urbis ortu inueniri poteſt, annalibus replicatis, ut arbitror, terrarum partes ullas noſtrarũ ab imperatore uel COS. hoſti cõceſſas: & ne ob recepta quidem quæ direpta ſunt, uerũ ob amplificata regna triumphales glorias fuiſſe delatas. Vnde P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, Fuluio Capua poſt diuturna certamina ſuperata, & Opimio poſt diuerſos exitus præliorũ, Fregellanis tunc interneciuis hoſtibus ad deditionẽ compulſis, triumphi ſunt denegati. Id etiã memoriæ nos ueteres docent: in extremis caſibus icta cum ductore fœdera poſtq́ partes uerbis iurauere conceptis, repetitione bellorũ ilico diſſoluta: ut temporibus priſcis apud furcas Caudinas ſub iugum legionibus miſsis in Samnio, & per Albinũ in Numidia ſceleſte pace cogitata, & autore turpiter pactionis feſtinatæ Mancino dedito Numantinis. Proinde extractis ciuibus, & urbe tradita, miſſoq́ tribuno Conſtantio, qui munimenta præſidiaria cum regionibus Perſicis optimatibus adſignaret, cum Iuliani ſupremis Procopius mittitur, ea ut ſuperſtes ille mãdarat humaturus in ſuburbio Tarſenſi. qui ad exequẽdum profectus, cõfeſtim corpore ſepulto diſceſsit, nec inueniri uſquam potuit ſtudio quæſitus ingenti, niſi quòd multo poſtea apud Conſtantinopolim uiſus eſt ſubito purpuratus. His hoc modo peractis diſcurſiſq́ itineribus, Antiochiam uenimus, ubi per cõtinuos dies uelut offenſo numine multa uiſebantur & dira: quorum euentus fore luctificos, gnari rerum prodigialium præcinebant. nam & Maximiani ſtatua Cæſaris locata in ueſtibulo regiæ, amiſit repente ſphærã æream formatã in ſpeciem poli quam geſtabat: & cum horrendo ſtridore ſonuerunt in conſiſtorio trabes: &

Cometæ uiſa ſunt interdiu ſidera cometarum, ſuper quorum natura ratiocinantes phyſici uariant. Quidam eñ eos hoc nomine ideo exiſtimãt adpellari, quòd per tortos ignes ſparguntur crines, in unum ſtellis multiplicibus cõgregatis. Alij eos arbitrantur ex halitu

ſicciore

ſicciore terrarum igneſcere, paulatim in ſublimiora ſurgente. Quidam currẽtes radios ſolis, denſiore nube obiecta digredi ad inferiora prohibitos, ſplendore infuſo corpori craſſo, lucem uelut ſtellis diſtinctã mortali conſpectu monſtrare. ſedit quorũdam opinioni, hanc ſpeciem tunc apparere, cum tracta ſolito celſius nubes æternorum ignium uicinitate colluceat: uel certe ſtellas eſſe quaſdam cæteris ſimiles, quarũ ortus obitusq́; quibus ſint temporibus præſtituti, humanis mentibus ignorari. Plura alia de cometis apud peritos mundanæ rationis ſunt lecta: quæ digerere nunc uetat alіorſum oratio properans. Moratum pauliſper Antiochiæ principẽ, curarumq́; diuerſis ponderibus adflictum, exeundi mira cupiditas agitabat. proinde nec iumento parcens, nec militi, flagranti hyeme inde profectus, ſignis, ut dictũ eſt, uetantibus plurimis, Tarſum urbẽ Cilicum nobilem introijt, cuius originem docuimus ſuprà. Exindeq́; egredi nimiũ properans, exornari ſepulchrum ſtatuit Iuliani, in pomœrio ſitum itineris, quod ad Tauri montis anguſtias ducit: cuius ſuprema & cineres, ſi quid tunc iuſte conſuleret, nõ Cydnus uidere deberet, quamuis gratiſsimus amnis & liquidus: ſed ad perpetuandam gloriam recte factorum præterlaberetur Tiberis interſecans Vrbem æternã, Diuorũq́; ueterum monumẽta perſtringens. Inde Tarſo profectus extentis itineribus, uenit oppidum Cappadociæ Tyana: ubi ei reuerſi Procopius notarius & Memoridus tribunus occurrunt, geſtorumq́; aperiunt textum, hinc ut ordo poſcebat exorſi, quòd Lucillianus Mediolanũ ingreſſus cum Seniaucho & Valẽtiniano tribunis, quos duxerat ſecum, cognito quòd Malaricus recuſauit ſuſcipere magiſterium, effuſo curſu petierat Remos: & tanq́; in alto gentis ſilentio, extra calcem, ut dicitur, procurrebat: & intempeſtiue parum etiã tum firmatis omnib. ex Acturio ratiocinijs ſcrutandis incubuit. qui fraudum conſcius & noxarum ad militaria ſigna cõfugit: finxitq́; Iuliano ſuperſtite in res nouas quendam medium ſurrexiſſe. cuius fallacijs turbo militaris acerrime concitus Lucillianum & Seniauchum occidit. Valentinianũ enim paulo poſtea principem, trepidum, & quò cõfugeret ambigentem, Primitiuus hoſpes tutius amãdarat. His ita triſtibus lætum aliud addebatur, miſſos à Iouino milites aduẽtare, quos Capita ſcholarum ordo caſtrenſis appellat, nuntiantes æquo animo Iouiani imperium amplecti exercitum Gallicanum. Quibus compertis, Valentiniano qui cum his redierat regenda ſcutariorum ſecunda committitur ſchola, & Vitalianus conſortio domeſticorũ iungitur, Herulorũ è numero miles, qui multo poſtea auctus Comitis dignitate male rem per Illyricum geſsit. confeſtimq́; mittitur in Gallias Arintheus, ferens literas ad Iouinum, ut conſtanter ageret ſuum obtinens locum: eiq́; mandatum eſt, ut animaduerteretur in concitorem tumultus, autoresq́; ſeditionis ad comitatum uincti tranſmitterentur. Poſt quæ ut uidebatur expedire diſpoſita, apud Aſpuna Galatiæ municipium breue, Gallicani milites uiſi principi: ingreſſiq́; conſiſtorium poſt audita gratanter quæ pertulerant, munerati redire iubentur ad ſigna. & cum introiſſet Ancyram imperator paratis ad pompam pro tempore neceſſarijs, conſulatũ inijt adhibito in ſocietatem trabeæ Varroniano filio ſuo admodum paruulo: cuius uagitus, pertinaciter reluctans ne in curuli ſella ueheretur ex more, id quod mox accidit portendebat. Hinc quoq́; Iouianum celeri gradu præſcriptus uitæ finiendæ dies exegit. cũ enim ueniſſet Dadaſtanam, qui locus Bithyniam diſtinguit & Galatas, exanimatus inuẽtus eſt nocte: ſuper cuius obitu dubitationes emerſere complures. fertur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequiuiſſe, uel extuberato capite periſſe ſuccenſione prunarum immenſa, aut certe ex colluuione ciborum auida cruditate diſtentus. Deceſsit autem anno triceſimo ætatis & tertio. Cumq́; huic & Aemiliano Scipioni uitæ exitus ſimilis eueniſſet, ſuper neutrius morte quæſtionem comperimus agitatam. Incedebat autem motu corporis graui, uultu lætiſsimo, oculis cæſiis, uaſta proceritate & ardua, adeo ut diu nullum indumentum regium ad menſuram eius aptum inueniretur: & æmulari malebat Conſtantium, agens ſeria quædam aliquoties poſt meridiem: iocariq́; palàm cum proximis adſuetus. Chriſtianæ legis idem ſtudioſus, & nonnunquam honorificus, mediocriter eruditus, magisq́; beneuolus, & perpẽſius, ut apparebat ex paucis quos promouerat, iudices electurus: edax tamen & uino Venerique indulgens, quæ uitia imperiali uerecundia forſitan correxiſſet. Dicebatur autem Varronianus pater eius mo-

Ee 3 nitũ

Sepulchrum Iuliani

Capita ſcholarum

Iouiani mors

nitu cuiuſdam ſomnij dudum præſciſſe quod euenit: idq; duobus amicis commiſiſſe fidiſsimis, illo adiecto quod ipſi quoq; deferẽ trabea conſularis. ſed impetrato uno, adipiſci non potuit aliud. audita enim filij celſiore fortuna, antequam eum uideret, fatali præuentus eſt morte. Et quia huic nomini ampliſsimum magiſtratum portendi, per quietem prædictum eſt ſeni, Varronianus nepos eius infans etiam tum cum Iouiano patre declaratus eſt, ut ſuprà retulimus, conſul.

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER VIGESIMVSSEXTVS

DICTIS impenſiore cura rerum ordinibus aduſq; memoriæ confinia propioris, conuenerat iam referre à notioribus pedem, ut & pericula declinentur ueritatis ſæpe contigua, & examinatores contexendi operis deinde non perferamus intempeſtiuos, ſtrepentes ut læſos, ſi præteritum ſit quod locutus eſt imperator in cœna, uel omiſſum quã ob cauſam gregarij milites coerciti ſunt apud ſigna & quòd non decuerat in deſcriptione multiplici regionum ſuper exiguis ſilere caſtellis: quodq; cunctorum nomina qui ad Vrbani prætoris officium conuenere non ſunt expreſſa: & ſimilia plurima præceptis hiſtoriæ diſſonantia, diſcurrere per negociorũ celſitudines adſuetæ, nõ humilium minutias indagare cauſarum: quas ſi ſcitari uoluerit quiſpiam, indiuidua illa corpuſcula uolitantia per inane, atomos, ut nos appellamus, numerari poſſe ſperabit. hæc quidam ueterum formidantes, cognitiones actuum uariorum ſtilis uberibus explicatas non edidere ſuperſtites, ut in quadam ad Cornelium Nepotem epiſtola Tullius quoq; teſtis reuerendus adfirmat. Proinde inſcitia uulgari contempta, ad reſidua narranda pergamus. Hac uolubilium caſuum diritate exitu luctuoſo finita obituq;, interuallato breui tempore, principis corpore curato defuncti, miſſoq; Conſtantinopolim ut inter Auguſtorum reliquias conderetur, progreſſo Niceam uerſus exercitu, quæ in Bithynia mater eſt urbium, poteſtatum ciuilium militiæq; rectores magnitudine curarum adſtricti communium, interq; eos quidam ſpe uana ſufflati, moderatorem quæritabant diu exploratum & grauem: & rumore tenus obſcuris paucorum ſuſurris nomen perſtringebatur Equitij, ſcholæ primæ ſcutariorum etiam tum tribuni. qui cum potiorum autoritate diſplicuiſſet, ut aſper & ſubagreſtis, tranſlata eſt ſuffragatio leuis in Ianuariũ Iouiani ad finem, curantem ſummitatem neceſsitatum caſtrenſium per Illyricum. quo itidem ſpreto, quia procul iacebat, ut aptus ad id quod quærebatur atq; conueniens, *Valentinianus electus* Valentinianus nulla diſcordante ſententia numinis aſpiratione cæleſtis electus eſt, agens ſcholã ſcutariorum ſecundam, relictusq; apud Ancyram, poſtea ſequuturus ut ordinatum eſt. Et quia nullo renitente hoc è rep. uidebatur, miſsis qui eum uenire ocyus admonerent, diebus decem nullus imperij tenuit gubernacula: quod tunc eueniſſe, extis Romæ inſpectis aruſpex dixerat Marcus. Inter hæc tamen, ne quid nouaretur contrarium placitis, neue armatorum mobilitas ſæpe uerſabilis ad præſentium quendam inclinaret arbitrium, attente prouidebat Equitius & cum eo Leo, adhuc ſub Dagalaipho magiſtro equitum rationes numerorum militarium tractans, exitialis poſtea magiſter officiorum, exercitus uniuerſi iudicium quantum facere nitiq; poterant, ut Pannonij fautoresq; principis deſignati formantes. qui cum ueniſſet accitus, implẽdiq; negotij præſagus, ut ſubodorari dabatur uel ſomniorũ adſiduitate, nec uideri die ſecundo, nec prodire in mediũ uoluit, biſſextũ uitans Februarij menſis tunc illuceſcẽs, quod aliquoties rei Romanæ fuiſſe cognorat infauſtũ: cuius notitiã certã deſignabo. Spatiũ anni uertẽtis id eſſe periti mundani motus & ſiderũ definiunt ueteres, inter quos Menon & Euctemon & Hipparchus & Archimedes excellunt, cum ſol perenni rerũ ſublimiũ lege polo percurſo ſignifero quem Zodiacũ ſermo Græcus appellat, trecẽtis & ſexaginta quinq;

quinq; diebus emenſis & noctibus ad eundem redierit cardinẽ:ut uerbo tenus, ſi à ſecunda elatus arietis, ad eam dimenſione redierit terminata. Sed anni interuallũ ueriſsimum memoratis diebus & horis ſex aduſq; meridiem cõcluditur plenã:anniq; ſequentis erit poſt horam ſextam initium, porrectum ad ueſperam. Tertius à prima uigilia ſumens exordiũ, ad horam noctis extẽditur ſextam. Quartus à media noctis uſq; ad claram trahitur lucem. Ne igitur hæc computatio uariantibus annorũ principijs, & quodam poſt horam ſextam diei, alio poſt ſextã excurſo nocturnã, ſcientiam omnem ſqualida diuiſione confundat, & autumnalis menſis inueniatur quandoq; uernalis, placuit ſenas illas horas, quæ quadriennio uiginti colliguntur atq; quatuor, in unius diei noctiſq; adiectæ tranſire menſuram. Hocq; alte cõſiderato, eruditis concinentibus multis effectum eſt, ut ad unum diſtinctũq; exitum conuerſio curſus anni reuoluta, nec uaga ſit, nec incerta, nulloq; errore deinceps obumbrata ratio cœleſtis appareat, & menſes tempora retineant præſtituta. Hæc nondum extentis fuſius regnis diu ignorauere Romani, perq; ſecula multa obſcuris difficultatibus implicati, tunc magis errorũ profunda caligine fluctuabãt, cum in ſacerdotes poteſtatẽ tranſtuliſſent intercalandi: qui libenter gratificantes publicanorũ uel litigantiũm cõmodis, ad arbitriũ ſuum detrahebant tempora uel augebant. hocq; excepto emerſerũt alia plurima quæ fallebant, quorum meminiſſe nunc ſuperuacuũ puto. Quibus abolitis, Octauianus Auguſtus Græcos ſequutus, hanc incõſtantiam correcta turbatione cõpoſuit, ſpatijs duodecim menſium & ſex horarũ magna deliberatione collectis: perq; duodecim ſiderum domicilia ſol diſcurrens motibus ſempiternis, anni totius interualla cõcludit, quam rationẽ biſſexti probatã, etiam uictura cum ſeculis Roma adiumẽto numinis diuini fundauit. Proinde pergamus ad reliqua. Elapſo die parũ apto ad inchoandam rerũ magnitudinem, ut quidam exiſtimant, propinquãte iam ueſpera monitu prǽfecti Saluſtij ſub exitij denunciatione ſtatutum eſt prompta conſenſione cunctorum, ne potioris quiſquã autoritatis, uel ſuſpectus altiora conari, procederet poſtridie mane. cumq; multorũ tædio, quos uotorum inanitas cruciabat, tandẽ finita nocte lux aduenifſet, in unum quæſito milite omni, progreſſus Valentinianus in campũ, permiſſuſq; tribunal aſcendere celſius ſtructum, comitiorum ſpecie & uoluntate præſentiũ ſecundiſsima, ut uir ſerius rector pronuntiatur imperij. mox principali habitu circundatus & corona, Auguſtuſq; nuncupatus cum laudibus amplis, quas nouitatis potuit excogitare dulcedo, præmeditata dicere iam parabat.

Auguſtus nuncupatus Valentinianus

Eoq; ut expeditius loqueretur brachiũ exertante, obmurmuratio grauis exoritur, concrepantibus centurijs & manipulis, cohortiũq; omnium plebe, urgentiũ deſtinate confeſtim imperatorẽ alterum declarari. Quod licet nõnulli exiſtimarũt paucis corruptis ad gratiam fieri deſpectorũ, ex eo tamen id fruſtra creditũ uidebatur, quòd nõ emercati, ſed cõſoni totius multitudinis paria uolentis, clamores audiebãtur, documento recenti fragilitatẽ pertimeſcentis ſublimiũ fortunarum. Deinde ex ſuſurris immaniter ſtrepẽtis exercitus cieri tumultus uiolentior apparebat, & cõfidentia militis erũpentis interdũ ad pernicioſa facinora timebať. Quod Valentinianus magis præ cũctis ne fieret extimeſcens, elata proſpere dextera ut princeps fiducia plenus, auſus increpare quoſdã ut ſeditioſos & pertinaces, cogitata nullis interpellantib. abſoluebat. Exulto prouinciarũ fortiſsimi defenſores, & prę me fero, ſemperq; laturus ſum, nec ſperanti, nec adpetenti moderamina orbis Rom. mihi, ut potiſsimo omniũ, ueſtras detuliſſe uirtutes. Quod erat igitur in manu poſitum ueſtra, nõdum electo imperij formatore, utiliter & glorioſe compleſtis, adſcito in honorum uerticem eo, quem ab ineũte adoleſcentia ad hanc uſq; ætatis maturitatẽ ſplendide integreq; uixiſſe experiundo cognoſtis.

Formator imperij

Proinde pacatis auribus accipite quæſo ſimplicioribus uerbis, quod conducere arbitror in cõmune. Adhiberi oportere in omnes caſus ſocia poteſtate collegam, contemplatione poſcente multiplici, nec ambigo, nec repugno, curarum aceruos & mutationes uarias accidentiũ ipſe quoq; ut homo formidans. ſed ſtudendum eſt concordiæ uiribus totis, per quam res quoq; minimæ conualeſcũt. quod impetrabitur facile, ſi patientia ueſtra cum æquitate conſentiens, id mihi quod mearum eſt partium conceſſerit libens. Dabit enim (ut ſperò) fortuna cõſiliorum adiutrix bonorum quantum efficere & conſequi poſſum diligenter ſcrutanti temperamẽtum. Vt enim ſapien-

tes definiunt, non modo in imperio, ubi pericula maxima ſunt & creberrima, uerum etiam in priuatis quotidianisq; rationibus, alienum ad amicitiã cum iudicauerit quiſq; prudens, adiungere ſibi debebit, nõ cum adiunxerit, iudicare. Hæc cum lætiorum ſpe polliceor: uos firmitatẽ factorũ retinẽtes & fidem, dum hyberna patitur quies animorum reparate uigorem atq; membrorũ, ob nuncupationẽ auguſtam debita protinus accepturi. Finita oratione, quam autoritas erexerat inopina, flexit imperator in ſuam ſententiam uniuerſos: cõſilijq; eius uiam ſequuti, qui paulo antè flagrantiſsimis uocibus aliud poſtulabant, circumſeptũ aquilis & uexillis, agminibusq; diuerſorũ ordinũ ambitioſe ſtipatum, iamq; terribilem duxerunt in regiam. Dum hæc in Oriente uolubiles fatorum explicant ſortes, Apronianus regens Vrbem æternam iudex integer & ſeuerus, inter curarũ præcipua quibus hæc præfectura ſæpe ſolicitatur, id primum opera curabat enixa, ut ueneficos, qui tunc rareſcebãt, captos, poſtq; agitatas quæſtiones nocuiſſe quibuſdã aperte cõfutatos, indicatis cõſcijs morte mulctaret, atq; ita paucorum diſcrimine reliquos ſi qui laterent, formidine pariũ exturbaret. Hæc egiſſe ideo efficaciter fertur, quòd Iuliani promotus arbitrio agentis etiã tum per Syrias, in itinere unũ amiſerat oculũ: ſuſpicatusq; artibus ſe nefarijs adpetitũ, iuſto quidem ſed inuſitato dolore hæc & alia magna quæritabat induſtria: unde quibuſdã atrox uiſus eſt, in amphitheatrali curriculo undatim coeũte aliquoties plebe cauſas diſpiciẽs criminum maximorũ. Deniq; poſt huiuſmodi uindicata cõplura, Hilarium aurigam conuictum atq; cõfeſſum, uix dum pubeſcentẽ filium ſuum ueneſico tradidiſſe docendũ ſecretiora quædam legibus interdicta, ut nullo conſcio adminiculis iuuaretur internis, capitali animaduerſione damnauit: qui laxius retinente carnifice, ſubito lapſus confugit ad ritus Chriſtiani ſacrariũ, extractusq; exinde ilico abſciſa ceruice cõſumptus eſt. Verum hęc ſimiliaq; tum etiã ut coercenda mox cauebantur, & nulli, uel admodũ pauci in his uerſati flagitijs uigori publico inſultarunt: ſed tempore ſequuto, longæua impunitas nutriuit immania, uſq; eò graſſante licentia, ut imitatus Hilarium quidã ſenator, ſeruumq; ſuum modo non per ſyngrapham arcanis piacularibus inducendũ, commiſiſſe doctori malarũ artium confutatus, ſuppliciũ redimeret opima mercede, ut crebrior fama uulgarat. Isq; ipſe hoc genere quo iactatũ eſt abſolutus, cũ uitæ pudere deberet & culpæ, nõ abolendæ incubuit maculæ, ſed tanq; inter multos probroſos ſolus uacuus ab omni delicto, equo phalerato inſidens diſcurrensq; per ſilices, multa poſt ſe unicus trahit agmina ſeruulorũ, per nouum quoddã inſigne curioſius ſpectari adfectans: ut Duillium accepimus ueterem poſt glorioſa illa naualis rei certamina id ſibi ſumpſiſſe, ut tibicine lenius præcinente rediret ad ſua poſt cœnam. Sub hoc tamẽ Aproniano ita iugiter copia neceſſariorũ exuberauit, ut nulla ſaltem leuia murmura ſuper inopia uictui congruentiũ orirentur, quod aſsidue Romæ cõtingit. At in Bithynia Valentinianus princeps (ut prædiximus) declaratus, dato in perendinum diem ſigno proficiſcendi, conuocatis primoribus, quaſi tota conſilia tanq; ſibi placentia ſequuturus, percunctabatur quemnam ad imperij conſortiũ oporteret adſumi: ſilentibusq; cunctis, Dagalaiphus tunc equeſtris militiæ rector reſpondit fidentius: Si tuos, inquit, amas imperator optime, habes fratrem: ſi remp. quære quem ueſtigas. Quo dicto aſperatus ille, ſed tacitus & occultãs quę cogitabat, Nicomediam itineribus citis ingreſſus Cal. Martijs, Valentem fratrem ſtabulo ſuo cum tribunatus dignitate præfecit. Indeq; cum ueniſſet Cõſtãtinopolim, multa ſecum ipſe diuoluens, & magnitudini urgenti negotiorum iam ſeſe parare conſiderans, nihil morandum ratus Cal. Aprilis productum eundem Valentem in ſuburbanũ uniuerſorũ ſententijs concinentibus (nec enim audebat quiſq; refragari) Auguſtum pronuntiauit: decoreq; imperatorij cultus ornatũ, & tempora diademate redimitum, in eodem uehiculo ſecum reduxit, participem quidem legitimum poteſtatis, ſed in modum apparitoris morigerum, ut progrediens aperiet textus. quibus ita nullo interturbante perfectis, cõſtricti rapidis ſebrib. imperatores ambo diu, ſpe uiuendi firmata, ut erant inquirendis rebus gnauiores q̃ cõponendis, ſuſpectas morborum cauſas inueſtigandas acerrime Vrſatio officiorũ magiſtro Dalmatæ crudo & Iuuentio Siſciano quæſtori tunc cõmiſerunt: ut loquebatur pertinax rumor, inuidiam cientes Iuliani memoriæ principis, amicisq; eius, tanq; clandeſtinis pręſtigijs

ſtigijs læſi. ſed hoc euanuit facile, ne uerbo quidem tenus inſidiarum indicio ullo reperto. Hoc tempore, uelut per uniuerſum orbem Romanum bellicum canentibus buccinis, excitæ gentes ſæuiſsimæ limites ſibi proximos perſultabant. Gallias Retiasq; ſimul Alemanni populabantur, Sarmatæ Pannonias & Quadi: Picti, Saxones & Scoti & Attacotti Britannos ærumnis uexauere continuis: Auſtoriani Mauricæq; aliæ gentes Africam ſolito acrius incurſabant, Thracias diripiebant prædatorij globi Gothorum: Perſarum rex manus Armenijs iniectabat, eos ad ſuam ditionem ex integro uocare ui nimia properans, ſed iniuſte, cauſando quod poſt Iouiani exceſſum, cum quo fœdus firmarat & pacem, nihil obſtare debebat quo minus ea recuperaret, quæ ante ad maiores ſuos pertinuiſſe mõſtrabat. Acta igitur tranquillius hyeme, cõcordiſſimi principes unus nuncupatione prælatus, alter honore ſpecie tenus adiunctus, per curſis Thracijs Næſſum aduenerunt: ubi in ſuburbano, quod appellatum Mediana à ciuitate tertio lapide diſparatur, quaſi mox ſeparandi partiti ſunt comites. & Valentiniano quidem, cuius arbitrio res gerebatur, Iouinus euenit, dudum promotus à Iuliano per Gallias magiſter armorum, & Dagalaiphus, quem militiæ rectorem prouexerat Iouianus: in Orientem uerò ſequuturus Valentem, ordinatus eſt Victor, ipſe quoq; iudicio principis antedicti prouectus, cui iunctus eſt Arintheus. Lupicinus enim pridem à Iouiano pari modo promotus magiſter equitum, partes tuebatur eoas. tunc & Equitius Illyriciano præponitur exercitui, nondum magiſter, ſed comes: & Serenianus olim ſacramento digreſſus recinctus eſt ut Pannonius, ſociatusq; Valenti domeſticorum præfuit ſcholæ. Quibus ita digeſtis, & militares partiti numeri: & poſt hęc cum ambo fratres Srmium introiſſent diuiſo palatio, ut potiori placuerat, Valentinianus Mediolanum, Cõſtantinopolim Valens diſceſsit. & Orientem quidem regebat poteſtate præfecti Salluſtius: Italiam uero cum Africa & Illyrico Mamertinus, & Gallias prouincias Germanus. agentes igitur in memoratis urbibus principes, ſumpſerunt primitus trabeas conſulares, omnisq; hic annus diſpendijs grauibus rem Romanam afflixit. Alemanni enim perrupere Germaniæ limites, hac ex cauſa ſolito infeſtius moti. cum legatis eorum miſsis ad comitatum, certa & præſtituta ex more munera præberi deberent, minora & uiliora ſunt attributa: quæ illi ſuſcepta furenter agentes, ut indigniſsima proiecere: tractatiq; aſperius ab Vrſatio tunc magiſtro officiorum iracundo quodam & ſæuo, regreſsi, factumq; exaggerantes, ut contumelioſe deſpectas, gentes immaniſsimas concitarunt. Et circa id tempus, aut non multo poſterius in Oriente Procopius in res ſurrexerat nouas. quæ prope Calend. Nouembris uenturo Valentiniano Pariſios, eodemq; nuntiata ſunt die. & Alemannis quidem occurſurum Dagalaiphum pergere mature præcepit: qui uaſtatis propinquioribus locis longius diſceſſerant incruenti. ſuper appetitu uero Procopij antequàm adoleſceret reprimendo, curis diducebatur ambiguis, ea potiſsimũ ratione ſolicitus, quòd ignorabat utrum Valente ſuperſtite an extincto memoratũ imperiũ adſectarat. Equitius enim relatione Antonij tribuni accepta, regentis in Dacia mediterranea militem, qui nihil præter negotium ipſum auditum obſcure ſignificabat, ipſe quoq; nondum liquida fide cõperta, ſimplicibus uerbis principem geſtorum conſcium fecit. His cognitis Valentinianus eodem Equitio aucto magiſterij dignitate, repedare ad Illyricum deſtinabat, ne perſultatis Thracijs perduellis iã formidatus inuaderet hoſtili excurſu Pannonias: Documento enim recenti impendio terrebat, reputans paulo antea Iulianum contempto imperatore bellorũ ciuilium ubiq; uictore, nec ſperatum antè nec expectatum ab urbe in urbem incredibili uelocitate tranſiſſe. Verum ardens ad redeundũ eius impetus molliebatur cõſilijs proximorũ, ſuadentium & orantium ne interneciua minãtibus barbaris exponeret Gallias, neue hac cauſatiõe ꝓuincias deſereret egẽtes adminiculis eius: ijsq; legatiões urbiũ acceſſere nobiliũ, precãtes ne in rebus duris & dubijs impropugnatas eas relinqueret, quas præſens eripere poterit diſcriminib. maximis metu ambitioſi nominis ſui Germanis incuſſo. tandẽ deniq; utilitate rei perpenſius cogitata, in multorũ ſentẽtias flexus, replicabat aliquoties hoſtem ſuũ fratrisq; ſolius eſſe Procopium, Alemannos uero totius orbis Romani: ſtatuitq; nuſquàm interim extra confinia moueri Gallorũ, aduſq; Remos progreſſus. ſolicitusq; ſuper Africa, ne repente perrum

Valentinianus Mediolanum
Valens Conſtantinopolim

te perrumperetur, Vulterium poſtea C O S. tunc notarium, ad eandem tuendam ire diſpoſuit, & Maſaucionem domeſticum protectorem ea conſideratione, quòd ibi ſub patre Cretione comite quondam educatus ſuſpecta nouerat loca, hiſq; ſcutarium adiunxit Gaudentium olim ſibi cognitum & fidelem. Quia igitur uno eodemq; tempore utrobiq; turbines exarſere mœſtiſsimi, competenti loco ſingula digeremus, nunc partem in Oriente geſtorum, deinde bella barbarica narraturi: quoniam pleraq; & occidentali, & in Eoo orbe ijſdem menſibus ſunt actitata, ne dum ex loco ſubinde ſaltuatim redire feſtinamus in locum, omnia confundentes, ſqualiditate maxima rerum ordinem implicemus. Inſigni genere Procopius in Cilicia natus & educatus, ea conſideratione, qua propinquitate Iulianum poſtea principem contingebat, à primo gradu eluxit: & ut uita moribusq; caſtigatior, licet occultus erat & taciturnus, notarius diu perſpicaciter militans & tribunus, iamq; ſummatibus proximus, poſt Conſtantij obitum in rerum conuerſione uelut imperatoris cognatus altius anhelabat, admixtus conſortio comitum: & apparebat eum, ſi unquam potuiſſet, fore quietis publicæ turbatorem. Hunc Iulianus Perſidem ingrediens, cōſociato pari poteſtatis iure Sebaſtiano, in Meſopotamia cum manu militum reliquerat ualida: mandaratq; ut ſuſurrauit obſcurior fama (Nemo enim dicti autor extitit uerus) pro cognitorum ageret textu, & ſi ſubſidia rei Romanæ languiſſe ſenſiſſet, imperatorē ipſe ſe prouideret ocius nuncupari. Qui iniuncta ciuiliter agens & caute, Iuliani letaliter uulnerati funus, & ad regenda cōmunia comperit Iouianum euectum: falſoq; rumore diſperſo, inter obeuntis anhelitus animæ eundem Iulianum mandaſſe, placere ſibi Procopio clauos ſummę rei gerendæ committi, ueritus ne hac ex cauſa indemnatus occideretur, è medio ſe cōſpectu diſſeruit, maxime poſt Iouiani territus necem notariorū omnium primi: quem Iuliano perempto ueluti dignum imperio paucis militibus nominatum, nouaq; exinde cœptare ſuſpectum, cruciabiliter didicerat interfectum. & quia ſe quæri induſtria didicerat magna, uitans grauioris inuidiæ pondus ad abdita longiusq; remota diſceſsit. cumq; à Iouiano exploratius indagari latibula ſua ſentiret, & formæ uitæ iam fuiſſet pertæſum: quippe à celſiore ſtatu deiectus ad inferiora, etiam edendi penuria in locis ſqualentibus ſtringebatur, hominumq; egebat colloquijs: poſtremæ neceſsitatis impulſu, deuijs itineribus ad Chalcedonium agrum peruenit. ubi quoniam illud firmius uiſum eſt receptaculum, apud fidiſsimū amicorum deliteſcebat, Strategium quendam ex palatino milite ſenatorem, Conſtantinopolim, quantum fieri poterat, clanculo ſæpe intermeans: ut indicio eiuſdem Strategij patuit, poſtq; ſæpius in factionis conſcios eſt inquiſitū. Ritu itaq; ſolertiſsimi cuiuſdam ſpeculatoris, ignotus uultu ob ſqualorem & maciem rumuſculos colligebat tunc crebreſcentes, ut ſunt acerba ſemper inſtantia, incuſantium multorum Valentem, quaſi cupiditate aliena rapiēdi ſuccenſum. cuius diritati adiectum erat incentiuum exitiale ſocer Petronius, ex præpoſito Martenſium militum promotus repētino ſaltu patricius, animo deformis & habitu. qui ad nudandos ſine diſcretione cunctos immaniter flagrans, innocentes pariter & ſontes poſt exquiſita tormēta quadruplicib. nexibus uinciebat, debita iam inde à tēporibus principis Aureliani perſcrutans, & impendio mœrēs, ſi quenq; abſoluiſſet indemnem. cuius morū intollerantiæ hæc quoq; pernicies accedebat, quòd cū ditaretur luctibus alienis, erat inexorabilis & crudelis, & in rabido corde rudiſsimus, nec reddendę, nec accipiendæ rationis unq; capax: inuiſior Cleandro, quem agentē ſub imperatore Cōmodo præfecturam ſublata uecordia diuerſas legimus uexaſſe fortunas: & oneroſior Plautiano, qui præfectus itidem ſub Seuero ultra mortale tumens cuncta cōfuderat, ni gladio periſſet ultore. Hæc lachrymoſa quæ incitante Petronio ſub Valente clauſere multas paupertinas & nobiles domos, impendentiūq; ſpes atrocior, prouincialium & militum paria gementiū ſenſibus imis hærebāt: & uotis licet obſcuris & tacitis, permutatio ſtatus pręſentis ope numinis ſummi cōcordi gemitu poſcebat. Quæ Procopius latenter accipiens, arbitratusq; ubi felicius acciderit fatum, negotio leui ad apicem ſummæ poteſtatis aſſumi, ſubſidebat ut prędatrix beſtia, uiſo quod capi poterat protinus eruptura. cui hæc quæ maturabat ardenti fors hāc materiā dedit impendio tempeſtiuam. conſumpta hieme, feſtinans ad Syriam Valens iam fines Bithynorum ingreſſus, docetur

Procopius

Strategius

ſus, docetur relationibus ducum, gentem Gotthorum ea tempeſtate intactam, eandemq; ſæuiſsime cōſpirantem in unum ad peruadenda parari collimitia Thraciarum. Hocq; cognito, ut impræpedito ipſe pergeret quò tendebat, ſufficiens equitum adiumentum & peditum mitti iuſsit ad loca, in quibus barbarici timebantur excurſus. Dimoto itaq; longius principe, Procopius ærumnis diuturnis attritus, uel atrocem mortem clementiorem ratus malis quibus affligebatur, aleam periculorum omnium iecit abrupte: extremaq; iam perpeti nequaquàm timēs, præeunte perdita ratione, facinus adoritur audaciſsimum. Diuitenſes Tungritanosq; iuniores ad procinctum urgētem per Thracias inter alios celerare diſpoſitos, & Conſtantinopoli moraturos ſolenniter biduum, per quoſdam ex ijſdem numeris notos ſolicitare properans, quia cum omnibus loqui periculoſum erat & arduum, fidem paucorū elegit: qui pellecti per ſpem premiorum ingentiū, ſub conſecratione iuriſiurandi, promiſere ſe quę uellet cuncta facturos, fauorem quoq; polliciti conturmalium, inter quos ipſi potiorē locum obtinebant in ſuadendo, ſtipendijs excellentes & meritis. utq; condictum, & ubi excanduit radijs dies, idem Procopius diductus in cogitationes uarias, Anaſtaſianas balneas petit, à ſorore Cōſtantini cognominatas, ubi locata nouerat ſigna: doctusq; per arcanorū conſcios, omnes in eius ſtudium cōſenſiſſe ſocietate coita nocturna, fide ſalutis data libenter admiſſus, conſtipatione uendibilium militum cum honore quidem, ſed in modum tenebatur obſeſsi: qui ut prætoriani quondam poſt Pertinacis necem licitantem imperij premia Iulianum ſuſceperāt, ipſi quoq; Procopium infauſti dominatus exordia molientem, attenti ad omne cōpendium defenderunt. Stetit itaq; ſubtabidus, excitum putares ab inferis, nuſquam reperto paludamento, tunica auro diſtincta ut regius miniſter, indutus, à calce ad pubem in pædagogiani pueri ſpeciē purpureis opertus tegminibus pedum: haſtatusq; purpureū itidem pannulum læua manu geſtabat, ut in theatrali ſcena ſimulachrum quoddam inſigne per auleum uel mimicam cauillationē ſubito putares emerſum. Ad hoc igitur dehoneſtamentū honorum omniū ludibrioſe ſublatus, & ancillari adulatione beneficij alloquutus autores, opesq; pollicitus amplas, & dignitates ob principatus primitias, proceſsit in publicum multitudine ſtipatus armorum: ſignisq; ſublatis erectius ire pergebat, circumclauſus horrendo fragore ſcutorum lugubre cōcrepantium, quæ metuentes ne à celſioribus tectis ſaxis uel tegularum fragmentis conflictarentur, denſius ipſis galearum criſtis aptabant. Huic timidius incedenti, nec reſiſtebat populus, nec fauebat: accendebatur tamen inſita pleriſq; uulgarium nouitatis repentina iucunditate, ea re potius incitante, quòd Petronium, ut prædiximus, diuitias uiolenter augentem, omnes eadem mente deteſtabantur, qui ſepulta iamdudum negocia & rediuiuas tabulas debitorū in diuerſos ordines excitabat. Cum itaq; tribunal idem aſcendiſſet Procopius, & cunctis ſtupore defixis timeretur ſilentium triſte, procliuiorē uiam ad mortē (ut ſperabat) exiſtimans adueniſſe, per artus tremore diffuſo implicatior ad loquendū, diu tacitus ſtetit: pauca tamen interrupta & moribunda uoce dicere iam exorſus, quibus ſtirpis propinquitatem imperatoriæ prætendebat, leni paucorum ſuſurro pretio illectorum, deinde tumultuarijs ſucclamationib. plebis imperator appellatus, incondite petit curiam raptim: ubi nullo clariſsimorum, ſed ignobili paucitate inuenta, palatiū peſsimo pede feſtinatis paſsibus introijt. Mirantur quidā profecto irriſione digna principia, incaute cœpta & temere, ad ingemiſcendas erupiſſe reip. clades, ignari forſitan exemplorū id accidiſſe primitus arbitrātes. ſic Adramytenus Andriſcus degener quidā infimæ ſortis, aduſq; Pſeudophilippi nomē euectus, bellis Macedonicis tertiū addidit graue. ſic Antiochiæ Macrino imperatore agente ab Emeſa Heliogabalus exiuit Antoninus. ita inopino impetu Maximini Alexander cū Mammea matre confoſſus eſt. in Africa ſuperior Gordianus in imperium raptus, aduentantiū periculorū angoribus implicatus, uitam laqueo ſpiritu intercluſo profudit. igitur cupediarū uilium mercatores, & qui intra regiā apparebant aut parēre deſierant, quiq; cœtu militariū nexi ad pacatiora iam uitæ diſceſſerant, ad inſoliti caſus ambigua partim inuiti alij uolentes adſciſcebant: nonulli omnia tutiora præſentib. rati, à ciuitate occulte dilapſi imperatoris caſtra petiuere itineribus feſtinatis. Hos oēs Sophronius uiuaciſsimo curſu prægreſſus, tunc notarius, præfectus poſtea Conſtantinopoleos

Imperator appellatus Procopius

tinopoleos, Valentem à Cæſarea Cappadocum iam profecturum, ut uaporatis æſtibus Ciliciæ iam lenitis ad Antiochiæ percurreret ſedes, textu narrato geſtorum, ſpe dubia ut in talibus percitum & ſtupentem auertit Galatiam, res adhuc trepidas arrepturum. Qui dum itineribus properat magnis, attentiſsima cura Procopius indies agitabat noctes, ſubditiuos quoſdam oſtentans, qui aſtutia confidenti, partim ab oriente alij è Gallijs ſe ueniſſe, & Valentinianum obiiſſe fingentes, cuncta patere nouo & fauorabili principi memorabant. Et quia res nouæ petulanter arreptæ celeritate muniri ſolent interdum, ne quid formidandum omitteretur, confeſtim Nebridius in locum Salluſtij præfectus prætorio factione Petronij recens promotus, & Cæſarius Cōſtantinopolitanæ urbis præfectus, in uincula compinguntur: & iubetur ciuitatem curare ſolita poteſtate Phronemius, eſſeꝗ magiſter officiorum Euphraſius, ambo Galli inſtitutis bonarum artium ſpectatiſſimi: & adminiſtratio negotiorum caſtrenſium Gomoario & Agiloni reuocatis in ſacramentum committitur inconſulte, ut decuit rerum exitus proditor. Quia igitur Iulius comes per Thracias copijs militaribus præſidens oppreſſurus rebelles ſi comperiſſet conata ex propinquis ſtationibus timebatur, cōmentum excogitatum eſt ualidum: & quaſi iuſſu Valentis ſeria ſuper Barbaricis motibus tractaturus, Nebridij literis adhuc clauſi uiolenter expreſſis accitus Cōſtantinopolim ſtrictius tenebatur. hacꝗ callida fraude bellatrices Thraciæ gentes ſine cruore acquiſitæ, adminicula auſis tumultuarijs maxima cōpararunt. Poſt quæ ita euentu lætiore completa, Araxius exambita regia prætorio præfectus acceſſit, uelut Agilone genero ſuffragāte: alijꝗ plures ad aulæ uarios actus & adminiſtrādas prouincias ſunt admiſſi, quidam inuiti, alij ultro ſemet offerentes cum præmijs. utiꝗ in certaminibus inteſtinis uſu uenire cōtingit, emergebant ex uulgari fece nonnulli deſperatione conſilijsꝗ ductantibus cæcis: contraꝗ quidam orti ſplendide à culminibus ſummis aduſꝗ mortes & exilia corruebant. Vbi per hæc & ſimilia factio firmiter uidebatur eſſe compoſita, reſtabat ut abundans cogeretur militum manus: & impetratum eſt facile, id quod in publicis turbamentis aliquoties auſa ingentia uel iuſtis exorſa primordijs impediuit. Tranſeuntes ad expeditionem per Thracias cōcitatæ equitum peditumꝗ turmæ, blandeꝗ acceptæ & liberaliter cum eſſent, omnesꝗ in unum ſitæ, iamꝗ exercitus ſpecies appareret, promiſſis uberrimis inhiantes ſub execrationibus diris in uerba iurauere Procopij, hanc polliciti pertinaciam, quod eum ſuis armis defenſabūt. Inuenta eſt ēm occaſio ad alliciendos eos perquam oportuna: quòd Conſtantij filiam paruulam, cuius recordatio colebatur, ſinu ipſe circunferens, neceſſitudinem prætendebat & Iuliani. Adeptusꝗ eſt aliud tempori congruū: quòd Fauſtina matre puellæ caſu præſente quodam, acceperat habitus inſignia principalis. Adiungit his aliud ueloci diligentia maturandū, & electi quidam ſtoliditate præcipites ad capeſſendum Illyricum miſſi ſunt, nullo præter petulantiā adiumento confiſi, aureos ſcilicet nummos effigiatos in uultum noui principis, aliaꝗ ad illecebras aptātes: quos correptos Equitius per eas regiones militum rector, extinxit genere diuerſo pœnarum. pariaꝗ deinde metuens, obſtruxit tres aditus anguſtiſsimos, per quos prouinciæ tentantur arctoæ, unum per ripenſem Daciam, alterum per Succos notiſsimū, tertium per Macedonas, quem appellant Acontiſma. Hacꝗ cautela uana perſuaſione rapiēdi Illyrici deſtitutus, uſurpator indebitæ poteſtatis magna perdidit inſtrumenta bellorū. Dum hæc ita aguntur, atrocitate nuntij Valens perculſus, iamꝗ reuertens per Gallogræciā, auditis apud Conſtantinopolim geſtis diffidenter incedebat & trepide: ac repentino pauore uias prouidendi turbante eouſꝗ deſponderat animum, ut auguſtos amictus abijcere tamquam grauem ſarcinam cogitaret. feciſſetꝗ profecto, ni uetantibus proximis detractus à deformi propoſito, firmatusꝗ meliorum ſententijs agmina duo præire iuſſiſſet, quibus nomina ſunt Iouij atꝗ Victores, caſtra perduellium irruptura. His iam propinquantibus ipſe Procopius à Nicea regreſſus, quò nuper aduenerat, cum Diuitenſibus deſertorumꝗ plebe promiſcua quā dierum ferè ſex ſpatio cōgregarat, Mygdum accelerauit: qui locus Sangario adluitur flumine. ubi cum legiones iam pugnaturæ congrederentur, inter reciprocantes miſſilia, quaſi procurſatione hoſtē laceſſens, ſolus prorupit in mediū. & ſecundioris ductu fortunæ, ex cōtraria acie uelut agnitū quendam Vi-

talianum,quem ſi norat ambigitur,latine ſalute data blande produxit.eumq; porrecta dextra ſuauiatus,omnibus hincinde attonitis:En,inquit,cana Romanorum exercituum fides, & religionibus firmis iuramenta conſtricta: Placet fortiſsimi uiri pro ignotis tot ſuorum conſurrexiſſe mucrones: utq; Pannonius degener, labefactans cuncta & proterens, imperio quod ne uotis quidem concipere auſus eſt unquam potiatur, ingemiſcere nos ueſtris noſtriſq; uulneribus.quin potius ſequimini culminis ſummi pro ſapiam, non ut rapiat aliena,ſed in integrum maieſtatis auitæ reſtituatur,arma iuſtiſsima cōmouētem. Hac ſermonis placiditate molliti omnes,qui acriter uenerant pugnaturi, ſignorum apicibus aquiliſq; ſummiſsis,deſciuere libentes ad eum: & pro terrifico fremitu,quem barbari dicunt barritum, nuncupatum imperatorem ſtipatumq; de more conſentientes in unum reduxerunt ad caſtra, teſtati more militiæ Iouem, inuictum Procopium fore. Huic perduellium proſperitati lætior acceſsit. Rumitalca eīm tribunus in ſocietatem Procopianorum adſcitus, & ſuſcepta cura palatij, digeſto mature conſilio permixtoq; cum militibus, mari ad Drepanum antea nunc Helenopolim uenit,exindeq; Niceam ſpe celerius occupauit.ad quam obſidēdam cum huiuſmodi pugnarum peritis Vadomario miſſo ex duce & rege Alemannorum, Valens Nicomediam pergit. Exinde profectus, oppugnationi Chalcedonis magnis uiribus inſiſtebat: cuius è muris probra in eum iaciebantur, & iniurioſe compellabatur ut Sabaiarius. Eſt autem Sabaia ex hordeo uel frumento in liquorem conuerſus paupertinus in Illyrico potus. Feſſus denique inopia cōmeatuum, & obſtinatione nimia defenſorum, diſcedere iam parabat: cum inter hæc clauſi apud Niceam, patefactis ſubito portis egreſſi, munitorum magna parte proſtrata,ductore fidentiſsimo Rumitalca properabant ardentes,circumuēturi Valentem à tergo nondum à Chalcedonos ſuburbano digreſſum.& patraſſent conata,ni rumore quodam præuerſo,imminens exitium ille perdoctus, inſtantem ueſtigijs hoſtem per Sunonenſem lacum & fluminis Galli ſinuoſos anfractus propere diſcedendo fruſtra ſequentē luſiſſet: & hoc caſu Bithynia quoq; in Procopij ditionem redacta eſt.unde cum Ancyram Valens citis itineribus reuertiſſet, comperiſſetq; Lupicinum ad orientem cum cateruis aduentare non contemnendis,ſpe proſperorū erectior, Arintheum lectiſsimum ducem occurſurum hoſtibus miſit.qui ubi Dadaſtanam tetigit,in qua ſtatione periſſe diximus Iouianum, Hyperechium ſibi oppoſitum repente uidit cum copijs,antehac recte gaſtrenſis apparitorem,id eſt uentris miniſtrum & gutturis:cui ut amico Procopius auxilia ductanda cōmiſit.Et dedignatus hominem ſuperare certamine deſpicabilem,autoritatis & celſi fiducia corporis, ipſis hoſtibus iuſsit ſuum uincire rectorem.atq; ita turmarum anteſignanus umbratilis comprenſus ſuorum manibus.quæ dum hoc modo procedunt, Venuſtus quidam largitiónum apparitor ſub Valente, multo ante Nicomediam miſſus, ut aurum ſuſceptum ſtipendij nomine militibus per oriētem diffuſis uiritim tribueret, hac triſtitia cognita,alienum peruidens tempus Cyzicum cum his quæ ſuſceperat ſe citius contulit: ubi forte Serenianus repertus domeſticorum tunc comes miſſus ad theſauros tuendos,urbem inexuperabili mœnium ambitu monumentis quoq; ueteribus cognitam,fretus tumultuario præſidio cuſtodiebat: ad quam expugnandam Procopius,ut poſſeſſa Bithynia ſibi etiam Helleſpontum iungeret, ualidam deſtinauerat manum. Morabantur autem effectum ſagittis & glandibus cæteriſq; iaculis obſidentium ſæpe globi confuſi, & propugnatorum ſolertia clauſtrum per catenam ferream ualde robuſtam ori portus inſertam, quæ ne roſtratæ irruerēt naues hoſtiles,erat altrinſecus colligata. hanc poſt uarios militum labores & ducum, fatigatorum acerrimis prælijs, Aliſo quidam tribunus abſcidit, exercitijs bellorum prudens, hoc modo. Coniunctis tribus nauigijs, teſtudinem hac ſpecie ſuperſtruxit: denſatis cohærentes ſupra capita ſcutis, primi tranſtris inſtabant armati, alij poſt hos ſemet curuantes humilius, tertijs gradatim inclinatis ſummiſſe, ita ut nouiſsimi ſuffraginibus inſidētes formam ædificij fornicati monſtrarent. quod machinæ genus contra murales pugnas ideo figurat hac ſpecie, ut miſsilium ictus atq; ſaxorum per decurſus cadentes labiles inſtar imbrium euaneſcant.itaq; coniectu telorum Aliſo pauliſper defenſus,ingenti corporis robore, ſuppoſito ſtipite eandem catenam fortius bipenni confindens ita confregit, ut diſiecta

Largitionum apparitor

Ff patefaceret

pateſaceret aditum latum: hocq; exitu ciuitas hoſtili impetu patuit improtecta. qua cauſa extincto poſtea proteruiæ totius autore cum in factionis participes ſæuiretur, hic idem tribunus contemplatione facinoris clari uitam cum militia retinens, diu poſt in Iſauria oppetijt uaſtatoria manu confoſſus. Hoc marte Cyzico reſerata Procopius ad eam propere feſtinauit: ueniaq; uniuerſis qui repugnauere donatis, Sereniañũ ſolum iniectis uinculis iuſsit duci Niceam ſeruandum artiſsime. Statimq; Hormiſdæ maturo iuueni Hormiſdæ regalis illius filio poteſtatem proconſulis detulit, & ciuilia more ueterum & bella recturo. qui agens pro moribus lenius, à militibus quos per deuia Phrygiæ miſerat Valens, ſubito corripiendus incurſu, tanto uigore euaſit, ut aſcenſa naui nuſquam ad caſus pateret ancipites: ſequentemq; ac penè captam uxorem ſagittarum nube diffuſa defenſam auerteret ſecum, matronam opulentam & nobilem, cuius uerecundia & deſtinatio glorioſa abruptis poſtea diſcriminibus maritum exemit. Ea uictoria ultra homines Procopius ſeſe efferens, & ignorans quod quiuis beatus uerſa rota fortunæ ante ueſperum poteſt eſſe miſerrimus, Arbetionis domum, cui antea tanquam eadem ſibi ſentientis parcebat ut propriæ, iuſsit exinaniri ob illos caſus inæſtimabiles plenam, ideo indignatus, quòd uenire ad eum accitus aliquoties diſtulit, cauſatus incommoda ſenectutis & morbi. Et licet hac ex cauſa præſumptor momentum pertimeſceret graue, tamen cum obſiſtente nullo ſe in orientales prouincias effundere libenti cunctorum aſſenſione iam licentius poſſet, auidas nouitatem quandam uiſere, tædio aſperioris imperij, quo tunc tenebãtur: erga alliciendas quaſdam ciuitates Aſię, legendosq; eruendi peritos auri, ut ſibi profuturos pręlijs quæ magna expectabat & crebra, ſegnius commoratus in modum acuti mucronis obtuſus eſt: ut quondam Peſcennius Niger ad ſubueniendum ſpei rerum extremæ à populo Romano ſæpe accitus, dum diu contatur in Syrias irruere, ſuperatus in ſinu Iſsico, qui eſt in Cilicia ubi Darium Alexander fudit, fugatusq; in ſuburbano quodã Antiochiæ gregarij manu militis interijt. Hæc adulta hyeme Valentiniano & Valente COSS. agebantur. Tranſlato uero in Gratianum adhuc priuatum & Dagalaiphum ampliſsimo magiſtratu, aperto iam uere ſuſcitatis uiribus, Valens iuncto ſibi Lupicino cum robuſtis auxilijs Peſsinunta ſigna propere tulit, Phrygię quondam, nunc Galatiæ oppidum. quo pręſidijs ocius communito, ne quid inopinum per eos emergeret tractus, præter radices Olympi montis excelſi tramitesq; fragoſos ire tendebat ad Lyciam, oſcitantem Gomoarium adgreſſurus. cui pertinaci conſpiratione multorum hac maxima conſideratione reſiſtebatur, quòd hoſtis eius, ut antè relatum eſt, Conſtantij filiam paruulam cum matre Fauſtina & in agminibus & cum propinquæ acies ſtarent, lectica circunferens ſecum, ut pro imperiali germine, cui ſe quoq; iunctum addebat, pugnarent audentius, iras militum accendebat: Sicut aliquando dimicaturi Macedones cum Illyrijs, regem adhuc infantẽ in cunis locauere poſt aciem, cuius metu ne traheretur captiuus, aduerſos fortius oppreſſerunt. Contra has calliditatis argutias ſagaci opitulatione nutanti negotio conſuluit imperator: & Arbetionem ex conſule agentem iam dudum in otio ad ſe uenire hortatus eſt, ut Conſtantiani ducis uerecundia truces animi lenirentur. neq; ſecus euenit. nam cum omnibus prouectior natu & dignitate ſublimior caniciem reuerendam oſtenderet, multis ad perfidiam inclinatis, publicum graſſatorem Procopium, milites uero ſequutos eius errorem, filios & laborum participes priſtinorum appellans orabat, ut ſe ac ſi parentem magis ſequerentur feliciſsimis ductibus cognitum, quàm profligato morem gererent nebuloni deſtituendo iam & caſuro. Quibus cognitis Gomoarius cum eluſis hoſtibus unde uenerat, redire poſſet innoxius, ad caſtra imperatoris opportunitate interualli proximi captiui colore tranſiuit, uelut accurſu multitudinis uiſæ ſubito circumſeptus. Qua ſucceſſus alacritate Valens caſtra promouit ad Phrygiam: & prope Nacoliam collatis manibus, partium dux in ancipiti Agilo rem excurſu prodidit repentino: eumq; ſecuti complures iam pila quatientes & gladios, ad imperatorem tranſeunt cum uexillis ſcuta peruerſa geſtantes, quod defectionis ſignum eſt apertiſsimum. Hoc præter ſpem omnium uiſo, Procopius ſalutis intercluſo ſuffugio uerſus in pedes circuniectorum nemorum ſecreta & montium petebat, Florentio ſequente & Barchalba tribuno, quem per ſæuiſsima

Fauſtina uxor Conſtantij

bella

bella iam inde à Conſtantij temporibus notum, neceſsitas in crimen traxerat non uo luntas. maiore itaq; noctis parte conſumpta, cum à ueſpertino ortu luna prælucens in diem metum augeret, undiq; facultate euadendi exempta, conſiliorum inops Procopius, ut in arduis neceſsitatibus ſolet, cum fortuna expoſtulabat luctuoſa & graui: merſusq; multiformibus curis ſubito à comitibus ſuis arctius uinctus, relato iam die ductus ad caſtra, imperatori offertur reticens atq; defixus: ſtatimq; abſciſa ceruice diſcordiarum ciuilium gliſcentes turbines ſepeliuit, ad ueteris Perpennæ exemplum: qui poſt Sertorium inter epulas obtruncatum dominatione paulisper potitus, è frutectis ſub quibus latebat extractus, oblatusq; Pompeio, eius iuſſu eſt interfectus. pariq; indignationis impetu Florentius & Barchalba qui eum duxerunt, confeſtim non penſata ratione ſunt interfecti. nam ſi principem legitimum prodidiſſent, uel ipſa iuſtitia iure cæſos pronunciaret: ſi rebellem, & oppugnatorem internæ quietis, ut ferebatur, amplas eis memorabilis facti oportuerat deferri mercedes. Exceſsit autem uita Procopius anno quadrageſimo amplius menſibus decem, corpore non indecoro, nec mediocris ſtaturæ, ſubcuruus, humumq; intuendo ſemper incedens, perq; morum triſtium latebras illius ſimilis Craſsi, quem in uita ſemel riſiſſe Lucillius affirmat & Tullius: & quod eſt mirandum: quoad uixerat incruentus. Iiſdem ferè diebus protector Marcellus eiuſdem cognatus agens apud Niceam præſidium, proditione militum & interitu Procopij cognito, Serenianum intra palatium clauſum medio noctis horrore incautum adortus occidit. Cuius mors ſaluti plurimis fuit: nam ſi uictoriæ ſuperfuiſſet incultis moribus homo & nocendi acerbitate conflagrans, Valentiq; ob ſimilitudinem morum & genitalis patriæ uicinitatem acceptus, occultas uoluntates principis introſpiciens ad crudelitatem propenſioris multas innocentium edidiſſet ſtrages. Quo interfecto idem Marcellus occupata celeri curſu Chalcedone, concrepantibus paucis quos uilitas & deſperatio trudebat in ſcelus, umbram principatus funeſti capeſsit gemina ratione fallente: quòd & Gothorum tria milia regibus iam lenitis ad auxilium erant miſſa Procopio Cõſtantianam prætendenti neceſsitudinem, quæ ad ſocietatem ſuam parua mercede traduci poſſe exiſtimabat: quodq; geſta in Illyrico etiam tum latebant. Inter quæ tam trepida ſpeculationibus fidis Equitius doctus conuerſam molem belli totius in Aſiam, digreſſus per Succos Philippopolim clauſam præſidijs hoſtium, Eumolpiadam ueterem reſerare magna ui conabatur, urbem admodum opportunam, & impeditură eius aduentus, ſi ponè relicta adiumenta Valenti laturus (nondum enim apud Nacoliam geſta compererat) feſtinare ad Aemimontum cogeretur. Verum paulo poſtea cognita leui præſumptione Marcelli, milites miſsi ſunt audaces & prompti, qui eum raptum ut deditum noxæ mancipium in cuſtodiam compegerunt. Vnde poſtridie productus, lateribus ſulcatis acerrime, pariaq; perpeſsis conſortibus interijt hoc fauorabilis ſolum quòd abſtulit Serenianum è medio, crudelem ut Phalarim, illi & illi fidum ad doctrinarum diritatem, quam cauſis inanibus prætexebat. Extirpatis occaſu ducis funeribus belli, ſæuitum eſt in multos acrius quàm errata flagitauerant uel delicta: maximeq; in Phillippopoleos defenſores, qui urbem ſeq; ipſos non niſi capite uiſo Procopij, quod ad Gallias portabatur, egerrime dediderunt. Ad gratiam tamen precantium coerciti ſunt aliqui lenius: inter quos eminebat Araxius, in ipſo rerum exuſtarum ardore adeptus ambitu præfecturam, & Agilone intercedente genero ſupplicio inſulari mulctatus, breue poſt tempus euaſit. Euphraſius uero itemq; Phronemius miſsi ad occiduas partes arbitrio obiecti ſunt Valentiniani: & abſoluto Euphraſio Phronemius Cheroneſum deportatur, inclementius in eodem punitus negotio ea re, quod diuo Iuliano fuit acceptus: cuius memorandis uirtutibus ambo fratres principes obtrectabant, nec ſimiles eius, nec ſuppares. His accedebant alia grauiora, & multo magis quàm in prælijs formidanda. Carnifex enim & unci & cruentæ quæſtiones ſine diſcrimine ullo ætatum & dignitatum per fortunas omnes & ordines graſſabantur, & pacis obtentu uitium deteſtandum agitabatur, infauſtam uictoriam execrantibus uniuerſis, interneciuo bello quouis grauiorem. nam inter arma & lituos conditionis æquatio leuiora facit pericula: & Martiæ uirtutis poteſtas aut

Procopius occiſus

id quod auſum occupat, aut inopinata mors ſi acciderit nullum ignominiæ continet ſenſum, finemq; ſecum uiuendi ſimul & dolendi perducit. ubi uero conſilijs impijs iura quidem prætenduntur & leges, & Catonianæ uel Caſsianæ ſententiæ fuco perliti reſident iudices, agitur autem quod agitur ad uoluntatem prætumidæ poteſtatis, & ex eius libidine uitæ incidentium necisq; momẽta penſantur, ibi capitalis uertitur pernicies & abrupta. nam ut quiſq; ea tempeſtate ob quamlibet ualuerat cauſam, regiæ prope accedens & aliena rapiendi auiditate exuſtus, licet aperte inſontem arceſſens, ut familiaris ſuſcipiebatur & fidus, ditandus caſibus alienis. Imperator enim promptior ad nocendum, criminantibus patens, & funereas delationes adſciſcens, per ſuppliciorum diuerſitates effrenatius exultauit, ſententiæ illius Tullianæ ignarus, docentis, infelices eſſe eos, qui omnia ſibi licere exiſtimarunt. Hęc implacabilitas cauſæ quidem pijſsimæ, ſed uictoriam fœdantis, innocentes tortoribus expoſuit multos, uel ſub eculeo caput incuruos aut ictu carnificis torui ſubſtrauit: quibus ſi pateretur natura, uel denas animas profundere præſtabat in pugna, quàm lateribus fodicatis omni culpa immunes fortunis gementibus uniuerſis, quaſi læſę maieſtatis luere pœnas, dilaniatis ànte corporibus, quod omni eſt triſtius morte. Exin cum ſuperata luctibus ferocia deflagraſſet, proſcriptiones & exilia, & quæ leuiora quibuſdam uidentur, quanquam ſint aſpera, uiri pertulere ſummates: & ut ditaretur alius, genere nobilis & forte meritis locupletior, actus patrimonio præceps truſusq; in exilium conſumebatur angore aut ſtipe precaria uictitabat: nec modus ullus exitialibus malis impoſitus, quamdiu principẽ & proximos opum ſatietas cepit & cædis. Hoc nouatore adhuc ſuperſtite, cuius actus multiplices docuimus & interitum, diem duodecimum Calend. Auguſtas COS. Valentiniano primum cum fratre, horrendi tremores per omnem orbis ambitum graſſati ſunt ſubito, quales nec fabulæ, nec ueridicæ nobis antiquitates exponunt. Paulo enim poſt lucis exortum denſitate præuia fulgurum acrius uibratorum tremefacta concutitur omnis terreni ſtabilitas ponderis, mareq; diſpulſum retro fluctibus euolutis abſceſsit, ut retecta uoragine profundorum ſpecies natantium multiformes limo cernerentur hærentes, ualliumq; uaſtitates & montium tunc, ut opinari dabatur, ſuſpicerent radios ſolis, quos primigenia rerum ſub immenſis gurgitibus amandauit. Multis igitur nauibus uelut arida humo cõnexis, & licenter per exiguas undarum reliquias palantibus plurimis, ut piſces manibus colligerent & ſimilia, marini fluctus uelut grauati repulſam uerſa uice conſurgerent: perq; uada feruentia inſulis & continentis terræ porrectis ſpatijs uiolenter illiſi innumera quædam in ciuitatibus, & ubi reperta ſunt ædificia complanarunt. Proinde ut elementorum furente diſcordia inuoluta facies mundi miraculorum ſpecies oſtendebat. Relapſa enim æquorum magnitudo cum minime ſperaretur, milia multa necauit hominum & ſubmerſit: recurrentiumq; æſtuum incitata uertigine, quædam naues poſtquã humentis ſubſtantiæ conſenuit tumor peſſundatæ uiſæ ſunt, exanimataq; naufragijs corpora ſupina iacebant aut prona. Ingentes aliæ naues extruſæ rapidis flatibus, culminibus inſidère tectorum, ut Alexandriæ contigit: & ad ſecundum lapidem ferè procul à littore contortæ ſunt aliquæ, ut Laconicam propè Methonen oppidum nos tranſeundo proſpeximus diuturna carie ſathiſcentem.

Terræ motus

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER VICESIMVSSEPTIMVS

DVM per eoum orbem hæc quæ narrauimus, diuerſi rerum expediunt caſus, Alemanni poſt erumnoſas iacturas & uulnera, quæ cõgreſsi ſæpe Iuliano Cæſari pertulerant, uiribus tandem reſumptis, licet imparibus priſtinis, ob cauſam expoſitam ſupra gallicanos limites formidati iam perſultabant. Statimq; poſt Cal. Ianuarij cũ per glaciales tractus hyemis rigidũ inhorreſceret ſydus, cuneatim egreſſa multitudo licentius uagabatur. Horũ portioni primæ, Carietto tunc per utramq; Germaniã comes occurſurus cum milite egreditur ad bella ineunda promptiſſimo, adſcito in ſocietatẽ laboris Seueriano itidem comite inualido & longæuo, qui apud Calidona Diuitẽſibus præſidebat & Tungricanis. proinde cõfertius agmine in unũ coacto, ponteq; breuioris aquæ firma celeritate trãſmiſſo, uiſos eminus barbaros Romani ſagittis alijsq; leuibus iaculis inceſſebant, quæ illi reciprocis iactibus ualidẽ cõtorquebant. Vbi uero turmæ cõgreſſæ ſtrictis cõflixere mucronibus, noſtrorũ acies impetu hoſtiũ acriore cõcuſſa, nec reſiſtendi nec faciendi fortiter copiã reperit, cunctis metu cõpulſis in fugã cum Seuerianũ uidiſſent equo deturbatũ, miſsiliq; telo per os fixũ. Ipſe deniq; Carietto, dum cedẽtes obiectu corporis, & uocis iurgatorio ſono audentius retinet, pudendũq; diluere dedecus fiducia diu ſtandi conatur, oppetijt telo letali cõfixus. Poſt cuius interitũ, Erulorum Batauorũq; uexillum direptum, quod inſultando tripudiantes barbari crebro ſublatũ altius oſtendebant, poſt certamina receptum eſt magna. Qua clade cũ ultimo mœrore comperta, correcturus huiuſmodi geſta Dagalaiphus à Pariſiis mittit. Eoq; diu cunctãte, cauſanteq; diffuſos per uaria barbaros ſemet adoriri nõ poſſe, accitoq; paulopoſt ut cũ Gratiano etiã tum priuato ſuſciperet inſignia cõſulatus, Iouinus equitum magiſter accingitur: & inſtructus paratusq;, cautiſsime obſeruans utrunq; ſui agminis latus, uenit prope locũ Scarponia: ubi inopinus maiorẽ barbarorum plebẽ anteq; armaretur temporis breui puncto præuentã ad internicionẽ extinxit. Exultantes innoxij prælij gloria milites ad alterius globi perniciẽ ducens, ſenſimq; incedens rector eximius, ſpeculatione didicit fida direptis propius uillis uaſtatoriã manum quieſcere prope flumen: iamq; aduentans, abditusq; in ualle denſitate arbuſtorũ obſcura, uidebat lauantes alios, quoſdã comas rutilantes ex more, potantesq; nõnullos. Et nactus horã impendio tẽpeſtiuã, ſigno repente per lituos dato, latrocinalia caſtra perrupit: contraq; Germani nihil præter inefficaces minas iactanter ſonantes & fremitum, nec expedire arma diſperſa, nec cõponere aciem, nec reſurgere in uires permittebantur urgente inſtanter uictore. Quo circa forati pilis & gladijs cecidere cõplures, abſq; his quos uerſos in pedes texere flexuoſi tramites & anguſti. Hoc proſpero rerũ effectu quem uirtus peregerat & fortuna, aucta fiducia Iouinus militẽ ducens, diligẽti ſpeculatione præmiſſa in tertiũ cuneũ qui reſtabat, propere caſtra cõmouit. & maturato itinere omnem prope Catelaunos inuenit ad congrediendũ promptiſsimũ: & uallo opportune metato, ſuisq; pro tẽporis copia cibo recreatis & ſomno, primo auroræ exortu in aperta planicie cõpoſuit aciẽ dilatatam arte ſolerti, ut ſpatijs ampliorib. occupatis æquiperare Romani hoſtiũ multitudinem apparerẽt, inferiores numero licet uiribus pares. Signo igitur per buccinas dato, cum pede collato res agi cœpiſſet inſueta uexillorũ ſplẽdentiũ facie territi ſtetere Germani: Quibus hebetatis parũper reparatisq; cõfeſtim, aduſq; diei extremũ cõcertatione protenta, ualidius imminens miles fructũ rei bene geſtæ ſine diſpendio quæſiſſet, ni Balcobaudes Armaturarũ tribunus magniloquentia ſocordi coalitus propinquante iam ueſpera ceſsiſſet incõdite: Quẽ ſi ſecutæ reſiduæ cohortes abijſſent, ad triſtes exitus eouſq; negotiũ uenerat, ut nec acta nũtiaturus quiſq; poſſet ſupereſſe noſtrorum. ſed reſiſtens animorũ acri robore miles ita lacertis eminuit, ut hoſtiũ quatuor milibus

ſaucijs, ſex altera interficeret milia: ipſe uero nō amplius ducentis amitteret, ducentis tantūmodo uulneratis. Noctis itaq; aduentu prælio iam dirępto, refectisq; uiribus ſeſſis, prope confinia lucis ductor egregius, in agminis quadrati figuram producto exercitu, cū cōperiſſet occultātibus tenebris barbaros lapſos, ſecurus inſidiarū, per aperta camporum ſequebatur & mollia, calcando ſemineces conſtratos, quos uulneribus frigorum aſperitate contractis dolorum abſumpſerat magnitudo. Exin progreſſus ulterius, reuertens ubi nullum repererat, didicit regem hoſtiliū agminum cum paucis captum ab haſtarijs, quos ipſe per iter aliud miſerat ad diripienda tentoria alemannica, ſuffixum patibulo. Ideoq; iratus in tribunum animaduertere ſtatuit, auſum hoc inconſulta poteſtate ſuperiore feciſſe: eumq; damnaſſet, ni militari impetu cōmiſſum facinus atrox documentis euidentibus conſtitiſſet. Et poſt hæc redeunti Pariſios poſt claritudinem recte geſtorum Imperator lætus occurrit: eumq; poſtea conſulem deſignauit, illo uidelicet ad gaudij cumulum accedente, quòd ijſdem diebus Procopij ſuſceperat caput à Valente tranſmiſſum. Præter hæc, alia multa narratu minus digna conſerta ſunt prælia, per tractus uarios Galliarum: quæ ſuperfluū eſt explicare, quoniam neq; operæpretium aliquod eorum habuere prouentus, nec hiſtoriam producere per minutias ignobiles decet. *Portentum* Hoc tempore uel pauloante noua portenti ſpecies per annonariam apparuit Thuſciam: Idq; quorſum euaderet prodigialiū rerū periti penitus ignorarunt. In oppido enim Piſtorienſi prope horam diei tertiam ſpectantibus multis aſinus tribunali aſcenſo audiebatur deſtinatius rugiens: & ſtupefactis omnibus qui aderant, quiq; didicerant referentibus alijs, nulloq; cōiectante uentura, poſtea quod portendebatur euenit. *Terentius piſtor* Terentius enim humili genere in urbe natus & piſtor, ad uicem præmij quia peculatus reum detulerat officium ex præfecto, hanc eandē prouinciā correctoris adminiſtrauerat poteſtate, Eaq; cōfidentia deinceps inquietius agitans, multa in nauiculariorū negocio falſo admiſiſſe cōfictus ut ferebatur perijt carnificis manu, regente Claudio Romam. *Symmachus* multo tamen antequàm hoc cōtingeret Symmachus Aproniano ſucceſsit, inter præcipua nominandus exempla doctrinarū atq; modeſtiæ, quo inſtante Vrbs ſacratiſsima otio copijsq; abundātius ſolito fruebat: & ambitioſo ponte exultat atq; firmiſsimo, quem condidit ipſe & magna ciuium lætitia dedicauit, ingratorum ut res docuit apertiſsima: qui conſumptis aliquot annis domum eius in tranſtiberino tractu pulcherrimam incenderunt, ea re perciti quòd uilis quidam plebeius finxerat illum dixiſſe ſine indice ullo uel teſte, libentius ſe uino proprio calcarias extincturum, quàm id uenditurum precijs quibus ſperabatur. *Lampadius* Aduenit poſt hunc urbis moderator Lampadius ex præfecto prætorio, homo indignāter admodū ſuſtinēs, ſi etiā cum ſpueret non laudaret, ut id quoq; prudenter præter alios faciēs, ſed nōnunq; ſeuerus & frugi. Hic cum magnificos prætor ederet ludos, & uberrime largiretur, plebis nequiens tolerare tumultū, indignis multa donari ſæpe urgentis, ut liberalem ſe & multitudinis oſtēderet contēptorem, accitos à Vaticano quoſdam egētes opibus ditauerat magnis. Vanitatis aūt eius exemplū, ne latius euagemur, hoc unum ſufficiet poni: leue quidem ſed cauendum iudicibus. Per omnia enim ciuitatis mēbra, quæ diuerſorū principum exornarunt impenſæ, nomen propriū inſcribebat: non ut ueterū inſtaurator, ſed conditor. Quo uitio laboraſſe Traianus dicitur princeps: unde eum herbam parietinā iocando cognominarunt. Hic præfectus exagitatus eſt motibus crebris: uno omniū maximo, cū collecta plebs infima, domū eius prope Conſtantinianū lauacrum iniectis facibus incenderat & malleolis: ni ſeruitiorū & familiariū ueloci concurſu à ſummis tectorum culminib. petita ſaxis & tegulis abſceſsiſſet. Eaq; ui territus ipſe, fremituq; crebreſcētis ſeditionis in maius, ſeceſsit ad muluiū pontē: quem ſtruxiſſe ſuperior dicitur Scaurus, ad lenimēta ibidē tumultus operiēs, quem cauſa cōcitauerat grauis. ædificia erigere exoriens noua, uel uetuſta quædā inſtaurās, nō ex titulis ſolitis parari iubebat impenſas: & ſi ferrū quærebat aut plumbū aut æs aut quicq; ſimile, apparitores immittebantur: qui uelut emētes diuerſas raperēt ſpecies, nulla pretia perſoluendo: unde accenſorū iracundiā pauperū deflentium crebra damna ægre potuit celeri uitare digreſſu. Aduenit ſucceſſor eius ex quæſitore palatij Viuētius, integer & prudēs, Pannonius cuius adminiſtratio quieta fuit & placida, copia rerū omniū fluens. Et hunc quoq; di-

ſcordantis populi ſeditiones terruere cruētæ:quæ tale negotium excitauere. Damaſus & Vrſicinus ſupra humanū modum ad rapiendam epiſcopalem ſedem ardentes, ſciſſis ſtudijs aſperrime conflictabantur, aduſq; mortis uulnerumq; diſcrimina adiumētis utriuſq; progreſsis:quæ nec corrigere ſufficiens Viuentius nec mollire,ui magna coactus ſeceſsit in ſuburbanum: & in concertatione ſuperauerat Damaſus, parte quæ ei fauebat inſtante. Conſtatq; in baſilica Sicinini ubi ritus Chriſtiani eſt conuenticulum, uno die centū trigintaſeptē reperta cadauera peremptorū: efferatamq; diu plebē ægre poſtea delinitam. Neq; ego abnuo,oſtentationem rerum conſiderans urbanarū, huius rei cupidos ob impetrandum quod appetunt omni contentione laterum iurgari debere:cum id adepti,futuri ſint ita ſecuri, ut ditētur oblationibus matronarū: procedantq; uehiculis inſidentes circumſpecte ueſtiti, epulas curantes profuſas, adeo ut eorū conuiuia regales ſuperent menſas:qui eſſe poterant beati reuera, ſi magnitudine urbis deſpecta quam uitijs opponunt, ad imitationem Antiſtitum quorundam prouincialium uiuerent:quos tenuitas edendi potandiq; parciſsime, uilitas etiam indumentorum & ſupercilia humum ſpectantia perpetuo numini uerisq; eius cultoribus ut puros commendant & uerecundos. Hactenus deuiaſſe ſufficiet, nunc ad rerum ordines reuertamur. Dum aguntur antedicta per Gallias & Italiam, noui per Thracias exciti ſunt procinctus. Valens enim ut conſulto placuerat fratri, cuius regebatur arbitrio, arma conceſsit in Gothos ratiōe iuſta permotus:quòd auxilia miſere Procopio ciuilia bella cœptanti. Ergo conuenit pauca ſuper horum origine & regionū ſitu tranſcurrere per breuem exceſſum. Erat Thraciarum deſcriptio facilis, ſi ueteres concinerent ſtili: quorum obſcura uarietas quoniā opus ueritatem profeſſum non iuuat, ſufficiet ea quæ uidiſſe meminimus expedire. Has terras immenſa quondam camporū placiditate aggerumq; altitudine fuiſſe porrectas Homeri perennis autoritas docet, aquilonē & Zephyrum uentos exinde flare fingentis. Quod aut fabuloſum eſt:aut tractus antehac diffuſi latiſſime deſtinatiq; nationibus feris cuncti Thraciarum uocabulo cenſebātur. & partem earum habitauere Scordiſci, longe nūc ab iiſdem prouincijs diſparati: ſæui quondam & truces, ut antiquitas docet: hoſtijs captiuorum Bellonæ litātes & Marti: humanūq; ſanguinem in oſsibus capitum humanis bibentes auidius. Quorū aſperitate poſt multiplices pugnarum ærumnas ſæpe res Romana uexata, poſtremo omnem amiſit exercitum cum rectore. Sed ut nunc cernimus, eadem loca formata in cornuti ſyderis modum, effingunt theatri faciē ſpecioſam. Cuius in ſummitate occidentali montibus præruptis denſatæ Succorum pateſcunt anguſtiæ, Thracias dirimentes & Daciam. Partem uero ſiniſtram arctois obnoxiam ſtellis, Hemimontanę celſitudines claudunt, & Hiſter quà Romanum ceſpitem lambit urbibus multis & caſtris cōtiguus & caſtellis. per dextrum quod auſtrale eſt latus ſcopuli tenduntur Rhodopes: unde eoum iubar exurgit, finitur in fretum: cui undoſius ab Euxino ponto labenti pergentiq; fluctibus reciprocis ad Aegeum, diſcidium panditur terrarum anguſtum. ex angulo tamē orientali macedonicis iungitur collimitijs per arctas præcipiteſq; uias, quæ cognominantur Acontiſma: cui proxima Arethuſa conuallis & ſtatio, in qua uiſitur Euripidis ſepulchrum tragœdiarum ſublimitate conſpicui: & Stagira, ubi Ariſtotelem, ut Tullius ait, fundentem aureum flumen natum accepimus. Hæc quoq; priſcis temporibus loca barbari tenuere: morum ſermonumq; uarietate diſsimiles. è quibus præter alios ut immaniter efferati memorantur Odryſæ, ita humanum fundere ſanguinem aſſueti, ut cum hoſtium copia nō daretur, ipſi inter epulas poſt cibi ſatietatem & potus, ſuis uelut alienis corporibus imprimerent ferrum. Verum aucta rep. dum conſulare uigeret imperium: has gentes antehac ſemper indomitas uaganteſq; ſine cultu uel legibus Marcus Didius ingenti deſtinatione preſsit, Druſus intra fines continuit proprios, Minutius prope amnem Hebrum, à celſis Odryſarum montibus fluentem ſuperatos prælio ſtrauit: poſt quos reſidui ab Appio Claudio proconſule ſunt infeſta concertatione deleti. Oppida enim in Boſphoro ſita & Propontide, claſſes obtinuere Romanę. Aduenit poſt hos imperator Lucullus, qui cum audaciſsima gente Beſſorū conflixit omnium primus: eodemq; impetu hemimontanos acriter reſiſtentes oppreſsit. Quo imminente, Thraciæ omnes in ditionē ueterum tranſiuere noſtrorū. hocq; modo poſt pro-

Damaſus & Vrſicinus de papatu contendunt

Cenſura Marcellin

Thracia

Thraciæ prouinciæ ſex cinctus ancipites reipub. ſex prouinciæ ſunt quæſitæ. Inter quas prima, quæ ex fronte Illyrijs eſt confinis, Thracia ſpeciali nomine appellatur: quam Philippopolis Eumolpias uetus & Berœa amplæ ciuitates exornant. Poſt hanc Hemimontus Hadrianopolim habet quæ dicebatur Vſcudama, & Anchialon, ciuitates magnas. dein Myſia, ubi Martianopolis eſt à ſorore Traiani principis ita cognominata, et Doroſtorus & Nicopolis & Odyſſus. iuxtaq; Scythia, in qua celebriora ſunt oppida Dionyſopolis & Tomi & Calatis in Europa omnium ultima. præter municipia urbibus nitet duabus. Apris & Perintho, quam Heracleā poſteritas dixit. Rodopa huic annexa Maximianopolim habet & Maroneam & Aenum, poſt quam conditam & relictam Aeneas Italiam auſpiciorum proſperitate perpetua poſt diuturnos occupauit errores. Conſtat autem ut uulgauere rumores adſidui, omnes penè agreſtes, qui per regiones prædictas montium circumcolunt altitudines, ſalubritate uirium & prærogatiua quadam uitæ longius propagandæ nos anteire: idq; inde contingere arbitrātur, quòd colluuione ciborū abſtinent calidis, & perenni uiriditate roris aſperginibus gelidis corpora cōſtringente auræ puriorís dulcedine potiuntur, radiosq; ſolis ſuapte natura uitales primi omnium ſentiunt, nullis adhuc maculis rerum humanarū infectos. His ita digeſtis pedem referamus ad cœpta. Procopio ſuperato in Phrygia, internarūq; diſſenſionū materia conſopita, Victor magiſter equitū ad Gothos eſt miſſus, cogniturus aperte quam ob cauſam gens amica Romanis, fœderibusq; ingenuæ pacis obſtricta, armorum dederat adminicula bellum principibus legitimis inferenti. Qui ut factum prima defenſione purgarent, literas eiuſdem obtulere Procopij: ut generis Conſtantiniani propinquo imperium ſibi debitum ſumpſiſſe cōmemorantis, ueniaq; dignum aſſerētes errorem. Quibus eodem referente Victore cōpertis: Valens paruipēdens excuſationem uaniſsimam, in eos ſigna commouit, motus aduentantis iam præſcios: & pubeſcente *Daphne* uere, quæſito in unum exercitu, prope Daphnem nomine munimentum eſt caſtrametatus: ponteq; contabulato ſupra nauium foros flumen tranſgreſſus eſt Hiſtrum, reſiſtentibus nullis. Iamq; ſublatus fiducia cum ultro citroq; diſcurrens nullum inueniret quem ſuperare poſſet uel terrere: omnes enim formidine perciti militis cum apparatu ambitioſo propinquātis, montes petiuere Serrorū arduos & inacceſſos niſi perquam gnaris: ne æſtate omni conſumpta ſine ullo remearet effectu, Arintheo magiſtro peditum miſſo cum prædatorijs globis familiarum rapuit partem, quæ antequam ad dirupta uenirent & flexuoſa capi potuerunt, per plana camporum errātes. Hocq; tantum quod ſors dederat impetrato, redijt cum ſuis innoxius, nec illato graui uulnere nec accepto. Anno ſecuto ingredi terras hoſtiles pari alacritate conatus, fuſius Danubij gurgitibus uagatis impeditus manſit immobilis, prope Carporum uicum ſtatiuis caſtris uſq; ad autumnum locatis emenſum. Vnde, quia nihil agi potuit, dirimente magnitudine fluentorum, Martianopolim ad hiberna diſceſsit. Simili pertinacia tertiò quoq; anno per Nouidunum nauibus ad tranſmittendum amnem connexis perrupto barbarico, continuatis itineribus longius agentes Grutungos bellicoſam gentem adgreſſus eſt: poſtq; leuiora certamina Athanaricum ea tempeſtate iudicem potentiſsimum, auſum reſiſtere cum manu quam ſibi crediderit abundare, extremorum metu coegit in fugam, ipſeq; cum omnibus ſuis Martianopolim rediuit ad hiemem agendam, ut in illis tractibus habilem. Aderant poſt diuerſos triennij caſus finiendi belli materiæ tempeſtiuæ. Prima, quòd ex principis diuturna permanſione, metus augebatur hoſtilis. Dein quòd commercijs uetitis ultima neceſſariorum inopia barbari ſtringebantur: adeo ut legatos ſupplices ſæpe mittentes, uenialem poſcerent pacem. Quibus imperator rudis quidem, uerum ſpectator adhuc æquiſsimus rerum, anteq; adulationū pernicioſis illecebris captus remp. funeribus perpetuo deflendis affligeret, in commune conſultans, pacem dare oportere decreuit: emiſitq; uiciſsim Victorem & Arintheum, qui tunc equeſtrem militiā agerent. qui cum propoſitis cōditionibus aſſentiri Gothos docuiſſent literis ueris, præſtituitur componendæ paci conueniens locus. Et quoniam *Athanaricus* aſſerebat Athanaricus ſub timēda execratione iuriſiurādi, ſe eſſe obſtrictū mandatisq; prohibitū patris, ne ſolum aliquando calcaret Romanorum, & adigi nō poterat: indecorumq; erat & uile ad eum Imperatorem tranſire: recte noſcentibus placuit, nauibus

remigio

remigio directis in medium flumen, quæ uehebant cum armigeris principem gentiſq; iudicem, inde cum ſuis fœderari, ut ſtatutum eſt, pacem. Hocq; compoſito & acceptis obſidibus, Valens Cōſtantinopolim rediјt, ubi poſtea Athanaricus proximorū factio ne genitalibus terris expulſus fatali ſorte deceſsit, & ambitioſis exequijs ritu ſepultus eſt noſtro. Inter hęc Valentiniano magnitudine quaſſato morborum, agitanteq; extre ma, conuiuio occultiore Gallorum, qui aderant in commilitio Principis, ad imperium Ruſticus Iulianus tūc Magiſter memorię poſcebatur, quaſi afflatu quodā furoris, beſtiarum more humani ſanguinis auidus, ut oſtenderat cum proconſulari poteſtate regeret Africam. In præfectura enim urbana, quam adhuc adminiſtrans extinctus eſt, tempus anceps metuens tyrannidis, cuius arbitrio tanq; inter dignorum inopiam ad id aſcenderat culmen, lenis uideri cogebatur & mollior. Contra hos nitebantur aliqui ſtudijs altioribus in fauorē Seueri magiſtri tunc peditum, ut apti adhoc impetrādum: qui licet aſper eſſet & formidatus, tolerabilior tamen fuit, & modis omnibus pręferendus antedicto. Sed cum hæc cogitātur incaſſum; imperator remedijs multiplicibus recreatus, uixq; ſe mortis periculo contemplās extractum, Gratianū filium ſuum adulto iam proximū inſignibus principatus ornare meditabat: & paratis omnibus, militeq; firmato ut animis, id acciperet promptis, cum Gratianus ueniſſet, progreſſus in campum, tribunal aſcendit: ſplendoreq; nobilium circundatus poteſtatū, dextera pue rum adprehenſum productuūq; in medium, oratione cōcionaria deſtinatum imperatorem exercitui cōmendabat. Auctum erga me ueſtri fauoris indicium, hūc loci princi palis circunferens habitum, quo potior alijs iudicatus ſum multis & claris, cōſiliorum ſocijs uotorumq; auſpicibus uobis, pietatis officijs adgrediar tēpeſtiuis, proſpera deo ſpondente: cuius ſempiternis auxilijs ſtabit Romana res inconcuſſa. Accipite igitur quæſo placidis mentibus uiri fortiſsimi deſideriū noſtrū, id reputantes, quòd hæc quæ fieri caritatis ſanciunt iura, non tantū tranſire uoluimus per conſcientiā ueſtrā: uerum & probata firmari, ut congrua nobis & profutura. Gratianum hunc meum adultum, quem diu uerſatum inter liberos ueſtros cōmune diligitis pignus, undiq; muniendæ tranquillitatis publicæ cauſa, in Auguſtum ſumere cōmilitiū paro, ſi propitia cæleſtis numinis ueſtræq; maieſtatis uoluntas parentis amorē iuuerit peæeuntem, non rigido cultu ab incunabulis ipſis ut nos educatū, nec tolerantia rerum coalitū aſperarum, nec capacem adhuc Martij pulueris, ut uidetis: ſed familiæ ſuæ laudibus maiorumq; factis præſtantibus concinentem, paucioribus inuidiæ metu, ut dicitur, protinus ſurreptu rum. Vt enim mihi uideri ſolet, mores eius & appetitus licet nondū maturos ſæpe pen ſanti ineunte adoleſcentia, quoniā humanitate & ſtudijs diſciplinarum ſolertium expolitus librabit ſuffragijs puris merita recte ſecus ue factorum, faciet ut ſciant ſe boni intelligi, in pulchra facinora procurſabit ſignis militarib. & aquilis adhæſurus, ſolem niueſq; & pruinas & ſitim perferet & uigilias, caſtris ſi neceſsitas adegerit, aliquotiēs propugnabit, ſalutē pro periculorū ſocijs obiectabit: & quod pietatis ſummū primūq; munus eſt, remp. ut domū paternā diligere poterit & auitam. Nondum finita oratione dictis cum aſſenſu læto auditis, pro ſuo quiſq; loco animo lęto milites alius aliū anteire feſtinās, tanq; utilitatis & gaudiorū participes Gratianū declararunt Auguſtum, claſſicorum ampliſsimo ſono blandum fragorem miſcētes armorū. Quo uiſo maiore fidū cia Valentinianus exultans, corona indumentiſq; ſupremæ fortunæ ornatum filium oſculatus, iamq; fulgore conſpicuū, alloquitur aduertentē quæ dicebat. En inquit habes mi Gratiane amictus, ut ſperauimus omnes, Auguſtos, meo cōmilitonūq; noſtrorum arbitrio delatos ominibus fauſtis. accingere igitur pro rerum urgētium pondere, ut patris & patrui collega: & aſſueſce impauidus penetrare cum agminibus peditum gelu peruios Hiſtrum & Rhenum: armatis tuis proximus ſtare: ſanguinē ſpiritumq; conſiderate pro his impendere, quos regis: nihil alienum putare quod ad Romani im perij pertinet latus. Hæc pro tempore præcepiſſe ſufficiat, cætera monere non deſinam. nunc reliqui uos eſtis rerum maximi defenſores: quos rogo & obteſtor, ut adcreſcentem Imperatorem fidei ueſtræ commiſſum ſeruetis affectione fundata. His dictis ſolennitate omni firmatis, Eupraxius Cæſarienſis Maurus magiſter ea tempeſtate memoriæ, primus omnium exclamauit; familia Gratiani hoc meretur; ſtatimq; pro

Gratianus

Verba Valētiniani in concione militum

Valentinianus ad Gratianum

motus

motus quæſtor multa & prudentibus æmulanda bonæ fiduciæ reliquit exempla, nuſ-
quam à ſtatu naturæ diſcedens intrepidæ, ſed conſtans ſemper legũq; ſimilis, quas om-
nibus una eademq; uoce loqui in multiplicibus aduertimus cauſis: qui tunc magis in
ſuſcepta parte iuſtitiæ permanebat, cum eum recta monentem exagitaret minax im-
Laus Gratiani perator & nimius. Conſurrectum eſt poſt hæc in laudes maioris Principis & nouelli:
maximeq; pueri: quem oculorum flagrantior lux cõmendabat, uultusq; & reliqui cor
poris iucundiſsimus nitor & egregia pectoris indoles: quæ Imperatorẽ impleſſet, cum
ueterum lectiſsimis comparandum, ſi per fata proximosq; licuiſſet, & qui uirtutẽ eius
etiam tum inſtabilem adnubilabant actibus prauis. In hoc tamen negotio Valentinia-
Tres ſimul Auguſti nus morem inſtitutum antiquitus ſupergreſſus, non Cæſares, ſed Auguſtos germa-
num nuncupauit & filium, beniuole ſatis. Nec enim quiſquam antehac adſciuit ſibi pa
ri poteſtate collegam, præter Principem Marcum, qui Verum adoptiuum fratrem
abſq; diminutione aliqua maieſtatis imperatoriæ ſocium fecit. His ex ſententia Recto
rum & militum ordinatis uix dies interceſſere pauci, cum Mamertinum præfectum
prætorio ab urbe regreſſum, quò quædam perrexerat correcturus, Auitianus ex uica
rio peculatus detulerat reũ. Cui ideo Vulcatius ſucceſsit Rufinus omni ex parte per-
fectus, & uelut apicem ſenectutis honoratæ prætendens, ſed lucrandi opportunas oc
caſiones occultationis ſpe nunquam prætermittens. Qui nactus copiã Principis, Or-
fitum ex præfecto urbis ſolutum exilio, patrimonij redintegrata iactura remitti fecit
in lares. Et quanquam Valentinianus homo propalam ferus inter imperitandi exor-
dia ut aſperitatis opinionem molliret, impetus truces retinere nõnunquam in poteſta-
te animi nitebatur: ſerpens tamen uitium & dilatũ aliquandiu licentius erupit ad per-
niciem plurimorum, quod auxit ira acerbius efferueſcens. Hanc enim eſſe ulcus ani-
mi diuturnum, interdumq; perpetuum prudentes definiunt, naſci ex mentis mollicie
conſuetum, id aſſerentes argumento probabili, quòd iracundiores ſunt incolumibus
languidi, & fœminæ maribus, & iuuenibus ſenes, & felicibus ærumnoſi. Eminuit tã-
men per id tempus inter alias humiliũ neces mors Dioclis ex comite largitionum Il-
Diodorus lyrici, quem ob delicta leuia flammis iuſsit exuri: & Diodori ex agente in rebus, tri-
umq; apparitorum poteſtatis uicariæ per Italiam, ob id uexatorum atrociter, quòd a-
pud eum queſtus eſt Comes: Diodorum quidem aduerſus ſe ciuiliter imploraſſe iuris
auxilium, officiales uero iuſſu iudicis auſos monere proficiſcentem ut reſponderet ex
lege. Quorum memoriam apud Mediolanum colentes nunc uſq; Chriſtiani, locum u-
bi ſepulti ſunt, Ad innocentes appellant. Dein cum in negotio Maxentij cuiuſdã Pan
nonij ab executione à iudice recte maturari præcepta, trium oppidorum ordines ma-
ctari iuſsiſſet, interpellauit Eupraxius tunc quæſtor: & parcius inquit agito pijſsime
Principũ: hos enim quos interfici tanq; noxios iubes, ut Martyras id eſt diuinitati ac-
ceptos colit religio chriſtiana. Cuius ſalutarẽ fiduciam præfectus imitatus Florẽtius,
cum in re quadam uenia digna audiſſet eum percitum ira iuſsiſſe ternos per ordines ur
bium interfici plurimarum, Et quid agetur ait, ſi oppidum aliquod Curiales non habe
ret tantos? Inter reliqua id quoque ſuſpendi debet, ut cum habuerint occidantur. Ad
hanc inclementiam illud quoq; accedebat, dictu dirum & factu: quòd ſi quis eum adiſ-
ſet iudicium potentis inimici declinans aliumq; ſibi poſtulans dari, hoc non impetra-
to, ad eundem quem metuebat, licet multa prætenderet iuſta remittebatur. Itẽq; aliud
audiebatur horrendum: quòd ubi debitorum aliquem egeſtate obſtrictum nihil redde
re poſſe dicebatur, interfici debere pronunciabat. Hæc autem & ſimilia licenter ideo
altiore faſtu quidam Principes agunt, quòd amicis emendandi ſecus cogitata uel geſta
copiã negant: inimicos loqui terrent amplitudine poteſtatis. Nulla uacat quæſtio pra-
uitatũ apud eos, qui quod uolũt maximas putãt eſſe uirtutes. Profectus itaq; ab Am
bianis Treuerosq; feſtinans, nuntio percellitur graui: qui Britannias indicabat bar-
barica conſpiratione ad ultimam uexatas inopiam: Nectaridiumq; Comitem mari-
timi tractus occiſum, & Bulchobaudem ducem hoſtilibus inſidijs circumuentum.
Quibus magno cum horrore compertis Seuerum etiam tum domeſticorum Comi-
tem miſit, ſi ſors caſum dediſſet optatum, correcturum ſecius geſta: quo paulo poſtea
reuocato, Iouinus eadem loca profectus, prouentuſidem celeri gradu præmiſit, ad-

minicula

minicula petiturus exercitus ualidi. Id enim inſtantes neceſsitates flagitare firmabant. Poſtremo ob multa & metuenda, quę ſuper eadē inſula rumores aſsidui perferebant, electus Theodoſius illuc properare diſponitur, officijs martijs feliciſsime cognitus, aſcitaq; animoſa legionum & cohortium pube, tendebat præeunte fiducia ſpecioſa. *Theodoſius in Britanniam*

Et quoniam cum Conſtantis Principis actus componerem, motus adoleſcentis & ſeneſcentis oceani tractumq; Britanniæ pro captu uirium explanaui, ad ea quæ digeſta fuerit ſemel, reuolui ſuperfluum duxi: ut Vlixes Homericus apud Phæacas ob difficultatem nimiam replicare formidat. Illud tamen ſufficiet dici, quod eo tempore Picti in duas gentes diuiſi Dicalidonas & Vecturiones, itidemq; Attacotti bellicoſa hominum natio & Scotti, per diuerſa uagantes multa populabantur. Gallicanos uero tractus Franci & Saxones ijſdem confines, quò quiſq; erūpere potuit terra uel mari, prædis acerbis incendijsq; & captiuorum funeribus hominum uiolabant. Ad hæc prohibenda ſi copiam dediſſet fortuna proſperior orbis extrema dux efficaciſsimus petens, cum ueniſſet ad Bononiæ littus, quod à ſpatio controuerſo terrarum anguſtijs reciproci diſtinguitur maris, attolli horrendis æſtibus adſueti, rurſusq; ſine ulla nauigantium noxa in ſpeciem complanari camporum, exinde tranſmeato lentius freto defertur Rutupias ſtationem exaduerſo tranquillam. Vnde cum cōſecuti Bataui ueniſſent & Heruli, Iouijq; & Victores fidentes uiribus numeri, egreſſus tendensq; ad Lundonium uetus oppidum quod Auguſtam poſteritas appellauit, diuiſis pluriſariā globis, adortus eſt uagantes hoſtium uaſtatorias manus, graues onere ſarcinarum. & propere fuſis qui uinctos homines agebant & pecora, prædam excuſsit, quam tributarij perdidere miſerrimi. Deniq; reſtituta omni, præter partem exiguam impēſam militibus feſſis, merſam difficultatibus ſuis antehac ciuitatem, ſed ſubito quà ſalus ſperari potuit recreatam, in ouantis ſpeciē lætiſsimus introijt. Vbi ad audenda maiora proſpero ſucceſſu elatus, tutaq; ſcrutando cōſilia, futuri morabatur ambiguus, diffuſam uariarum gentium plebem & ferocientem immaniter non niſi per dolos occultiores & improuiſos excurſus ſuperari poſſe, captiuorum cōfeſsionibus & transfugarum indicijs doctus. Deniq; edictis propoſitis impunitateq; promiſſa, deſertores ad procinctum uocabat, & multos per diuerſa libero commeatu diſperſos. Quo monitu ut rediere pleriq;, incentiuo percitus, retentusq; anxijs curis, Ciuilem nomine recturum Britannias pro præfectis ad ſe popoſcerat mitti, uirum acrioris ingenij ſed iuſti tenacem & recti: itidemq; Dulcitium, ducem ſciētia rei militaris inſignem. Hæc in Britannijs agebantur.

Africā uero iam inde ab exordio Valentiniani imperij exurebat barbarica rabies, per procurſus audentiores & crebris cædibus & rapinis intenta. Quam rem militaris augebat ſocordia, & aliena inuadendi cupiditas, maximeq; Romani nomine comitis. Qui uenturi prouidus, transferendæq; in alios inuidiæ artifex, ſæuitia morum multis erat exoſus, hac præcipue cauſa, quod ſuperare hoſtes in uaſtandis prouincijs feſtinabat affinitate Remigij tunc Magiſtri officiorū confiſus: quo praua & contraria referente, Princeps ut præ ſe ferebat ipſe cautiſsimus, lachrymoſa diſpēdia diutius ignorauit Afrorum. Geſtorum autem per eas regiones ſeriem plenam & Ruricij præſidis legatorumq; mortem & cætera luctuoſa, cum adegerit ratio, diligentius explicabo. Et quoniam adeſt liber locus dicendi, quæ ſentimus aperte loquamur: Hunc imperatorē omnium primum in maius militares faſtus ad damna rerum auxiſſe communium, dignitates opesq; eorum ſublimius erigentem: & quod erat publice priuatimq; dolendum, indeflexa ſæuitia punientem gregariorum errata, parcentem potioribus, qui tanquam peccatis indulta licentia, ad labes delictorum immanium conſurgebant. qui ex eo anhelantes, ex nutu ſuo indiſtanter putant omnium pendere fortunas. horum flatus & pondera inuentores iuris antiqui mollientes, etiā inſontes quoſdam aliquotiens ſupplicijs aboleri cenſuere lethalibus. Quod ſæpe contingit, cum ob multitudinis crimina, nonnulli ſortis iniquitate plectuntur innoxij. id enim nonnunquam ad priuatorum pertinuit cauſas. At in Iſauria globatim per uicina digreſsi prædones oppida uillasq; uberes libera populatione uexantes, magnitudine iacturarum Pamphyliam affligebant & Cilicas. Quos cum nullis arcentibus interneciue cuncta diſperdere Aſiæ uicarius ea tēpeſtate Muſonius aduertiſſet, Athenis atticis antehac mägiſter rhetoricus, *Africa à barbaris uaſtata* *Muſonius uicarius Aſiæ*

deplo

deploratis nouiſsimis rebus luxuq; adiumento militari marcente, adhibitis ſemiermi-
bus paucis quos Diocmitas appellãt, unum graſſatorum cuneum ſi patuiſſet facultas,
adoriri conatus, per anguſtum quendam tranſiens deuexitatis anfractum, ad ineuita-
biles uenit inſidias: & ibi cũ his cõfoſſus eſt quos ducebat. Tali ſucceſſu latrones præ-
tumidos, palantesq; per uaria confidentius, interfectis aliquibus ad latebroſa monti-
um ſaxa quæ incolunt excitæ tandem copiæ contruſerunt: ubi cum eis nec quieſcendi
nec inueniendi ad uictum utilia, copia laxaretur, præter inducias pacem ſibi tribui po
poſcerunt, Germanicopolitanis auctoribus: quorũ aqud eos ut ſigniferæ manus ſem-
per ualuere ſententiæ: obſidibusq; datis, ut imperatum eſt, immobiles diu manſere, ni-
hil audentes hoſtile. Hæc inter Prætextatus præfecturam urbis ſublimius curans, per
integritatis multiplices actus & probitatis, quibus ab adoleſcẽtiæ rudimẽtis inclaruit,
adeptus eſt id quod raro cõtingit, ut cum timeretur amorem non perderet ciuium, mi
nis firmari ſolitum erga iudices formidatos. cuius autoritate iuſtisq; ueritatis ſuffragijs
tumultu lenito, quem Chriſtianorum iurgia concitarunt: pulſoq; Vrſicino, alta quies
pari iam propoſito ciuium Romanorũ aptiſsima adoleſcebat, gloria clari rectoris plu
ra & utilia diſponentis. Nam & meniana ſuſtulit omnia, fabricari Romæ priſcis quoq;
uetita legibus, & diſcreuit priuatorũ parietes ab ædibus ſacris, ijſdem inuerecũde con
nexos: ponderaq; per regiones inſtituit uniuerſas, cum auiditati multorum ex libidine
trutinas componentium occurri nequiret. In examinãdis uero litibus ante alios id im
petrauit, quod laudando Brutum Tullius refert: ut cum nihil ad gratiam faceret, om-
nia tamen grata uiderentur quæ faciebat. Sub idem fere tempus Valentiniano ad ex-
Rando peditionem caute ut rebatur profecto, Alemãnus regalis Rando nomine diu præſtru
ens quod cogitabat, Magontiacum præſidijs uacuam cum expeditis ad latrocinãdum
latenter irrepſit. & quoniam caſu Chriſtiani ritus inuenit celebrari ſolennitatẽ, impræ-
pedite cuiuſquemodi fortunæ uirilem & muliebrem ſexum cum ſupellectile non par-
ua indefenſum abduxit. Paruo inde poſt interuallo inopina rei Romanæ ſpes lætiorũ
Vithicabius affulſit. Cũ enim Vithicabius rex Vadomarij filius, ſpecie quidem molliculus & mor
rex boſus, ſed audax & fortis, ardores in nos ſæpe ſuccenderet bellicos, opera nauatur im
penſior, ut qualibet concideret ſtrage. & quia attentatus aliquotiens, nullo genere po-
tuit ſuperari uel prodi, fraude citerioris uitæ miniſtri, ſtudio ſollicitante noſtrorum, oc
cubuit. cuius poſt necẽ, aliquatenus hoſtiles torpuere diſcurſus. Interfector tamen prę
metu pœnarum, quas uerebatur ſi patuiſſet negotium, ad Romanum ſolum ſe celeri
tranſtulit gradu. Parabatur poſt hæc lentiorib. curis & per copias multiformes in Ale-
Expeditio in mannos expeditio, ſolitis grauior, deſtinatius id publica tutela poſcente: quia repara-
Alemannos bilis gentis motus timebantur infidi, milite nihilominus accenſo: cui ob ſuſpectos eo-
rum mores, nunc infirmorum & ſupplicium, paulopoſt ultima minitantium, nullæ qui
eſcendi dabantur induciæ. Contracta igitur undiq; mole maxima cateruarum armis &
ſubſidijs rei cibariæ diligenter inſtructa, accitoq; Sebaſtiano Comite cum Illyricis &
Italicis numeris quos regebat, anni tempore iam recente Valentinianus cum Gratia-
no Rhenum tranſgreſſus, indiuiſis agminibus quadratis ipſe medius incedebat, Ioui-
no & Seuero magiſtris rei caſtrenſis altrinſecus ordinum latera ſeruantibus, ne repen
tino inuaderentur aſſultu. Protinusq; inde ductantibus itinerũ callidis, exploratis ac-
ceſſibus per regiones longo itu porrectas, ſenſim gradiens miles irritatior ad pugnan
dum, uelut repertis Barbaris minaciter infrendebat. & quoniam aliquot diebus emen
ſis nullus potuit qui reſiſteret inueniri, cuncta ſatorum & tectorum quæ uiſebantur ini
iecta cohortium manu uorax flamma uaſtabat, præter alimenta quæ colligi dubius re
rum euentus adigebat & cuſtodiri. Poſt hæc leniore greſſu princeps ulterius tendens
Solicinium cum prope locum ueniſſet cui Solicinio nomen eſt, uelut quodam obice ſtetit, doctus
procurſantiũ relatione ueriſsima Barbaros longe conſpectos: qui nullam ad ſalutem
tuendam uiam ſupereſſe cernentes, niſi ſe celeri defendiſſent occurſu, locorum gnari-
tate confiſi unum ſpirantibus animis montem occupauere præcelſum, per confrago-
ſos colles undiq; præruptum & inuium abſq; ſeptentrionali latere, unde facilem habet
deuexitatem & mollem. ſignis ilico fixis ex more cum undiq; ad arma conclamaretur,
imperio Principis & ductorum ſtetit regibilis miles uexillum operiens extollendum,

quod

quod erat oportune ſubeundæ indicium pugnæ. Ergo quia ſpatiũ deliberandi aut exiguum dabatur aut nullum, hinc impatientia militis perterrente, inde horrenda circunſonantibus Alemannis, id conſilium ratio celeritatis admiſit: ut arctoam montiũ partem, quam clementer diximus eſſe procliuem, Sebaſtianus cum ſuis occuparet fugientes Germanos, ſi fors ita tuliſſet, leui negotio confoſſurus. quod haud placuit maturato. Gratianoq; apud ſigna Iouianorum retro detento, cuius ætas erat etiã tum prę liorum impatiens & laborum, Valentinianus ut dux cunctator & tutus centurias & manipulos capite intecto conſalutans (nullo potentium in conſcientiam arcani adhibito, remota multitudine ſtipatorum) ſpeculatum radices aggerum auolauit cum paucis, quorum induſtriam norat & fidem: prædicans (ut erat ſui arrogans æſtimator) inueniri poſſe aliam uiam ducentem ad arduos cliuos, præter eam quam inſpexere procurſatores. Per ignota itaq; & paluſtres uligines deuius tendens, inſidiatricis manus locatę per abrupta ſubito oppetiſſet adcurſu, ni neceſsitatis adiumento poſtremo per labilem limum incitato iumento digreſſus legionum ſe gremijs immerſiſſet, poſt abruptum periculum: cui adeo proximus fuit, ut galeã eius cubicularius ferens auro lapilliſq; diſtinctam cum ipſo tegmine penitus interiret, nec poſtea uiuus reperiretur aut interfectus. Proinde quiete reficiendis corporibus data, ſignoq; erecto, quod ſolet ad pugnam hortari, turbarum minacium accẽdente clangore, fidentiſsimo impetu acies motas prompte ante alios præiere duo iuuenes lecti in principijs adeundi diſcriminis Saluius & Lupicinus, Scutarius unus, alter è ſchola Gentilium, fragore terribili concitantes: haſtaſq; criſpando cum ad rupium obiecta ueniſſent, trudentibuſq; Alemannis euadere ad celſiora conarentur, aduenit huc omne pondus armorum: ijs deniq; anteſignanis per hirta dumis & aſpera magno uirium niſu in editas ſublimitates erepſit. Acri igitur partiũ ſpiritu conflictus cuſpidibus tentatur infeſtis: & hinc arte belli doctior miles, inde licet feroces, ſed incauti barbari dexteris coiere collatis: quos latius ſeſe pandens exercitus infuſis utrinq; cornibus adflictabat, per fremitus territos & equorum hinnitus & tubas. nihilominus tamen ipſi aſſumpta fiducia reſtiterunt. æqua taq; parumper pręliorum ſorte haud paruã mole certatum eſt, dum turmarum funeribus mutuis res gerebatur. diſiecti deniq; Romanorum ardore metuq; turbati miſcentur ultimis primi: dumq; in pedes uerſi diſcedunt uerutis hoſtilibus forabantur & pilis. Poſtremo dum anheli currunt & feſsi, pandebant ſequẽtibus poplites & ſuras & dorſa. ſtratis deniq; multis lapſorum partem Sebaſtianus, cum ſubſidiali manu locatus poſt montium terga, trucidauit, ex incauto latere circunuentam: diſperſi cæteri ſyluarum ſe latebris amandarunt. In hac dimicatione noſtri quoq; oppetiere non contemnendi. Inter quos Valerianus fuit domeſticorum omnium primus, & natus ſpado quidam ſcutarius, exercitus ita bellator, ut Sicinio ueteri comparetur & Sergio. Hiſq; tali caſuum diuerſitate peractis milites ad hiberna, Imperatores Treueros reuerterũt.

Per hæc tempora Vulcatio Ruffino abſoluto uita dum adminiſtrat, ad regendam præfecturam prætorianam ab urbe Probus accitus, claritudine generis & potentia & opum amplitudine cognitus orbi Romano, per quem uniuerſum penè patrimonia ſparſa poſſedit, iuſte an ſecus non iudicioli eſt noſtri. Hunc quaſi gemina quędam, ut poetæ fingunt, fortuna pręperibus pennis uehens, nunc beneficum oſtendebat & amicos altius erigentem, aliquotiens inſidiatorem dirum & per cruentas noxium ſimultates. & licet potuit quoad uixit ingentia largiẽdo & interpellando poteſtates aſsiduas, erat tamen interdum timidus ad audaces, contra timidos celſior: ut uideretur cum ſibi fideret de cothurno ſtrepere Tragico, & ubi paueret omni humilior ſocco. atq; ut natantium genus elemento ſuo expulſum, haud ita diu ſpirat in terris: ita ille marcebat abſq; præfecturis, quas ob iurgia familiarum ingentium capeſſere cogebatur, nunq; innocentium per cupiditates immenſas, utq; multa perpetrarẽt impune dominum ſuum mergentium in rempub. Nanq; fatendum eſt, nunquam illa magnanimitate coalitus clienti uel ſeruo agere quicquam iuſsit illicitum. Sed ſi eorum quenquam crimen ullum compererat admiſiſſe, uel ipſa repugnante iuſtitia non explorato negotio ſine reſpectu boni honeſtiq; defendebat. Quod uitium reprehendens pronuntiat Cicero. Quid enim intereſt inter ſuaſorẽ facti & probatorẽ? Aut quid refert utrum uoluerim

Probus

fieri: an gaudeam factum? Suſpitioſus tamen & minutus ſuopte ingenio fuit: & ſubamarum arridens blandiensq; interdū ut noceat: id autem perſpicuū eſt in eiuſmodi moribus malum, tum maxime, cum celari poſſe exiſtimatur: ita implacabilis & diruptus, ut ſi lędere quenquā inſtituiſſet, nec exorari poſſet, nec ad ignoſcēdum erroribus inclinari: ideoq; aures eius nō erant ſed pluribus uidebantur obſtructæ: in ſummis diuitiarum & dignitatū culminib. anxius & ſollicitus, ideoq; ſemper leuibus morbis afflictus.

De rebus Perſicis Hæc per occidentales plagas rerum ſeries fuere geſtarū. Rex uero Perſidis lōgęuus ille Sapor, & ab ipſis imperitandi exordijs dulcedini rapinarū addictus, poſt imperatoris Iuliani exceſſum, & pudendæ pacis icta fœdera, cū ſuis pauliſper nobis uiſus amicus, calcata fide ſub Iouiano pactorū, iniectabat Armeniæ manū, ut eam uelut placitorum abolita firmitate ditioni iungeret ſuæ. & primo per artes fallendo diuerſas, nationē omnem renitentem diſpendijs leuibus afflictabat, ſollicitans quoſdam optimatū & Satrapas, alios excurſibus occupās improuiſis. Dein per exquiſitas periurijsq; mixtas illecebras captū regem ipſum Arſacem, adhibitumq; in conuiuiū iuſsit ad latentem trahi poſticam: eumq; effoſsis oculis uinctū cathenis argenteis, quod apud eos honoratis unum ſuppliciorū æſtimatur eſſe ſolatium, exterminauit ad caſtellū Agabana nomine: ubi diſcruciatus cecidit ferro penali. Deinde nequid intemeratum perfidia præteriret, Sauromace pulſo quem autoritas Romana præfecit Hiberiæ, Aſpacuræ cuidam poteſtatem huiuſmodi detulit, gentis diademate addito, ut arbitrio ſe monſtraret inſultare noſtrorum. Quibus ita ſtudio nefando perfectis, Cylaci ſpadoni & Artabanni quos olim ſuſceperat perfugas cōmiſit Armeniam. horū alter ante gentis præfectus magiſter fuiſſe dicebatur armorū: ijſdemq; mandarat, ut Artogeraſſam intenſiore cura excinderent, oppidum muris & uiribus ualidum, quod theſauros & uxorem cum filio Arſacis tuebatur. Iniere ut ſtatutū eſt obſidium duces: & quoniam munimentū poſitum in aſperitate montana, rigente tunc cœlo niuibus & pruinis, adiri non poterat, eunuchus Cylaces aptusq; ad muliebria palpamēta, Artabanne adſcito prope mœnia ipſa fide non amittendæ ſalutis accepta propere uenit: & cum ſocio ad interiora ſuſceptus ut poſtulauit, ſuadebat minacem defenſoribus & Reginæ motū Saporis inclementiſsimi omnium lenire deditione ueloci. Multis poſt hæc ultro citroq; dictitatis, eiulanteq; muliere truces mariti fortunas, proditionis acerrimi cōpulſores in miſericordiam flexi mutauere conſilium: & ſpe potiorum erecti ſecretis colloquijs ordinarūt, hora præſtituta nocturna recluſis ſubito portis ualidam manū erumpere, uallumq; hoſtile cędibus aggredi repentinis: ut lateant id tentantes polliciti ſe prodituros. Quibus religione firmatis egreſsi, biduumq; ad deliberandū quid capeſſere debeant ſibi concedi clauſos petijſſe aſſeuerantes, in deſidiam obſeſſores traduxerunt: & uigilijs quibus ob ſecuritatē altiore ſtertitur ſomno, ciuitatis aditu reſerato iuuētus exiluit uelox: paſsibusq; inſonis expeditis mucronibus repentes, cum caſtra nihil metuentiū inuaſiſſent, iacentes multos nullis reſiſtentibus trucidarunt. Hæc inopina defectio necesq; inſperatę Perſarū inter nos & Saporē diſcordiarū excitauere cauſas immanes: illo etiam accedente, quod Arſacis filium Param ſuadente matre, cum paucis è munimēto digreſſum ſuſceptūq; Imperator Valens apud Neocæſaream morari præcepit, urbē Polemoniaci ponti notiſsimam, liberali uictu curādum & cultu. qua humanitate Cylaces & Artabannes illecti, miſsis oratoribus à Valente auxiliū, eundemq; Param regē ſibi tribui popoſcerūt. Sed pro tempore adiumentis negatis, per Terentiū ducem Para reducitur in Armeniam, recturus interim ſine ullis inſignibus gentē. quod ratione iuſta eſt obſeruatū, ne fracti fœderis nos argueremur & pacis. Hoc cōperto textu geſtorum Sapor ultra hominem efferatus, concitus maioribus curis Armenias aperta prædatione uaſtabat. Cuius aduentu territus Para itidemq; Cylaces & Artabannes nulla circūſpectantes auxilia celſorum montiū petiuere ſeceſſus, limites noſtros diſterminātes & Lazicam: ubi per ſyluarū profunda & flexuoſos colles menſibus quinq; deliteſcētes, Regis multiformes luſere conatus. qui operam teri fruſtra contemplans ſydere flagrante brumali, pomiferis exuſtis arboribus, caſtelliſq; munitis & caſtris quæ ceperat ſuperata uel prodita, cum omni pondere multitudinis Artogeraſſam circūſeptam & poſt uarios certaminum caſus laſſatis defenſoribus patefactā incendit: Arſacis uxorē erutam inde cum theſauris abdu

abduxit. Quas ob cauſas ad eas regiones Arintheus cũ exercitu mittit̃ comes, ſuppetias laturus Armenijs, ſi eos exagitare procinctu gemino tentauerint Perſæ. Inter quæ Sapor immenſum quantum aſtutus, & cum ſibi conduceret humilis aut elatus, ſocietatis futuræ ſpecie Param ut incurioſum ſui per latentes nuntios increpabat, quòd maieſtatis regiæ uelamento Cylaci ſeruiret & Artabanni. quos ille præceps blanditiarum illecebris interfecit, capitaq; cæſorum ad Saporem ut ei morigerus miſit. Hac clade late diffuſa Armenia omnis periſſet, ni propugnatoris Arinthei aduentu territi Perſæ eam incurſare denuo diſtuliſſent, hoc ſolo contenti quod ad Imperatorem miſere legatos, petentes nationem eandem ut ſibi & Iouiano placuerat non defendi. Quibus repudiatis Sauromaces pulſus ut ante diximus Hiberiæ regno, cum duodecim legionibus & Terentio remittit̃: & eum amni Cyro iam proximum Aſpacuras orauit, ut ſocia poteſtate conſobrini regnarẽt, cauſatus ideo ſe nec cedere nec ad partes poſſe tranſire Romanas, quòd Vltus eius filius obſidis lege teneba t̃ adhuc apud Perſas. quæ Imperator doctus, ut concitandas ex hoc quoq; negotio turbas cõſilio prudentiaq; molliret, diuiſioni adquieuit Hiberiæ: ut eam medius dirimeret Cyrus, & Sauromaces Armenijs finitima retineret & Lazis, Aſpacures Albaniæ Perſiſq; cõtigua. His percitus Sapor, pactis exclamans indigna quod contra fœderum textum iuuarẽtur Armeniæ, & euanuerit legatio quam ſuper hoc miſerat corrigendo, quodq; ſe nõ aſſentiente nec conſcio diuidi placuit Hiberię regnum, uelut obſeratis amicitiæ foribus uicinarũ gentium auxilia cõquirebat, ſuumq; parabat exercitum, ut ſerenata cæli temperie ſubuerteret omnia quę ex re ſua ſtruxere Romani.

AMMIANI MARCELLINI RERVM
GESTARVM LIBER VIGESIMVSOCTAVVS

DVM apud Perſas ut ſupra narrauimus, perfidia regis motus agitat inſperatos, & in eois tractibus bella rediuiua cõſurgunt, anno ſextodecimo & eo diutius poſt Nepotiani exitium ſæuiens per urbem æternam urebat cuncta Bellona ex primordijs minimis ad clades excita luctuoſas: quas obliteraſſet utinam iuge ſilentium: ne forte paria quãdoq; tenten tur plus exemplis generalibus nocitura quàm delictis. Ac licet ab hoc textu cruento geſtorum exquiſite narrando, iuſtus me retraheret metus multa reputantem & uaria, tamen præſentis temporis modeſtia fretus carptim ut quæq; memoria digna ſunt explanabo. nec pigebit quid ex his quæ apud ueteres acciderint timuerim docere ſuccincte. Bello Medico primo cum diripuiſſent Aſiam Perſæ, obſidentes militum molibus magnis minanteſq; defenſoribus cruciabiles neces, iniecere clauſis neceſsitatem, ut omnes magnitudine malorum adflicti peremptis caritatibus proprijs, proiectoq; in ignem mobili cenſu arſuros ſe certatim congererent in communem pereuntis patriæ rogum. Hoc argumentum paulo poſtea digeſtum tumore tragico Phrynichus in theatrum induxerat Athenarum: pauliſperq; iucunde auditus, cum coturnarius ſtilus procederet lacrimoſus, indignatione damnatus eſt populi, arbitrati non conſolandi gratia ſed probroſe monendi quæ pertulerat amabilis ciuitas nullis autorum adminiculis fulta, hos quoq; dolores ſcenicis adnumeraſſe fabulis inſolenter: Miletumq; relegatus eſt. Erat enim Athenienſium colonia Miletus deducta inter Ionas alios per Nileum filium Codri: qui fertur pro patria bello ſe dorico deuouiſſe. Sed ad propoſita ueniamus. Maximinus regens quondam Romæ uicariam præfecturam, apud Sopianas Valeriæ oppidum obſcuriſsime natus eſt: patre tubulario præſidialis officij, orto à poſteritate Carporum, quos antiquis excitos ſedibus Diocletianus tranſtulit in Pannoniam. Is poſt mediocre ſtudium liberalium diſciplinarum, defenſionemq; cauſarum ignobilem & adminiſtratas Corſicam itidemq; Sardiniam, rexit deinde Thuſciam. unde morato in

itinere diutius ſucceſſore progreſſus ad curandam urbis annonā, etiam prouinciæ moderamina retinebat. egitq́ cōſideratione triplici inter exordia cautius: primo quòd recalebant in auribus eius parētis effata, quid augurales alites uel cantus monerent oſcinum adprime callentis aduſq́ ſublimia regimēta, ſed periturū ferro pœnali. dein quòd nactus hominem Sardum, quem ipſe poſtea per doloſas fallacias interemit, ut circūtulit rumor eliciendi animulas noxias & præſagia ſollicitare laruarū per quàm gnarum: dum ſupereſſet ille timēs ne proderetur tractabilis erat & mollior: poſtremo quòd tanquam ſubterraneus ſerpens per humiliora reptādo nondum maiores funerum excitare poterat cauſas. Principium autem unde latius ſe funditabat emerſit ex negocio tali. Chilo ex uicario & coniunx eius Maxima nomine queſti apud Olybriū ea tempeſtate urbi præfectum, uitamq́ ſuam uenenis petitam aſſeuerantes, impetrarūt ut hi quos ſuſpectati ſunt ilico rapti cōpingerentur in uincula: organarius Sericus & Asbolius palęſtrita & aruſpex Campenſis. uerum negocio tepeſcente propter diuturnam morborum aſperitatem qua tenebatur Olybrius: morę impatientes hi qui rem detulerunt, libello petiuerunt oblato ut examinandū iurgium præfecto mandaretur annonæ: idq́ ſtudio celeritatis cōceſſum eſt. Accepta igitur nocendi materia Maximinus effudit genuinam ferociam, pectori crudo adfixam: ut ſæpe faciunt amphitheatrales feræ, diffractis tandem ſolutę poſticis. Cumq́ multiformiter quaſi in proludijs negociū ſpectaretur, & quidam ſulcatis lateribus nominaſſent nobiles aliquos tāquam uſos artificibus

Supra plantam euagatus

lædendi per clientes alioſq́ humiles, notās reos & indices ſupra plantam (ut dicitur) euagatus tartareus cognitor, relatione maligna docuit principem, nō niſi ſupplicijs acrioribus pernicioſa facinora ſcrutari poſſe uel uindicari quę Romæ perpetrauere cōplures. His ille cognitis efferatus, ut erat acer uitiorum inimicus magis quàm ſeuerus, uno proloquio in huiuſmodi cauſas, quas arrogāti propoſito maieſtatis imminutæ miſcebat, omnes quos iuris priſci iuſtitia diuorūq́ arbitria quæſtionibus exemere cruentis, ſi poſtulaſſet negocium ſtatuit tormentis affligi. utq́ cōgeminata poteſtas erectaq́ ſublatius, altiores cōſarcinaret ærumnas, Maximino Romæ agere diſpoſito pro præfectis, ſociauit ad hæc cognoſcenda quæ in multorū pericula ſtruebātur, Leonem Notarium poſtea officiorum magiſtrum, buſtuarium quendam latronem Pannonium, efflantem ferino rictu crudelitatem, etiam ipſum nihilominus humani ſanguinis auidiſſimum. Auxit obſtinatū Maximini ingenium ad lædēdum, aduentus collegæ ſimilis, & literarum cum ampla dignitate dulcedo. Ideoq́ pedes huc & illuc exultando cōtorquens ſaltare non incedere uidebatur, dum ſtudebat inter altaria celſius gradientes ut quidam memorant imitari bracmanas. Iamq́ lituis cladium concrepantibus internarū rerum atrocitate torpētibus cunctis, præter multa cruda & immitia, quorū nec diuerſitas comprehēdi nec numerus poteſt, mors Marini cauſarū defenſoris eminuit: quem ut auſum Hiſpanillæ cuiuſdam artibus prauis adfectaſſe coniugium, tranſeunter indiciorū fide diſcuſſa, ſupplicio letali damnauit. Et quoniam exiſtimo forſitan aliquos hęc lecturos exquiſite ſcrutando notare, ſtrepentes id actum eſſe prius nō illud, aut ea quę uiderint prætermiſſa: hactenus faciendū eſt ſatis, quòd non omnia narratu ſunt digna, quæ per ſqualidas trāſiere perſonas: nec ſi fieri fuiſſet neceſſe inſtructiones, uel ex ipſis tabularijs ſuppeterent: publicis tot calentib. malis, & nouo furore ſine retinaculis imis ſumma miſcente: cum iuſtitiū eſſe quod timebatur non iudiciū aperte conſtaret. Tunc Cethegus ſenator adulterij reus delatus ceruice perijt abſciſa: & Alypius nobilis adoleſcens ob leuem relegatus errorē. alijq́ humiles publica morte oppetiuerūt: in quorum miſerijs uelut ſui quiſq́ diſcriminis imaginem cernēs, tortorem & uincula ſomniabat

Hymetius

& diuerſoria tenebrarum. Eodem tempore etiam Hymetij præclaræ indolis uiri negocium eſt actitatum: cuius hunc nouimus eſſe textū. Cum Africam pro conſule regeret, Carthaginiēſibus uictus inopia iam laſſatis ex horreis Romano populo deſtinatis frumentum dedit: pauloq́ poſtea cum proueniſſet ſegetum copia integre ſine ulla reſtituit mora. uerum quoniam denis modijs ſingulis ſolidis indigentibus uenundatis, emerat ipſe tricenos, integrum compendium ad Principis ærarium miſit. Ideoq́ Valentinianus per nundinationem ſuſpicatus parum quàm oportuerat miſſum, eum bonorū parte mulctauit. Ad cuius cladem exaggerandam, id quoq́ ijſdem diebus acciderat non

minus exitiale. Amantius aruſpex ea tempeſtate præ cæteris notus, occultiore indicio proditus, quòd ob praua quædam implenda, ad ſacrificandū ab eodem eſſet adſcitus Hymetio, inductusq; in iudiciū, quanquam incuruus ſub eculeo ſtaret, pertinaci negabat inſtantia. quo inficiante, ſecretioribus chartis ab eius domo prolatis, cōmonitorium repertum eſt manu ſcriptū Hymetij, petentis ut obſecrata ritu ſacrorum ſolēnium numina erga ſe imperatoris deliniret: cuius extima parte quædam inuectiua legebāt in principem, ut auarum & truculentum. Hæc Valentinianus relatione indicum doctus, aſperius interpretantium facta, rigore nimio in negotium iuſsit inquiri. Et quia Frontinus conſiliarius antedicti miniſter fuiſſe conceptæ precationis arguebatur: conciſus uirgis atq; confeſſus, ablegatus eſt in exilium ad Britannos. Amantius uero damnatus poſtea rerum capitaliū interijt. Poſt hanc geſtorum ſeriem Hymetius ad oppidum ductus Ocriculum, audiendus ab Ampelio urbi præfecto & Maximino uicario confeſtimq; perdendus ut apparebat, data ſibi copia rectius Imperatoris præſidiū appellauit, nominisq; eius perfugio tectus ſeruabatur incolumis. ſuper hoc princeps conſultus, ſenatui negotium dedit. qui cum rem librata iuſtitia cōperiſſet: eumq; ad Boas Dalmatiæ locum exterminaſſet, ægre imperatoris iracundiā tulit, perciti uehementer qòud hominē addictū ut ipſe propoſuerat morti, clementiori ſentētia didicerat plexū.

Ob hæc & huiuſmodi multa, quæ cernebantur in paucis, omnibus timeri ſunt cœpta. & ne tot malis diſsimulatis paulatimq; ſerpentibus acerui creſceret ærumnarum, nobilitatis decreto legati mittunt: Prætextatus ex urbi præfecto, & ex uicario Venuſtus, & ex conſulari Mineruius: oraturi ne delictis ſupplicia ſint grandiora, neue ſenator quiſq; inuſitate & illicito more tormentis exponeretur. qui cum intromiſsi in conſiſtorium hæc referrent: negantem Valentinianum ſe id ſtatuiſſe, & calumnias perpeti clamitantem, moderate redarguit quæſtor Eupraxius: hac libertate emendatum eſt crudele cœptū, ſupergreſſum omnia diritatis exempla. Circa hos dies Lollianus primæ lanuginis adoleſcēs Lampadij filius ex præfecto, exploratius cauſam Maximino ſpectante, conuictus codicem noxiarum artium nondum per ætatem firmato conſilio deſcripſiſſe, exulq; mittendus ut ſperabatur, patris inpulſu prouocauit ad principē. & iuſſus ad eius comitatum duci, de fumo (ut aiunt) in flāmam, traditus Phalangio Beticæ conſulari cecidit funeſta carnificis manu. Super his etiam Taratius Baſſus poſtea urbi præfectus & frater eius Camenius & Marcianus quidā & Euſaphius omnes clariſsimi arceſsiti in crimen, quod eiuſdem conſcij ueneficij aurigam fouere dicebantur Auchenium: documentis etiā tum ambiguis, ſuffragante abſoluti ſunt Victorino: ut diſperſus prodidit rumor: qui erat amicus Maximino iūctiſsimus. Nec minus fœminę quoq; calamitatum participes fuere ſimilium. Nam ex hoc quoq; ſexu peremptæ ſunt originis altæ complures, adulteriorum flagitijs obnoxiæ uel ſtuprorum. Inter quas notiores fuere Claritas & Flauiana: quarum altera cum duceretur ad mortem indumēto quo ueſtita erat abrepto, ne uelamen quidē ſecreto membrorū ſufficiens retinere permiſſa eſt. Ideoq; carnifex nefas admiſiſſe conuictus inmane, uiuus exuſtus eſt. Paſius quin etiam & Cornelius ſenatores ambo uenenorū artibus ſe polluiſſe cōuicti: eodem pronuntiante Maximino ſunt interfecti. Pari ſorte etiā procurator monetæ extinctus eſt. Sericum em̄ & Aſbolium ſupradictos, quoniā cum hortaretur paſsim nominare quos uellent, adiecta religione firmarat, nullū igni uel ferro ſe puniri iuſſurum, plumbi ualidis ictibus interemit. Et poſt hæc flammis Campenſem aruſpicem dedit, in negocio eius nullo ſacramento conſtrictus. Oportunū eſt ut arbitror, explanare nunc cauſam, quæ ad exitiū præcipitem Aginatium impulit, iam inde à priſcis maioribus nobilem ut locuta eſt pertinacior fama. nec em̄ ſuper hoc ulla documētorum rata eſt fides. Anhelans flatu ſuperbo Maximinus etiā tum præfectus annonæ, nactusq; audacię incitamēta nō leuia, tendebat aduſq; Probi contemptū uiri ſummatū omnium maximi: iureq; præfecturæ prætorianæ regentis prouincias. Quod Aginatius indigniſsime ferens: dolensq; in examinandis cauſis Maximinū ab Olybrio ſibi prælatū, cū eſſet ipſe uicarius Romæ familiari ſermone docuit Probum occulte, facile uanum hominem recalcitrātem ſublimibus meritis poſſe opprimi: ſi ille id fieri cēſuiſſet. Has literas ut quidam adſeuerabāt Probus ad Maximinū, eruditiorē iam in ſceleribus, cōmendatumq;

Principi pertimeſcens, nullo cõſcio præter baiulum miſit. Hisq; recitatis ita homo ferus exarſit, ut machinas omnes in Aginatium deinde cõmoueret: uelut ſerpens uulnere noti cuiuſdam adtritus. Acceſsit his alia potior inſidiarũ materia quæ eundem Aginatium obruit. Victorinum enim defunctum inſimulabat: ut Maximini actus dum ſuperer at, uenditantẽ: cuius ex teſtamento legata ipſe ſumpſerat non aſpernanda. Pariq; petulantia Anepſiæ quoq; eius uxori lites minabatur & iurgia. Quæ hæc metuens ut Maximini etiam muniretur auxilio, finxit maritum in uoluntate quam condiderat nuper, argenti tria milia pondo eidem reliquiſſe. Qui auiditate nimia flagrans, nec enim hoc quoq; uitio caruit, petit hæreditatis medietatẽ. Verum & hoc ut parum ſufficienti nequaquam cõtentus, aliud commentus eſt ut arbitrabatur honeſtum & tutum: & ne amitteret anſam ſibi oblatã lucrandi uberis patrimonij, Victorini priuignam Anepſiæ filiam petit filio cõiugem: idq; aſſentiente muliere prompte firmatũ eſt. Per hæc & alia ſimili mœrore deflenda, quæ decolorabãt ſpeciem urbis æternæ, graſſabatur per ſtrages multiplices fortunarũ homo cum gemitu nominandus, ultra forenſes terminos ſemet extentans. Nanq; & reſticulam de feneſtra prætorij quadã remota dicitur ſemper habuiſſe ſuſpẽſam, cuius ſummitas quandam uelut tamuſam colligaret, nullis quidem indicijs fulta ſed nocitura inſontibus multis: & Mutianũ Barbarumq; apparitores aliquotiens diſcretim trudi iubebat ad ſallendum aptiſsimos. Hi tãquam eiulando caſus, quibus ſe ſimulabãt oppreſſos, iudicis exaggerando crudelitatẽ, remedium nullum aliud reis ad obtinendam uitam ſupereſſe eadem replicãdo ſæpe adſeuerabant: ni criminibus magnis petiſſent nobiles uiros: quibus ad ſui ſocietatẽ adnexis, facile eos abſolui poſſe firmabant. ob quæ impia uilitate ultra adpoſita iam pergente manus uinculis ſunt arctatæ cõplurium: ortuq; nobiles inculti uidebantur & anxij. nec eorum culpari quiſquam debuit, cum ſalutantes humũ pene curuatis cõtingentibus membris, perſæpe clamantem audirent ſpiritus ferini latronẽ, nullum ſe inuito reperiri poſſe inſontẽ. Quæ uerba effectui propere iuncta terruiſſent profecto Numæ Põpilij ſimiles & Catonem. Prorſus enim ſic agebatur, ut nec in alienis malis quorundã exareſcerẽt lachrymæ: quod in uarijs & confragoſis actibus uitę plerunq; cõtingit. à iure tamen iuſtitiaq; crebro diſcedẽs ferreus cognitor, erat uno quaſi præcipuo tolerabilis. Interdum enim exoratus parcebat aliquibus, quod prope uitiũ eſſe in hoc loco legitur apud Tullium. Nam ſi implacabiles iracũdiæ ſunt, ſumma eſt acerbitas. ſin autem exorabiles, ſumma leuitas: quæ tamen ut in malis acerbitati anteponenda eſt. Poſt hæc prægreſſo Leone, acceptoq; ſucceſſore ad principis Comitatũ Maximinus accitus, auctusq; præfectura prætoriana, nihilo lenior fuit, etiam longius nocens ut baſiliſci ſerpentes. In id tempus aut non multo prius, ſcopæ florere ſunt uiſæ quibus nobilitatis curia mũdabatur. Idq; portendebat extollendos quoſdam deſpicatiſsimæ ſortis ad gradus poteſtatum excelſos. Et quamlibet tempeſtiuum eſt ad ordinem redire ceptorum, tamen nihil impeditu ri temporum curſus immorabimur paucis, quæ per iniquitatẽ curantium uicariam prę fecturam in urbe contra quàm oportuerat geſta ſunt, quæ ad nutum Maximini & uoluntatem ijſdem miniſtris uelut apparitoribus gerebantur. Poſt hunc uenit Vrſicinus ad mitiora propenſior: qui quoniam cautus eſſe uoluit & ciuilis, retulerat Eſaiam cum alijs ob cõmiſſum adulterium in Ruffinam detẽtis, Marcellum maritum eius ex agente in rebus reum imminutæ Maieſtatis deferre conatis: ideoq; ut cũctator cõtemptus, & ad hæc fortiter exequenda parũ conueniens, è uicariæ poteſtate diſceſsit. Huic ſucceſsit Hemonenſis Simplicius, Maximini cõſiliarius ex grammatico, poſt adminiſtratam, nec erectus nec tumidus, ſed obliquo aſpectu terribilis: qui compoſitis ad modeſtiam uerbis acerba meditabatur in multos. Et primo Ruffinam cum uniuerſis autoribus adulterij commiſsi uel conſcijs interfecit, ſuper quibus Vrſicinum retuliſſe prædiximus: alias deinde complures nullo noxiorum diſcrimine uel inſontium. in cruento enim certamine cum Maximino uelut antepilano ſuo contendens, ſuperare eũ in ſuccidendis familiarum nobilium neruis ſtudebat, Buſirim ueterem & Anteum imitatus & Phalarim, ut taurus ſolus deeſſe uideretur Agrigentinus. His in hunc modum ac talibus exactis, Heſychia quædam matrona ob intentatum crimẽ in domo apparitoris, cui cuſtodienda eſt tradita, multa pertimeſcẽs & ſæua fulcro plumeo uultu contracto

Portentum

Vrſicinus

Simplicius

incubuit

incubuit, & animam occluſo narium ſpiramento effudit. Adiunctū eſt his aliud haud mitius malū. Eumenius enim & Abienus ambo ex cœtu ampliſsimo, infamati ſub Maximino in Fauſianam fœminam nō obſcuram, poſt Victorini obitū quo iuuante uixere ſecurius, Simplicij aduentu perterrefacti, non ſecus uolentis magna cū minis, ad ſecreta receptacula ſe contulerunt. Sed Fauſiana damnata inter reos recepti uocatiq; edictis ſemet abſtruſius amandarunt. quorum Abienus apud Anepſiam diu deliteſcebat. Sed ut ſolent inſperati caſus adgrauare miſerabiles clades, Apaudulus nomine ſeruus Anepſiæ, uerberatæ cōiugis dolore perculſus, negotium ad Simplicium detulit nocte progreſſus, miſsiq; apparitores indicatos è latebris abſtraxerunt. & Abienus quidem exaggerato crimine ſtupri, quod intuliſſe dicebatur Anepſiæ, morte mulctatus eſt. Mulier uero ut continendæ uitæ ſpem firmam dilato poſſet habere ſupplicio, adpetitam ſe nepharijs artibus uim in domo Aginatij perpeſſam aſſeuerauit. Hęc ut geſta ſunt mugitus ad principem Simplicius reddidit: agensq; ibi Maximinus infeſtus ob cauſam quam ſupra docuimus Aginatio, ſimultate unà cum poteſtate in maius accenſa, orauit impenſe ut reſcriberetur eum occidi: & impetrauit facile male ſanus incitator & potens: metuensq; grauioris inuidiæ pōdus, ne pronuntiante Simplicio & cōſiliario ſuo & amico periret homo patriciæ ſtirpis, retinuit apud ſe pauliſper Imperiale præceptū, hærens & ambigens quem nam potiſsimū exſecutorem atrocis rei fidum inueniret & efficacem. Tandemq;, ut ſolent pares facile congregari cum paribus, Doryphorianus quidam repertus eſt Gallus, audax adusq; inſaniā: cui hanc operam implere breui pollicito, deferri prouidit uicariam, & cōmonitorium cum Auguſti literis tradidit: inſtruens hominem ſæuū quidem ſed rudem, qua celeritate Aginatium ſine ullo deleret obſtaculo, dilatione qualibet inuenta forſitan euaſurū. Feſtinauit ut mandatum eſt Doryphorianus magnis itineribus Romam: & inter ſalutandi initia magna quæritabat induſtria qua ui ſenatorē perſpicui generis interficeret, iuuantibus nonnullis. Cognitoq; eum iam pridem repertum in uilla propria, uultu diro ipſe tanquā caput ſontium Anepſiam per horrorē tenebrarum audire diſpoſuit: quo tempore hebetari ſolēt obſtrictæ terroribus mētes: ut inter innumera multa Aiax quoq; Homericus docet, optans perire potius luce quàm pati formidinis augmenta nocturnæ. Et quoniam iudex, quinimmo prædo neſandus, ad id ſolum quod promiſit intentus cuncta extollebat in maius, iuſſo Aginatio ſtatui agmina fecit introire carnificum: catenisq; ſonantibus triſte, mancipia ſqualore diuturno marcētia in domini caput adusq; ultimum lacerabat exitium: quod in ſtupri quæſtione fieri uetuere clementiſsimæ leges. Deniq; cum iam contigua morti tormenta ancillæ uoces expreſsiſſent obliquas, indicij fide per eam plene diſcuſſa, Aginatiū ad ſupplicium duci pronunciatum abrupte. nec auditus, cum magnis clamoribus appellaret nomina principum, ſublimis raptus occiditur, pari ſentētia Anepſia interfecta. Hæc agitante cum adeſſet, perq; emiſſarios cum procul ageret Maximino, funera deplorauit urbs æterna. Sed accelerarunt ultrices diræ cæſorum. nanq; ut poſtea tēpeſtiue dicetur, & idem Maximinus ſub Gratiano intoleranter ſe efferēs, damnatorio iugulatus eſt ferro, & Simplicius in Illyrico trucidatus: & Doryphorianum pronunciatum capitis reum truſumq; in carcere Tulliano, matris conſilio princeps exinde rapuit: reuerſumq; ad lares in Gallijs per cruciatus oppreſsit immenſos. Sed iam unde huc fleximus reuertamur: Is urbanarū rerum ſtatus ut ita dixerim fuit.

Aginatij ſupplicium.

At Valentinianus magna animo concipiens & utilia, Rhenum omnē à Retiarum exordio adusq; fretalem Oceanum magnis molibus cōmuniebat, caſtra extollens altius & caſtella turresq; adſiduas per habiles locos & oportunos, quà Galliarū extenditur longitudo: nonnunquā etiam ultra flumen ædificijs poſitis ſubradens barbaros fines. deniq; cum reputaret munimentū celſum & tutum, quod ipſe à primis fundarat auſpicijs, præterlabente Nicro nomine fluuio paulatim ſubuerti poſſe undarum pulſu immani, meatum ipſum aliorſum uertere cogitauit: & quæſitis artificibus peritis aquariæ rei, copioſaq; militis manu arduum eſt opus adgreſſus. per multos enim dies compaginatæ formæ è roboribus coniectæq; in alueum, fixis refixisq; aliquotiens prope ingentibus ſtilis, fluctibus erectis confundebantur, auulſæq; ui gurgitis interrumpebantur. Vicit tamen Imperatoris uehementior cura, & morigeri militis labor, mento

Renus munitus

tenus dum operaretur ſæpe demerſi. tandemq; non ſine quorundam diſcrimine, caſtra præſidiaria inquietudine errantis ingentis amnis exempta, nũc ualida ſunt. ac talibus lætus exultansq;, pro anni & temporis ſtatu dilapſos conducens, reipublicæ curam habuit, ut officio principis cõgruebat. ratusq; aptiſsimũ ad id quod deliberabat implendum, trans rhenum in monte Piri, qui barbaricus locus eſt, munimẽtum exſtruere diſpoſuit raptim. utq; celeritas effectũ negocij faceret tutum, per Syagrium tunc notarium, poſtea præfectum & conſulem, Aratorẽ monuit ducem: ut dum undiq; actũ eſſet ſilentium, id arripere conaretur. Tranſiit cũ notario dux ut iuſſum eſt ſtatim: ponereq; per militem quem duxit fundamenta exorſus, Hermogenẽ ſuſceperat ſucceſſorem. eodemq; pũcto quidã optimates Alemanni uenere obſides imperatoris, quos lege fœderis mãſuræq; diutius pacis haud aſpernãda pignora tenebamus. qui flexis poplitibus ſupplicabant, ne Romani ſecuritatis improuidi, quorũ fortunam ſempiterna fides cœlo contiguam fecit, prauo deciperentur errore, pactisq; calcatis rem adorirentur indignam. Verum hęc & ſimilia loquentes incaſſum, cum nec audirentur nec aliquid mite referri ſentirent, filiorum flentes exitium diſceſſerunt. Iiſdemq; digreſsis, ex abdito collis propinqui barbaricus proſiluit globus, optimatibus danda reſpõſa ut intelligi dabatur operiens: aggreſsiq; milites ſeminudos, humum etiam tum geſtantes, expediti agiliter gladijs obtruncabant. inter quos etiam duces ambo ſunt cæſi. nec indicaturus geſta ſuperfuit quiſquam pręter Syagrium: qui deletis omnibus ad comitatũ reuerſus, irati ſententia principis ſacramento exutus abijt ad lares, commeruiſſe ſæuo iudicatus arbitrio, quòd euaſerit ſolus. Hęc inter per Gallias latrociniorum rabies ſæua ſcatebat in perniciem multorũ, obſeruans celebres uias fundẽsq; indubitanter quidquid incide rat fructus. Deniq; præter cõplures alios, quos abſumpſerunt inſidiæ tales, Conſtantianus tribunus ſtabuli impetu eſt clandeſtino exceptus, moxq; interfectus, Valẽtiniani adfinis, Cerealis & Iuſtinæ germanus. At procul tanquam horum ſimiles, agitantibus furijs per omne latus Maratocupreni graſſatores acerrimi uagabantur, uici huius nominis incolæ in Syria prope Apamiam poſiti, nimium quãtum numero & exquiſitis fallacijs abundantes: ideoq; formidati, quòd mercatorũ militumq; honoratorũ ſpecie ſine ullo diſcrimine domos & uillas & oppida peruadebant: nec quiſquam aduentum eorũ cauere poterat inopinũ, non deſtinata ſed uaria petentium & longinqua, & quoquo uentus duxerat irrumpentiũ. quam ob cauſam præ cæteris hoſtibus Saxones timentur ut repentini. Et quamlibet coniuratis multorũ opes attribuerentur, tamẽ œſtro concepti furoris exagitati cædes dedere luctificas, ſanguinis nihilominus auidi quàm prædarum. Sed ne per minutias geſta narrãdo, operis impediam curſum, id unum ſufficiet eorum exitiale poni cõmercium. Quæſitus in unum impiorũ hominum globus, imitatus Rationalis officium ipſumq; iudicem, ueſpertinis tenebris lugubre clamante præcone ciuitatem ingreſsi, ambitioſam domũ cuiuſdam primatis ut proſcripti iuſsiq; interfici cum gladijs obſederũt: raptaq; ſuppellectili pretioſa, quia ſubito perculſi familiares hebetatis ſenſibus non defenderant dominũ, cęſis pluribus ante reuolutã lucem greſſu diſceſſere ueloci. Verum cum exuuijs repleti multorum, parãdi dulcedine nihil prætermitterent, intercepti imperiali motu oppreſsi interiere omnes ad unũ: eorumq; ſoboles parua etiam tum, ne ad parentũ exempla ſubcreſceret, pari ſorte deleta eſt, laresq; euerſi, quos ambitioſe luctuoſis aliorũ diſpendijs exſtruxerãt. Et hęc quidẽ textu proceſſere narrato. Theodoſius uero dux nominis inclyti, animo uigore collecto ab Auguſta profectus, quã ueteres appellauere Lundiniũ, cum milite induſtria comparato ſolerti, uerſis turbatisq; Britannorũ fortunis opem maximam tulit: oportuna ubiq; ad inſidiandũ barbaris præueniens loca, nihilq; gregarijs imperans cuius non ipſe primitias alacri capeſſeret mente. Hocq; genere cum ſtrenui militis munia & præclari ducis curas expleret, fuſis uarijs gentibus & fugatis, quas inſolentia nutriente ſecuritate adgredi Romanas res inflammabat, in integrum reſtituit ciuitates & caſtra, multiplicibus quidem damnis affectas, quiete temporis longi fundata. Euenerat autem eodem hæc agẽte facinus dirum, erupturum in periculum graue, ni inter ipſa conatus principia fuiſſet extinctum. Valentinus quidam in Valeria Pannonia, ſuperbi ſpiritus homo, Maximini illius exitialis uicarij poſtea præfecti coniugis frater, ob graue crimen

Ro. clades ad montem Piri

Maratocupreni graſſatores

Britannia pacata

actus in Britannias exul, quietis impatiens malefica beſtia ad res pernicioſas conſurgebat & nouas in Theodoſium tumore quodam, quem ſolum reſiſtere poſſe nefandis cogitationibus aduertebat. Multa tamē clam palamq; circumſpiciens, creſcente flatu cupiditatis immenſæ exules ſollicitabat & milites, pro temporis captu auſorum illecebras pollicendo mercedes. Iamq; propinquante tentatorum effectu, doctus hæc unde conuenerat dux alacrior ad audēdum, & corde celſo ad uindictam compertorum erectus, Valentinum quidem cum paucis arta ſocietate iunctiſsimis letali pœna plectendos Dulcitio dediderat duci: militari uero ſcientia qua ſuperabat præſentes futura con ijciens, de coniuratis quæſtiones agitari prohibuit, ne formidine ſparſa per multos, reuiuiſcerent prouinciarum turbines compoſiti. Hinc ad corrigenda plura conuerſus & neceſſaria, periculo penitus dempto, cum aperte conſtaret nulla eius cœpta propitiam deſeruiſſe fortunam, inſtaurabat urbes & præſidiaria ut diximus caſtra, limitesq; uigilijs tuebatur & prætenturis: recuperatamq; prouinciā quæ in ditionem cōceſſerat hoſtium, ita reddiderat ſtatui priſtino: ut eodem referente & rectorem haberet legitimū, & Valentia deinde uocaretur arbitrio principis. Areanos genus hominū à ueteribus inſtitutum, ſuper quibus aliqua in actibus Cōſtantis retulimus, paulatim prolapſos in uitia à ſtationibus ſuis remouit: aperte conuictos, acceptorū promiſſorumq; magnitudine præmiorum allectos, quæ apud nos agebantur aliquotiens barbaris prodidiſſe. Id enim illis erat officium, ut ultro citroq; per longa ſpatia diſcurrentes uicinarum gentium ſtrepitus noſtris ducibus intimarent. Ita ſpectatiſsime antedictis rebus alijsq; adminiſtratis ſimilibus, ad comitatū accitus tripudiantesq; relinquens prouincias, ut Furius Camillus uel Curſor Papyrius uictorijs crebris & ſalutaribus erat inſignis. Et fauore omnium aduſq; fretum deductus, leni uento tranſgreſſus uenit ad commilitium principis. cumq; gaudio ſuſceptus & laudibus, in locum Valentis Iouini ſucceſsit, qui equorum copias tuebatur. Diu multūq; à negocijs digreſſus urbanis, adigente cumulo foris geſtorum, ad ea ſtrictim exſequenda regrediar, exorſus ab Olybrij præfectura tranquilla nimis & leni. qui nunquam ab humanitatis ſtatu deiectus ſollicitus erat & anxius, ne quod uſquā factum eius aſperū inueniretur aut dictum: calumniarū acerrimus inſectator, fiſci lucra unde poterat circūcidens, iuſtorūq; diſtinctor & arbiter plenus, in ſubiectis admodum temperatus. ſed obnubilabat hæc omnia uitium parū quidem nocens, ſed in alto iudice maculoſum, quod citeriorē uitam pene omnem uergentem in luxum per argumēta ſcenica amoresq; peregerat nec uetitos nec inceſtos. Poſt hunc urbem rexit Ampelius, cupidus ipſe quoq; uoluptatum, Antiochiæ genitus, ex magiſtro officiorum ad proconſulatum geminum, indeq; multo poſtea ad præfecturæ culmē euectus, lætus aliàs & ad populi fauorem adipiſcendū aptiſsimus: nōnunquam tamen rigidus, atq; utinā in propoſito perſeuerans. Correxiſſet enim ex parte licet exigua irritamēta gulæ & ganeas tetras, ni flexus in molliora amiſiſſet gloriam diu uictuam. nanq; ſtatuerat ne taberna uinaria ante horam quartam aperiretur, neue aquam uulgarium calefaceret quiſquam, uel uſq; ad præſtitutū diei ſpatium lixæ coctam proponerent carnem, uel honeſtus quidam mandens uideretur in publico. Quæ probra aliaq; his maiora diſsimulatione iugi neglecta ita effrenatius exarſerunt, ut nec Epimenides ille Cretenſis ſi fabularum ritu ab inferis excitatus rediſſet ad noſtra, ſolus purgare ſufficeret Romam. tanta pleroſq; labes inſanabilium flagitiorum oppreſsit. Et primum nobilitatis, ut aliquoties pro locorum copia fecimus, dein plebis digeremus errata, incidentia ueloci conſtringentes exceſſu. Prænominū claritudine conſpicui quidam ut putant in immenſum ſemet extollunt, cum Reburri & Flabunij & Pagonij Gerionesq; appellētur ac Dalij cum Tarracijs & Perraſiis, alijsq; ita decens ſonantibus originum inſignibus multis. Nōnullos fulgentes ſericis indumentis, ut ducendos ad mortem, uel ut ſine diritate ominis loquamur, prægreſſo exercitu arma cogentes, manipulatim concitato fragore ſequitur multitudo ſeruorum. tales ubi comitantibus ſingulos quinquaginta miniſtris, tholos introierint balnearum, ubiubi ſunt minaciter clamantes, ſi apparuiſſe ſubito ignotam compererint meretricem, aut oppidanæ quondam proſtibulum plebis, uel meritorij corporis ueterem lupam, certatim concurrunt: palpantesq; aduenam deformitate magna blanditiarum ita extollunt ut Se-

miramin

Valētinus ſupplicio affectus

Areani

Olybrius

Ampelius

Rom. nobilitatis mores

miramin Parthi, uel Cleopatras Aegyptus, aut Artemiſiam Cares, uel Zenobiam Pal myreni. Et hæc admittunt hi, quorum apud maiores cẽſoria nota adflictus eſt ſenator, auſus dum adhuc non deceret, pręſente communi filia coniugem oſculari. Ex his quidam cum ſalutari pectoribus oppoſitis cœperunt, oſculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes, adulatoribus offerũt genua ſuauianda uel manus, id illis ſufficere ad beate uiuendum exiſtimantes: & abũdare omni humanitatis cultu peregrinum, cuius forte etiam gratia ſunt obligati, interrogatum quibus thermis utatur aut aquis, aut ad quam ſucceſſerit domũ. Et cum ita graues ſint & cultores uirtutum ut putant, ſi uenturos undelibet equos aut aurigas quendam didicerint nunciaſſe, ita imminent & percũctantur, ut Tyndaridas fratres eorum ſuſpexere maiores, cum priſcis illis uictorijs indicatis gaudio cuncta compleſſent. Horũ domus ocioſi quidam garruli frequentant, uarijs adſentandi figmentis ad ſingula altioris fortunæ uerba laudantes, paraſitorum in comœdijs etas affectando. ut enim illi ſufflant milites glorioſos, obſidiones urbium & pugnas & milia hoſtium ijſdem ut heroicis æmulis aſsignãtes: ita hi quoq; columnarum cõſtructiones alta fronte ſuſpenſas mirãdo, atq; parietes lapidum circumſpectis coloribus nitidos, ultra mortalitatẽ nobiles uiros extollunt. Poſcuntur etiam in conuiuijs aliquoties trutinæ, ut adpoſiti piſces & uolucres ponderentur & glires. quorum magnitudo ſæpius delicata non ſine tædio præſentiũ, ut antehac inuſitata laudatur adſidue. maxime cum hæc eadem numerãtes notarij propè triginta adſiſtant cum thecis & pugillaribus tabulis, ut deeſſe ſolus magiſter ludi literarij uideretur. Quidam deteſtantes ut uenena doctrinas, Iuuenalem & Marium Maximum curatiore ſtudio legunt, nulla uolumina præter hæc in profundo ocio cõtrectantes, quam ob cauſam nõ iudicioli eſt noſtri: cum multa & uaria pro amplitudine gloriarum & generum lectitare deberent, audientes deſtinatum pœnæ Socratem cõiectumq; in carcerem, rogaſſe quendam ſcite lyrici carmen Steſichori modulantem, ut doceretur id agere dum liceret: Interroganteq; muſico, quid ei poterit hoc prodeſſe morituro poſtridie, reſpondiſſe, ut aliquid ſciens amplius è uita diſcedat. Ita autẽ pauci ſunt inter eos ſeueri uindices delictorum, ut ſi aquam calidam tardius attulerit ſeruus, trecentis adfligi uerberibus iubeatur: Si hominem ſponte occiderit propria, inſtãtibus plurimis ut damnetur, unus dominus hactenus exclamat, quid faciat manioſus & nequam? ciuilitatis autem hoc apud eos eſt nunc, quod expedit peregrinos iure interficere, quibus libet, quanquam rogatis ad conuiuium, excuſare. defectũ enim patrimonij ſe perpeti ſenator exiſtimat, ſi is defuerit, quem aliquoties libratis ſententijs inuitauerit ſemel. Pars eorum ſi agros uiſuri proceſſerunt longius, aut alienis laboribus uenaturi, Alexandri magni itinera ſe putant æquiparaſſe uel Cæſaris: aut ſi à lacu Auerni lembis inuecti ſunt pictis Puteolos uel Caietam, maxime cum id uapoſato audeant tempore: ubi ſi inter aurata flabella lacinijs ſericis inſiderint muſcæ, uel per foramen umbraculi penſilis radiolus inruperit ſolis, queruntur quod non ſunt apud Cimmerios nati. dein cum à Siluani lauacro uel Mameæ aquis uentitant ſoſpitalibus, ut quiſquam eorum egreſſus tenuiſsimis ſe terſerit linteis, ſolitis preſſorijs ueſtes luce nitentes arbitra diligenter explorat, quæ unà portantur ſufficientes ad iuuandos homines undecim: tandemq; electis aliquot inuolutus, receptis anulis, quos ne uiolentur humoribus famulo tradiderat, digitis ut metatis abit. Quidam ex his, licet rari, aleatorum uocabulum declinantes, ideoq; ſe cupientes appellari teſſerarios: inter quos tantum differt, quãtum inter fures & latrones. Hoc tamen fatendum eſt, quod cum omnes amicitiæ Romæ tepeſcant, aleariæ ſolæ quaſi glorioſis quæſitæ ſudoribus, ſociales ſunt, & adfectu nimio firmitate plena connexæ. unde quidam ex his gregibus inueniũtur ita concordes, ut quis illos eſſe exiſtimet fratres. ideoq; uidere licet ignobilem, artis teſſerariæ callentem arcana, ut Catonem Porcium ob repulſam pręturæ nec ſuſpectam antea nec ſperatam, incedere grauitate compoſita mœſtiorem, quòd ei in maiore conuiuio uel conſeſſu proconſularis quidam eſt antelatus. Subſidẽt aliqui curioſos homines, ſenes aut iuuenes, orbos uel cælibes, aut etiam uxores habentes & liberos (nec enim in hoc titulo diſcrimen aliquod obſeruatur) ad uoluntates condendas allicientes eos technis miris: qui cum ſupremis iudicijs ordinatis, quæ habebant reliquerint his quibus morem gerendo teſtati

do teſtati ſunt, ilico pereunt. Alius cum dignitate licet, ceruice tumida gradiens, notos antea obliquato contuetur aſpectu: ut poſt captas Syracuſas exiſtimes reuerti M. Marcellum. Multi apud eos negant eſſe ſuperas poteſtates in cœlo: nec in publico prodeunt, nec prandent, nec lauari arbitrantur ſe cautius poſſe, antequam ephemeride ſcrupuloſe ſciſcitata didicerint, ubi ſit uerbi gratia ſignum Mercurij, uel quotam cancri ſideris partem polum diſcurrens obtineat luna. Alius ſi creditorem ſuum flagitare moleſtius aduerterit debitum, ad aurigam confugit audentem omnia prælicenter, eumq; ut ueneficum curat urgeri. unde non niſi reddita cautione, diſpendioq; adflictus graui diſcedit. & additur huic, debitorem uolũtarium includit ut propriũ, nec ante eius profectionem abſoluit. Parte alia uxor, ut prouerbium loquitur uetus, eandem incudem diu noctuq; tundendo maritum teſtari cõpellit: hocq; idem ut faciat uxor urget maritus inſtanter: & periti iuris altrinſecus adſciſcuntur, unus in cubiculo, alter eius æmulus in triclinio, repugnantia tractaturi: ijſdemq; ſubſeruntur genitaliũ extorum interpretes controuerſi: hinc præfecturas profuſius largiẽtes, & ſepulturas diuitum matronarum: inde ad exequias uirorum fœminas inuitantes, neceſſaria parari oportere innuentes. Nec in rebus humanis quicquam bonũ norunt, niſi quod fructuoſum. Sic amicos tanquam pecudes eos potiſsimum diligũt, ex quibus ſe ſperant maximum fructum eſſe capturos. cumq; mutuum illi quid petũt, ſoccos & Miciones uidebis & Lachetas: cum adigũtur ut reddant, ita cothurnatos & turgidos, ut Heraclidas illos Creſphontem & Temenum putes. Hactenus de ſenatu: nunc ad ocioſam plebẽ ueniamus & deſidem: in qua nitent & nominibus cultis quidam calceorũ expertes, Cimeſſores Statarij Semicupæ & Serapini, & Cicimbricus cum Gluturino & Trulla, & Lucanicus cum Pordaca & Salſula, ſimileſq; innumeri. hi omne quod uiuunt uino & teſſeris impendunt & luſtris & uoluptatib. & ſpectaculis: eisq; templum & habitaculũ & concio & ſpes omnis circus eſt maximus. & uidere licet per fora & cõpita & plateas & cõuẽticula circulos multos collectos in ſe cõtrouerſis iurgijs ferri, alijs aliud ut fit defendentibus. Inter quos hi qui ad ſatietatem uixerunt, potiores autoritate longæua, per canos & fora clamitant ſæpe: rempublicam ſtare non poſſe, ſi futura cõcertatione quem quiſq; uindicat, carceribus nõ exiluerit princeps, & circumflexerit metam. Exoptato die equeſtrium ludorum inluceſcente, nondũ ſolis puro iubare, fuſius omnes feſtinant præcipites, ut uelocitate currus ipſos anteeant certaturos. ſuper quorum euentu diſciſſis uotorum ſtudijs, anxij plurimi agunt peruigiles noctes. unde ſi ad theatralem uentum fuerit uilitatem, artifices ſcenarij per ſibilos exploduntur, ſi qui ſibi ære humiliorem non cõciliauerit plebem. cui ſi defuerit ſtrepitus, ad imitationem Tauricæ gentis peregrinos uociferantur pelli debere, quorum ſubſidijs ſemper niſi ſunt ac ſteterũt, & tetris uocibus & abſurdis: quæ longe abhorrẽt à ſtudijs & uoluntate ueteris illius plebis, cuius multa facete dicta memoria loquitur & uenuſta. Id enim nũc repertũ eſt pro ſonitu laudum impenſiore, per applicatos homines ad loquendũ, ut in omni ſpectaculo, exodiario, uenatori, aurigæ, & hiſtrionum generi omni, & iudicibus celſis itidemq; minoribus, necnon etiã matronis clametur adſidue, per te ille diſcat: quid autẽ debeat diſci nemo ſufficit explanare. In his pleriq; diſtentioribus ſaginis addicti, præeunte nidoris indagine acutiſq; uocibus fœminarũ, à gallicinijs ipſis, in modum pauorum inanitate clangentium, humum ſummis pedum unguibus cõtingentes aulis adſiſtunt, digitos prærodentes dum patinæ deferueſcunt: alij nauſeam horridæ carnis dum excoquitur intentius deſpectantes, ut diſciſſarum pecudum exta rimari cum anatomicis Democritum putes, docẽtem quibus modis poſteritas mederi doloribus poſsit internis. Sit ſatis interim hęc digeſsiſſe ſuper rebus urbanis: nunc redeamus ad cætera, quę per prouincias agitauere multiplices caſus. Erupit Auguſtis ter COSS. Saxonũ multitudo: & Oceani difficultatibus permeatis, Romanũ limitem gradu petebat intento, ſæpe noſtrorum funeribus paſta. cuius eruptionis primæ procellam Nannenus ſuſtinuit comes regionibus ijſdem adpoſitus, diuturno bellorum labore compertus. Sed tunc ad mortem deſtinatæ plebi cõgreſſus, cum milites quoſdam ruiſſe & ſe uulneratum imparem fore certaminibus aduerteret crebris, docto imperatore quid agi deberet, id eſt adeptus, ut peditum magiſter Seuerus opitulatum rebus dubijs adueniret.

Ro. plebis mores

Qui ducens militem rei ſufficientem cum ueniſſet ad loca, diſcriminatis ordinibus barbaros ante colluctationē adeo terruit & turbauit, ut nec controuerſas opponerent manus, ſed ſignorū aquilarumq; fulgore præſtricti uenialem poſcerent pacem. diuq; uariatis conſilijs, cum id reipub. conducere uideretur, pactis inducijs, & datis ex conditione propoſita iuuenibus multis habilibus ad militiam, diſcedere permiſsi ſunt Saxones ſine impedimēto unde uenerant reuerſuri. quibus omni iam formidine uacuis reditumq; parantibus occulte pedites miſsi inſidias in abdita quadam ualle ſtruxerunt, unde prætereuntes adgredi negotio poterant leui. Sed longe ſecus accidit quàm ſperabatur. Sonitu enim aduentantium perciti exiluere quidam intempeſtiue: uiſiq; ſubito dum ſe firmare feſtinant ululantib. lugubre barbaris uertuntur in pedes. Stetere tamen mox conglobati, extremaq; forte uires licet non integras ſuggerente confligere cogebātur: multaq; cæde perculſi concidiſſent nullo relicto, ni cataphractorū equitum cuneus, ad inferendum periculum tranſeuntibus barbaris ex alio latere prope diuortiū itineris pari modo locatus, clamore percitus triſti agiliter ſubueniſſet. Exin cōcurſum infeſtius: firmatiſq; pectoribus hincinde incūbentes Romani clauſos hoſtes eductis gladijs obtrūcabāt: nec quiſquam eorum genitales reuiſere potuit lares, ne uno quidē cædibus concorporalium ſupereſſe permiſſo. *Saxonum clades* Ac licet iuſtus quidam arbiter rerū factum incuſabit perfidum & deforme: penſato tamen negocio nō feret indigne, manum latronum exitialem tandem copia data cōptam. Poſt hæc ita proſpere conſummata, Valentinianus uerſando ſententias multiformes, anxia ſollicitudine ſtringebatur: reputans multa & circumſpiciens, quibus cōmentis Alemannorū & Macriani regis frāgeret faſtus, ſine fine uel modo rem Romanā inrequietis motibus confundentes. Immanis enim natio iam inde ab incunabulis primis uarietate caſuū imminuta, ita ſæpius adoleſcit, ut fuiſſe longis ſæculis æſtimetur intacta. Seditq; conſilia alia poſt alia imperatori probanti, Burgundios in eorum excitari perniciem, bellicoſos & turbæ immēſæ uiribus affluentes, ideoq; metuendos finitimis uniuerſis. Scribebatq; frequēter ad eorum reges per taciturnos quoſdam & fidos, ut ijſdem tempore præſtituto ſuperuenirent, pollicitus ipſe quoq; tranſito cum agminibus Romanis Rheno occurrere pauidis, pōdus armorum uitantibus inſperatū. Gratanter ratione gemina principis acceptæ ſunt literæ: prima, quòd iam inde temporibus priſcis, ſobolem ſe eſſe Romanam Burgundij ſciunt: dein, quòd ſalinarum finiūq; cauſa Alemannis ſæpe iurgabant, cateruas miſere lectiſsimas: *Burgundij contra Alemannos* quæ antequam miles congregaretur in unum, aduſq; ripas Rheni progreſſæ, imperatore ad extruenda munimenta diſtricto, terrori noſtris fuere uel maximo. Igitur pauliſper morati, cū neq; Valentinianus ut ſpoponderat die prædicto ueniſſet, nec promiſſorum aliquid aduerterent factum, ad comitatum miſere legatos, poſcentes adminicula ſibi dari redituris ad ſua, ne nuda hoſtib. exponerent terga. Quod ubi negari per ambages ſentirent, & moras necti, exinde diſceſſerunt indignati. Hocq; cōperto reges, ut ludibrio habiti, ſæuientes captiuis omnibus interfectis genitales repetūt terras. Apud hos generali nomine rex appellatur Hendinos: & ritu ueteri poteſtate depoſita remouetur, ſi ſub eo fortuna titubauerit belli, uel ſegetum copiam negauerit terra: quemadmodum ſolent Aegyptij caſus eiuſmodi adſignare rectorib. Nam ſacerdos apud Burgundios omniū maximus uocatur Siniſtus: & eſt perpetuus, obnoxius diſcriminibus nullis ut reges. Per hanc occaſionem impēdio tempeſtiuam, Alemannos gentis antedictæ metu diſperſos aggreſſus per Retias Theodoſius ea tempeſtate magiſter equitū, pluribus cæſis quoſcūq; cepit ad Italiam iuſſu principis miſit: ubi fertilibus agris acceptis iam tributarij circūcolunt Padum. *Tripoleos calamitates* Hinc tanquā in orbem migrantes aliū, ad Tripoleos Africanæ prouinciæ ueniamus ærūnas, quas ut arbitror Iuſtitia quoq; ipſa defleuit: quæ unde inſtar exarſere flammarū textus aperiet abſolutus. Auſturiani his contermini partib. barbari, in diſcurſus ſemper expediti ueloces, uiuereq; adſueti rapinis & cædibus, pauliſper pacati in genuinos turbines reuoluti ſunt, hanc cauſam prætēdentes ut feriam. Stachao quidam nomine popularis eorū, noſtra peragrando licētius, agebat quædam uetita legibus: inter quę illud potius eminebat, quòd prouinciā omni fallaciarū uia prodere conabatur, ut indicia docuere ueriſsima: quo circa ſupplicio flāmarum abſumptus eſt. Huius necē ulciſci, ut propinqui damnatiq; iniuſte cauſantes,

ferarum

ſerarum ſimiles rabie concitarū exſiluere ſedibus ſuis, Iouiano etiā tum imperante: ueritiq; prope Leptim accedere, ciuitatem muris & populo ualidā, ſuburbano eius uberrimo inſidere per triduū. mactatisq; agreſtibus, quos inopinus hebetauerat pauor, uel cōfugere coegerat ad ſpeluncas, incenſa ſupellectili multa quæ uehi nō poterat, aucti rapinis reuerterunt ingētibus, trahentes captiuū Siluam quoq; caſu in agro inuētum, ordinis ſui primatē. Hac ſubita clade Leptitani perterriti, ante incremēta malorū quæ intentabat barbaricus tumor, præſidiū implorauere Romani comitis per Africam recēs prouecti. Qui cū ueniſſet militares copias ducēs ferreq; opem rebus rogaret adflictis, nō niſi abūdanti cōmeatu adgeſto, & camelorū quatuor milibus apparatis, caſtra firmabat eſſe moturū. Hoc reſponſo miſerandis ciuibus ſtupefactis, atq; negantibus ſufficere ſe poſſe poſt uaſtationes & incendia enormibus inſtrumentis remedia quærere damnorū immanium, diſsimulanter diebus ibi quadraginta cōſumptis, nullo tentato idem diſceſſerat comes. Qua ſpe Tripolitani fruſtrati, formidantesq; extrema, adlapſo legitimo die concilij, quod apud eos eſt annuū, Seuerum & Flaccianum creauere legatos, Victoriarū aurea ſimulacra Valētiniano ob imperij primitias oblaturos: utq; lachrymoſas prouinciæ ruinas docerent intrepide. Quibus cōpertis Romanus, miſſo equite uelociſsimo magiſtrū officiorū petit Remigium, affinem ſuum uel rapinarum participē, ut prouideret imperatoris arbitrio cognitionē huius negotij uicario ſibi deferri. Venerunt in comitatū legati: aditoq; principe, uerbis quæ perpeſsi ſunt oſtenderunt: obtulerunt decreta, textum continentia rei totius. quibus lectis, cum neq; relationi officiorum magiſtri fauentis Romani flagitijs, nec contraria referentibus crederetur, promiſſa diſceptatio plena dilata eſt eo more, quo ſolent inter potiorū occupationes ludi poteſtatis excelſæ. Cum remedia quædā à cōmilitio principis expectantur, ſuſpenſis Tripolitanis diuq; anxijs, rurſus globi ſuperuenere barbarici, fiducia ſublati præteritorū: Leptitanoq; agro & Eenſi interneciua populatione tranſcurſis, expleti prædarū aceruis ingentibus abſceſſerunt, occiſis decurionibus multis: inter quos Ruſticanus ſacerdotalis & Nicaſius enitebat ędilis. Hęc aūt eruptio ideo arceri nō potuit quòd ad legatorū preces negotiorū quoq; militariū cura præſidi delata Ruricio, mox trāslata eſt ad Romanū. Et iam recens inflictæ cladis nuntius, miſſus ad Gallias, excitauit acrius principem. ideoq; tribunus & notarius Palladius mittitur: ut & militi diſperſo per Africā prębere ſtipendiū debitū, & geſta per Tripolim fide cōgrua ſcrutaretur. Inter tales tamē cōſulendi moras expectandiq; reſponſa, Auſturiani ſucceſſu gemino inſolentes, ut rapaces alites aduolarūt, irritamēto ſanguinis atrocius efferatæ: cūctisq; niſi quos fuga diſcriminibus eximeret interēptis, prædas quas antehac reliquerāt auexerunt, arboribus excectis & uitibus. Tunc Mychon quidā nobilis oppidanus & potens, captus in ſuburbano, lapſusq; anteq; uinciretur, quia pedibus æger euadere penitus uetabatur in puteū aquis uacuū ſeſe coniecit. unde coſta diffracta leuatus à barbaris, ductusq; prope portas, cōiugis miſeratiōe redēptus eſt: & ad pinnas muri fune ſublatus, poſt biduū interijt. unde elati in pertinaciam ſæuiſsimi graſſatores ipſa pulſauere mœnia Leptitana, funeſtis plangoribus reſonantia fœminarū: quas nunq; antea hoſtiliter clauſas pauor exanimabat inſolitus. obſeſſaq; urbe per octo continuos dies, cum quidā oppugnatores ſine ullo uulnerarent effectu, redierunt ad propria triſtiores. Ob quæ ſuper ſalute dubij ciues, ultimaq; tentantes, profectis ante legatis nondū reuerſis Iouinum mittūt atq; Pancratiū, quæ uiderint, quæq; ipſi perpeſſi ſint imperatorē fida relatione docturos. qui Seuerū apud Carthaginē inuentū & Flaccianum, ſuperiores illos legatos, percōtando quid egerint, cognouerūt eos audiri à uicario iuſſos & comite. è quibus Seuerus illico perijt uexatus acerbitate morborū. nihilo minus tamē properarūt ad comitatū magnis itineribus antedicti. Ingreſſo poſt hæc Palladio Africam, Romanus quas ob res uenerat ante præſtructurus, ut ſecuritatē ſuam in tuto locaret, numerorū principijs per quoſdam ſecretorū mandauerat conſcios, ut ei tanq; potenti & palatij ſummatibus proximo, ſtipendij quod pertulerat pręſtarent maximā partem. & ita eſt factū. confeſtimq; ille ditatus perrexit ad Leptim: utq; ad ueritatis perueniret indaginē Erechthiū & Ariſtomenē facūdos municipes & inſignes, libere ſuas ciuiūq; & finitimorū retexētes ærumnas, ad loca uaſtata ſecum eduxit. Quibus aperte cuncta

monſtrantibus, luctuoſis prouinciæ cineribus uiſis reuertit: Romanūq; ut deſidem increpans, relaturū ſe cuncta uerisſime quę uiderat minabatur ad principē. Atq; ille ira percitus & dolore, ſe quoq; mox referre firmauit, quòd miſſus ut notarius incorruptus donatiuū militis omne in quæſtus auerterit proprios: qua gratia, flagitiorū arbitra cōſcientia, cum Romano deinde Palladius concordabat: reuerſusq; ad comitatum arte mendaciorū impia Valentinianū fefellerat, Tripolitanos fruſtra queri cōmemorans. Ideoq; rurſus ad Africam cum Iouino poſtremo omniū legatorum remittit (Pancratius enim deceſſerat apud Treueros) ut cū uicario ipſe merita legationis quoq; ſecundæ ſpectaret. præter hæc linguas Erechthij & Ariſtomenis præcidi iuſſerat imperator, quos inuidioſa quædā locutos idem Palladius intimarat. Secutus ut ſtatutū eſt uicarium notarius uenit ad Tripolim. Hocq; cōperto Romanus, domeſticū ſuum illuc uelociter miſit, & Cæcilium conſiliariū in ea prouincia genitum: per quos incertum pretio an fallacijs circumuenti, municipes omnes grauabant Iouinum, deſtinatius adſerētes nihil eorū mādaſſe quæ docuerat principem: eo uſq; iniquitate graſſante, ut ipſe quoq; Ioninus ad ſalutis ſuæ diſcrimen cōfiteretur ſe imperatori mentitum. Quibus per Palladium regreſſum cognitis Valentinianus ad acerbitatē procliuior, Iouinum quidem ut auctorem, Cæleſtium uero Concordiūq; & Lucium ut falſi conſcios & participes, puniri ſupplicio capitali præcepit, Ruricium aūt præſidem ut mendacē morte multari: hoc quoq; accidente, quod in relatione eius uerba quædā ut uiſum eſt immodica legebātur. ac Ruricius quidem apud Sitifim cæſus: reliqui apud Vticam ſentētia uicarij Creſcentis addicti. Flaccianus tamen ante legatorū interitum, cum à uicario audiretur & comite, cōſtanter ſaluti ſuæ propugnans, adclamationibus iratorum militum impetuq; cum conuicijs penè confoſſus eſt, obicientium ideo Tripolitanos nō potuiſſe defendi, quòd ipſi ad expeditionales uſus præbere neceſſaria detractarūt: & ob hæc truſus in carcerē, dum conſultus ſuper eo quid conueniret agi decerneret imperator, ſollicitatis ut dabatur opinari cuſtodibus, in urbem Romam abierat profugus: ibiq; delitesceńs fatali lege deceſsit. Hoc memorando fine externis domeſticisq; cladibus uexata conticuit Tripolis non indefenſa. quia uigilauit Iuſtitiæ oculus ſempiternus, ultricesq; legatorū & pręſidis diræ. Diu enim poſtea huiuſmodi caſus emerſit. Solutus ſacramento Palladius, deſtitutusq; faſtu quo tumebat, diſceſsit ad otiū. & cū Theodoſius ductor exercituū ille magnificus, oppreſſutus Firmum pernicioſa cœptantē ueniſſet in Africam, & præſcripti Romani rem mobilem ut iuſſum eſt ſcrutaretur, inter chartas eius inuenta eſt & Meterij cuiuſdam epiſtola, id cōtinens: Domino patrono Romano Meterius. & in fine poſt multa nihil ad rem pertinentia: Salutat te Palladius proiectitius: qui nō aliam ob cauſam dicit ſe eſſe proiectum, niſi quòd in cauſa Tripolitanorū apud aures ſacras mētitus eſt. His literis ad comitatū miſsis & lectis, Valentiniani iuſſu Meterius raptus ſuam eſſe confiteť epiſtolā. ideoq; Palladius exhiberi pręceptus, cogitans quas криминū coxerit moles, in ſtatione primis tenebris obſeruata cuſtodum abſentia, qui feſto die Chriſtiani ritus in eccleſia pernoctabant, innodato gutture laquei nexib. interijt. Hoc fortunæ ſecundioris indicio plene cōperto, deletoq; triſtiū concitore turbarum, exiluerunt Erechthius & Ariſtomenes è latebris, qui cū ſibi iuſſas abſcidi linguas didiciſſent, ut prodigas, ad longe remota declinarunt & abdita, Doctoq; ſuper nefanda fraude Gratiano imperatore fidentius (Valentinianus enim obierat) ad Heſperium proconſulem & Flauianū uicarium audiendi ſunt miſsi: quorū ęquitas auctoritate nixa iuſtisſima, torto Cæcilio aperta cōfeſsione cognouit ipſum ſuaſiſſe ciuibus, grauarent mentiendo legatos. Hæc acta ſecuta eſt relatio geſtorum pandens pleniſsimam fidem, ad quam nihil reſponſum eſt. Et ne quid cothurni terribilis fabulæ relinquerent intentatum, hoc quoq; poſt depoſitum acceſsit auleum. Romanus ad comitatum profectus ſecum Cæcilium duxit, cognitores accuſaturum ut inclinatos in prouinciæ partem. Isq; Merobaudis fauore ſuſceptus, neceſſarios ſibi plures petierat exhiberi. Qui cum Mediolanum ueniſſent, fruſtraq; ſe tractos obſimulatis documentis probabilibus oſtendiſſent, abſoluti redierunt ad lares. Valentiniano tamen ſuperſtite, poſt ſuperiora quæ narrauimus Remigius quoq; digreſſus ad otium laqueo uitā eliſit, ut congruo docebimus loco.

Palladius ſe ſuſpendit

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER VIGESIMVSNONVS

EXACTA hieme rex Perſarum gentis Sapor, pugnarum fiducia priſtinarum immaniter adrogans, ſuppleto numero ſuorum abundeꝗ firmato, erupturos in noſtra catafractos & ſagittarios & conductam miſit plebem. Contra has copias Traianus comes & Vadomarius ex Rege Alemanorum cum agminibus perrexere perualidis, hoc obſeruare principis iuſſu adpoſiti, ut arcerent potius quàm laceſſerent Perſas. Qui cum ueniſſent Vagabanta legionibus nobilem locum, rapidos turmarum procurſus hoſtilium in ſe ruentium acriter exceperunt inuiti: operaꝗ conſulta retro cedentes, ne ferro uiolarent aduerſorũ quenꝗ primi, & iudicarentur diſciſsi fœderis rei, ultima trudente neceſsitate congreſsi ſunt: confoſsisꝗ multis diſceſſere uictores. Inter moras tamen utrinqueſecus tentatis aliquotiens leuibus prælijs, uarioꝗ finitis euentu, pactis inducijs ex conſenſu, æſtateꝗ cõſumpta, partium diſceſſere ductores etiam tum diſcordes. Et rex quidem Parthus hiemem Cteſiphonte acturus redijt ad ſedes, & Antiochiam Imperator Romanus ingreſſus. Qui dum ibi moratur ſecurus interim hoſtium externorum, inteſtinis penè perierat fraudibus, ut aperiet ſeries dilata geſtorum. Procopius quidam inquies homo, turbarum cupiditati ſemper addictus, Anatolium detulerat & Spudaſium palatinos, exigi quæ de ærario interceperant iuſſos inſidiari comiti Fortunatiano, moleſto illi flagitatori. qui à *Fortunatianus* nimia aſperitate confeſtim ad inſanũ percitus modum, pro poteſtatis autoritate quam regebat, Palladium quendam obſcuriſsime natum ut ueneficum à memoratis conductum, & Heliodorum fatorum per genituras interpretem, adigendos prodere quæ ſcirent prætorianæ iudicio tradidit præfecturæ. cumꝗ ad facti uel tentati quæſtionem acrius ueniretur, exclamat Palladius confidenter, leuia hæc eſſe de quibus agitur & prætereunda: alia ſe, ſi licuerit dicere, monſtraturũ metuenda & potiora: quæ ingenti molimine iam præſtructa, niſi proſpectum fuerit, uniuerſa confundent. Iuſſusꝗ docere fidenter quæ norat, rudentem explicuit immenſum: adfirmans Fiduſtium præſidalem & cum Irenæo Pergamium nomen imperaturi poſt Valentem deteſtandis præſagijs didiciſſe ſecretim. Et correptus Fiduſtius ilico (nanꝗ aderat forte) occulteꝗ indu *Fiduſtius* ctus, uiſo indice nulla inficiatione obumbrare iam publicata conatus, rei totius calamitoſum aperit textum: abſolute confeſſus ſe cum Hilario patricio uaticinandi peritos, quorum Hilarius militauerat in palatio, de imperio cõſuluiſſe futuro: motasꝗ ſecretis artibus ſortes, & nuncupationem principis optimi, & ipſis cõſultoribus luctuoſos exitus prædixiſſe. atꝗ cunctantibus quiſnam ea tempeſtate omnibus uigore animi anteſtaret, uiſus eſt alijs excellere Theodorus, ſecũdũ inter notarios adeptus iam gradum. Et erat reuera ita ut opinati ſunt. Nanꝗ antiquitus claro genere in Gallijs natus, & liberaliter educatus à primis pueritiæ rudimẽtis, modeſtia, prudentia, humanitate, gratia, literis ornatiſsimus, ſemper officio locoꝗ quem retinebat ſuperior uidebatur, altis humilibusꝗ iuxta acceptus. Solusꝗ penè omniũ erat, cuius linguam nõ infrenem ſed diſpicientem quæ loqueretur, nullius claudebat periculi metus. His addebat idem Fiduſtius, excarnificatus iam ad interitum, omnia quæ prædixit ſe indicante Theodo *Theodorus* rum per Euſerium didiciſſe, uirum præſtabili ſcientia literarum abundeꝗ honoratum. Aſiam quippe paulo ante rexerat pro præfectis. Quo in cuſtodia condito, geſtorumꝗ uolumine imperatori recitato de more, prodigioſa feritas in modum ardẽtiſſimæ facis fuſius uagabatur, elata turpi adulatione multorum, maximeꝗ omnium præfecti prætorio tunc Modeſti. Qui dum formidine ſucceſſoris agitaret, indies obumbratis blanditiarum cõcinnitatibus cauillando Valentem ſubruſticum hominem ſibi uarie commulcebat, horridula eius uerba & rudia floſculos Tullianos appellans, & ad extollendam eius uaniciẽ ſidera quoꝗ ſi iuſsiſſet exhiberi poſſe promittens. Igitur & Theodorus

rus à Conſtantinopoli, quam ex negotio familiari petierat, rāpi celeri iubetur effectu. & dum ille reducitur, ex præiudicijs uarijs, quæ diebus exercebantur & noctibus, plures à diſiunctiſsimis regionibus trahebant, dignitatibus & nobilitate conſpicui. Cūq; nec carceres publici iam diſtenti, incluſorum iam cateruas, nec priuata domicilia ſuſtinerent, conſtipatione uaporata cōfertas, quoniā uinculis maxima pars eorū attinebatur, & ſuam & proximi cuiuſq; uicem oēs horrebant. Aduenit aliquando tamen ipſe quoq; Theodorus, præmortuus & atratus: quo in deuia parte territorij abſcondito, paratis omnibus quę indagines futuræ poſcebant, internarum cladum litui iam ſonabāt. Et quia fallere non minus uidetur qui geſta prǽterit ſciens, quàm ille qui nunquam facta fingit: non abnuimus (neq; enim ambigitur) ſalutem Valentis & antea ſæpius per occultas coitiones, & tunc in extrema demerſam: ferrumq; ad iugulum eius propè ad actum à militaribus, fato reluctante depulſum: quem lachrymoſis in Thracia diſcriminibus deſtinarat. Namq; & in nemoroſo quodam inter Antiochiam & Seleuciā loco leni quiete poſt meridiem conſopitus, à Salluſtio tunc Scutario, & ſæpe aliàs appetitus inſidiantibus multis, uitæ terminis à primigenio ortu adſcriptis auſa inmania frenantibus, euadebat: ut ſub principibus Commodo & Seuero nōnunquā accidebat. Quorum ſumma ui ſalus crebro oppugnabatur: adeo ut poſt inteſtina pericula multa & uaria, alter in amphitheatrali cauea, cum adſuturus ſpectaculis introiret, à Quintiano ſenatore inlicitæ cupidinis homine ad debilitatem penè pugione uulneraretur: alter inopinabili impetu tempore ætatis extremo à Saturnino centurione conſilio Plautiani præfecti in cubiculo iacens confoderetur, ni tuliſſet ſuppetias filius adoleſcens. Quocirca etiam Valens erat uenia dignus, uitam quam ereptum ire perfidi properabant, omni cautela defendens. Sed inexpiabile illud erat, quòd regaliter turgidus, pari eodemq; iure, nihil inter ſe diſtantibus meritis, nocentes innocentesq; maligna inſectatione uolucriter perurgebat: ut dum adhuc dubitaretur de crimine, imperatore nō dubitante de pœna, damnatos ſe quidam prius diſcerent ꝙ ſuſpectos. Adoleſcebat autem obſtinatum eius propoſitum, admouente ſtimulos auaricia & ſua & eorum qui tunc in regia uerſabantur, nouos hiatus aperientium. & ſi qua humanitatis fuiſſet mentio, rara, hanc appellantium tarditatē: qui cruentis adulationibus inſtitutum hominis mortem in acie linguæ portantis ad partem peſsimam deprauantes, omnia turbine intempeſtiuo perflabant, euerſum ire funditus domus opulentiſsimas feſtinantes. Erat enim expoſitus acceſſui inſidiantium & recluſus, uitio gemino pernicioſe implicitus: quòd intoleranter iraſcebat̄ tunc magis cum eum puderet iraſci: & quæ facilitate priuati opertis ſuſurris audierat, an uera eſſent excutere tumore principis ſuperſidēs, pro ueris accipiebat & certis. Inde factum eſt ut clementiæ ſpecie penatibus multi protruderentur, inſontes præceps in exilium acti: quorum in ærario bona coacta & ipſe ad quæſtus proprios redigebat: ut damnati cibo precario uictitarent, anguſtijs formidandæ paupertatis adtriti: cuius metu uel in mare nos ire pręcipites, ſuadet Theognis poeta uetus & prudens. Quæ etiamſi recta fuiſſe conceſſerit quiſquam, erat tamen ipſa nimietas odioſa. Vnde animaduerſum eſt rectè hoc definitū: nullam eſſe crudeliorē ſententiam ea, quæ eſt cum parcere uidetur aſperior. Igitur cum præfecto prætorio ſummatibus quæſitis in unum, quibus cognitiones cōmiſſę ſunt, intenduntur eculei, expediuntur pondera plumbea cum fidiculis & uerberibus. reſultabant omnia truculentæ uocis horroribus, inter catenarum ſonitus, tene, claude, comprime, abde, miniſtris officiorum triſtiū clamitantibus. Et quoniam addici poſt cruciabiles pœnas uidimus multos, ut in tenebroſis rebus cōfuſione cuncta miſcente, ſummatim quia nos penitiſsima geſtorum memoria fugit, quę recolere poſſumus expeditius abſoluemus. Primo intro uocatu poſt interrogatiunculas leues Pergamius, à Palladio ut dictū eſt proditus quædam imprecationibus præſciſſe nefarijs, ſicut erat impendio eloquentior & in uerba periculoſa proiectus, inter ambigentes iudices quid prius quæri debeat quidùe poſterius, dicere audacter exorſus, multa hominū milia quaſi conſciorū ſine fine ſtrepēdo fundebat, modo non ab extremo Atlante magnorum criminum arguendos poſcens aliquos exhiberi. Quo, ut conſarcinante nimis ardua, morte multato, alijsq; gregatim poſt illum occiſis, ad ipſius Theodori cauſam, quaſi ad olympici certaminis puluerem

Pergamius

peruenitur

peruenitur. Eodem die inter cõplura alia hoc quoq; euenerat triſte: quod Salia theſaurorum paulo ante per Thracias comes, cum de uinculis educitur audiendus, & calceo inſerit pedem, quaſi ruina incidentis immenſi terroris repente perculſus, animã inter retinentium manus efflauit. Cõſtituto itaq; iudicio, & cognitoribus præſcripta oſtentantibus legum, ſed ex uoluntate dominantis moderantibus momenta cauſarum, horror peruaſerat uniuerſos. Totus enim deuius ab æquitate dilapſus, iamq; eruditior ad lædendum, in modum harenariæ feræ, ſi admotus quiſquam fabricæ diffugiſſet, ad ultimam rabiem ſæuiebat. Inducti itaq; Patricius & Hilarius, ordinemq; replicare iuſſi geſtorum, cum inter exordia uariarẽt, fodicatis lateribus illato tripode quo utebantur, adacti ad ſummas anguſtias aperiunt negotij fidem, ab ipſis exordijs replicatam. Et prior Hilarius: Conſtruximus, inquit, magnifici iudices ad cortinæ ſimilitudinem delphicæ diris auſpicijs de laureis uirgulis infauſtam hanc mẽſulam, quam uidetis: & imprecationibus carminum ſecretorum choragijsq; multis ac diuturnis ritualiter conſecratam mouimus tandem. mouendi autem, quoties ſuper rebus arcanis conſulebatur, erat inſtitutio talis. Conlocabatur in medio domus emaculatæ odoribus arabicis, undiq; lance rotũda pure ſuperpoſita, ex diuerſis metallicis materijs fabrefacta: cuius in ambitu rotunditatis extremo elementorum uigintiquatuor ſcriptiles formæ inciſæ perite, dijungebantur ſpatijs examinate dimenſis. Has linteis quidam indumẽtis amictus, calceatusq; itidem linteis ſoccis, torulo capite circumflexo, uerbenas felicis arboris geſtans, litato conceptis carminibus numine præſcitionum auctore, cærimoniali ſcientia ſuperſiſtit cortinulas, penſilem anulum librans artum ex carpathio filo per q; leui myſticis diſciplinis initiatum: qui per interualla diſtincta retinentibus ſingulis litteris incidens ſaltuatim, heroos efficit uerſus interrogationibus cõſonos, ad numeros & modos plene concluſos: quales leguntur pythici, uel ex oraculis editi Branchidarum. Ibi tum quærẽtibus nobis, qui præſenti ſuccedet imperio, quoniã omni parte expolitus fore memorabatur: adſiliens anulus duas perſtrinxerat ſyllabas: & cũ adiectione litteræ poſtrema, exclamauit præſentiũ quidam, Theodorũ præſcribente fatali neceſsitate portendi. nec ultra ſuper negotio eſt exploratũ. ſatis enim apud nos cõſtabat, hunc eſſe qui poſcebatᷣ. Cumq; totius rei noticiam ita ſignate ſub oculis iudicũ ſubieciſſet, adiecit beneuole, id Theodorum penitus ignorare. Poſt hæc interrogati, an ex fide ſortium quas agitabant, ea præſcierint quæ ſuſtinerent: uerſus illos notiſsimos ediderunt, clare pronuntiantes capitalem eis hanc operã ſcrutandi ſublimiora cito futuram: nihilominus tamen ipſi quoq; cum cognitoribus principi cædes incendiaq; flagitantes furias imminere: quorum tres ponere ſufficet ultimos.

> οὐ μὴν ἀτίμητόν γε σὸν ἔσσεται αἷμα, καὶ αὐτοῖς
> τισιφόνη βαρύμηνις ἐφοπλίσσει κακὸν οἶτον
> ἐν πεδίοισι μίμαντος ἀλλα κωομένοις κακ.

Quibus lectis, unguibus male mulcati ſeparantur exanimes. Poſtea ut cogitati ſceleris officina pateret aperte, honoratorũ inducitur globus, uertices ipſos continens rerum. cumq; nihil præter ſe quiſq; cernens, ruinã ſuam impelleret ſuper alium, permiſſo quæſitorũ cœptans dicere Theodorus, primo in pacem uenialem proſtratus, dein coactius reſpondere cõpulſus, oſtendit ſe cognita per Euſerium, ne ad imperatorẽ referret ut conatus eſt aliquoties ab eo prohibitum, adſerente nõ appetitu regni occupandi inlicito, ſed ratione quadam indeclinabilis fati, id quod ſperabatur ultro uenturũ. dein de hæc eadem Euſerio ſub cruenta quæſtione confeſſo, cõfutabant Theodorum literę ſuæ, per ambages obliquas ad Hilarium ſcriptæ: quibus ſpe iam firma concepta ex uatibus, de re non cunctabatᷣ, ſed tẽpus patrandæ cupidinis quęritabat. Quibus poſt hęc cognita ſequeſtratis, Eutropius Aſiam proconſulari tunc obtinens poteſtate, ut factionis conſcius arceſsitus in crimen, abſceſsit innocuus, Paſiphilo eximente philoſopho: qui ut eum mendacio inuſto peruerteret crudeliter tortus, de ſtatu robuſtæ mentis nõ potuit deturbari. His acceſsit philoſophus Simonides, adoleſcens ille quidem, uerum noſtra memoria ſeueriſſimus. Qui cũ audiſſe negotiũ per Fiduſtium deferretur, & cauſam non ex ueritate ſed ex unius nutu penſari ſenſiſſet, didiciſſe ſe dixit prædicta, & cõmiſſa pro firmitate animi tacuiſſe. Quis omnibus perſpicaciter inquiſitis, imperator

Diuinatio per tripodem

Eutropius

cognitorum conſultationi reſpondens, ſub uno proloquio cunctos iubet occidi: & uix ſine animorum horrore funeſtum ſpectaculum multitudine innumera contuente, & onerante queſtibus cælum (nanq; ſingulorum mala omnium eſſe communia crede-

Simonides exuſtus

bantur) ducti uniuerſi flebiliter iugulantur præter Simonidem: quem ſolum ſæuus ille ſententiæ lator, efferatus ob conſtantiam grauem, iuſſerat flammis exuri: qui uitam ut dominam fugitans rabidam, ridens ſubitas momentorũ ruinas, immobilis conflagrauit, Peregrinum illum imitatus Protea cognomine philoſophum clarum: qui cum mundo digredi ſtatuiſſet, Olympiæ quinquennali certamine ſub Græciæ conſpectu totius, aſcenſo rogo quem ipſe conſtruxit, flammis abſumptus eſt. Et poſt hunc diebus ſecutis omnium ferè ordinum multitudo, quam nominatim recenſere eſt arduũ, in plagas calumniarũ coniecta percuſſorum dexteras fatigauit, tormentis & plumbo & uerberibus ante debilitata: ſumptumq; eſt de quibuſdam ſine ſpiramento uel mora ſupplicium, dum quæritur an ſumi deberet: & ut pecudum ubiq; trucidatio cernebatur. Deinde cõgeſti innumeri codices, & aceruí uoluminũ multi, ſub conſpectu iudicum concremati ſunt, ex domibus eruti uarijs ut inliciti, ad leniendam cæſorum inuidiam, cum eſſent pleriq; liberalium diſciplinarum indices uariarum & iuris. neq; ita multo poſt

Maximus philoſophus truncatus

Maximus ille philoſophus, uir ingenti nomine doctrinarũ, cuius ex uberrimis ſermonibus ad ſciẽtiã copioſus Iulianus exſtitit imperator, oraculi ſupradicti uerſus audiſſe inſimulatus: ſeq; comperiſſe adſenſus, ſed reticenda profeſsionis conſideratione non effudiſſe, uerum ultro prædixiſſe conſultores ipſos ſupplicijs pœnalibus perituros: Epheſum ad genuinam patriam ductus ibiq; truncatus, ſenſit docente periculo poſtremo, quæſitoris iniquitatem omnibus eſſe criminibus grauiorem. Conſtrictus etiã Diogenes laqueis impiæ falſitatis, uir nobili proſapia editus, ingenio, facundia forenſi, ſua uitateq; prçſtans, dudum Bithyniæ rector, ut opimum patrimonium eius diriperetur, capitali eſt pœna adfectus. Ecce autem Alypius quoq; ex uicario Britanniarum, placiditatis homo iucundæ poſt otioſam & repoſitam uitam, quoniam hucuſq; iniuſtitia tenderat manus, in ſqualore maximo uolutatus ut ueneficij reus citatus eſt cum Hierocle filio adoleſcente indolis bonæ, urgente Diogene quodam & uili & ſolo: omniq; laniena excruciato, ut uerba placentia principi uel potius arceſsitori loqueretur: quo cum pœnis non ſufficerent membra uiuo exuſto, ipſe quoque Alypius poſt multationem bonorum exulare præceptus, filium miſerabiliter ductum ad mortem caſu quodam proſpero reuocatum recepit. Per id omne tempus Palladius ille coagulum omnium ærumnarum, quem captum à Fortunatiano docuimus primum, ipſa ſortis infimitate ad omnia præceps, clades alias ſuper alias cumulando, lachrymis uniuerſa perfuderat luctuoſis. nactus enim copiam nominandi ſine fortunarum diſtantia quos uoluiſſet ut artibus interdictis imbutos, ita ut ferarum occulta ueſtigia doctus obſeruare uenator, multos intra caſſes lugubres includebat, quoſdam ueneficiorum notitia pollutos, alios ut appetitoribus imminuendæ conſcios maieſtatis. Et ne uel coniugibus maritorum uacaret miſerias flere, immittebãtur confeſtim qui ſignatis domibus inter ſcrutinia ſupellectilis pœnis addicti, incantamenta quædam anilia uel ludibrioſa ſubderent amatoria, ad inſontium perniciẽ concinnata: quibus in iudicio recitatis, ubi nõ lex, non religio, non æquitas ueritatẽ à mendacijs dirimebat, indefenſi, bonis ablatis, nullo contacti delicto, promiſcue iuuenes alijq; mẽbris omnibus capti ad ſupplicium ſellis geſtatorijs ducebantur. Inde factum eſt per Orientales prouincias, ut oẽs metu ſimilium exurerent libraria omnia: tantus uniuerſos inuaſerat terror. Nanq; ut expreſſius loquar, oẽs ea tẽpeſtate uelut in cimmerijs tenebris reptabamus, paria cõuiuis Siculi Dionyſii pauitantes: qui cum epulis omni triſtioribus fame ſaginarẽt, ex ſummis domorũ laquearijs in quibus diſcumbebãt, ſetis nexos equinis & occipitijs incumbentes gladios perhorrebant. Tunc & Baſſianus, procerum genere natus, notarius militans inter primos, quaſi prænoſcere altiora conatus, licet ipſe de qualitate partus uxoris conſuluiſſe firmaret, ambitioſo neceſsitudinum ſtudio quibus tegebatur morte ereptus, patrimonio opimo exutus eſt. Inter fragores tot ruinarum Heliodorus tartareus ille malorum omnium cum Palladio fabricator, mathematicus, ut memorat uulgus, colloquijs ex aula regia præpignoratus abſtruſis iam funebres aculeos ex

citabat

citabat, omni humanitatis inuitamento ad prodenda quæ ſciret uel fingeret laceſsitus. nam & ſollicitius cibo mundiſsimo fouebatur, & ad largiendū pellicibus merebat æs conlaticium graue, & incedebat paſsim elate os circūferens uultuoſum omnibus formidatꝰ, ea fiducia ſublatior: quòd ad lupanar, quod ſicut ipſe uoluit liberius ſeruabatˀ, cubicularijs officijs præpoſitus aſsidue propalam uentitabat, elogia parentis publici perferens futura pluribus luctuoſa: Perq́ eum ut forenſium cauſarū patronum, quid in primis orationis partibus collocaret, ut proficere poſsit facilius Valens, quibusúe figurarum cōmentis ſplendida loca adtentare debeat, præmonebatur. Et quoniā longū eſt quæ cruciarius ille conflauit, hoc unum ediſſeram, quanq́ præcipiti confidentia patriciatus columina ipſa pulſauit. Qui ex clandeſtinis ut dictum eſt regiorum confabulationibus inmaniter adrogās, & ipſa uilitate ad facinus omne uenalis egregium, illud par conſulum Euſebium & Hypatium germanos fratres, Conſtantij principis quondam adfines, ad cupidinē altioris fortunæ erectos, & cōſuluiſſe & agitaſſe quædam ſuper imperio detulit: addens itineri ad mendaciū ficte conſtructo, quòd Euſebio etiam principalia indumēta parata ſint. Quibus hauſtis auenter, fremebundus & minax cui nihil licere debuerat, quia omīa ſibi licere etiam iniuſta exiſtimabat, inremiſſe ab extremis regionum interuallis exibitis omibus, quos ſolutus legibus accuſator perduci debere profunda ſecuritate mandarat, ſuſcipi quæſtionem criminoſe præcipit. Cumq́ nodoſis coartationibus, æquitate diu iactata nixis, adſeueratione perditi nebulonis durante, nullam confeſsionē exprimere tormenta grauia potuiſſent, ablegatosq́ ab omni huiuſmodi cōſcientia ueritas ipſa uiros oſtēderet claros, calumniator quidem ita ut antea honorabiliter colebatur: illi uero exilio & pecuniarijs adflicti diſpendijs, paulo poſtea reddita ſibi mulcta ſunt reuocati, dignitatib. integris et ſplēdore. Nec tamē poſt hæc tam pœnitēda repreſsius actum eſt uel pudenter, nō reputante alta nimium poteſtate, quòd recte inſtitutis ne cum inimicorū quidē incōmodis in delicta cōuenit ruere uoluntaria: nihilq́ ſit tam iniquū, q̄ ad ardua imperij ſupercilia, etiam acerbitatem naturæ adiungi. Sed Heliodoro incertum morbo an aliqua excogitata ui mortuo (nolim dicere, utinā nec ipſa res loqueretur) funus eius per ueſpillones elatum pullati præcedere honorati cōplures, inter quos & fratres uiſi ſunt conſulares. Ibi tunc rectoris imperij caries tota ſtoliditatis apertius eſt profanata: qui cum abſtinere incōſolabili malo rogaretur, obnixe inflexibilis māſit: ut uidereˀ aures occluſiſſe ceris, quaſi ſcopulos ſireneos tranſgreſſurus. Superatus tamen precibus deſtinatis, tandem nudatis capitibus infauſtam buſtuarij libitinam adusq́ ſepulchrum incedentes pedibus, quoſdam etiam complicatis articulis, præire mandauit. Horret animus reminiſci, quo iuſtitio humiliati tot rerum apices uiſebātur, & præcipue cōſulares, poſt ſcipiones & trabeas & faſtorum monimēta mundana. Inter quos omnes adoleſcentia & uirtutū pulchritudine cōmendabilis noſter Hypatius præminebat, uir quieti placidiq́ cōſilij, honeſtatem lenium morū uelut ad perpendiculū librans: qui & maiorum claritudini gloriæ fuit, & ipſe poſteritatem mirandis actibus præfecturæ geminæ decorauit. Acceſſerat hoc quoq́ eodem tēpore ad Valentis cæteras laudes: quòd cum in alijs ita ſęuiret infeſte, ut pœnarum moras ægre ferret finiri cum morte, Pollentianum tribunū malitia quendā exſuperantem, ijſdem diebus conuictum confeſſumq́, quòd exſecto uiuæ mulieris uentre atq́ intempeſtiuo partu extracto, infernis manibus excitis de permutatione imperij conſulere auſus eſt: familiaritatis eius intuitu ordine omni muſſante abire iuſsit inlæſum, ſalutem & inuidendas opes & militiæ ſtatum integrum retenturum. O præclara informatio doctrinarum, munere cæleſti indulta felicibus, quæ uel uitioſas naturas ſæpe excoluiſti: quanta in illa caligine temporum correxiſſes, ſi Valenti ſcire per te licuiſſet: nihil aliud eſſe imperium, ut ſapientes definiunt, niſi curam ſalutis alienæ: boniq́ eſſe moderatoris, reſtringere poteſtatem, reſiſtere cupiditati omniū rerum & implacabilibus iracundijs: noſſeq́, ut Cęſar dictator aiebat, miſerum eſſe inſtrumentū ſenectuti recordationē crudelitatis: ideoq́ de uita & ſpiritu hominis, qui pars mundi eſt & animantium numerū complet, laturū ſententiā diu multumq́ cunctari oportere, nec præcipiti ſtudio ubi irreuocabile factum eſt agitari: ut exemplum eſt illud antiquitati admodum notum. Apud proconſulem Aſię Dolabellam Smyrnęa materfamilias filium

Euſebius & Hypatius delati

lias filium proprium & maritum uenenis necaſſe confeſſa, quòd filium ex priore uiro
ab eis occiſum cõperiſſet, & comperẽdinata, cum cõſilium ad quod ex more dilata eſt,
anceps quid inter ultionem & ſcelus ſtatui debeat hæſitaret, ad Areopagitas miſſa eſt,
Athenieẽſes iudices triſtiores: quorum ęquitas deorum quoq; iurgia dicitur diſtinxiſſe.
Hi cauſa cognita, centeſimo poſt anno cum accuſatore mulierem adeſſe iuſſerunt: ne
aut abſoluerent ueneficã, aut ultrix neceſsitudinum puniretur. ita nunquã tardum exi
ſtimatur, quod eſt omniũ ultimum. Poſt cõmiſſa iniquitatibus uarijs antedicta, & im-
preſſas fœde corporibus liberis quę ſuperuixerant notas, inconniuens Iuſtitiæ oculus
arbiter & uindex perpetuus rerum uigilauit adtente. nanq; cæſorũ ultrices diræ, per-
petium numeratione querelarum iuſtiſsima cõmouente, Bellonæ accenderant faces:
ut fides oraculi firmaretur, quod nihil impune prædixerat perpetrari. Dũ hæc quæ ſu-
pra digeſta ſunt, Antiochiæ Parthico fragore ceſſante per inteſtinas dilatantur ærum-
nas, cœtus furiarũ horrificus poſt inconuolutos mutiplices caſus ab eadẽ urbe digreſ-
ſus, ceruicibus Aſiæ totius inſedit hoc modo. Feſtinus quidam Tridentinus ultimi ſan
guinis & innoti, in nexum germanitatis à Maximino dilectus ut ſodalis & cõtogatus,
decernentibus fatis ad orientem trãſgreſſus eſt: ibiq; adminiſtrata Syria magiſterioq;
memoriæ peracto, bona lenitudinis & reuerentiæ reliquit exẽpla. unde regere Aſiam
proconſulari poteſtate exorſus, uelificatione tranquilla (ut aiunt) ferebatũ ad gloriam.
audiens aũt Maximinũ optimo cuiq; exitialẽ, obtrectabat ſubinde actibus eius, ut per
nicioſis & fœdis. Sed cum impie peremptorũ exſequijs ſuffragãtibus ad pręfecturam
ueniſſe hominem cõperiſſet immeritũ, exarſit ad agenda ſperandaq; ſimilia: & hiſtrio-
nis ritu mutata repente perſona, ſtudio nocendi cõcepto, incedebat oculis intentis ac
rigidis, pręfecturã autumãs adfore propediẽ, ſi ipſe quoq; ſe cõtaminaſſet inſontiũ pœ
nis. Et quanquã ſint multa & uaria, quæ ut leuius interpretemur egit aſperrime, pauca
tamen dici ſufficiet, quæ ſunt nota ac peruulgata, ad æmulationẽ eorum cõmiſſa quæ
facta ſunt Romæ. ratio enim eadem eſt ibi recte ſecusúe geſtorum, etiamſi magnitudo
deſit diſsimilis rerum. Philoſophum quẽdam Cœranium, haud exilis meriti uirum, ea
cauſa tormentorum inmanitate inultum occidit: quòd ad coniugem ſuam familiariter
Prouerbium ſcribens, id ſermone addiderat Græco: σὺ δὲ νόει, καὶ σίφε τὴν τύλην: quod dici prouer-
bialiter ſolet, ut audiens altius aliquid agendum agnoſcat. Anum quandã ſimplicẽ, in-
teruallatis febribus mederi leni carmine cõſuetam, occidit ut noxiam, poſtq; filiam ſu-
am ipſo conſcio curauit accita. In chartis cuiuſdam municipis clari, ſcrutari ex negotio
iuſsis, genitura Valentis cuiuſdam inuẽta eſt: repellenſq; calumnias is cuius intererat,
cum obiectaretur ei quamobrem conſtellationem principis collegiſſet, fratrem ſuum
fuiſſe Valentem dudumq; obijſſe documentorum plena fide monſtrare pollicitus, in-
expectato ueritatis indicio laniatus, lacer trucidatus eſt. Viſus adoleſcens in balneis
admouere marmori manus utriuſq; digitos alternatim & pectori, ſeptẽq; uocales lite-
ras numeraſſe, ad ſtomachi remedium prodeſſe id arbitratus, in iudicium tractus per-
cuſſus eſt gladio poſt tormenta. His & mihi uertenti ſtilum in Gallias conſunditur or-
do ſeriesq; geſtorum, inter multa & ſæua Maximinum reperiens iam præfectũ: qui po
teſtate late diffuſa ſæuum imperatori acceſſerat incentiuum, maieſtati fortunę miſcenti
licentiam grauẽ. Quiſquis igitur dicta cõſiderat, perpendat etiam cætera quæ tacẽtur,
ueniam daturus ut prudens, ſi non cuncta complectimur, quæ conſiliorũ prauitas cri
mina in maius exaggerando cõmiſit. Adoleſcente enim acerbitate rationum inimica
rectarum, trux ſuopte ingenio Valentinianus, poſt eiuſdem Maximini aduentum nec
Valentiniani meliora monente ullo nec retentante, per aſperos actus uelut æſtu quodam fluctuum
crudelitas ferebatur & procellarum: adeo ut iraſcentis ſæpe uòx & uultus & inceſſus mutaretur
& color. Quã rem indicia uaria teſtantur & certa, è quibus pauca ſufficiet poni. Adul-
tus quidam ex his quos pædagogianos appellant, ad obſeruandam uenaticiã prædam
Spartanum canem retinere diſpoſitus, ante prædictum tempus abſoluit, adſultu eius
euadere conantis adpetitus & morſu: ideoq; necatus ad exitiũ fuſtibus, eadẽ humatus
eſt die. Præpoſitũ fabricæ oblato thorace polito faberrime, præmiũq; ideo exſpectan-
tem, ea re præcepit occidi, quòd pondus paulo minus habuit ſpecies ferrea quam ille
ſormarat. Conſtantianus ſtrator, paucos militares equos ex his auſus mutare, ad quos
probandos

probandos miſſus erat in Sardiniam, eodem iubēte lapidum ictibus oppetijt crebris. Athanaſius fauorabilis tunc auriga, ſuſpectus ei uulgari leuitate, ut uiuus incendi iuberetur ſi quid tentaſſet huiuſmodi, cuius nō multo poſtea beneficijs uſum ferebatur, nulla delata uoluptatum artifici uenia, ignibus aboleri præceptus eſt. Africanus cauſarum in urbe defenſor adſiduus, poſt adminiſtratā prouinciam ad regendam aliam adſpirauit. cuius ſuffragatori magiſtro equitum Theodoſio id petenti, ſubagreſti uerbo reſponderat: Abi, inquit, comes: & muta ei caput, qui ſibi mutari prouinciam cupit. & hoc elogio perijt homo diſertus, ad potiora feſtinās ut multi. Claudium & Salluſtium ex Iouianorum numero, aduſꝗ tribunatus dignitates progreſſos, accuſabat quidam uilitate ipſa deſpectus: quòd cum imperium Procopius affectaſſet, aliqua pro eo locuti ſunt bona. Cumꝗ nihil quæſtiones repperirent, adſidue mandare magiſtris equitum auditoribus princeps, ut agerent Claudium in exilium, & Salluſtium pronuntiarent capitis reum, pollicitus quod eum reuocabit ad ſupplicium raptum. hocꝗ ita ut ſtatutum eſt obſeruato, nec Salluſtius morte exemptus eſt, nec Claudius niſi poſt eiuſdem Valentiniani obitum deportationis mœſtitia liberatus. cum illi ſæpiſsime torquerentur. Replicatis igitur quæſtionibus denſe, & quibuſdam ui nimia tormentorum abſumptis, ne ueſtigia quidem ulla delatorum reperta ſunt criminū. In hoc negotio protectores ad exhibendas miſsi perſonas, dicuntur fuſtibus præter ſolitum uſi. Horreſcit animus omnia recenſere, ſimulꝗ reformidat, ne profeſſo quæſiſſe uideatur in uitia principis aliàs cōmodiſsimi. Illud tamen nec præteriri eſt æquū nec ſileri: quòd cum duas haberet urſas ſæuas hominum ambeſtrices Micam auream & Innocētiam, *Vrſæ duæ* cura agebat enixa ut earum caueas prope cubiculum ſuum locaret, cuſtodesꝗ adderet fidos uiſuros ſollicite ne quo ea ſuperarum debetur luctificus calor. Innocentiam deniꝗ, poſt multas quas eius laniatu cadauerum uiderat ſepulturas, ut benemeritā in ſiluas abire dimiſit innoxiam. Et hæc quidē morum eius & propoſiti cruenti ſunt documenta ueriſsima: ſolertis uero circa rempublicam nuſquam digredientis è ſpeculis ſi quis hoſtium ſe cōmouiſſet deſuper uiſus obruebatur. Agitabatur autem inter multiplices curas id omnium primum & potiſsimū, ut Macrianū regem auctum inter mutationes crebras ſucceſſionum, iamꝗ in noſtros adultis uiribus exſurgentē ui ſuperſtitem raperet uel inſidijs, ut multo ante Vadomarium Iulianus. & præuiſum negotium poſcebat & tempus. cognitoꝗ transfugarum indicijs, ubi cōprehendi nihil operiens poterit antedictus, tacite quantū conceſſit facultas, ne qui cōferendo officeret ponti, iunxit nauibus Rhenum. Et antegreſſus contra Mattiacas aquas primus Seuerus, *Mattiacæ aquæ* qui pedeſtrē curabat exercitum, perpenſa militum paucitate territus ſtetit, timens ne reſiſtere nequiēs inruenti opprimeretur hoſtiliū agminum mole. & quia ſuſpicabatur uenalia ducentes mancipia ſcurras, caſu illic repertos, id quod uiderent excurſū celeri nunciare, cunctos mercibus direptis occidit. Aduentu itaꝗ plurium copiarū animati iudices, caſtriſꝗ ad tempus breuiſsimū fixis, quia nec ſarcinale iumentū quiſquā nec tabernaculum habuit præter principem, cui tapetes ſuffecerant pro tentorio, parumper ob tenebras morati nocturnas, exiliente luna procincti pergebant ulterius itinerum gnari tempore iaceat, extento ſtrepitu ſuorum eſt impeditus: quibus aſsidue mandans ut incēdijs & rapinis abſtinerent, impetrare nō potuit. Ignium eñ crepitu diſſoniſꝗ clamorib. ſatellites exciti, idꝗ quod acciderat ſuſpicati, carpento ueloci impoſitū regem anguſto aditu circūfractis collibus abdiderunt. Hac Valentinianus gloria defraudatus, nec ſua culpa nec ducū, ſed intēperantia militis, quę diſpendijs grauibus ſæpe rem Romanā adflixit, aduſꝗ quinquageſimū lapidem terris hoſtilibus inflammatis, redijt Treueros mœſtus. Vbi tanꝗ leo, ob ceruum amiſſum uel capreā morſus uacuos concrepans, dum hoſtiū diſiecta frangeret timor, in Macriani locum Bucinobantibus quæ contra Mogontiacū gens eſt Alemanna regē Fraomariū ordinauit: *Fraomarius* quem paulo poſtea, quoniam recens excurſus eundem penitus uaſtauerat pagum, in Britanniam translatum poteſtate tribuni Alemannorum præfecerat numero multitudine uiribusꝗ ea tempeſtate florenti. Bitheridū uero & Hortariū nationis eiuſdem *Hortarius exuſtus* primates itē regere milites iuſsit. è quibus Hortarius proditus opera Florētij Mogontiaci ducis, contra remp. quædā ad Macrianū ſcripſiſſe barbarosꝗ optimates, ueritate

tormentis expreſſa conflagrauit flamma pœnali. Abhinc inter   proxima hæc narratione diſſeri continua placuit, ne dum negotijs longe diſcretis & locis alia ſubſeruntur, cognitio multiplex neceſſario confundatur. Nubel uelut regulus per nationes Mauricas potentiſsimus uita digrediens & legitimos & natos è concubinis reliquit filios: è quibus Zamma comiti nomine Romano acceptus, latenter à fratre Firmo peremptus, diſcordias excitauit & bella. eius enim necem ulciſci impenſiore ſtudio properans comes, ad inſidiatoris perniciem multa ciebat & formidanda. utq; rumores diſtulerunt adſidui, nauabatur opera diligens in palatio: Romani quidem relationes, multa & aſpera congerentes in Firmum, libenter ſuſcipi recitariq; principi, in earum fauorem concinentibus multis: ea uero, quæ contrà Firmus ſalutis tuendæ gratia docebat crebro per ſuos, accepta diutius occultari: Remigio tunc officiorum magiſtro, adfine amicoq; Romani, inter potiores imperatoris neceſsitates hæc uelut minima &

Firmus rebellat

ſuperflua non niſi opportune legi poſſe adſeuerante. quæ cum ad obruendam defenſionem ſuam agitari aduerteret Maurus, ultimorum metu iam trepidans, ne amandatis quæ prætendebat, ut pernicioſus & contumax condemnatus occideretur, ab imperij ditione deſciuit, & adiumenta   tium ad uaſtandum hoſtis implacabilis incrementis uirium adoleſceret, ad abolendum cum comitatenſi auxilio militis pau

Theodoſius contra Firmũ

ci Theodoſius magiſter equitum mittitur: cuius uirtutes ut impetrabiles ea tempeſtate præ cæteris nitebant, Domitij Corbulonis & Luſii ueterum ſimillimi: quorum prior ſub Nerone, alter Traiano rem regente Romanam, pluribus inclaruere fortibus factis. Proinde ab Arelate ſecundis egreſſus auſpicijs, emeatoq; mari cum claſſe quam ductabat, nullo de ſe rumore pregreſſo defertur ad Sitifenſis Mauritaniæ littus, quod appellãt accolæ Igilgitanum. Ibiq; inuentum caſu Romanum leniter adlocutus, miſit ad uigilias ordinandas & prætenturas, parum ſuper his quæ uerebatur increpitum.

Gildo

Quo ad Cæſarienſem digreſſo, Gildonem Firmi fratrem & Maximum miſit correcturos Vincentium: qui curans Romani uicem, inciuilitatis eius erat particeps & furtorum. Recepto itaq; tardius milite, quem amplitudo morabatur maris, Sitifim properans Romanum cum domeſticis cuſtodiendũ protutoribus cõmitti mandauit: agẽſq; in oppido ſollicitudine diducebatur ancipiti, multa cum animo uerſans, qua uia quibuſue cõmentis per exuſtas caloribus terras pruinis adſuetum duceret militem: uel hoſtem caperet diſcurſatorem & repentinum, inſidijſq; potius clandeſtinis quàm præliorum ſtabilitate confiſum. Quod ubi Firmo leui rumore, dein apertis eſt indicijs cognitum, ſpectatiſsimi ducis aduẽtu præſtrictus, ueniam confeſsionis præteritorũ miſſis oratoribus poſcebat & ſcriptis, docentibus eum nõ ſponte ſua ad id erupiſſe quod norat ſceleſtum, ſed iniquitate graſſante licentius, ut monſtrare pollicebatur. Quibus lectis paceq; obſidibus acceptis promiſſa, dux ad recenſendas legiones qui Africã tuebantur ire pergebat ad Pancharianam ſtationem, quò conuenire præceptæ ſunt. Ibi magnificis uerbis atq; prudentibus ſpe cunctorũ erecta, reuerſus Sitifim cõciliato indigena milite cũ eo quẽ ipſe perduxerat, ægre perpetiens moras ad procinctus ire ocius feſtinabat. Inter reſidua aũt multa & clara id amorẽ eius auxerat in immenſum, quòd à prouincialibus cõmeatum exercitui prohibuit dari, meſſes & condita hoſtium uirtutis noſtrorũ horrea eſſe fiducia memorans ſpecioſa. His ita cum lętitia poſſeſſorum diſpoſitis ad Tubuſuptũ progreſſus, oppidum Ferrato contiguũ monti, legationem ſecundam Firmi repudiauit: quæ obſides, ut ante ſtatutũ eſt nõ duxerat ſecum. unde omnibus pro loco & tempore cautius exploratis, concito gradu Tyndenſiũ gentẽ & Maſiniſſenſium petit, leuibus armis inſtructas, quas Maſcizel &   dius fratres Firmi, ductabant. cumq; eſſent hoſtes iam in contuitu membris omnibus celeres, poſt miſsilia hincinde crebrius iacta, committitur certamen aſperrimum: interq; gemitus, mortes & uulnera audiebatur barbarorũ ululabilis fletus captorum & cæſorum: pugnaq; dirempta plures agri populati ſunt & incenſi. inter quos clades eminuere fundi Petrenſis, exciſi radicitus: quem Salmaces dominus, Firmi frater, in modũ urbis exſtruxit. Hoc ſucceſſu uictor elatus, mira uelocitate Lamfoctenſe oppidum occupauit, inter gentes poſitũ antedictas. ubi abunde rei cibariæ copiã condi effecit: ut ſi pergens interius alimentorũ offendiſſet penuriã, iuberet è propinquo cõuectari. Quæ dum ita pro-

cedunt

cedunt, Maſcizel reparatis uiribus nationum confinium adminicula ductans, conſerta manu cum noſtris, fuſis è parte ſuorũ pluribus, ipſe equi pernicitate ægre diſcrimine mortis exemptus eſt. Feſſus ærumnis gemini prælij Firmus, imoq; æſtuans corde, ne quid ultimæ rationis omitteret, Chriſtiani ritus antiſtites oraturos pacem cũ obſidibus miſit. Qui quoniam ſuſcepti lenius, pollicitiq; uictui congrua militibus, ut præceptum eſt, læta retulere reſponſa, præmiſsis muneribus Maurus ipſe fidentius ad Romanum perrexerat ducem, equo inſidẽs apto ad ancipites caſus. cumq; prope ueniſſet, fulgore ſignorum & terribili uultu Theodoſii præſtrictus, iumento deſilijt: curuataq; ceruice humi penè adfixus, temeritatẽ ſuam flebiliter incuſabat, pacem obſecrando cum uenia: ſuſceptusq; cum oſculo, quoniam id reipublicæ conducebat, bonæ ſpei iam plenus, ſufficientia præbuit alimenta: & quibuſdam propinquis ſuis ad obſidum uicem relictis, abſceſsit captiuos ut ſpopõderat redditurus, quos primis turbarum exordijs rapuit: biduoq; poſt Icoſium oppidum, cuius ſupra docuimus conditores, militaria ſigna & coronam ſacerdotalem cum cæteris quæ interceperat, nihil cũctatus reſtituit, ut præceptum eſt. Exinde cum diſcurſis itineribus magnis Tipaſam noſter dux introiret, legatis Mazicum, qui ſe conſociauerant Firmo, ſuppliciter obſecrãtibus ueniam, animo elato reſpondit: ſe in eos, ut perfidos, arma protinus commoturum. Quibus imminentis periculi metu defixis, reuertiq; iuſsis ad ſua, Cæſaream ire tendebat, urbem opulentam quondam & nobilem, cuius itidem originem in Africæ ſitu digeſſimus plene, eamq; ingreſſus, cum omnem penè incendijs late diſperſis uidiſſet exuſtam, horridaſq; canicie ſilices, primam & ſecũdam legionem ad tempus ibi locari diſpoſuit: ut fauillarum egerentes aceruos, agitarent ibi præſidium, ne repetito barbarorum impetu uaſtaretur. Quæ cum rumores ueri diſtuliſſent, prouinciæ rectores tribunusq; Vincẽtius è latibulis quibus ſe commiſerãt egreſsi, tandem intrepidi ad ducem ocius peruenerunt. Quibus ille gratanter uiſis atq; ſuſceptis, agensq; etiam apud Cæſaream, fide rerum diligentius explorata, cõperit Firmum per ſpeciem fauentis & ſupplicis tectiore conſilio id moliri, ut nihil hoſtile metuentem exercitum in modum tempeſtatis ſubitæ conturbaret. Quamobrem conuerſus hinc uenit ad municipium Sugabarritanum, Tranſcellenſi monti adcliue: ubi inuentos equites quartæ ſagittariorum cohortis, quæ ad rebellem defecerat, ut cõtentum ſe ſupplicio leniori monſtraret, omnes contruſit ad infimum militiæ gradum: eosq;, & Conſtantianorũ peditum partem, Tigauias uenire iuſſerat cũ tribunis: è quibus unus torquem pro diademate capiti impoſuit Firmi. Dumq; hæc aguntur, reuerterunt Gildo & Maximus, Bellen è principibus Mazicum & Fericium gentis præfectum ducentes, qui factionem iuuerant quietis publicæ turbatoris. producerent uinctos. Quo ita ut ſtatutum eſt facto, lucis primo exortu ipſe egreſſus, cum inueniſſet eos in exercitu circumſeptos: Quid de iſtis nefarijs, inquit, proditoribus fieri oportere contubernales deuoti cenſetis? Secutusq; adclamationẽ rogantium ſanguine uindicari, eos qui inter Conſtantianos merebant, priſco more militibus dedit occidẽdos: ſagittariorũ uero primoribus manus incidit, reſiduos ſupplicio capitali multauit, ad æmulationem Curionis acerrimi illius ducis, qui Dardanorũ ferociam in modũ Lerneæ ſerpẽtis aliquotiens renaſcentẽ hoc genere pœnarũ extinxit. Sed obtrectatores maliuoli uetus factũ laudantes hoc ut dirum uituperant & aſperrimũ, Dardanos hoſtes memorantes interneciuos, & iuſte quę ſuſtinuere perpeſſos: hos uero ſubſignanos milites debuiſſe lenius corrigi, ad unũ prolapſos errorem: quos ſcientes forſitan admonemus, hanc cohortẽ & facto & exemplo aduerſam. antedictos Bellen & Fericium, quos duxerat Gildo, tribunũq; ſagittariorum Curandium ea re iuſsit occidi, quod nec ipſe unquam cum hoſtibus congredi uoluit, nec ſuos ut pugnarẽt hortari. Agebat autem hæc Tullianum illud aduertens, quòd ſalutaris rigor uincit inanem ſpeciem dementiæ. Exin profectus fundũ nomine Gaionatis, muro circũdatum ualido, receptaculum Maurorum tutiſsimũ arietibus admotis euertit: & cæſis omnibus incolis mœnibusq; cõplanatis, ad Tingitanũ caſtellum progreſſus, per Ancorarium montem Mazicas in unum collectos inuaſit, iam tela reciprocantes uolitantia grandinis ritu. Et cum eſſet utrinq; diſcurſum, agmina uiris armiſq; incitata noſtrorum nõ perferentes Mazices, licet bellicoſum genus & durũ, diuerſis ſtragibus implicati

Maſcizel

Firmus pacem petit

implicati fœdo diffluxere terrore: ruẽtesq; in fugam cæſi ſunt, abſq; his qui reperta copia diſcedendi, ſupplici prece ueniam quam dari tempus flagitauerat, impetrarũt, Sug gena eorum ductore. Romano ſucceſſerat, in Sitifenſem Mauritaniam ire diſpo ſito ad agitãda præſidia ne prouincia peruaderetur, ipſe præteritis elatior caſibus gen tem petit Muſonum: quam conſcientia rapinarũ & cædum actibus congregauerat Fir mi, ut ſperabatur maiora mox adepturi. Progreſſusq; aliquantum, iuxta Addenſe municipium comperit, diſſonas cultu & ſermonũ uarietate nationes plurimas unum ſpirantibus animis inmanium exordia concitare bellorũ, adigente hortãteq; maxima ſpe præmiorum ſorore Firmi nomine Cyria: quæ abundans diuitijs, & deſtinatione fœmi nea, niſibus magnis inſtituit iuuare germanũ. Quocirca Theodoſius ueritus ne Marti ſeſe committeret impari, congreſſusq; multitudini immenſæ cum paucis (tria enim armatorum milia ductabat atq; quingẽtos) amitteret uniuerſos, inter pudorem cedendi pugnandiq; ardorẽ gradiens retro paulatim trudente pondere plebis abſceſsit. Hocq; euentu barbari nimiũ quantum & ad internicionem perdiderat cunctos, ni gentium turbulenta concuſsio, procul Mazicum uiſis auxilijs, quos anteibãt quidam Romani, arbitrata in ſe impetum agminum ferri cõplurium, uerſa in pedes aperuiſſet noſtris exitus antehac interſeptos. Exinde cum milites ducens incolumes Theodoſius ad fundum ueniſſet nomine Mazucanum, exuſtis deſertoribus paucis, alijsq; ad ſagittariorum exẽplum, quibus manus ademptæ ſunt, cõtruncatis, Tipatam menſe Februario uenit. ubi diutius agens, ut antiquus ille cunctator pro negotio cõſultabat: cõmentis potius & prudentia quàm periculoſis congreſsibus, hoſtem pugnacem & impenetrabilem iactu telorũ, ſi ſors copiam dederit oppreſſurus. Mittebat tamen adſidue ſuadendi quoſdam peritos ad gentes circumſitas, Baiuras, Cantaurianos, Auaſtomates, Caſaues, Dauaresq;, & finitimos alios, nunc timore nunc promiſsis eos ad ſocietatem alliciens, ueniãq; petulantiæ interdum promittẽdo: per ambages & moras hoſtem frãgentem ſuos impetus oppreſſurus, ut quondam Pompeius Mithridatẽ. Qua cauſa declinans perniciem proximam Firmus licet præſidiorum magnitudine cõmunitus, relicta plebe quam coegerat magna mercede, quoniã latendi copiam nocturna quies dedit, Caprarienſes montes longe remotos penetrauit, & diruptis rupibus inacceſſos. cuius abitu clandeſtino multitudo diſperſa, ſine rectore particulatim diffluẽs, inuadendi eius caſtra noſtris copiam dedit. Hisq; direptis, & interfectis qui reſiſtebãt uel in deditionẽ acceptis, regionũ maxima parte uaſtata, gẽtibus per quas tranſibat dux cõſultiſſimus adpoſuit fidei compertæ præfectos. Hac inopina ſequendi confidentia territus perduellis, ſeruis comitantibus paucis, digreſſu celeri conſulturus ſaluti, nequo præpediretur obſtaculo, abiecit precioſarum ſarcinas ſpecierum, quas auexerat ſecum. Vxorem nanq; feſſam labore cõtinuo & perancipiti Theodoſius nulliq; parcens, mundiore uictu ſtipendioq; milite recreato, Caprarienſibus Abannisq; eorum uicinis prælio leui ſublatis, ad municipium properauit enſe: uerisq; nuntijs doctus, barbaros occupaſſe iam tumulos per anfracta undique ſpacia in ſublime porrectos, nulliq; peruios niſi indigenis locorum perquam gnaris, repedando dedit hoſtibus facultatem per inducias licet breues Aethiopum iuxta agẽtium adminiculis augeri uel maximis. Qui cateruatis copijs fremituq; minaci ſine ſui reſpectu ruentes in pugnam, auerterũt eum inæſtimabilium turmarũ ſpecie dira perterrefactũ, ſtatimq; redintegratis animis commeatus uehens abunde reuertit: & conglobatis ſuis ſcutaq; in formidabilem mouentibus geſtum, cõtrouerſas ijſdem oppoſuit manus. Quãquam igitur immite quiddam barbaricis cõcrepantibus armis manipuli furentium imminebant, ipſi quoq; par mas genibus illidentes: tamen ut pugnator ille cautus & prudens miles, paucitate diffiſus, audacter agmine quadrato incedens, ad ciuitatem nomine Cõtenſem flexit iter intrepidũ, ubi timens noſtros Firmus ut in munimento abſtruſo locarat ſuos & celſo: cũctisq; receptis, in proditores, ſatellitesq; memorati animaduertit acriter, ut ſolebat. Hoc ei magni nominis adiumento gerenti proſperrime, uerus indicat explorator, con fugiſſe ad Iſaflenſiũ populum Firmũ. ad quem repoſcendũ una cum fratre Mazuca cæterisq; neceſsitudinib. illuc ingreſſus, cum adipiſci nõ poſſet, genti bellũ indixit: & prælio atroci cõmiſſo, ferocientibus barbaris ultra modũ aciem in rotunda habitu figuratam

Aethiopes contra Ro.

tam opponit. adeoq́; Iſaflenſes pondere cateruarũ ingẽtium inclinati ſunt, ut plurimi caderent: & ipſe Firmus ferox & ſæpe in ſuam perniciem præceps, equo auferretur in fugam, per ſaxa & rupes diſcurrere citius adſueto: Mazuca uero frater eius caperetur letaliter ſaucius. Qui Cæſaream mitti diſpoſitus, ubi ſæua inuſſerat monumẽta facinorum peſsimorũ, dilatato uulneris hiatu deceſsit. Caput tamen eius auulſum reſiduo corpore, cum magno uiſentium gaudio urbi inlatũ eſt antedictæ. Poſt hæc Iſaflenſiũ gentem, quę obſtitit, ſuperatã dux nobilis incõmodis multis, ut ęquitas poſcebat, adflixit. Ibi Euaſium potentem municipem, Florumq́; eius filium & quoſdam alios, per ſecretiora conſilia temeratorem quietis iuuiſſe conuictos aperte, flãmis abſumpſit. Exindeq́; pergens interius, nationem Iubalenam ſpiritu adgreſſus ingenti, ubi natum Nubelem patrem didicerat Firmi, repulſus altitudine montium & flexuoſis anguſtijs ſtetit. & quamlibet facto in hoſtem impetu, pluribusq́; peremptis, aperuerit uiam: formidans tamen ſublimia collium ad inſidiandum aptiſsima, ducens ſuos incolumes reuertit ad Audienſe caſtellum. ubi Ieſalenſiũ gens fera ſemet dedit, uoluntaria auxilia præſtare ſpondens & cõmeatus. His & eiuſmodi glorioſis actibus exultans ampliſsimus ductor, ipſum otij turbatorem petebat uilido uirium niſu: ideoq́; prope munimentum nomine Medianum diu conſiſtens, per multas prudentesq́; ſentẽtiarum uias eundem ſibi prodi poſſe ſperabat. Hæcq́; cogitationibus anxijs altioreq́; proſpiciens cura, rurſus ad Iſaflenſes hoſtem comperit reuertiſſe: quos nihil moratus, ut antea, agminibus adoritur concitatis. cui rex Igmazen nomine, ſpectatus per eos tractus opibusq́; inſignis, progreſſus obuiam confidenter, Cuius loci es tu, inquit: uel quid acturus huc uenisti, reſponde. Quem Theodoſius fundata mente intuens toruum: comes, ait, Valentiniani ſum orbis terrarum domini, ad opprimendum latronem funereũ miſſus: quem niſi ſtatim reddideris, ut inuictus ſtatuit imperator, peribis funditus cum gente quam regis. Quo audito Igmazen, poſt conuicia multa quæ congeſsit in ducem, ira doloreq́; perculſus abſceſsit. Et ſecutæ principio lucis, utrinq; occurſuræ ſibi ad confligendum proceſſerunt acies minaciſsime: & barbarorum uiginti penè milia in ipſis locata ſunt frontibus, occultatis ponè terga ſubſidialibus globis, ut adſurgentes paulatim noſtros multitudine clauderẽt inſperata. hisq́; Ieſſaleni auxiliares acceſſere quàm plures, quos adiumenta & commeatus noſtris docuimus promiſiſſe. contrà Romani quamuis admodum pauci, tamen fortibus animis uictorijs antegreſsis elati, denſatis lateribus, ſcutisq́; in teſtudinis formã cohærenter adaptatis, reſtiterunt gradibus fixis. & à ſole orto uſq; diei extimum pugna protenta, paulo ante ueſperam uiſus eſt Firmus equo celſiori inſidens, ſago puniceo porrectius panſo, milites clamoribus magnis hortari, ut dedant Theodoſium opportune, truculentum eum appellans & dirum & ſuppliciorum ſæuum repertorem, ſi diſcriminibus eximi uellent quæ perferebant. Hæ inſperatæ uoces ad dimicandũ quoſdam acrius incitarunt, alios deſerere prælium inlexerunt. Proinde ubi noctis aduenit quies prima, partibus tenebrarũ obuolutis errore, dux reuerſus ad Duodienſe caſtellum, militesq́; recognoſcens, eos quos à pugnandi propoſito pauor & uerba detorſerant Firmi, diuerſo genere pœnarum extinxit, alios ademptis dexteris, quoſdam uiuos combuſtos. excubiasq́; agens cura peruigili, barbarorum aliquos, auſos cum apparere non poſſent poſt occaſum lunæ caſtra ſua tentare, fudit, uel irruentes audacius cepit. Digreſſus exinde paſsibus citis, Ieſſalenſes ut ambiguæ fidei per tramites adortus obliquos, unde parum ſperari potuit, ad penuriam uaſtauit extremam: perq́; Cæſarienſis Mauritaniæ oppida reuerſus Sitifim, Caſtorem & Martinianum, rapinarum flagitiorumq́; Romani participes, ad interitum tortos incendit. Redintegratur poſt hæc cum Iſaflenſibus bellum: primoq́; conflictu barbarorũ pluribus pulſis & interfectis, rex eorum Igmazen uincere antehac adſuetus, terrore fluctuans mali præſentis, nihilq́; commercijs uetitis ad uitam ſpei ſibi reſtare ſi obſtinatius egerit arbitratus, quantum caute fieri potuit & occulte prorupit ex acie ſolus: uiſumq́; Theodoſium ſuppliciter petijt, ut Maſsillam Mazicum optimatem ad ſe uenire iuberet. per quem ut rogauerat miſſum, clandeſtinis colloquijs monuit ducem ſuopte ingenio pertinacem, ut ad præbendam ſibi copiam agendi quæ uellet, popularibus ſuis acriter immineret, eosq́; adſiduitate pugnandi mutaret in metũ, promptos quidẽ ad perduellis

Mazuca

Igmazen rex

fauorem,ſed iacturis multiplicibus feſſos.Paruit Theodoſius dictis: & crebritate certaminum Iſaflenſes ita protriuit, ut ijſdem labentibus more pecudum, Firmus latēter euaderet,& auijs & diuturnis latebris amandatus, inibi dum de fuga conſultat tentus ab Igmazene cuſtodiret. Et quoniā obſcurius geſta didicerat per Maſillā, in extremis rebus unum remedium ſupereſſe cōtemplans, calcare uiuendi cupiditatē uoluntaria ſtatuit morte: uinoq; conſulto diſtentus, & crapulentis ſilenti nocte oppreſſis altiore ſomno cuſtodibus,peruigil ipſe impedentis ærumnę terrore, inſonis gradibus relicto
Firmi exitium cubili manibus repens & pedibus longius ſeſe diſcreuit:repertumq; funiculū,quem finiendæ uitæ parauere caſus,de clauo parieti adfixo ſuſpendit: ubi collo inſerto,animā abſq; moris cruciabilibus exhalauit.Quod dolenter ferens Igmazen, interceptamq; ſibi gloriam gemens, quia non contigerat ad cāſtra Romana uinctum ducere perduellem, interpoſita fide publica per Maſillam, ipſe camelo necati cadauer impoſitum ferens,cum tentoria exercitus aduentaret ad Subicarenſe caſtellum locata,in iumētum tranſtulit ſarcinale,& Theodoſio obtulit exultanti. Qui conuocatis armatis ſimul atq; plebeijs,interrogatiſq; an cognoſcerent uultū,cum eiuſdem eſſe ſine ulla didiciſſet ambage,ibi pauliſper moratus Sitifim triumphanti ſimilis rediјt, ætatum ordinumq; omnium celebrabili fauore ſuſceptus. Dum hoc puluere per Mauritaniā dux antedictus anhelat & Africam, Quadorum natio mota eſt, inſultu repentino parum nunc formidanda, ſed immenſum quantum antehac bellatrix & potens, ut indicant properata:
Opitergium à Quadis excisũ quoniam raptim obſeſſa ab ijſdem ac Marcomannis Aquileia diu, Opitergiumq; excisum, & cruenta complura per celeres acta procinctus: uix reſiſtente perruptis Alpibus Iulijs primicerio, quem ante docuimus, Marico. Et erat ut barbaris ratio iuſta querelarum. Valentinianus enim ſtudio muniendorum limitum glorioſo quidem ſed nimio ab ipſo principatus initio flagrans, trans flumen Hiſtrum in ipſis Quadorum terris, quaſi Romano iuri iam uindicatis, ædificari præſidiaria caſtra mandauit:quod accolæ ferentes indigne, ſuiq; cautiores,legatione tenus interim & ſuſurris arcebant. Sed Maximinus in omne auidus nefas, & genuinos mitigare nequiens flatus,quibus præfecturę acceſſerat tumor,increpabat Equitium per Illyricum eo tēpore magiſtrum armorum,ut peruicacem & deſidem,nec dum opere quod maturari diſpoſitū eſt conſummato:addebatq; ut conſulens in commune,quòd ſi paruo ſuo Marcelliano deferretur poteſtas per Valeriam ducis, munimentum abſq; ulla cauſatione conſurgeret. Vtrunq; mox eſt impetratum. Qui promotus profectuſq; cum ueniſſet ad loca, intempeſtiue turgens ut filius, nullis adfatibus delinitis hıs, quos nunquam tentatæ cupiditatis figmenta regionum ſuarum faciebant extorres, opus pauloante inchoatum ad-
Gabinij regis cædes greditur, admiſſa copia rogandi ſuſpenſum. Deniq; Gabinium regem nequid nouaretur modeſte poſcentem, ut adſenſurus humanitate ſimulata cum alijs ad conuiuiū conrogauit: quem digredientem poſt epulas hoſpitales, officij ſanctitate nefarie uiolata, trucidari ſecurum effecit. Cuius rei tam atrocis diſſeminatus rumor ilico per diuerſa,
Quadorum excurſiones & Quados & gentes circumſitas efferauit: regiſq; flentes interitum in unum coactæ miſere uaſtatorias manus: quæ Danubiū tranſgreſſę cum nihil exſpectaretur hoſtile, occupatā circa meſſes agreſtē adortæ ſunt plebem: maioreq; parte truncata, quicquid ſuperfuit domum cum multitudine uarij pecoris abduxerunt.Eueniſſet profecto tunc inexpiabile ſcelus,numerandū inter probroſas rei Romanæ iacturas: paulo enim abfuit quin filia caperetur Conſtantij cibū ſumēs in publica uilla quam appellant Piſtrenſem, cum duceretur Gratiano nuptura: ni fauore propitij numinis præſens Meſſala prouincię rector eam iudiciali carpento impoſitam ad Sirmium uiceſimo ſexto lapide diſparatum curſu reduxiſſet effuſo. Hoc caſu proſpero regia uirgine periculo miſeræ ſeruitutis exempta, cuius niſi potuiſſet impetrari redemptio captæ, magnas inuſsiſſet reipublicæ clades, latius ſe cum Sarmatis Quadi pandentes, ad raptus & latrocinia gentes aptiſsimæ, prædas hominum uirilis & muliebris ſexus agebant & pecorum, uillarum cineribus exuſtarum cæſorumq; incolentium exultantes ærumnis,quos nec opinantes ſine ulla parſimonia deleuerunt. Per omnia itaq; propinqua malorum ſimilium diſperſa formidine præfectus prætorio agens tunc apud Sirmium Probus, nullis bellorum terroribus adſuetus, rerum nouarum lugubri uiſu præſtrictus, oculoſq; uix

attollens

attollens, hærebat diu quid capeſſeret ambigens: & cum paratis uelocibus equis noctem proximam deſtinaſſet in fugam, monitus tutiore conſilio manſit inmobilis. Didicerat enim omnes ſecuturos confeſtim qui mœnibus claudebantur, tegendos latebris oportunis; quod ſi contigiſſet, inpropugnata ciuitas ueniſſet in manus hoſtiles. Proinde parumper lenito pauore ad arripienda quæ urgebant acri animo adſurgens, ruſerſit obrutas ruderibus foſſas, murorumq; maximam partem pacis diuturnitate contemptam & ſubuerſam aduſque celſarum turrium minas expedijt, ſtudio ædificandi coalitus; hac ratione opere uelociter abſoluto, quòd impenſas ædificandi theatri cauſa dudum congeſtas, ſufficientes ad id quod efficere maturabat inuenit. atq; huic ſpectato conſilio ſalutare addidit aliud: & ſagittariorum cohortem ex ſtatione proxima, adfuturam obſidio ſi ueniſſet, acciuit. his uelut obijcibus barbari ab oppugnanda urbe depulſi, parum ad has calliditates dimicãdi ſolertes, ſarcinisq; impediti prædarum, ad Equitij uertuntur indaginem. Et cum ad Valeriæ ſpatia longe remota ſeceſsiſſe captorum didiciſſent indicijs, illuc properato pergebant gradu frendentes, hacq; ex cauſa iugulo eius intenti, quòd per ipſum circunuentũ regem exiſtimabant inſontẽ. Quibus concito curſu ruentibus infeſtius, obuiam legiones motæ ſunt duæ, Pannonica & Mœſiaca, ualida prælijs manus: quæ ſi conſpiraſſet abierat procul dubio uictrix. Sed dum diſcretim graſſatores adoriri feſtinant, ortis inter ſe diſcordijs impediti de honore certabant & dignitate. Quo intellecto Sarmatæ ſagaciſsimi, non expectato certandi ſigno ſolenni, Mœſiacam primam inceſſunt. dumq; milites arma tardius per tumultum expediunt, interfectis plurimis aucti fiducia aciem perrupere Pannonicam: diſſectamq; agminis mole geminatis ictibus omnem penè deleſſent, ni periculo mortis aliquos citum extraxiſſet effugium. Inter hæc fortunę diſpendia triſtioris, dux Mœſiæ Theodoſius iunior, prima etiam tum lanugine iuuenis, princeps poſtea perſpectiſſimus, Sarmatas liberos ad diſcretionem ſeruorum rebellium appellatos, conlimitia noſtra ex alio latere inuadentes aliquotiens expulit & adflixit, congreſsibus denſis adtritos: adeoq; obſiſtentes fortiſsime turbas confluentes oppreſsit, ut cæſorum plurimum alites iuſte ſanguineas ſatiaret & feras. unde reſidui tumore iam deflagrante metuentes, ne idem dux uirtutis ut apparuit expeditæ in primo finium aditu incurſantes cuneos ſterneret aut fugaret, uel inſidias per ſiluarum locaret occulta, poſt multos perrumpendi conatus ſubinde tentatos incaſſum abiecta pugnandi fiducia conceſsionem petiuere præteritorum & ueniam: uictiq; ad tempus, indultæ fœderibus pacis nihil egere contrarium, eo maxime timore perculſi, quòd ad tutelam Illyrici Gallicani militis ualidum acceſſerat robur. Dum hæc tot ac talia per turbines agitantur aſsiduos, Claudio regente urbem æternam, Tiberis qui media interſecans mœnia cloacis & fluuijs abundantibus multis Tyrreno mari miſcetur, effuſione imbrium exuberans nimia, & ſupra amnis ſpeciem panſus, omnia penè contexit. & ſtagnantibus ciuitatis reſiduis membris quæ tenduntur in planiciem molliorem, montes ſoli & quicquid inſularum celſius eminebat, à præſenti metu defendebatur. & ne multi inedia contabeſcerent, undarum magnitudine nuſquam progredi permittente, lembis & ſcafis copia ſuggerebatur abunde ciborum. At uero ubi tempeſtas molliuit, & flumen retinaculis ruptis redijt ad ſolitum curſum, abſterſo metu nihil poſtea moleſtum expectabatur. Hic ipſe prǽfectus egit admodum quiete, nullam ſeditionem ſuper querela iuſta perpeſſus: & inſtaurauit uetera plurima. Inter quæ porticum excitauit ingentẽ, lauacro Agrippæ contiguam, Euentus boni cognominatam, ea re quòd huius nominis prope uiſitur templum.

Duarum legionum clades

Theodoſius

Tiberis inundatio

INTER has turbarum difficultates, quas Percha dux regē Quadorum excitauit occiſo per ſcelus, dirum in oriente committitur facinus, Para Armeniorum rege clandeſtinis inſidijs obtruncato: cuius materiæ impio conceptæ conſilio hanc primordialem fuiſſe nouimus cauſam. Conſarcinabāt in hunc etiam tum adultum crimina quædam apud Valentem exaggerantes male ſolertes homines, diſpendijs ſæpe cōmunibus paſti. Inter quos erat Terentius dux demiſſe ambulans ſemperq; ſubmœſtus, ſed quoad uixerat acer diſſenſionum inſtinctor. Qui adſcitis in ſocietatem gentibus paucis, ob flagitia ſua ſuſpenſis in metum, ſcribendo ad comitatum adſidue Cylacis necem replicabat & Artabānis: addens eundem iuuenem ad ſuperbos actus elatum, nimis eſſe in ſubiectos inmanem. Vnde quaſi futurus particeps ſuſcipiendi tunc pro inſtantiū rerum ratione tractatus, idem Para regaliter uocatus, & apud Tarſum Ciliciæ obſequiorum ſpecie cuſtoditus, cum neq; ad imperatoris caſtra accipi, nec urgentis adceſſus cauſam ſcire cunctis reticentibus poſſet, tandem ſecretiore indicio comperit, per literas Romano rectori ſuadere Terentium, mittere propediem alterum Armeniæ regem: ne odio Paræ ſpeq; quòd reuertetur, natio nobis oportuna deficeret ad iura Perſarum, eam rapere ui uel metu uel adulatione flagrantium. Quod reputans ille, inpendere ſibi præſagiebat exitium graue. Et doli iam prudens, nec aliam niſi cito diſceſſu ſalutis reperiens uiam, ſuadentibus his quibus fidebat, conglobatis trecētis comitibus ſecutis eum è patria, cum equis uelociſsimis, ut in magnis ſolet dubijsq; terroribus audacter magis quàm cōſiderate, *Paræ fuga* pleraq; diei parte emenſa egreſſus cuneatim properabat intrepidus. Cumq; eum prouinciæ moderatoris apparitor qui portam tuebatur, percitus feſtinato ſtudio reperiſſet in ſuburbanis, ut remaneret enixius obſecrabat: & parum hoc impetrato, mortis auerſus eſt metu. nec minus paulo poſtea legionem ſecutam iamq; aduentantem, ipſe cum promptiſsimis retrorſus excurrens fundensq; in modum ſcintillarum ſagittas, ſed uoluntate errans, in fugam compulit: ut cum tribuno milites uniuerſi perterrefacti, uiuidius quàm uenerant remearent ad muros. Exin ſolutus omni formidine biduo & binoctio exantlatis itinerum laboribus magnis cum ad flumen ueniſſet Euphraten, & inopia nauium uoraginoſum amnem uado tranſire non poſſet, nandi inprudentia pauentibus multis ipſe omnium maxime cunctabatur. & remanſiſſet, ni cunctis uerſantibus uaria id reperire potuiſſet effugium, in neceſsitatis abrupto tutiſsimum. Lectulos in uillis repertos binis utribus ſuffulſerunt, quorum erat abundans prope in agris uinarijs copia: quibus ſingulis proceres inſidentes & regulus ipſe, iumenta trahentes præruptos undarum occurſantium fluctus obliquatis meatibus declinabant: hocq; commento tandem ad ulteriorem ripam poſt extrema diſcrimina peruenerunt. Reſidui omnes equis inuecti natantibus, & circumluente flumine ſæpe demerſi iactatiq;, infirmati periculoſo madore expelluntur ad cōtrarias margines: ubi pauliſper refecti expeditius quàm diebus præteritis incedebant. Hoc nunciato princeps antedicti fuga perculſus, quem elaqueatum fidem rupturum exiſtimabat, cum ſagittarijs mille ſuccinctis & leuibus Danielum mittit & Barzimerem reuocaturos eum, comitem unum, alterum Scutariorum tribunum. Hi locorum gnaritate confiſi, quòd ille properans ut peregrinus & inſuetus mæandros faciebat & gyros, compendioſis uallibus eius itinera præuenerunt: & diuiſis inter ſe copijs, clauſere uias proximas duas, trium milium interuallo diſtinctas: ut tranſiturus per utramuis, caperetur inprouidus. ſed euanuit cogitatus hoc caſu: Viator quidam ad citeriora feſtinans, cum cliuum armato milite uidiſſet oppletum, per poſterulam tramitem medium ſqualentem frutectis & ſentibus uitabundus excedens, in Armenios incidit feſſos: & ductus ad regem

arcano

arcano ſermone ſolum quæ uiderat docet, ac retinetur intactus. Moxq; metu diſſimulato eques mittitur clandeſtinus ad dextrum itineris latus, diuerſoria paraturus & cibum: quo paulum progreſſo, in læuum tractum item alius talia facturus ire iubetur ocisſime, alterum aliorſum neſciens miſſum. Quibus ita utiliter ordinatis, rex ipſe cum ſuis dumeta per quæ uiator uenerat relegens, eo ipſo monſtrante, per hiſpidam & iumento onuſto exiguam callem poſt terga relictis militibus euolauit: qui captis eius miniſtris, miſsis ad mentes obſeruantium præſtringendas, quaſi uenaticiam prædam modo non porrectis manibus expectabant. Dumq; hi uenturum operiuntur, ille regno incolumis reſtitutus, & cum gaudio popularium ſummo ſuſceptus, in eadem fidei certitudine manſit immobilis, iniurijs quas pertulerat omnibus demuſſatis. Danielus poſt hæc & Barzimeres cum luſi iam reuertiſſent, probroſis lacerati conuicijs ut inertes & deſides, ut hebetatæ primo adpetitu uenenatæ ſerpentes, ora exacuere letalia, cum primum potuiſſent lapſo pro uirium copia nocituri: & leniendi cauſa flagitij ſui, uel fraudis quam meliore conſilio pertulerunt, apud Imperatoris aures rumorum omnium tenacisſimas inceſſebant falſis criminibus Param, incentiones Circeas in uertendis debilitandisq; corporibus miris modis eum callere fingentes: addentesq; quod huiuſmodi artibus offuſa ſibi caligine mutatus, uaſorūq; forma tranſgreſſus, triſtes ſolicitudines, ſi huic irriſioni ſuperfuerit, excitabit. hinc in illum inexplicabile auctum principis odium: & doli ſtruebantur in dies, ut per uim ei uel clam uita adimeret, agentiq; tunc in Armenia Traiano & rem militarem curanti id ſecretis cōmittitur ſcriptis. Qui inlecebroſis regem inſidijs ambiens, & modo ſerenæ mētis Valentis indices literas tradens, modo ipſe ſeſe eius conuiuijs ingerens, ad ultimum compoſita fraude ad prandium uerecundius inuitauit. Qui nihil aduerſum metuēs uenit, conceſſoq; honoratiore diſcubuit loco. cumq; adponerentur exquiſitæ cupediæ, & ædes pulſu neruorum & articulato flatiliq; ſonitu reſultarent, iam uino incaleſcente, ipſo conuiuij domino per ſimulationem naturalis cuiuſdam urgentis egreſſo, gladium diſtrictū intentans toruo lumine ferociens quidam immittitur barbarus aſper, ex his quos Supras appellant, confoſſurus iuuenem ne exilire poſſet etiam tum præpeditum. Quo uiſo regulus forte prominēs ultra torum, expedito dolo adſurgens ut uitam omni ratione defenderet, perforato pectore deformis procubuit uictima, ictibus multiplicatis fœde conciſa. hocq; figmento nefarie decepta credulitate, inter epulas quæ reuerendæ ſunt uel in Euxino ponto, hoſpitali numine contuente, peregrinus cruor in ambitioſa toralia ſparſus & ſpumans ſatietati ſuperfuit conuiuarū horrore maximo diſperſorum. Ingemiſcat, ſi quis uita digreſſis eſt dolor, huius adrogantiā facti Fabricius ille Luſcinus: ſciens qua animi magnitudine Democharen, uel ut quidā ſcribūt Niciam miniſtrum repulerit regium, colloquio occultiore pollicitum, quod Pyrrum Italiam tunc bellis ſęuisſimis exurentem ueneno poculis necabit infectis: ſcripſeritq; ad regem, ut ab interiore caueret obſequio. tantum reuerentiæ locum apud priſcam illam iuſtitiam, uel hoſtilis menſæ genialitas obtinebat. Verum excuſabatur recens inuſitatum facinus & pudendum necis exemplo Sertorianæ, adulatoribus forſitan ignorantibus, quod ut Demoſthenes perpetuum Gręciæ decus adfirmat, nunquam ſimilitudine aut impunitate alterius criminis diluitur id, quod contra ac liceat arguitur factum. Hæc per Armeniam notabiliter geſta ſunt. Sapor uero poſt ſuorum priſtinam cladem cōperto interitu Paræ, quem ſociare ſibi impendio conabatur, mœrore graui perculſus, augēteq; noſtri exercitus alacritate formidinē maiora ſibi præſeminans, Arſace legato ad principem miſſo, perpetuam ærumnarum cauſam deleri penitus ſuadebat Armeniam: ſi id diſplicuiſſet aliud poſcens, ut Hiberiæ diuiſione ceſſante, remotisq; inde partis Romanæ præſidijs, Aſpacures ſolus regnare permitteretur, quem ipſe præfecerat genti. Ad quæ Valens in hanc reſpondit ſententiam. Nihil derogare ſe poſſe placitis ex conſenſu firmatis, ſed ea ſtudio curatiore defendere. Glorioſo propoſito contrariæ regis litteræ hieme iam extrema perlatæ ſunt, uana cauſantis & tumida. Adſeuerabat enim non poſſe ſemina radicitus amputari diſcordiarum, niſi interueniſſent conſcij pacis fœderatæ cum Iouiano, quorum aliquos uita didicerat abſceſsiſſe. Ingraueſcente poſt hęc

Paræ cædes

Saporis legatio

altius curà imperator eligere conſilia quàm inuenire ſufficiens, id cõducere rebus exiſtimans, Victorem magiſtrum equitum & Vrbicium Meſopotamiæ ducem ire propere iuſsit in Perſas, reſponſum abſolutum & uniuſmodi perferentes: quòd rex iuſtus & ſuo contentus ut iactitabat, ſceleſte cõcupiſcat Armeniam, ad arbitrium ſuum uiuere cultoribus eius ex pacto permiſsis: & ni Sauromaci præſidia militum impertita principio ſequentis anni ut diſpoſitũ eſt inpræpedita reuerterint, inuitus ea complebit, quæ ſponte ſua facere ſuperſedit. Quæ legatio recta quidẽ & libera, ni deuiaſſet in eo, quòd abſq; mandatis oblatas ſibi regiones in eadem Armenia ſuſcepit exiguas. Qua regreſ-
Surena ſa aduenit Surena poteſtatis ſecundæ poſt regem, has eaſdem imperatori offerens partes, quas audacter noſtri ſumpſere legati. Quo ſuſcepto liberaliter & magnifice, ſed parum impetrato quod poſcebat remiſſo, parabantur magna inſtrumenta bellorum, ut mollita hieme imperatore trinis agminibus perrupturo Perſidem, ideoq; Scytharum auxilia feſtina celeritate mercante. Proinde parum adeptus ea quæ ſpe uana conceperat Sapor, ultraq; ſolitũ aſperatus, quòd ad expeditionem accingi rectorem cõceperat noſtrum, iram eius cõculcans Surenæ dedit negocium, ut ea quæ Victor comes ſuſceperat & Vrbicius armis repeteret: & ſi quiſquã repugnaret, & milites Sauromacis præſidio deſtinati, malis adfligerẽtur extremis. Hæcq; ut ſtatuerat maturata cõfeſtim, nec emendari potuerunt nec uindicari, quia rem Romanam alius circumſteterat metus totius Gothiæ Thracias licentius perrumpentis: quæ funera tunc explicari poterũt carptim, ſi ad ea quoq; uenerimus. Hæc per eos agitata ſunt tractus: quorum inter ſeriem Africanas clades & legatorum Tripoleos manes inultos etiam tum & errantes ſempiternus uindicauit iuſtitiæ uigor, aliquoties ſerus ſed ſcrupuloſus quæſitor geſtorum recte uel ſecius, hoc modo. Remigius, quem populanti prouincias retulimus comiti fauiſſe Romano, poſtquam Leo in eius locum magiſter eſſe cœpit officiorum, à muneribus reipublicæ iam quieſcens negocijs ſeruralibus dedit prope Mogontiacum in genitalibus locis. Quem ibi morantem ſecurius præf. prætorio Maximinus reuerſum ad ocium ſpernens, ut ſolebat diræ luis ritu graſſari per omnia, lædere modis quibus poterat affectabat: utq; rimaretur plura quæ latebant, Cæſarium antehac eius domeſticum, poſtea notarium principis, raptum quę Remigius egerit, uel quantum accepe-
Remigius ſe ſuſpendit rit ut Romani iuuaret actus infandos, per quæſtionẽ cruentam interrogabat. Quibus ille cognitis, cum eſſet ut dictum eſt in ſeceſſu, conſcientia malorum urgente, uel rationem formidine ſuperante calumniarum, innodato gutture laquei nexibus interijt. Secuto poſt hæc anno Gratiano adſcito in trabeæ ſocietatem Equitio conſule, Valenti-
Baſilia niano poſt uaſtatos aliquos Alemanniæ pagos munimentum ædificanti prope Baſiliam quod appellant accolæ Robur, offertur præfecti relatio Probi docẽtis Illyrici clades. Quibus ille ut cunctatorem decuerat ducem examinatius lectis, attonitus cogitationibus anxijs, Paterniano notario miſſo negocium ſcrupuloſa quæſiuit indagine. moxq; ueris per eum nuncijs geſtorum acceptis, euolare protinus feſtinabat, auſos temerare limitem barbaros primo fragore ut mente conceperat oppreſſurus armorum. Quia igitur abeunte autumno multa impediebant & aſpera, adnitebantur omnes per regiam optimates, ut aduſq; principium ueris eum pertinerẽt exoratum: primum durata pruinis itinera, ubi nec adultæ in paſtum herbæ reperirẽtur, nec cætera uſui congrua, penetrari non poſſe firmantes: dein uicinorum Gallijs regum immanitatem, maximeq; omnium Macriani ut formidati tunc prætendentes: quem conſtabat inpacatum relictum etiam ipſa urbium mœnia tentaturum. Hæc memorantes addentesq; utilia reduxere eum in meliorem ſententiam: ſtatimq; ut conducebat rei communi, prope Moguntiacum blandius rex antedictus accitur, procliuis ipſe quoq; ad excipiendum fœdus ut apparebat. Et uenit inmane quo quantoq; flatu diſtentus, ut futurus arbiter ſuperior pacis: dieq; prædicto conloquij ad ipſam marginem Rheni caput altius erigens ſtetit, hincinde ſonitu ſcutorum intonante gentilium. contrà Auguſtus aſcenſis amnicis lembis, ſeptus ipſe quoque multitudine caſtrenſium ordinum tutius prope ripas acceſsit, ſignorum fulgentium nitore conſpicuus, & inmodeſtis geſtibus murmureq; barbarico tandem ſedato, poſt dicta & audita ultro citroq; uerſus amici-

tia

tia media ſacramenti fide firmatur. Hiſcꝫ perfectis diſceſſit turbarum rex artifex delini tus, futurus nobis deinceps ſocius:& dedit poſtea aduſcꝫ uitæ tempus extremum, con ſtantis in concordiam animi facinorum documentum pulchrorum. Perijt autem in Francia poſtea:quam dum interneciue uaſtando perrumpit auidius, oppetijt Mello baudis bellicoſi regis inſidijs circumuentus. Poſt fœdus tamen ſolenni ritu impletum, Treueros Valentinianus ad hiberna diſceſſit. Hæc per Gallias & latus agebantur ar-ctoum. At in eois partibus alto externorū ſilentio, inteſtina pernicies augebatur, per Valentis amicos & proximos, apud quos honeſtate utilitas erat antiquior. Nauabatur enim opera diligens, ut homo rigidus audire cupiens lites à ſtudio iudicādi reuocaret, metu ne ita ut Iuliani tēporibus defenſione innocētia reſpirāte, frangeret potentium tumor adſumpta licentia latius ſolitus euagari. Ob hæc & ſimilia cōcordi conſenſu de hortantantibus multis, maximecꝫ Modeſto præfecto prætorio regiorum arbitrio ſpa- *Modeſtus* donum expoſito, & ſubagreſte ingenium nullis uetuſtatis lectionibus expolitum coa- *præfectus* cto uultu fallente, & adſerente quòd infra imperiale culmen cauſarum eſſent minutiæ *prætorio* priuatarum, ille ad humiliandum celſitudinem poteſtatis negotiorū examina ſpectan da inſtituta eſſe arbitratus, ut monebat abſtinuit penitus, laxauitcꝫ rapinarum fores: quæ roborabantur in dies iudicum aduocatorumcꝫ prauitate ſentiētium paria, qui te-nuiorum negotia militaris rei rectoribus uel intra palatium ualidis uenditantes, aut o-pes aut honores quæſiuere præclaros. Hanc profeſſionem oratorum forenſium πολιτικῆς μορίε εἴδωλον id eſt ciuilitatis particulæ umbram, uel adulationis partem quartam eſſe definit amplitudo Platonis: Epicurus autem κακοτεχνίαν nominās inter artes nu-merat malas: Cteſias ſuaſionis opificem eſſe memorat, adſentiente Leontino Gorgia. quam à ueteribus ita determinatam orietalium quorundam uerſutia aduſcꝫ bonorum extulit odium: unde etiam retinaculis temporis præſtituti frenatur. Ergo abſolutis ſu-per eius indignitate paucis, quam in illis partibus agens expertus ſum, ad cœptorum curſum regrediar inſtitutum. Florebant elegantiæ priſcæ patrocinijs tribunalia, cum oratores concitæ facundiæ attenti ſtudijs doctrinarum, ingenio, fide, copijs ornamen- *Oratores* tiſcꝫ dicēdi pluribus eminebāt: ut Demoſthenes, quo dicturo cōcurſus audiendi cau ſa ex tota Græcia fieri ſolitos monumentis Atticis continetur: & Calliſtratus, quē no-bilem illam ſuper Oropo cauſam, qui locus in Eubœa eſt, perorantē idem Demoſthe-nes academia cum Platone relicta ſectatus eſt: ut Hyperides & Aeſchines & Andoci des & Dinarchus & Antiphon ille Rhamnuſius, quem ob defenſum negotium om-nium primum antiquitas prodidit accepiſſe mercedem. Nec minus apud Romanos Rutilij & Galbæ & Scauri, uita, moribus, frugalitatecꝫ ſpectati, & poſtea per uarias æui ſequētis ætates cenſorij & cōſulares multi & triūphales, Craſſi & Antonij & cum Philippis Scæuolæ alijcꝫ numeroſi, poſt exercitus proſperrime ductos, poſt uictorias & trophea, ciuilibus ſtipendiorū officijs floruerunt: laureaſcꝫ fori ſpecioſis certamini-bus occupantes, ſummis gloriæ honoribus fruebātur. Poſt quos excellentiſſimus om-niū Cicero, orationis imperioſæ fulminibus ſæpe depreſſos aliquos iudiciorū eripiens *Cicero* flammis, non defendi homines ſine uituperatione fortaſſe poſſe, negligenter defendi ſine ſcelere nō poſſe, firmabat. At nunc uidere eſt per eos oēs tractus uiolenta & ra-paciſſima genera hominū, per fora omnia uolitantium, & ſubſidentiū diuites domos, ut Spartanos canes aut Cretas ueſtigia ſagacius colligendo ad ipſa cubilia peruenire cauſarum. In his primus eſt cœtus eorum, qui ſeminādo diuerſa iurgia, per uadimonia mille iactantur, uiduarum poſtes & orborū limina deterentes, & auidi inter diſcordan tes amicos aut propinquos uel adfines ſimultatū, ob leuia ſcrinij receptacula odia ſtru entes infeſta: in quibus ætatis progreſſu non ut aliorū uicia intepeſcunt, ſed magis ma-giſcꝫ roborātur. inter rapinas inſatiabiles inopes, ad capiēdam uerſutis oratiōibus iu-dicū fidem, quorū nomen ex iuſtitia natū eſt, ſicam ingenij diſtringentes. Horū obſtina tione libertatem temeritas, conſtantiam audacia præceps, eloquentiā inanis quædam imitatur fluentia loquendi: quarum artium ſæuitate, ut Tullius adſeuerat, nefas eſt reli gionem decipi iudicantis. Ait enim: Cumcꝫ nihil tam incorruptum eſſe debeat in republica quàm ſuffragium, quàm ſententia, non intelligo cur qui ea pecunia corru-

perit, pœna dignus ſit:qui eloquentia,laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere uidetur qui oratiõe quàm qui pretio iudicem corrumpit,quòd pecunia corrumpere prudentem nemo poteſt, dicendo poteſt. Secundum eſt genus eorum, qui iuris profeſſi ſcientiam,quam repugnãtium ſibi legum aboleuere diſſidia, uelut uinculis ori impoſitis reticente iugi ſilentio umbrarum ſunt ſimiles propriarum. hi uelut fata natalitia præmonſtrantes,aut Sibyllæ oraculorũ interpretes, uultus grauitate ad habitum compoſita triſtiorem,ipſum quoq; uenditant quod oſcitantur. hi ut altius uideantur iura callere,Trebatium loquuntur & Cæſellium & Alfenum, & Auruncorum Sicanorumq; iamdiu leges ignotas, cum Euandri matre abhinc ſæculis obrutas multis: & ſi uoluntate matrem tuam finxeris occidiſſe, multas tibi ſuffragantes abſolutionem lectiones reconditas pollicentur,ſi te nummatum ſenſerint. Tertius eorum eſt ordo, qui ut in profeſſione turbulenta clareſcant, ad expugnandam ueritatem ora mercenaria procudentes,per proſtitutas frontes uileſq; latratus quò uelint aditus ſibi patefaciunt crebros:qui inter ſollicitudines iudicum per multa diſtentas inreſolubili nexu uincientes negotia laborant ut omnis quies litibus implicetur,& nodoſis quæſtionibus de induſtria iudicia circumſcribunt:quæ cum recte procedunt delubra ſunt æquitatis, cum deprauantur, foueæ fallaces & cæcæ:in quas ſi captus ceciderit quiſquam, nõ niſi per multa exiliet luſtra aduſq; ipſas medullas exuctus. Quartum atq; poſtremũ eſt genus, impudens,peruicax, & indoctum, eorum qui cum immature à literarijs eruperint ludis,per angulos ciuitatũ diſcurrunt, mimiambos non cauſarum remedijs cõgrua commentantes, fores diuitum deterendo cœnarum ciborumq; aucupantes delicias exquiſitas:qui cum ſemel umbraticis lucris & inhiandæ undiq; pecuniæ ſeſe dediderint,litigare fruſtra quoslibet innocentes hortãtur: & ad defendendam cauſam admiſſi, quod raro contingit,ſuſcepti nomen & uim negotij ſub ore diſceptatoris inter ipſos conflictuum articulos inſtruuntur,circũlocutionibus indigeſtis ita ſcatentes,ut conluuionis teterrimæ audire exiſtimes ululabili clamore Therſiten. cum aũt ad inopiam muniendarum uenerint allegationũ,ad effrenatã deflectunt conuiciandi licentiam:quo nomine,ob adſidua in perſonas honorabiles probra,diebus dictis aliquoties ſunt damnati: è quibus ita ſunt rudes nonnulli, ut nunq; ſe codices habuiſſe meminerint. & ſi in circulo doctorũ autoris ueteris inciderit nomẽ,piſcis aut edulij peregrinum eſſe uocabulum arbitrantur:ſi uero aduena quiſquam inuſitatum ſibi antea Marcianum uerbotenus quæſierit oratorem,omnes confeſtim Marcianos appellari ſe fingunt, nec iam fas ullum præ oculis habent:ſed tanquam auaritiæ uenundati & uſucapti, nihil præter inſeminatam petendi licentiam norũt. & ſi quem ſemel intra retia ceperint, caſſibus mille impedicant,per morborum ſimulationem uiciſſim cõſulto ceſſantes: utq; peruulgati iuris proferatur lectio una,ſeptem uendibiles introitus præparant, dilationum examina longiſſima contexentes. & cum nudatis litigatoribus dies ceſſerint & menſes & anni,tandẽ obtrita uetuſtate cõtrouerſia, intromiſſa ipſa capita ſplendoris,ingreſſa alia ſecũ aduocatorũ ſimulacra inducunt. cumq; intra cancellorũ uenerint ſepta, & agi cœperint alicuius fortunæ uel ſalus,atq; laborari debeat ut ab inſonte gladius, uel calamitoſo detrimenta pellantur,conrugatis hincinde frontibus, brachijsq; hiſtrionico geſtu formatis, ut concionaria Gracchi fiſtula poſt occipitiũ deſit, conſiſtitur altrinſecus diu. tandemq; ex præmeditato conludio per eũ qui eſt in uerba fidentior ſuaue quoddam principiũ dicendi exeritur, pro Cluentio uel pro Cteſiphonte orationũ æmula ornamenta promittens:& in eam concluſionem cunctis finẽ cupientibus deſinit,ut nondum ſe patroni poſt ſpeciẽ litis trienniũ editam cauſentur inſtructos: ſpatioq; prorogati tẽporis impetrato,quaſi cum Antæo uetere colluctati, perſeueranter flagitant pulueris periculoſi mercedes. Veruntamen hæc cum ita ſint,non deſunt aduocatis incõmoda plurima,parum ſuſtinenda recte uicturo. nanq; ſellularijs queſtibus ineſcati,inter ſe hoſtiliter diſſident: & rupta maledicẽdi ferocia,ut dictum eſt,multos offendunt:quam tunc effutiunt, cum commiſſarum ſibi cauſarum infirmitatem orationibus ualidis conuelare non poſſunt. & iudices patiũtur interdum,doctos ex Philiſtionis aut Aeſopi cauillationibus, quàm ex Ariſtidis illius iuſti uel Catonis diſciplina productos: qui

Iuriſperiti

Aduocati

ære

ære graui mercati publicas poteſtates, ut creditores moleſti opes cuiuſquemodi fortunæ rimantes, alienis gremijs excutiunt prędas. Ad ultimum id habet cauſidicina cum cæteris metuendum & graue, quod hoc ingenitū eſt penè litigantibus cunctis, ut cum iurgia mille caſibus cadant, accidentia ſecus in poteſtate eſſe exiſtiment patronorum, & omnem certaminū exitum ijſdem ſoleant adſignare, & non uitijs rerum aut iniquitati aliquoties diſceptantium, ſed ſolis defenſantibus iraſcantur. Verum unde huc declinauimus reuertamur. Pubeſcente iam uere Valentinianus à Treueris motus per nota itinera gradu celeri contendebat: eiq́; regiones aduentanti quas petebat, legatio Sarmatarum offertur: pedibusq́; eius proſtrata orabat pacifica prece, ut propitius ueniret & lenis, nullius diri facinoris participes populares ſuos inuenturus aut conſcios. Quibus ſæpe eadem iterantibus hactenus perpenſa deliberatione reſpondit: hæc in locis ubi dicunt̃ admiſſa, quærenda uerisſimis documentis & uindicanda. Cumq́; exinde Carnuntum Illyriorum oppidum introiſſet, deſertum quidem nunc & ſqualens, ſed ductori exercitus perquam opportunum, ubi fors copiam dediſſet aut ratio, è ſtatione proxima reprimebat barbaricos adpetitus. Et quanquam terrori cūctis erat, dum ſperabatur ut acer & uehemēs mox iudices damnari iuſſurus, quorum perfidia uel ſeceſſione Pannoniarum nudatum eſt latus, cum illuc ueniſſet ita intepuit: ut neq́; in Gabinij regis inquireret necem, neq́; inuſta reipublicæ uulnera quo ſinente uel agente ſegnius eueniſſent, accuratius ueſtigaret: eo uidelicet more, quo erat ſeuerus in gregarijs corrigendis, remiſsior erga maiores fortunas uel uerbis aſperioribus inceſſendas. Solum tamen incitato petebat odio Probum, nunquam ex quo eum uiderat minari deſinens uel miteſcens: cuius rei cauſæ nec obſcuræ fuerunt nec leues. Hic præfecturam prætorio tunc primitus nanctus, eámq́; multis atque utinam probabilibus modis in longum proferre geſtiens, non ut proſapiæ ſuæ claritudo monebat plus adulationi quàm uerecundiæ dedit. Contemplatus enim propoſitum principis, quærendæ undiq́; pecuniæ uias abſq́; iuſtorum iniuſtorūq́; diſcretione ſcrutantis, errantē non reducebat ad æquitatis tramitem, ut ſæpe moderatores fecere tranquilli: ſed ipſe quoq́; flexibilem ſequebatur atq́; tranſuerſum. unde graues obedientium caſus: exitialia prouiſorum nomina titulorū iuxta opulentas & tenues eneruatas ſuccidere fortunas, argumentis poſt alijs ualidioribus alijs, uſu lædendi reperiente longæuo. Deniq́; tributorum onera uectigaliūq́; augmenta multiplicata optimatum quoſdam, ultimorum metu exagitatos, mutare compulerunt ſedes: & flagitantium miniſtrorum amaritudine quidam oppreſsi, cum non ſuppeteret quod daretur, erant pepetui carcerum inquilini: è quibus aliquos cū uitæ iam tederet & lucis, ſuſpendiorū exoptata remedia cōſumpſerunt. Hæc ita inlecebroſius atq́; inhumanius agi loquebat̃ quidem pertinax rumor: Valentinianus uero tanq́; auribus cera inlitis ignorabat, indifferenter quidē lucrandi uel ex rebus minimis auidus, idq́; tantum cogitans quod offerebatur, parſurus tamen fortaſſe Pannonijs, ſi hæc antè ingemiſcenda compendia comperiſſet, quæ nimium ſero tali didicit caſu. Ad prouincialium reſiduorum exemplum etiam Epirotæ acturos ſibi gratias à præfecto mittere compulſi legatos, Iphiclen quendam philoſophum, ſpectatum robore pectoris hominem, adegere non ſponte propria pergere ad id munus implendum. qui cum imperatorem uidiſſet, agnitus aduentusq́; ſui cauſam interrogatus Græce reſpondit: atq́; ut philoſophus ueritatis profeſſor, quærente curatius principe, ſi hi qui miſere ex animo bene ſentiūt de præfecto, gemētes inquit & inuiti. Quo ille uerbo tanquam telo perculſus, actus eius ut ſagax beſtia rimabatur, genuino percunctando ſermone quod non ſcitabat: ubi nam ille eſſet uerbi gratia honore inter ſuos antecellens & nomine, uel ille diues, aut alius ordinis primus. cumq́; diſceret periſſe aliquē laqueo, abiſſe alium trans mare, conſciuiſſe ſibi alium mortem aut plumbo uita erepta extinctum, in inmenſum excanduit, urente irarum nutrimēta tunc officiorum magiſtro Leone, pro nefas, ipſo quoq́; præfecturā ſi celſior è ſcopulo caderet adfectante: quam ſi adeptus rexiſſet, præ his quę erat auſurus adminiſtratio Probi ferebatur in cœlum. Agens itaq́; apud Carnuntū imperator per continuos tres menſes æſtiuos arma parabat & alimenta, ſi qua fors ſecundaſſet peruaſurus oportune Quados tumultus atrocis auctores. in quo oppido Fauſtinus filius ſororis Viuentij præfecti prætorio

Sarmatarum legati

Probus præfectus prætorio

Iphicles philoſophus

Fauſtini ſupplicium prætorio, notarius militans, Probo ſpectante negotium carnificis manu peremptus
eſt poſt tormenta, uocatus in crimẽ, quòd aſinum occidiſſe dicebatur ad uſum artium
ſecretarum, ut adſerebant quidam urgentes: ut autem aiebat ille, ad imbecillitatem fir-
mandam fluentium capillorum: alio quoq; in eum pernicioſe compoſito, quòd peten-
ti per iocum cuidam Nigrino ut eum notarium faceret, exclamauit ille hominem ri-
dens, fac me imperatorem ſi id uolueris impetrare. hocq; ludibrio inique interpreta-
to, & Fauſtinus ipſe & Nigrinus & alij ſunt interfecti. Præmiſſo igitur Merobaude
cum militari peditum manu quam regebat ad uaſtandos cremandosq; barbaricos pa-
gos, comite adiuncto Sebaſtiano, Valentinianus Acincum prope caſtra commouit:
nauigijsq; ad repentinum caſum coniunctis, & contabulato celeri ſtudio ponte, per
Valent. Quadorum regionem uaſtat partem aliam tranſiit in Quados, ſpeculantes quidem ex diruptis montibus eius ad-
uentum, quò pleriq; ancipites incertiq; accidentium cum ſuis caritatibus ſeceſſerunt,
ſed ſtupore defixos cum in regionibus ſuis contra quàm opinabantur auguſta cerne-
rent ſigna. Progreſſus ergo coacto gradu inquantum res tulit, iugulataq; ætate promi
ſcua, quam etiam tum palantem ſubitus occupauit excurſus, & tectis combuſtis, re-
dijt cum incolumibus cunctis quos duxerat ſecum: itidemq; apud Acincum moratus
autumno præcipiti per tractus conglaciari frigoribus adſuetos commoda quærebat
hiberna: nullaq; ſede idonea potiri præter Sabariã poterat, quamuis eo inualidam tem
pore aſſiduisq; malis adflictam. unde hoc etiamſi magni intererat pauliſper ſequeſtra-
to, impigre motus peragrata fluminis ripa, caſtrisq; præſidio competenti munitis atq;
caſtellis, Bregitionem peruenit: ibiq; diu compoſitum ad quietem principis fatum ſor
Prodigia tem denunciabat ei ſupremam prodigijs ingerentibus multis. Namq; diebus ante pau
ciſsimis ruinas fortunarum indicantia celſarum arſere crinita ſidera cometarum, quo-
rum originem ſupra docuimus: & apud Sirmium repentino fragore nubium fulmen
excuſſum palatij & curiæ partem incendit & fori: & apud Sabariam eodem adhuc
conſtituto, bubo culminibus regij lauacri conſidens, occentansq; funebria, nulla ia-
cientium ſagittas & lapides contemplabili dextera cadere potuit, certatim licet arden
ti ſtudio petebatur. Item cum ab urbe prædicta tenderet ad procinctum, per portam
uoluit unde introijt exire, ut omen colligeret quòd cito remeabit ad Gallias. cumq;
locus adgeſtis ruderibus neglectus purgaretur, lapſam forem ferratam, quæ exitum
obſerauit, multitudo remouere non potuit uiribus magnis eniſa: & dum fruſtra tere-
ret diem, coactus per aliam egreſſus eſt portam. Nocteq; quam lux ereptura eum uita
ſecuta eſt, ut per quietem ſolet, uidebat coniugem ſuam abſentem ſedere paſsis capil-
lis amictu ſqualenti contectam: quam æſtimari dabatur fortunam eius eſſe cum tetro
habitu iam diſceſſurã. Progreſſus deinde matutinus contractiore uultu ſubtriſtis, cum
eum oblatus non ſuſciperet equus anteriores pedes præter morem erigens in ſubli-
me, innata feritate concitus ut erat immanis dexteram ſtratoris militi iuſſit abſcidi,
quæ eum inſilientem iumento pulſerat conſueto: periſſetq; cruciabiliter innocens iu-
uenis, ni tribunus ſtabuli Cerealis dirum nefas cum ſui periculo diſtuliſſet. Poſt hæc
Quadorum legati Quadorum uenere legati, pacem cum præteritorum obliteratione ſuppliciter obſe-
crantes: quam ut adipiſci ſine obſtaculo poſſent, & tirocinium & quędam utilia rei Ro
manæ pollicebantur. Quos quoniam ſuſcipi placuit, & redire inducijs quæ poſceban-
tur indultis, quippe eos uexari diutius nec ciborum inopia nec alienum tempus an-
ni patiebantur, in conſiſtorium Equitio introducente ſunt intromiſſi. Cumq; mem-
bris curuatis ſtarent metu debiles & præſtricti, docere iuſſi quæ ferebant, uſitatas illas
cauſationum ſpecies iurandi fidem addendo firmabant: nihil ex communi mente pro-
cerum gentis delictum adſeuerantes in noſtros, ſed per extimos quoſdam latrones
amniq; confines eueniſſe quæ inciuiliter geſta ſunt: etiam id quoque addendo ut ſuf-
ficiens ad facta purganda firmantes, quòd munimentum extrui cœptum nec iuſte
nec oportune, ad ferociam animos agreſtes accendit. Ad hæc imperator ira uehe-
menti perculſus, & inter exordia reſpondendi tumidior, increpabat uerborum ob-
iurgatorio ſono nationem omnem ut beneficiorum immemorem & ingratam: paula-
timq; lenitus & ad molliora propenſior, tanquam ictus telo uitalia, uoceq; ſimul ob-
ſtricta, ſuffectus igneo lumine cernebatur: & repente cohibito ſanguine letali ſudore
perfuſus

perfuſus, ne laberetur ſpectantibus, & uilibus concurſu miniſtrorũ uitæ ſecretioris ad conclaue ductus eſt intimum. ubi locatus in lecto exiguas ſpiritus reliquias trahẽs, nõdum intelligendi minuto uigore cunctos agnoſcebat adſtantes, quos cubicularij ne quis eum necatũ ſuſpicaretur celeritate maxima conrogarant. Et quoniã uiſcerum flagrante cõpage laxanda erat neceſſario uena, nullus inueniri potuit medicus, hanc ob cauſam, quod eos per uaria ſparſerat curaturos militem peſtilentiæ morbo tentatum. unus tamen repertus uenam eius iterum ſæpiusq; pungendo ne guttam quidem cruoris elicere potuit, internis nimietate calorũ ambuſtis: uel ut quidã exiſtimabant, areſactis ideo membris, quòd meatus aliqui quos hęmorrhoidas nunc appellamus, obſerati ſunt gelidis frigoribus concruſtati. Senſit immenſa ui quadam urgente morborum, ultimæ neceſſitatis adeſſe præſcripta: dicereq; conatus aliqua uel mãdare, ut ſingultus ilia crebrius pulſans ſtridorq; dentium & brachiorũ motus uelut cæſtibus dimicãtium indicabat, iam ſuperatus liuentibusq; maculis interfuſus, animũ diu colluctatum efflauit, ætatis quinquageſimo anno & quinto, imperij minus centũ dies ſecundo & decimo. Replicare nunc eſt oportunum, ut aliquoties fecimus, & ab ortu primigenio patris huiuſce principis aduſq; ipſius obitum actus eius diſcurrere per epilogos breues, nec uitiorum prætermiſſo diſcrimine uel bonorũ, quæ poteſtatis amplitudo monſtrauit, nudare ſolita ſemper animorũ interna. Natus apud Cibalas Pannoniæ oppidum Gratianus maior ignobili ſtirpe, cognominatus eſt à pueritia prima Funarius ea re, quòd nondum adultus uenalem circumferens funẽ, quinq; militibus eum rapere ſtudio magno conatis nequaq; ceſſit, æmulatus Crotoniaten Milonem, cui mala ſæpe cohęrenter læua manu retinenti uel dextra, nulla unquam uirium fortitudo abſtraxit. ob ergo ualidi corporis robur & peritiam militum more luctandi notior multis, poſt dignitatem protectoris atq; tribuni comes præfuit rei caſtrenſi per Africam: unde furtorum ſuſpicione cõtactus digreſſusq;, multo poſtea pari poteſtate Britannũ rexit exercitum: tandemq; honeſte ſacramento ſolutus reuertit ad larem: & agens procul à ſtrepitu mulctatione bonorum adflictus eſt à Conſtantio hoc nomine, quod ciuili flagrante diſcordia hoſpitio dicebatur ſuſcepiſſe Magnentium, per agrum ſuum ad propoſita feſtinantem. cuius meritis Valentinianus ab ineunte adoleſcentia cõmendabilis contextu ſuarum quoq; ſuffragante uirtutum, indutibus imperatoriæ maieſtatis apud Nicæam ornatus, in Auguſtum collegium fratrem Valentem adſciuit, germanitate concordi ſibi iunctiſsimum, inter probra medium & præcipua, quæ loco docebimus competenti. Igitur Valentinianus poſt periculorum modeſtias plures dum eſſet priuatus emenſas imperitare exorſus, arces prope flumina ſitas & turbines, & Gallias petijt Alemanicis patentes excurſibus, reuiuiſcentibus erectius cognito principis Iuliani interitu, quem poſt Conſtantem ſolum omnium formidabant. Ideo autem etiam Valentinianus merito timebatur, quòd & exercitus auxit ualido ſupplemento, & utrobique Rhenum celſioribus caſtris muniuit atq; caſtellis, ne latere uſquam hoſtis ad noſtra ſe proripiens poſſit. utq; multa prætereamus quæ egit moderatoris auctoritate fundati, quæq; per ſe uel duces correxit induſtrios, poſt Gratianum filium in ſocietatem ſuæ poteſtatis adſumptum, Vithigabium regem Alemannorum Vadomario genitum adoleſcentem in flore primo genarum, nationes ad tumultus cientem & bella, clam quia non potuit aperte confodit: & Alemannis congreſſus prope Solicinium locum, ubi inſidijs penè perierat circumuentus, ad exitium ultimum delere potuit uniuerſos, ni paucos uelox effugium tenebris amandaſſet. Inter hæc tamen caute geſta, iam conuerſos ad metuendam rabiem Saxonas, ſemper quolibet inexplorato ruentes, delatosq; tunc ad maritimos tractus, quorum ſpolijs penè redierant onuſti, malefido quidem ſed utili commento peremit, præda raptoribus ui fractis excuſſa. Itidemq; Britannos, cateruas ſuperfuſorum hoſtium non ferentes, ſpe meliorum adſumpta in libertatem & quietem reſtituit placidam, nullo penè redire permiſſo graſſatorum ad ſua. Efficacia pari Valentinum quoque Pannonium exulem, ut per has prouincias molientem otium turbare commune, antequàm negotium efferueſceret oppreſsit. Africam deinde, malo repentino perturbatam, diſcriminibus magnis exemit: cum uoraces militarium faſtus ferre nequiens Firmus, ad omnes diſſenſionum motus per-

Valentiniani obitus · *Gratianus Funarius* · *Valentiniani geſta*

flabiles

flabiles gentes Mauricas cōcitaſſet. Similiq; fortitudine clades ingemiſcendas Illyrici uindicaſſet, ni morte præuentus reliquiſſet rem ſeriam imperfectam. Ac licet opera prꝗſtabilium ducum hæc quæ retulimus cōſummata ſunt: tamen ipſum quoq; ſatis cōſtat, ut erat expeditæ mentis uſuq; caſtrenſis negotij diuturno firmatus, egiſſe complura: inter quæ illud elucere clarius potuit, ſi Macrianū regem ea tempeſtatate terribilem uiuum capere potuiſſet, ut induſtria magna tentarat, poſtquam eum euaſiſſe Burgundos, quos ipſe admouerat Alemannis, mœrens didiciſſet & triſtis. Hæc ſuper actibus principis breui ſunt textu percurſa: nunc confiſi, quòd nec metu nec adulandi fœditate conſtricta poſteritas incorrupta præteritorum ſolet eſſe ſpectatrix, ſummatim eius numerabimus uitia, pòſt & bene merita narraturi. Adſimulauit nonnunquam clementiæ ſpeciem, cum eſſet in acerbitatem naturꝗ calore propenſior, oblitus profectò quòd regenti imperium omnia nimia, uelut prærupti ſcopuli ſunt deuitanda. nec enim uſquam reperitur miti cohercitione contentus, ſed aliquoties quæſtiones multiplicari iuſsiſſe cruentas, poſt interrogationes funeſtas nonnullis aduſq; diſcrimina uitꝗ uexatis. & ita erat effuſior ad nocendū, ut nullum aliquando damnatorum capitis eriperet morte ſubſcriptionis elogio leni, cum id etiam principes interdum fecerint ſæuiſsimi. atqui potuit exempla multa contueri maiorum & imitari peregrina atq; interna humanitatis & pietatis, quas ſapientes conſanguineas uirtutes eſſe definiunt: è quibus hæc ſufficiet poni. Artaxerxes Perſarum ille rex potentiſsimus, quem Macrochira membri unius longitudo cōmemorauit, ſuppliciorū uarietates quas natio ſemper exercuit cruda, lenitate genuina caſtigans, tiaras ad uicem capitū quibuſdam noxijs amputabat: & ne ſecaret aures more regio pro delictis, ex galeris fila pendentia præcidebat: quæ temperantia morum ita tolerabilem eum fecit & uerecundū, ut adnitentibus cunctis multos & mirabiles actus impleret Græcis ſcriptoribus celebratos. Præneſtino prætore, qui bello quodam Samnitico properare iuſſus ad præſidium uenerat ſegnius, ad crimen diluendum exhibito, Papirius Curſor ea tempeſtate dictator ſecurē per lictorē expediri, homineq; abiecta purgandi ſe fiducia ſtupefacto, uiſum propè fruticem iuſsit abſcidi: hocq; ioci genere caſtigatum eum abſoluit, non ideo contemptus, ut ad reſiſtendum aptus Alexandro magno, ſi calcaſſet Italiam, æſtimatus. Hæc forſitan Valentinianus ignorans, minimeq; reputans adflicti ſolatia ſtatus ſemper eſſe lenitudinem principum, pœnas per ignes augebat & gladios: quod ultimum in aduerſis rebus remedium pietas reperit maiorum, ut Iſocratis memorat pulchritudo: cuius uox eſt perpetua docentis, ignoſci debere interdum armis ſuperato rectori, quàm iuſtum quid ſit ignoranti. Vnde motum exiſtimo Tullium præclare pronuntiaſſe cùm defenderet Oppium: & enim multum poſſe ad ſalutem alterius, honori multis: parum potuiſſe ad exitiū, probro nemini, fuit. Auiditas plus habendi ſine honeſti prauiq; differentia, & indagādi quæſtus uarios per alienæ uitæ naufragia, exundauit in hoc principe flagrantius adoleſcens: quam quidem prætendentes imperatorem Aurelianum purgare tentabant, id adfirmādo, quod ut ille poſt Gallienum & lamentabiles reipub. caſus exinanito ꝗrario, torrentis ritu ferebatur in diuites: ita hic quoq; poſt procinctus Parthici clades magnitudine indigens impenſarum, ut militi ſupplementa ſuppeterent & impendium, crudelitati cupiditatem opes nimias cōgerendi miſcebat: diſsimulans ſcire, quòd ſunt aliqua quæ fieri non oportet, etiamſi licet: Themiſtoclis illius diſsimilis: qui cum poſt pugnam agminaq; deleta Perſarum licenter obambulans armillas aureas uidiſſet humi proiectas & torquem, Tolle inquit hæc ad comitum quendam prope adſtantem, tu qui Themiſtocles non es: non quodlibet probans in duce magnanimo lucrum. Huius exempla continentiæ ſimilia plurima in Romanis exuberant ducibus: quibus omiſsis, quoniam non ſunt perfectæ uirtutis indicia (nec enim aliena nō rapere laudis eſt) unū ex multis conſtans innocentiꝗ uulgi ueteris ſpecimen ponam. Cum proſcriptorum locupletes domus diripiendas Romanæ plebi Marius dediſſet & Cinna, uulgi rudes animi & humana ſoliti reſpectare, alienis laboribus pepercerunt: ut nullus egens reperiretur aut infimus, qui de ciuili luctu fructum contrectare pateretur ſibi conceſſum. Inuidia præter hæc antedictus medullitus urebatur: & ſciens pleraq; uitiorum imitari ſolere uirtutes, memorabat adſidue: liuorem uirtutum,

Valentiniani uitia

rectꝗ

rectæ poteſtatis inuidiam eſſe ſociam. Vtq; ſunt dignitatum apices maximi licere ſibi cuncta exiſtimantes, & ad ſugillandum contrarios exturbādosq; meliores pronius inclinati, bene ueſtitos oderat, & eruditos, & opulentos, & nobiles, & fortibus detrahebat, ut ſolus uideretur bonis artibus eminere: quo uitio exarſiſſe principē legimus Hadrianū. Arguebat hic idem princeps timidos ſæpius, maculoſos tales appellans & ſordidos, & infra ſortem humilem amandandos, ad pauores irritos aliquoties abiectius pallens, & quod nuſquam erat inattēte formidans. quo intellecto magiſter officiorum Remigius, cum eum ex incidentibus ira feruere ſentiret, fieri motus quoſdam barbaricos inter alia ſubſerebat: hocq; ille audito, quia timore mox frāgebatur, ut Antoninus Pius erat ſerenus & clemens. Iudices nunquam conſulto malignos elegit: ſed ſi ſemel promotos agere didicit immaniter, Lycurgos inueniſſe ſe prædicabat & Caſsios, columina iuſtitiæ priſca: ſcribensq; hortabatur adſidue, ut noxas uel leues acerbius uindicarent, nec adflictis erat ullum in principis benignitate perfugium: quod ſemper ut agitato mari iactatis portus patuit exoptatus. Finis enim iuſti imperij, ut ſapientes docēt, utilitas obedientiū æſtimatur & ſalus. Cōſentaneum eſt uenire poſthæc ad eius actus ſequendos recte ſentientibus & probādos: cum quibus ſi reliqua temperaſſet, uixerat ut Traianus & Marcus. In prouinciales admodum parcus, tributorum ubiq; molliens ſarcinas, oppidorum & limitum conditor tempeſtiuus, militaris diſciplinæ cenſor eximius, in hoc tantum deerrans, quòd cum gregariorū etiam leuia puniret errata, potiorum ducū flagitia progredi ſinebat in maius, ad querelas in eos motas aliquoties obſurdeſcens: unde Britannici ſtrepitus, & Africanæ clades, & uaſtitas emerſit Illyrici. Omni pudicitiæ cultu domi caſtus & foris, nullo contagio conſcientiæ uiolatus obſcœnæ, nihil inceſtum: hancq; ob cauſam tanquam retinaculis petulantiam frenarat aulæ regalis, quod cuſtodire facile potuit. Neceſsitudinibus ſuis nihil indulgēs: quas aut in ocio reprimebat, aut mediocriter honorauit, abſq; fratre: quem temporis compulſus anguſtijs in amplitudinis ſuæ ſocietatem adſumpſit. Scrupuloſus in deferēdis poteſtatibus celſis: nec imperante eo prouinciam nummularius rexit, aut adminiſtratio uenūdata, niſi inter initia, ut ſolent occupationis ſpe uel impunite quædam ſceleſta cōmitti. Ad inferēda propulſandaq; bella ſolertiſsimus, cautus, æſtu Martij pulueris induratus, boni prauiq; ſuaſor & deſuaſor admodū prudens, militaris rei ordinū ſcrutātiſsimus, ſcribens decore uenuſteq; pingēs, & fingens, & nouorū inuentor armorū: memoria ſermoneq; incitato quidē ſed raro facundiæ proximo uigens, amator munditiarū, lętusq; nō profuſis epulis ſed excultis. Poſtremo hoc moderamine principatus inclaruit, quòd inter religionum diuerſitates medius ſtetit, nec quenquam inquietauit, neq; ut hoc coleretur imperauit aut illud: nec interdictis minacibus ſubiectorum ceruicem ad id quod ipſe coluit inclinabat, ſed intemeratas reliquit has partes ut reperit. Corpus eius lacertoſum & ualidum, capilli fulgor colorisq; nitor, cum oculis cæſiis ſemper obliquū intuentis & toruum. atq; pulchritudo ſtaturæ, liniamentorūq; recta compago, maieſtatis regię decus implebat. Poſt cōclamata Imperatoris ſuprema, corpusq; conditum ad ſepulturam, ut miſſum Conſtantinopolim inter diuorum reliquias humaretur, ſuſpenſo inſtante procinctu, anceps rei timebatur euentus cohortibus Gallicanis, quæ nō ſemper dicatæ legitimorū principum fidei, uelut imperiorū arbitræ auſuræ nouum quoddam in tempore ſperabantur: hoc tentatores nouitatis adiuuāte, quod geſtorum ignarus etiam tum Gratianus agebat tum apud Treueros, ubi profecturus eū morari diſpoſuerat pater. Cum negotium in his eſſet anguſtijs, & tanquam in eadem naui futuri periculorum ſi accidiſſet participes, omnes eadem formidarent, ſedit ſummatum conſilio auulſo ponte, quem compaginarat ante neceſsitas inuadens terras hoſtiles, ut ſuperſtitis Valentiniani mandato Merobaudes protinus acciretur. Hocq; ille, ut erat ſolertis ingenij, quod euenerat ratus, aut forte doctus ab eo per quem uocabatur, rupturum cōcordiæ iura gallicanum militem ſuſpicatus, miſſam ad ſe teſſeram finxit redeundi cum eo ad obſeruādas Rheni ripas, quaſi furore barbarico crudeſcente. utq; erat ſecrete mandatum, Sebaſtianum principis adhuc ignorantem exceſſum, longius amandauit quietum quidem uirum & placidum, ſed militari fauore ſublatum, & eò maxime tunc cauendum. Reuerſo itaq; Merobaude, altiore cura proſpectum, expedito conſi-

Valentiniani uirtutes

lio Valentinianus puer defuncti filius tum quadrimus uocaretur, in Imperiũ cooptandus, centeſimo lapide diſparatus, degensq́; cum Iuſtina matre in uilla quam Murocinctam appellant. Hocq́; continenti omnium ſententia confirmato, Cerealis auunculus eius ocyus miſſus, eundem puerum lectica impoſitum duxit in caſtra. ſextoq́; die poſt parentis obitum Imperator legitime declaratus, Auguſtus nuncupatur more ſolenni. Et licet cum hęc agerentur, Gratianum indigne laturum exiſtimarẽt, abſq; ſui permiſſu Principem alium inſtitutũ, poſtea metu ſolicitudine diſcuſſa uixere ſecurius, quòd ille ut erat beneuolus & peritus, cõſanguineũ pietate nimia dilexit & educauit.

AMMIANI MARCELLINI RERVM
GESTARVM LIBER TRIGESIMVSPRIMVS

INTEREA & Fortunæ uolucris rota, aduerſa pſperis ſemper alternans, Bellonam furijs in ætatem aſcitis armabat, mœſtosq́; trãſtulit ad Orientem euentus, quos aduentare præſagiorũ fides clara monebat & portentorum. Poſt multa enim quę uates auguresq́; prędixere ueridice, reſultabãt canes ululantibus lupis, & querulum quiddam nocturnæ uolucres gemebant & flebile, & ſqualidi Solis exortus hebetabant matutinos diei candores, & Antiochiæ per rixas tumultusq́; uulgares id in cõſuetudinem uenerat, ut quiſq; uim ſe pati exiſtimaret, uiuus ardeat Valens, licetius clamitaret. uocesq́; præconum audiebantur aſsidue, mãdantium congeri ligna ad Valentini lauacri ſuccenſionem ſtudio ipſius principis conditi. Quæ hunc illi impendere exitum uitæ modo nõ aperte loquendo mõſtrabant. Super his laruale ſimulacrum Armeniæ regis, & miſerabiles umbræ pauloante in negotio Theodori cæſorum, per quietem ſtridendo carmina quædã nimirum horrẽda multos diris terroribus agitabant. tragula gurgulione cõfecto exanimis uiſa eſt iacens. cuius mors publicorum funerum ęrumnas indicabat amplas & peruulgatas. Deniq; cum Chalcedonos ſubuerterentur ueteres muri, ut apud Conſtantinopolim ædificaretur lauacrum, ordine reſoluto ſaxorũ, in quadrato lapide, qui ſtructura latebat in media, hi græci uerſus inciſi reperti ſunt, futura plene pandentes.

Ἀλλ' ὁπόταν νύμφαι δροσεραὶ κατ' ἄστυ χορείαις
τερπόμεναι στροφόωνται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιάς,
Καὶ τεῖχος λύγοιο πολύστονον ἐοσικαρ
Δὴ τότε οὔνια φῦλα πολυσπόρμων ἀκρῶσι
Ἴστρου καμψιρόοιο πόρον περάοντα σὺν αἰχμῇ,
Καὶ σκυθικὴν ὀλέσει χώραν καὶ μυσίδα γαῖαν.
Παίονα δ' ἱπποβάτην σὺν κέλτους μαινομένοισιν
Ταυτὸ καὶ βιότοιο τέλος καὶ δήρης ἐφέζει.

Totius autem ſementem exitij & cladium originem diuerſarum, quas martius furor incendio ſolito miſcendo cuncta cõciuit, hanc cõperimus cauſam. Hunnorũ gens, monumentis ueteribus leuiter nota, ultra paludes Męoticas glacialem oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit. Vbi quoniam ab ipſis naſcendi primitijs infantum ferro ſulcantur altius genæ, ut pilorum uigor tempeſtiuus emergẽs corrugatis cicatricibus hebetetr, ſeneſcunt imberbes abſq; ulla uenuſtate, ſpadonibus ſimiles. cõpactis omnes firmisq́; mẽbris, & opimis ceruicibus prodigioſe deformes & pandi, ut bipedes exiſtimes beſtias, uel quales in cõmarginandis pontibus effigiati ſtipites dolantur incompte in hominum figuras. ſic & in ſua uita uiſi ſunt aſperi, ut neq; igni, neq; ſaporatis indigeant cibis, ſed radicibus herbarum agreſtium & ſemicruda cuiuſuis pecoris carne ueſcantur, quam inter femora ſua & equorum terga ſubſertam, ſotu calefaciunt breui. Aedificijs nullis unquam tecti, ſed hæc uelut ab uſu communi diſcreta ſepulchra declinant. Nec enim apud eos uel arũdine faſtigiatum reperiri tugurium poteſt.

Sed uagi montes peragrãtes & ſyluas, pruinas famem ſitimq́ perferre ab incunabulis aſſueſcũt. Peregre tecta, niſi adigente maxima neceſsitate, nõ ſubeunt. nec enim apud eos ſecuros exiſtimant eſſe ſub tectis. Indumentis operiũtur linteis, uel ex pellibus ſyluestrium murum conſarcinatis. nec alia illis domeſtica ueſtis eſt, alia forenſis. ſed ſemel abſoleti coloris tunica collo inſerta non ante deponitur aut mutatur, quàm diuturna carie in pannulos defluxit defruſtata. Galeris incuruis capita tegunt, hirſuta crura corijs munientes hædinis. eorumq́ calcei formulis nullis aptati, uetant incedere greſsibus liberis. qua cauſa ad pedeſtres parum accõmodati ſunt pugnas, uerum equis prope affixi duris quidem ſed deformibus, & muliebriter iiſdem nõnunquam inſidentes, funguntur muneribus conſuetis. In ipſis quiuis in hac natione pernox & perdius emit & uendit, cibumq́ ſumit & potum, & inclinatus ceruici anguſtæ iumenti, in altum ſoporem adusq́ uarietatem effunditur ſomniorum. Et deliberatione ſuper rebus propoſita ſerijs, hoc habitu omnes in commune conſultant. Aguntur autem nulla ſeueritate regali, ſed tumultuario primatum ductu contenti, perrumpunt quicquid inciderit. Et pugnant nonnunquã laceſsiti, ſed ineuntes prælia cuneatim uarijs uocibus ſonantibus toruum, utq́ ad pernicitatem ſunt leues & repentini, ita ſubito de induſtria diſperſi lugeſcunt, & impoſita acie, cũ cæde uaſta diſcurrunt, nec inuadentes uallum, nec caſtra inimica pilantes præ nimia parte decernuntur. Eoq́ omniũ acerrimos facile dixeris bellatores, quòd procul miſsilibus telis, acutis oſsibus pro ſpiculorum acumine arte mira coagmentatis, ſed diſtinctis cominus ferro ſine ui reſpectu con hoſtesq́ dum mucronum noxias obſeruant, contortis lacinijs illigant, ut laqueatis reſiſtentium membris equitandi uel gradiendi adimant facultatem. Nemo apud eos arat, nec ſtiuam aliquando contingit. Omnes enim ſine ſedibus fixis abſq́ lare uel lege aut ritu ſtabili diſpalantur, ſemper fugientium ſimiles cum carpentis in quibus habitant. ubi coniuges ex uillis ueſtimenta contexunt, & coeunt cum maritis, & pariunt, & adusq́ pubertatem nutriunt pueros. Nullusq́ apud eos interrogatus, reſpondere unde oritur poteſt, alibi conceptus, natusq́ procul, & longius educatus. Per inducias infidi, inconſtantes, ad omnem auram incidentes, ſpei nouæ perquam mobiles, totum furori incitatiſsimo tribuentes. inconſultorum animalium ritu, quod honeſtum inhoneſtum'ue ſit, penitus ignorantes. flexiloqui & obſcuri. nullius religionis uel ſuperſtitionis reuerentia aliquando diſtricti. auri cupidine immenſa flagrantes. adeo permutabiles, & iraſci faciles, ut eodem aliquoties die à ſocijs nullo irritante ſæpe deſciſcant, itidemq́ propitientur nemine leniente. Hoc expeditum indomitumq́ hominum genus, externa prædandi auiditate flagrans immani, per rapinas finitimorũ graſſatum & cædes, adusq́ Achaiam peruenit. Reſtãt Maſſagetæ. qui unde ſint, uel quas incolant terras (quoniam huc res prolapſa eſt) conſentaneum eſt demõſtrare. geographica perplexitate monſtrata, quæ diu multa luda & uaria, tandem repperit ueritatis interna ad Iſter aduenarum magnitudine fluenti Sauromatas prætermeat adusq́ amnem Tanaim pertinentes, qui Aſiam terminat ab Europa. Hoc tranſito in immenſum extentas Scythiæ ſolitudines Alani inhabitant, ex mõtium appellatione cognominati, paulatimq́ nationes conterminas crebritate uictoriarum attritas ad gentilitatem ſui uocabuli traxerũt ut Perſæ. Inter hos Neuri mediterranea incolunt loca, uicini uerticibus celſis, quos præruptos geluq́ torpẽtes aquilones adſtringunt. Poſt quos Vidini ſunt & Geloni perquàm feri. qui detractis peremptorũ hoſtium cutibus indumenta ſibi, equisq́ tegmina conficiunt, bellatrix gens. Gelonis Agathyrſi collimitant, interſtincti colore cæruleo corpora ſimul & crines. & humiles quidem minutis atq́ raris, nobiles uero latis fucatis & dẽſioribus notis. Poſt hos Melanchlænas & Anthropophagos palari accepimus per diuerſa, humanis corporib. uictitantes quibus ob hęc alimenta nefanda deſertis, finitimi omnes longa petiere terrarum. Ideoq́ plaga omnis Orienti æſtiuo obiecta usq́ dum uenitur ad Seras inhabitabilis tranſit. Parte alia prope Amazonum ſedes Alani ſunt Orienti accliues, diffuſi per populos ac gentes amplas, Aſiaticos uergentes in tractus, quas dilatari adusq́ Gangen accepi, fluuium interſecantem terras Indorum, mareq́ inundantem auſtrale. ibi partiti per utranq́ mundi plagam Alani (quorum gentes uarias nunc recenſere non refert) licet dirempti ſpa-

tijs longis per pagos, ut Nomades, uagantur immenſos. æui tamẽ progreſſu ad unum conceſſere uocabulum, & ſummatim omnes Alani cognominantur. mores & media & efferatam uiuendi ſed iam immaturam. Nec enim ulla ſunt illis tuguria, aut uerſandi uomeris curę, ſed carne & copia uictitant lactis, plauſtris ſuperſidentes, quæ operimentis curuatis corticum per ſolitudines cõferunt ſine fine diſtentas. Cumq; ad graminea uenerint in orbiculatam figurã locatis ſarracis ferino ritu ueſcuntur: abſumptisq; pabulis uelut carpentis ciuitates impoſitas uehunt: maresq; ſuprà cum fœminis coeũt. & naſcuntur in his & educũtur infantes: & habitacula ſunt hæc illis perpetua: & quocunq; ierint, illic genuinũ exiſtimant larem. armenta præ ſe agentes cum gregibus paſcunt: maximeq; equini pecoris eſt eis ſolicitior cura. ibi cãpi ſemper herbeſcunt, interſitis pomiferis locis. atq; ideo tranſeuntes quolibet, nec alimẽtis nec pabulis indigent. quod efficit humectum ſolum & crebri fluminum prætermeãtium curſus. Omnis igitur ætas & ſexus imbellis circa uehicula ipſa uerſatur, munijsq; diſtringitur mollib. iuuentus uero equitandi uſu à prima pueritia coaleſcẽs, incedere pedibus exiſtimat uile, & omnes militari diſciplina prudentes ſunt bellatores. Vnde etiam Perſæ, qui ſunt originitus Scythæ, pugnandi ſunt peritiſsimi. Proceri autẽ Alani penè ſunt omnes & pulchri, crinibus mediocriter flauis, oculorũ temperata toruitate terribiles, & armorũ leuitate ueloces, Hunnisq; per omnia ſuppares, uerum uictu mitiores & cultu. latinando & uenando, aduſq; Mæotica ſtagna & Cimmeriũ Boſphoron, itidemq; Armenias diſcurrentes & Mediam. Vtq; hominibus quietis & placidis ocium eſt uoluptabile, ita illos pericula iuuãt & bella. Iudicatur ibi beatus, qui in prælio profuderit animã. ſeneſcentes enim & fortuitis mortibus mũdo digreſſos, ut degeneres & ignauos, conuitijs atrocibus inſectãtur. nec quicquam eſt, quod elatius iactent, quàm homine quolibet occiſo. proq; exuuijs glorioſis, interfectorũ auulſis capitibus detractas pelles, pro phaleris iumentis accommodant bellatorijs. Nec templum apud eos uiſitur, aut delubrum, ne tugurium quidẽ culmo tectum cerni uſquã poteſt. ſed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumq; ut Martem, regionum quas circũeunt præſulem, uerecundius colunt. Futura miro præſagiunt modo. nam rectiores uirgas fœminę colligentes, eaſq; cum incantamentis quibuſdam ſecretis præſtituto tempore diſcernentes, aperte quid portetur, norunt. Seruitus quid ſit ignorabãt omnes generoſo ſemine procreati. Iudiceſq; etiam nunc eligunt, diuturno bellandi uſu ſpectatos. Sed ad reliqua textus propoſiti reuertamur. Igitur Hunni peruaſis Alanorũ regionibus, quos Geuthungis confines Tanaitas cõſuetudo nominauit, interfectisq; multis & ſpoliatis, reliquos ſibi concordandi fide pacta iunxerunt, eisq; adiunctis cõfidentius Ermenrichi late patentes & uberes pagos repentino impetu perruperunt bellicoſiſsimi Regis, & per multa uariaq; fortiter facta uicinis nationibus formidati. Qui ui ſubitæ procellæ perculſus, quãuis manere fundatus & habilis diu cunctatus eſt, impendentium tamen diritatem augente uulgatius fama, magnorum diſcriminũ metum uoluntaria morte ſedauit. Cuius poſt obitum Rex Vithimiris creatus reſtitit aliquantiſper Alanis, Hunnis alijs fretus, quos mercede ſociauerat partibus ſuis. Verũ poſt multas, quas pertulit clades, animam effudit in prælio, ui ſuperatus armorum. Cuius parui filij, Viderichi nomine, curam ſuſceptam Alatheus tuebatur & Saphrax, Duces exerciti & firmitate pectorum noti. qui cum tempore arcto præuenti abieciſſent fiduciam repugnandi, cautius diſcedentes ad amnem Danaſtum peruenerunt, inter Iſtrum & Boriſthenẽ per camporum ampla ſpacia diffluẽtem. Hæc ita præter ſpem accidiſſe doctus Athanaricus Theruingorum Iudex (in quem, ut ante relatum eſt, ob auxilia miſſa Procopio dudum Valens commouerat ſigna) ſtare gradu fixo tentabat, ſurrecturus in uires, ſi ipſe quoq; laceſſeretur, ut cæteri. Caſtris deniq; prope Danaſti margines aggere ut ungorij uallem longius oportune metatis, Munderichum ducem poſtea limitis per Arabiam, cum Lagarimano & optimatibus alijs, aduſq; uiceſimũ lapidem miſit, hoſtium ſpeculaturos aduentum, ipſe aciem nullo turbante interim ſtruens. Verum longe aliter quàm rebatur, euenit. Hunni enim (ut ſunt in coniectura ſagaces) multitudinẽ eſſe longius aliquam ſuſpicati, prætermiſsis quos uiderant, in quietem tanquã nullo obſtante cõpoſitis, rum pente noctis tenebris luna uado fluminis penetrato, id quod erat potiſsimũ elegerũt.

& ueriti

& ueriti, ne præcurſorius index procul agentes abſterreat, Athanaricum ipſum ictu pe tiuere ueloci. Eumq́ſtupentē ad impetū primum, amicis quibuſdā ſuorum coegerunt ad effugia properare montium præruptorum. Qua rei nouitate maioreq́ ueturi pauo re conſtrictus à ſupercilijs Gerazi fluminis adusq́ Danubium Taifalorum terras præ ſtringens, muros altius erigebat: ac lorica diligentia celeri conſummata, in tuto locan dam ſecuritatem ſuam exiſtimans & ſalutem. Dumq́ efficax opera ſuſcitatur, Hunni paſsibus cum citis urgebant. & iam oppreſſerant aduentātes, ni grauati prædarum o nere deſtitiſſent. Fama tamen late ſerpente per Gothorū reliquas gētes, quòd inuſita tum antehac hominum genus modo ruens ut turbo mōtibus celſis, ex abdito ſinu co ortum oppoſita quæq́ cōuellit, corrumpit, populi pars maior, quæ Athanaricum atte nuata neceſſariorum penuria deſeruerat, quæritabat domiciliū remotum ab omni no titia Barbarorum. diuq́ deliberans quas eligeret ſedes, cogitauit Thraciæ receptacu lum gemina ratione ſibi cōueniens, quòd & ceſpitis eſt feraciſsimi, & amplitudine flu entorum Iſtri diſtinguitur ab aruis patentibus iam peregrini fulminibus martis. hoc quoq́ idem reſidui uelut mente cogitauere cōmuni. itaq́ duce Alauiuo ripas occupa uere Danubij. miſsisq́ oratoribus ad Valentem, ſuſcipi ſe humili prece poſcebant, & quiete uicturos ſe pollicentes & daturos, ſi flagitaſſet, auxilia. Dum agūtur hæc in ex ternis, nouos maioresq́ ſolitis caſus uerſare gentes Arctoas, rumores terribiles diffu derunt: per omne quicquid ad pontū à Marcomannis prætenditur & Quadis, multitu dinem barbaram abditarum nationū ui ſubdita ſedibus pulſam, circa flumē Iſtrum ua gari cum caritatibus ſuis, diſſeminantes. Quæ res aſpernanter à noſtris inter initia ipſa accepta eſt, hanc ob cauſam, quòd illis tractibus nō niſi peracta aut ſopita audiri pro cul à gentibus conſueuerunt bella. Verū pubeſcente iam fide geſtorū, cui rumor aduen tus gentilium addiderat Legatorum, precibus & obteſtatione petentium circa flumen ſuſcipi plebem extorrem, negociū lætitiæ fuit, potius quàm timori, eruditis adulatori bus in maius fortunā Principis extollētibus, quòd ex ultimis terris tot tyrocinia Thra cenſes nec opinanti offerrent, ut collatis in unum ſuis & alienigenis uiribus inuictum haberet exercitum, & pro militari ſupplemento quod prouinciatim annuum pendeba tur, theſauris accederet auri cumulus magnus. Hacq́ perſuaſione mittuntur diuerſi, qui cum uehiculis plebem trāsferant truculentam. & nauabatur opera diligens, ne qui Romanam Rem euerſurus derelinqueretur uel quaſſatus morbo letali. Proinde per miſſu Imperatoris tranſeundi Danubium copiam colendiq́ adepti Thraciæ partes, transfretabantur in dies & noctes, nauibus ratibusq́ & cauatis arborum alueis ag minatim impoſiti. atq́ per amnem longe omnium difficilimum imbriumq́ crebritate tunc auctum ob denſitatem nimiam contra ictus aquarum nitentes quidam, & nata re conati, hauſti ſunt plures. Ita turbido inſtantium ſtudio orbis Romani pernicies du cebatur. Illud ſanè neq; obſcurum eſt neq́ incertum, infauſtos tranſuehendi barbaram plebem miniſtros, numerum eius cōprehendere calculo ſæpe tentantes, conquieuiſſe fruſtratos. quem qui ſcire uelit (ut eminentiſsimus memorat uates) Libyci uelit æquo ris idem diſcere, quàm multæ zephyro turbentur harenę. Reſipiſcant tandem memo riæ ueteres, Medicas acies ductantes ad Græciam: quæ dudum Helleſpontum occu pantes, & diſcidio quodam fabrili maris, ubi montonis pede quæſitum exponuntur, & turmatim apud Doriſcum exercitus recenſetur, cōcordante omni poſteritate, ut fa buloſæ ſunt lectæ. Nam poſtquā innumeræ gentium multitudines per prouincias cir cumfuſæ, pandentesq́ ſe in ſpacia ampla camporū, regiones omnes & cuncta opple uere montiū iuga, fides quoq́ uetuſtatis recenti documēto firmata eſt. Et primus cum Alauiuo ſuſcipitur Fritigernus, quibus & alimenta pro tempore & ſubigendos agros tribui ſtatuerat Imperator. Per id tēpus noſtri limites reſeratis obicibus, atq́ ut ætnęas fauillas armatorum agmina diffundente Barbaria, cum difficilibus neceſsitatū articu lis Correctores rei militaris poſcerēt aliquos claritudine geſtarum rerum notiſsimos, quaſi læuo quodam numine deligente, in unū quæſiti poteſtatibus præfuere caſtrenſi bus homines maculoſi. quibus Lupicinus anteſtabat & Maximus, alter per Thracias Comes, dux alter exitioſus, ambo æmuli temeritatis. Quorum inſidiatrix auiditas ma teria malorum omnium fuit. Nam (ut alia omittamus, quæ memorati, uel certe ſinen

tibus iiſdem alij, perditis rationibus in cōmeantes peregrinos adhuc innoxios deliquerunt) illud dicetur (quod nec apud ſui periculi Iudices abſoluere ulla poterat uenia) triſte & inauditū. cum traducti Barbari uictus inopia uexarentur, turpe cōmercium duces inuiſiſsimi cogitarunt. & quantos undiq; inſatiabilitas colligere potuit canes pro ſingulis dederunt mancipijs, inter quę ducti ſunt optimatū. Per hos dies interea etiam Vithericus Greuthungorū rex, cum Alatheo & Aphrace, quorū arbitrio regebatur, itemq; Farnabio, propinquās Iſtri marginibus, ut ſimili ſuſciperetur humanitate obſecrauit Imperatorē, Legatis propere miſsis. quibus ut cōmuni rei conducere uidebatur repudiatis, & quid capeſſerent anxijs, Athanaricus parumper timeſcens abſceſsit, memor Valentē dudum cum fœderaretur cōcordia deſpexiſſe, affirmantē ſe religione deuinctum, ne calcaret ſolum aliquando Romanum. hacq; occaſione principem firmare pacem in medio flumine coegiſſe, quā ſimul tamen ueritus ut adhuc durantē ad Caucalandenſem locū altitudine ſyluarum inacceſſum & montium, cum ſuis omnibus declinauit, Sarmatis inde extruſis. At uero Theruingi iamdudū tranſire permiſsi, prope ripas etiam tum uagabantur, duplici impedimēto aſtricti, quòd Ducum diſsimulatione pernicioſa ne uictui cōgruis ſunt adiuti, & tenebantur conſulto neſandis nundinandi cōmercijs. Quo intellecto ad perfidiam inſtantiū malorū ſubſidium uertere diſsimulabant, & Lupicinus ne iam deficerēt pertimeſcens, eos admotis militib. adigebat ocyus proficiſci. Id tempus oportunū nacti Greuthungi, cū alibi militibus occupatis, nauigia ultro citroq; diſcurrere ſolita, tranſgreſſum eorū prohibentia quieſcere perſpexiſſent, ratibus trāſiere male contextis, caſtraq; à Fritigerno locauere lōgiſsime. At ille genuina prçuidendi ſolertia uenturos muniens caſus, ut & imperijs obediret & Regibus ualidis iungerēt, incedens ſegnius, Martianopolim tarde peruenit itineribus lentis. Vbi aliud acceſsit atrocius, quod arſuras in cōmune exitium faces furiales accendit. Alauiuo & Fritigerno ad conuiuium corrogatis, Lupicinus latenti nuncio doctus ab oppidi mœnibus Barbaram plebem oppoſito milite procul arcebat, introire ad cōparanda uictui neceſſaria, ut ditioni noſtræ obnoxiā & concordem, per preces aſsidue poſtulantem. ortisq; maioribus iurgijs inter habitatores & uetitos, aduſq; neceſsitatē pugnandi eſt uentum. Efferatiq; acrius Barbari, cum neceſsitudines hoſtiliter rapi ſentirēt, ſpoliarunt interfectam militū manum. Quæ accidiſſe idem Lupicinus latenti nuncio doctus, dum in nepotali menſa ludicris concrepantibus diu diſcumbens, uino marcebat & ſomno, futuri conijciens exitum ſatellites omnes, qui pro prætorio honoris & tutelæ cauſa duces præſtolabantur, occidit. Hocq; populus qui muros obſidebat dolenter accepto, ad uindictam detentorū Regum ut opinabatur paulatim augeſcēs, multa minabatur & ſæua. Vtq; erat Fritigernus expediti cōſilij, ueritus ne teneretur obſidis uice cum cæteris, exclamauit grauiore pugnandū exitio, ni ipſe ad leniendum uulgus ſineretur exire cū ſocijs, quod arbitratum humanitatis ſpecie ductores ſuos occiſos in tumultum exarſit. Hocq; impetrato, egreſsi omnes, exceptiq; cū plauſu & gaudijs, aſcenſis equis uolarunt, moturi incitamenta diuerſa bellorū. Hæc ubi Fama rumorum nutrix maligna diſperſit, urebatur dimicandi ſtudio Theruingorū natio omnis, & inter metuēda multa, periculorumq; præuia maximorū, uexillis de more ſublatis, auditisq; triſte ſonantibus claſsicis, iam turmæ prædatoriæ cōcurſabant, pilando uillas & incendendo, uaſtisq; cladib. quicquid inueniri poterat permiſcētes. Aduerſus quos Lupicinus properatione tumultuaria coactis militibus temere magis ꝙ conſulte progreſſus, in nono ab urbe miliario ſtetit paratus ad decernendū. Barbariq; hoc cōtemplato, globos irrupere noſtrorū incautos, & parmas ſuppoſitis corporib. illidendo obuios haſtis perforabāt & gladijs. furoreq; urgēte cruēto, & tribuni & pleraq; pars armatorū periere ſignis ereptis: præter ducē infauſtū, qui ad id ſolū inuentus ut cōfligentib. alijs prorip eret ipſe ſemet in fugā, urbē curſu concito petijt. Poſt quę hoſtes armis induti Romanis, nullo uetāte per uaria graſſabātur. Et quoniā ad has partes poſt multiplices uentū eſt actus, id lecturos (ſi qui erūt unꝙ) obteſtamur, ne quis à nobis ſcrupuloſe geſta uel numerū exigat peremptorū, qui cōprehendi nullo genere potuit. Sufficiet enim, ueritate nullo uelata mēdacio, ipſas rerū digerere ſummitates, cū explicandę rerū memorię ubiq; debeat integritas fida. Negāt antiquitatū ignari tantis malorū tenebris obfuſam

aliquan-

aliquãdo fuiſſe Rep. ſed falluntur malorũ recentium ſtupore cõfixi. Nãq; ſi ſuperiores uel recẽs prȩteritæ reuoluãtur ȩtates, tales tamq; triſtes rerũ motus ſæpe cõtigiſſe mõſtrabũt. Inundarũt Italiam ex abditis Oceani partibus Teutones repente cũ Cimbris. ſed poſt inflictas Rei Rom. clades immẽſas, ultimis prælijs per duces ampliſsimos ſuperati, quid poteſtas martia de habitu prudẽtiæ ualeat, radicitus extirpati diſcriminib. didicere ſupremis. Marco itidẽ moderante Imperiũ, in unum ſpirando ueſania gentiũ diſſonarum, poſt bellorũ fragores immenſos, poſt urbiũ captarum & direptarũ & peſſum cõcitas proratoris interitus partes eorũ exiguas reliquiſſet intactas. Verum mox poſt calamitoſa diſpendia res in integrũ ſunt reſtitutæ: hac gratia, quòd nondũ ſolutiore mollicie ſobria uetuſtas infecta, nec ambitioſis mẽſis, nec flagitioſis quæſtibus inhiabat: ſed unanimanti ardore ſummi & infimi inter ſe cõgruentes, ad ſpecioſam pro Repub. mortem tanq; ad portum aliquẽ tranquillum properabant & placidum. Duobus nauium milibus perrupto Boſphoro & litoribus Propontidis Scythicarum gentiũ cateruæ tranſgreſſæ, ediderunt quidẽ acerbas terra mariq; ſtrages, ſed amiſſa ſuorũ parte maxima reuerterunt. Ceciderũt dimicando cũ Barbaris Imperatores Decij pater & filius. Obſeſſæ Pamphyliæ ciuitates, inſulæ populatæ cõplures, inflãmata Macedonia, omnis diu multitudo Theſſalonicam circũſedit, itidemq; Cyzicũ. Anchialos capta, & tempore eodem Nicopolis, quã indicium uictoriæ cõtra Dacos Traianus cõdidit Imperator. Poſt clades acceptas illataſq; multas & ſæuas, exciſa eſt Philippopolis, cẽtum hominũ milibus (niſi fingũt annales) intra mœnia iugulatis. Vagatiq; per Epirũ Theſſaliamq; & omnẽ Grȩciam licentius hoſtes externi. Sed aſſumpto in Imperiũ Claudio glorioſo ductore, & eodẽ honeſta morte prȩrepto, per Aurelianũ acrem uirum & ſeueriſsimũ noxarum ultorẽ pulſi per longa ſæcula ſiluerũt immobiles. niſi quòd poſtea latrocinales globi uicina cũ ſui exitio acrius incurſabant. Verũ ea perſequar unde diuerti. Hoc geſtorum textu circũlato nuncijs denſis, Sueridus & Colias, Gothorũ optimates, cũ populis ſuis longe ante ſuſcepti, & curare apud Hadrianopolim hyberna diſpoſiti, ſalutem ſuam ducentes antiquiſsimã omniũ, otioſis animis accidentia cuncta contuebantur. Verum Imperatoris literis repẽte perlatis, quibus tranſire iuſsi ſunt in Helleſpontum, uiaticum cibos biduiq; dilationẽ tribui ſibi ſine tumore poſcebant. Quod ciuitatis magiſtratus ferens indigne (ſuccenſebat enim ijſdem ob rem ſuam in ſuburbano uaſtatam) plebem omnem cum fabricenſibus, quorum illic ampla eſt multitudo, productam, in eorum armauit exitium, iuſsiſq; bellicũ canere buccinis, ni abirent ocyus, ut ſtatutum eſt, pericula omnibus minabatur extrema. Quo malo prȩter ſpem Gothi perculſi, & concito quàm conſiderato ciuium aſſultu perterriti, ſteterunt immobiles. laceratiq; ad ultimum deteſtatione atq; conuitijs, & tentati miſsilium iactibus raris, ad defectionem erupere confeſſam. & cæſis plurimis, quos impetus deceperat petulantior, auerſiſq; reſiduis & telorum uarietate confixis, habitu iam Romano cadaueribus ſpoliatis armati, uiſo propius Fritigerno iunxerunt ſemet, ut morigeri ſocij: urbemq; clauſam obſidionalibus ærũnis urgebant. In qua difficultate diutius poſiti paſſim & promiſcue ruebant: eminenſq; aliquorum audacia peribat inulta, multiq; ſagittis & rotatis per fundas lapidibus interibant. Tunc Fritigernus fruſtra cum tot cladibus colluctari homines ignaros obſidendi contemplans, relicta ibi manu ſufficiente abire negocio imperfecto ſuaſit, pacem ſibi eſſe cum parietibus memorans, ſuadenſq; ut populandas opimas regiones & uberes abſque diſcrimine ullo, uacuas præſidijs etiam tum adorirentur. laudato Regis conſilio, quem cogitatorum norant fore ſocium efficacem, per Thraciarum latus omne diſperſi caute gradiebantur, dedititijs uel captiuis uicos uberes oſtendentibus, eos præcipue ubi alimẽtorum reperiri ſatias dicebatur: eo maxime adiumento, præter genuinam erecti fiduciam, quòd confluebat ad eos indies ex eadem gente multitudo, dudum à mercatoribus uenundati, adiectis plurimis quos primo tranſgreſſu necati inedia, uino exili uel panis fruſtis mutauere uiliſsimis. Quibus acceſſere ſequendarum auri uenarum periti non pauci, uectigalium perferre non ſufficientes ſarcinas graues. ſuſceptiq; libenti conſenſione cunctorum, magno uſui ijdem fuere ignota peragrãtibus loca, conditoria frugum occulta & latebras hominum & receptacula ſecretiora monſtrando: nec quicquam, niſi inacceſ-

Scytharum eruptio

Nicopolis

ſum & deuium, præeuntibus ijſdem manſit intactum. ſine diſtantia enim ætatis uel ſexus, cædibus incendiorumq; magnitudine cuncta flagrabant: abſtractisq; ab ipſo uberum ſuctu paruulis & necatis, raptæ ſunt matres, & uiduatæ maritis coniuges ante oculos cæſis: & puberes adultiq; pueri per parentum cadauera tracti ſunt. Senes deniq; multi, ad ſatietatem uixiſſe clamantes, poſt amiſſas opes cum ſpecioſis fœminis, manibus poſt terga contortis, defletisq; gentilium fauillis ædium, ducebãtur extorres. Hęc ex Thracijs magno mœrore accepta Valentem principem in ſolicitudines uarias diſtraxerunt. & confeſtim Victore magiſtro Equitum miſſo ad Perſas, ut ſuper Armeniæ ſtatu pro captu rerum componeret impẽdentium, ipſe Antiochia protinus egreſſurus, ut Conſtantinopolim interim peteret, Profuturum præmiſit & Traianum ambo Rectores, anhelantes quidem altius, ſed imbelles. Qui cum ad loca ueniſſent, ubi particulatim perq; furta magis & latrocinia multitudo minui deberet hoſtilis, ad id quod erat pernicioſum intempeſtiue conuerſi, legiones ab Armenia ductas oppoſuere ueſanum adhuc ſpirantibus Barbaris, opere quidem martio ſæpe recte compertas, ſed impares plebi immenſæ, quæ celſorum iuga mõtium occuparat & campos. Hi numeri nondum experti, quid cum deſperatione rabies ualeret indomita, truſo hoſte ultra Hemi montis abſciſos ſcopulos faucibus inſidere præruptis, ut Barbaros locis incluſos nunquam reperiens exitũ diuturna conſumeret fames, & operirentur ipſi Frigeridum ducem cũ Pannonicis & tranſalpinis auxilijs aduẽtantem, quem petitu Valentis Gratianus ire diſpoſuit in procinctũ, laturum ſuppetias his, qui ad ultimum uexabantur exitium. Poſt quem Richomeres Domeſticorũ tunc Comes, imperatu eiuſdẽ Gratiani motus è Gallijs properauit ad Thracias, ductãs cohortes aliquas nomine tenus. quarum pars pleraq; deſeruerat (ut iactauere quidam) Merobaudis ſuaſu, ueriti ne deſtitutæ adminiculis Galliæ uaſtarentur, licenter Rheno perrupto. Verum articulorum dolore Frigerido præpedito, uel certè (ut obtrectatores finxere maleuoli) morbũ cauſante ne feruentibus prælijs intereſſet, uniuerſos regens ex communi ſententia Richomeres Profuturo ſociatur & Traiano, tendẽtibus prope oppidum Salices. unde haud longo ſpacio ſeparatum uulgus inæſtimabile Barbarorũ, ad orbis rotundi figurã multitudine digeſta plauſtrorum, tãquam intramuranis cohibita ſpatijs, ocio fruebatur & ubertate prædarũ. Præuia igitur ſpe meliorũ Romani Duces, ſi fors copiam attuliſſet auſuri aliquid glorioſum, Gothos quicquid molirentur ſagaciter obſeruabant: id ſcilicet præſtruentes, ut ſi aliò caſtra mouiſſent, quod fecere creberrime, terga ultimorum adorti plures profoderent confiſi, magnamq; ſpoliorũ auerterent partem. Hoc intellecto hoſtes, uel transfugarũ indicijs docti, per quos nihil latebat incognitũ, in eodem loco diu manſerunt. ſed oppoſiti exercitus metu præſtricti, aliorũq; militũ, quos affluere iam ſperabãt, teſſera data gẽtili, per diuerſa prope diffuſas acciuere uaſtatorias manus, cuiq; optimatũ acceptas: ſtatimq; incenſis malleolis ad carraginem, quã ita ipſi appellant, aliti uelocitate regreſſæ, incentiuum audendi maiora popularibus addiderũt. Nihil poſt hæc inter partes, pręter inducias, laxatũ eſt breues. Reuerſis enim his, quos neceſſitas euocarat, plebs omnis intra ſeptorũ ambitum etiã tum contruſa immaniter fremens, animisq; concita truculentis, experiri poſtrema diſcrimina, nec principibus gentis qui aderant renuentibus, cruditate feſtinabat. Et quoniã hæc ſole agebantur extremo, noxq; aduẽtans ad quietẽ inuitos retinebat & mœſtos, capto per ociũ cibo ſomni manſerũt expertes. Cõtrà Romani his cognitis, ipſi quoq; exſomnes uerebanť hoſtes, & male ſanos eorũ ductores, ut rabidas feras, euentũ (licet ancipitem) ut numero ſatis inferiores, proſperũ tamen ob iuſtiorem ſui cauſam mentib. expectãtes impauidis. Cadẽte itaq; protinus die, ſigno ad arma capiẽda ex utraq; parte per lituos dato, Barbari poſtq̃ inter eos ex more iuratũ eſt, tumuloſos locos appetere tẽtauerũt: quo exinde per procliue rotarũ modo obuios impetu conuoluerent acriore. Hocq; uiſo ad ſuos quiſq; manipulos properãs miles, ſtabili gradu cõſiſtens, nec uagabať, nec relictis ordinibus procurſabat. Ergo ubi utrinq; acies cautius incedẽtes greſſu ſteterũt immobili, toruitate mutua bellatores luminib. ſe cõtuebanť obliquis. & Romani quidẽ uoce undiq; martia cõcinentes, à minore ſolita ad maiorẽ ꝑtolli, quã gentilitate appellant barritũ, uires ualidas erigebãt. Barbari uero maiorũ laudes clamorib. ſtridebãt inconditis: interq; uarios

Carrago (margin)

rios ſermones diſſoni ſtrepitus leuiora procœmia tentabantur. Iamq; uerutis & ſimilibus alijs utrinq; ſemet eminus laceſſentes, ad conferendas coiere minaciter manus: & ſcutis in teſtudinū formam coagmentatis, pes cum pede collatus eſt: Barbariq; ut reparabiles ſemper & celeres, ingētes clauas in noſtros cōijcientes ambuſtas, mucronesq; acrius reſiſtentium pectoribus illidentes, ſiniſtrum cornu perrumpunt. quod inclinatum ſubſidialis robuſtiſsimus globus, propinquo latere fortiter excitus, hærente iam cohorte ceruicib. ſuſtentauit. Feruētc igitur denſis cædibus prælio, in confertos quiſq; promptior ruens, ritu grandinis undiq; uolitantibus telis oppetebat, & gladijs. & ſequebantur equites hincinde, fugientium occipitia lacertis ingentibus præcidentes & terga: itidemq; altrinſecus pedites lapſorum, timore impeditorum, ſecantes ſuffragines. Et cum omnia cæſorum corporibus oppleretur, iacebant inter eos quidam ſemianimes ſpem uitæ inaniter uſurpando. alij glande fundis excuſſa, uel harundinibus armatis ferro, confixi. quorūdam capita, per medium frontis & uerticis mucrone diſtincta, in utrunq; humerum magno cum horrore pendebant. & pertinaci concertatione non dum laſſatæ æquo marte partes ſemet altrinſecus afflictabāt. nec de rigore genuino quiſquam remittebat, dum uires animorū alacritas excitaret. Diremit tamen interneciua certamina cedens ueſpero dies, & cunctis qua quiſq; potuit incompoſite diſcedentibus. reſidui omnes repetūt tentoria triſtiores. Humatis deniq; pro locorū & temporis ratione honoratis quibuſdam inter defunctos, reliqua perēptorum corpora diræ uolucres conſumpſerunt, aſſuetæ illo tempore cadaueribus paſci, ut indicant nunc uſq; albentes oſsibus campi. Conſtat tamen in numero longe minore Romanos, cum ea copioſa multitudine colluctatos, funerea multa perpeſſos, nō tamen ſine deflendis ærumnis exagitaſſe barbaram plebem. His caſibus præliorum ita luctuoſe finitis, noſtri proximos Martianopoleos petiuere ſeceſſus. Gothi intra uehiculorum anfractus ſponte ſua contruſi, nūquam exinde per dies ſeptem egredi uel uideri ſunt auſi, ideoq; oportunitatem milites nacti immēſas alias Barbarorū cateruas inter Hemimontanas anguſtias clauſerūt, aggerum obiectu excelſorum: hac ſpe nimirum, ut inter Iſtrum & ſolitudines pernicioſa hoſtium multitudo compacta, nulloſq; reperiēs exitus, periret inedia, cunctis utilibus ad uiuendum in ciuitates ualidas comportatis: quarum nullam etiam tum circumſedere conati ſunt, hæc & ſimilia machinari penitus ignorantes. Poſtquæ repetiuit Gallias Richomeres, ob maiorem prœliorum fremitum, qui ſperabatur, inde adminicula perducturus. Hæc Gratiano quater & Merobaude Conſulibus agebantur, anno in autumnum uergēte. Inter quæ Valens audito lugubri bellorum direptionumq; euentu, Saturnino equeſtris exercitus ad tempus cura commiſſa, ſuppetias Traianum offerentem miſit & Profuturum. Forteq; ijſdem diebus per Scythiæ regiones & Mœſiæ omnibus quæ poterant mandi conſumptis, feritate urgente pariter & inopia, Barbariq; molibus magnis ardebant. hocq; ſæpe tentato cum obruerentur uigore noſtrorum, per aſperitates ſcrupoſas ualide reſiſtentium, adacti neceſsitate poſtrema Chunorum & Alanorum aliquos ad ſocietatem ſpe prædarum ingentium aſciuerunt. Quo cognito Saturninus (iam enim aderat & prætenturas ſtationesq; diſponebat agrarias) paulatim colligens ſuos, digredi parabat conſilio non ab ſurdo: ne ſubita multitudo, ut immanis pulſus undarum obicibus ruptis emiſſus, conuelleret leui negocio cunctos, ſuſpecta loca accuratius obſeruantes. Deinde poſt reſeratas anguſtias, abitumq; militis tempeſtiuum, incompoſite qua quiſque clauſorum potuit, nullo uetante turbandis incubuit rebus. & uaſtabundi omnes per latitudines Thraciæ pandebantur impune, ab ipſis tractibus quos prætermeat Iſter exorſi, aduſq; Rhodopen & tractum, qui immenſa diſterminat maria, rapinis & cædibus ſanguineq; & incendijs & liberorum corporum corruptelis omnia fœdiſsime permiſcentes. Tunc erat ſpectare cū gemitu facta dictu uiſuq; prædira, attonitas metu fœminas flagris concrepantibus agitari, fœtibus grauidas adhuc immaturis, antequam prodirent in lucem impia tollerantibus multa. implicatos alios matribus paruulos, & puberum audire lamenta puellarumq; nobilium, quarum ſtringebat fera captiuitas manus. Poſtq; adulta uirginitas, caſtitasq; nuptarum ore affecto flens ultima ducebatur, mox profanandum pudorem optans morte (licet cruciabili) præuenire. Inter quæ cum belluæ

luæ ritu traheretur ingenuus pauloante diues & liber, de te Fortuna, ut inclemēti querebatur & cæca, quæ eum puncto tēporis breuioris extortum & dulcedine caritatum domoq; extorrem, quam cōceſsiſſe uidit in cinerem & ruinas, aut lacerandū membratim, aut ſeruiturum ſub uerberibus & tormentis crudo deuouiſti uictori. Barbari tamen, uelut diffractis caueis beſtiæ, per ſpatiorū amplitudines fuſius incitati, oppidum petiuere nomine Dibaltum, ubi Tribunum Scutariorum Barzymerem inuētum cum ſuis cornutisq; & alijs peditum numeris caſtra ponentem aſsiliunt, eruditum puluere militari Rectorem. Qui confeſtim (ut adigebat neceſsitas inſtantis exitij) iuſſa canere bellicum tuba lateribus firmatis, prærupit cum promptis accinctis ad prælium. fortiterq; reſiſtendo pari pugnandi ſorte diſceſsiſſet, ni eum equitum accurſus quampluri mum anhelum circūueniſſet & feſſum. & ita cecidit interfectis Barbarorum non paucis, quorum clades copiarum magnitudo celabat. Re in hunc modum peracta, Gothi quid poſtea molirentur incerti, quæritabant Frigeridū tanquam obicem ualidum ubi reperirent exciſuri: & cultiore uictu ſomnoq; parumper aſſumpto, eum ſequebantur ut feræ, docti quòd Gratiani monitu reuerſus in Thracias, & prope Berœam uallo metato, euentus rerum ſpeculabatur ancipites. Et hi quidem ad patrandum propoſitum diſcurſione rapida maturabant. ille uero regendi conſeruandiq; militis non ignarus, id quod cogitatum eſt ſuſpicatus, uel exploratorum relatione quos miſerat aperte inſtructus, per mōtium celſa ſiluarumq; denſitates ad Illyricum redit, erectus proſperitate nimia, quam ei Fors obtulit inſperata. Repedando enim, congregatosq; in cuneos ſenſim progrediens, Gothorum optimatem Farnobium cum uaſtatorijs globis uagantem licentius occupauit, ducentemq; Taiſalos nuper in ſocietatem adhibitos: qui ſi dignum eſt dici, noſtris ignotarum gētium terrore diſperſis, tranſiere flumen direpturi uacua defenſoribus loca. eorum cateruis ſubito uiſis certare cominus dux cautiſsimus parans, adortusq; nationes, oppreſsit graſſatores minātes etiam tum acerba: trucidaſſetq; omnes ad unum, ut ne nūtius quidem cladis poſt appareret, ni cum alijs multis perempto Farnobio, metuendo antehac incenſore turbarum, obteſtatus prece impēſa ſuperſtitibus peperciſſet: uiuosq; omnes circa Mutinam Regiumq; & Parmā,
Taifali Italica oppida, rura culturos exterminauit. Hanc Taiſalorum gentem turpem ac obſcœnæ uitæ flagitijs ita accepimus merſam, ut apud eos nefandi cōcubitus fœdere copulentur maribus puberes, ætatis uiriditatem in eorum pollutis uſibus conſumpturi. porro ſi qui iam adultus aprum exceperit ſolus, uel interemerit urſum immanem, colluuione liberatur inceſti. Hæc autūno uergente in hyemem funeſti per Thracias turbines conuerrebant: quæ temporum rabies, uelut cūcta cientibus Furijs, ad regiones quoq; longinquas progrediens late ſerpebat. & iam Lentienſis Alemannicus populus, tractibus Retiarum confinis, per fallaces diſcurſus, uiolato fœdere dudum conceptο, collimitia noſtra tentabat. Quæ clades hinc exitiale primordium ſumpſit. Ex hac natione quidam inter Principis armigeros militans, poſcente negocio reuerſus in larem, ut erat in loquendo effuſior, interrogantes multos quid ageretur in palatio, docet accerſitu Valentis patrui Gratianum Orientem uerſus mox ſigna moturum: ut duplicatis uiribus repellātur plagarum terminalium accolæ, ad Romanorum excidium coniurati. Quibus auide Lentienſes acceptis, ipſi quoq; hæc quaſi uicini cernentes, ut ſunt ueloces & rapidi, conferti in prædatorios globos, Rhenum gelu peruium pruinis Februario menſe tendentes, prope cum Petulantibus Celtæ, non ſine ſui iactura afflictos, grauiter adultis uiribus auerterūt. Verum retrocedere coacti, Germaniq; noſcentes exercitus pleraq; partem in Illyricum, ut Imperatorem mox affuturum prægreſſam, exarſere flàgrantius. maioraq; conceptantes, pagorum omnium incolis in unum collectis, cum quadraginta armatorum millibus uel ſeptuaginta, ut quidam laudes extollendo principis iactitarūt, ſublati in ſuperbiam noſtra confidentius irruperunt. Quibus Gratianus cum formidine magna compertis, reuocatis cohortibus quas præmiſerat in Pannonias, cōuocatisq; alijs quas in Gallijs retinuerat diſpoſitio prudens, Nannieno negocium dedit uirtutis ſobriæ Duci. eiq; Mallobaudem iunxit pari poteſtate collegam Domeſticorum Comitem, Regemq; Francorum uirum bellicoſum & fortem. Nannieno igitur penſante fortunarum uerſabiles caſus, ideòque

cunctan

cunctandum eſſe cẽſente, Mallobaudes autem pugnandi cupiditate raptatus, ut con-
ſueuerat ire in hoſtem, differendi impatiens, angebatur. Proinde horrifico aduerſum
fragore torrente, primum apud Argentariã ſigno per cornicines dato, concurri eſt cœ
ptum. ſagittarum uerutorumq; miſsiliũ pulſibus crebriores hincindeq; ſternebantur.
Sed in ipſo præliorum ardore infinita hoſtium multitudine milites uiſa, uitãteſq; aper
ta diſcrimina, per calles conſitas arboribus & anguſtas ut quiſq; potuit diſperſi, paulo
poſtea ſtetere fidentius, & ſplendore cõſimili, proculq; nitore fulgentes armorum, Im-
peratorij aduentus iniecere Barbaris metum. Qui repente uerſi in terga, reſiſtenteſq;
interdum, ne quid ultimæ rationis omitteret, ita ſunt cæſi, ut ex prædicto numero non
pluſquam quinq; milia, ut æſtimabatur, euaderent, denſitate nemorum tecti: inter com
plures alios audaces & fortes Rege quoq; Priario interfecto, exitialium concitore pu-
gnarum. Hac læti ſucceſſus fiducia Gratianus erectus, iamq; ad partes tendens Eoas,
leuorſus flexo itinere latenter Rheno trãſito, ſpe incitatior bona, uniuerſam (ſi id ten-
tanti Fors affuiſſet) delere ſtatuit malefidam & turbarum auidam gentem. Hocq; ur-
gentibus alijs ſuper alios nũtijs cognito, Lentienſes erumnis populi ſui ad internitio-
nem penè deleti, & repentino principis aduentu defixi, quid capeſſerent ambigentes,
cum neq; repugnandi neq; agendi aliquid aut moliendi laxamentum poſſent inueni-
re uel breue, impetu celeri obſeſſos petiuerũt inuijs cautibus colles. abruptiſq; per am
bitum rupibus inſiſtentes, rebus charitatibuſq; ſuis quas ſecum duxerãt omni uirium
robore propugnabant. Qua difficultate perpẽſa, uelut murorum obicibus opponen-
di per legiones ſingulas quingenti milites legũtur armati, uſu prudenter bellandi com
perti. Qui ea re animorum aucta fiducia, quòd uerſari inter anteſignanos uiſebatur a-
criter princeps, montes ſcandere nitebantur, tanquam uenaticas prædas ſi calcaſſent
editiora confeſtim ſine certamine ullo rapturi. Exorſumq; prælium uergente in meri-
diem die, tenebræ quoq; occupauere nocturnę. Quippe magno utriuſq; partis pugna-
batur exitio. cædebant, cadebantq; noſtrorum non pauci, ſimul arma Imperatorij co-
mitatus auro colorumq; micantia claritudine, iaculatione põderum denſa confringe-
bantur. Et inde diu reputante Gratiano cum optimatibus, pernitioſum apparebat &
irritum, contra aſperitates aggerum prominentium intempeſtiua cõtendere pertina-
cia: multiſq;(ut in tali negocio) uariatis ſentẽtijs, ocioſo milite circũuallari placuit Bar
baros inedia fatigatos, quia locorum iniquitate defendebantur. Verum cum obſtina
tione ſimili renitentes Germani peritiq; regionum petiſſent alios mõtes, his quos an-
te inſiderant altiores, conuerſus illuc cum exercitu Imperator, eadem qua antea forti-
tudine ſemitas ducentes ad ardua quæritabat. Quem Lentienſes intentum iugulis ſuis
omni perſeuerandi ſtudio cõtemplantes, poſt deditionem, quam impetrauere ſuppli-
ci prece, oblata(ut præceptum eſt)iuuentute ualida noſtris tyrocinijs permiſcenda, ad
genitales terras innoxij ire permiſsi ſunt. Hanc uictoriam oportunam & fructuoſam,
quæ gentes hebetauit Occiduas, ſempiterni numinis nutu Gratianus, incredibile di-
ctu eſt, quanto cum uigore exerta celeritate aliorſum properans expediuit. Præclaræ
indolis adoleſcens, facundus & moderatus & bellicoſus & clemens, ad æmulationem
lectorum progrediens principum dum etiam tum lanugo genis inſerperet ſpecioſa, ni
uergens in ludibrioſos actus natura, laxantibus proximis, ſemet ad uana ſtudia Cæſa
ris Commodi conuertiſſet: licet hic incruẽtus. Vt enim ille quia perimere iaculis pluri-
mas feras ſpectãte cõſueuerat populo, & centũ leones in amphitheatrali circulo ſimul
emiſſos telorũ uario genere nullo geminato uulnere contruncauit, ultra hominẽ exul-
tauit: ita hic quoq; intra ſepta, quę appellant uiuaria, ſagittarũ pulſibus crebris dẽtatas
cõficiens beſtias, incidentia multa parui ducebat & ſeria: eo tẽpore quo etiam ſi Impe
rium Marcus regeret Antoninus, ægre ſine collegis ſimilibus & magna ſobrietate cõ-
ſiliorum lenire luctuoſos Reipub. poterat caſus. Diſpoſitis igitur quæ pro temporum
captu per Gallias res nationeſq; poſcebant, & punito ſcutario proditore, qui feſtinare
Principẽ ad Illyricũ, Barbaris indicarat: Gratianus exinde digreſſus per caſtra, quib.
Felicis Arboris nomẽ eſt, per inaureatũ ad opitulandũ oppreſſæ parti porrectis itine
ribus ire tendebat. Iiſdẽq; diebus Frigerido multa atq; utilia pro ſecuritate cõmuni ſo-
lertiſsime cogitanti, munireq; properãti Succorũ anguſtias: ne diſcurſatores hoſtes &
leues

leues, tanquam exæſtuantes ui torrentes per Septentrionales prouincias ſuſius uagarentur, ſucceſſor Maurus nomine mittitur Comes, uenalis ferociæ ſpecie & ad cuncta mobilis & incertus. is eſt, quem præteritorũ textu retulimus, ambigenti ſuper corona capiti imponenda Iuliano Cæſari, dum inter eius armigeros militaret, ac regiam cuſtodiret, torquem obtuliſſe collo abſtractam: remotusq; in ipſa uertigine pereuntium rerum dux cautus & diligens, cum etiam ſi dudum diſceſsiſſet in otium, ad procinctum reduci, negociorum magnitudine poſcente deberet. His forte diebus Valens tandem excitus Antiochia, longitudine uiarum emenſa uenit Conſtantinopolim, ubi moratus paucisſimos dies, ſeditioneq; populariũ leui pulſatus, Sebaſtiano paulo ante ab Italia ut petierat miſſo, uigilantiæ notæ ductori, pedeſtris exercitus cura cõmiſſa, quem regebat antea Traianus, ipſe ad Melanthiada uillam Cæſarianam profectus, militem ſtipendio fouebat & alimẽtis & blanda crebritate ſermonũ. Vnde cum itinere edicto per teſſeram Nicen ueniſſet, quæ ſtatio ita cognominatur, relatione ſpeculatorum didicit, refertos opima Barbaros præda à Rhodopeis tractibus prope Hadrianopolim reuertiſſe. Qui motu Imperatoris cum abundanti milite cognito, popularibus iungere feſtinant, circa Beroiam & Nicopolim gẽtibus præſidijs fixis: atq; ilico ut oblatæ occaſionis maturitas poſtulabat, cũ trecentenis militibus per ſingulos numeros lectis, Sebaſtianus properare diſpoſitus eſt, conducens rebus publicis aliquid (ut promittebat) acturus. Qui itineribus celeratis cõſpectus prope Hadrianopolim, obſeratis inde portis iuxta adire prohibebatur: ueritis defenſoribus, ne captus ab hoſte ueniret & ſubornatus, atq; contingeret aliquid in ciuitatis perniciẽ, quale per aliũ acciderat Comitem: quo per fraudem Magnentiacis militibus capto, clauſtra patefacta ſunt alpium Iuliarum. Agnitus tandẽ (licet ſero) Sebaſtianus, & urbẽ introire permiſſus, cibo & quiete curatis pro copia quos ductabat, ſecuta luce impetu clãdeſtino erupit. ueſperaq; intendente, Gothorum uaſtatorijs cuneis prope flumen Hebrum ſubito uiſis, pauliſper opertus aggerib. & frutectis obſcura nocte ſuſpẽſis paſsibus incõpoſitos aggreſſus eſt: id quoq; præſtãs, ut præter paucos quos morte uelocitas exemerat pedũ, interirent reliqui omnes: prędamq; retraxit innumeram, quam nec ciuitas cœpit, nec planicies lata camporũ. Qua cauſa percitus Fritigernus extimeſcẽs, ne dux ut ſępe audierat impetrabilis diſperſos licenter ſuorum globos, raptuiq; intentos cõſumeret, improuiſos adoriens, reuocatis omnibus prope Cabylen oppidum, cito diſceſsit, ut agentes in regionibus patulis, nec inedia, nec occultis uexarentur inſidijs. Dum hæc aguntur in Thracijs, Gratianus docto literis patruo, qua induſtria ſuperauerit Alemanos, pedeſtri itinere præmiſsis impedimentis & ſarcinis, ipſe cum expeditiore militũ manu permeato Danubio, delatus Bononiã, Sirmium introijt. & quatriduũ ibi moratus, per idem flumen ad Martis caſtra deſcendit, febribus interuallatis afflictus: in quo tractu Alanorum impetu repentino tentatus amiſit ſequentiũ paucos. Iiſdemq; diebus exagitatus ratione gemina Valens, quòd Lentienſes cõpererat ſuperatos, quodq; Sebaſtianus ſubinde ſcribens facta dictis exaggerabat, è Melanthiade ſigna commouit, æquiperare facinore quodam egregio adoleſcentem properans filium fratris, cuius uirtutibus urebatur. ducebatq; multiplices copias nec contemnendas, nec ſegnes. quippe etiam ueteranos ijſdem iũxerat plurimos. Inter quos & honoratiores alij, & Traianus procinctus eſt, pauloante magiſter Armorum. Et quoniam exploratione ſolicita cognitum eſt, cogitare hoſtes fortibus præſidijs itinera claudere, per quæ commeatus neceſſarij portabantur, occurſum eſt huic conatui cõpetenter ad retinendas oportunitates anguſtiarum, quæ prope erãt, peditibus ſagittarijs & equitum turma citius miſſa. triduoq; proximo cum Barbari gradu incederent leni, & metuentes eruptionem per deuia quindecim millibus paſſuum à ciuitate diſcreti ſtationem peterent Nicen, incertũ quo errore procurſatoribus omnem illam multitudinis partem quam uiderant in numero decem millium eſſe firmantibus, Imperator procaci quodam calore perculſus ijſdem occurrere feſtinabat. Proinde agmine quadrato incedẽs prope ſuburbanum Hadrianopoleos uenit. ubi uallo ſudibus foſſaq; firmato, Gratianum impatienter operiens, Richomerem Comitem Domeſticorum ſuſcepit, ab eodem Imperatore præmiſſum cum literis, ipſum quoq; uenturum mox indicantibus. Quarum textu oratus ut præſtolaretur pau

liſper periculorum participem, neue abruptis diſcriminibus temere ſemet cõmitteret ſolum, adhibitis in conſilium poteſtatibus uarijs, quid facto opus eſſet, deliberabat. & cum Sebaſtiano auctore, quidam protinus eundum ad certamen urgerent, Victor nomine magiſter Equitũ armatus, ſed cunctator & cautus, eadem ſentiẽtibus multis, Imperij ſocium expectari cenſebat: ut incrementis exercitus gallicani aſcitis, opprimeretur leuius tumor barbaricus flammans. Vicit tamen funeſta Principis deſtinatio, & adulabilis quorundam ſententia regiorũ: qui ne penè iam partę uictoriæ (ut opinabantur) cõſors fieret Gratianus, properari curſu celeri ſuadebant. Et dum neceſſaria parabantur ad decernendũ, Chriſtiani ritus presbyter (ut ipſi appellant) miſſus à Fritigerno Legatus cũ alijs humilibus uenit ad Principis caſtra. ſuſceptusq́ leniter, eius deniq́ ductoris obtulit ſcripta, petẽtis propalam ut ſibi ſuisq́, quos extorres patrijs larib. rapidi ferarum gentiũ exegere diſcurſus, habitãda Thracia ſola cum pecore omni cõcederetur & frugibus: hoc impetrato, ſpõdentis perpetuã pacem. Prętet hæc idem Chriſtianus, ut cõſcius arcanorum & fidus, ſecretas alias eiuſdẽ Regis obtulit literas, qui aſtu & ludificãdi uarietate nimiũ ſolers docebat Valentẽ, quaſi mox amicus futurus & ſocius, aliter ſe popularium ſæuitiã mollire non poſſe, uel ad conditiones rei Romanæ profuturas allicere, niſi ſubinde armatũ ijſdem iuxta monſtraret exercitũ, & timore imperatorij nominis intentato, eos à pernicioſo pugnãdi reuocaret ardore. Et Legati quidem ambigui fruſtra habiti diſceſſerũt. Exoriẽte uero aurora diei, quem quintũ Iduum Auguſtarũ numerus oſtendit annalis, ſigna præpropere cõmouentur, impedimentis & ſarcinis prope Hadrianopoleos muros cũ legionũ tutela cõgrua collocatis. Theſauri enim & principalis fortunæ inſignia cętera, cum Profecto & Conſiſtorianis ambitu mœniũ tenebantur. Decurſis itaq́ uiarũ ſpatijs cõfragoſis, cũ in medium torridus ꝓcederet dies, octauo tandem hoſtiũ carpenta cernũtur, quæ ad ſpeciẽ rotunditatis detornata digeſtaq́, exploratorũ relatione affirmabãtur. Atq́, ut mos eſt, ululante barbara plebe ferũ & triſte, Romani duces aciem ſtruxere, et antepoſito dextero cornu equitũ, itinera primo peditatus pars maxima ſubſidebat. Cornu aũt equitum læuũ diſiectis adhuc per plurimis, ſumma difficultate cõductum properabat paſsib. citis. Dũq́ idẽ cornu, nullo etiamnũ interturbãte extẽditur, horrendo fragore ſimulantib. armis, pulſuq́ minaci ſcutorũ territi Barbari, quoniã pars eorum cum Alatheo & Safrage procul agens, & accita, nõ dum fœderaturos pacem miſere Legatos. Eorũ dum uilitatẽ deſpicit Imperator, ut firma fierẽt paciſcenda, optimates poſcens idoneos mitti, illi de induſtria cũctabantur, ut inter fallaces inducias equites ſui redirent, quos affore iam ſperabant: & miles feruore calefactus æſtiuo, ſiccis faucibus cõmarceret, relucente amplitudine camporũ incendijs, quos lignis, nutrimẽtisq́ aridis ſubditis ut hoc fieret, ijdẽ hoſtes urebant. Cui malo aliud quoq́ accedebat exitiale, quòd homines & iumenta cruciabat inedia grauis. Inter quæ Fritigernus, callidus futuri cõiector, martẽq́ pertimeſcens ancipitem, uelut caduceatorẽ unũ è plebe, ſuo miſit arbitrio, petẽs nobiles quoſdam & electos ad ſe propediem obſides mitti, impauidus ipſe uim militarẽ laturus & neceſſaria. Laudato probatoq́ formidati Ducis propoſito, tribunus Equitius, cui tunc erat cura Palatij credita, Valentis propinquus, aſſentiẽtibus cunctis ire pignoris loco mature diſponit. Quo renitente, quia ſemel captus ab hoſtibus, lapſusq́ à Dibalto, uerebatur eorũ irrationabiles motus, Richomeres ſe ſpõte obtulit propria ire: qui promiſerat libens, pulchrũ hoc quoq́ facinus & uiro cõuenire exiſtimans forti. iamq́ pergebat indicia dignitatis & nataliũ daturus. Eo ad uallũ hoſtile tendente ſagittarij & ſcutarij, quos Baturius Iberus quidã tũc regebat & Caſsio, auidius impetu calenti progreſſi, iamq́ aduerſis cõnexi, ut immature proruperãt, ita inerti diſceſſu primordia belli fœdarunt. Hocq́ impedimẽto conatus intẽpeſtiui & Richomeris alacritas fracta eſt nuſquam ire permiſsi, & equitatus Gothorũ cum Alatheo reuerſus & Safrage Alemannorũ manu permixta, ut fulmen prope montes celſos excuſſus, quoſcũq́ accurſu ueloci inuenire cominus potuit, incitata cæde turbauit. Cumq́ arma ex latere omni concuterentur & tela, lituosq́ Bellona luctuoſos inflaret, in clades Romanas ſolito immanius furens, cedentes noſtri, multis interclamãtibus reſtiterũt. & prælium, flammarum ritu acres abſterrebat militũ animos, confixos quibuſdã rotatis ictibus iaculorũ & ſa-

gittarum. Deinde colliſæ in modū roſtratarum nauiū acies, trudenteſq; ſe uicisſim, un
darum ſpecie motibus ſunt reciprocis agitatæ. Et quia ſiniſtrum cornu aduſq; plauſtra
ipſa acceſsit, ultra (ſi qui tuliſſent ſuppetias) proceſſurū, à reliquo equitatu deſertū mul-
titudine hoſtili urgēte, ſicut ruina aggeris magni, oppreſſum atq; deiectū eſt. ſteterunt
improtecti pedites, ita cōcateruatis manipulis, ut fixi nec mucronē exerere, aut manus
reducere quiſquā poſſet. Nec iam obiectu pulueris cœlum patere potuit ad proſpectū,
clamoribus reſultans horrificis. Qua cauſa tela undiq; mortē uibrantia deſtinata cade
bant & noxia, quòd nec prouideri poterāt, nec caueri. Verum ubi effuſi immenſis ag-
minibus Barbari iumēta conterebant & uiros, & neq; ad receptū confertis ordinibus
laxari uſq; poterat locus, & euadendi copiā cōſtipatio denſior adimebat: noſtri quoq;
ultimo cadendi cōtemptu occurſantes receptis gladijs obtruncabant, & mutuis ſecu-
riū ictibus galeæ perſtringebātur atq; loricæ. uidereq; licebat, celſum ferocia Barbarū,
genis ſtridore cōſtrictis, ſucciſo poplite aut abſciſſa ferro dextera, uel cōfoſſo latere, in-
ter ipſa quoq; mortis cōfinia minaciter circūferentem oculos truces. ruinaq; cōfligen-
tium mutua ad humū corporibus ſtratis, campi perēptis impleti ſunt, & morientiū ge-
mitus profundiſq; uulneribus transfixorū cum timore audiebantur ingēti. In hoc tan-
to tamq; cōfuſæ rei tumultu exhauſti labore & periculis pedites, cum deinceps neq; ui
res illis, neq; mentes ſuppeterēt ad conſiliū, diffractis haſtarum pleriſq; colliſione aſsi-
dua, gladijs cōtenti diſtrictis in cōfertas hoſtium turmas mergebātur, ſalutis immemo
res, circūſpectantes ademptū eſſe omne euadēdi ſuffugiū. Et quia humus riuis operta
ſanguineis greſſus labiles euertebat, conabant̄ modis omnibus uitam impendere non
inultam, adeo magno animorū robore oppoſiti incūbentibus, ut etiā telis quidam pro
prijs interirent. Atra deniq; cruoris facie omnia cōturbante, & quocūq; ſe inflexerant
oculi aceruis cæſorū aggeſtis, exanimata cadauera ſine parſimonia calcabantur. Solq;
ſublimior decurſo Leone ad domiciliū cœleſtis Virginis tranſiens Romanos magis at-
tenuatos inedia ſitiq; cōfectos, etiam armorū grauantibus ſarcinis exuperabat. Ad ul-
timum incūbente Barbarorum pōdere, acies inclinatæ noſtrorū, quod ſolū poſtremis
malis habuere ſubſidiū, incondite (qua quiſq; poterat) uertūtur in pedes. Dūq; omnes
diſperſi per ignotos tramites cedūt, Imperator diris pauorib. circūſeptus, paulatimq;
inſiliens funerū moles ad Lancearios cōfugit & Mattiarios: qui dum multitudo tolera
batur hoſtilis, fixis corporibus ſteterant incōcuſsi. Eoq; uiſo Traianus exclamat, ſpem
omnem abſumptā, ni deſertus ab Armigeris princeps ſaltē aduentitio tegeretur auxi
lio. Hocq; audito Victor nomine Comes, Batauos in ſubſidijs locatos haud procul, ad
Imperatoris præſidiū raptim cogere properans, cum inuenire neminē poſſet, gradiens
retro diſceſsit. Pariq; modo Richomeres periculo ſemet exemit & Saturninus. Seque-
bantur itaq; furore ex oculis lucente Barbari noſtros iam linquente uenarū calore tor
pentes. quorū aliqui percuſſoribus cadebant incertis. nō nulli ponderibus ſolis urgen
tiū obruti, ictuq; ſuorū aliqui trucidati. nec enim ſæpe renitentib. cedebatur, aut parce-
bat cædentib. quiſquā. Super his obſtruebāt itinera iacentes multi ſemineces cruciatus
uulnerū non ferentes: cū quibus aggeres quoq; equorū conſtrati cadaueribus campos
implerūt. Diremit hæc nunquā pēſabilia damna (quæ magno rebus ſtetere Romanis)
nullo ſplendore lunari nox fulgens. Primaq; caligine tenebrarū, inter gregarios Impe
rator, ut opinari dabatur (neq; enim ſe quiſquā uidiſſe, uel præſto fuiſſe aſſeuerauit) ſa-
gitta pernicioſe ſaucius ruit: ſpirituq; mox conſumpto deceſsit, nec poſtea repertus eſt
uſquā. Hoſtium enim paucis, ſpoliandi gratia mortuos per ea loca diuerſatis, nullus fu
gatorū uel accolarū illuc adire eſt auſus. Simili clade Cæſarē accepimus Decium, dimi
cantē cum Barbaris acriter, equi lapſu proſtratū, quem feruētem retinere non ualuit,
abiectūq; in paludē nec emergere potuiſſe, nec inueniri. Alij dicūt, Valentem animam
non exhalaſſe cōfeſtim, ſed cū Candidatis & ſpadonibus paucis prope ad agreſtem ca
ſam relatū, ſecunda cōtignatione fabre munitā, dum fouetur manibus imperitis circū-
ſeſſum ab hoſtibus qui eſſet ignorātibus, dedecore captiuitatis exemptū. Cū enim op-
peſſulatas ianuas perrumpere conati, qui ſecuti ſunt, aperte penſilis domus ſagittis in-
ceſſerētur, ne per moras inexpedibiles populandi amitterēt copiam, congeſtis ſtipulæ
faſcibus & lignorū, flammaq; ſuppoſita, ædificiū cum omnibus torruerūt. Vnde quidā

de

de Cādidatis per feneſtrā lapſus, captusq; à Barbaris prodidit factū, & eos mœrore af-
flixit, magna gloria defraudatis, quòd Romanæ rei Rectorē non cepere ſuperſtitē. Is
ipſe iuuenis occulte poſtea reuerſus ad noſtros, hæc ita accidiſſe narrauit. Pari clade,
recuperatis Hiſpaniјs, Scipionum alterū cremata turri, in quā confugerat, abſumptū
incendio hoſtili, cōperimus. Illud tamē certum eſt, nec Scipioni, nec Valenti ſepulturā
(qui ſupremitatis honor eſt) cōtigiſſe. In hac multiplici uirorum illuſtriū clade, Traia-
ni mors eminuit & Sebaſtiani. cū quibus triginta quinq; oppetiuere tribuni Vacātes, et
numerorū Rectores, & Valerianus atq; Equitius. quorū alter Stabulum, alter curabat
Palatiū. Inter hos etiam Promotorū tribunus Potentius cecidit in primæuo ætatis flo
re, bono cuiq; ſpectatis meritis Vrſicini patris magiſtri quondā Armorū ſuisq; cōmen
dabilis. Cōſtatq; uix tertiā euaſiſſe exercitus partē, Nec ulla annalibus, præter Cānen
ſem pugnā, ita ad internitionem res legitur geſta, quanq; Romani aliquoties reflecten
te Fortuna fallacіјs luſi bellorū iniquitati ceſſerunt ad tēpus: & certamina multa fabu
loſæ neniæ fleuere Græcorū commendabiles, cōſtatq; Periјt aūt hoc exitu Va-
lens, quinquageſimo anno contiguus, cū per annos quatuor imperaſſet & decē paruo
minus. Cuius bona, multis cognita, dicemus & uitia. Amicus fidelis & firmus. ultor a-
cer ambitionū. ſeuerus militaris & ciuilis diſciplinæ corrector. peruigil ſemper & anxi-
us, ne propinquitatē eius prætēdens, altius ſemet ferret. erga deferendas poteſtates uel
adimendas nimium tardus. prouinciarū æquiſsimus tutor. quarū ſingulas, ut domum
propriam, cuſtodiebat indemnes. tributorū onera ſtudio quodā molliens ſingulari. nul
la uectigaliū admittens augumēta. in requirēdis reliquorum debitis nō moleſtus. furi-
bus & in peculatu deprēſis Iudicibus inimicus aſper & uehemens. Nec ſub alio princi
pe in huiuſmodi negocіјs melius ſecum actū eſſe meminit Oriēs. Super his omnibus li
berali erat animi moderatione. Cuius rei licet abundent exempla, unū tamen ſufficiet
poni. Vt ſunt in palatіјs nonnulli alienarū rerum auidi, ſi qui caducū uel aliud petiſſet
ex uſu, cum magna iuſtorū diſtinctione cōtradictoris copia ſeruata, donabat ei qui pe
tierat tres uel quatuor: alios abſentes aliquoties impetratorū participes iungens, ut ca
ſtigatius agerēt inquieti lucra quibus inhiabāt hoc minus cōmento cernentes. Super
ædificіјs aūt, quæ per diuerſas urbes & oppida uel inſtaurauit, uel à primis inſtruxit au
ſpicіјs (ne ſim longior) taceo, potioribus ipſis id apertius mōſtrare cōcedens. Hæc bo
nis omnibus æmulāda ſunt, ut exiſtimo. Nūc eius uitia percurramus. Magnarū opum
intemperans appetitor. laborū impatiens, duritiāq; magis affectans immanem. in cru-
delitatē procliuior. ſubagreſtis ingenіј. nec bellicis, nec liberalibus ſtudіјs eruditus. a-
lienis gemitibus libenter emolumenta fructusq; conquirens. tuncq; magis intolerabi-
lis, cum incidentia crimina ad contēptam uel lęſam Principis amplitudinem trahens,
in ſanguinē ſæuiebat & diſpēdia locupletū. Illud quoq; ferri nō poterat, quòd cū legi-
bus lites omnes quęſtiones cōmittere ueteres uellet, deſtinatisq; uelut lectis Iudicibus
negocia ſpectanda mandabat, nihil agi cōtra libidinē ſuam patiebatur. iniurioſus aliàs
& iracūdus, & criminantibus ſine differētia ueri uel falſi facillime patēs, quæ uitiorum
labes etiā in his priuatis quotidianisq; rationibus impēdio eſt formidanda. ceſſator &
piger. nigri coloris pupula oculi unius obſtructa, ſed ita ut nō eminus appareret. figu
ra bene cōpacta membrorū, ſtaturæ nec proceræ, nec humilis. incuruis cruribus, extā-
teq; mediocriter uentre. Hæc ſuper Valente dixiſſe ſufficiet. quæ uera eſſe, æqualis no
bis memoria plene teſtatur. Illud aūt prȩteriri nō conuenit, quòd cū oraculo Tripodis,
quem mouiſſe Patriciū docuimus & Hilariū, tres uerſus illos fatidicos cōperiſſet, quo
rum ultimus eſt, ἐν πεδίοισι μίμαντος ἀλλα κχυομένοις κάρς. hoc (ut erat incōſumatus & ru
dis) inter initia cōtemnebat, proceſſu uero luctuū maximorum, obiecta etiam timidus
eiuſdem ſortis recordatione Aſiæ nomen horrebat: ubi Erythræo oppido ſuperpoſitū
montem Mimanta & Homerū ſcripſiſſe & Tullium, doctis referētibus audiebat. De-
niq; poſt interitū eius diſceſſumq; hoſtilem, prope locū in quo cecidiſſe exiſtimatus eſt,
inuentus dicitur ſaxeus monumēti ſuggeſtus, cui lapis affixus inciſis literis græcis, ſe-
pultū ibi nobilem quendā Mimanta ueterem indicabat. Poſt exitialē pugnam, cū iam
tenebris nox terras impleſſet, his qui ſuperſuere, dextra pars, alіј læua, uel quò metus
traxerat, ferebatur quiſq; proximos quærēs: cum præter ſe nihil ſinguli licere poterāt,

occipitijs proprijs ferrũ arbitrantes hærere. Audiebãtur tamen,licet longius, eiulatus miſerabiles relictorũ, ſingultusq; morientiũ,& uulneratorũ cruciabiles fletus.Luce uero cœptante uictores,ut beſtiç ſanguinis irritamẽto atrocius efferatę,ſpei inanis illecebris agitati Hadrianopolim agminibus petiuere denſatis, eam uel cũ diſcriminib.excidi ſuri poſtremis,docti per proditores & transfugas,poteſtatũ culmina maximarũ & fortunę principalis inſignia theſaurosq; Valẽtis illic ut arduo in munimẽto conditos. Et ne interuallatis ardor intepeſceret moris,hora diei quarta, ambitu cincto murorum inſeſtiſsime certabatur:oppugnatoribus genuina ferocia ad prçceps exitium feſtinantibus,contraq; defenſorũ uigore ualidis uiribus incitato.Et quia militũ calonumq; numerus magnus ciuitatẽ cum iumẽtis introire prohibitis affixus parietibus mœniũ ædibusq; cõtinuis pro loci humilitate fortiter decernebat,ſuperaratq; rabies imminentiũ aduſq; horam diei nonã,ſubito pedites noſtri trecẽti ex his, qui prope ipſas ſtetere loricas cõferte in cuneum deſciuerũt ad Barbaros.eosq; illi auide raptos,confeſtim(incertũ quo cõſilio)trucidarũt.Et ex eo deinceps obſeruatũ eſt, neminẽ huiuſmodi aliquid uel in deſperatione rerũ ultima cogitaſſe.Feruẽte itaq; tot malorũ cõgerie, repente cũ fragore cœleſti himbres nubibus atris effuſi diſperſere circumfrementiũ globos.reuerſiq; ad uallũ dimẽſum tereti figura plauſtrorũ immanes ſpiritus latius porrigẽtes, iubebãt noſtris per minaces literas & Legatũ ætatẽ,fide retinẽdæ ſalutis accepta. Verũ introire non auſo qui miſſus eſt,per Chriſtianũ quendã portatis ſcriptis & recitatis, utq; dicebat contẽplatis,parandis operibus reliquũ diei,& nox omnis aſſumpta.Nã intrinſecus ſilicibus magnis obſtruſæ ſunt portæ,& mœnium intuta firmata, & ad emittẽda undiq; tela uel ſaxa tormenta per locos aptata ſunt habiles, aggeſtaq; prope ſufficiens aqua.Pridie enim dimicantiũ quidã ſiti aduſq; ipſa uitæ diſcrimina uexati ſunt.Contra Gothi reputãtes difficiles martis euẽtus,anxijq; cũ ſterni & ſauciari cernerent fortiores,& particulatim uires ſuas cõuelli,aſtutũ iniere conſiliũ,quod ipſa indicante iuſtitia publicatũ eſt.partis eñ noſtrę Cãdidatos aliquos,qui die præterito ad eos defecerant, pellexere, ut ſimulata fuga uelut ad propria remeãtes, intra muros ſuſcipi ſe curarẽt, ingreſsiq; latẽter quãdam incẽderent partẽ.ut tanq; ſigno erecto occultius,dum circa extinguẽdũ incendiũ diſtringiĩ multitudo clauſorũ,ciuitas prorũpereĩ impropugnata. Perrexere ut ſtatutũ eſt Cãdidati:cũq; ꝑpe foſſas ueniſſent,manus tendẽtes orãtesq; ut Romanos ſemet admitti poſcebãt.et recepti(quia nulla erat ſuſpicio quę uetaret)interrogatiq; ſuper cõſilijs hoſtiũ,uariarũt.unde factũ eſt, ut cruẽta quęſtione uexati ceruicibus perirẽt abſciſis,quid acturi uenerãt aperte confeſsi. Omni itaq; bellandi apparatu præſtructo,aduẽtante uigilia tertia,Barbari abolito prçteritorũ uulnerum metu,in urbis obſeratos aditus multiplicatis ordinib.inũdarunt,& obſtinatione magnatiũ maiore.At cũ armatis prouinciales & palatini ad obruẽdos eos excitatius exurgebãt, & huiuſcemodi tela,in multitudine tãta uel temere miſſa,cadere ſine noxa non poterãt. animaduerſum eſt à noſtris ijſdẽ telis Barbaros uti quibus petebanĩ.Ideoq; mandatũ eſt, ut neruis ferrum lignũq; connectentib.ante iactũ inciſis,emitterẽtur arcu ſagittæ,quæ uolitãtes,uires integras ſeruabant.infixæ uero corporibus,nihil uigoris perdebãt,aut certe ſi cecidiſſent in uanũ ilico frangebanĩ. Dedit aũt rebus ita flagrãtibus graue momentũ caſus admodũ inopinus. Scorpio,genus tormẽti, quem Onagrũ ſermo uulgaris appellat,è regione contra hoſtium aciem denſam locatus,lapidẽ contorſit ingentẽ. qui licet humo fruſtra illiſus eſt,uiſus tamẽ ita eos metu exanimauit,ut ſtupore ſpectaculi noui cedẽtes è medio,abire tẽtarent. ſed buccinis optimatũ monitu occinẽtibus, inſtauratũ eſt prçliũ,& pari modo res Romana ſuperior ſtetit,nullo ferme alio telo uel fundæ amẽto incaſſum excuſſo.Agmina enim præeuntiũ Ductorũ, quos rapiẽdi Valentis malis lucubratiõib.quæſiti cupiditas incẽdebat,ſecuti cæteri præ ſe ferebãt æqui peraſſe diſcrimina potiorũ.nãq; ſemineces aliqui,aut magnis obtriti põderibus,uel cõfixi iaculis pectora,uoluebãtur.nõ nulli ſcalas uehẽdo,aſcẽſusq; innumeros ex latere omni parantes,ſub oneribus ipſis obruebãtur,cõtruſis per pronũ ſaxis & colũnarum fragmentis & cylindris.Nec quenquam furentiũ cruoris horrẽda ſpecies ad ſerũ uſq; diem ab alacritate faciendi fortiter auertebat:hoc incitãte, quòd etiã defenſorũ plurimos cadere diuerſis ictib.uidẽtes eminus,lætabanĩ.Ita ſine requie ulla uel modo, pro

mœnibus

mœnibus & contra mœnia ingentibus animis pugnabatur. Et quia nullo ordine iam ſed per procurſus pugnabatur & globos, quod deſperationis erat ſignũ extremæ, flexo in ueſperam die digreſsi omnes rediere ad tentoria triſtes, inconſideratæ dementiæ alter alterũ arguentes, quòd non ut ſuaſerat antea Fritigernus, obſidionales ærumnas ubiq; declinarunt. Cõuerſi poſt hæc per omne tempus noctis (ut æſtiuæ, nõ longum) ad uulnerum curas arteſq; medendi gentiles, reddita luce in uarias conſiliorũ uias deducebãtur, quorſum tenderent ambigẽtes. multiſq; dictatis & controuerſiis occupare ſtatuũt Perinthũ: exinde quæq; diuitiarũ referta, docẽtibus omnia perfugis, etiã domorum nedum urbiũ interna noſcẽtes. Hanc ſecuti ſententiã, quam utilem exiſtimarunt, itineribus lentis, miſcentes cuncta populationibus & incendijs, nullo renitente pergebant. Obſeſsi uero apud Hadrianopolim, poſt eorũ abitum, cũ uacare hoſte loca proxima compertæ fidei nuntiaſſent exploratores, egreſsi media nocte uitatis aggeribus publicis, per nemoroſa & deuia trans Philippopolim, exindeq; Serdicã aliã Macedoniæ urbem, cum intemeratis opibus quas habebant, omni ſtudio ad properandum excogitato, currebãt uelut in regionibus illis reperiendo Valente: quẽ inter medios certaminum turbines oppetijſſe, uel certe ad tuguriũ confugiſſe (ubi exiſtimatus eſt ui perijſſe flammarũ) penitus ignorabãt. At Gothi Hunnis Alaniſq; permixti nimiũ bellicoſis & fortibus, rerũq; aſperarum difficultatib. induratis, quos miris præmiorũ illecebris ſibi ſociarat ſolertia Fritigerni, fixis iuxta Perinthũ caſtris, ipſam quidem urbẽ (cladiũ memores priſtinarũ) nec adire, nec tẽtare ſunt auſi. agros uero fertiles, late diſtẽtos & longe, ad extremũ uaſtauere penuriæ, cultorib. cæſis aut captis. Vnde Cõſtantinopolim, copiarũ cumulis inhiantes ampliſsimis, formas quadratorũ agminum inſidiarum metu ſeruantes, ire ocyus feſtinabant, multa in exitiũ urbis inclytæ molituri. Quos inferẽtes ſeſe immodice, obiceſq; portarũ penè pulſantes, hoc caſu cœleſte reppulit numen. Saracenorũ cuneus (ſuper quorũ origine moribuſq;, diuerſis in locis retulimus plura) ad ſortẽ magis expeditionaliũ rerum, q; ad concurſatorias habilis pugnas, recens illuc accerſitus, cõgreſſurus Barbarorũ globo repente conſpecto à ciuitate fidenter erupit, diuq; extẽto certamine pertinaci, æquis partes diſceſſere momẽtis. Sed Orientalis turma nouo neq; ante uiſo ſuperauit euentu. Ex ea enim crinitus quidã, nudus omnia præter pubem, ſubraucũ & lugubre ſtrepens, educto pugione agmini ſe medio Gothorũ inſeruit. & interfecti hoſtis iugulo labra admouit, effuſumq; cruorẽ exuxit. Quo monſtruoſo miraculo Barbari territi, poſtea non ferocientis more cũ agendum appeterent aliquid, ſed ambiguis greſsibus incedebãt. Proceſſu dein audaciæ fracto, cũ murorum ambitum, inſularũ ſpatijs immenſis oblongum, & inacceſſas pulchritudines urbis, & incolentium plebem conſiderarent immenſam, iuxtaq; fretum, quod Pontũ diſterminat & Aegeum: diſiectis bellorũ officinis, quas parabant, poſt accepta maiora funera q; illata exinde digreſsi ſunt effuſoriè per Arctoas prouincias, quas peragrauare licenter, aduſq; radices alpium Iuliarũ, quas Venetas appellabat antiquitas. His diebus efficacia Iulij magiſtri militiæ trans Taurũ enituit ſalutaris & uelox. Alpes Iuliæ Cõperta enim Fatorum ſorte per Thracias, Gothos antea ſuſceptos, diſperſoſq; per uarias ciuitates & caſtra, datis tectiorib. literis ad eorũ Rectores Romanos omnes, quod his temporibus raro cõtingit, uniuerſos tanq; uexillo erecto, uno eodẽq; die mãdauit occidi, expectatione promiſsi ſtipendij ſecuros ad ſuburbana productos. Quo conſilio prudenti ſine ſtrepitu uel mora completo, Orientales prouinciæ diſcriminibus ereptæ ſunt magnis.

Hæc ut miles quondã & Græcus à principatu Cæſaris Neruæ exorſus, aduſq; Valentis interitum, pro uirium explicaui menſura: opus ueritatem profeſſum nunquam (ut arbitror) ſciens ſilentio auſus corrumpere uel mendacio. Scribant reliqua potiores ætate, doctrinis florẽtes. Quos id (ſi libuerit) aggreſſuros, procudere linguas ad maiores moneo ſtilos.

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBRI XXXI ET VLTIMI FINIS.

IOANNES BAPTISTA EGNATIVS VENETVS PRAESTANTISSIMO IVRISCONſulto, & ſenatori regio Iacobo Minutio S.

QVI principibus, illuſtrioribusꝗ uiris ingenij ſui monimenta nuncupãt Minuti clariſsime, alij id agunt, ut aut ueteri, ſummæꝗ in eos obſeruãtiæ ſeſe id tribuiſſe dicant: alij ut eorum præſidio tuti, inuidiam minus grauem ac noxiam ſentiant: alij ut fructũ alieni de ſe iudicij ea indicatura percipiãt. Nec deſunt, qui poſteritatis laude rapti, ac immortalitatis ſpe quadam inflammati, ea ſibi nomina deligãt nuncupatione, quæ diutiſsime & uiuere & florere poſſe ſibi perſuaſerint. Id quod à pictoribus, artificibusꝗ pleriſꝗ obſeruatum animaduertas: qui deorum, principumꝗ effingendis imaginibus eo libentius ſtudeant, quominus obnoxia illa exiſtiment, aut hominũ, aut temporis iniuriæ fore. Sunt etiam qui hoc ueluti ſacro literarũ munere promereri gratiam, beneuolentiamꝗ eorum cupiant: ſiquidem haud inter poſtremas laudes referri debet, ſi quis principibus perplaceat uiris. Sed & multi facile ſeſe, operamꝗ ſuam his oſtẽtant: quorum & autoritate ornari, & opibus augeri ſe ſperẽt. Ego uti ex prioribus quaſdam fortaſſe ſequar: ſic certe duas, quarum altera publica, communisꝗ tibi cum gente Gallica, altera planè tua ac propria ſit, ſecutum in primis eſſe me non negem. Et communis quidem illa, quòd cum ſingulari ac diuina potius Grolierij beneficentia Mediolani agens alterum ab hinc annum ornatus, auctusꝗ ſim: non poſſum iam ex illo tibi, tuisꝗ omnibus etiam atꝗ etiam non perpetuo uelle debere. Illius enim conſuetudine & opera, facile quanta gentis ueſtræ morum ſimplicitas, quæ publica domeſticaꝗ diſciplina, quæ in omnes charitas, quanta in deum pietas ueſtra foret, eſt perſpectum mihi planè ac cognitum. Quid enim uobiſipſis magis rectum, apertumꝗ eſſe poteſt? Quid minus inſidioſum ac fallax? Arctoæ (inquiunt) gentes hoc omnes habent. Ego uero cum fallaciſsimas ex his multas legam, non cœlo, ſed naturæ planè hoc ueſtræ optimęꝗ diſciplinæ id tribuam. Iam quid animorum, uoluntatũꝗ ueſtrarum fraternam in omnibus conſenſionem prædicem? quam non conuiuiorum frequentia tantum, ſed officiorum communicatione ac ſumma charitatis mutuæ teſtificatione tuemini. Hæc uero uobis adeo natura inſita, uſu parta, conſuetudine aucta fuiſſe uidentur, ut tot mihi germani fratres, non de facie ſolum, ſed de morum in primis ſimilitudine atꝗ æqualitate uideamini. Quare non immerito admirati Pœnorum legati etiam in hoſte Ro. ſ. po. id plurimum eſſe dicuntur, quòd conuiuio accepti à pluribus ciuitatis principibus, eodem ubiꝗ cœnaſſent argento, teſtati nullos hominum benignius Ro. Po. uiuere. Nam quid de ueſtra in regem obſeruantia, in deum pietate dicam? Quæ enim unquam gens aut externos principes non admiſit, aut admiſſos non interdũ expulit? ſæpe etiam per ſummum ſcelus non occidit? Francis id proprium ac peculiare, nullos unquam externos pati: ſuos autẽ uſꝗ adeo amare ac colere, ut pro eius dignitate ac maieſtate tuenda non opes tantum, ſed uitam ipſam profundere poſsint. Illa uero, quæ deo ac religioni debetur, tãta talisꝗ eſt, ut ſileri melius putem, cuius ueſtigia haud ſanè leuiter impreſſa, tot & tanta extent, ut nulla unquam delere illam obliuio, nulla obſcurare temporum iniquitas ualeat. Cæterum excellens quædam ac eximia in te uirtus, ſecundusꝗ ac conſtans hominum de te rumor, & Ioannis in primis Franciſci Aſulani adoleſcentis, cum ſummæ ſpei, tum uero laudum tuarum ſtudioſiſsimi prędicatio effecit, ut & ego te pridem literis conſulendum duxerim: & nũc Cæſares tibi meos, reliquamꝗ ad hoſce non uulgarem (niſi fallor) induſtriam cupidiſsime nuncupem. Quorũ lectio tanto tibi gratior ac iucundior eſſe debebit, quanto is, qui ea tibi inſcripſit, te plus amat ac colit, q̃ multos alios. Huc accedit, quòd ſingularem eruditionem, ac multiplicem literarũ cognitionem magnificat; quòd Minutię familiæ nobilitatem (quippe quæ à Romanis il-

lis

lis deducta Minutijs pro conſtanti habeatur) obſeruat: quòd deniq; ſe tibi quàm coniunctiſsimum ac chariſsimum eſſe cupit. Sunt quidem in te corporis & animi (uti audio) egregię dotes, quibus Chriſtianiſsimò regi gratus, admirabiliſq; ſis. nulla certe aut maior aut honeſtior, q̃ ut literas, literatoſq; homines, quos facis, foueas: illæ ſcilicet iure repoſcũt abs te, quod tanta tua cũ laude uberrime tribuere. Nam unũ te eſſe ac præcipuũ, in quem Galliæ tuæ Tranſalpinæ olim intuerentur, quem Ciſalpina tota prædicet, cuius ſingularem prudentiam atq; humanitatem etiam hoſtis commendet, totum hoc literarum beneficium eſt. Quid, quòd Cæſarum hæc à nobis inſtituta, tribuſq; libris concinnata ſeries, multa interim habeat, quæ delicatum etiam lectorem & capere & detinere ualeant? Nam Byzantinæ urbis originem, Turcas ad hæc uſq; tẽpora principes, res ab his belli geſtas, Maometis ortum, Romanæ urbis captiuitatem, & Aſiæ imperia ſupra quingenteſimum ac milleſimum annum repetita continet. quæ omnia primus ego (quod ſine aliorum iniuria dictum uelim) præſtiti: ac ut una ueluti tabella depicta ſpectari commode poſſent, curaui. tametſi quid libris commune cum pictura? paſcit illa tantum oculos, hi animum mentemq; inſtruunt. Illa mutam, inanem, ac plerunq; falſam deſcriptionem continet: libri uiuẽtem præceptionem, atq; exactam ſpondent. tabulas etiam imperiti pingant, literarum monimenta non niſi doctiſsimi conficiant. Tanto deniq; literæ pingendi artem præſtant, quanto docti indoctis, uiui mortuis antecellunt. Tu igitur cum ab ineunte ætate ornamenti plurimum & laudis ex hiſce tibi uendicaris, illis ipſis tantundem reddes: tanto etiam cumulatius, quod neque melius, nec honeſtius beneficium ullum collocari poteſt, quàm quod in bonos & doctos uiros confertur: quorum mihi ueſtigia non ſolum ſequenda, ſed etiam atq; etiam adoranda propoſui. Bene uale.

IOHANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI IN ROMANORVM PRINCIPVM LIbrum primum præfatio.

IMPERATORVM uitas à dictatore Cæſare, qui primus patriæ libertatem oppreſsit, ad Conſtantinū Palæologum, ſub quo Turcarum ſeruitio Conſtantinopolis ceſsit: hinc à Carolo Francorum rege ad Maximilianum Cæſarem breui alioqui ſtylo perſcripſimus: rem ut perdifficilē mihi atq; arduam, ſic iucundam, qui legent omnibus, & (ut opinor) haud inutilem. Nam præterquàm quòd multa hinc haurias, unde tibi patriæq; tuæ plurimum proſis, ipſa certe Romani imperij maieſtas, admirabiles eorū, qui imperarunt, euentus, tot regnorum repetiti caſus, tot principum mutationes relatæ, non faſtidiū ſolū operoſæ lectionis adimūt, ſed admirabundos ſenſim legentes partim ducūt, partim etiam trahunt: uti neminem arbitrer uel mediocriter imbutum literis, qui non hęc & libenter agnoſcat, & ſumma cum uoluptate non perlegat. & alioqui ad rei nouitatem accedit, quòd conſulto non pauca ſunt à nobis addita, quę rerum ſeriem non modo non interrumpant, uerum etiam exornent: quod in fabula dextræ ſiniſtræq; tibiæ inter unum alterumúe actum adhibitæ etiam præſtent: nec in campis herbarum uiror minus iucundus, quem uiolæ hyacintiq; purpurei diſtinguant. Omnium certe rerum uarietas expetitur: & falſum illud eſt, ſaccaro ſemper conditiora fieri fercula. Quod ſi quis erit, qui pleniorem uberioremq; hiſtoriam à me exigat, ille ſaltem hoc mihi non neget, multa eſſe, quæ breuitate commendatiora ſint ſua. Nec tamen deſunt interim principes, quos copioſius attigi: quorum ſcilicet & imperij diuturnitas, & rerum magnitudo id expoſcere uidebatur. Illud uero teſtatum apud omnes eſſe uelim, nihil à me gratiæ, nihil odio datum: ipſa ueritas nec interim nuda, ut multi hactenus, tantum à me ſpectata. Anni præſertim imperij, ortus eorum, & patria illuſtriaq; eorum geſta domi, foriſq; non omiſſa: ſeries uero principum tanta fide à me deducta, ut nihil deſiderare amplius quis habeat. Nam & Flauius Blondus hiſce libris, quos ab inclinatione Romani imperij conſcripſit, multos uno uelut agmine ut ſibi incognitos, omiſit: & qui poſt illum hiſtoriā totius orbis amplexi ſunt, nihil omnino ad uiri illius diligentiam addidere. Ego uero præter Zonaræ Græcam hiſtoriā, & Nicetæ Choniatæ, Chriſtoduliq; cōmentarios, Gemiſtiq; libros, etiam ſchedia quædam non indignum, quæ excuterem duxi, uti rem ſemel cœptam dijs bene fauentibus abſoluerem: quo certa omnia explorataq; poſteris traderem. utrum autem id aſſecuti ſimus, præſens ætas, fortaſſe malignius, ſequens certe ſimplicius ac candidius æſtimabit.

IOHANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI ROMANORVM PRINCIPVM LIBER PRIMVS.

C. IVLIVS CAESAR DICTATOR

PRIMVS hic perpetuam dictaturam inuaſit. Debellata enim intra decennium Gallia, tentata tunc primum Britannia, & Germanis in ſyluas ac paludes ſuas cõpulſis, in Italiam deſcendit: eaq; ſolita celeritate recepta, Hiſpaniiſq; pacatis Pompeium Magnum Pharſalico prælio fudit. cũq; de omnibus hoſtibus triũphaſſet, tandem amiciſsimorum coniuratione oppreſſus periit ætatis anno ſexto ac quinquageſimo, dictaturæ uero initæ anno tertio. Vir pacis belliq; artibus, & inprimis clementia longe clariſsimus, ſi libertatis aſſertor, quàm inuaſor eſſe maluiſſet.

OCTAVIVS CAESAR AVGVSTVS

TRibus ac uiginti uulneribus interfecto Cæſare, feliciſsimus omniũ ad hanc diem ſucceſsit Octauius ex Accia Cæſaris nepte. Vindicatis enim patris interfectorib. uictorq; ciuilibus bellis omnibus, nouiſsime Antonio ad Actium nauali pugna ſuperato, quo cum duodecim annos remp. tenuerat, triumphator orbis totius, paciſq; reſtitutor æternæ, per quatuor ac XL. annos imperium rexit: urbemq; Romam optimis inſtitutis ac legibus, magnificẽtiſsimiſq; operibus ſic excoluit, ut merito parens patriæ primus atq; Auguſtus diceret. Obiit Nolæ ſeptuageſimoſexto ætatis anno, cum LVI. imperaſſet. Ad cuius imperii felicitatem illud acceſsit, quòd ſeruator noſter Chriſtus lux gentium & orbis ſub eo naſci uoluit: ut quem ſummis animi corporiſq; dotibus principem clariſsimum terris dederat, eodem etiã generis humani parens optimus & maximus naſceretur. Huius felicitas cæteris optata principibus.

TIBERIVS NERO

TRiſtiſsimus omniũ mortaliũ optimo principi ſucceſsit Tiberius, Liuiæ uxoris magis impulſu q̃ Auguſti iudicio: quippe cuius neq; mores, neq; ingeniũ unq; probaſſet, pertinaciã & infinitã eius ſæuitiã pertæſus. principatũ ab initio diſsimulato ingenio, & matris reuerentia, non incõmode geſsit. mox Capreenſi ſeceſſu luxuriæ ac cædibus uacans, cũ prouinciæ undiq; uaſtarentur, Caligulæ nepotis aſtu & fraude periit octauo ac ſeptuageſimo ætatis anno, tertio & uigeſimo imperii. Huius imperii anno duodeuigeſimo Chriſtum ſeruatorẽ noſtrũ Iudæi cruci affixerunt: ex quo ad ſupremam gentis internicionẽ nunq; ſeditione, fame, ferro, peſte laborari ab his deſitum.

C. CAESAR CALIGVLA

PRæfuit hic reip. annos quatuor, magis in Germanici patris gratiã populo ac militibus cõmendatus, q̃ ingenio ſuo. primus enim à Cæſarũ ſtẽmate penitus degenerauit, ut non immerito fax humani generis dictus ſit. certe uox eius nefaria excepta, unam ceruicẽ populo Ro. optantis, quò facilius uno ictu abſcidi poſſet. Caſsii Chereæ & aliorum cõiuratione ferro occubuit, annum agẽs XXVIII. de quo ſit dictum, nec meliorem abinitio principem, nec peiorem poſtea fuiſſe.

CLAVDIVS CAESAR

NEſcias in hoc principe quid primũ accuſes, adeo uecordia cũ ſæuitia, ac luxuria certabant: qui fato potius, ac fortunæ ludibrio ad imperiũ, cum latitaret extrema pertimeſcẽs, interfecto Caligula uenerit: quod non minore ſocordia q̃ crudelitate per annos XIIII. uexarit. Quãta fuerit eius ſtulticia, hinc aduertas. Meſſalina uxor portentoſæ libidinis fœmina C. Silio nupſerat: qua uix interfecta, Agrippinã Germanici

fratris filiam nouo exemplo nouercam liberis duobus ſuperinduxit, & Britannico filio priuignum Neronem antepoſuit: cuius inſidijs & Agrippinæ ueneno in boleto dato perijt ſenex, ætatis anno ſexageſimoquarto.

DOMITIVS NERO

FAx altera totius orbis iure à nobis dicatur, qui ex Domitio atq; Agrippina natus imperij Ro. maieſtatem paterna, maternaq; cæde polluit, libidinis adeo effrenatæ, ut matris concubitum appetiſſe credatur, ipſe certe ſumpto flãmeo nuptiali ſponſalia celebrauit. ſæuitiæ tantæ, ut præter urbis incendiũ, & uxoris Octauiæ cædem, primus Chriſtianum ſanguinem Petro & Paulo interfectis hauſerit. Et ne quid ſcelerum deeſſet, publice cantauit, in ſcenaq; operam exhibuit. Tandem deficiente Galba hoſtis à ſenatu iudicatus, nec fortiter perire potuit, adiutus alterius adigẽdo ferro manu. perijt ætatis anno trigeſimoſecundo, imperij decimoquarto. Quinquennio ſub initia omnium princeps optimus exiſtimatus, etiam Traiani teſtimonio, procul diſtare cæteros principes à Neronis quinquennio prædicantis.

SERGIVS GALBA

NObiliſsima Sulpiciorum familia natus, ac per om̃es dignitatis gradus ad proconſulatum Hiſpaniæ euectus, iam grandis natu imperium ſeptimeſtre maiore hominum ab initio fauore quàm læto ſucceſſu tenuit. Auaritia & ſæuitia in eo principe iuxta infames: ex quo inuiſus cunctis, cum Piſonem in conflatæ inuidiæ remediũ adoptaſſet annos ſeptuaginta natus in medio foro à M. Othone iugulatur.

M. SALVIVS OTHO

MAle partum principatum adeptus, & aduerſa per omnem ætatem fama, laudabili fine clauſit. Dum enim quarto uix menſe exacto Bebriacenſibus campis bellum ciuile contra Vitellij duces execraretur, papillam pugione ſibi transfixit: adeo militibus charus, ut multi ad eius exemplum, ante mortui pedes ſemet interfecerint. Vixit annos trigintaſeptem.

VITELLIVS

PVdet tot dedecorũ, ſed ad inſtitutã ſeriem pertinet & hunc ipſum referre. Qui patre L. Vitellio, & matre longe optima natus, militari factione, dum legatus Germaniæ ſuperiori præeſt, imperiũ inuaſit, fœdo ingenio, uẽtriq; ac gulæ natus, & quod uſu in his uenit, ſæuitia par. Cæterũ Veſpaſiano principe declarato, cœno, fimoq; iactatus, ac furca ſub mentum poſita diu per urbem tractus in ſcalis Gemonijs omniũ ludibrio diu iacuit. Vita illi annorum LVII. Imperium uix octimeſtre.

VESPASIANVS

FEſſam atq; labantem remp. trium principum tyrannide potius, quàm imperio, Flauiæ gentis autor Veſpaſianus primus reſtituit. Nam per X annos, quibus imperium rexit, ſingulari ſtudio ac prouidentia rem adminiſtrauit, & ne Cæſarianum deſideraretur nomen, effecit. Hieroſolymis expugnatis, cum filio triũphauit. Auaritiã ne culpes in eo, & temporum calamitas, & laudabilis eius uſus facit. adeo inimicitiarum omnium princeps oblitus, ut Vitellij hoſtis filiam locupletiſsime dotatam, ſplendidiſsimo iungeret uiro: & inſoleſcentem Mutianum, imperijq; participem agentem adhibitis familiaribus ſatis habuerit admonere, ſe quoq; hominẽ eſſe. mors eius quantam animi tranquillitatẽ ſecum afferret, oſtendit: dum alleuatus inter aſsidentiũ manus, ſtantem ait imperatorem mori decere. Perijt anno ætatis undeſeptuageſimo.

D. TITVS VESPASIANVS

AMorem ac delicias humani generis Titum infeſta mortalibus numina intra biennium ſuſtulere. Huius præcipuã clementiã ac liberalitatẽ, uirtuteſq; alias eximias per totum eius principatum magis cõmendauit & uitæ anteactæ licentia, & ſub initia luxuriæ, & auaritiæ ſuſpicio, ut Neronis tyrannidem pleriq; augurarentur. Sed mutatus adepto imperio in melius, declarauit eiuſdẽ eſſe ingenij & peſsima & optima interdũ ferre. Hic Hieroſolyma expgunauit, ſagittãdi peritiſsimus, & litteris impenſe

doctus

doctus. uox eius quandoq; memorabilis audita: recordatus enim ſuper cœnam, quòd nemini eo die officium contuliſſet: Amici, inquit, diem perdidi. Huius imperio Veſuuius conflagrauit: incendium Romæ totum triduum, & lues fuit. Perijt ætatis anno XLI, in ſummo omnium mœrore.

DOMITIANVS

ECquis Titi non doleret interitũ? tali præſertim ſucceſſore, qui per omnia patri, fratriq; diſsimilis, ſæpe etiam uiuentibus aut contumax, aut obtrectator, Neroni ac Caligulæ propior uixit? diſsimulatãq; male ſæuitiam per omnes ordines effudit? Quare nihil illi pater, fraterq;, aut Cattorum Germanorũq; clades, aut bibliothecarũ incenſarum reſtitutio profuit, quin cæde illuſtrium uirorum inuiſus omnibus factus, ſuorũ tandem conſpiratione poſt uitæ annum quintũ ac quadrageſimũ imperij quintum ac decimum confoſſus occubuerit, omniaq; eius acta reſciſſa ſint.

COCCEIVS NERVA

MEliore Reip. fato, quod aurea gibba Domitiano poſt ceruicem in ſomnis enata portendit, Cocceius Nerua ſuſcepit imperium, Parthenio id deferente: clariſsimis ortus haud dubie natalibus, ut Dion autor eſt, & iam ſenex. qui cũ alias leges, tum ne mares caſtrarentur edicto uetuit. ſummæ ciuilitatis & clementię etiam in eos, qui in illum cõiurauerant. Vt optime uero ſemper de omnibus meritus eſſe uideatur, Traiani præſertim adoptione factum eſt, quem abſentem, dum ſenectam ſuam cõtemni uidet, Cæſarem appellauit, Homerico etiam uerſu ad imperium adhortatus:

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσι.

Imperauit anno uno, menſibus quatuor. Vixit annos LXVIII.

VLPIVS TRAIANVS

OPtimus omnium princeps externorũ primus Traianus, adoptione Neruę imperium meruit, domi ſanctus, foris adeò clarus, ut præter Daciam prouinciam factam, uicto etiam eorũ rege Decebalo, Parthos ſuperarit, ſuperatis regẽ dederit, Tranſtigritanas prouincias imperio adiecerit, Armeniã atq; Arabiã peruaſtarit, ut nihil omnino habuerit, in quo culpari merito poſsit. Amicitiarum cultor, ſimplicium ingeniorũ atq; eruditiſsimorũ admirator, iuris humani diuiniq; cõſultiſsimus: ipſe à literis & muſis haud abhorrens. Huius cineres & oſſa in urbem relata, cochlide columna ſuperpoſita cum eius imagine, quæ ſuperſtaret foro à ſe extructo. Quanta fuerit in eo bonitas, acclamationes principibus exhiberi ſolitæ declarent, cum Auguſti felicitatem, bonitatem Traiani his apprecarentur. Vixit annis LXIIII. Imperauit XX.

AELIVS ADRIANVS

HIc Italicæ ſtirpis Aelio Adriano, Traiani conſobrino Adriæ orto genitus, Plotina, ut creditur, fauẽte imperator eſt factus, ingenio ſublimi, uario, literarum omnium peritiſsimus, ſed matheſeos in primis: idem architectus, muſicus, ſtatuarius, multarum deniq; artium magis non expers, quàm callens. Doctorum hominum nunc irriſor, & æmulus, nunc fautor & beneficus. Diſciplinæ militaris ſcientiſsimus. in qua multa etiam correxit, principibus, qui ſecuti poſtea ſunt, ea maxime probantibus. peregrinationis adeo ſtudioſus, ut omnes fermè prouincias pedibus etiam peragrãs obierit. Miſerabili tandem fato cõſumptus eſt, ut in ſeipſum ſæuire potuerit, ſi per domeſticos licuiſſet. Imperauit annos XX. Vixit LXII. Inuiſum eum fecere uiri illuſtres, non pauci ſub eius exitum exilio, aut morte multati.

ANTONINVS PIVS

HVic è tranſalpina Gallia paternum genus Nemauſenſe. Pij cognomẽti cauſę diuerſæ tradũtur. illud mihi maxime probabile, ut à morum probitate, affectuq; in Adrianum, & ſeruatis eis, quos Adrianus interfici iuſſerat, id traxerit. Numæ Pompilio maxime ſimilis. Nam per annos treis ac uiginti nullũ ſub eo bellũ fuit. Amor ac timor gentiũ in eo certarũt, bellũ mouere timẽtib. his aduerſus principẽ, quẽ ut numen aliquod

aliquod uenerarentur: nec illæ gloriæ ita cupidus, ut per aliorum damna, cædesq́ eam appeteret. Nam & à cõiuratis uim omnẽ abſtinuit, & in conſcios quæri uetuit, ne plures inuenti odium augerent. apud Lorios duodecim milibus paſs. ab urbe ſeptuagenarius, cum M. Antoninum philoſophum adoptaſſet, obijt febre.

M. ANTONINVS PHILOSOPHVS

QVàm læta felixq́ ſucceſsio optimis, pijs, philoſophis imperatoribus referendis: utinam qui ſequentur, tales merito dici poſſent. Nam hic ea ingenij bonitate, his uirtutibus excelluit, ut exemplũ deſit: & ea temporũ calamitas affuit, ut ſolus ærumnis publicis obſtiterit. Niſi enim hic præfuiſſet, maieſtas Romani nominis facile tunc concidiſſet, Marcomannis, Quadis, ſeptẽtrione omni hinc ſęuiente, inde Perſis orientem uaſtantibus, lue interim, inũdationibus fluminũ, locuſtarum ui omnia populantibus. ſed uicti primum Veri principis auſpicio Perſæ, Marcomannicũ mox bellum Chriſtianorum etiam ope, qui tunc militabant, ex ſententia per ipſius principis præſentiã confectum. Ad quod gerendũ principalis ſupellex haſtæ ſubiecta, cum pecunia in ſtipendium deeſſet. felicißimus certe princeps, niſi hæredem Commodũ reliquiſſet poſt annum imperij duodeuigeſimum, ætatis quinquageſimumnonum.

COMMODVS

ADoleſcẽs mortuo in Germania patre, imperator omniũ uotis eſt dictus. Et quis filiũ Antonini reieciſſet? ille uero etiam patri non ſatis probatus, ſtatim Caligulæ ac Neronis ſimillimus euaſit: libidine, auaritia, & crudelitate illis anteferẽdus. Nam in ſcena ſæpe aurigę habitu prodijt. Ludis gladiatorijs & Dalmaticatus pręſedit, & in amphitheatro gladiator dimicauit. Athletarum etiam more publice ſe exercuit. Quæ omnia actis inſerenda publicis curauit. Tandem Læto autore, & concubina Martia, poſt tertiumdecimum imperij annum ſtrangulatur.

HELVIVS PERTINAX

SVcceſſerat haud dubie flagitioſißimo principi princeps optimus, ſi non illum militaris auaritia, fatis in peius omnia trahentibus, intra octogeſimumquintũ imperij diem de medio ſuſtuliſſet. Alba Pompeia in Liguribus huic patria, genus humile, ac ſordidum, uirtus atq́ innocentia ſumma: militiæ clarus, & in ea ad ſummas dignitates euectus, unde & pilę dictus eſt ludus. Hic cum ſummam de ſe expectationẽ omnibus daret, Læti inſidijs, qui imperiũ illi aſtruxerat, & militari factione, Iuliano, qui ſucceſsit, non inſcio LXXI ætatis anno perijt.

DIDIVS IVLIVS MEDIOLANENSIS

IMperium quod per ſcelus necis imperatoriæ cõſcius, primus etiã licitatus eſſe dicitur, intra ſeptimũ menſem cum uita ſimul amiſit: neq́ enim militi gratus, ob non integrum donatiuũ datum, & populo etiam inuiſus ob perfidiam in principẽ optimum. Quare inter utriuſq́ odia deſtitutus, Septimij Seueri iuſſu, qui imperatorẽ ſe appellauerat, damnatorũ more necatur. Vocesq́ in illum graues à populo ſæpe iactatæ.

SEPTIMIVS SEVERVS

AFrica illa olim imperij Rom. æmula, hũc genuit imperatorẽ magis neceſſarium, q́ utilem. Vnde etiam iactatũ uulgo, aut nunquã naſci debuiſſe, aut nunquã mori. Nam & imperiũ fortiter adminiſtrauit: & ſublatis in Oriẽte Peſcẽnio Nigro, in Gallijs Clodio Albino, quẽ & Cæſarem dixerat, orientem Parthis, Arabibus, Adiabenis deuictis, Romanæ maieſtati reſtituit. Arcus adhuc Romæ uictoriæ monimentũ titulis magnificẽtißimis uiſitur. Britannos tumultuãtes compeſcuit uallo per XXXII paſſuũ millia à mari ad mare ducto, ubi etiã duodeuigeſimo imperij anno ſeptuagenario maior ex articulari morbo deceſsit. Bellicis artib. clarus: pacis, niſi ſæuitia ac perfidia eas inquinaſſet, non contemnendus. Cæterũ literarum non ignarus, matheſeos peritus: à Latinis non abhorrens, niſi Punicũ quid redderet. Cædibus illuſtrium uirorum adeo infamis, ut Punicas clades in toga cæſorum ciuium Romanorũ ſanguine repẽderit.

ANTONINVS CARACALLA

VEſtis huic, quam talarem è Gallijs aduectam, Romano populo donarat, cognomen addidit. Seuero patri adhuc uiuenti contumax, nec minus in fratrem Getam impius, quem patre mortuo ſtatim occiderit: militi tamen gratus, cum ob ingens donatiuum his datum, tum quòd in caſtris gregarij penè militis uices ageret. Alexandri Magni admirator, quem collo in læuum humerum detorto reddere cuperet. Hic orbe peragrato Alexandrinorũ dicacitatem ultus ingenti eorũ cæde, Perſas dolo magis, quàm uirtute fudit. ſexto demum imperij anno militum dolo Carris, dum uentris oneri leuando intenderet, interficitur XXX. ætatis anno.

OPILIVS MACRINVS

OBſcuriſsimis parentib. ortus Mauruſij generis, malis artibus ac pudẽdis ad præfecturã euectus, à iuris tamẽ ſcientia nõ alienus, ſed uenali fide, ac uita ſemper ſordida, poſt interfectũ Antoninũ imperiũ cum Diadumeno filio formoſiſsimo Macrinus inuaſit: quod cũ per annũ & menſes duos obtinuiſſet, uictus ab Heliogabalo cum filio, quinquagenario maior fugiẽs obtruncatᷓ. Data eſt dictio cõſulenti ſuper imperio (talis

ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.
σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει

VARIVS HELIOGABALVS

ASſyrium (quis credat?) principem neſcio, maiorine fortunæ ludibrio, an Romanæ maieſtatis ſuggillatione orbis hunc per duos & amplius annos tulit, & eum inceſtum, ſiquidẽ uerum erat Caracallæ filiũ ex Scenide cõſobrina natum. Qui ex oriente Romã profectus, interfecto (ut dixi) Macrino, tralato etiã inde Heliogabali nomine ad urbem, in ſumma omniũ expectatione uenit: ſed illi mox omnia in ludibrium aut odium cõuerſa ſunt. Nullus enim principũ ad hãc diem maiore libidinis flagrauit infamia, uti ſe in muliebrẽ ſexum execari curarit. Nullus maiore luxu opes prodegit imperij: nullus deniq; cõtaminatius aut impurius uixit, omniũ religionũ contemptor, præter patrij numinis Heliogabali. Hunc tamen in cloacam proiectum, mox in Tiberim cum matre Scenide tractum per milites populus Ro. ita ultus eſt, uti nomen eius ex publicis monimentis eraderet. Vixit annis ſedecim.

ALEXANDER SEVERVS

MEliore orbis fato ex Mammea cõſobrinus Heliogabalo Alexander iampridem ab impura illa belua adoptatus, in imperiũ ſucceſsit, optimis principibus ęquandus innocentia, in uiros bonos beneuolentia, & (quæ præcipua dos principum) ſingulari in omnes clementia, ut ἀναίμακτον eius dicatur imperium. Hic expeditione perſica ex animi ſententia confecta, dum ad ſeptentrionẽ uertit arma, Germanis tumultuantibus factione militari tertiodecimo imperij, uitæ anno undetrigeſimo, Maximini perfidia cum matre in tentorio necatur. Primus poſt Adrianum principẽ, qui ueræ pietatis lumen acceperit. Nam Chriſtũ in larario ſuo ſemper habuit. Quin illa ex ſacris literis ſententia frequens ei in ore eſſe: Quod tibi nolis, id in alterum facere caueas. Locum etiam Chriſtianis adiudicauit, quibus popinarij litem intendebant, reſcribens deum multo melius quoquo modo coli, quàm popinarijs aſsignari.

DE PARTHORVM ET PERSARVM IMPERIO

NOn alienum ab inſtituta ſerie fuerit, quando poſthac Perſarum arma in oriẽte, poſt Parthica toties erunt referenda, ſi breui imperium utriuſq; populi, tum ad noſtram ætatem in eo terrarum tractu regnorum ſeriem perſtringã. Primus igitur Parthis Arſaces libertatem aſſeruit ad eã diem cum cæteris oriẽtis populis, regibus Macedonum obtemperantibus, à quo ad Artabanũ regem perpetua Arſacidarum gloria per quadringentos & amplius annos floruit, diſsidentibus inter ſe Syriæ regibus. Parthis uero per hæc tempora uaria admodum fortuna cum Romanis contendentibus,

Artaxerxes Perſa, uir obſcuris admodum parẽtibus ortus, genti ſui ueterem imperij gloriam reſtituit. Triplicíq; prçlio Artabano cum tota Arſacidarũ familia cæſo, Perſas orienti iterum impoſuit. Quorũ imperiũ ad Choſroen uſq; regem, & Heracliũ imperatorẽ per CCCC. annos manſit, grauibus prælijs, alternante fortuna, cũ Romanis interim geſtis. Qua tempeſtate Saraceni ex Arabia profecti, Maomethe duce, noui delirij autore, Perſas primũ, mox Romanos uarijs & ingentibus cladibus afflixere: floruitq; Saracenicum nomen, Perſico ſublato, adeo ut non contenti Aſiæ imperio, maximam Europę partem ſibi ſubiecerint: ipſam etiã terram Italiam (quod horreat meminiſſe animus) mari terraq; fœde per ducentos & amplius annos populati. Mox præualentibus Turcarum rebus, diuiſum in oriente imperium eſt, Saracenis Aegyptum & Aſiam ad orientem ſibi uindicantibus, Turcis propiores Europæ prouincias per noſtrorum principum ſegnitiem occupantibus: repreſſaq; interim gentis in Chriſtianum nomen infeſtiſsima rabies Gallorum armis, Europæ principũ cõmuni expeditione, autoribus tamen Francis in eos ſumpta, & Hieroſolyma nobis reſtituta. Cæterum noſtrorum diſcordia rebus in Aſia labentibus, & modo Tartaris, modo Saracenis de imperio contendentibus, Aſiæ pars, quę à Tauro ad Euphraten protenditur, ſeruorum imperio, reliqua ad Helleſpontũ Turcis ceſsit. Interim centeſimũ ab hinc & amplius annum, Tamberlanes inter Scythas humili loco natus ex gregario milite ordinis primo, mox exercituũ ductor, Parthis imperium aſtruens, uictis omnibus finitimis gentibus, Syriam cũ tota Aegypto populatus eſt. Inde in minori Aſia Paizeti Turcarum principi congreſſus, eum captum cum tota gente ad internecionem cæſa, in uinculis habuit, uictorq; domum reuerſus, urbe etiã Marchanti populoſiſsima à ſe condita, & uictarum gentium ſpolijs ornata, imperium moriens duobus filijs reliquit. Quorum diſsidio res tanta indole parta, retro facile abijt. Stetit tamen regnũ trans Euphratem filijs incolume ad Vſuncaſſanum uſq;: qui cum Maomethe etiam conflixit. Variatũ demum in his terris re Aegyptiaca interim florẽte, donec auditũ eſt ætate noſtra Pſophis nomẽ unius ex Vſuncaſſani hęredibus (uti credi uolũt) fortuna ſeruati: qui magno hominum fauore ad imperiũ aſcitus, ueluti hæreditarium odium cum Turcis exerceat.

IVLIVS MAXIMINVS

Redit nunc ſtylus ad inſtitutam ſeriem. Nam Alexandro interfecto, ſucceſsit Maximinus cum filio eiuſdem nominis, Thrax gente & ſæuitia inſignis: aduerſus quem cum ſenatus Pupienum & Balbinum imperatores declaraſſet, immanitatẽ hominis ac barbariem pertæſus, ille ſtatim in Italiam cum Germanico, ac Pannonico exercitu deſcendit: Aquileiaq; incaſſum obſeſſa, à militibus fame laborantibus cum filio necatur. Memorabilis militum uox fuit, cum utrunq; interficerent, ex peſsimo genere ne catulum quidem habendum. Imperarunt ambo annos treis. pater ſexagenario maior, filius uigeſimum annum agens obijt.

BALBINVS ET PVPIENVS

Imperatores hi primum ex S.C. duo aduerſus Maximinũ creati. Balbinus nobilitate generis præſtans: Pupienus qui & Maximus, militari diſciplina clarus, à quo & Maximini uicti. Cæterũ cum parum inter ſe concordi animo remp. regerent, à militibus uterq; interficitur, Gordiano puero ſummæ rerum impoſito.

GORDIANVS

Optimum ac nobiliſsimũ principem terris dij dederant, ſi diu rebus illum præeſſe uoluiſſent. Nobilitatem eius auus, paterq; imperatores, & Scipionũ ſtẽma genti inſertum, bonitatem Ro. populi ac militum & orbis totius in adoleſcentem amor atteſtatur. Sed cũ bellum ingens aduerſus inſoleſcẽtes Perſas conflaſſet, iamq; Miſithei ſoceri diligentia feliciter confeciſſet, Philippi pręfecti dolo, qui ſocer primo, mox princeps, interficitũr. haud tamen inulta mors optimi principis fuit: omnes qui in illum coniurauerant, crudelibus ſupplicijs affecti, & Philippi non diu imperium tenuere. Vixit annos XXII. imperauit ſex.

PHILIPPI

DVobus principibus audita Gordiani morte à ſenatu creatis, Marco primũ, mox eo breui abſumpto, Seuero Hoſtiliano, qui & ipſe nõ diu ſuperuixit, Philippus imperium occupat: nec ei gentis humilitas obſtare potuit, quo minus imperaret. Nam per omnes militiæ gradus ob uirtutẽ euectus, tandem præfectus à Gordiano in Miſithei locum factus, optimo adoleſcenti inſidias cõparauit: eoq́ per dolum cæſo, imperator ab exercitu dictus Romam cum ueniſſet, filium Philippum imperij participem declarauit. Ipſe poſt quintum imperij annum Veronæ medio capite ſupra ordines dentium præciſo, filius duodenarius Romę necatur: quem adeo triſtis ingenij ferunt, ut nunquam riſerit, & ſemel ridentẽ patrem auerſatus ſit. Sub his ſeculares ludi magnificentiſsimi milleſimo ab V. C. anno dati. ſunt qui à Chriſtiana pietate non abhorruiſſe Philippum tradant, quorum teſtimonio hominis perfidia fidem abroget.

DECIVS

INuitum ac penè reluctantem Philippi ſocordia hunc imperio præfecit, haud dubie tamen nobiliſsimis parentibus Bubaliæ inferioris Pannoniæ urbe natũ. Nam Philippus nunciata Marini ducis, & Mœſici exercitus rebellione, cũ Deciũ ad cõprimendos eos motus mitteret, recuſauit primo Decius: mox etiã admonuit, non eſſe ex Philippi re ut ipſe eò cõtenderet. Cæterũ fatis rem ita trahẽtibus, ut primũ prouinciã attigit imperator omniũ cõſenſu dicit̃, & interfectis (ut dixi) Philippis, cũ aduerſus Gothos cũ filio audacius, q̃ cõſultius pugnaret, cæſus cũ toto exercitu ab his eſt, corpusq́ paludis uoragine abſorptũ, nuſq̃ inuentũ. Hic cariſsimus ſenatui fuit: & qui à nobis etiam inter optimos principes annumerari poſſet, ſi iniuriam à Chriſtiana pietate abſtinuiſſet: in quã plus nimio Philippi etiã odio ſæuijt, Fabiano ac Cornelio pontificibus Romanis martyrio affectis. Vixit tamen annos L. Imperauerunt uterq́ biennium.

GALLVS PATER ET VOLVSIANVS FILIVS

HI poſt Decium imperium adepti, infeliciſsime illud per annos duos, & menſes octo rexere. Nam cum Scythis tributo annuo drachmarum centũ tranſegere, primi qui Romani maieſtatem imperij tam fœda pactione ſuggillarint: & Armeniam amiſere, expulſo à Parthis Tyridate eorum rege. Tam ſęua deinde lues orbem inuaſit, quæ ex Aethiopia ortum habuit, ut per annos quindecim terras penè omnes exhauſerit. Tandem Aemiliano imperatore facto, uicti prælio, à milite occiduntur: pater ætatis anno quadrageſimoſeptimo.

AEMILIANVS

TRimeſtrem & hunc imperatorẽ Mauritania nobis dedit, uirum (quod fatendum eſt) militiæ peritum, ſed ignobilem: qui uictis ad internecionẽ penè Gotthis, aſtu etiam adhibito, cum omẽm prædam militi promiſiſſet, imperator ab exercitu dicitur. Mox Valeriano ab Alpino exercitu imperatore nobiliſsimo, ac cenſorio uiro creato, qui Aemiliano fauerant, ne ciuili bello remp. conflictarent, Aemilianum necant, ſoloq́ ducis capite res peracta eſt anno ætatis eius XL.

LICINIVS VALERIANVS

NVllum principem maiore unq̃ fauore orbis accepit: nullus eo calamitoſior ad hanc diem imperio pręfuit, uel quòd à Sapore Perſarum rege uictus acie, ſiue dolo ſuorum, ſiue eius imprudẽtia id acciderit, nam utrunq́ traditur, miſerabili captiuitate apud eos conſenuit: uel quòd Gallienum filium poſt ſe reliquit, qui Caligulæ ac Vitellijs ſimillimus orbem terrarũ penè perdidit: externis hoſtibus adeo nobis inſultantibus, ut fœminæ imperium in Gallieni contemptum occuparint. Triginta certe tyranni neſcio remp. magis afflixerint, an aduerſus hoſtes noſtros neceſſarij tutati ſint, qui per ea tempora in pronum rem imperij labentem per Gallieni luxum ſuſtinerent. Vixit Valerianus ſeptuagenario maior. imperauit annos quindecim. Vir ante imperium ſummis honoribus functus, & in his cum ſumma laude, ac uirtutis opinione uerſatus.

GALLIENVS

AD Valeriani calamitatẽ acceſsit Gallieni filij imperium: qui nequiſsimus omnium mortaliũ adeo per luxũ ac ſocordiã imperiũ afflixit, ut per totum terrarũ orbem grauiſsima externa bella ſenſerimus: neq; enim minus à trigiñta tyrannis uexatæ fuere res. Is Gallienus cum aduerſus Aureolum comparato exercitu Mediolanum uſq; contendiſſet, Aureoli commento iam penè uicti, certe intra Mediolanũ obſeſsi interficitur quinquagenarius. Imperauit annis XV. cum patre ſeptẽ, ſolus octo. Affuit huic principi (quod mireris) animi quandoq; uigor, & ad ſe ulciſcendũ audacia, nec minus in eo liberalitatis effulſit, cum nihil unq; petenti denegaret.

CLAVDIVS

OStenderunt & hunc terris numina uerius, q; conceſſere. Quippe cuius principatu reſtitui ad integrum res potuerit, niſi intra biẽnium fato occubuiſſet. Is enim Gotthorum arma late uagantia primus cõpeſcuit. naualibusq; ac terreſtribus bellis eorum opes attriuit, ut per oẽs prouincias nulla niſi Gotthica mãcipia eſſent. Alemanorũ ad Benacum lacũ infinita millia profligauit. Illud memorabile, quòd Græciæ uaſtitate, quã Gotthorũ arma intulerant, Athenis captis, cũ librorũ ingentẽ uim coaceruaſſent, de his cõburendis barbari iam conſilium ceperant. tum unus ex his. Abſtineamus, inquit, hãc iniuriam ab his codicibus, quibus Graij homines dum ſtudioſius incumbunt, minus ad bella idonei fiunt. Illud etiam in Claudio memorabile, quòd accepto imperio, cum in ſenatu uariarent ſententiæ, utri prius bello occurreret, tyrannorũ an Gotthorum, Gotthos cenſuit prius aggrediendos, quod hi Reipub. hoſtes tyranni principis eſſent. Præfuit biennio non integro.

QVINTILLVS

HIc cum dies ſeptem ac decem imperium autore ſenatu tenuiſſet, Aureliani imperatoris nuntio exterritus, ſanguine è uenis emiſſo obijt.

AVRELIANVS

HVnc inter principes neceſſarios magis q; bonos multi reponũt. Nam quantum illi gloriæ triumphi hoſtiles, & militaris peritia uendicat, tantũ ſæuitia domi etiam in ſororis filium exercita laudis detrahit: Princeps tamẽ dignus, qui Claudij etiam prærogatiua remp. ea tẽporum calamitate ſuſciperet. Barbaros enim in terra Italia uagantes, triplici prælio afflixit. Monetariorũ bellum non ſine ingenti cæde ſedauit. Zenobiam inſoleſcẽtem duplici prælio uictam, & per obſidionis moras tandem fractam in triumphum duxit. Aureolum & tyrannorũ non paucos aut interfecit, aut ſibi conciliauit, Tetrico uno ex his etiam Lucaniæ correctore inſtituto. Imperauit annis V. Domeſticorum fraude inter Byzantium & Heracleam oppreſſus.

TACITVS

INterregnum per ſeptem menſes Aureliano interfecto fuit: cum miles ad ſenatum, ſenatus ad militẽ prærogatiuã imperatoris deferret eligẽdi: tandẽ patres militari cõſenſu uicti, Tacitum Auguſtũ dixere: ex quo tantum publice gaudiũ fuit, uti literas ſenatus ad municipia Italiæ ſuper ea re dederit. Quàm uero ampliſsimi ordinis iudicium à militari tumultu diſtet, Taciti declaratio oſtendit, cum in curia teſtati ſunt neminem aut iuſtius, q; grauem uirum, aut prudentius q; doctũ imperare poſſe. Verum hic tantus uir ſexto quàm imperare cœperat menſe, militari ſcelere perijt.

FLORIANVS

HIc Taciti frater, quaſi hæreditarium imperium eſſet, intra ſexageſimum imperij diem, tanquam ad fortunæ ludibrium ſolutis ſibi uenis, ad Probi imperantis nuntium obijt.

Probus

PROBVS

NOn feſellit omen nominis, cum hoc illi cognomen eſſe potuerit, ut ſi non illi fuiſſet Probi nomen, cognomẽto hoc appellari potuerit. huic nec Taciti frater obſtitit, quo minus orbis totius cõſenſu imperator diceretur, nec generis humilitas, cum patrem Dalmatici ſanguinis, & eum agreſtem habuerit. Vir pacis belliq; artibus longe clariſsimus. huic per ſex annos, quibus imperauit, uicti Sarmatæ debentur. Tyranni per hũc omẽs ſublati, pax uniuerſo terrarũ orbi reſtituta. celebris uox eius excepta inuidiã peperit apud milites: neq; enim neceſſarios amplius dicebat fore milites, ubi hoſtes deeſſent, quos nuſquam uirtute ſua futuros mox ſibi promittebat.

CARVS

NArbo Martius hunc genuit imperatorẽ bonũ, ſed ad poſteros etiam cõmendatiorem multo futurũ, niſi Carinũ flagitioſiſsimũ principẽ reliquiſſet. Hic bello Perſico capta Seleucia & Cteſiphõte, dũ ad Tigrim fluuiũ caſtrametaẽ, fulmine ictus periјt: Numeriano filio ab Apro ſocero mox interfecto, adoleſcente tum probitatis, tum eruditionis egregiæ, maxime aũt ad poeticen nato, & Carino Romæ per Diocletianum principem cæſo. hi tres uix triennium explerunt.

DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG.

SVbeat forſitan admiratio multos hac noſtra principum relatione, quòd pauciſsimos Quiritiј ſanguinis, omnes ferè externos, & pudendæ quoſdam etiã originis, non tamen pœnitendos recenſeam. Sic hactenus Decium Pannoniæ, Aurelianũ Daciæ, Claudiũ Dardani, Probum Dalmatæ, Carum etiam Galliæ ſibi uendicant. Quid quòd eadem Dalmatia alterum etiã nobis imputet, omnibus æquandũ principibus, ſi à piorũ ſanguine abſtinuiſſet, Diocletianum? Is enim Salonis ortus, libertini etiã ſanguinis, cum molem imperiј grauiorem animaduerteret, ꝙ ut unus eſſe uniuerſæ par poſſet, Maximianũ Auguſtum creat: amboq; duo ſibi Cæſares, Galerium Armentarium cognomine, & Conſtantiũ Conſtantini Magni patrẽ dicunt. Diocletianus igitur quando per partes rem tutius confici poſſe ratus eſt, Maximianũ Galliјs præfecit: eoq; confecto bello, in Africam aduerſus quinquagenarios tranſire iubet. utrobiq; ſedati tumultus. Africanus certe aliquãto difficilius, quòd quinquagenariј, & ſupra eum annorum numerũ ueteranus miles ad obſequium tam facile redigi non poterat. Interim Aegyptum Diocletianus inuadit, Achilleũ incubatorẽ imperiј Alexandriæ per menſes aliquot obſeſſum, & in poteſtatẽ redactum feris lacerandum obiјcit: potentiſsimus quiſq; cædibus, ac proſcriptione petiti. Interim aduerſus Narſeum Perſarũ regem Galerius infeliciter primo, mox reparatis copiјs, ira etiam animos illi faciente, quòd ad Diocletiani carpentũ poſt cladẽ acceptam per mille paſſus pedes currere coactus eſt, egregie uicit Narſeo fugato, & cæſis magna ex parte Perſis, pellicibusq; cũ gaza omni regia captis. Hæc uictoria Galeriј uirtute & audacia parta, qui exploratis prius hoſtium caſtris, noctu cum XX. milibus equitũ Perſas aggreſſus, dedecus acceptũ hoſti rependit. Diuerſa etiã parte Cõſtantius ab Alemannis improuiſo inſultu primũ uictus, & eodem die mox uictor LX. eorũ milia cecidit: ea clade Germaniæ attritæ, Galliæ liberatæ. ſicq; pacato orbe poſt annorũ imperium XX. Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani imperiũ eodem die depoſuere. Rem miram, & ad hanc ætatem incognitam, ut ſponte nec prægrauante ſaltem ſenecta, uel rerum mole, uterq; in ordinem ſe redegerit. Diocletianus certe cõſtantius in propoſito manſit. Nam per decem annos quot priuatus Salonis ſuperfuit, hortorũ amœnitati uacans, iterum ad imperium ſolicitatus, à priuata uita abduci non potuit, teſtatus nullos ſibi unquam ſoles lætiores affulſiſſe. Obiјt aũt duodeoctoginta natus annos, uel alienatione mentis, uel ueneno hauſto, ueritus Licinium ac Cõſtantinũ, qui illum tanquã Maxentiј fautorem grauiter increpuerant. Sed & Maximianus dum Conſtantio genero inſidias parat imperium affectans, Maſsiliæ captus Conſtantiј iuſſu necatur.

CONSTANTIVS CHLORVS ET GALERIVS MAXIMINVS AVGG.

SVcceſſere Diocletiano Iouio, & Maximiano Herculio cognominibus, duo ab his antea dicti Cęſares, Cōſtantius uidelicet Chlorus, quaſi uirentē à colore dicas, & Galerius Maximinus. Sunt qui ex ueteribus monimētis, Maximianū magis probent: ſed quocunq; cognomine hic fuerit, diuerſo, quod conſtat, ingenio uixere. Conſtantius benignus, ac facilis atq; ad promerendā Gallorum gratiā, quibus præerat, propenſior, nec à uera pietate abhorrēs: Galerius trux, ac propè immanis: ut qui rus, unde uenerat, oleret, noſtriq; ſanguinis appetentiſsimus. Sed cum undecim annos Cōſtantius Gallias, & Hiſpanias in ſummo otio tenuiſſet (nam Africam Italiamq; ſub imperij initia ſponte dimiſerat, ratus id grauioris eſſe oneris, q̃ ut ab uno ſuſtineri poſſet) Eboraci deceſsit, moderatiq; principis fama, & Conſtantino filio ſucceſſore felix.

Galerius imperium adeptus, molem & ipſe ſecum rei reputans, duos ſibi aſciſcit Cæſares, Seuerum & Maximianum iuniorē: illum Italiæ, hunc Africæ & orienti præfecit, ipſe Illyricum ſibi medius adſciſcit. Verum nō multo poſt genitalibus putreſcentibus, uitę tædio uim ſibi gladio intulit.

SEVERVS ET MAXIMIANVS IMPP.

SEuerum haud multo pòſt Maxentij factio Romæ intra tabernas opprimit, & Maxentium Herculij tyrannici uirum ſpiritus ſibi præficit: aduerſus quem dum Maximianus feſtinat, militum ſuorum defectionem ueritus, retro in Illyricum contendit: ubi ulcere inguinibus innato, cum deeſſent remedia, nec medici ob hominis immanſitatem opem ferre auderēt, uermibus undiq; erumpentibus obijt, Chriſtiani ſanguinis uſq; ad inſaniam pridem effuſi incaſſum pœnitēs. Vir belli paciſq; artibus inſignis, niſi crudelitate nimia in nos tantas uirtutes fœdaſſet. Solus annos duos, cum Cæſaribus & Licinio imperij conſorte ſedecim præfuit.

LICINIVS ET CONSTANTINVS

LIcinio Dacia natale ſolum fuit. Militaris diſciplinæ ad ueterem normā ſeueriſſimus exactor. Ruſticis & agrarijs hominib. (ex eo em̄ genere fluxerat) æquus, auaritiæ & Veneris ſtudio infamis, moribus planè barbaris: & literis adeo infeſtus, ut uirus ac peſtem publicā eas appellaret. ſed cur eas non odiſſet, quarum adeo expers erat ut ne decretis quidem ſubſcribere poſſet? Illud in eo nō reprehēdas, quòd ſpadonum aulicorumq; inſolentiā mire cōpeſcuit, tineas, ſoriceſq; palatinos appellās. Hunc Conſtantinus nouas res molientem, primum in Pannoniæ campis fudit: mox reparantem uires incredibili celeritate ex Europa in Aſiam expulit: maleq; recōciliata iterum gratia per Conſtantini ſororem Conſtantiam, quæ illi uxor erat, cum rebelles animos homo uecors retineret, etiam contra ſacramenti fidem Theſſalonicæ interfici iuſſus eſt. Imperauit annis quatuordecim, ſexagenario maior, Chriſtianis infeſtiſsimus. Vnde illi diſcordiarum ſemina aduerſus Conſtantinum acriora.

M. FLAVIVS CONSTANTINVS CONSTANTII AVG.

FElicioribus auſpicijs, ac meliore partium noſtrarū euentu rerum tandem Conſtantinus potitur, ex Helena Cōſtantij uxore ſuſceptus, & cæteris fratribus ob egregiam indolem, cum illi ſegnitiem præ ſe ferrent, patris etiam teſtamento prælatus. Hic ſub Galerio rudimēta militiæ feliciſsime auſpicatus, parta ex Sarmatis egregia uictoria, uerituſq; ex ea laude gliſcentē inuidiam ad patrē tranſfugit: eoq; mortuo Gallias Hiſpaniaſq;, & Cottias alpes obtinuit, Cōſtantio patre id multo ante ſomnio præſagiente, egregium imperatorem fore, qui dei militibus opem primus ferret. Iam primum igitur ueteranis militibus agros aſsignatos, ut ad filios ſuos trāſirent, primus inſtituit. Tertio imperij anno accerſitus in Italiam ab ijs, qui Maxentij tyrannidē ferre nō poterant, biennio totam Italiam urbemq; Romam priſtinæ maieſtati aſſeruit, Maxentio Tiberinis gurgitibus abſorpto. Inde abnegato idolorum cultu, Chriſtianā puritatem ita

amplexus eſt, ut præter egregia dona diuorum noſtrorum templis illata, Chriſtum ab omnibus colendum præceperit, templaq́ illi, & alijs numinibus erexerit. nec alia magis cauſa acrius in Licinium exarſit, quàm quòd ille aduerſaretur nobis. Bella contra Barbaros multa felicißime confecit, unde primus Romanorũ principũ Magni cognomentũ tulit. A bellis ad pacis ſtudia cõuerſus, optimum principem primis annis egit. Leges ſanctißimas tulit, literis & ipſe impenſe ſemper ſtuduit, & eas fouit. Religionis adeo obſeruans, ut Nicenam ſynodum CCC & XXII. patrũ multis diſsidentibus indixerit. Byzantium inſtaurauit, imperatoriãq́ urbem & nouam Romam appellari uoluit. moriens & Cõſtantinopoli ſepultus, treis liberos, & Dalmatium fratris filium ſucceſſores reliquit XXX. & amplius annos imperans, tredecim uero ex his ſolus. De eo ſic memoriæ proditum, decem primos annos ut præſtantißimus diceretur. XII. ſequentibus latro, decẽ nouißimis pupillus ob immodicas largitiones. De eius baptiſmate uti uariant autores, ſic conſtanti fide, quæ de imperij donatione circũferuntur, uti minus ſimilia ueri non probant. Sed alij hoc uiderint.

CONSTANTINVS CONSTANS, ET CONSTANTIVS CONSTANTINI FILII AVG.

HI tres imperium quod per manus à patre acceperunt, ita partiti ſunt, ut Conſtantinus maximus natu Gallias, & Hiſpanias, Britanniãq́ inſulam obtineret, Conſtanti Italia cum Illyrico & Græcia cederet, Byzantium & oriens Conſtantij eſſet, qui Dalmatiũ ſocium imperij haberet: quem haud multo pòſt dolo exceptum militari factione oppreſsit, cum annos treis imperaſſet. Nec durauit diu fratrum concordia, ſiquidem in nefarium bellum rapti fratres: nam Cõſtantinus Gallico exercitu fretus, Conſtanti fratri bellum intulit: quod dum cupidius quàm cautius gerit, ad Aquileiam exceptus inſidijs nondum triennio finito, uulneribus confectus perijt. Inde Conſtans uictor, cum non ſine labore prouincias tranſalpinas in poteſtatem redegiſſet, egit primum optimum principem, mox aduerſa ualetudine, ſiue rerũ felicitate mutatus, ingratus omnibus eſſe cœpit, donec & ipſe Magnentij dolo dormiens intra tentoriũ, ad Helenam oppidũ oppreſſus eſt, cũ imperaſſet annos XIII. uixiſſet paulo plus XXX.

Conſtantius cædem fratris ulturus, ingenti exercitu aduerſus Magnentium comparato, ingenti illum prælio & memorabili ad Murtium fudit, quo Romani uires imperij penè concidere LIII. millibus utrinq́ deſideratis. Mox cum Magnentius bellum reparaſſet, & ad Lugdunum iterũ uictus eſſet, gladio ſibi latus aperuit. ſed & Decentius frater, qui Cæſar ab eo dictus fuerat, laquei morte præpoſtera uitã finijt. Nam Britannioni antea Conſtantius ueniam petenti facile dederat. Is Britannion adeo expers literarum eſt habitus, ut ne prima quidem elementa calleret. Cæterũ Conſtantius Gallum à ſe antea dictum Cæſarem ferocientem, & inſoleſcentem ſupra Cæſaris nomen interfecit, & contra Perſas infeliciter cõflixit militum ſuorum ſtultitia. Quibus ad ſua abeuntibus, quæ Maſſagetæ uaſtabant, dum Romam inuiſit, Iulianum Galli fratrem treis & uiginti annos ætatis agentem, Cæſarem à ſe factũ, in Gallias aduerſus Alemannos eas uaſtantes miſit. ipſe in Perſas iterum contendens, dum ægre ferret Iulianum à militibus Auguſtum eſſe dictum, apud Mopſucrenen iuxta Tauri montis radices æſtuantißima febre deceſsit. Vixit annis XL. Imperauit XXIIII.

IVLIANVS

COnſtantio extincto, Iuliano facile cuncta ceſſere. Puer hic ingenio ſublimi, callido, & literarũ ardentißimo, Gallias ſub primum acceſſum præter omniũ ſpem, Alemannorum incurſu uaſtatas aſſeruit, regemq́ eorum cepit: inde Auguſtus à militibus ſalutatus Parrhiſiis, mortuo (ut dixi) Conſtantio, aduerſus quẽ bellum ciuile parabat, Perſis adepto imperio bellũ indixit. ubi dũ inconſultius agit, Perſę uiri dolo in deſerta cum exercitu ductus, conto traiectus perijt. Sunt qui ſagitta è cœlo miſſa uulneratum dicant. Vnde in nefariam uocem erumpens, uiciſti Galilæe (ſic enim Chriſtũ appellabat) occubuerit. Chriſtianos impio quodam odio adeo inſectatus, ut ſtudia, & mi litiã hiſce interdixerit, pleroſq́ prǽmijs & illecebris, quaſi machinis à uera pietate auerterit. Quinetiã imperator (ita deo uiſum) aduerſus nos libros edidit. Ille uero ſi ingeniũ

indolemq́ egregiam ad ueram pietatem, quam puer imbiberat, conuertiſſet, inter egregios principes annumerari potuit. deceſsit annos agens alterum & trigeſimũ. Solus annum unum, menſes treis imperauit.

IOVIANVS

HVic Varronianus pater, Pannonia patria, ſtaturæ proceræ, ingenij amœni, nec à literis abhorrentis: qui à militibus primo imperator ſalutatus, deceptis ſimilitudine nominis, quaſi Iulianus reuixiſſet, cũ Perſis pacem magis neceſſariam, quàm honeſtam, Tranſtigritanis prouincijs quinq; amiſsis inijt. Acceſsit nouæ ignominiæ dedecus grauius: uetitus imperator Rom. Arſaci ſocio opem ferre. Perijt octauo imperij menſe Dadaſtanis oppido, dum cubiculum ingreditur noui tectorij, prunis etiam ardentibus, ſiue ut alij, ſtomachi cruditate XXXIII. ætatis anno.

VALENTINIANVS ET VALENS AVGG.

DEdit & hos Pannonia principes Gratiano patre ortos. primum Valentinianus ab exercitu Niceæ, inde Valens ab eo Auguſtus, imperijq́ conſors dictus, qui Procopium temere imperium inuadentem Conſtantinopoli oppreſſere. Inde Gotthi & barbaræ nationes à Valentiniano Thracia exturbatæ, Septentrioq́ omnis cum Saxonibus ad officium eiuſdem opera redacti. Parthi è Syria per legatos eiecti. Inquieta Germania Theodoſii maioris auſpicijs pacata. Ipſe dum Quadorũ legationem latrocinia excuſantẽ audit, ſubito morbo uenis areſactis, ut ſanguis mitti nunquã potuerit, obijt Gratiano filio prius Aug. appellatione donato, imperij accepti anno XI. menſe VIII. die XX. uitæ LV. Valens poſt fratris interitũ, Arrianæ factionis fautor, dũ aduerſus Scythas & Gotthos prælium ferocius, q̃ cautius ciet, uictus ab his acie, uitã imperiumq́ amiſit, igne intra tuguriũ in quod cõfugerat, iniecto. Digni imperio fratres, & inter bonos referendi, niſi Valens Arriano delirio uirtutes egregias inquinaſſet.

GRATIANVS ET VALENTINIANVS

HAud ſanè improbandum principem numina terris dederant, ſi quantum literis & militari diſciplinæ uacabat ac uenationibus, tantũ curæ ad remp. cognoſcendam impendiſſet. Nam pietate in ſuos egregius, Valentinianum adhuc puerum Aug. dixit, patre patruoq́ extinctis. Mox Theodoſium Hiſpanũ conſortem imperij aſciuit. Verum dum ſpicula tantũ & arcus meditatur, dum Alanum militẽ Romano præfert, Maximi ducis inſidijs circumuẽtus perijt, cum imperaſſet cum patre annos octo, cum patruo treis, cũ Theodoſio quatuor. Valentinianus à Maximo emiſſus, Theodoſiiq́ ductu poſtea reſtitutus in imperium, Maximo tyrãno interfecto, mox Eugenij & ipſe poſt Maximum tyranni dolis uictus, laqueo ſeipſum necauit.

THEODOSIVS

HIc Honorio patre, & matre Thermantia, haud dubie inter optimos principes annumeretur, quippe qui rẽp. Gothicis armis penè oppreſſam accitus ex Hiſpania (quę illi patria) à Gratiano reſtituerit, Maximũ tyrannum & Andragatiũ præfectum eius ſubito incurſu uictos occiderit, Valentiniano imperium aſſeruerit. Mox Eugenium tyrannum in Valentiniani ultionem ſuſtulerit, non ſine numinis manifeſto indicio. cum multo minoribus enim copijs illi congreſſus militante illi æthere, & coniuratis in eius auxilium uentis, ut poeta eleganter cecinit, uictoriam inſignem adeptus eſt. Fuit autem hic princeps moribus & corpore Traiano principi ſimilis. ſumma in eo clemẽtia, incredibilis in ſuos pietas, rei militaris diſciplina: ſagax, nec à literis alienus, ſimplicium ingeniorũ admirator, pietatis noſtræ adeo obſeruator, ut ſumma ciuilitate ab Ambroſio antiſtite caſtigatum ſe, adytisq́ prohibitum tulerit. Obijt Mediolani ætatis anno quinquageſimo, imperij undecimo.

ARCADIVS ET HONORIVS

HOſce pueros Theodoſius uiuens, imperij conſortes fecerat, & moriens, quando ætas rerũ moli non reſpõderet, treis imperij tutores teſtamẽto ſanxerat, Arcadio

Rufinum

Rufinum, Honorio Stiliconem commẽdans. Africæ uero Gildonem præeſſe uoluit. Prior Rufinus dum Gotthica ſolicitat arma, ut imperium metu ab Arcadio extorqueret, perfidiæ pœnas dedit, pariꝗ pœna Caianus Rufini ſceleris popularis afficitur. inde mox Arcadius, cum Byzãtij regnaſſet annos ferè tredecim, obijt, Theodoſio filio relicto. Maior rerum moles Honorium Romę agentẽ excepit: qui rebellantem Gildonem cum Maſcezelis fratris ductu ſuperaſſet, eundẽ quoꝗ Maſcezelem rebellem expertus, Bonifacij ductu uicit. At Stiliconis perfidia eo pernicioſior, quo occultior fuit. Nam magno noſtro dedecore cum Gotthi Italiam uaſtaſſent, urbemꝗ Romam cepiſſent, aſtu Stiliconis rem adiuuante, tandem re ab Honorio cognita, Stilico cũ filio ſublatus eſt, qui genere Vuandalus, & militaris diſciplinæ ſcientiſsimus, Honorij etiam ſocer, ſi quam operam in perdendo ad Feſulas Radagaſo cum ducentis Gotthorũ millibus præſtiterat, in aſſerendo imperio præſtitiſſet: nec Romam Alaricus Gotthorũ rex unquam cepiſſet, nec orbem totum cladibus aſsiduis inuoluiſſet. Deceſsit autem Romæ cum annos duos & triginta imperaſſet.

ROMAE CAPTIVITAS

NOn potui non uehementer mirari tantam uel temporũ iniuriam, uel ſcriptorum inertiam, tum ueterum, tum recentium fuiſſe, ut cum Romam orbis reginam captam ab Alarico Gotthorum rege, anno poſt eam conditam milleſimocenteſimoſexageſimoquarto, certatim omnes memoriæ prodant, ſeriem tamen rei, aut indagandam non cenſuerint, aut indagatam tanquã rem planè ignobilem, nec ſcitu dignã obliuione inuoluerint. Pro deûm hominũꝗ fidem, urbs orbis totius regina, quæꝗ eo auſpicio condita credatur, ut caput orbis ſemper eſſet, & quæ toties de barbaris gentibus, orbeꝗ triumpharat, capitur Gotthico aſtu, & interim rei ſeries ordoꝗ neſcitur? Ego uero id minime patiar, & omnis antiquitatis illuſtrandæ ſtudioſus, hanc quoꝗ rem tam memorabilem non negligam. Aſtu autem barbarico capta traditur in hunc fermè modum, quem Procopius ſolus ex omnibus quos legi, tradat, ut mirer ab interprete uel rem totam diſsimulatam, uel cum in mutilum Græcum codicem incidiſſet, non animaduerſam. Ille igitur in hanc ſententiam: Obſederat Romam Alaricus iam biennium, nec Honorius, qui Rauennæ deſidebat, aut ferre ſuppetias poterat, aut audebat. Nam cũ nihil minus, quàm de urbis ſalute ſolicitus eſſet, Stilicone interfecto, ducem exercitui minime præfecerat, qui rem aduerſus Gotthos adminiſtraret. Vnde Gotthis obſidendæ urbis cogitatio, Romano milite aut dilapſo, aut ſegniter rem agente. Verum eam fruſtra obſeſſam, cum expugnare ui non poſſent, ad dolum hoſtis barbarus uertitur. Profectionem in patriam ſimulat, trecentosꝗ iuuenes corporis & animi ui præſtantes deligit, quos Romanis principibus dono det, inſtructos prius ut omni obſequio dominos ſuos promereri ſtudeant, & ad certam diem circa meridiem, cum Romani principes ſomno, uel ocio uacarẽt, ad Aſinariam portam aduolent, interfectisꝗ improuiſo inſultu cuſtodibus, portam ſibi præſto futuro aperiant. Interea Gotthi cum reditum, alia atꝗ alia deeſſe ſibi ſimulantes differrent, trecẽti illi iuuenes occaſione egregie uſi, portam ſtato die ſuis aperiũt, & intromiſſus Gotthus maiore ignominia, ꝙ damno urbem omnem populatur. Sunt qui Probæ illuſtris fœminæ & opulentiſsimæ opera patefactã Gotthis portam exiſtiment, cũ plebem Romanã paſsim fame & morbis pecudum more cadentem miſeraretur. Duo ſunt cognitu non indigna: Vnum, edictum ab Alarico fuiſſe, ut quicunꝗ in templa diuorum cõfugerent, præcipue Petri & Pauli, his nulla uis inferretur, quod & ſumma fide ſeruatum: Alterum, quòd cum nunciatum Honorio eſſet Rauennæ Romam perditam, credidit ille de pugnaci gallo, cui nomen erat Romæ, ſignificatũ eſſe, admiratumꝗ ueheměter tam ſubito perijſſe eum, qui cum pauloante feſtiuiſsime luſerat. Adeo ſocordis ingenij princeps, nec quicquã omnino paternæ, auitæꝗ uirtutis referens, quod & Arcadio fratri uitio datũ eſt. Nam Eudoxiæ uxori addictus, cum alia improbe fecit, tum Chryſoſtomum antiſtitem ſanctitatis & eruditionis egregiæ, uxori plus æquo inſeruiens, in exilium egit.

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII

VENETI ROMANORVM PRINCIPVM

Liber ſecundus.

SEQVITVR abhinc ætas, in qua mihi orbis totius clades, regnorum triſtes exitus, imperia funditus exciſa, mutationes rerum frequentiſsimę referēdę ſunt: ut intelligat mortalitas nihil eſſe incōſtantius ijs, quæ tantopere ut æterna miramur. Adeo enim uitæ, fortunæq; iſta bona, in quibus opinione uulgi ſita ſumma felicitas eſt, fragilia, caducaq; ſunt, ut nihil his eſſe poſsit cladibus ruinisq; magis obnoxium: quod cum uetera illa Aſiæ imperia, tum uero nominis Romani maieſtas facile declarat. quæ felicibus auſpicijs orta, lætiſsimis rerum ſucceſsibus aucta, uiris clariſsimis inſtructa, quorum uirtute ac cōſilijs ad ampliſsimum faſtigium ſit euecta, legibus, inſtitutis, deûm pietate illuſtrata, cōciderit tamen & funditus euerſa ſit: ut quemadmodum illa de toto terrarum orbe triumphos retulerat, ſic nulla ferè hodie in terris gens agat, aut antea fuerit tam immanis, tam barbara, quæ non aut auitas iniurias, aut ſuas illi rependerit. Huc acceſsit, quòd eorum deinde qui ſequentur, principum, partim ignauia, partim auaritia, res adeo noſtrę peſſum iere, ut ad rem Romanam ſiſtendam alienæ atq; externæ uirtutis eguerimus. adeo maſcula illa Romuli proles, & Italica uirtus ſimul cū imperij lapſu conſenuerat. nec Romani poſtea pontifices ambitione plus quàm immodica, pronam iam per ſe in caſum rem Italicam nō funditus afflixere, dum ſtudijs ſuis nunc Francos, nūc Germanos, atq; alios quoſuis potius q̃ Italicos principes patiūtur. Illi uero quantū Romanę atq; Italicę maieſtati ſemper detulerint, uel illud argumento eſſe potuit, cū ſe Cæſares, aut Auguſtos pro Henricis & Federicis dici malint: cumq; ſe nunc reges, nunc Romanorū imperatores appellari gaudeāt. Cæterum nec querelæ locus hic eſt, & ipſa noſtra hæc commentatio etiam nuda ſatis allatura doloris, ac moleſtiæ legentibus eſt. Quare Theodoſium ipſum iuniorem aggrediamur.

THEODOSIVS IVNIOR

QVinquaginta quot uixit annos, totidem imperio etiam præfuit. Nam puerū admodum moriens Arcadius eum reliquerat ſub tutela Iſdigerdis Perſarum regis, quod & bene ceſsit. Barbarus enim rex & tutelam ſumma fide geſsit, & pacem cū Romanis quoad uixit, habuit. Is uero Honorio defuncto, Valentinianū ex Conſtantio & Placidia natum, data Eudocia filia in uxorē, Romam peropportune miſit, cū turbatæ res eſſent tyrannorum libidine, qui rem Romanam inuaſerant. ſub hoc tertia ſynodus contra Neſtorium celebrata, Pulcheriæ ſororis prudētia: nempe quoad illa eſt uſus imperator, bene res geſta. hic uxorē Eudociam Leonis Athenienſis philoſophi uxorē duxit: quæ præter egregiam formam, ſingularemq; pudicitiam, etiam literis excelluit, abſoluto eo libro, cui titulum Græci ὁμηρόκεντρα faciunt. Hoc principe Venetiæ feliciſsimis auſpicijs in aquis habitari cœpere, cum Honorius adhuc uiueret.

VALENTINIANVS TERTIVS

ASſeri fortaſſe in priſtinum ſtatum ſub hoc principe res Romana potuit, ſi eius inceptis aut fortuna fauiſſet, aut imprudentia poſtea ſua rem non afflixiſſet. Nam recepta ſub aduentum ſuum Italia, cum Genſerico ſtatim Vuandalorum rege pacem ſanxit, parte Africæ, ut uideri uoluit, contento: & aduerſus Attilam Etij ductu, rem feliciter geſsit. Inde Maximi arte uiri per ea tempora potentiſsimi, Etium interimi iuſsit. Vnde in ultionem ipſe poſtea Romæ ab eius commilitonibus confoſſus perijt. Hoc principe occidentis imperiū, Francis Gallias, Anglis & Scotis Britanniam occupantibus, Vuandalis Africam, & ipſam urbem populantibus, Hunnis Europam uexantibus, & Italiam, collapſum funditus eſt. Perijt imperij & ætatis anno trigeſimo.

De Etio pauca dicenda hic ſunt. Hic è Doroſtana Mœſiæ cum diſciplina militari excelleret, Conſtantio defuncto, ab Honorio principe illi ſufficitur, cuius ductu Attila in campis Catalaunicis uictus eſt, & Burgundiones repreſsi. Hunc poſtea Valentinianus cum interfeciſſet, interrogaretq; ciuem quempiam Romanũ, an iure occiſum crederet: iure an iniuria occideris imperator Etium neſcio; illud ſcio quòd ſiniſtra tua dextram tibi abſcideris. nec falſus omnino uates. Nam eius morte Hunni rerum potiti, & imperium euerſum eſt.

Breuis enumeratio eorum, qui poſt Valentinianum
Romæ rerum potiti ſunt.

POſt Valentinianum Romæ Auitus ſenatorij uir ordinis præfuit. Auito inde Maiorianus quadriennio. Hunc Seuerianus, Seuerianum Anthemius, Anthemium Olybrius ſubſecutus: cui Glicerius, & Glicerio Nepos ſtatim ſucceſsit, quo per uim pulſo, Auguſtulus male ominati nominis rerũ potitur, ſub quo Romani maieſtas imperij conuulſa per Odoacrem Herulum ſero admodum ad Francos redijt.

FL. VALERIVS MARTIANVS

NVnc imperatores Conſtantinopolitanos, quando illi tantum per illa tempora uiguere, ad Conſtantinum uſq; Palæologum cõtinua ſerie perſtringemus, initio à Martiano ſumpto, qui licet humili loco natus, militiæ tamẽ clarus, Pulcheriæ Theodoſii ſororis ſtudio rebus præficitur, moderatus princeps, & rebus gerendis idoneus, ſi per ſenectam diutius uiuere potuiſſet: nam pacem, quoad eius fieri potuit, coluit: illud ſæpe uſurpans, dum in pace eſſe poſſumus, arma nõ induamus. Is Tatianum, Iuliumq; fratres, qui olim aquilæ ſuperuolantis eius caput auſpicium retexerant, uiaticoq; ducentorum aureorum inopem, & ægrotantem adiuuerant, ſtatim ut princeps eſt dictus, alterum Illyrico, alterum Conſtantinopoli præfecit. Hoc principe Chalcedonenſis quarta ſynodus celebrata aduerſus Dioſcorum, & Eutychen, Leonis pontificis Romani iuſſu. imperauit annos ſex.

LEO

PRimus hic Græcanici uir ſanguinis imperiũ tenuit, Aſparis patricij factione adiutus. Cuius etiam filium Cæſarem cum inuitus creaſſet, poſtea cum Ardaburio fratre, ut inſidiarum in ſe autores interfecit, Leonẽq; ex Ariadna filia, & Zenone filium ſucceſſorem ſibi eſſe uoluit. Is aduerſus Genſericũ Vuandalorum regem Baſiliſcũ ducem miſit: qui, ſi Zonaram ſequare, uictus nauali prælio à Vuãdalis aufugit, ſiue illud ignauia, ſiue proditio fuerit. Byzantium huius imperio magna ex parte conflagrauit, præterquam quòd Italia in perpetuo motu fuit. Imperauit autem annos XVII.

LEO IVNIOR

HIc puer ab auo relictus, cum annum prẹfuiſſet, Zenoni patri manibus ſuis diadema impoſuit, patremq; pro ſe deinceps imperare iuſsit.

ZENO ISAVRICVS

QVàm uarie rebus Romanis illuſerit fortunæ uis, hic Zeno facile cũ pleriſq; qui explicandi mihi principes erũt, probet. Vir obſcuriſsimi ſanguinis, & cum facie deformis, tum moribus planè tyrãnicis, ut Iſaurum agnoſcas. Hic Theodoricũ Oſtrogotthorum regem cum unice diligeret, in Italiam aduerſus Odoacrem miſit cõſulem prius à ſe factum. Pulſus uero à Baſiliſco factione uxoris, cum in Iſauriam cõceſsiſſet, non multò poſt reuerſus, & Baſiliſcum expulit, quem & inedia mori coegit, & annos tredecim tyrannum uerius quàm principem egit. Sunt qui uiuum adhuc incluſum ab uxore ſepulchro tradant, fruſtraq; reſipiſcentẽ & opem quiritantem obijſſe. Hoc principe incendium adeo graue fuit, ut prẹter maximam urbis partem conflagratam, centum & uiginti librorum milia combuſta ſint. inter quę & Homeri poema inteſtino draconis CXX. pedum aureis literis deſcriptum.

FL. VALER. ANASTASIVS DICOROS

DIcorum hunc cognomento Græci appellarunt, à diſcoloribus uidelicet oculorũ pupillis, quarum dextra nigricans, ſiniſtra cœrulea fuerit: inter bonos principes utiq; mihi referẽdus, tametſi ab humili loco ad imperiũ euectus Ariadnæ Zenonis uxoris opera, niſi poſtea mutatus, Eutychianæ hæreſi adhæſiſſet. Vnde illi aduerſus orthodoxos graue diſsidiũ conflatum. Bulgarorũ arma tunc primũ audita, & Saraceni Alamũdaro duce Syriæ graues incũbebant. Hic tyrannorũ aliquot ſeditione fatigatus, poſt octogeſimum & octauũ uitæ annum, imperij XXVII. fulmine afflatus perijt, ulciſcente grauiter numine pietatem toties ab impuro principe uiolatam.

IVSTINVS

QVis credat Thracem hominẽ armentarium, & ſues agentem, ſine tribu, ignotis obſcuriſq; parentibus ortũ, & rebus præfuiſſe, & rem tum feliciter, tum optime adminiſtraſſe? Rexit tamen ille ſumma cũ laude, & pietatis ſtudioſiſsimus ueræ. Ioannem Romanum pontificẽ ad ſe legatum uenientẽ, à Theodorico Gotthorũ rege pro Arrianis, quos expulerat Iuſtinus, reſtituendis uenerabũdus excepit, & principatum dolo partum (quippe qui accepta ab Amantio eunucho pecunia, ut militi pro Theocritiano præficiẽdo diſtribueret, in ſe ſuffragia uerterit) magna uirtute poſtea adminiſtrauit: nono imperij anno Iuſtinianum ex ſorore nepotẽ, cum adhuc uiueret, ſibi ſucceſſorem inſtituens: quo facto, non multo poſt obijt.

IVSTINIANVS

NEpos Iuſtino ex ſorore, cum annũ quartum & quadrageſimũ ageret, imperare cœpit, quod per annos undequadraginta adminiſtrans ueterẽ Romani imperij gloriã mirum in modum ampliauit. Primum enim Perſas Belliſarij opera intra ſuos fines continuit: inde eodem duce Romã à Gotthorum ſeruitute aſſeruit: Africam imperio pulſis Vuandalis reſtituit: Narſete duce Gothicũ tandem nomẽ deleuit. Bis triumphatũ ex inſtituto ueterũ Romanorũ de Perſis & Vuandalis à Belliſario. Leges infinitis uoluminib. antea diſperſas in L. digeſtorũ libros cõtraxit. Inſtitutionũ libros quatuor edidit. codicẽ inuulgauit. Maximus certe princeps, niſi auaritiæ & delirij Eutychiani reus fuiſſet. Serici uſus è Perſis ad Græcos hoc tẽpore tranſiit iampridem deſitus.

IVSTINVS IVNIOR

HIc æmulus Iuſtini, & ut filius à Iuſtiniano in regia ſemper habitus, facili admodũ ingenio, atq; ad promerendam ex liberalitate hominum gratiam nato fuit. Cum Perſis pacem fecit, tributo, quod Romani annuum his expenderent, ſublato. Langobardi Germanica gens uocati à Narſete indignato cõtra Sophiam in Italiam hoc principe irrupere, quam ab Alboino rege ad Deſiderium per CC. & IIII. annos in principatus diuiſam tenuere. Obijt graui pedum dolore anno XI. imperij.

TIBERIVS

TIberius adoptatus à Iuſtino, rem per ſeptenniũ foris ſatis feliciter geſsit, domi ſumma cum pietatis & liberalitatis opinione. quòd ſi quemadmodũ Perſas grauibus afflixit prælijs, ſic aduerſus Langobardos felix fuiſſet, nihil illo principe fortunatius. Obijt Mauricio genero ſucceſſore declarato.

MAVRICIVS

CAppadocem hominẽ uirtus, & rei militaris ſcientia, partaq; eius ductu de Perſis inſignis uictoria, imperio facile impoſuit, quod ſub initia Perſis uictis, Scythis afflictis, Langobardis repreſsis, & Hunnis è patrio ſolo in ſolitudines pulſis, feliciter adminiſtrauit: Mox auaritiæ ſtudens, cũ fruſtra Phocæ inſidias, ſomnio etiam admonitus præcauiſſet, dum miles ſtipendio fraudatus ſeditioſius agit, ab eodem Phoca imperio & uita priuatur, cum imperaſſet annis XX. uixiſſet tres & ſexaginta: eius etiam omnis proſapia ſublata eſt. Turcaicum nomen tunc primum Aſiæ auditum.

PHOCAS

ADeo pręcipites in malum homines agimur, ut Phocas nec Mauricij auaritia admonitus, adepto imperio per Mauricij cædē ab hoc uitio tēperarit. Quin longe ſtudioſius colligendæ undiq; pecunię incubuit, & omnia ex Perſicæ ſeruitutis inſtituto egit. Vnum in hoc homine laudes, quòd Romanū pontificem principem omnium iure declararit: Cætera adeo ſocors & ignauus, & frequentibus adulterijs infamis, ut cum Romanum imperium undiq; barbari uaſtarent, ſtaretq; ſolum eius nominis umbra, cōſpiratum ſit in illum ab Heracleona & Heraclio & Priſco, qui captum inertiſsimum hominem prius interfecere, quàm ferre ſuppetias eius milites potuerint, omni ſtirpe principis impuriſsimi ſublata.

HERACLIVS

LAbente iam pridem imperio, & prægrauātibus Perſarum armis, Syria cum ipſis Hieroſolymis expugnata, Heraclius accepto diademate à Sergio pontifice primum omniū Perſicum bellum parat. ad quos legatis antea miſsis pro inducijs impetrandis, contemptim ab his habitus, adeo excanduit, ut differre amplius rem non potuerit. Reſponderunt enim impij hoſtes, non prius ſe Romanis pacē daturos, q̃ Chriſtum abnegaſſet imperator. Quare ingentibus copijs in Choſroem ductis, uictis eius ſæpe ducibus, & cum omnibus copijs cæſis, mox profligato Choſroe, Perſideq; omni in ultionem noſtram igni ferroq; uaſtata, lignum ſalutiferæ crucis recepit. Celebris adhuc eſt Chriſtianis dies feſtus argumentū uictoriæ inſignis, pacis uidelicet partę, & Tigridis fluuij inter utrunq; imperium termini. Triumphatumq; egregie cruce prælata. imperauit Heraclius annos XXXI. nouo morbi genere perijt, uirili mēbro ſemper ita diſtento, ut quoties meieret, lotiū uultum aſpergeret, niſi obiecta tabula id prohibuiſſet. Creditum eſt hæreſeos Monothelitarum, in quam inciderat, & nequitiæ ſupplicium luiſſe. Hoc tempore Saraceni Maomethe duce caput extulere. Quare breuiter de eius ortu & ſucceſſu interim quædam perſtringamus.

MAOMETHIS ORTVS

EX Arabia conſtanti ueterum ſcriptorum fide hoc malum orbi prodijt. Inde enim humili loco natus, dum locandis conducendisq; camelis uictū quærit adoleſcens ingenij uafri, uiduę dominæ nuptijs & opibus mox auctus, Sergium monachū noſtratem familiarē habuit. cuius adiutus opera, cum Chriſtianos & Iudæos accuſaret, hos ut impios, qui ſummū prophetā excruciaſſent: nos ut ſimpliciores, qui de Chriſto ridicula prodamus, paulatim latronum manū coegit, & diuinitate quadam inde ſibi aſtructa, facileq; leuiſsimo hominū generi perſuaſa, conſiliū armis addidit. Inde rerum ſucceſſu proſperiore elatus, Syriam uaſtat, & Damaſcum regionis caput expugnat. Tum uero in Perſas arma conuerſa, quibus cōgreſſus, & primo uictus, reparandis copijs intentus, Scenitas ſibi Arabas adiungit, gentē per ea tēpora Romanę militiæ aſſuetam: & quæ ob negata ab Heraclio ſtipēdia, rebelles animos induerat. ſicq; paulatim firmato imperio, & diuinitatis cuiuſdā opinione perſuaſa, quam armis tuendā cōtra aduerſantes præceperit, quadrageſimo uitæ anno ueneno (ut aiūt) à domeſticis dato perijt. In quo homine neſcio magiſne ingenij calliditatē admirer, an gentis eius ſtultitiā, an potius Chriſtianorū principum ſocordiā, qui nec naſcentē cōprimere flāmam (factu tunc facile) uoluere, nec magnis poſtea rerum ſucceſsibus auctam potuere. Vnde labes illa iam ad hoc æui non Aſiam ſolum & Africam, ſed magnam Europæ partem infecerit, ut iam de Chriſtiana pietate tuenda in diſcrimnn uentum ſit.

CONSTANTINVS HERACLII

HIc annum unum cum imperaſſet, rectæ ac ueræ pietatis cultor, Martinæ nouercæ inſidijs, quæ Heraclionæ imperium aſtrueret, ueneno tollitur. Illa uero cum imperium male partum cum filio uix biennio tenuiſſet, à ſenatu cum decenni filio expellitur, amputata prius matri lingua, filio naribus.

CONSTANS.

Conſtans ex Gregoria & Conſtantino proxime relato proles rerum potitur, adnitente ſenatu, qui Martinæ ſcelus execrabat. Hic auitæ impietatis hæres, Martinum Romanum pontificem ſibi aduerſantem, cōprehendi iuſſum, in exilio mori coegit, Cætera hominem non improbares, ſi impietatem & auaritiam demeres. Saracenis claſſe cōgreſſus, uictus aufugit: quibus paulo pòſt diſsidio laborantibus, biennij inducijs impetratis Italiam petijt, ut eam à Lōgobardico iugo liberaret. Sed cum Romam ueniſſet, uictus à Longobardis acie, quicquid antiqui operis, ſignorumúe fuit, intra quintum diem inde ſuſtulit, ut plus ornamentorum paucisſimis diebus urbi detraxerit, quàm Barbari per tot annos. Inde in Siciliam traijciēs, cum ſextum ibi annum ageret, & auare, & crudeliter tributum exigeret, dolo ſuorum interficit, poſtquam annos ſeptem ac uiginti imperaſſet.

CONSTANTINVS POGONATVS

Meliore orbis fato Cōſtātinus imperiū excepit, qui maximus natu relictus à patre Byzantij, ut imperiū adminiſtraret, audita eius morte, in Siciliā uenit: ultusq; Mizizium tyrannū, & cædis paternæ cōſcios, bellū aduerſus Saracenos ſeptē annos terra mariq; feliciter geſsit. Fatigati em̄ bello maritimo Arabes, quod ex Cyzico à ſe capto, Byzantio ſingulis æſtatibus inferebant, maxime ignis miraculo territi, qui ſub aqua arderet (Callinici inuentū) tēpeſtate etiā graui oppreſsi, ferè oēs periere. Nec terra felicius res eorū adminiſtrata. Victi enim una acie XXX. ſuorū milia amiſere. Quare pax honeſtiſsima ſecuta, pollicitusq; Mauias eorū dux, Iohanni legato imperatoris ad id miſſo tributū annuū, auri pondo tria milia, ſeruorū etiam honeſtorū, & equorū totidem. Sexta hoc principe uerę pietatis celebrata ſynodus Cōſtantinopoli. pax ubiq; etiam floruit, præterq; quòd Bulgari trans Danubium repentine bellum oſtentarunt: quod cum infeliciter gereretur, inhoneſta pace Myſia his ad inhabitandū data eſt, tributo etiam annuo promiſſo. Imperauit annū ſeptimumdecimū Iuſtiniano filio hærede cum fratribus minoribus nares amputaſſet. Pogonatus appellatus, quòd imberbis in Siciliam profectus, barbatus rediſſet: πώγωνα enim Græci barbam appellant.

IVSTINIANVS

Vltimus Heraclianæ ſtirpis Iuſtinianus imperio præfuit, praui uir ingenij, & uarij atq; à fide recta abhorrentis. Siquidem ſynodum aduerſus ſextam à patre celebratam indixit, bonis omnibus aduerſantibus, & in primis Romano pontifice, quem comprehendi mandauit. Bellum aduerſus Arabas & Bulgaros cōtra fœdera motum, utrunq; calamitoſiſsimum geſsit. Qua re & crudelitate etiam in ſuos inuiſior factus, Leontij patricij, & Callinici patriarchę dolo deturbatur imperio, atq; Cherſonam relegatur nare prius abſciſſa. Vnde mox fugiens, & ad Trebellium Bulgarorum regem fuga lapſus, eius opera reſtituitur, Tiberio qui Leontio ſucceſſerat fugato, & Callinico patriarcha luminibus priuato. Illud ſæuitiæ hominis argumētum traditur, quòd quoties truncas nares emungeret, toties unum ex ijs, qui Leontio fauerant, ad ſupplicium rapi iubebat. Sexto demū & decimo anno à Philippico pulſus, quem reclamante Conſtantino pontifice, acrius inſectabatur (uenerat autem ad illum Romanus antiſtes acceſſitus, & ab imperatore honorificentiſsime exceptus) uitam & imperiū pariter amiſit, ſexto anno poſt exilium, cum decem antè præfuiſſet.

LEONTIVS

LXXXVII. annos ab Heraclio ad Iuſtinianum in una gente imperatum, quod neſcio an ulli priorum contigerit, cum Leontius Iuſtiniano relegato, imperium ſibi uindicauit. qui claſſe aduerſus Arabas Africam occupantes ingenti parata, cum infecta re rediret, imperio expellitur, poſtquam treis tantum annos rerum potitus eſſet. Hunc ergo Tiberius captum (ſic enim quàm Abſimarus dici uoluit) adepto imperio, naribus truncatum cuſtodiri iuſsit.

Abſima

ABSIMARVS QVI ET TIBERIVS

HVnc claſsis in Creta imperatorem dixit,qui Heraclium fratrem ſtatim aduerſus Arabas om̃ia uaſtantes cum miſiſſet,eius forti opera hactenus repreſsit, ut à noſtris abſtinerent.Inde Philippicum nobilitatis præcipuæ Cherſonam relegauit, quòd aquila caput obumbraſſe uidebatur dormienti. Cæterum ſeptimo poſt anno cum Leontio captus,à Iuſtiniano interficitur.

PHILIPPICVS BARDANES

NVnquam maior principum impietas, maiórue, quod grauius doleas, ſocordia. Quippe hic adeptus imperiũ, ſextæ ſynodi decreta altera ſynodo infirmare contendit:gratificaturus monacho,qui imperaturum illum prædixerat,hoc prædictionis præmiũ petenti. quare cum lóquentiæ multũ huic ineſſet,ſapientiæ parum,opesq́ imperij iamprid ẽ cõgeſtas diſsiparet, paſſus etiã Bulgaros Thraciam populari, priuatus oculis in ordinem redigitur, anno uno,& menſibus ſex uix expletis.

ARTEMIVS QVI ET ANASTASIVS

HIc adeptus imperium,cum optime quę ad pietatẽ rectam attinent,inſtituiſſet ex pontificum aſſenſu, claſſem ingentẽ aduerſus Arabas in Alexandriam emiſit. Verum claſsiarijs quibuſdã contumacius agentibus,qui illum oderant,domũ reuerſi, Theodoſium ignobilem alioqui uirum imperio præficiunt: captaq́ Conſtantinopoli, monaſterio Anaſtaſium includunt, cum annum unum,menſes tres imperaſſet.

THEODOSIVS ATRAMITENVS

OBſcuro licet loco natus, non pœnitendum imperatorẽ egiſſet, ſi diutius illi per Leonem & Cononẽ oriẽtis præfectos imperare licuiſſet. Verũ cum Leonẽ exercitus imperatorẽ dixiſſet,pertęſus belli ciuilis Theodoſius ceſsit imperio, monaſticámq́ uitam amplexus, ſatis diu,ac felix in ea uixit, cum annos duos imperaſſet.

LEON ISAVRVS SIVE CONON

OBſcuritatem generis (quippe qui apud Iſauros natus exercuerat ſedentariam) cum alijs ſceleribus, tum uero impietate in deum, ac eius imagines facile Leon æquauit,unde illi cognomen εἰκονομάχος, & θεομάχος Græcis: quarum perdendi tantus hominem ardor inuaſerat,ut Iudæis duobus gratificaretur, qui illum tanto antè imperaturum prædixerant, ut & Conſtantinopolitanũ pontificem Germanum nomine aduerſantem ſede extruſerit,& Romanum antiſtitem obſiſtentem comprehendi iuſſerit. Saraceni certe ducibus Maſgalda, & Solymano Conſtantinopolim triennali obſidione, terra mariq́ fatigarunt. Verum peſte fameq́ confecti, à Bulgaris etiam ſępe uicti, claſſe magna ex parte igne ſub aquis ardenti conſumpta,paucisſimis ex tanto naufragio ſeruatis, manifeſtam in ſe numinis iram ſenſere. nec minori interim clade in urbe ſæuitum: trecenta & amplius ciuium milia peſte fameq́ conſumpta. Ridicula plane quidam de cæleſti igne, & nauium numero prodidere. Inde Siciliam Sergij præfecti opera rebellantem,ad officium retraxit. Circa finem imperij, quod quartum & uigeſimum durauit annum, graui terræmotu Bithynia,Thraciaq́ concuſſa, muriq́ Byzantij magna ex parte collapſi, quo Theodoſii maioris, & Arcadij filij ſtatuæ ad terram deiectæ. Et quæ res flectere impij principis animum ab impietate debuerat, tanquam in manifeſta deûm ira, ille uero ad priuatum quæſtum retulit, tributo ad reſtituendos muros impoſito, ut in ſingula numiſmata quatuor & uiginti obolos ærario principis inferrent: quod poſtea in multas ætates abijt. Hoc principe Romani pontifices ad Francos primum reſpexere.

CONSTANTINVS COPRONYMVS

IMpio patri ſceleſtiſsima ſucceſsit proles Conſtantinus cognomento Copronymi: quòd infans baptiſmi lauacro admotus,medijs ſacris alimoniæ excremento aquam polluerat. Is non ſolum patris impietatem in abolendis diuorum imaginibus reddidit,uerumetiam grauiore ſcelere reliquias eorum aut cõtempſit,aut combuſsit: quam in numina impietatẽ immanitas hominis inuiſiorem fecerit, dum nobiliſsimũ quenq́

tollendum è medio curat. Antiſtites certe Cōſtantinopolitanos unum & alterū igno miniosè prius habitos, & grauiter ad hæc excruciatos capite plectit. Hic Bulgaricum uariante fortuna bellum terra mariq́ gesſit. Artabaſdum primæ nobilitatis hominem imperatorem ab orthodoxis creatum, poſt biennium à ſe captum, oculorum uſu cum liberis priuat. Grauiſsimam hiemem, uti Pontus, Boſphorusq́ ipſe Thracius perglaciauerit, expertus, poſt infinita flagitia exquiſitiſsimo cruciatu conſumptus obijt imperij anno uiceſimoquarto, duobus menſibus minus.

LEO

NOn imperij ſolum, ſed paterni ſceleris hæres aduerſante matre Bulgarici ſanguinis pietiſsima ſucceſsit Leo, qui ad impietatē ſacrilegium etiam addiderit. Nam coronam à Mauricio principe deo dicatam, neſario capiti imponens, captus gemmarum & auri ſplendore, breui pœnas luit: caput enim impium carbunculi apoſtemate ſtatim intumuit: tandem ardentiſſima ſebri ſubſecuta, impium ſpiritum neſarius exhalauit, imperij anno uno.

CONSTANTINVS LEONIS FILIVS ET IRENE MATER.

REdditus tandem his principibus ueteri religioni ſuus nitor, reddita uetus pietas Irenes matris opera: quę Attici ſanguinis forma inſignis, ſed probitatis opinione inſignior Leoni nupſerat. Quare conuentu trecentorum & L. patrum Niceæ indicto, quæ ſeptima ſynodus habetur, templis diuisq́ ſuæ reſtitutæ ſunt imagines. Nec multo pòſt tamen Conſtantinus iam adultus matrem haud amplius paſſus, imperio deijcit, eiectāq́ in ordinem redigit. Nicephorum imperatorij & ipſum ſtēmatis, in quem ſuffragia multorum tacite inclinabant, oculorum & linguæ uſu priuat. Et ne quid ſceleris deeſſet, Maria uxore monaſterio obtruſa, Theodoram concubinam inducit matris conſilio, ut filium inuiſum omnibus faceret: unde mox rerum ſola potita, filium in poteſtatem redactum excęcat, eadem die qua ſexto ante anno Nicephorum ille eodem ſupplicio affecerat: ipſaq́ non multo pòſt à Nicephoro pulſa, in Lesbum inſulam relegatur. Huius imperio, quod fuit cum filio annorum x. lamina inuenta eſt ſuper cadauer his uerbis: Chriſtus naſcetur ex uirgine, in eum credo, Conſtantini & Irenes imperio ô ſol iterum me uidebis. Sed & Carolus à Leone Romano pontifice imperij corona donatur uirtutis, & pietatis ergô

NICEPHORVS

PIget plane, ac pariter me pudet, tot portentis uerius quàm principibus referendis immorari: niſi quòd præterquam quòd rei ſeries ita exigit, nonnihil & huiuſmodi homines uitæ proſunt, dum eorum exitu & deterrentur peſsimi, & optimus quiſq́ ad uirtutem, honeſtumq́ accēditur. Nemo enim maiore hominū opinione ad imperium uenit, dum ſingulos aut muliebris impotentiæ, aut flagitioſiſsimi principis tædet: nemo auarius, aut crudelius adminiſtrauit, quorum ſcelerum mox pœnas meritas luit. A Bulgaris enim paulo antè à ſe uictis, improuiſo noctis aſſultu oppreſſus, ipſe cum toto exercitu ad internecionem cæditur. Stauracius filius ſaucius humerum uix Adrianopolim euaſit. Hic Venetam rem ſociali claſſe aduerſus Gallos iuuit. Populoniam dolo magis quàm ui captam diripit.

STAVRACIVS

ADrianopoli in quam euaſerat, poſt patris interitum imperator ab amicis ſalutatus: non multo pòſt à Michaele Curoplate Rangabe cognomento, qui Procopiam ſorem eius in uxorē duxerat, imperio deturbatur, & monaſterio includitur, poſtq́ cum patre annos nouem imperaſſet.

MICHAEL CVROPLATES RANGABE COGNOMENTO.

MElior pacis artibus, & pietate maior duobus à me proxime relatis ſucceſſerat Michael, ſi quàm in toga bonus, tam bellicis rebus adminiſtrandis uiguiſſet, à quibus

quibus tantum abhorruit, ut ad unam aduerſam cum Bulgaris pugnam à quibus caſtris etiam exutus eſt, ita conciderit, ut accepto nuntio de Leonis imperio, monaſterio ſeſe abdiderit, habenas regni facile concedens poſt annum alterum imperij. Hic cum Carolo Frācorum rege fœdus ita inijt, ut Veneti ſuis legibus, ac iure uiuerent: immunitate his ſeruata, quam ad eam diem in terra Italia retinuerant.

LEO ARMENIVS

PArdi Patritij filius magno omniū gaudio, maiore ſpe rei Romanæ pręficitur: nec conceptā de ſe hominū animis ſpem fruſtratus eſſet, niſi egregias uirtutes crudelitate in ſuos, & impietate in deū mox fœdaſſet. Quippe qui parta de Bulgaris inſigni uictoria, cum ab armis quies eſſet, ad cædem multorū cōuerſus, diuorū imagines deleri penitus iubet: nec pręſagijs, aut ſomnijs maternis cladē imminentē euadere potuit. Nam à Michaele Traulo, quē in cuſtodia detinebat, noctu per inſidias, dum ſacris operatur, cæſus obijt poſt annos imperij ſeptem, & menſes quinq;.

MICHAEL BALBVS

AMorium Phrygiæ ſuperioris oppidulum dedit hunc principem, non humili ſolum, ſed ſordido etiam loco natum: ad quæ impietas quoq; acceſſerat ex hæreſi Iudæorum, atq; Tinganorum hauſta: Linguæ præterea uitio balbutientem, unde Gręci τραυλὸν appellauere. Hic poſt interfectum Leonem, à quo ad tantam fortunam euectus erat, Thomam, qui tyrannidem inuaſerat, uario primum rerum euentu tandem oppreſsit: defectioniſq; ſocios cum ipſo Thoma ſuſtulit. Saraceni hoc principe ex Africa profecti, Cretam inſulam occupant, totamq; fere in ditionem redigunt, Gręcoſq; duplici prælio uincunt. Ipſe princeps cum annos octo, menſes nouem imperaſſet, Theophilo filio per manus imperium tradidit. Vetus oraculum innotuit, tum rem Romanā in lapſum præcipitem ruituram, cum balbus & auariſsimus princeps imperaret, qualis hic uir fuit.

THEOPHILVS

MAior iuſtitiæ cultus in Theophilo filio, quippe qui facillimū ſeſe ſtatis diebus adeuntibus exhiberet, & ad ſeueritatē interdum propenſior acrius delicta puniret: ſed par impietas, ut qui diuorū imagines ex paterna æmulatione auerſatus, non paucos, qui eas colerent, ad mortē uſq; cędi iuſſerit. Saracenis Aſiæ prouincias uaſtantibus bis congreſſus, bis uictus eſt, caſtriſq; exutus. Quinetiam Amorium, unde illi genus, ab ijs obſeſſum, & proditione captum diripitur. Cumq; annos duodecim rebus præfuiſſet, dyſenteriæ morbo perijt.

MICHAEL THEOPHILI ET THEODORA EIVS MATER.

FEcit Irenes Conſtantini matris adminiſtratio, ut fœminei non pœniteret imperij. Quare Theophilo uita functo, Michaele filio adhuc infante, & ſub tutela matris, ac principum uirorum relicto, Bulgari Scythicum genus pietatem noſtram populariter ſunt amplexi, cum Theodora genitrix rebus adhuc pręeſſet. Verum impotentiam muliebrem quis æquo animo ferat, ubi pręſertim impietatem afferat? Nam & illa diuorum imagines execrata eſt. Cæterum impietatis pœnas mox dedit à filio monaſterio incluſa, qui auo ſimilior quàm patri, per ſummam ignauiam ac prodigalitatem rem afflixit: à Saracenis etiam caſtris exutus: nec minore inſania Circenſibus ludis oblectatus eſt: quibus dum plus ingenio indulget, Baſilium Macedonem Bardà interfecto, conſortem imperij aſciuit: à quo mox occiſus eſt imperij anno decimoquarto, quorum treis cum matre egerat.

BASILIVS MACEDO

QVis crederet & hunc captiuum inter uenales Conſtantinopolim adductum, Romanæ rei præfuiſſe, qui nec patriam, nec parentes ſaltem ciere poſſet? præfuit tamen & eo rerum ſucceſſu, ut ad eius nepotes imperij maieſtas tranſierit. Primū igitur adepto imperio profuſiſsimas Michaelis largitiones reuocauit, ut dimidiū eorum,

quæ accepiſſent, ærario inferrent, & treis liberos imperij hæredes inſtituit. inde in Saracenos, qui Cretã occuparant, profectus ab his nauali prælio ſuperat. quos tamen alieno ductu pòſt uicit. Hoc imperante Saraceni ex Africa ſoluentes, cum Italiam magna ex parte uaſtaſſent, Dalmatiam quoq; populati ſunt, Rhaguſio etiam capto, quos tamen Nicephori Phocæ ductu inde poſt eiecit, Bario in ditionem ſuam redacto, tametſi Veneti una atq; altera expeditione rem Chriſtianam iuuiſſent. Cæterum cum annos uiginti imperaſſet, à ceruo in uenatione cornu ictus mox perijt. Vir frugi, & quem principem non contemnas.

LEO BASILII PHILOSOPHVS

CONſtantino filio maximo natu (uiuente adhuc patre) uita functo, Leo cognomento Philoſophus frater ſucceſsit: qui Bulgaros deſciſcentes, Turcarũ auxilio primo uicit. Verũ ab his per inanes inducias deluſus, magna clade afficit: inde in Saracenos claſſe cõparata, Nicetæ ductu egregiam uictoriã peperit: literarum omnium, & aſtrologiæ in primis eruditus, & qui filium Conſtantinum imperaturũ diuinaret. Tandem poſt annos quinq; & uiginti, menſes treis alui doloribus fatigatus, Alexandro fratri imperium per manus tradidit, cui filium commendauit.

ALEXANDER

NEc Baſilio patri, nec Leoni fratri ſimilis Alexander ſucceſsit, uir luxu & ignauia perditus, annum & menſem rerum potitus. Qui cum nec ipſe recte adminiſtraret imperium, & ignobiliſsimum quenq; ac turpiſsimum rebus præficeret, erumpente naribus ſanguine extinctus eſt.

CONSTANTINVS

SEptennem hunc pater Leo ſub tutela matris, & nobiliũ quorundam reliquit, quorum diligentia Andronicus Ducas tyrannidis inuaſor oppreſſus eſt. Inde Bulgaris Thraciam uaſtantibus bellum indictum: quod feliciter ſanè Phocæ ductu ſucceſſerat, niſi caſu quodam conſternati milites iam uictores in fugam conuerſi fuiſſent. Eadem quoq; fortuna alterius in Bulgaros expeditionis fuit ducum diſcordia, & ambitione: ut & Conſtantinopolis à Bulgaro hoſte ſit obſeſſa, & Romanus Lecapenus Zoe Conſtantini matre prius eiecta, imperij ſocius aſcitus à Conſtãtino neceſſario ſit, qui Helenam eius filiam in uxorem etiam duxit. Cæterum Romano in exilium pulſo, Chriſtophoroq; eius filio cum tota Lecapenorum gente extincto, ipſe rem imperij per annos undequadraginta ſatis prudenter adminiſtrauit, Beneuento de Langobardis expugnato, & tyrãnis quibuſdam oppreſsis, Turcarumq; principibus aliquot Chriſtiana pietate imbutis. Hic à literis optimisq; diſciplinis non abhorrens, quas pene extinctas ab interitu uindicauit, librũ Romano filio reliquit, in quo ſummam totius imperij, ſociorum omnium fœdera, hoſtium uires, rationes, cõſilia explicuit: quem nos in bibliotheca noſtra tanquam theſaurum ſeruamus, in quo multa de Venetis etiam noſtris imperator ipſe diſſerat.

ROMANVS LECAPENVS

NOn iuſiurandum ſanctiſsimum, quod præſtiterat, non gener Conſtantinus obſtitit, quo minus imperiũ & ſibi, & Chriſtophoro filio Romanus uindicaret, Cõſtantinumq; penè in ordinẽ redigeret. Is uero cum Bulgaricũ bellum cõtra Simeonẽ eorum ducem infeliciter geſsiſſet, & ſextum ac uigeſimum annum præfuiſſet, tandem à Stephano filio captus, inſulæ includitur: mox & eius filij à Conſtantino comprehenſi, alter in Proconneſſum, in Leſbum alter relegatur.

ROMANVS LEONIS IVNIOR

VIr omnium ignauiſsimus, luxuq; ac otio perditus, poſt Conſtantinũ patrem imperium ſuſcepit Romanus nomine: quod tamen alieno arbitrio rexit: ingenio alioquin non malo, ſed interdum ſolerti, ubi animum adieciſſet: foris aduerſus Saracenos, qui Cretam occupabant, Nicephori ductu, & aduerſus Turcas Aſiam uaſtantes,

eiuſdem Nicephori & Leonis fratris imperio felix. Domi in matrē, ac ſorores impius, ut regia eiectæ quæſtum meretricium ſint amplexæ: ipſe ludis ac crapulæ intētus, poſt tertiumdecimum imperij annum obijt ueneno etiam potionatus.

NICEPHORVS PHOCAS

NObiliſsimus haud dubie Romano ſucceſsit Nicephorus cognomento Phocas, Phocæ Nicephori nepos, qui in Sicilia contra Saracenos res egregias geſſerat: ſimul ac igitur adeptus imperiū eſt, claſſem in Saracenos occupātes Siciliam inſtruit: ipſe in eoſdem Aſiam uaſtantes exercitū duxit. in Sicilia res infeliciter per duces acta: ipſe Ciliciam & magnam Aſiæ partem lætis auſpicijs recepit: mox Antiochiam noctu aggreſſus pulſis Saracenis, imperio ſubdidit. Sed ꝙ bellica re fortunatus, tam domi infelix, dum auariciæ, ſocordiæꝗ ſeſe emancipat. Ex quo in odium ciuiū incurrens, facile à Ioanne Zimiſce adiuuante Theophania Nicephori uxore, noctu intra cubile interficitur, cum rerum potitus eſſet annos ſex, menſes totidem.

IOANNES ZIMISCES

CLarus hic iam antea militari laude imperiū aſſecutus, Baſilium & Cōſtantinum fratres, Romani iunioris filios, imperij conſortes aſciſcit: in Rhoxolanos Bulgariam ſibi uendicantes feliciſsime rem gerit. Phocam Nicephorum rebellantem capit: indeꝗ Bulgariā omnem imperio adiecit eiectis inde Rhoxolanis, Sphendoſlauoꝗ eorum rege ad deditionē coacto. mox Conſtantinopolim reuerſus, cū triumphantis ſpecie inuectus urbi eſſet, potionatus poſt imperij annum VI. & menſes ſex deceſsit.

BASILIVS ET CONSTANTINVS FRATRES.

NVlli diuturnius rerum potiti, quippe qui annos LIII. præfuerint, & ne ſine ciuili bello rem tranſigerent, Bardæ Scleri ambitio fecit: quem inuaſorem imperij tandem acie uictum ad Perſas fugere cōpulere. nec multo pòſt Phocas Barda cognomēto ab exilio reuocatus, indignatusꝗ poſt rem pręclare aduerſus Sclerum ſe duce nauatam, ab imperatoribus contemni, deſciuit: quē & ipſum cæſum in acie ſuperarūt. inde in Bulgaros itum, quos prælijs aliquot uictos ad deditionē tandem totius gentis Baſilius compulit, uſus ad compeſcēdam eorum perfidiam grauiore in uictos pœna. Nam XV. milibus eorum captis oculos effodit, uno tantū incolumi, qui eis ad Samuelem eorum ducem præiret. Quare dolore animi Samuel affectus non multo pòſt obijt. Bulgaria igitur omni ſubacta, & imperij terminis undiꝗ ampliatis, poſt LXX. & alterū uitæ annum decedens, Conſtantinum fratrem ſucceſſorem reliquit.

CONSTANTINVS

HIc cum fratre particeps dignitatis potius ꝙ potentiæ, poſt fratrem per ſummam ignauiam & luxuriam ita ſe geſsit, uti obſcuriſsimis & Barbaris hominibus rem totam traderet. Illud eo principe dignum laude geſtū, quòd Diogenes, qui Sirmio & Bulgariæ præerat, Patzinacas Iſtrum ſuperantes uicit. Deceſsit tertio imperij anno ſeptuagenarius, Zoe filia Romano Argyropylo in uxorem collocata.

ROMANVS ARGYROPYLVS

HVnc Zoæ filiæ Conſtantinus ut omnium nobiliſsimum, qui imperij hæres eſſet, delegerat, optima de eo omnium ſpe, quam ſub initia nequaquam fruſtratus eſt, cum multa in melius mutarit, ſumma etiam liberalitate in omnes uſus. Verum cum Saracenica Aſiæ expeditio parum ex ſententia illi ceſsiſſet, repente mutatus, totū ſe ignauiæ, ac pecuniæ colligendæ tradidit: Nec multo poſt Zoæ uxoris inſidijs & Michaelis Paphlagonis adulteri dolo, intra balneas aquis immerſus obijt, cum annos quinꝗ & dimidium regnaſſet.

MICHAEL PAPHLAGO

QVis non effrenem in quinquagenaria fœmina libidinem execretur? aut fortunæ ludum in hoc principe non admiretur? mancipium uidelicet Barbarum, nec ulla

re niſi forma commendatum, mente etiam commotum, labensq́ ad ſingula momenta, ſpuma inſuper oris fœda, ſeptem tamen annos imperauit: nec malum omnino principem egit. Nam & tricennales inducias cũ Aegyptio rege percuſsit, & Aedeſſam obſidione liberauit: & domi in ſuos facilis, ac beneficus admodum fuit, uni Zoę propter expertam libidinẽ parum æquus: qui cum intercutis etiam morbo laborare cœpiſſet, Michaelem Calaphatem hæredem imperij eſſe uoluit.

MICHAEL CALAPHATES

HIc adoptatus à Zoe, præter ſordes parentum, qui naues apud Paphlagonas pice oblinerẽt, unde Calaphates etiam dictus, auare ac crudeliter rem ſuſceptam adminiſtrauit. ingratiſsimus enim in omnes, patruum autorem tantæ maieſtatis primum eiecit: reliquos deinde conſanguineos execuit: inde Zoen matrẽ in inſulam relegauit: quod cum indigniſsime omnes ferrent, populi conſpiratione reſtituta Zoe, fugiens cum fratre Conſtantino à turba capitur: & uterq́ oculorum uſu, familiari Græcis pœna, priuatur, menſibus quatuor & totidem dies rerum potitus.

ZOE ET THEODORA

FLagitia principum, ut muliebre imperium æquius uideretur, effecere. Quare ſororibus duabus imperij faſces, ac maieſtas aſſerta. Cæterum ut uarium, ac mutabile ſemper eſt fœmina, facile Zoæ ardenti adhuc libidine perſuaſum, ut maritum aſciſceret. Cumq́ aliquot faſtidiſſet, Conſtantinum Monomachum ab exilio reuocatum, imperatorij & ipſum ſtemmatis uirum ſibi adiungit, & imperatorem pronunciat menſibus tribus uix exactis.

CONSTANTINVS MONOMACHVS

HInc prima imperij labes, hinc reliquæ, quæ cõſecutę ſunt clades, ortum habuere: principe adeo ignauo, & libidine perdito, ut cõcubinam egregia alioqui forma, uxoris legitimę loco habuerit, quam efflictim deperiret. Duplex illum factio ſub initia Maniacis uidelicet Georgij, & Leonis Tornicij eſt aggreſſa: ſed Maniacis motus, qui ex Italia in Epeirum tranſierat, una pugna ſecunda & ducis morte facile compreſſus. Torniciana defectio eo grauior, quo diuturnior: ſed eo poſt aliquot prælia tandem capto, & oculorum uſu priuato, facile cõſedit. hoc principe Turcarum arma tunc primũ per Aſiam latius euagata, uicti tamen interim Rhoxolani, & Patzinacæ Scythicũ genus hominum. Zoeq́ uxore ſeptuagenaria fato mox functa, & ipſe tandẽ morbo præ grauante deceſsit poſt annos imperij biſſenos, & menſes octonos.

THEODORA

NOn pudeat & Theodoram Zoes ſororẽ, quæ biennio uix imperarit, noſtris inſerere commentarijs: quandoquidem non muliebriter fœmina rebus præfuerit. Quinimmo tanta domi foriſq́ quies & ocium fuit, tanta rerum omnium ubertas, ut fœminei imperij neminem pœniteret. Verum ingraueſcente cum ætate morbo, illecebris eunuchorum Michaelem iam ſenem in curæ partem cum aduocaſſet, ipſa nõ multo pòſt fatis, naturæq́ conceſsit.

MICHAEL SENIOR

VIx annum unũ rerum potitus erat, cum Iſaacij Comneni motus in ordinẽ illum redegit, uirum genere & opibus clarum: cætera minus ad imperãdum idoneum ætate etiam pręgrauante, qui priuatus non multo pòſt obierit.

ISAACIVS COMNENVS

TAndem uirum fortem, & pace, belloq́ illuſtrem, Conſtantinopolitana res ſortita fuerat, Iſaacium ſcilicet Comnena gente nobili, ſi ultra biennium ſceptri, regniq́ potitus eſſet. uerũ ille lateris morbo inter uenandũ ſubito oppreſſus, cũ de ſalute deſperaſſet, cucullam monaſticã indutus regno ſe abdicat, Cõſtantino Duca de ſenatus populiq́ uolũtate ſucceſſore declarato. Sũt qui ſcribant tanta cõtinentia eũ fuiſſe, uti nec uxorem

uxorem cognoſcere uellet poſt prolem ſemel ex ea ſuſceptam, cum tamē ad morbi remedium medici in primis conſulerent, ut coitu frequentiore uteretur.

CONSTANTINVS DVCAS

ET hunc ſuorū conſpiratio ſub initia grauis exceperat, quam cum non ſine diſcrimine cōpreſsiſſet, ad reipub. adminiſtrationē conuerſus, non peſsimū principem egit. Veræ pietatis cultor, & æqui obſeruantiſsimus, ſed auariciæ ſtudiū prægrauabat: unde inuiſus ſuis, hoſtibus etiā ludibrio fuit, imperij res undiq; uexantibus. acceſsit ad externa mala familiaris Cōſtantinopoli clades grauis terræmotus, quo templa ædesq; multæ corruere: ſed morbo inualeſcente Eudociæ uxori & filijs ſceptrū tradens, anno ſeptimo, & menſe ſexto imperij, cum ſexaginta & amplius uixiſſet, exceſsit.

EVDOCIA ET FILII

POterant res domeſticæ fortaſſe muliebri prudentia non incommode adminiſtrari, ſi à bellis externis quies affuiſſet, ſed imminētibus undiq; Barbaris uicit eorum ſententia, qui uirum idoneum præficiēdum rebus eſſe cōtendebant. Quare iuriſiurandi oblita, quo marito morienti ſeſe obſtrinxerat, non ſuper inducturam ſe imperij rebus maritum alium, ſiue etiam coacta, Romanum cognomēto Diogenem, filijs etiam non improbantibus, poſt menſes ſeptem imperij, uirum ſibi adiunxit, qui Remp. prudentia ac fortitudine tueretur.

ROMANVS DIOGENES

HVic Diogenes pater fuerat haud dubie domi, militiæq; clarus: qui poſtea tyrannidis affectatæ reus ſeipſum præcipitauit. Paternæ igitur laudis æmulator filius, cum uictoriā egregiam retuliſſet ex hoſte barbaro, dignus eſt habitus, quem Eudocia in thori, curæq; partem acciperet: quam tamen nō multo pòſt facile pœnituit, cum inſolētiæ hominis pertæderet, qui rem ad ſe totam traheret. Prior expeditio in Barbaros Aſiam uaſtantes uario rerum ſucceſſu illi adminiſtrata: Altera funeſtiſsima, Romano milite uel fugato uel cæſo, ipſo certe imperatore (quod ad eam diem nūquam contigerat) capto. Ferunt Azan Turcarum principem ad primū nuncium capti imperatoris Romani uix credentē conſtitiſſe: mox ad ſe adductū & cognitum in ſummo honore à Barbaro habitum & amplis donatū muneribus, pace inita dimiſſum: ſed Byzantij omnia ad primum cladis acceptę nuncium mutata erant, ipſa Eudocia relegata. Romano abdicatū imperium, & Michael maximus Cōſtantini filius rebus præpoſitus. Ipſe Romanus, cum bellum fruſtra pararet, tandem deditus præter iuriſiurandi religionē oculis immanem in modum prius effoſsis deportatur in inſulam, ubi non multo pòſt decedens, ab Eudocia uxore ſepelitur poſt annos tres, menſes autem octo.

MICHAEL CONSTANTINI DVCAE FILIVS PARAPINACEVS.

IGnauiſsimū principem numina nobis (ut arbitror) iampridē infeſta dedere: quem à fame, quæ ſub eo inualuit, Parapinaceum appellauere. Cum igitur imperij res pari ignauia, ac ſæuitia uexarentur, principe ſub Pſello magiſtro uerſibus tantum factitandis intento, Nicephorus Botaniates cognomento haud dubie nobiliſsimus imperium ſibi aſſeruit: quem in ſocordis principis inuidiam ciues facile admiſere, Michaele prius cum uxore & filio poſt ſextum imperij annum, & menſes ſex cœnobio incluſo.

NICEPHORVS BOTANIATES

A Phoca imperatore ſtemma huic ductum, quare tanquā omnium nobiliſsimus Michaele facile reiecto ſurrogatur: qui Comnenorum fratrum forti primum fideliq; opera uſus, qui Bryennium tyrannidis inuaſorē, & Baſilacium ſuſtulerant, mox ab illis defectionem meditantibus imperio deturbatur anno III. q̄ imperare cœperat, ipſe monaſticam uitam ſecutus. Alexius autem Comnenus minor natu, militari turbę acceptior imperator ſalutatur: qui Byzantium ingreſſus die dominicæ cœnæ ſacratiſſimo magnæ hebdomadis, hoſtilem in modum urbem totam diripuit, nullo non iniuriarum genere in ciues edito.

ALEXIVS COMNENVS

SVcceſsit iam hinc familia, unde hæreditarium, ac prope iuſtum in Græcā gentem odium ad nos tranſmiſſum ſit. Nam etſi iampridē ſub Photio ſchiſma cœperat, manebat tamen qualiſcunq; Romani pontificis maieſtas, & male ſartam gratiam affinitates quædam cum principibus noſtris initæ focillabant. Alexius aūt ueluti ex profeſſo hoſtis Latini nominis præter bellum, quod cū Roberto Viſcardo infeliciter geſsit, Venetis etiam armis adiutus, Gallorū memorabilem illam expeditionē, quam ſuſpectam ſemper ab initio duxerat, perturbare conatus eſt. Cæterū non ſuccedente conſilio, his conditionibus cōmeatū, & alijs neceſſarijs rebus adiuturum ſe Gallos recepit, ſi quæcunq; cepiſſent ex hoſte, ſibi reſtituerent: ex ducibus certe noſtris plurimum Boamundo Normanno deferre uiſus eſt. Cōuerſus inde ad pacis artes, orphanotropheion erexit, & muſæum: in altero pueros, puellaſq; parētibus orbos alendos in altero erudiendos inſtituit, ſumptuſq; his ex regio uectigali datus: ipſe uero morbo fatigatus, poſt ſeptimum & triceſimum imperij annum, mēſes quatuor cum dimidio, moriens, Ioanni filio, reluctante in primis matre, imperium reliquit.

IOANNES

IOannes, quem noſtrorum quidam Caloianem appellant, ubi imperiū adeptus eſt, ſuos omnes dignitatibus ornat, in Iſacium fratrem propenſiſsimus, quem incredibili charitate dilexit. uarijs expeditionib. in Aſiam uſus, Turcas Perſaſq; prælijs aliquot uicit, urbeſq; illis nō paucas ademit. Latinorū militum fortem fidelemq; operam ſemper expertus, legatos ad Innocentiū pontificem, & Lotharium imperatorē uictoriam de Rogerio gratulaturos miſit: tandem memorabili exitu in uenatione ſagitta uenenata digitum dextræ ſaucius, poſt quintum & uigeſimum imperij annū, & menſes octo, natu minori Manueli ſceptrū reliquit, cum Iſacium ut minus ad imperādum idoneum reiecíſſet: non contemnendus omnino princeps.

MANVEL

NVllus infeſtior in nos fuit: nulli inuiſiores ſucceſſus noſtrorum fuere: ut Corradum Germanum, & Lodouicū Francorum regem uarijs inſidijs fatigarit: quare coacti intempeſtiue Boſphorum traijcere, cum in locorū anguſtijs à Græcis noſtri cæderentur, fame quoq; laborare cœperunt: ſed famem morbus etiam ſubſecutus gypſo per ſummum ſcelus farinæ immixto. Quare indignatus Siciliæ rex Rogerius bellum illi indixit, indictum fortiter geſsit: uaſtata omni ora Græciæ, & Byzantio etiam per ſuos duces adeo inſultatus, ut ſagittas argenteas, aureaſq; hortis regijs immiſerint. Venetis etiam nō minus infeſtus, contra ius gentiū Henricū Dandulum eorū legatū uiolat: negociatores, quos ſimulata pace euocarat, uno die cōprehendit: ex quo Venetis armis preſſus, tandem promiſſa bonorū reſtitutione æquis penſionibus pacem impetrat. prælium cum Turcis funeſtiſsimum geſsit, in quo pene captus eſt. Federicum Aenobarbum etiam Italicis auxilijs exercuit. rectæ fidei dogmata perturbare per inſaniam adortus, non prius abſtinuit ab incepto, ꝙ omnes aduerſantes ſibi uidit. demū cum aſtrologiæ peritiſsimus haberetur, ſponderetq; ſibi multos adhuc uitæ & imperij annos, totiuſq; orientis imperiū agitaret animo, poſt trigintaocto principatus annos monaſticam uitam ſecutus, morbo perijt, Alexio filio paruulo relicto.

ALEXIVS

PAtri puer Alexius adhuc ſucceſsit, qui fatigatus multorum inſidijs, Andronicum maxime infeſtum habuit, uirum callidum & impiū: qui ex Iſacio Comneno Ioannis fratre natus, nobiliſsimus haud dubie habebatur. Is Conſtantinopolim ingreſſus primum tutorem egit, inde participem imperij. Demum præter iuriſiurandi fidem dominici etiam corporis & ſanguinis hauſtu ſacratiorem, Alexium quindecim tantū annos natum, cum treis annos à patris morte rerum potitus eſſet, miſerabiliter excruciatum necari iubet: capiteq; abſciſſo, reliquum cadauer in mare proiecit.

ANDRONICVS COMNENVS

CAllidiſsimus mortaliũ, ac ſæuus, cætera nõ improbandus, ſi regnandi libidinem demeres, bienniũ rebus præfuit, omnib. ob inſitam ſæuitiã inuiſus. Quare bello etiã à Guilielmo Siculo appetitus, cũ undiq; premeret, tandem ab Iſacio Angelo præter ſuam, omniumq; opinionẽ imperio deijcitur: captusq;, ac per urbem camelo ſedens circumuectus manu abſciſſa, oculoq; effoſſo, turbæ, uulgiq; tumultu lacer perijt.

ISACIVS ANGELVS

COmnenorum ſublata ſtirpe, ad Iſacium cognomento Angelum ſumma rerum præter omnium ſpem defertur: qui cum prudenter ſe gerere ſub initia uideretur, claſſem ad recipiendam Cyprum fruſtra comparauit. Bellum etiam cum Myſis, qui & Valachi dicuntur, Petro & Aſane fratribus defectionis autoribus infeliciter geſsit: uarias interim multorum tyrannides oppreſsit. Federicum Aenobarbũ in Syriam properãtem magnifice excepit. Ipſe uero, cum in noſtros beneuolo animo eſſe uideretur, ab Alexio fratre, quem captum à Turcis redemerat Iſacius, per ſummum ſcelus imperio oculisq; priuatur.

ALEXIVS FRATRICIDA

NOn ingratus in fratrẽ ſolum, ſed planè impius Alexius uideri poſsit, qui non ſolum maiori fratri imperiũ per ſcelus ademerit, uerumetiã nepotem extorrem pateretur. Sed affuit nõ multo poſt grauis ultio. Reſtitutus enim nepos patrem adhuc uiuentẽ rebus præfecit. Ipſo aũt Alexio fuga dilapſo, nepos Alexius Iſacij filius poſt ſubitam patris mortem imperator eſt dictus, Gallorũ, Venetorũq; armis præualentibus.

ALEXIVS IVNIOR ISACII FILIVS

PVer annorum duodecim, cũ Pannonas, Galloſq; per matrem, uxoremq; attingeret, Venetorum, Gallorumq; ope in imperiũ reſtituitur. Id uero præter alia in fœdere ſanciendo diſerte cautum, ut patriarcha Cõſtantinopolitanus Romano pontifici tanquam maiori ſubeſſet, & damna Francis Venetisq; à Manuele illata compenſaret. Qui menſe poſt reſtitutionẽ ſuam uix exacto, cum ſatageret rerum quas promiſerat, à Murziphlo quodam ignobili, quem tamen ad ſummum dignitatis gradum extulerat, fraude puer necatur: ſed Murziphlus & ipſe non multo pòſt in Pelopõneſo captus, & Conſtantinopolim retractus, per ſummam ignominiam, & cruciatus obijt.

BALDVINVS FLANDRENSIS

EXcellens Veneti ſanguinis uirtus adiuta Gallicis armis imperiũ, quot tot annos factioſiſsima, & turbulentiſsima Græcorum natio poſſederat, latino nomini facile aſſeruit. Capta enim urbe poſt Murziphli fugam, Balduinus Flandriæ comes, XVuirum ſuffragio imperator eligitur. Veneti priuo ſuffragio Thomam Maurocenũ (quãdo ita conuenerat, ut ipſi antiſtitem darent, ſi Gallus imperaret) patriarchã deſignant: qui ſtatim ad Romanum pontificem profectus, eum dignitatis ſuæ autorẽ fecit: moxq; reuerſus celeberrimo gentium conuentu, Balduinũ imperij corona donat: qui uix anno circumacto, cum præter Adrianopolim cuncta recepiſſet, moriens fratrem Henricum ſucceſſorẽ habuit. Sunt qui annos quinq; imperatum prodant.

HENRICVS

BAlduino fratri ſucceſsit Henricus: qui pace cũ Valachis firmata, & filia ducis eorum in uxorem ducta, domi foriſq; cum prudenter ſe gereret, in Theſſaliam profectus, Guilielmũ filium Bonifacij regem Theſſaliæ declarat: mox moriens Iolantam filiam Petro Autiſiodorenſi nuptam reliquit hæredem, anno imperij undecimo.

PETRVS AVTISIODORENSIS

HIc uxorio iure (quãdo maſcula nulla ſupererat proles) innixus ab Honorio põtifice ad Laurentij fanũ extra urbem inſignia imperij accepit: inde Venetis nauib. ſoluẽs, cum Dyrrachiũ in Venetorũ gratiã fruſtra tentaſſet, à Theodoro Laſcare, qui

ſe Græcorum imperatorem gerebat, per aſsimulationē pacis præter iuriſiurandi religionem & fidem, medio conuiuio obtruncatur. Sunt qui circa nemoroſa Theſſaliæ loca (Tempe ea uocant) inſidijs captum & in uinculis aſſeruatum prodant.

ROBERTVS FILIVS

NVlli dubium eſſe poteſt, treis à me principes relatos, pietate ac fortitudine eximios fuiſſe: quibus tamē fortuna haud ſanè arriſerit: tum quòd rerum diu potiri nō eſt datum, tum quòd in tanta imperij nouitate obnoxiam, ac planè precariam poteſtatem agerent. Eadem propè ſors Roberto affuit, qui ad paternæ captiuitatis nuntiū Byzantium aduolans, cū ſeſe optime gereret, Veneti nominis obſeruātiſsimus inuidiam unius ex purpuratis ſuis ſenſit: qui abductā ſibi ab illo ſponſam iniquiſsime ferens, impotens animi cum domeſticis in regiam irrupit, dehoneſtatamq; naribus puellam cecidit. Quam iniuriam ulturus Robertus, dum Romam cōtendit, atq; inde reuertitur, in Achaia morbo deceſsit, re interim Veneto prætori demandata.

BALDVINVS

QVaſi fato eueniſſe dicas, ut quemadmodum à Balduino auſpicia regni cœperāt, ſic in Balduino cōciderent: patri Roberto ſufficitur Balduinus filius. Cui, quòd per ætatem tantæ rerum moli nō uidebatur idoneus, Ioannes Brennius ſocer adiutor datur. Qui præualentibus Græcorum armis, cum Venetorum auxilio ſæpe rem tutatus eſſet, tandem oppignerato filio & crucis dominicæ parte, quinetiam templorū donarijs omnium ablatis, cum ingentem exercitū ad Boſphori fauces obieciſſet, per eius abſentiam à Michaele Palęologo proditione recipitur Byzantium: ita dum externam uim formidat, domeſtica opprimitur. Anno igitur LX. ferè quàm imperari à nobis cœptum eſt, Byzantium amiſſum eſt.

LASCARORVM STEMMA

DEtur & hoc ipſum cum ſtudioſis omnibus, tum Laſcareæ familiæ haud dubie clariſsimæ: ut qui interim ad Adrianopolim rei præfuerint, nō ignorentur, quo uſq; Michaelis Palæologi uirtute Græcis iterum uindicatū imperiū eſt. Imperator Alexius cognomento Angelus, quem fratricidam ſuperius oſtendimus, Theodoro Laſcari filiam deſpondit, dotiſq; nomine imperij titulos genero tribuit. Huic maſcula proles ex uxore nulla, fœmina tantū Irene filia fuit, quam Ioanni Diplobatazio in matrimonium iunxit, imperiumq; illi per manus tradidit. Cui poſtea Theodorus filius ſucceſsit. ex quo Ioannes, quem Michael Palæologus puerum cum interfeciſſet, ipſe ſibi & poſteris per ſummum ſcelus imperium uendicauit.

MICHAEL PALAEOLOGVS

VEhementis ſpiritus uir, cum illum fiduciariæ quodāmodo tutelæ pertæderet, imperiumq; ſibi, ac ſuis deſtinaſſet, Guilielmum Achaiæ principatu primū ſpoliat: inde Byzantio capta, cum Venetis bellum diu geſsit, à quibus facile imperio deturbari potuit, niſi Genuenſes obſtitiſſent. Quare inducijs initis, Lugdunum ad concilium uenit, quod Gregorius pontifex indixerat, facileq; illi cum Romano pontifice conuenit: ex quo tantam inuidiam Græcanicæ gentis contraxit, ut nec morienti iuſta perſoluerint, & locum ſepulturæ negarint. Hunc annos quadraginta & amplius rebus præfuiſſe, niſi annales dubia prodant, certum eſt.

ANDRONICVS ET MICHAEL FILIVS

EX tribus maribus natu maximus Andronicus imperiū arripuit: qui Michaelem matre Vngarica natum, conſortem imperij ſibi aſciuit: quo mox uita functo, præ dolore amiſſæ filiæ & generi, pater Andronicus Conſtantinum Deſpotem iuniorem ad imperij ſucceſsionem inuitat: quod Michaelis filius Andronicus ægre ferens, in auum inſurgit, Genuēſiumq; auxilio fretus, ius omne ad ſe trahit: ſed Veneti ſeniorem Andronicum cum reſtituiſſent, tandē prægrauantibus Bulgaricis auxilijs & Genuenſium

ſium, auus coactus Venetos deſtituit, parteſq; Liguſticas à nepote coactus amplectitur; & ſeptuagenario maior tandem moritur.

ANDRONICVS IVNIOR

SEx annos & amplius bellum uariũ & anceps hic cũ auo geſsit, ſæpe tamen reconciliatis animis amicorũ interuẽtu, & gratia male ſarta nequaq; coeunte. Tandem cum Byzantium nepos clàm ingreſſus eſſet, in auum nihil ultra molitus, illum ſecum imperare quoad uixit, paſſus eſt. Eo mortuo, cũ aduerſus hoſtes Romani nominis res egregias geſsiſſet, multiſq; uictorijs clarus eſſet, undequinquageſimo ætatis anno moritur, febre capitiſq; dolore intra quadriduum confectus.

IOHANNES PALAEOLOGVS ET IOHANNES CANTACVZENVS.

MOrtuo Andronico iuniore, cum Cantacuzeni arbitrio, qui magni domeſtici dignitatẽ ſupremã obtinebat, omnia prudẽter gererent, Apocauci fraude uiri obſcuriſsimi, ſed ſolertia & calliditate inter principis amicos pręcipuæ dignationis, & patriarchæ ambitione in exiliũ truditur: ille uero iniuriæ impatiens, bellum quinquennale aduerſus reginã & Iohannẽ geſsit, Turcorũ arma Europæ primus inferens. Cæterũ rebus in dies peſſum eũtibus, prodit illi Byzantiũ: quod cum occupaſſet, nulli fere moleſtus imperij tantũ participẽ egit, filia in uxorẽ Iohanni tradita: inde in Genuenſes ſocijs Venetis & Arragonijs bellũ uaria fortuna geſtũ, cui Nicolaus Piſanus dux præfuit: nec multo pòſt bellũ à Palæologo exule Cantacuzeno indictũ, Turcarum in primis ope geritur, quibus etiã in Europa locũ inhabitandũ primus tradidit. Et cum ex Tenedo ſoluens improuiſus Byzantiũ ingreſſus eſſet, tandẽ Cantacuzenus imperio ſe abdicans, monaſticã uitam inſequit. hic Iohannes Matthæũ Cantacuzeni filium conſortem imperij agentẽ tandem imperiũ deponere coegit: & cum multa fortiter adminiſtraſſet bella, moriens filio Manueli imperium reliquit.

MANVEL

DE hoc nihil aliud memorabile proditum, niſi quòd ſeptem filios mares reliquit, quorum Iohannes natu maximus morienti ſucceſsit.

IOHANNES

AVidus hic concordiæ, paciſq;, principibus cum ſacris, tum profanis Græciæ totius comitatus Italiam petijt: Eugenijq; autoritatẽ ſecutus Florentino concilio interfuit: paceq; ac concordia perpetua (ut ſperabatur) inita, mox domum reuerſus nõ diu ſuperuixit, Ioſippo etiam patriarcha Florentiæ defuncto.

CONSTANTINVS

HOrret animus tantæ cladis recordatione, & luctu adhuc tanquam in nouo malo mens refugit. Vrbem totius orientis ampliſsimã, in qua Chriſtiana pietas milleſimum ac centeſimum ſupra nonageſimumprimum annum floruerat: ubi tot principes Chriſtiani, tanta religio, tot diuorũ templa, tot reliquiæ conditæ erant: paucis diebus quàm oppugnari cœpta ſit, ab immaniſsimis, ac nefarijs Turcis captam fuiſſe: in qua nullæ ſcelerum facies defuerint: non dignitatis, non ſexus, non ætatis habita ratio: ſtupra cædibus, cædes ſtupris additæ: ipſa diuorũ templa diruta, ipſa oſſa martyrũ canib. ſuibuſq; obiecta. Conſtantinus imperator dum ad portam trepidus ſe recipit, fugientium trepidatione oppreſſus obijt: cuius caput hoſtis ad ludibriũ pilo affixum totis caſtris geſtauerit. redemptor ipſe Chriſtus (prò pudor & dedecus nobis æternũ) iterum cruci affixus, luto limoq; uexatus eſt: eaq; oĩa repræſentata, quæ in illum Iudęorum gens olim impia patrarat. Elogium inde additũ cruci: Hic eſt Chriſtianorũ deus. triduum ciuitas uexata, atq; ad arbitriũ impotentiſsimi uictoris direpta: inde quicquid regij ſanguinis mares fœminæq; illuſtres ſuperfuere, aut inter epulas pręgrauante uino Othomani iuſſu fœde iugulantur, aut uictoris libidini (quod grauius morte fuerit) reſeruantur. Incidit autem clades hæc in annum ſalutis milleſimum CCCCLIII. quarto Cal. Iunias; qui dies funeſtiſsimus, ac religioſiſsimus eſſe nobis ſemper debeat. Qua

in re ſubeat ea reputatio: à Conſtantino magno Helenæ filio conſtructam urbem eſſe, Romæ ſemper æmulam: ſub Conſtantino, qui eiuſdem nominis matrem haberet, captam Turcarumq́; iugo ad hanc diem ſubditam, cum Nicolaus pontifex Romanæ præeſſet eccleſiæ, Fridericus Germanis imperaret: noſtri interim Veneti cum claſſem ductu Iacobi Lauretani emiſiſſent ab ſubitæ oppugnationis nuntium, hoſtis Turcæ celeritate præuenti nullam opem lapſis iam rebus afferre potuerunt. Regnatum à Palæologis annos ferè ducentos.

DE BYZANTIO

FVerit & hoc inſtitutæ rei conſequens, ut qui Byzantium primi condiderint quęue urbis tam celebris incremēta à prima eius origine ad ætatē noſtrā fuerint, & q̃ uaria fortuna, perſtringā: nam ſi caſtelli unius originē diligētius perſcutari non ineptum ducitur, cui quæſo ingratum eſſe poſsit, urbis tam uetuſtæ, tam amplæ, in qua imperij Romani maieſtas qualiſcunq; tot annos uiguerit, ortū caſumq́; percepiſſe? Byzantium primo in anguſtiſsimo Europæ Aſiæq́; euripo poſuere Lacedæmonij Pauſania duce, Lygos ante dictum: quod uariāte deinde fortuna, dum incerti iuris poſſeſsio adhuc eſſet, Athenienſibus, Spartaniſq́; id ſibi certatim uēdicantibus, tandē libertatē ſibi aſſerere: & dum neuter populus tanq̃ propriā urbem auxilijs iuuat, liberæ cōditionis eſſe cœpit. per quæ tēpora res eorum admodum floruit agro fœcundo, feraciq́; in primis, & mari admodū opportuno, unde uectigalia, uectigalibusq́; eorum augendis piſcium uis ingens ad eorum littora deferebat. Quàm cōmode poſita eſſet, oraculi Pythij ambages arguit: nam conſulentibus Græcis ubi urbem conderent, data ſors exciderat, ſedem oppido cæcorū aduerſam quærerēt, Chalcedonios haud dubie innuens, qui priores in ea loca profecti Megaris, peiora legerant. Piſces etenim ex Euxino in Propontidē illati, ubi ad Chalcedonenſe littus incurrere, territi candicante ſaxo, quod à uado ad ſumma pelluceat, aduerſum Byzantij promontoriū ex ea cauſa Chryſoceras appellatum, pręcipiti petunt agmine. Itaq; omnis captura Byzantij, Chalcedonenſibus penuria. primū cum Romanis fœdus aduerſum Pſeudophilippum à Byzantijs initum eſt: inde ſemper forti, fideliq́; opera eorū multis, uarijſq́; bellis uſi ſumus. Quouſq; Seuerus imperator occupatam à Peſcennio Nigro, eo occiſo funditus euertit, & in uici formam redegit, agro etiam eorum Perinthijs adiudicato. Fuit aūt urbis murus Mileſio quadrato lapide, adeo indiſcreta laterum ſtructura, ut una prope muri compages ſpectantibus uideri poſſet. In huius ruinis Conſtantinus magnus aquilæ præpeti uolatu ex Chalcedone illuc regulares funiculos terq; ac quater inſerentis admonitus, urbem ampliore mœnium circuitu cōſtruxit, Romæ operibus & nomine etiam æmulam futuram: quam cum uarijs ſignis, ac monimentis undiq; conquiſitis ornaſſet, ante quintū Iduum Maij deiparæ uirgini dicauit. Quin & Valens mathematicæ prædictionis conſultiſsimus, annos DC. XCVI. potituram rerum prædixit, quæ tamen adhuc duret: portus duos habet, quos ductis utrinq; catenis & turrib. erectis munitiſsimos reddidit. Illud eſt, quod Dion grauis in primis autor memorabile prodiderit, ſeptem turres eo artificio fuiſſe conſtructas, ut ſi quis uni inclamaſſet, lapidémue immiſiſſet, ſonitus ex omnibus redderetur æqualis, ita ut ex ſingulis proprius exaudiret. Et cum multa ad ornatum nouæ urbis conquiſiſſet, cochlidem inſuper Porphyretici lapidis ex urbe Roma aduehendam curauit: cui ſtatuam ſuam, & clauum unum Chriſti redemptoris cruciatu inſignem ſuperimpoſuit, quę Alexio Comneno uiuente corruerit: Palladium etiam ex Ilio cōportatū. Principes à Conſtantino cum diuerſa fortuna, tum rerum uario ſucceſſu multi prętuere: magna tamen eorum pars ambitioſi, crudeles, auari, & obſcuriſsimi: quodq́; grauiſsimum ſit, ab orthodoxa fide aut abhorrentes, aut etiam infeſti: donec urbs terræmotibus, incendijs, ſeditionibus inteſtinis obnoxia, quibus alimentum leuitas genti inſita præberet, adde etiam principum inſtabilitatē, in nefariæ gentis Turcicæ libidinem deciderit: in qua non ſine noſtro graui dedecore ſeptuageſimum prope annum dominati fuerint, Maomethes primus, inde Pazaites eius filius, & qui nunc omnibus formidoloſus Syriæ, Aegyptoq́; imminet, Selinus. Et quoniam Turcarum proxime meminimus, qui nam illi fuerint, undéue terrarum profecti, per

quos

quos duces eorum aucta res ſit, breuibus explicandum eſt mihi: Tum quia res memorabilis admodum ſit, tum quòd diuerſa quædam quàm noſtri hactenus tradiderunt, & (ni fallor) ſimiliora ueri proditurus ſim: cum alij præter eorum nuda nomina, uix quicquam memoria dignum in multis retulerint.

DE ORIGINE TVRCARVM

TVrcæ, partim Caſpio mari proximi, qui Aſiam, orientemq́ uaſtarunt, Caucaſiq́ ueteres incolæ, qua parte ad Arctum uergit, partim inter Scythicas gentes relati, & Hunnici ſanguinis, qui poſtea Vngari dicti ſunt, exiſtimati, quòd ex Græcis autoribus, & Latinis aliquot colligas: ueteres ſcriptores (quod ſciam) de his nihil, præter Melam & Plinius, ille pręter nudũ Turcarũ nomẽ in Scythię relatiõe nihil aliud addit. Siue igitur ueteres illi à Mela relati, ſiue recens aliquod genus hominũ, eorũ certe qui Caſpij maris accolæ fuere, tenuiſsima memorant primordia, & ut cæterarũ gentium plane obſcura. nam ſeptingenteſimũ ab hinc annũ natali ſolo relicto, in Perſidem atq; Aſiam minorẽ primum impetũ fecere: ſed nec unus dux illis, nec certum imperium: uagi diſpalatiq́ quòue cuiq; ſors affuit, latrocinantes magis q̃ belligerãtes prouincias uaſtarunt. prima ſtipendia Baſilio Macedone imperante ſub Muchumetio Saracenorũ principe meruere, quorũ præcipue opera Babylonios, Indosq́ ille uicerit. Sed peperit his uirtus inuidiã: prohibitiq́ ad ſua redire, indignati primo ſecedunt: inde uno alteroq́ prælio Tangrolipicis Mucaletij ducis eorũ auſpicijs feliciter aduerſus Saracenos geſto, tandẽ egregie uincunt, Muchumetiũq́ profligatũ acie obtruncant, ex quo res Turcica ad Tangrolipicem delata. Is alijs Turcis ad ſe accerſitis Cucumetium nepotem aduerſus Arabas, cum paratiſsimis copijs miſit: qui pręlio ab his uictus, cum à patruo per ſummũ contemptũ exceptus eſſet, eius iracundiã ueritus, ab illo deficit, & Paſara Choraſmiorũ urbe munitiſsima ſeſe includit. Tangrolipix interea pręlio genti funeſtiſsimo in Mediæ finibus cum Romanis Aſani alterius nepotis ductu cõflixit. Quo uicto & cæſo, indignatus ille Aleimum fratrẽ iterũ in Romanos miſit, qui egregiam uictoriam capto Liparite Gręcorũ duce, & cæſis etiã Iberis Romanorũ ſocijs retulit: ſed cum Liparitẽ primũ, mox & dona à principe miſſa facile Turca reddidiſſet, nec præſtarent Romani quod promiſerant, ingentibus copijs accinctus Tangrolipix Aſiam omnem ad Euxinũ mare aut uaſtat, aut ſubigit. Variatũ deinde in gente factionibus exortis ad Gallorũ uſq; memorabilẽ illam expeditionẽ, qua fracti ab his ſępius, magna etiam imperij parte mulctati ſunt, donec Othomanus ab hoc Selino, qui rerũ nunc potitur nonus, ueterẽ gentis gloriam aſſerere auſus eſt. Is obſcuro loco & parentibus agrarijs natus, uirtute ac calliditate ſingulari, conflata per ſeditionem manu circunferre Turcica cœpit arma, in ſuę gentis homines nõ minus infeſtus q̃ in noſtros. Paulatimq́ rerũ ſucceſſu, & imperandi libidine inflãmatus, caſtellum quod Othomanum de ſuo nomine appellari uoluit, cepit: diſtabat id à Pruſia Trapezuntẽ uerſus itinere dierũ ſex. agebatur aũt annus ſalutis noſtræ milleſimus trecenteſimus, præeratq́ in Barionæ ſede Bonifacius octauus, circa exitum Michaelis Palæologi & Andronici nepotis initia: quo tẽpore Germanis Albertus imperabat. Othomanus igitur his auſpicijs intra octo & uiginti annos, quibus rerũ potitus eſt, incredibile dictu quantum rem ſuam auxerit: magnã certe Bithyniæ partem breui ſubegit, oppidaq́ ad Euxinum poſita non pauca cœpit: qui moriẽs Orchani filio regnum per manus tradidit: ſub quo diſsidio Græcorum Cantacuzeno & Palæologis cõtendentibus, adeo res Othomanica creuit, ut Pruſiam Græcis ademerit. & dum Cantacuzeno magis q̃ Palæologis fauet, primus in Europam ab eo accerſitus traiecit. Caramanũ etiam, perfidia in illum uſus, cuius filiam in uxorẽ duxerat, interfecto eius filio adoleſcente, nõ exigua principatus parte exuit. Qui poſt XXII. imperij annũ Ammuratem filium hærẽdẽ reliquit. Is auitam, paternãq́ felicitatẽ æmulatus, in Caramanum auum maternũ non minus infeſtus q̃ pater fuit: mox ab imperatore Palæologo ſolicitatus in Bulgaros, fratremq́ Peloponneſi principem, qui bellum mouerant, XII. Turcarum milibus in Europam tranſportatis, egregie Bulgaros, hoſteſq́ imperatoris ultus eſt. hinc Europeis opibus illectus, dum ulciſci imperij hoſtes ſimulat, uſus Genuenſium nauibus, Helleſpontum

ad Abydum ſuperat, Callipolimq́ cum alijs oppidis occupat. Is fuit annus milleſimus CCC. LXIII. nec multo poſt Seruiã Bulgariãq́ ingreſſus, cum Hadrianopolim prius occupaſſet, occurrentes ſibi cũ paratiſsimis copijs hoſtes ingenti cæde profligat, Lazaro Seruiæ principe in acie cæſo: ſed mox à ſeruo in domini uindictã Ammurates occiditur, cum annos XXIII. imperiũ tenuiſſet, Pazaite & Solimano liberis ſuperſtitibus. Pazaites interfecto per inſidias fratre, patris mortẽ ulturus, Marcũ Craieuicium Bulgarorũ principẽ prælio ſuperat, & interficit: inde magnã Bulgariæ partẽ ſibi ſubiecit: nec tanto rerũ ſucceſſu quietus, Boſsinam, Croatiã, ulterioresq́ Illyrici partes uaſtat. Conſtantinopolim annos octo obſidet, facileq́ obſeſſam iã tunc expugnaſſet, niſi Vngarorum Gallorũq́ aduentũ formidans, quibus ad Nicopolim occurrit, memorabili prælio noſtros ſuperaſſet, cęſis captisq́ magna ex parte Gallorũ ducibus, in primis Iohanne Burgundiæ duce, & Sigiſmundo Vngariæ tunc rege tumultuaria pugna fuſo: qui facile in hoſtis poteſtatẽ ueniſſet, niſi Venetæ claſsis occurſu ſeruatus è fuga eſſet, cui tum Thomas Mocenicus, qui poſtea Michaeli Steno ſucceſsit, pręerat. inde ad Cõſtantinopolitanã obſidionẽ ſpei plenus regrediẽs, cum eam biennio obſeſſam tenuiſſet, trepidiſsimis Tamberlanis Scythæ nuntijs, qui infinita pene multitudine Turcarum terras inuaſerat, excitus, illi ad Stellam montẽ congreditũ, in Galatiæ Bithyniæq́ confinio. Cæſa ſunt in ea acie Turcarũ ducenta milia: uiuus ipſe Pazaites in hoſtis poteſtatẽ uenit, qui aureis catenis caueæ uinctus, ad mortẽ uſq́ à Tamberlane circũductus eſt. incidit hæc clades Turcis in annũ milleſimum CCC. XCVII. ſalutis noſtræ, Bonifacio nono põtifice Ro. Huic duo fuere liberi mares, Orchanes, quẽ alij Calepinũ: & Maometes, quẽ noſtri Moyſen magno, uti uideo, errore dicunt. Orchane intra biennium per inſidias à fratre interfecto, Maomethes rẽ Turcarũ ſolus occupat. qui Turcia auito regno Aſiæ recepto per Tamberlanis interitũ, Bulgaros & Valachos prædis & cladibus afflixit, Adrianopoliq́ recepta, regiã ibi ſedem ſtatuit. ipſo poſt annos ſeptẽ & decem mortuo, Ammurates filius regnũ init, Iohanne XXIII. Barionę ſedẽ tenente. hic maiorũ gloriã non ſolum æquauit, uerũetiam longe ſuperauit. Prima illi expeditio in Myſorũ principẽ qui nunc Serui dicunt, fuit: de quibus Scopiã & Nouemontũ poſt longam obſidionẽ cepit. Duos Reguli filios captos oculis priuat: poſtea ſororẽ eorum uxorem ſibi aſciſcit: reſtitutoq́ per has nuptias Nouemonto in Valachos, Vngaros & Germanos incurſiones graues facit: inde in Epeirũ deflectens Croiam expugnat, Venetorũ arma in ſe ſollicitat, Theſſalonica his per uim adempta. Interim una ab Vngaris ingenti pugna uictus, inducijsq́ ab his decẽnalibus impetratis, iterũ ab ijſdem Vngaris præter iuriſiurãdi fidẽ Eugenij pontificis hortatu bello petitur: quos duplici prælio ducum noſtrorũ diſcordia & ambitione uicit. in altero ad Varnam Ladislaus rex Poloniæ, & Iulianus Cardinalis obiere: in altero ad Baſila uictus Hunniades, cæſiq́ principes Vngari nõ pauci pręter gregariũ militẽ, qui ad internecionẽ occubuit. Nec moratus Peloponneſum fratrũ diſcordia iniuriæ obnoxiã in ditionẽ redegit. exinde reputans animo regni moleſtias, & fortunæ inconſtantiã animo agitans, in Aſiam abijt ſolitariam uitam ſecutus, & Maomethę filio cura rerum demandata ſub Calibaſſæ tutela: quã non multo pòſt repetere ſuaſus (ætas enim filij nõ ſatis idonea rei adminiſtrandæ adhuc uidebat) Epeirũ ingenti exercitu repetit (defecerat enim fere uniuerſa Scanderbecchio autore) & Croia fruſtra per aliquot menſes oppugnata, mœrore animi obijt, cum annos quatuor et XXX. regnaſſet. Longũ eſſet, ſi Maomethis eius filij res geſtas explicem: quæ quantæ fuerint, nouũ Othomanicæ familiæ magni cognomẽtum ab eo quæſitũ, & in hæredes iam tranſmiſsũ arguat. Is enim duo Chriſtianorũ imperia, Conſtantinopolitanũ, & Trapezuntiũ ſubuertit: regna duodecim nobis ademit, ducentas urbes Chriſtianã pietatẽ ſecutas cepit, & in his Chalcidẽ inſulam armis & Scodram deditione Venetis extorſit: bellũ maritimũ per multos annos cum maiorib. noſtris geſsit. Capham ponticã urbem expugnauit. Rhodon inſulam fruſtra tẽtauit. Italiæ capto Hydrunte arma intulit: & dum pluſq́ ciuile bellũ in maiorẽ filiũ meditatur, cum annum unum & XXX. præfuiſſet, obijt anno ſalutis noſtræ M. CCCC. LXXXI. quinto Nõ. Maij. Quo mortuo res Turcica ciuilibus armis aliquãdiu iactata eſt. Sed minore fratre uicto & fugato, ſolus imperium Pazaites obtinuit; qui Valachiæ caſtella quædam

dam cum expugnaſſet, inde in Sultanũ Aegyptiũ copias eduxit, à quo ſæpe uicti Turcæ tandẽ pacẽ, fœdusq́ iniere. Ceterũ cũ otij appetentior à natura uideret, nec tamen per ſuorũ hominũ ferociã feriari à re bellica poſſet, paratis terra mariq́ ingentibus copijs anno M.CCCC.XCII. Cerauniorũ montium accolas inuadit: tractumq́ illum liberarũ ſemper ad eam diem gentiũ Turcicæ ſeruituti ſubdit. inde ſeptimo poſt anno terribili claſsis apparatu Venetis Methonem, Naupactumq́, mox inde et Dyrrhachium adimit. Quin & in Foroiuliẽſi agro trepidatũ, Turcis fœde terram eam magno noſtrorum damno uaſtantibus. Nec multo pòſt pax ſecuta Andreæ Griti patritij clariſsimi opera, poſt quam nõ diu ſuperſtes Pazaites fuit regno à Selino filio pulſus, qui rerum nunc potitur, ex quo annos ferme triginta imperitaſſet.

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII
VENETI ROMANORVM PRINCIPVM
Liber tertius.

VENTVM iam eſt mihi ad tertium, atq́ ultimum inſtitutæ cõmentationis librum: quæ mihi ut laboris & operæ minus, ita certe multo plus uoluptatis allatura ſit. Nam & à cõtinuis imperij cladibus tantiſper auertitur animus dum lætiora perſequor: & hi mihi principes poſthac erunt referendi, quorũ res geſtę & domi foriſq́ felicitas in pleriſq́ tanta eſt, ut ueterum Romanorũ gloriam nõ pauci ex his æquent, certe recentiorum memoriã, eorum uidelicet qui ſupra milleſimũ annum à me repetiti ſunt, adeo obſcurẽt, ut iniquiſsime propemodum faciat, ſi quis hoſce illis conferat. Nam ut in pleriſq́ ſordes, & generis pudendam originem ſileam, quotus eorum quæſo fuit, qui aut augendæ reip. ſtuduerit? aut auaritia non flagrarit? aut ſæuitia in ſuos, in externos perfidia infamis non uixerit? adde ueræ pietatis in hiſce contemptũ, tot hæreſes ab illis, aut per ſummũ ſcelus excogitatas, aut ad inſaniam uſq́ & pontificum Romanorum exilia & cędem pertinaciter aſſertas: acceſsit odium plus q́ hoſtile in Latinum nomẽ. Quid dicam quoties inſultatum ſit Romanis pontificibus? Quoties eorum uiolata maieſtas? Nam ſchiſmatis crimen eo grauius exiſtimari debet, quo & concordiam noſtrorũ pontificũ ſæpius expetiere, & expetitam pari leuitate reiecere. donec paulatim uetere labente diſciplina, req́ magis ac magis in lapſum prona, tum demum in præceps noſtris tẽporibus acta, imperium tanta indole partum, & auctum ad Turcas trãſierit: quo factum eſt, ut gens olim in terris ingeniorum acumine, tot artium ſolertia, tanto rerum uſu celeberrima: addo legibus, inſtitutis domeſticis, eloquentiæ ſtudio, & tot urbibus ac colonijs per orbem deductis frequẽtia & amplitudine optime de humano genere merita, nunc aris, fociſq́ patrijs expulſa, inops egensq́ alienæ opis, aut erret profuga, aut immaniũ Barbarorum iugo ſubiecta ſeruiat, uti iam in ipſa Græcia quæramus Græciã. Quod ſi uerũ eſt, fruges & arbores pro ſoli, terrarumq́ ingenio mutari, & de cælo mortales quod hauriant, naturam & mores induere: ſimile ueri certe uideri poſsit, Thraciam illam feritatẽ, & Bithynicam barbariem (quando hæc loca recentiores Græci tenuere) eſſe ab his hauſtam. & alioqui Thraces homines & Phryges, & (quod præcipue pudeat) Macedonũ Cappadocumq́ mancipia rerum potiti ſunt: ne aliquot Iſauricę gentis ingerã, qui tametſi uſu conſuetudineq́ Græcam linguam imbiberant, patrios tamẽ mores, quibus innutriti fuerant, retinerent. unde illis fortaſſe cuncta perdendi libido, tanq́ non propria tuentibus: & Romani nominis, Latiniq́ contemptus ac odium, quod à principibus ſuis acceptum ſemigræci homines, nec quicquã auitæ indolis ac prudentiæ redolentes, ſi linguam ueſtitumq́ demas, in poſteros tranſmiſere. Siquidem diuinitus à Platone dictum; quales eſſent principes, tales ferè eſſe eorũ, qui his obediant, mores. Cæterũ querelæ, ne tum quidem gratæ futuræ, cum neceſſariæ eſſent, certe ab his noſtris libris abſint.

Quibus id tantum agimus, uti rem obſcurã, ac prope obſoletam illuſtremus, & uarijs monimentis traditam, nec Græcis Latinisq; hominibus ſatis exploratã, breui hoc uolumine cõplectamur. Sumemus igitur auſpiciũ dijs fauentibus, à Carolo Francorum rege, cui res egregie geſtæ Magni cognomentũ iure peperere.

CAROLVS MAGNVS

IRene Conſtantini matre Byzantij rerum potiente, cùm imperij Romani maieſtas omnia ſibi Barbaris uendicantibus obſoleſceret, nec in fœmina, quamuis altæ indolis, ineſſe præſidij multum uideretur, Leo pontifex ſcito Romani populi clericq; rogatu Carolum Francorum regem, ob egregia in Chriſtianũ nomen, & Romanam ſedem merita, Romanorum imperatorem primus appellat, inunctũq; cum Pipino filio Auguſtum conſecrat, anno ex quo in Italia imperari deſitũ poſt Auguſtuli interitum trecenteſimo ac trigeſimo, ſalutis noſtræ octingẽteſimo, regni uero eius, ex quo Francis præfuerat triceſimotertio. dies tantæ rei Iduum Decemb. delectus. Subſecutaq; mox populi Ro. acclamatio, Carolo Auguſto Magno & pacifico uita & uictoria. Huic Pipinus pater fuit, qui primus Chriſtianiſsimi cognomentũ tulit, ob nauatam Romano pontifici aduerſus Langobardos egregiã operam. Carolus aũt paternæ uirtutis æmulus, ſub regni initia bello defunctus Aquitanico, Italiam Adriani põtificis adhortationem ſecutus, ingreditur. Langobardorũ regnum capto eorum rege Deſiderio, Francico nomini ſubigit. Saxones ſępius rebellantes tricennali tandẽ bello uincit, & quod ab initio ſemper egerat, uera pietate imbuit. Saracenos Hiſpaniam fere omnẽ uaſtantes intra Bæticæ angulum cõpellit, & præſidijs Pompeiopoli, ac Cæſarauguſtæ impoſitis, dum in Franciam redit, Vaſconũ inſidias paſſus, non paucos ex ſuis & in his fortiſsimum quenq; amittit. Sclauos, Danos, & Baioarios tumultuantes in ditionẽ ſuam redegit. Iterum Italiam ingreſſus, ut Romanæ eccleſiæ patrociniũ ſemel receptum conſtanter tueretur, Beneuentanorũ ducem Aragiſum, Langobardorum reliquias adhuc fouentẽ, ad officiũ coegit. Hunnicũ bellum octauo pôſt anno feliciſsime conficit: cum eorum regiam, quæ Rhingus appellabatur, expugnaſſet, & theſauros opulentiſſimæ omnium gentis aſportaſſet. Inde tertio ad Italiam contẽdens, pontificis Leonis iniuriam ulturus, ſimul & eius cauſam cogniturus, omnia ex ſententia componit. Vnde illi poſt ingentia merita imperatoria maieſtas & poſteris quæſita. Quare cõpoſitis Italiæ rebus, cum nihil grauius in Langobardos ſtatuiſſet, quàm ut æquo cum Italis iure uiuerent, & partito imperio cum Irene, in quo diſerte cautum, ut Veneti ſuis uterẽtur legibus, & bello paceue neutrius cenſerentur iuris, in Gallias redit: filioq; Ludouico conſorte imperij declarato, tandem moritur Aquiſgrani v. Cal. Februarij, ætatis anno ſeptuageſimoprimo, regni quadrageſimoſeptimo, poſt Langobardos debellatos quadrageſimotertio, ex quo uero Auguſtus à Leone pontifice dictus eſt XIIII. Fuit in hoc principe, quod incredibile multis uideatur, pacis belliq; par ſtudium, inſignis pietas, beneficentia ſingularis, humanitas quanta in ſuperiorum principũ nullo: in rebus bellicis maiórne u rtus an felicitas extiterit, neſcias: nullus certe ferociores gentes debellauit, nemo collatis ſignis ſæpius dimicauit, nemo bonarũ artium ſtudia indulgentius fouit: ipſe Parrhiſienſe gymnaſium, & Papienſe uiris undiq; doctiſsimis accerſitis inſtituit: templa diuis erexit, ueræ religionis obſeruator etiam in minimis fuit. Iniurias illatas ciuili animo tulit, in hoſtes raro acerbius ſæuijt. Italicæ glorię ita ſtuduit, & quieti, ut præter Florẽtiam urbem inſtauratã, claſſes quoq; paratas habuerit, quibus Maurorum populationes arceret. His meritis ad hæc uſq; tempora à multis ut cælitũ unus colitur. Eius monimenti elogium huiuſmodi fuiſſe traditur.

CAROLI MAGNI CHRISTIANISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS CORPVS HOC CONDITVM EST SEPVLCHRO.

LVDOVICVS PIVS

IAm uti Carolo patri res egregiæ domi foriſq; geſtæ Magni cognomentum peperere, ſic Ludouico facilitas ac clementia, religioniſq; ſummum ſtudium, Pij tertio ad hoc æui dedit. Qui ſub patris mortem Aquiſgranum ex Aquitania contendens, diuerſarum

ſarum primo gentium legationes audijt, inde Dacicū bellum ex ſententia conficit: nec multo pōſt Bernardum ex Pipino filio nepotē in Italia res nouas molientē capitali pœna afficit: in antiſtites rerū nouarum autores mitius actū: incluſi cœnobijs uita donantur. & cum Britones, reliquosq́; pacis turbatores cōpreſsiſſet, à filijs tribus captus, tanquam in Carolum natu minimū propenſior eſſet, imperiū eiurare cogitur: ſed tumultuāte optimo quoq; reſtitutus priſtinæ dignitati, nō multo pōſt partito imperio deceſſit Magūtiæ, cum imperaſſet annis uigintiſeptem, uixiſſet ſexagintaquatuor. Hic Stephanum Romanū pontificem magna Gallorum frequētia exceptum, & cruce magni ponderis donatum à ſe dimiſit. Quin & Paſchali ius eligendorū præſulum remiſit: ſanxitq́;, ut ſacri ordinis homines à gemmis, cultioreq́; ueſtitu temperarēt. Quid facturus pientiſsimus imperator, ſi luxum noſtri temporis aduerteret?

LOTHARIVS

TRes ſuperſtites liberi Ludouico fuere, Lotharius natu maximus, præter Italiæ regnum, Narbonenſem Galliam & imperij decus aſſequitur, Carolo Gallia omnis citra Moſam data. Ludouicum Germani regem ſortiti: ſed non diu manſit fratrū concordia. Violatus (credo) ab his pater tanti ſceleris pœnas expoſcebat: quippe qui ardētibus animis inter ſe, dum paternam imperij diuiſionem æquo animo non ferunt, infeſtis ſignis concurrere ad Fontanicum Altiſsiodorenſis agri uicum: qua acie tot Gallorum millia utrinq; cecidere, ut conuulſæ prope imperij uires ſint: uictus tamen Lotharius & Ludouicus à Carolo: & cum bellum iterum repararent, iterum fuſi, pacem petiere. Quæ his prope cōditionibus data, ut imperij titulo Lotharius cum Italia & Narbonenſi Gallia frueretur, Ludouicus Germaniam poſsideret, Carolus Frācis à Moſa ad Oceanum præeſſet, addita & ea Galliæ pars, quæ Scalden inter & Rhenum iacet: ea nunc Lothoringia eſt. ipſe cum Ludouicum filium regni cōſortem aſciuiſſet, & imperij ſocium declaraſſet, decimoquinto pōſt anno monaſticā uitam ſecutus eſt, tædio rerum aduerſarum (ut opinantur) affectus.

LVDOVICVS

HIc Lotharij filius eo uiuente (uti diximus) regni, imperijq́; conſors efficitur. Romæq́; à Sergio pontifice inūgitur & coronatur: reuerſusq́; ex Italia in Germaniam, poſt patris mortem cum Carolo Caluo Francorum rege diſcordibus animis ferè ſemper uixit propter Auſtraſię regnum, quod Lotharij fratris fuerat, & Caluus id ſibi totum uendicarat: ſed mox compoſitis rebus, cum annum unum & uiginti rebus præfuiſſet, moritur Ludouico filio ſuperſtite.

CAROLVS CALVVS

REdierat Ludouico mortuo ſumma imperij ad Carolum Francorum regem, minimum natu Ludouici Pij: qui cum Britonibus & Nortmannis uaria fortuna dimicauit, poſtea audita Ludouici morte, in Italiam profectus, à Ioanne pōtifice corona donatur imperij. Quare mox in Saracenos mouens, facile conatus eorū repreſsit: inde in Galliam reuerſus breui Italiam repetit: aduerſus quē Ludouici Germani filij, dum bellum parant, ipſe curis confectus, ueneno à Sedechia medico Iudaici ſanguinis dato obijt, Ludouico Balbo hærede. Notata in hoc imperatore ambitio immodica.

LVDOVICVS BALBVS

LVdouico Calui filio Ioannes pōtifex imperij titulum, præter Italiæ multorū principum uoluntatem ſolus aſſeruit: qui è cuſtodia fugiens, cui Romani illum incluſerant, & in Galliam contendens, ratum Balbo imperiū ſuo aſſenſu fecit: quod tamen ualetudinarius princeps biennio uix obtinuit: obijt anno ſalutis octingenteſimo octogeſimo, Carolo Simplice hærede.

CAROLVS CRASSVS

HVnc Craſſum à corporis (ut arbitror) habitudine dixere: qui Ludouici Germanici regis filiꝰ à Ioāne obtinuit, mortuo Balbo, impīj coronā. hic Nortmānos, Pāno

naſq; uarijs prælijs afflixit. Robertum autem Nortmannorũ ducem de ſacro fonte le uauit, data illi in uxorem filia. Sed mox cum inutilis imperio, nec in eo ſatis præſidij ui deretur ad Nortmannos Gallia exturbandos, ob ſubitã uim morbi abrogato illi impe rio poſt decẽnium deceſsit. laudatur in hoc principe religionis ſtudium, & in literatos homines beneuolentia, quos ad ſcribendum adhortari ſoleret.

ARNVLPHVS

VT nihil certi affirmare de Arnulphi origine habeam, facit ſcriptorum inconſtan tia: mihi tamen ſimilius uero uideatur, ex Carolomanno Ludouici Balbi pro gna tum: nec enim uideo, qui fieri potuerit, ut obſcuriſsimus homo (quod quidam aſ ſerant) imperio præfuerit, Gallis præſertim ſuos reges tanta ueneratione colentibus, & ignobiles auerſantibus. Huius igitur uirtus effecerat, ut quando Carolus Simplex parum idoneus haberetur, iſte imperaret: qui aduerſus Nortmannos res egregias pri mo geſsit: mox in rapinas, templorumq; ſpoliationes cõuerſus, iuſta numinum ira ple ctitur. Nam & prior illũ felicitas deſeruit, & breui pediculari morbo confectus obijt. illud acceſsit grauius, quòd imperij maieſtas in eo defecerit, quæ per annos centũ tan ta indole à Carolo Magno quæſita, neſcias maiore Gallorum dedecore & infamia, an Italiæ damno, ad Germanos tralata ſit. Terra certe Itala ſub Gallorũ principatu adeo floruit, ut uetera Romanorum principũ tempora nõ ſanè deſiderares: ſed & anni ſexa ginta uſq; ad Othonem primum Saxonum regem, quibus nullum non calamitatis ge nus ſenſit, illa olim gentium alumna & parens Italia, fecere, ut Gallicum nomen deſi derabilius foret. Cæterum de his aliàs.

OTHO I

SExageſimus ferè agebatur annus ab Arnulphi morte, Berẽgarijs interim Lango bardici ſanguinis Italiam uexantibus, & Vgone, Rodulpho, & Lothario Gallis principibus rem ſibi interdum aſſerentibus. Cæterum cum Berengarius tertius cũ A dalberto filio tyrannum uerius quàm principem ageret, accerſitur à Romanis Otho. Cuius tunc nomen ac pietas celebris erat, Boleslao Boemo capto, & Vngaris prælijs aliquot afflictis. Ille igitur Saxonia egreſſus, cum quinquaginta milibus armatorũ Ita liam per patentẽ Forijulij portam ingreditur, facileq; Berengariũ & eius filium ad ob ſequiũ retrahit: quos data uenia magna etiã Galliæ Ciſalpinæ parte donat. Inde abiẽs Ludouicum Franciæ regem factione ſuorũ carceri incluſum eripit: nec quieſcere diu tius datum Berengario & Adelberto res nouas molientibus: quos facile uictos & ca ptos, alterum in Auſtriam, alterum Byzantij relegat. Inde Romam profectus. à Ioan ne pontifice primus Germanorum principum corona donatur imperij: quẽ tertio Ità liam repetens, cum grauiſsimorũ criminum reus ageretur, ſæpe tamen antea ut reſipi ſceret, admonitũ, coacta ſynodo officio deijcit Leone ſuffecto. Hunc cũ Ioannis ponti ficis neceſſarij illo ſub Othonis profectionẽ redeũte, urbe eieciſſent, ſtatim ulturus in ſignem iniuriam ex Vmbria Otho aduolat, ac Romanis COSS. in Germaniam rele gatis cum præfecto, Leonem reſtituit. Saracenisq; ac Græcis, qui illis adhæſerant, Ca labria, Apuliaq; fugatis, in Germaniã reuerſus Viennæ obijt. Vir pacis belliq; artibus inſignis, pietatis autẽ aſſertor præcipuus: rebus præfuit annis XXX. & amplius.

OTHO II

HVnc ex Adelaida Lotharij uxore ſuſceptum pater ſucceſſorem ſibi inſtituit, & inunguendum à Romano põtifice curauit. Cuius etiam opera Saracenos, Græ cosq; Calabria expulit. Hic mortuo patre, Henricum Bauariæ ducem nouis rebus ſtu dentem armis domuit, & aduerſus Lotharium Francorum regem, qui ſibi Lothorin giam aſſerebat, Galliam ingreſſus fœdis populationibus uaſtat. Cæterum dum reuer titur, in Axonæ fluuij tranſitu graui incõmodo à Francis affectus eſt, pleriſq; militum fluminis impetu, alijs ferro enectis: & dum in Italiã feſtinat ad famam Græcorũ princi pum, qui Saraceno etiam milite inſtructi Italiam ſibi uendicabãt, his cõgreſſus ad Ba ſantellum uincitur: ipſe ſcapha cõſcenſa ad mare delatus, Romamq; ex Sicilia profe ctus, Beneuẽtanos in primis ultus eſt, quos uti deſertores oderat. Beneuẽto aũt incẽſa

Bartho-

Bartholomæi reliquias inde aſportatas Romæ componit, ubi nõ multo pòſt ſato uita deceſsit decimoſeptimo imperij anno.

OTHO III

NOn pœnitet adhuc Germanorũ principum, quippe quorum uirtute Chriſtiana pietas, & res Italica reſpirarit. Cui reſtituendæ auitæ, paternæq́ uirtutis ęmulus Otho tertius incubuit: qui à principibus Germanis imperator Romæ dictus, Brunonem Saxonem pontificem creat, Gregorium quintũ appellatum. inde Saxoniam inuiſens, Romam ingentibus mox copijs accinctus, minarum iræq́ plenus aduolat: ferebat uidelicet iniquo animo Gregoriũ ab his expulſum. Capta igitur Roma, & Creſcentio autore diſcordiæ à multitudine cæſo, Ioanne adulterino pontifice luminibus priuato, Gregorius reſtituitur. qui ſtatim ſanctionem eam tulit, quæ per quingentos annos adhuc durat: Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem uendicato: principes ſex, ſacri ordinis tres, profani totidem eum deligũto: hi ſi diſcordes fuerint, Boemiæ regem coaptãto. Nec multo pòſt Otho undeuigeſimo imperij anno naturæ cõceſsit. Fuit hic Veneto principi Vrſeolo familiaris, in cuius gratiam cũ Venetias inuiſiſſet, uoti reus pallium aureum, quod annuum Veneti pendebant, remiſit.

HENRICVS I

IN Othonis locum ex Gregorij formula Henricus Bauarici ſanguinis imperiũ adipiſcitur, uir pietate inſignis, nec armis ulli priorũ principum minor: par ſanctimonia, ac innocẽtia Cynegundæ cõiugis: qua cũ Henricus cælibem perpetuo uitam duxit: unde etiã mortui diuorũ numero aſcripti miraculis illuſtres fuere. Henricus igitur poſt Germaniæ res cõpoſitas, Italiã ingreſſus Capua Saracenos expulit. Grecorũ ducem Troia à ſe munita ſpoliat: quib. geſtis octauo imperij anno in humanis eſſe deſiit.

CORRADVS SVEVVS

POſt trium annorũ interregnũ legitimo tandem ſuffragio Corradus Francus eligitur, uirtute ac militari diſciplina ad tantũ faſtigium euectus. qui comparato exercitu, Mediolanũ diu obſedit: & cum ſupremũ exitium urbi minaretur, deterritus oraculo omnem grauiorem iniuriam abſtinuit, Romamq́ profectus coronã imperij à pontifice accepit. in Sclauos inde ac Pannonas feliciter pugnatũ, qui rebellantẽ Italiam ſocialibus armis adiuuerant: neq́ non Rodulphum Burgundiæ regẽ ſuis conciliat, Leopoldum etiam pacis & ocij turbatorem, bello petitum cõpeſcit. Mouendi belli cauſa, quòd ſub initia imperij legem ſeueriſsimam tulerat, ſi quis pacem turbaſſet. Corrado autem poſt annum decimumquintum uita functo, Henricus ſucceſsit.

HENRICVS II

GEner hic Corradi imperium accipit, & ante omnia Odelricum Boemiæ bello fatigatum tributum annuum ſibi pendere cogit. Inde Petrum regem ab Vngaris eiectum reſtituit. Cæterum pertæſus eorum, quæ Romæ circa põtifices per ſummum ſcelus agerentur, Romam cõtendens, abdicatis adulterinis pontificibus aliquot, Bambergenſem præſulem pontificiæ ſedi præficit, quem Clementem ſecundum dixere: & ut caueret in poſterum ſummorum pontificum ſecuritati, iureiurando Romanos adigit, neminem creationi eorum interfuturum ſine eius permiſſu. Capuaq́ aduerſus Saracenos nouo præſidio firmata, in Germaniam abiens, duodeuigeſimo imperij anno Henrico filio ſuperſtite ad ſuperos abijt, cum Leonem nonum primo, mox eo defuncto Victorem ſecundũ pontifices ſuo priuilegio declaraſſet: unde Victor in beneficij gratiam Henricum adhuc puerum Cæſarem creari paſſus eſt.

HENRICVS III

IS ſi quàm bello magnus, tam pacis artibus, ac pietate inſignis eſſe curaſſet, haud dubie Carolis & Othonibus ęquari potuit. nemo bellacior hoc uno fuit: nemo collatis ſignis ad hanc diem pluries cũ hoſte conflixit: quippe qui Marcum Marcellum & Cæſarem dictatorem ſupergreſſus bis & ſexagies pugnarit. In Saxones tamen & Rodul-

phum

phum eorum regem arma ſępius intentata, quibus cum congreſſus ſemper fere uictor abijt. quin nouiſsimo prælio fugatum etiam Rodulphum interfecit, Mathildem ponti ficis partes in terra Itala tuētem uicit Henrici filij opera. ſed quàm bello clarus, tam inſectatione pontificum infamis, à quibus diris etiam pontificijs primus imperatorum poſt Arcadium petitus eſt. Nec cauſas in præſentia exquirere libet. Certe nunquam laudes Gregorium pontificem ab eo obſeſſum: adulterinum pontificem unum & alterum ſuperinductum: dolis & ueneno etiam in illos graſſatum: matrem fœminam optimam à filio expulſam, atq; in exilio mori coactam: Gallorum memorabilem illam expeditionem ſæpe impeditam. ſed luit mox pœnas. ab Henrico enim filio captus, & Leodij cuſtoditus, pedore carceris poſt annum quadrageſimum octauum imperij miſeram animam efflauit.

HENRICVS IIII

QVis non Henrici prolem agnoſcat, impietatem paternam redolentem, ex continua pontificum inſectatione? ſed cui parceret homo nefarius, qui impias manus in qualemcunq; parentem intulerit? acceſsit ad impietatem animus dolo magis q̃ uirtute præter Germanorum morem inſtructus. quare Paſchalem per ſummã perfidiam pontificem in poteſtatem redactum, nõ prius dimiſit q̃ ille cuncta rata, quæ uoluit faceret: à quo coronam quoq; imperij per uim expreſsit. Quæ mox uti extorta ſibi cum irrita pontifex denũciaſſet, Henricũ in Italiam ſtatim exciuit. Romæ ergo agens (quãdo pontifex in Apuliam uitabundus hominis furorem cõtenderat) ab Bracharenſe antiſtite iterum corona inſigniri uoluit: tertio quoq; Italiam inuadens Gelaſium pontificem urbe pellit. Cuius aduentũ reformidans Henricus (quippe qui Nortmannicis armis inſtructus aduentare dicebatur) in Germaniam redijt, ubi poſt annũ imperij decimumquintum obiens maiorum ſepulchro infertur.

LOTHARIVS

NOn eſt cur Saxonum principum pietatem, ac conſtantiam in aſſerẽda pontificia dignitate præter alias egregias eorum uirtutes non magnopere cõmendes. nulli certe ex his principibus, qui Germanici ſanguinis fuere, plus pontificũ maieſtati detulere: nulli religionem conſtantius fouere, id quod Lotharius à maioribus acceptum uelut hæreditarium in Innocentio præſtitit. Quem in Gallijs pene exulem, cum uenerabundus excepiſſet, breui, uti pollicitus eſt, Barionæ ſedi reſtituit. & in Germaniam ad componendos tumultus, qui exorti erant, mox profectus, breui Italiam in pontificis gratiam repetijt, eumq; pulſo ex Italia Rogerio Nortmano & pſeudopontifice ita confirmauit, uti nihil inde mouere pontificis aduerſarij ſint auſi. ſed breue imperium annorum undecim effecit, ne res felicibus auſpicijs cœpta cõualeſcere admodum potuerit. ſatis conſtat hunc, cum principes imperatorem dicerent, diu reluctatũ eſſe, indignum ſe profeſſum, qui tantæ rei præficeretur.

CORRADVS II

LVdouico Francorum rege contra Saracenos arma parante, Corradus gente Sueuus legitime imperator creatur: qui eandẽ militiam æmulatus pia & ipſe arma induit: ſed Boſphorum Thracium immature à Gręco imperatore traijcere coactus, cum deeſſet commeatus, & qui à Græcis cõportabatur gypſo infectus eſſet per ſummum ſcelus, ille Iconij obſidionem, in qua diu fuerat, ſoluere cogitur: decimoq; uix milite ex tanta nuper multitudine ſuperſtite, ipſe in Germaniam retro abijt, & imperij anno decimoquinto inglorius obijt.

FRIDERICVS I AENEOBARBVS

PEſsimo iamprìdẽ exemplo põtificiæ cum imperatoribus cõtentiones inoleuerãt: dum pontifices imperatoriã maieſtatẽ, quã illi ſuo ſuffragio ratam facerẽt, cõtemptim pene habent, & Romani principes ambitionẽ in ſacerdote præpoſterã æquo animo ferre non poſſunt. Vnde omniũ malorum fons & origo, his inter ſe decertantibus, quorũ ope ac concordia res Chriſtiana florere diutiſsime potuit. id cũ aliàs experti ma

iores

iores noſtri ſunt, tum uero hoc tempore utinam nō extrema cū noſtra pernicie ſentiamus. Certe Friderico ingētes animi, corporiſq; uirtutes affuere, ſtatura procera, robur & agilitas par, diſciplinæ militaris & gloriæ appetens, periculorum contemptor animus, nō tamen ut ad ea ſubeunda prudentia deeſſet, multarum rerum peritia, liberalitas egregia, felicitas ſumma: quibus uirtutibus inſtructus in Italiā ex more deſcēdens, primum omniū Derthonam portas ſibi claudere auſam, obſeſſam capit. inde Romam ad Adrianum pontificem profectus coronæ inſignia accipit: dumq; Cremonam inter redeundum obſideret, nuncijs Alexandri pontificis opem poſtulantis ita reſpōdit, uti rem in dubium trahere uelle uideretur. Hinc primū Alexandro timor, inde apertæ inimicitiæ exortæ, indignante Friderico ſuum arbitriū declinari, pontifice uero rem certam in diſquiſitionē uenire recuſante. Quapropter imperator Octauianū ad ſe uenientem complexus cōcilio habito, ut uerum pontificē adorat, & Alexandrū Alexandriq; fautores inſectatur: euerſaq; prius Derthona, quæ in partibus Alexandri ſtabat, Mediolanum inde ſolo æquat, Galliamq; omnē Ciſalpinam eadem ſententē uaſtat: mox in Germaniā abiens, tertio Italiam maximis copijs cinctus inuadit, Anconemq; expugnat, & Alexandrū Roma fugere cōpellit. Ex urbe autē peſtilentia coactus abſcedere, poſtquā iterum ſuos Germanos inuiſerat, Italiam repetit, & Aſta urbe capta Alexandriam fruſtra obſidet: & cum Papienſes ac Nouocomēſes obnoxios ſibi in primis haberet, eorū auxilijs fretus, prælioq; Mediolanenſib. cōgreſſus, multos ex his amiſit: ipſe fuga elapſus, quinto poſt die Papiæ eſt uiſus. Cæterum Alexandro pontifice Venetias ex diutino errore cōfugiente, uicto etiam nauali prælio à Venetis Othone filio Friderici (quod uaria monimenta nobis atteſtantur, etſi ſcriptorū uariet fides) tandem pax Venetijs ſancita, imperatorq;, ac pōtifex ex diutina diſcordia amiciſsimi facti: nec multo poſt Fridericus, dum rebus Syriacis opem maximo apparatu ferret, iamq; Saladinum & Turcarū principes in maximum ſui nominis terrorem conieciſſet, minore etiam Armenia recepta, lauandi cauſa amnem ingreſſus perijt cum annos trigintaſeptem imperaſſet, Aeneobarbus à colore barbæ ruffæ appellatus.

HENRICVS FRIDERICI FILIVS

ASperum à moribus appellatum hunc à quibuſdam uideo: qui rex Siciliæ accepta Conſtantia Rogerij Nortmanni filia in uxorē, mox etiam imperator à pontifice dictus, ut maior illi autoritas accederet acquirēdi regni, ductis in Tancredum copijs, qui impari matre natus regnum ſibi uendicabat reclamantibus etiam pōtificibus Neapolim fruſtra obſidet. Sed & peſtilentia, quæ graſſabatur, auertit ab incepto hominem, retroq; in Germaniam ad ſuos abire compulit. Tancredo autē breui mortuo, potitus Henricus regni Maguntinum antiſtitem, Philippumq; fratrem in Syriam cū non contemnendis copijs miſit. Dedit autem id magis pontificum gratiæ, quàm quod animum haberet Chriſtianæ rei iuuandæ. Quare cum imperij anno octauo Meſſanę mortuus eſſet, Germanus miles, qui Berytum iam in Syria munierat, & Ioppen obſidione leuarat, tumultuoſe (ut mos eſt gentis) ex Syria in Italiam redijt, nec ullis pontificis adhortationibus in officio contineri potuit.

PHILIPPVS

HOc primum tempore in Germania ſeditione laboratum eſt, alijs imperij nomen ad Othonē Saxoniæ ducē, alijs ad Philippū Henrici fratrē trahentibus. ſtabant autem pro Philippo ij, qui Germanū hominem Saxoni præferebant, recens inſuper Henrici fratris, & Friderici patris memoria Philippū adiuuabant: & ne quid ad alendam diſcordiā deeſſet, Othoni Anglus rex, Philippo, Francorū Philippus ex profeſſo fauebāt. præualuit tamen Philippus: & fugato ſæpius Othone, rerum tandem potitur indignāte etiam Innocētio pontifice, qui Othonem imperij infulis redimiuerat. Philippo aūt occiſo à Palatino comite, poſtquā annum nonū imperaſſet, Otho ſucceſsit.

OTHO

PHilippo mortuo, facile à Germanis proceribus ad tollendā diſcordiam ſufficitur Otho, pro quo haud dubie pontificis fauor ſtabat: quem & confeſtim corona donauit

nauit cum Romam petijſſet. Ille uero cum & pōtificiæ ditionis quædam oppida capere, & Friderici iunioris regnum inuadere uellet, diris pōtificijs petitus, imperij titulis priuatur. Fridericusq́ illi ex profeſſo hoſtis adnitēte etiam Innocentio creatur imperator. Quo nuncio in Saxoniā profectus, ut res cōponeret, bellū Philippo Francorū regi indicit: nec ſine manifeſta ui numinis, et Gallorū uirtute memorabili clade affectus Otho in patriā ſe inglorius recepit, cum annos tantum quatuor rerum potitus eſſet.

FRIDERICVS

VIguere in hoc principe, quod negari non poſsit, egregiæ corporis animiq́ uirtutes. nanq́ auo ſimillimus, militaris laudis appetentiſsimus fuit. Corpus laborum non minus patiens, quàm ſtrenuum: plurimum audaciæ ad pericula ſubeunda, nō minus tamen conſilij inter ipſa diſcrimina: nullo unquam labore fatigatus, nullis caſibus uictus, linguarum peritus, munificentiæ ſingularis: regij ſplendoris, & ornatus ambitioſiſsimus, ut in ea profectione, qua euocatus ad conciliū ab Innocentio fuerat, oſtendit. Nanq́ tot & tales ſecum eduxit, ut togatum agmen exercitui par eſſet. Sed & urbi Victoriæ à ſe conditæ ea omnia affuere, quæ nulli unquam principes habuerint, nulla poſtea ciuitas ſimul uiderit. Veſtis uaria & precioſa, animantes feræ, cicuresq́ diuerſi generis: hominū portentoſæ formæ, & in his Saracenicus miles illi in primis acceptus. Tanta præterea incolarum frequentia, cōmercijs etiam multarum gentium aucta, ut nihil ad ampliſsimæ urbis formam deeſſet. Cæterum has ingentes in principe uirtutes calliditas ingenij, ac perfidia, & ſæuitia in Guelphum nomen, neq́ non in pontifices odium obſcurarunt: acceſsit ad hæc libido hominis immēſa, qui præter gentis morem concubinas multas & ſcorta aleret, ſcriptoribus etiam adnitentibus, ne is, qui toties execratione pontificia petitus erat, quiq́ Italiæ adeo infeſtus imminebat, uti eam prope ad internitionem redegerit, non omni inſectatione dignus haberetur. Cum hac igitur uitiorum uirtutumq́ indole Aquiſgrani coronatus, quò ſe adoleſcens adhuc receperat, primum Othonem adhuc ſibi obſiſtentem facile profligat. Deinde paratiſsimis copijs de Syria uendicanda ſolicitus, Gregorij etiam pontificis adhortatione Brunduſium appulit: indeq́ ſoluens cum Aconem perueniſſet, anathemati ſubiectum ſe à pōtifice accipit: unde irarum plenus abiens, ad Gregorium tamen ſupplex acceſsit, impetrataq́ ab eo uenia, mox illum ludibrio habuit. Quare iterum diris pontificijs obnoxius, in Italiam deſcendens, Mediolanenſes pro pontifice ſentientes prælio uincit, & captum Petrum Teupolum Venetum eorum ducem carceri incluſum crudeliter necat. in Venetos quoq́ fines incaſſum arma mota: mox Piſas ſeſe recipiens, Guelphos, ac Gibellinos pernicioſiſsima Italię nomina primus inuexit: quibus adeo Gregoriū exercuit, ut ille non multo pòſt obierit, prægrauantibus curis. Cœleſtino autem intra duodecimum diem uita functo, ſucceſsit Innocentius: qui pertæſus hominis calliditatem atq́ animum in ſe hoſtilem, primum imperio abdicat, deinde anathematis ſpiculum in illum diſtringens, Henricum Thuringiæ Lanthgrauium (ea eſt dignitas apud Germanos) imperatorem dicit: mox magnam Italiæ partem in illum armat. Parmaq́ per eius abſentiam illi adempta, cum eam fruſtra Fridericus obſideret, tandem eruptione uictus à Montelongo legato eſt. Captaq́ urbs Victoria, ac direpta, nec interim ea clade à pontificum iniuria temperauit. Cæterum Panhormum profectus, Manfredi filij nothi dolo necatur, cum annos duos ac triginta rebus præfuiſſet. Hic Bononienſe gymnaſium, quia ciues imperata nō ſtatim feciſſent, Patauiū tranſtulit: ex Florentia etiam Guelphos populariter eiecit.

RODVLPHVS

INterregnum à Friderici morte ad Rodulphum Habſpurgenſem per duodeuiginti annos fuit, quo ſpacio Manfredus Friderici filius & Corradinus regno Neapolitano pariter & uita à Gallis ſpoliati ſunt. Interim Rodulphus ex comite (ut nunc uocant) imperator declaratus, Alphonſo Caſtellę poſthabito, qui eam dignitatem ambierat, Othocarū Boemiæ regem acie uictū occidit. Pſeudo Fridericū captum, qui ſe pro Friderico iuniore Sueuis oſtentabat, Noueſii combuſsit. Ciuitates Hetruriæ libertate

accepta pecunia donauit, quam rem Honorius pontifex uti infamem, ſibi tamen, & Italiæ nõ inutilem magis non probauit, quàm prohibuit. Obijt autem Rodulphus decimooctauo imperij anno, & Spiræ ſepelitur: in quo ſi auaritiam non accuſes, cætera non reprehendas. Italia certe tum primum aliquid ſibi polliceri potuit, Luchino Italici ſanguinis uicarij nomine tunc Mediolani præfecto: floruit huius imperio Albertus cognomento Magnus.

ADOLPHVS ASSIAE

DOnatus imperij titulis hic primum in Columbarienſes mouit. inde in Albertum Auſtriæ ducem dum bellum parat: quem proceres Germaniæ, pertæſi Adolphi ſordes & ambitionem, eo reiecto, imperatorẽ declararãt, ab eodem apud Vangionas prælio ſuperatur & occiditur, cum annos octo rerum potitus eſſet.

ALBERTVS

ROdulphi ſuperioris filius, & Auſtrię dux à patre Othocaro occiſo declaratꝰ, principum ſuffragio & Bonifacij pontificis aſſenſu dicitur imperator: & Bonifacius eo libentius aſſenſit, cũ id obſtinatiſsime antea negaſſet, quòd Phippũ Francorũ regem oderat. Quare ea cõditione Alberto ratum imperiũ fecit, ut regnũ quoq; Francorum ſibi uendicaret. ille uero poſt Adolphum in Spirenſi agro cæſum, cum copias tantę rei idoneas parat, à Iohanne fratris filio interficitur poſt decimũ imperij annum.

HENRICVS LVCELBVRGENSIS

HEnricus ex Lucelburgo Romanorum imperator deſignatur. Cui Clemens pontifex ea conditione ratum imperium fecit. ut primo quoq; tẽpore in Italiam tranſcenderet: quam prouinciam eo libentius Henricus obeundam ſuſcepit, quòd Guelphici nominis hoſtis, præualentes eius factionis opes infringere optabat: per Taurinos igitur ſaltus Italiæ inſinuatus Mediolani factionẽ Turrianam oppreſsit, Vicecomiti ſumma rerum demandata: inde Romam profectus accepta imperij corona, & ab Vrſinis breui expulſus, adiuuante etiam Roberto rege, Hetruriam repetit. Arretijq; agens poſt Robertum regno priuatum, dum Florentinis immineret, qui iam de ſalute deſperarant, ueneno in euchariſtia dato, perijt anno imperij quinto.

LODOVICVS BAVARVS

HIc Rodulphi imperatoris ex filia nepos, Fridericum Auſtriæ ducem aduerſarium habuit, qui cum per octo annos bellum uaria fortuna geſsit. Cæterum Friderico capto & occiſo Bauarus rerum potitur, pariq; temeritate imperatorẽ ſe citra pontificis aſſenſũ appellat. Qua iniuria offenſus Iohannes XXII. illi ſacris interdixit. uerũ homines iuxta ac numina cõtemnens, Italiam mox petit: atq; in Vicecomites ingratiſſimus, quorum ope adiutus præcipue uenerat, Caſtrutij filios pari improbitate, qui Gibellinæ factionis fautor acerrimus fuerat, paterno principatu exuit: Romæq; coronatus à Stephano Columnio Petrum Corbarienſem pſeudopontificem creat minoritanæ familiæ unum, quem & Nicolaum appellari uoluit: & ne quid ad ferendas diſcordias malorũ deeſſet, tyrannos in ijs oppidis, quæ pontificij iuris erant, priua autoritate inſtituit, pontificem æmulatus, qui & ipſe Galliæ Ciſapinæ multos autoritate ſua regulos præfecerat: imperij tandem anno triceſimoſecundo cum uaria tentaſſet ad reconciliandam pontificis gratiam obijt.

CAROLVS IIII

PRius quàm hic imperiũ adiret, Germani principes Edoardum Anglum, & Miſnenſem principem, ac Guntherum montis nigri regulum Cæſares declararant. Cæterum altero poſt alterum uita functo, res ad Carolum Boemum deuenit, qui Iohanne Henrici imperatoris filio natus adoleſcens adhuc egregiam in terra Italia patri operã nauarat: quo ab Anglis interfecto ea acie, qua Philippus Valeſius Francorum rex ab hiſce profligatus eſt, imperium adipiſcitũ: literis ac linguarũ multarũ cognitione

inſtructus:ſed qui Boemiæ ſuæ quàm Germanis,aut Italis conſultũ mallet: nãm cum Pragam(Boemiæ id oppidum totius regni metropolis)uarijs operibus excoluiſſet,imperij maieſtatem adeo neglexit, ut coronã tantę maieſtatis autoramentũ turpiſsima pactione acceperit ab Innocentio,qua cautũ erat expreſſe, ut ab acceptis inſignibus conſeſtim Italia abſcederet: additum & grauius facinus, quòd Venceslaum filium adoleſcentem à principibus Germanis Cæſarem dici obtinuit exemplo maximè improbando. Imperauit annos trigintaduo.

VENCESLAVS

AVo patriq; abſimilis per ignauiã,ac ſocordiã imperij res afflixit: afflixiſſetq; diutius,niſi à fratre Sigiſmundo captus, mox etiam procerum conſenſu abrogato illi imperio,Robertus Bauarus illi ſurrogatus eſſet. Hic Galeacium ex comite Mediolanenſibus primus ducem dedit:quæ dignitas ad nepotes poſtea tranſiit,quoad res Inſubriæ ad Francorum regem redijt. præfuit annos trigintaduo.

ROBERTVS BAVARVS

CVm Venceslao ſuffectus eſſet Robertus Bauariæ dux, nihil ille antiquius habuit,quàm ut Florentino populo gratificaturus, ad cõprimendam Galeacij uice comitis potentiã in Italiam tranſcẽderet. Cæterũ ad Benacum Galeacij copijs cõgreſſus facile repellitur:unde mox ad Venetos deflectens,magno ab his honore excipitur: inde ſoluens, incaſſum Florentinis adnitentibus ne Italia excederet, in Germaniam retro abijt paci religioniq; uacaturus: uita functus eſt anno imperij decimo.

SIGISMVNDVS

OPtimum haud dubie principem,ac nobiliſsimũ Germania nobis imputet,& qui ſi ad pacis artes,quibus excelluit,parem belli felicitatẽ addidiſſet, Carolis & Othonibus æquari potuit: nam puer adhuc per Mariam uxorẽ ad Pãnonici regni ſpem euocatus,mox adoleſcẽs Venceslao fratre,quòd parum utilis haberet,à ſe capto, Boemiæ regnum hæreditariũ aſſequitur:ſed & Alberto uita functo,omnium uotis imperator deſignatur. Hic igitur Pannonia potitus à Ludouici morte, cui Maria ſuperſtes filia fuit,duos ac XXX regulos ſecuri percuti iubet, quòd regiæ puellæ aduerſati eſſent. Vnde illi tanta mox gentis inuidia conflata, ut poſt uxoris mortẽ captus, necanduſq; magis quàm aſſeruandus fœminæ,cuius maritũ ille interfecerat,ſit traditus: ille uero maieſtate oris & blanda oratione dimiſſus,hinc Boemiã petit:quam nõ ſine labore uix tandem obtinuit,longo ab his bello,ac difficili petitus,ſępe etiam acie ab his uictus. Nec Italica expeditio una alteráue in nos Tauriſino agro peruaſtato felicior: nam Pippus eius dux,& ipſe mox tota Venetia ac Foroiulio Venetis armis expellitur. Hinc quia grauius periculum à Turcis imminebat,qui iam magnæ Europę parti ſeſe inſinuarãt, Gallicis etiã Philippi Burgũdi copijs accinctus, ab Amurate Turcarũ principe graui prælio uictus,caſtris etiam exuitur. Cæſis magna ex parte ducibus,& Philippo capto, ipſe Byzantium fugiens,mox Venetæ claſsis occurſu, cui Thomas Mocenicus præerat, incolumis de fuga uix euaſit: quæ clades ignominioſior ne an funeſtior fuerit, haud ſatis explicem. Diſcordia certe noſtra uictor hoſtis Hadrianopolim ſe recepit:& hæc foris. Quantũ aũt pace præſtiterit,præter generis nobilitatẽ(quæ haud dubie clariſsima fuit,tot ſummorũ principũ ſerie)& præter inſignẽ corporis proceritatẽ, ac imperatoriam planè indolem,affuit illi liberalitas, ac munificentia quanta in nullo antea principum,religionis ac pietatis augendæ ſtudium incredibile:multarũ etiam linguarum ſcientia,& in his linguæ Latinæ ſtudium excelluit:quare doctos homines in primis fouit,& dignitatibus etiam amplis honeſtauit. Accuſauit ſæpe Germanos principes,qui Latinas odiſſent literas. A quibus reprehenſus quandoq; quòd doctos homines foueret,ſed humiles genere:Ego,inquit,eos amo,quos natura alios anteſtare facile uoluit. Illud autẽ nulla unquam ætas obliuiſcatur,quòd triẽnium magnam Europæ partẽ ipſe peragrarit,dum principes Chriſtianos, ac pontifices adit, quo ſchiſma Chriſtiano nomini calamitoſiſsimum tolleretur. Nec alterius principis opera magis enituit in uera pietate uindicanda: quare ita effecit,ut reiectis adulterinis tribus,qui Barionę

ſedem inuaſerant, Oddo Columnius magno omnium conſenſu pontifex declararetur, parem operam Eugenio in Baſilienſi ſynodo tollenda præſtitit, à quo tamē prius contemptim penè habitus, ac uix poſt ſextum menſem quàm Senis fuerat, imperij corona donatus eſt. Hic uero princeps egregius cum ſine uirili prole deceſsiſſet, Albertum Auſtriæ ducem filiæ maritum, & utriuſq; regni hæredem reliquit anno imperij uigeſimoſeptimo.

ALBERTVS

NEmo unquã maiore ſpe ad imperium uenit. & ſane conceptã animis hominum opinionē haud fruſtratus eſſet. ſiquidem toto biennio, quo præfuit, Morauos ac Sarmatas, qui hodie Poloni ſunt, intra ſuos fines quieſcere compulit. Ptaſconem Boemum factionis hæreticæ caput, ita attriuit, ut tota Boemia ſibi cederet. in Turcas autem profectus, Synderouiam caſtellum ad Danubij ripam munitiſsimum obſidētes, dum copias in itinere maiores expectat, oppidani deditionem fecere: ipſe Auſtriam repetens apud locum, cui Longa uilla eſt nomen, dyſenteriæ morbo confectus eſt, Lãdiſlao filio ſuperſtite.

FRIDERICVS III

PAcis atq; otij ſtudioſiſsimus Fridericus extitit: quã tenore perpetuo annos quatuor ac quinquaginta (tot enim rerum potitus eſt) coluit, ſeu fatum id fuerit quietiore Germania, quàm multis retro actis ætatibus, ſeu prudētia uerius id principis effecit. ille uero nihil ab initio antiquius habuit, quàm tuendæ pacis ſtudio, tumultus qui oriebantur ſedare. quare & ſeditionē mouentes Auſtriales, facile compeſcuit, & bellum à Matthia Pannonum rege illatum cōpoſuit. Quinetiã in Flandros mouens, qui Maximilianum Cęſarem aſſeruarent, recepto filio paucorū pœna contentus, omnem diſcordiarum fomitem ſuſtulit. Ducta igitur Heleonora Luſitanici ſanguinis, cum in Italiam tranſcendiſſet, ad Nicolaum pontificem profecturus, ab eo nullo non honoris genere excipitur, illi & uxori corona imperij impoſita. Hinc Neapolim diuertit in Alphonſi gratiam, cuius Heleonora perneceſſaria erat. nec minore apparatu à Venetis (eius enim urbis inuiſendæ incredibili deſiderio flagrabat) obuiam illi itum, quos exinde ſumma ſemper amoris, ac beneuolentię ſignificatione dilexit. eius etiã opera Amadeus Allobrox, qui ſe pro pontifice gerebat, Baſilienſi concilio innixus, in ordinem ſe redegit. Iterum Paulo pontifice priuati penè more uoti reus Romam petijt: quo damnatus retro ad ſuos abiens quieſcente Germania, tandē imperij anno quarto ac quinquageſimo naturæ conceſsit, Maximiliano filio Cæſare prius declarato.

MAXIMILIANVS

SVpererat mihi Maximilianus imperator, quem pater octauo antequam moreretur anno Cæſarem deſignandum curarat, magnus bello princeps, & pace præclarus, cuius eximia bonitas, liberalitas ſumma, & Chriſtianę pietatis cultus pręcipue cōmendantur: accedunt ad haſce animi dotes, oris probitas, ſtatura quadrata, in qua tamen imperatoria maieſtas eluceat, corpus ualidum ac robuſtū, idemq; laboris, atq; operis patientiſsimum, par uictus frugalitas, & ex eo ualetudo proſperrima. De hoc autem, cum adhuc uiuat, Tranquillum, Plutarchumq; ac ueteres alios ſcriptores æmulatus, nihil eſt quod addam. Deus faxit, ut quod illum agitare ſemper animo Vincentius Quirinus aſſerebat, qui legatum Venetū egit apud illud ſumma cum laude, ex ſententia conficiat: neq; enim iuſtius ullum eſt bellum quàm quod pro religione ſumitur, & ea deniq; uera æternaq; gloria principum noſtrorū exiſtimari debet, quam res præclaræ in hoſtes fidei geſtæ commendant.

TERTII ROMANORVM PRINCIPVM LIBRI FINIS.

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI, IN C. SVETONIVM TRANQVILLVM ANNOTATIONES.

EGNATIVS LECTORI.

NON ab re futurum exiſtimaui, quando hoc totum induſtriæ dicatum eſt à me bonis ac literatis uiris, ſi quos locos, aut in melius emendaui, aut dilucidius explicaui, ſubnecterem, eosq́ nullo maiore uerborum apparatu, aut copia publicarem: tum quòd nec otij ſatis erat longe maioribus diſtricto: tum quòd ab oſtẽtatione ſemper abſui, quæ cum in omni re odioſa ſit, tum in rebus paruis odioſiſsima eſſe iure ſolet. Accedit ad hæc, quòd doceri tantum lectores hoc tempore uolui, quos eo mihi æquiores futuros arbitrabar, quo maturius illos dimiſiſſem, properãtes uidelicet & in hæc, ut ex iuſto itinere uiatores, otij cauſa diuertentes.

EX D. CAESARE.

FOrum de manubijs inchoauit, cuius area ſuper H—S. mille conſtitit.) Tametſi latini ſcriptores ad hanc diem corruptiſsimi magna ex parte ſint: quædam etiã adeo obſcura, ut nec ab eruditiorib. intelligi queant, ea tamen pars, quę ad numeros ſpectat & corrruptiſsima ad nos tranſiit, & nullis adhuc ſatis cognita, aut percepta uideri poterat. Attulit aũt huic malo opẽ primus (quod ipſe ſciam) Leonardus Portius, Vicentinæ nobilitatis præcipuũ decus, libello iam ab hinc quinquenniũ huic uni rei deſtinato: in quo ſumma breuitate, & dilucide priſcos numeros, argẽti & auri uſum apud ueteres, numiſmata, & eorũ pretiũ ac nomina attigit. Quę palma tanto illum illuſtriorem fecit, quanto res obſcuriſsima illuſtrata eius opera plus negotij habuit. Quotus enim quiſq́ ex ijs, qui humaniores literas profitent̃, fuit, qui rem tam perplexã attingeret? Quis cum ad hanc partẽ ueniſſet, aut codicũ fidem nõ requireret, aut rem omnẽ planè non diſsimularet? ſed nec ipſi autores ſatis cõſtantes erant: & notæ, rerumq́ uocabula ſic uel corrupta, uel perplexa, ut deſperata ſemel re, iam neglectui haberetur, patrocinante ſibi adinuicẽ multorũ inſcitia: quæ tacito præiudicio ſummam cauſæ difficultatem prætendens, Areopagitarũ more in centũ annos rem acquirendã pronũtiaret, ut huiuſmodi cunctatione, nec ipſa ſe proderet, & differendo enexplicabile negotium relinqueret. Nos igit̃ ut ingenue fateamur, Portiũ ſecuti, mille H—S. nõ millies legendũ exiſtimamus: qm̃ ea ſumma fidẽ omnẽ excedat: nam ſi millies H—S. legas, erit tanta pecuniæ uis profuſa, ut iniri ratio uix poſsit. ſed & à Plinio diſſentiet, qui de hac Cæſaris magnificẽtia loquens, ita ſcripſit: Pyramides regũ miramur opera, cum ſolum tantum foro extruendo H—S. mille ducentis Cæſar dictator emerit, hoc eſt XXX M. aureorũ noſtratiũ. Qua de ratione aliâs inferius. Idem Tranquillus ſic de triumpho Cæſaris ſcribit: Aſcenditq́ capitoliũ ad lumina, XL. elephantis dextra atq́ ſiniſtra lychnos geſtantibus. nos pro lychnis lychnuchos ſubſtituimus, & ueterũ codicum fidẽ ſecuti, & uim uerbi. Primum enim uſitatũ hoc Græcis eſt uerbũ, Athenęi autoritate, quod lucernam ſignificet, uel Alexidis comici poetæ teſtimonio Midone:

ὁ πρῶτος εὑρὼν μετὰ λυχνούχου περιπατεῖν
τῆς νυκτός, ἦν τις κηδεμὼν τῶν δακτύλων: hoc eſt,
Qui nocte lychnuchum ambulans geſsit manu,
Profecto digitis plurimum is cauit ſuis.

Nec Lucretius aliud innuit pulcherrimis illis uerſibus:

Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra per ædes,
Lampades igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur.
Nec domus argento fulgens, auroq́ renidet,
Nec citharis reboant laqueata aurataq́ templa.

Hæc

Hęc uero nominũ forma uſitata Gręcis:unde ceruchon,ſceptuchon, ophiuchon.Iam & C. Plinius lychnuchos penſiles dixit,quod & Hermolaus noſter agnoſcit,uetere etiam lapide ſuffragãte hoc titulo:panthei cũ ſuis parergeis, & cupidines duo cum ſuis lychnuchcis. Quod monimẽtũ cũ primus obſeruaſſet Politianus uir eruditiõe multa, Tranquilli locũ primus(ut opinor)emendauit.quare Crinitus docti & probi uiri officio functus,ueteri poſſeſſori fundum uendicauit, non multorũ more.

Conuentibusq; peractis Rauennæ ſubſtitit.) Citantur à cõmentarijs in oſtentationem ueterũ autoritates,nec tamen ſatis erudite adhuc(quod ſciam)quid ſit peragere cõuentus explicant.nos ne nõ omnia cõmuni demus utilitati, peragere conuentus nihil aliud eſſe contendimus,q̃ iuriſdictionem legitimã abſoluere per oppida ad id deſtinata: quæ quando in ea ſtatis temporibus cõueniretur à prouincialibus cauſa iuris ſui perſequendi, conuentus dicerentur. repræſentant aũt hunc morem anno uertente religioſi fratres capitula appellantes: repræſentant etiam maxime omnium Galli parlamentis iam quatuor inſtitutis, quorum præcipuum urbis amplitudine & autoritate Parrhiſienſe habeatur.Iam & ueterũ fuere uxoriæ ſtipulationes,quæ conuenire in manum per coemptionem dicerentur,de quibus aliâs.

Quid illud,quod poſtea ſequitur?Sed ante alias dilexit Marci Bruti matrẽ cui & proximo ſuo conſulatu ſexagies H—S. margaritã mercatus eſt. Quæ ſumma centum quinquaginta milia noſtrorũ aureorũ facit, quando ille Cleopatræ unio centies H—S. æſtimatus ſit,id eſt,aureis ducentis quinquaginta milibus noſtratibus.

Sequit̃ non longe ab hinc locus ut maioris corruptionis.ſic etiam induſtriæ,cum hactenus ita ſit lectũ: ſed maxime dilexit Cleopatrã, cum qua & conuiuia in primam lucem protraxit, & eadẽ naue, thalamoq; pene Aethiopia tenus Aegyptũ penetrauit. Vbi pro thalamoq;,thalamego legendũ eſſe nulli dubiũ eſſe poſsit. Eſt aũt thalamegus nauis à Philopatore Aegyptio rege primũ fabricata,qua Nilũ, & Aegypti foſſas nauigaret,eo uſu,ut intra thalamum in regia ſibi eſſe uideret̃, magnitudine ſemiſtadij, latitudine cubitorum triginta & amplius,nec longis nauibus,nec rotundis omnino ſimilis,prora puppiq; duplici, fundo lato planoq;, quali forma fluuiatiles ſunt fere omnes. Strabonis interpres thalamiferas naues haſce appellauit,quibus Aegyptij frequenter uterentur ſolatij cauſa. Viſitur & Venetijs in patria nauis, huic Aegyptiæ perſimilis, cui Bucentauro eſt nomẽ, qua princeps & ſenatus uehi ſolent, occurſuri principibus uiris auguſtiſsima ſpecie.Plinius ſeptimo, uittatæ nauis meminit, quam Græci, & Sophocles in primis (uti opinor) ποικιλοστόλον dixere, quæ & ipſa maiore ornatu ſpectaretur, qua ferunt à Dionyſio Platonem exceptũ,honoris gratia.

Nec illud omittendum eſt, in quod fœdiſsime lapſi ſunt interpretes unius litteræ additione, ubi enim aquilifer legendum erat, aquilifero legerunt, ſenſu nullo, pariter & inepto. Tu itaq; ita leges, ut aquilifer moranti Cæſari cuſpide ſit minatus: eo ſenſu,ut cum Cæſar inclinatam aciem reſtituere omnino uellet, tanta conſtantia fugientibus obſtiterit,ut aquilifer detinenti eum Cæſari cuſpide ſit minatus, & alter in manu detinentis ſignum reliquerit.

Illud eſt quod cõmentarij aut nõ obſeruauerunt, aut minus intellexerunt, ubi de auro promercali Tranquillus ait,occupato altero ex his in ui uerbi explicãda, nec ſenſum ſatis attendente. Quid igitur eſt, quod Tranquillus dicat tanta auri copia abundaſſe Cæſarem, ut ternis milibus nummûm aurũ promercale per Italiã, prouinciasq; diuenderet?an quaternis milibus legendũ eſt, ut argenti proportio ad aurum decupla fuerit?quaterna enim milia nummûm argenteorũ, centũ aureos noſtrates ualent, non tamen ſolidos, id eſt, dempto lagio, ut uerbum hoc uſurpem uulgare:an ternis omnino milibus tueare? ut hac ratione tria nummûm milia ſeptem libras, & ſelibram conficiant, id eſt, ſeptuagintaquinq; Venetos aureos, ut tantam auri uim ex Gallicis ſpolijs Romæ inuectam putes, ut auri pretium imminueretur, argenti creſceret. Noſtra aũt ætate auri mirum in modum creuit pretium, ut prope Plinianã analogiam æquet, qui eam proportionem argenti ad aurum facit, quæ eſt quindecim ad unum, cum iuſta uideatur ea, quæ eſt duodecim ad unum.

Veteranis legionibus,quæq; ſequunt̃.Hic locus mutilatus uideri poteſt, uel Ap-

piani lectione:ille nanq; de Cæſare dictatore loquens, Statim,inquit, poſt triumphum quæcunq; exercitui pollicitus fuerat, ampliore adhuc pecunia exoluit, militi drachmarum Atticarũ quina milia, turmæ ductori bis totidẽ, tribunis militũ equitibusq; duplo maius, ad hæc ſingulis ex populo minam unam Atticam. Hæc Appiani uerba diſſentire à Tranquillo maxime uident, non quòd in populi congiario nõ conueniant:mina enim Attica, id eſt argẽtea libra Romana quadringentos nũmos H—S. ualet, id eſt denarios centũ: reliqua adeo diſcrepant, ut quod Appianus quina milia drachmarũ militi data à Cæſare dicit, equiti duplo maius, Tranquillus de pedite reticeat, de equite nõ conueniat:nam ex Appiani ſentẽtia dena milia drachmarũ data equiti neceſſe eſt, quę Tranquillus ad ſena milia reducit. Nec mirũ uideri debeat, quod de magnitudine militaris donatiui referimus, cum Plutarcho autore Antonius triumuir quina milia drachmarum ſingulis militibus poſt aciem Philippenſem dederit.

Inoleuit & ille iampridẽ error Tranquilli codicibus, nec ſatis à cõmentarijs anim aduerſus, ut ubi Attilij Electra citaẽ, Accij legeretur. Fuit aũt uetus comœdiarum ſcriptor hoc nomine ſatis celebris, quem tamen ut duriuſculũ Cicero in epiſt. ad Atticum inceſsit. Sed & Licinius ſcriptorẽ ferreum appellare ſolitus eſt, q dum tragœdias ex Sophocle in latinũ uerteret, duriorẽ ſe pręſtaret: ſcripſit aũt hic Electram ex Sophocle, unde carmina illa in interfectores cãtata Tranquillus ſcribit. Volcatius Sedigitus Attilium poetam comicum maxime laudat, qui neſcio an hic fuerit.

EX AVGVSTO.

SEnatorum cenſum ampliauit, ac pro octigentorũ milium ſumma duodecies H—S taxauit. Ingenui, inquit ille, eſt hominis, fateri per quem didiceris, & mehercle hunc locum per obſcurum, nec ulli quod legerim, cognitum, Budæus ex Gallia uir à ſecretis regis primarius feliciter attigit: cuius eò libentius mentionẽ facio, quòd annotationibus ſuis in pandectas antea ſatis celebris, & tralationibus quibuſdam Plutarchi nobilis, nuper editis quinq; de aſſe & partibus eius libris adeo clarus euaſit, ut nõn poſsit non ſummopere ab omnibus commendari, qui duodecies H—S. & centies & millies differre plurimum à duodecim, centum, & mille docuerit: cuius ſententiam eo libentius ſequor, quòd non minus doctrinæ præſe fert quàm candoris. Erit hic igitur ſenſus, ut Auguſtus princeps ab octingentis H—S. quæ ſumma antea cenſus erat ſenatorij, ad mille ducenta reduxerit.

Stephanionem Togatarium. Vide ne multo melius Togatarum legas, & intelligas actorem, uſitata loquendi figura, & latina.

Etiam ſparſos de ſe in curia famoſos libellos nec expauit: famoſi libelli qui quáleſue ſint, quáue afficiendi pœna qui eos factitant, iuriſconſulti lib. digeſt. XLVI. illud ex eorũ lectione non prætermiſerim. Verba Vlpiani ſunt ex eodem libro: Hęc autem ſunt ferè, quæ ad infamiam alicuius fiunt, utputa ſi quis ad inuidiam alicuius ueſte lugubri utatur, aut ſqualida, aut ſi barbam demittat, uel capillum ſubmittat, aut ſi carmẽ conſcribat, uel proponat, uel cantet aliquid, quod pudorem alicuius lædat. Sed & Pauli uerba ad hanc rem ſpectantia, quia digna memoratu ſunt, ſubnectam: Eum qui nocentem infamauit, non eſſe bonum & æquũ infamari: peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere & expedire. Primus aũt Auguſtus cognitionem hanc ſub ſpecie legis eius, quæ de læſa maieſtate quærit, exercuit.

Tiberium in foro lege curiata adoptauit. parco libenter uiuentium nominibus, libentius autem mortuorum. Citantur nanq; à cõmentarijs paſsim autores, qui curiatæ legis meminerint, nec tamen quid illa ſit, tandem explicatur. Tu ex ſelectis noſtris in Ciceronis epiſtolas quæ primus ipſe (quod ſciam) ediderim, pete: nec enim in iucunda fuerint.

Verum adhibito honoribus modo, bifariam laudatus eſt, pro æde D. Iulij à Tiberio, & pro roſtris ueteribus. ſic hactenus omnes. Tu ita caſtigabis, & pro roſtris ſub ueteribus: Qui locus erat in foro quemadmodum & ſub nouis. Vtriuſq; autem loci meminerunt ueteres. Plinius lib. triceſimoquinto. Hinc & ille iocus Marci Craſsi agentis ſub ueteribus. & inferius: mœniana, inquit, operiebat Serapionis tabula ſub ueteribus. Plautus.

Sub

Sub ueteribus ibi ſunt qui dant, quiq; accipiunt fœnore. de loco autem qui ſub nouis dicebatur, Marcus Varro, ſub nouis, inquit, dicta pars in foro ædificiorũ, quod uocabulum eius peruetuſtum, ut nouæ uiæ, quæ uia iamdudũ uetus eſt. Liuius quoq;: filiam Virginius ſeducit ad nutricem prope Cloacinam, ad tabernas, quibus nunc nouis eſt nomen.

Legauit populo Romano CCCCM. tribubus XXXV H—S. prætorianis militib. ſingula milia nummorum. Hic locus, qui Auguſti principis legata continebat, admonere quemuis uel oſcitantem poterat, maximã eſſe ſummã pecuniæ, quæ populo, quæ'ue plebi Romanæ legaretur: nam populo, id eſt patribus, equitibus, & honeſtioribus plebeijs (hoc enim nomine hoſce contineri, uel illa uſitata loquendi forma ſenatum populumq; Romanum oſtendere poteſt) legatum eſt ab Auguſto CCCCM. H—S id eſt decies centena milia aureorũ noſtrorum, quod nos millionum dicimus: plebi autẽ, id eſt infimis planè hominibus, & mendicioribus XXXV. id eſt octoginta ſeptem & amplius aureorum noſtratium, quod & Taciti uerba in primo hiſtoriarum planè ſignificant, cum ſcribit legata non ultra ciuilem modũ, niſi quòd populo & plebi CCCCM. XXXV. prætorianarũ cohortium militibus ſingula nummûm milia: legionarijs autem cohortibus ciuium Romanorum trecenos nummos uiritim dedit. Quinetiam illud quod ſequitur, profeſſus non plus peruenturum ad hæredes ſuos, quàm millies & quingenties: ſi ad ſummam noſtram deducas, facient tricies octies & quinquagies milia aureorũ noſtrorum, quamuis XX. proximis annis ex amicorũ teſtamentis percepiſſet trecenties millies, id eſt triginta & amplius millionia.

Prius quàm ab Auguſto principe ſalubri magis quàm ambitioſo diſcedat oratio facturum me operæprecium exiſtimaui, ſi curſim legionum numerum, & prouinciarum præſidia, reges ſocios, imperij amplitudinem ex Taciti hiſtoriarũ libro quarto hic adnecterem, ut diligentioribus etiã ſatisfiat. Ille igitur in hunc ſenſum: Italiam binæ claſſes infero ſuperoq; mari utraq; præſidebant, Miſenenſis & Rauennas: ſed & roſtratæ naues ad Actium captæ, eam partem Italiæ tuebantur, quæ in Galliam Narbonenſem uergens Alpes maritimas, & Foroiulienſem coloniam ſpectat. legiones autem iuxta Rhenum, quæ Gallos Germanosq; coercerent octo: robur ferè imperij, cum Hiſpaniæ tres tantum haberent. Africa quoq;, niſi qua Iuba rex Mauros dono acceptos regebat, duas habuit, Aegyptus totidem: quicquid uero terrarum tractus mari noſtro, & Euphrate amne cingebatur, uaſtoq; terrarum ſinu ambiebatur, quatuor legionibus parebat, regibus Hibero & Albano ſocijs. Hinc rurſus Europa, qua Thracia & Illyricum magna ex parte protendebatur ad Danubij ripam, ſex legionibus attinebatur: hoc ordine, ut Pannonia duas, duas Mœſi, totidem Dalmatæ haberent, cum in urbe proprius miles Latio Hetruriaq; ferè delectus, duodecim cohortes, tres urbanę, nouem prætoriæ ſuis caſtris attinerentur, ut interim per prouincias idoneas ſociæ alæ, & cohortium auxilia non deeſſent, uariante earum numero ex rerum uſu. erat igitur triplex claſsis parata, legiones autem numero ſeptem & uiginti, pręter auxilia ferè ſociarum gentium, ac regum totidem.

EX TIBERIO.

NAm & ſeruus Agrippæ Clemens nomine. De hoc Clemẽte ſic ferè Tacitus ſecundo: Audacia ſeruitij propè ciuilia arma reſumpta, cum Agrippæ Poſthumi ſeruus Clemens nomine in Planaſiam uectus Agrippam inde abducere, atq; ad Germanicos exercitus comitari ſtatuiſſet, ſed onerariæ nauis mora præuentus, interfecto ſtatim Agrippa, cineres eius furatur, ſeſeq; intra Hetruriæ ſecreta abdens, Agrippam eſſe ſimulat, cui nec forma, nec ætate abſimilis erat. Qui rumor per Italiam uulgatus, cum ancipitem anxiumq; Tiberium maxime haberet, tandem per Salluſtij Criſpi clientes duos uinctus ad Tiberium ducitur: à quo interrogatus quomodo Agrippa factus eſſet, & tu, inquit, quomodo Cæſar? quem Tiberius clam necari iuſsit, nec de autoribus amplius quæſitum.

Et duplex ſeditio, in Illyrico & Germania. Seditionem in Illyrico, autore Tacito, Percennius quidam theatralium operarum dux mouerat acerrimam, cum milites in

ſingulos dies ſingulos denarios peterent, cum antea denos aſſes accipere conſueſſent: peterent etiam ut ſextuſdecimus annus ſtipēdiorum finem faceret, nec ultra ſub uexillis haberetur, néue in alia caſtra tralato militi, præmiū pecunia ſolueretur, quando prætoriani qui binos denarios acciperent, poſt ſextumdecimum annum militia defungantur, nec tamen tantum periculorum, aut laboris adirent. & paulopoſt: Tiberium latitantem, & ad ſingula pauitantem, nuncij frequētes perpulere, ut Druſum filium cum primoribus ciuitatis, & cohortibus prætorijs dimitteret. qui profectus, & uarie iactatus, uix tandem militum animos Percennio & Vibuleno autoribus cæſis leniuit. relictis enim caſtris in hyberna cōceſſere. & mox idem autor addit: Eadem cauſa Germanicos exercitus eodem ferè tempore turbauit. petebant & illi miſsionem & præmia. Nec prius ſedari animi eorum potuere, quàm uicena ſtipendia meritis miſsio ſit data, qui ſena dena, exautorati. Quinetiam miles in ſeipſum ſæuijt, neq; non in ipſum Germanicum, donec ablegata Treuiros Agrippina uxor animos eorum mutauit. ſic inferioris exercitus Germaniæ placatus: ſuperioris miles maiore mole, quo grauiora in cēturiones, in legatos populi Romani auſi fuerant. nam Munatium Plancum aggreſsi, qui legatus à Tiberio uenerat, non prius dimiſere, quàm ille aquilam complexus, religione ſe tueretur: ac ni Calphurnius centurio ſubſidio affuiſſet, raro etiam inter hoſtes exemplo legatus po. Ro. in caſtris, deorum aras ſuo ſanguine maculaſſet. Eos tandem Germanicus contracto exercitu, cum pararet inuadere, cōtumaces, literis prius ad Cecinnā miſsis admonet, ſibi conſulant, & reſipiſcant. quod niſi faciant, & autores ſeditionis tollant, uenturum ſe cum exercitu, & uſurum promiſcua cæde. quæ literæ occulte ſigniferis, & aquiliferis lectæ perpulere legatum, ut ſtatueret tempus cædis. ſæuitumq́; paſsim, quaſi ciuili bello in ſontes & ignaros, nec ſatis noſcentes quod cædis initium, aut quæ cauſa, qui'ue finis foret: donec caſtra ingreſſus Germanicus oratione habita, cum ſatis expiatum diceret, eos in hoſtes duxit, unde piaculū furoris ſumerent, & hoſtes Ro. populi cædendo, & uulnera impijs pectoribus accipiēdo. Hæc pluribus ex eo autore addenda curauimus, quo tota hæc pars clarior illuſtriorq́; fieret.

Libonem ne quid in nouitate acerbius fieret. Is Libo è familia Scriboniorum fuit, unde & Scribonius cognomine dictus. qui per Firmium Catum ſenatorem amicitia ſimulata deceptus, cum magos ſuper imperio conſuleret, & Chaldæorum promiſſa, ſomniorūq; interpretes ſcrutaretur, dum proauum Pompeium, amitam Scriboniam Auguſti uxorē iactat, per eundē Catum poſt plures teſtes repertos, qui cōſcij forent, ad principem defertur, maxime Iunij cuiuſdam indicio, qui tentatus fuerat, ut umbras infernas carminibus eliceret. Ipſe igitur Libo, cū Tiberius eum blande interim appellaret, nō uultu, non uerbis cōmotior, quinetiam conuiuio adhiberet, & prætura ornaret, tandem ſenatus iudicio cōdemnatus, ſeipſum cum omnia prius tentaſſet apud Tiberium necauit, factumq́; S. C. ut mathematici Italia pellerentur. Idem Tacitus 2.

Q. Haterio. Is conſularis uir, in ſenatu decreti faciundi autor fuit, ne uaſa auro ſolida miniſtrādis cibis fierent, ne'ue ſerica ueſtis uiros fœdaret. qui familia ſenatoria ante exceſſum Tiberij deceſsit, eloquentia quoad uixit, celebrata, cum tamē exigua ſcripſerit, quippe qui impetu magis quàm cura ualeret: nam ut in alijs ſtudium ac meditatio plurimum ualet, ſic Haterij profluens illud, ac canorum cum ipſo obijt.

Religioſas ueſtes cum inſtrumēto omni cōburere. Qui ueſtas legendū admonent, nimis anxie, ne dicam ſuperſtitioſe rem ſatis apertam in diſquiſitionem uocant.

Aboleuit & uim moresq́; aſylorum quæ uſquam erant. Cōmentarij ex ijs, quæ uidere legereq́; potuerunt, non pauca. Nos ex eodem Tacito omnia pleniora faciamus. Ille igitur tertio in hunc fere ſenſum: Cū creſceret Græcas per urbes licentia aſyla conſtituendi, quæ ſeditiones indies alerent, placitum eſt ut ſingulę ciuitates iura ac legatos mitterent: & cum multi ueniſſent, qui ſummo ſtudio certarent, feſſo ſenatu eorum multitudine, res ad conſules relata, factumq́; S. C. quo modus præſcriptus ſingulis eſt. Iuſſitq́; ipſis in templis aras facere, neu religionis prætextu turbulentiſsima natio ſeditionibus fomenta præberet.

Maraboduum & Rhaſcupolim. De Rhaſcupoli Thrace ex eodem Tacito copioſius hauries. Is autem Maraboduus diu apud Sueuos rerum potitus, magna apud ſuos

os gloria, mox Catualdæ iuuenis inter Gotthones nobilis, ui pulſus ad Cæſaris miſericordiam fugit, tranſmiſſoq; Danubio magnifica de ſe in ſenatu oratione habita, qua ſe Pyrrho & Antiocho regibus æquaret, Rauennæ inglorius conſenuit, nimia uiuendi cupiditate imminuta uetere gloria.

Aſellio Sabino H—S ducenta. Hæc ſumma quinq; millia aureorū noſtratiū ualet.

Atalantę tabulam, in qua Meleagro illa ore morigeratur, legatam: ut ſi offenderetur, pro ea decies H—S acciperet: decies H—S, non dena ſeſtertia ſignificant, ſed decies centena.

Publice munificētiam bis omnino exhibuit, propoſito millies H—S. Hæc ſumma quinq; & uiginti centena millia facit noſtratia, id eſt duo millionia, & dimidium.

Satis conſtat. Cn. Lentulum augurem. Is eſt Lentulus, qui cōſularis uir triumphalia ornamenta de Getis retulit, primo pauper, dein adeo opulentus opibus innocēter comparatis, & modeſte habitis, ut quater millies ſeſtertium poſſederit.

Condemnatam & generoſiſsimam fœminam Lepidam in gratiam Quirini conſularis prædiuitis, & orbi. Tacitus tertio: At Romę Lepida Aemilia familia nobiliſsima, L. Syllæ, & Cn. Pompeij proneptis, defertur ad principem ſuppoſuiſſe partum Quirino coniugi. quinetiam obiecta adulteria, & uenena, conſultiq; Chaldæi de Cæſare. Tandem damnata illa magna Quirini inuidia, prægrauante Tiberio, ſed diſsimulante, aquaq; & igni interdictum: bona cum publicari deberent, ne publicarentur Scauri gratia factum, qui filiam ex Lepida genuerat. Et paulo pōſt: Celebratum eſt Sulpitij Quirini funus exequijs publicis. Tametſi nihil ille ad Sulpitiam familiam pertineret, qui Lanuuij ortus modicis parentibus & opibus, militia clarus, & uehemens ingenio, conſulatum ſub Auguſto meruerat: mox Cilicum caſtellis expugnatis, triumphi inſignia meritus, C. Cæſaris in Armenia comes, & Tiberij cultor, dum Rhodi ageret. hinc principi charus præpotente ſenecta, ſed apud populum accuſatione Lepidæ & ſordibus inuidioſa.

Etiam cauſam mortis fuiſſe ei per Cn. Piſonem legatum Syriæ fuiſſe creditur. Is Piſo Germanico datus eſt à Tiberio comes & legatus, qui cum Plancina uxore adeo aperte ſimultates cum Germanico exercuit, ut repertæ ſint reliquiæ ſolo, ac parietibus erutæ humanorum corporum, tabulæ etiam plumbeæ, quæ deuotiones ac carmina in Germanicum continerent, donec accuſantibus Trione & Veranio, acerrime autem omnium Vitellio, iudicio ſenatus damnatus eſt, magis aſſentiente Tiberio quàm approbante. Piſo poſt damnationem domi inuentus perfoſſo iugulo iacente humi gladio, conceſſa Plancinę uxori incolumitate ob preces Auguſtæ, & filio in decem annos relegato. Diuerſus ab hoc fuit L. Piſo, qui curator urbis ſub Tiberio principe fuit, biduo duabusq; noctibus per potationem conſumptis clarus: cuius (niſi fallor) conſtantiam & autoritatem in ſenatu maxime Tacitus commendat.

Statuæ quidam Auguſti caput depreſſerat. Tu emendato dempſerat. Idem Tranquillus in Caligula: Diuinam maieſtatem aſſerere ſibi cœpit, datoq; negocio ut ſimulacra numinum religione & arte præclara, inter quæ olympij Iouis apportarētur è Græcia, quibus capite dempto ſuum imponeret.

Seianum res nouas molientem. Is eodem Tacito genitus Vulſinijs eſt, patre Seio Strabone equite Romano, & à prima iuuenta C. Cæſari Auguſti nepoti percharus. Aduerſa fama quaſi Apicio ſtuprum corporis uendidiſſet, mox defuncto C. Cæſare, Tiberio miris artibus inſinuatus, adeo principem ſibi obnoxium fecerat, ut callidiſsimum & obſcuriſsimum alijs, ſibi uni incautum reddiderit, laboris patiens, audaciæ nimiæ, ſimulator iuxta & diſsimulator, pro pudore, quem palàm oſtentaret, immenſa opum libido, nec minus criminando, quàm adulando principi, & largitione ac induſtria interdum acceptus. His artibus ſene circumuento, primo Druſum Tiberij ueneno tollit, dato per Lygdum ſpadonem, uxore etiam Liuia auxiliante, quæ illi per ſtuprum cognita fuerat: inde in Agrippinam & eius liberos cōuerſus, tacitis eam criminationibus inuoluit, ut tandem relegatam Tiberius interfici iuſſerit cum Nerone filio, donec ille ijſdem petitus artibus cum filijs enectus ſit, quorum corpora in Gemonias ſint abiecta.

Nam Charidem. Tu Chariclem emendato, de quo ſic Tacitus: Erat medicus arte inſignis, nomine Charicles, magis ad conſilium, quàm ad uſum medicinæ, quam princeps omnino negligeret, familiaris. Is ueluti negocium ſuum curaturus, dum commeatum petit, uenas pertentat. nec fefellit Tiberium, qui offenſus, ac eo magis iram diſsimulans, inſtaurari epulas iubet, eas'que protraxit, quaſi honori proficiſcentis amici id daret.

Pars terram matrem. Perbelle faciunt uerba Plinij ex ſecundo ad hunc Tranquilli locum, quæ & ſubnectēda cenſui: Sequitur terra, cui tantum nomen præcipuæ uenerationis indidimus, matrem appellantes; cuius numen ultimum iam nemini imprecamur, rati graue nimis ac noxium; ac ſi neſciamus iraſci nunquam ſolere, quæ ſola natos homines excipiat, exceptos alat, & editos ſuſtineat: nouiſsime, cum cætera nos omnia deſeruerunt, una adhuc complexa uiſceribus ſuis tanquam à reliqua natura neglectos retinet, nunquam efficacius pietatem maternam oſtentans, quàm cum ſacros nos morte etiam faciat.

EX CALIGVLA.

Legiones uniuerſas exceſſu Auguſti nunciato. Satis conſtat eodem Tacito, cum imperium Germanico omnes aſſererent concionanti, illum quaſi ſcelere ſuo contaminatum præcipitem tribunali deſiluiſſe, ferrūq́ in pectus adegiſſe, ni proximi ſublatam in uulnus dextrā retinuiſſent, tametſi non defuerint, qui hortarentur ut feriret: quinetiā Clauſidius quidam miles ſtrictum gladiū obtulit, addens uteretur eo, qui acutius penetraret. Verum cōpoſita ſeditione, in Germaniā ducto exercitu, bis acie Germanos uincit. Varianos milites ſepulturæ mādat. Arminium præcipuæ apud Germanos famæ propter cæſum Quintiliū cum legionibus adeo fatigat, ut liberator ille Germaniæ pulſus, profugusq́ tandem propinquorum inſidijs petitus occubuerit.

Omnes Germanico corporis animiq́ uirtutes. Nihil dici uerius potuit, nam præter ſummam eruditionem ingeniūq́ ad poeticen etiam factum, ſumma in eo comitas erga ſocios fuit: in hoſtes manſuetudo, quos uiciſſe & ad pœnitentiam uerſos ſatis habuit. His accedebat forma corporis egregia uiſu audituq́ iuxtà uenerabilis. Dum fortunæ imperatoriæ maieſtatem retinet, inuidiam tamen & arrogātiam euitaret. Quare non Romanorum ſolum ingenti luctu, ſed prouinciæ & circumiacētium populorum & hoſtium deceſsit. Tacitus.

Cordi Cremutij. Tacitus: Cornelio Coſſo, & Aſinio Agrippa cōſulibus, Cremutius Cordus poſtulatur nouo, ac tunc primum audito crimine, quòd annalibus quos ediderat, dum Brutum Caſsiumq́ laudat, Romanorum ultimos eos appellaſſet. Accuſatores autem erant Satrius Secundus, & Pinarius, ex intimis Seiani, quæ res exitiabilis reo erat. Cremutius igitur cum ſe coram ſenatu defendiſſet, inde egreſſus uitam abſtinentia finijt. cenſuere patres libros per ædiles cremandos. Sic dum ingenium Cordi puniunt, maiorem illi gloriam aſtruxere.

Cum lege luciana apparatum circi. Emēdauimus ex codice manu ſcripto, cum elegantiam apparatus circi proſpicere pauci ex proximis mœnianis poſſent, magna commentariorum ſocordia, qui rem non àduerterint.

Datoq́ negocio, ut ſimulacra numinū religione & arte, inter quæ Olympici Iouis apportarentur egregia. Par error cum ſuperiore. Quis enim non uidere potuit nō egregia, ſed è Græcia legendum?

Quin & ſubinde iactabat exquiſiturum ſemel fidiculis de Cæſonia. Et hic uidere debuerant, ſe uel non ſemel legendū, uel ſemet, id quod codices manu ſcripti habeant.

Vicies ac ſepties millies H—S Tiberij Cæſaris. Hanc ſummam ingētem, ac ſuprà fidem eſſe nemo dubitare poteſt, qui Tiberij principis tenacitatē, & opes imperij Romani per tot annos ab eo congeſtas, & prodigum Caligulæ ingenium æſtimare nō uelit. Vicies igitur ſepties millies H—S ſi ad numiſma noſtrum rediges, ſexagies ſepties millies mille aureos noſtrates facit. Græci ſex milia ſeptingentas & quinquaginta myriadas aureorum dicerent.

Nec dicendi finem factum, quo ad tredecim gladiatores H—S nonagies ignoranti addice-

addicerentur. Hunc locum dum imprimendum curarem, non ſatis aduerteram: nunc licendi finem factum, ſcribendum admoneo, Quid ſit autem liceri, & quo ſenſu hic accipi poſsit, nemo nō (ut opinor) ſtatim aduerterit. nonagies autem H—S eſt ſumma pecuniæ noſtratis ducenti uigintiquinq; mille aurei Veneti.

Caſsius Chærea. Hic ille eſt, qui centurio Germanici exercitus, ſeditione, quā mouerant exceſſu Auguſti nunciato, cū eum peterent ad mortem milites, uti reliquos centuriones, audacia ſingulari per medios ferro ſibi uiam patefecit. unde & ſalutem adeptus eſt, magna centurionum aliorum parte cæſa.

EX CLAVDIO.

Legatoq; non amplius quàm octingentorum H—S proſecutus. Multi uel apud hunc unum autorem erant loci, unde admoneri poterant differentiæ in numeris, niſi plane conniuerent: nam hic octingenta ſeſtertia modicum legatum Auguſti principis apparet: plus autem uicies H—S. quod infra à Tiberio legatum dicat: multo autem plus octogies H—S. quod initu noui ſacerdotij coactus eſt impendere, ex quo ad tantam rei familiaris anguſtiam decidit, ut in uacuum lege prædiatoria uenalis diu pependerit.

In delibatorio. Adeo iam notum eſſe poterat quid diribitorium ſit, aut unde dictū, ut qui delibatorio legāt, parum certe uidiſſe dici iure poſsint: nam & Dion in hiſtorijs latinum nomen hac appellatione dixit. Iam uero & diribitores pro diuiſoribus pecuniarum Ciceroni notius eſt, quàm ut explicari latius debeat. Eſt autē diribitoriū publicæ ædes, in quibus exercitus recenſerentur, & ſtipendia militibus diriberētur, id eſt diſtribuerentur, in quibuſdam Italiæ locis etiam uſitatæ.

Conſtituit pro conditione cuiuſq; ciuis uacationem legis papiæ poppææ. Quæ lex eſſet papia poppæa, undeue dicta, mox planius. Illud interim admonere lecturos hæc uolui, corruptam hactenus Tranquilli lectionem uno alteróue loco ſimili, nec legem pompeiam legendum, ſed papiam poppæam iunctim: in quo non poſſum nō mirari negligentiam multorum, qui ſine teſtibus in cauſa dubia & incerta in forū deſcendant. Fuit igitur Poppæus Sabinus conſularis, ac triumphalis uir inſigni memoria, auus maternus Sabinæ poppææ. Vnde illa etiam dicta Poppæa: nam patrem Olliū honoribus nondum functum amicitia Seiani ſub Tiberio peruerterat. Hic igitur ſub Auguſto principe legem ſeuerißimam de maritandis ordinibus tulerat, qua ſexagenarij tantum non tenerentur, cui capiti poſtea à Claudio abrogatum infra Tranquillus aſſerat. Hæc autem iunctim papia poppæa dicta uidetur, quòd cum Papius legem contra adulteros tuliſſet, ac de matrimonijs etiam ſanxiſſet, cuius & Auſonius prçter alios meminerit, Sabinus Poppæus eandem retractarit, grauioribusq; pœnis additis, ſanxerit frequentanda matrimonia. Vnde & lex poſtea à primo autore papia dicta, poſtea de Sabino Poppæo papia poppæa iunctim appellata eſt, quam ſenior Auguſtus poſt Iulias rogationes incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario ſanxerat. Hanc uero legem Tacitus frequenter citat, maxime in tertio. Admoneri etiam poterant ſaltem infra legē hanc non de ciuitate, aut aliquo iure alio quàm de maritandis ordinibus agere, cum Trāquillus dicat capiti legis abrogatum à Tiberio quaſi ſexagenarij generare non poſſent. Cæterum inſtituti noſtri non eſt acrius aliorum errata caſtigare, & eorum maxime, qui in Tranquillum ſcripſere commentaria, quorum alter adeo breuis eſt, ut etiam intra commentarij leges conſtiterit, alter adeo redūdans, ut fabulari ſæpe uideri poſsit: ita fit, ut aliud agendo male interdum agat, uerum ipſi uiderint.

Capiti papiæ pompeiæ legis. Idem error, atque ideo ad ſuperiorem normam redigendus.

Aulo Plantio etiam ouationem decreuit. Hic eſt ille Aulus Plantius, qui conſularium primus Britanniæ præpoſitus eſt, bello egregius. is redacta paulatim in prouinciæ formam proxima inſulæ parte, Oſtorio Scapulæ imperium decedens reliquit. Cuius & Tacitus meminit, ſed & Tranquillus in Veſpaſiano. Duas ualidiſsimas gentes, ſuperq; uiginti oppida, & inſulam Vectem Britanniæ proximam in ditionem redegit, partim Auli Plantij conſularis legati, partim Claudij ipſius ductu.

EX NERONE.

NEc ante cantare deſtitit, quàm inchoatũ abſolueret nomon. Hic deſiderari interpretis diligentia poteſt: nam quid nomos eſſet tam neſcijt, quàm facile diſsimulauit. ſignificant autẽ apud Græcos nomi cũ multa alia, tum uero in muſicis certã quandam legem, ac rationẽ canendi, ut tamen tibicinũ & citharœdũ præcipue ſint, unde & αὐλῳδικοὶ & κιθαρῳδικοὶ dicti. primus aũt Terpander autore Plutarcho citharœdicos nomos inſtituit, ſuis atq; Homeri uerſibus male adiungens. Clonas aũt poſt hũc aulodicos inuenit, id eſt tibiales, & ea quæ Græci προσῳδία, appellant, quem poſtea Polymneſtus Colophonius imitatus ſit: nomisq; poſtea diuerſa impoſita ſunt nomina, quæ ex Plutarchi libello, ubi muſicen perſequitur, quæras. Illud etiam ſcitu dignũ, ex Græcorum cõmentarijs inuenias primos ab Apolline citharœdicos nomos inuentos, quibus ille & uitam hominibus produceret, & in multis canendi ſuauitate feritatem tolleret. unde factum, ut Ariſtoteles eſt autor, ut modi ac canendi rationes quædam, quibus canentes utimur, nomi iam uſitato Græcis uerbo dicantur. Verũ de his aliâs.

Si paulum ſubbibiſſet, aliquid ſe ſuffertim tinniturum. Nec ſcire fas eſt omnia, & lyncei etiam cæcutiunt, ubi tamen offucias facis, in eo reprehendi dignus. Quis enim non ſtomachetur, quod hoc in loco gannit interpres? Verum ipſe uiderit. Ego ſuffertim lego, aduerbiumq; eadem forma ſtatuo, quæ latinis frequens, uiritim, ſingillatim: ſignificare autem hoc aduerbium puto, quod plenum & grandius ſit, huiuſmodi ſenſu: promittebat Nero ſimulac ſubbibiſſet, fore ut plenius & grandius tinniret. Suffertum autem, ac differtum plenũ ſignificare Senecæ uerba & Horatij probant, ut alios omittam. Ille enim ſole nubem ſuffertam dicendo, hic cauponibus & nautis differtum Appij forum, oſtendunt plenitudinem hoc nomine intelligi. ſed & Tacitus frequens differtum uſurpat pro maxime pleno.

Super ingeniorum proagogia. Non pædagogia aut pæderaſtiam, quod confinxit interpres, ſed proagogia legendũ quiuis uel mediocriter græcas literas edoctus agnoſcat. Sunt autem proagogia Græcis, quę latinis perductiones, & quod illi προαγαγεῖν, nos perducere dicimus, id eſt lenocinari & lenocinium facere. adeo autem & latini & Græci ſcatent hoc uerbo, ut conſulto exemplis abſtineam, & alioqui admonere tantum lectorem uolumus.

In Tyridatem, quod uel uix credibile uideatur, octingenta nummûm millia diurna erogauit, id eſt uicena millia aureorum noſtrorum: quemadmodũ quod aleam luderet quadragenis in punctũ ſeſtertijs, id eſt denis millibus in ſingula puncta ſignificat. quod autẽ addit abeunti contuliſſe millies H—S. innuit uigintiquinquies centena millia donata. ut nõ ſit mirandũ, quod Tacitus de eo prodiderit, quatuordecim annis, quibus in imperio fuit, bis & uicies millies H—S. donationibus effudiſſe.

Armillata & phalerata Mazacum turba. Si ex his nonnulli qui noſtra tempeſtate aliquid ſcripſere, modeſtiam atq; ingenuitatem retinere uoluiſſent, profecto melius latinæ rei cõſuluiſſent, nec multa inuertiſſent: qualis eſt hic locus, in quo codices omnes Mazacum habent: quod cum illi non intelligerent, amaxicorum, & mille alia huiuſmodi monſtra ſubſtituerunt. ego Mazacum lego, & ex Cappadocia ſeruos, unde ingens Romæ copia, interpretor, qui & Cappadoces appellantur ab Horatio eo uerſu, Eget æris Cappadocum rex. Dicti autem Mazacæ (ut arbitror) ab urbe eorum regia Mazaca, quæ in medio totius Cappadociæ poſita, cũ multis alijs indigeret, tamen propter ſitus cõmoditatem, & lignorum, ac lapidum, & herbæ copiam delecta ab his fuerat, in qua reges habitarent. unde & mater urbiũ ab his dicta, quæ tamẽ poſtea ſub Argæum montem poſita, Cæſarea ſit appellata, cui Magnus Baſilius poſtea præfuit antiſtes. Erit igitur Tranquilli ſenſus, quod Nero frequenti Cappadocum ſeruorũ copia ſtipatus incederet, quos Mazacas ab urbe eorum primaria etiam appellaret.

Siquidem icunculam puellarem. Perridiculum eſt, quod de acu, ſeu acuncula cõmentarij ganniãt. Tu icunculam legas ἀπὸ τῆς εἰκόνος forma diminutiua pro parua imaguncula. Iam & Plinius iconicos agnoſcit duces: quid ſit autem εἰκών apud rhetores, non eſt præſentis loci, & res alioqui ſatis celebris.

EX GALBA.

VT ſecum uehiculo proximo decies ſeſtertiũ in auro efferret, id eſt, uiginti quinq; milia aureorum.

EX OTHONE.

ANte paucos dies ſeruo Cæſaris pro impetrata diſpẽſatione decies H—S expreſſerat. Nullus (uti opinor) locus expreſsius differentiam inter dena H—S & decies ſeſtertiũ aperit. Nam ſi idem ſignificarent, quo pacto quindecim ſpiculatoribus dena repræſentari poterant? decies igitur H—S cum quinq; & uiginti milium aureorum reddant ſummam, dena ſingulis numerata ſunt, id eſt, duceniquinquaginta aurei, ſicq; expenſa ex ea ſumma, quinq; ferè milia ſunt.

Nec quicquam prius pro poteſtate ſubſcripſit, q̃ quingenties ſeſtertium ad peragendam auream domũ. id aũt facit duodecies centena & quinq; milia aureorũ noſtrorum: quæ ſumma ſi cui incredibilis uideatur ad abſolutionem domus, æſtimet ille ſecum id magis mirum, quod de Marco Scauro Plinius ſcriptum reliquit, bis milies ſeſtertium ullæ incendio Scauro periiſſe.

EX VITELLIO.

A Carpathio uſq; freto. Quis non uideat nequaquam probari id poſſe, quod pleriſq; à Parthia arrideat, cum freto Carpathio bene ſanè legatur?

EX VESPASIANO.

ET tamen nec ſic quidẽ priſtinæ cupiditatis infamia caruit. Alexãdrini Cybiotatẽ eum uocare perſeuerauerũt cognomine unius è regibus ſuis turpiſsimarũ ſordium. Erat certe officiũ boni interpretis, ut qui nam hic tandẽ fuiſſet, aut unde illi cognomen tam ſordidũ aſtructũ eſſet, explicaret. Nos cybiũ Plinio, Martiali, cõſciſam pelamydem appellari ſcimus, unde frequens Plinio nominis uſurpatio inter præcipua ſalſamẽta, corrupta etiã apud Varronẽ lectione. Credidit Feſtus dicta à cuborũ ſimilitudine, qui cum æque in oẽs partes pateant (quadratæ enim ad luſum aptæ ſunt) ita etiã piſcãtes hoc genus piſcis, aleam ueluti ludãt. Hic aũt quem Cybiotatẽ appellatũ dicit Tranquillus propter eius illiberalitatẽ, non unus fuit ex Ptolemæis regibus, ſed è Syria ducẽs originẽ, qui à filia maxima natu Ptolemæi Auletæ expulſi à ſuis in uirũ acceſſitus nõ multo pôſt ab ipſa expellit, cum eius ignobilitatẽ, atq; illiberalitatẽ pati non poſſet. Strabo. unde illi ab ordinandis cybiis, quæ forte ipſemet familiæ diſpenſaret, merito ſordidiſsimũ cognomentũ adhæſit, quo & Veſpaſianũ principẽ, ut ſunt Alexãdrini dicaces, propter eius auaritiã aſperſerunt, quẽadmodũ & Syriæ regi Phyſcon cognomentũ fuit à craſsiore inteſtino, quod multa caperet. Illud etiã ex Athenæo addes, Salſamenta Græcis duûm eſſe generum, horæa & thunnia, id eſt è thynno, ſalſa caro Thunnina uulgo dicta: Horęũ uere quaſi tẽpeſtiuũ eſſe dictum, cuius macra pinguibus præferantur, cum in thunniis macris pinguia præponantur, quæ cybia nuncupentur. horæa aũt ex pelamide, id eſt lutaria minore fiunt, thunnia ex maioribus. Sit autẽ idem uræum, de quo Plinius, cum horæo, mox aliâs.

EX TITO.

CVm ex inſtituto Tiberii. Aurelius Victor in hanc ſententiã: dehinc cum donata conceſſáue à prioribus principibus firmare inſequentes ſolerent: ſimul ut imperium cepit, talia poſsidentibus edicto ſponte cauit, uel conceſsit.

EX DOMITIANO.

NAm uenatores, gladiatoresq; & noctibus ad lychnos. par error cum eo, qui in Cæſare dictatore inoleuerat; reſtituenda igitur lectio, & lychnuchos legendum ut admonui.

Edixit ne quis in Italia nouellaret, utq; in prouinciis uineta ſucciderentur. Aliam Philoſtratus aſſerit edicti cauſam, præcipue in Aſia, quòd homines uino nimiũ indulgentes, ſeditiones excitarent: quare & Domitianus id etiam in tota Aſia uetuerat. Verum Scopeliano ſophiſta celeberrimo legationem communi Aſiæ nomine ſuſcipiente & reſtitutæ uites, & donatus eſt ille ampliſsimis à Domitiano muneribus, admirante in primis uiri copiam, & ubertatem dicendi. Illud etiam ſcitu dignum, prouinciis quibuſdam à Probo imperatore conceſſum, ut uineas alerent.

Subſiciua quæ diuiſis per ueteranos agris carptim ſuperfuerant. Quid ſubſiciuum ſeu ſubciſiuum ſit, notiſsimum grāmaticis eſt. ſubſiciuus autem ager, de quo hic agitur, Boetio is eſt, qui ſecundum proprias determinationes aſcriptus in finibus ſuis tabulario Cæſaris inſertur, & qui beneficio conceſſus, aut aſsignatus coloniæ fuerit: ſiue is proximus ſiue longius poſitus: quē colonia in tabulario Cæſaris manu cōditoris ſubſcriptum habere debet. Item ager ſimilis ſubciſiuus eſt, qui non aſſignatus reipublicæ, populoq́ꝫ, aut coloniæ, cuius fine circumdatur, remanet in eius poteſtate, qui aſsignare potuerit, hoc eſt principis. Vnde inter XIII. controuerſiarum genera illa uel præcipua eſt, quæ de ſubciſiuis agris oritur.

Annotationum Ioannis Baptiſtæ Egnatij Veneti in Caium Suetonium Tranquillum, finis.

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI, IN AELIVM SPARTIANVM LAMPRIDIVM ET CAETEROS ANNOTATIONES.

EGNATIVS LECTORI.

DABITVR & hocipſum publicæ à nobis utilitati, uti mea opera & hi caſtigatiſsimi pariter exeant, & quæ apud hoſce autores obſcuriora erant, percipi facilius per me queant. Erimus aūt eo breuiores, quo ratio hæc mihi uiſa commodior: & alioqui tātis & ſtudiorū difficultatibus, & temporis anguſtijs premimur, uti copiæ ſimul, & rerum inquiſitioni uacare mihi non liceret. Accipiant igitur noſtrates homines æquiore animo iſthæc omnia, quando & uiatoribus ſiti laborantibus fontem oſtendiſſe non ingratum ſit. Nec acerbius exigi debent, quæ ſponte offerūtur, alioqui gratiæ & officij nomen exuant. Quinetiā & illud uſus ex inſtituta breuitate fuerit, ut bona ingenia excitentur, habeantq́ꝫ & illa, unde non omnia nobis, uerum induſtriæ quoq́ꝫ ſuæ aliquid debeant.

EX ADRIANO

Poſterior ab Hiſpanienſibus par differentia huius nominis Hiſpani, & Hiſpanienſis, quæ Romani & Romanienſis. Dicuntur enim Hiſpanienſes Ro. qui in Hiſpaniam coloni tranſcripti diutius in ea prouincia fuere. *Hiſpanienſes*

Patruo magno Aelio Adriano. maiorem patruum ueteres appellarunt aui, & auiæ patruum. *Maior patruus*

Germaniam ſuperiorē. frequens multarū prouinciarum appellatio huiuſmodi, quod & hodie in ipſa Germania retineamus, & de Mœſia non multo poſt. *Germania ſuperior*

Vergilianas ſortes, id eſt, quę ex Vergilianis carminibus fierent, quarū uſus ex ſacris præcipue literis hodie frequētiſsimus eſt multis: nō inprobatæ ab heroibus olim noſtris, ni tu diuerſum quid in illis ſentias, quod & mihi ueriſimilius multo. *Sortes ex ſacris literis*

Nicephorij Iouis. Nicephorium urbs Meſopotamiæ, ex uico in urbis formā ab Alexandro Macedone condita, ex argumento uictorię inſignis ibi partæ, Plinio, Straboni: cuius tamen codices niceroniū corrupte habeant. Hęc poſtea à Conſtantio Conſtantini Cæſare Conſtantia eſt appellata Stephano, unde templum Nicephorij Iouis arbitror à Spartiano dictum. *Nicephorium*

Deniq́ꝫ ſtatim ſuffragante Sura. Licinius hic Sura eſt Traiani principis amicitia, ac familiaritate inſignis, cui uſq́ꝫ adeo fidem habuit, ut poſt delationem domū eius uenerit, pranſusq́ꝫ cum illo eius medico oculos tentandos exhibuerit, tonſoriq́ꝫ operam dederit: mox ad amicos conuerſus, ecquid accuſare amplius Suram poteſtis? huic mortuo ſepulchrum fieri, & ſtatuam poni iuſsit. huic tantæ opes fuere, uti gymnaſium ſuis impenſis publicarit. *Licinius Sura*

Ad perpetuam tribunitiã poteſtatẽ omen ſibi factũ aſſerit, quòd penulam amiſerit. Penulam ueſtẽ ad arcendã pluuiam eſſe, qua nunquam imperatores uterentur, Tranquillus in Caligula autor eſt, qui de illo uelut probroſum, id retulit, quòd pictas gemmataſque penulas indueret. pluuiæ eas gratia geſtari ſolitas iocus ille apud Quintilianum, ne alium citem, probat, cum Galba negaſſet amico roganti penulam, non pluit inquiẽns, non opus eſt tibi: ſi pluet, ipſe utar. Senſus igitur talis, accepiſſe ſe omen futuri imperij, quando tribunitiam penulam amiſiſſet, quaſi nunquam uſurus ea ueſte, quam nunquam imperatores induerent. De penula uero in Alexandro copioſius. *Penula* *Penula nunquam imperatores utebantur*

Sub Surrano. Tu Sura leges.

Cum H—S. iterum XX ad ludos edendos accepit. obſeruatũ id ex hiſtoriarũ monimentis, eos qui ædilitatẽ ac præturã acciperent, ludos P. R. magnificẽtiſsimos exhibere ſolitos: in quibus plerique magnas opes profunderent: quare principũ liberalitate ſæpe ſuſtentabantur, ij præſertim qui affines aut amici his eſſent. *Aediles ac praetores ludos exhibebant*

Procuratores latius uagantes coercuit. hoc genus hominũ ſummã poteſtatẽ ſibi uendicat in prouincijs, quando principũ nomine his ita præeſſent, uti ſuprema quædã poteſtas eorũ eſſet. omnia enim quæ ad Cæſarem pertinerent, adminiſtrabant: prædia inſuper Cæſaris procurabant, unde & nomen. erant aũt fermè eius liberti, qui hoc uel præcipuũ ius haberent, ut hæreditates opulentiorũ ſæpe adirent, qui Cæſarem hæredem reliquiſſent. qui igitur eorũ licentiæ occurrere auderent, inuidiæ principum ſeſe obijciebant non ſine poſtea periculo. Vlpianus digeſtorum primo. *Procuratores*

Et defuncto Sura Traiani ei familiaris creuit. Tu familiaritas emendabis.

Neratium Priſcũ. hic iuriſconſultus ætatis ſuæ longe princeps, cuius mẽbranarum maxime libri ſeptẽ aduocãtur: Traiano principi adeo charus, ut illum ſibi ſucceſſorem deſtinaſſe credatur, cum illi remp. cõmendaſſet ex amicorũ ſententia, ſi quid ſibi fatale contingeret, illum aũt Traianus in conſilio ſemper haberet. *Neratius Priſcus*

Pſametoſyrin. Dion Partenaſpatem appellat, quem Parthi, quando indignum regno iudicabant, eiecerant. *Partenaſpates*

Frugi Craſſum. Cognomentũ hoc Piſonum uel peculiare fuit. qui uero frugi dicantur homines, ex Cicerone id pete. *Piſones Frugi*

Catillio Seuero. Cæcilius in epiſtolis Serenum corrupte, ut opinor. hic ſit ne ille Catillius, cuius forti opera Adrianus ad comprimendos Iudæos uſus ſit, ambiguum eſſe poteſt.

Aurum coronarium. hoc autem erat quod ciuitates & oppida nouis imperatoribus offerebant ſub coronarum ſpecie, ſæpe ab optimo quoque principum Italiæ ac prouincijs condonatum. *Coronarium aurum*

Statim curſum fiſcalem inſtituit. quid ſi inhibuit legas, reclamãte etiam codicum fide: ſenſu tali, prohibuiſſe Adrianũ ad conciliandã ſibi famã boni principis, ne fiſcus acerbius pecunias exigeret, quod à bonis imperatoribus cautum ſæpe legas.

In fiſcum priuatum. erat enim & publicus.

Dimenſum, ſiue demenſum Donato dicitur id, quod ſeruis in ſingulos menſes ad uictum dabatur. σιτομέτριον à Græcis dictum magno errore interpretis, qui Lucæ euangelium tranſtulit. unde hoc loco quòd ſenatoribus ad certum numerum & tempus dabatur, dimenſum appellarit. *Dimenſum*

Senatui legitimo. erat enim & indictus. nam Auguſtus princeps ad leuanda ſenatorum onera ſtatuerat, ne plus quàm bis in menſe ſenatus legitimus ageretur calend. & idibus, nẽue Septembri Octobriue menſe ulli alij adeſſent neceſſario, niſi ſorte ducti, per quorum numerum decreta confici poſſent. *Senatus legitimus, indictus*

Ne eſſet ſecundæ ſententiæ. quinam rogandarum ſententiarũ mos eſſet, quæue primæ ſententiæ, aut ſecundæ dicerentur, id ex Gellianis noctibus pete.

Simili alteri præfecto. Dion de Simili ac Turbone in Adriano ad hanc ſententiam: Duo per ea tempora fuere illuſtres uiri, Similis & Turbo: et Turbo à paruis initijs ad ſummam dignitatem euectus, militaris diſciplinæ ſcientiſsimus fuit, prætorianorum etiã præfectus: & Adriano principi adeo familiaris, ut ſæpe cum illo noctes continuaret. hic nec cum morbo laborauit, domi unquam fuit, præpoſitos rerum ſtantes

oportere mori dicens. Similis uero ætate & honore illum antecedebat, qui olim in conſilium centurio uocatus, Turpe, inquit, eſt præfectos excludi, & centurionem aduocari. tandem impetrata uacatione ſecedens in Campaniam, in ſummo ocio uixit annos ſeptem, hoc elogio ſepulchro addito: Similis hic iacet, cuius ætas multorũ quidem annorum fuit, ſeptem tamen uixit.

Cauſarij Poſt hęc profectus in Gallias, oẽs cauſarijs liberalitatibus ſubleuauit. quid ſi cauſarios legas, & melius? quaſi dicat: omnes qui iuſtas cauſas allegarent inopiæ, liberalitate Adriani ſuſtentatos. qui uero in militia cauſarij dicantur, nota res eſt.

Poſca Larido caſeo & poſca. Poſca acetum aqua admixta dicitur, quo potionis genere etiam nunc noſtri remiges utantur.

Thericlia *Topia* *Topiarium opus* Triclinia de caſtris. triduntæ priores codices habuere. nos triclinia ex cõiectura emendauimus: niſi quis thericlia legat. quæ ſint autem thericlia uaſa, Cęſarem, & alios Græcos autores adeat. Topia aũt funiculi à noſtris dicta. unde topiarium opus ex buxo in hortis frequens: iam & ex lauro inuentum deliciarum eſt, arboribus etiam alijs compoſitis in hunc uſum.

Spatha Capulo uix eburneo ſpatam clauderet. uerbũ hoc barbarũ planè eſt, nec niſi ab his recentioribus uſurpatum. Spatha autem Græcis diuerſum quid eſt.

Vitis inſigne centurionis Locum caſtris caperet, nulli uitam, niſi robuſto. emendato uitem magno librariorum errore: uitis enim inſigne erat centurionis, ſub qua milites errantes plecterentur. Illud pro inſtituta breuitate ex Tacito non omiſerim, Lucilio centurioni in caſtris Germanicis cognomentum cedo alteram inditum eſſe, quòd uerberans militem uite perfracta alteram popoſciſſet.

Condicta militaria, id eſt, pacta & conuentiones ſingulorum.

Frumẽtarios, qui ſcilicet domũ familiarius ingredientes, oĩa cognoſcere poſſent.

Seditione Alexandrina turbatus, quæ mota eſt propter Herodotum.

Nemauſum Nemauſum, Galliæ oppidum, Nimes hodie nuncupatum, in quo ueſtigia etiam theatri uiſantur.

Initia Eleuſinia ſacra, ab Eleuſi Atticæ oppido, μυστήρια à Græcis dicta, quæ initia nos dicimus, quibus initiari etiã principes uoluere, qui bonitatis opinionẽ affectarent.

Agonotheta, id eſt, ludorum præſide, Græca dictione.

Cappadocia ſeruorum productrix A Cappadocibus ſeruitia ſuſcepit. hęc prouincia iampridẽ ſeruos multos habuit & præcipue apud Comana: unde etiã Romam Cappadoces mittebantur, qui iam pro mancipijs accipiũtur: ut ex hac prouincia ſeruorũ initium effluxiſſe rear, qui in Aegyptum accerſiti à Sultano, imperium totius Syriæ ad ſe traxerint.

Tetrarchæ Tetrarchas. hi ſunt, qui quartam regni partem retinent

Antiochia Antiochenſes. hæc ciuitas Syriæ totius olim metropolis habita, ad Orontem fluuium poſita, & Caſsio monti incubans: genus hominum leue, ac ſeditioſum uoluptatibusq; præcipue difflueñs, graues ſæpe ac moleſti principibus. Vnde cũ in Iuliani principis odium incidiſſent, orationem in eos, quæ extat, poſtea reliquit, quæ à barbæ argumento μισοπώγων eſt dicta. hanc Chriſtiani principes quadringenteſimum abhinc annum poſt magnas difficultates expugnatam diu poſſederunt, donec à Saracenis iterum capta, deſolata penè ad hanc diem relicta. Tredecim etiam urbes hoc nomine celebres olim fuere.

Aegyptiaca præfectura Titulo Aegyptiacæ præfecturæ. hæc etenim quamuis equiti demum dabatur à Cæſare, tamen propter prouinciæ magnitudinẽ, & gentis leuitatem, præcipuum ſibi locum uendicabat. iuriſconſulti.

Seruiano ſororis uiro. hic ille eſt Seruianus, quem poſtea ne ſupereſſet ſibi, mori coegit.

Condicta militaria. Forte breuiaria ac pyctatia hic intelligi uoluit, quibus numerus militum, ac nomina aſcripta continerentur.

Italicis uehementiſsime, id eſt, Romanis & Italis, qui per Hiſpanias in colonias tranſcripti ibi agerent, quibus delectum detrectantibus iure uehementiſsime Adrianus conſuluiſſe dicitur, utpote Romanis uel Latinis ciuibus.

Caſius mons Caſsio. hic Aegypti mons iuxta Peluſium, & oppidum fuit delubro Iouis Caſsij cognomẽto, Magni etiam Pompeij ſepulchro nobile: uel à Caſſo una ex Cycladibus, ut putat

ut putat Stephanus, uel à Caſsio Cleomachi dictus. hic aũt de eo, qui Antiochiæ incu bat, intelligit. Cuius altitudo tanta eſt, ut quarta uigilia orientem quis per tenebras ſo lem aſpiciat, breui circumactu ſuo diem noctemq; aſcendentibus oſtentans. Ambitus ad uerticem ſummum undeuiginti mil. paſſ. per directum quatuor.

Iouis Olympij ædem. Pauſanias autor primo Iouis Olympij templum ab Adria no dicatum operis maxime mirabilis: ubi ſtatuæ eius duæ Thaſii lapidis, totidem Ae gyptij, præcipuæ uero claritatis columnæ centum Phrygij lapidis. Quinetiam Iuno nis templum & Panhellenij Iouis, omnibus cõmune Græcis delubrum. Olympij au tem templum Iouis primum à Deucalione fabricatum, & tumulum eius prope poſi tum in argumentum adducunt: Dion. *Iouis Olympij templum*

Pharaſmanij. hic Maſſagetarum ſiue Alanorum rex erat. *Pharaſmanius*

Antinoum ſuum. Hic elegãtiſsimæ formæ fuit ex Bithyniæ Claudiopoli: adama tus ad inſaniam ab Adriano fertur, ut illi mortuo & ciuitatem conſtruxerit, & ſtatuas ubiq; erexerit. Dion autor. *Antinous*

Seruianum ſororis uirum. Græci codices Seuerianũ habẽt, qui cũ Adriani iuſſũ moreretur, ignem petijt, & accenſo thure, uos (inquit) dij teſtes eſtote, nihil à me mor te dignum eſſe cõmiſſum: tantum hoc precor ne cum uelit, mori poſsit. *Seuerianus*

Et quidem Phauorinus. is eſt Phauorinus Gellianis noctibus cantatiſsimus ex Arelate Galliæ oppido, & Hermaphroditus: qui tria ſibi memorabilia contigiſſe dice bat, quod Gallus Græcas literas didicerat, quod eunuchus adulterij cauſam dixerat, quod Adriano principi aduerſaretur, & uiueret: ęmulus maxime Plutarchi, cuius ſcri ptorum copiam æquo animo ferre non poterat. *Phauorinus*

Phlegontis libri. hic Trallianus cum alia, tum Olympiadas ſcripſit, quibus libris quæ unquam geſta eſſent, per tempora complectebatur. *Phlegon*

Catacrianos libros obſcuriſsimos Antimachum imitatus. quod Antimachum poetam ignotum pene per ea tẽpora uatem Homero præponeret, notum eſt. qui ſint autem Catacriani libri, quærendum adhuc mihi eſt.

Ego nolo Cæſar eſſe. ſunt hi trochaici numeri, in quibus per culices rotundos Adrianus Florum pathicum fuiſſe innuat.

Epictetum & Heliodorũ. ille Hierapolitanus ex Phrygia, & Epaphroditi Nero nis liberti ſeruus claudusq;, Nicopoli Epiri conſenuit, magnũ in philoſophia nomen adeptus. Heliodorus inter ſophiſtas non ignobilis à Philoſtrato recenſitus. *Epictetus* *Heliodorus*

Saturnalia & ſigillaritia. de ſaturnalibus nihil eſt quod hic addam. Sigillaritia au tem dies erãt feſti ſaturnalibus additi: quibus, ut in ſaturnalib. cereos, ſic in his ſigilla, id eſt, parua ſigna amici miſsitarent. Vnde autem origo hæc effluxerit, ex Macrobio copioſius. Ipſi aũt dies & ſigillaria dicebãtur, ut ſaturnalia, & locus ubi ſigilla hæc uen derentur. Scæuola etiam libro de legatis tertio, ſic meminit: Paterfamilias ita legauit lances duas leues, quas de ſigillaribus emit. *Sigillaritia*

Hiberum. Hiberes ponti accolæ, de quibus certatim geographi & poetæ, hodie Georgiani dicti, ut nõ plane Chriſtiani, ſic à fide noſtra nõ abhorrentes, ingenti olim miraculo perſuaſi, ut fidem Chriſti publice ſuſciperent. ſed & ueteres autores Georgi am de terræ cultu hanc terrarum partem (niſi fallor) appellarunt. *Hiberes* *Georgiani*

Iulium Celſum, Saluium Iulianum, Neratium Priſcum. iureconſulti omnes per ea tempora celebres. Iulius enim Celſus is eſt, qui Adriano in conſilio fuit, & digeſto rum libros undequadraginta compoſuit. nam Saluius Iulianus auunculus Didij Iu liani principis fuit, ab Adriano & ipſe in conſilium adhibitus, autoritatis plurimæ. Ne ratio uero Priſco, qui præter alia, ſeptem membranarum libros reliquit, adeo tribuit, ut hunc ſibi de amicorum conſenſu ſucceſſorem deſtinaret: ſic ut ei quandoq; dixerit: Commendamus tibi imperium, ſi quid fatale nobis cõtigerit. Pomponius, & nos hoc ipſum ſuperius attigimus. *Iulius Celſus* *Sal. Iulianus* *Neratius Priſcus*

Decoctores bonorum ſuorum, ſi ſuæ autoritatis eſſent, catamidiari in amphithea tro, & dimitti iuſsit. qui eſſent ſuæ autoritatis homines, quiue alienæ, ex iureconſul tis accipies. Illud eſt obſcurius, quid ſignificet catamidiari, uerbum (quod ſciam) non ab alijs uſurpatum. ſignificat autem derideri, atq; exibilari, de Græcis fontibus. hac *Catamidiari*

pœna Venetijs periuri & multinubi affici ſolent, ut publice futuri ludibrio mitrati exponantur, ſæpe etiam collo in columbari pendente.

Si dominus in domo interemptus. Seruilē improbitatē, & audaciā ueteres grauiſsimis pœnis cōprimendā cenſuere: ut ſcilicet omnes qui ſub eodē tecto agerent, interfecto domino, ſuppliciū extremū luerent, Tacitus. Id quod Adrianus leniendū cenſuit, pœna his tantum ſtatuta, qui per uicinitatem ſentire potuiſſent.

Per Latina oppida dictator. id ex Cicerone & Aſconio diſcas, dictatores per oppida Latij dici ſolitos.

Demarchus. Apud Neapolim demarchus, id eſt, populi princeps.

Archon Athenis archon. Principem, quem Athenienſes ſingulis annis deligebant, id uerbum ſignificat, à quibus Attici ſcriptores rerum geſtarum ordinem ducunt, uerbi frequentiſsima mentio Græcis ſcriptoribus.

Pyrrichæ ſaltationes Militares Pyrrichas, id eſt, armatas ſaltatiōes. Strabo & cęteri certatim à Pyrrho inuentore dictas exiſtimantes.

Pantheum *Septa* *Ouilia* Romæ inſtaurauit pantheum & ſepta. pantheū templū dijs omnibus dicatū. Septa aūt dicebātur loca in campo Martio incluſa tabulatis, in quibus populus Ro. ſuffragia ferret: ouilia etiam à Lucano poeta dicta. de hoc loco noſtri multa.

Apud Alexandriā in Muſeo. Muſeum & Serapeum, & Iſeum publica Alexandriæ auditoria & ædes, à muſis & Serapi & Iſide dicta.

Adrianotheras, id eſt, Adriani uenatica in Myſia condidit.

Tetrapharmacū, id eſt, ex quatuor cibis cōpoſitū, de quo mox in ſequentibus.

Sederi in equis. hoc ēm pleriq; principes probroſorū & effœminatorū eſſe hominum credidere, quare & ſæpe prohibitū legas. hunc morē fœminæ noſtrates retinēt.

Trāquilli loca H—S. IIII millies. tu ad eam normā hanc ſummā redige, quam in Tranquilli annotationibus oſtendimus. Illud obiter in Tranquillo admoneo, in Cæſare dictatore notatos pro nudatos legas, in Auguſto prælucente pro præducente.

Votorū cauſa. Cal. ēm Ianuariæ uotiuæ ſolenneſq; erant omnis triſtitiæ ac luctus exortes, nuncupabantq; eo die uota COSS. in totum annum pro reip. ſalute.

Speciatim Attilius Seuerus. Tu uide ne Catilius.

Animula uagula blandula, Iambici dimetri recti, non tamen uſquequaque ad legem facti.

Sambuca *Iambuca* Sambucas. inſtrumentum muſicum triquetrum, quo iambica canebant. Vnde quidam iambucam appellant. eſt & inſtrumentū urbis oppugnandæ. frequens huius nominis uſurpatio in ſacris literis: unde & ſambuciſtriæ, quas Spartianus ſambucas appellaſſe uideri poſsit.

Canopum *Pœcile* Lycium, academiā, prytaniū, canopū, pœcilen, tempe. gymnaſia hęc Athenis fuere. Nam & canopum agnoſcit Philoſtratus in Herodis Attici uita. Pœcile uero porticus uaria à Latinis appellatur, nobilitata etiam præter picturā marathonicæ pugnæ, Zenonis ſtoici conuentu, unde à porticu ſtoici dicti. Verſus Ciceronis:

> Inq; academia umbrifera, nitidoq; lycio,
> Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Tempe uero nota ſunt, quæ triplicia traduntur. Vnde & nomen ab amœnitate.

EX ANTONINO PIO.

Fœnus trientarium Fœnus trientarium. uſuræ ſemiſſes, quæ & ciuiles dictæ ſunt, iureconſultorum libris frequentes: ſed trientariæ minores certe erant, cum quatuor tantum in centum reciperent, à triente dictæ.

Arrogari *Adoptari* Vtrum arrogari uellet. differre adoptionem ab arrogatione etiā iuriſconſulti docent: nam qui ſui iuris ſunt, arrogari: qui alieni, adoptari dicuntur.

Factuſq; eſt patri, & imperio proconſulari, & tribunitia poteſtate collega. procōſularem dignitatem extra urbem ſupremam fuiſſe, & tribunitiam in urbe, cum hic, tum alibi facile conſtat.

Poſtq; ad imperium tranſiuimus. Ita enim omnia arrogatoris erant facta legibus id ſancientibus, ut arrogatus in patris poteſtatem tranſeat.

Quadruplatores extincti ſunt. hi erant uel qui quartam bonorum partem recipe-

rent ex

rent ex accuſatione, uel eorum accuſatores, qui cōdemnati quadrupli tenebantur. unde Plauto quadruplari uerbum.

Species imperatorias ſuperfluas. Etſi hoc generale ſit ad multa nomen, Martianus tamen iureconſultus uidetur, id quod iam uulgo etiam receptum eſt, Indicas & Arabicas intellexiſſe, ut cinnamomum, piper, & id genus alia. hic uero pro elegantiore omni ſupellectile, neſcio quàm probe, intellexiſſe uidetur.

Puellas alimentarias. Bonorum principum hæc præcipua cura, ut pueros, puellasq; etiam publice alerent: parentes etiam ad ſobolem tollendam præmijs & priuilegijs inuitarent.

Græcoſtaſium, ſiue græcoſtaſis. Varroni locus ante curiam hoſtiliam, in quo legati exterarum gentium, ac regum ſederent, à parte dictus. *Græcoſtaſis*

Phari reſtitutio ad hoſtiæ portam. Turris ad ſimilitudinem Alexādrinæ erecta nauigantium commodo & ſecuritati.

Templa lanuriana. Codices alij lauriniana, quod non diſplicet.

Primus conſtituit, ne pœnæ cauſa legatum relictum maneret. mutila lectio, ſenſus autem ex Dionis hiſtorijs huiuſmodi: Cum Cæſar dictator per ſenatum cenſuiſſet, ut qui teſtamentum facerent, partem quandam Reip. ac fiſco legarent, irrito aliâs teſtamento, primus Antoninus decretum illud antiquauit.

Per ærarij ſui damna. Aerarium pro fiſco principali hic uſurpat, & alioqui fiſcum etiam publicum pro ærario dictum legas. *Aerarium*

Et Narbonenſis ciuitas, & Antiochenſe oppidū. uix adduci poſſum, ut de Antiochia hic opulentiſsima Aſiæ ciuitate intelligat. Tu uide ne Agatenſe oppidum legendum, alioqui in prouincia Narbonenſi Agata oppidum geographis collocatur. *Agatha*

Pacorum regem Dadijs dedit. Lazis melius omnino, Procopio & Marcellino ſtatuentibus Lazos in ea Aſiæ parte. *Lazi*

Olbiopolitis contra Tauroſcythas. accolæ ponti geographis celebres. Olbiopolis Græcis beata ciuitas dicta. *Olbiopolis*

Crocutas. ex Plinio id accipies.

Fortunamq; auream. Hanc imperatores in cubiculo ſemper habebant, morituriq; ad ſucceſſorem deferendam curabant.

Tiliaceis tabulis, id eſt, ex philyra: tenuiſsimæ enim cōfici ſolent: & caliditate ſua plurimum ſenibus conferunt. Sed & libelli ueteribus ex hac materia frequentes, & coronarum lemniſci. *Tiliaceæ tabulæ*

EX M. ANTONINO PHILOSOPHO

Lupiæ Salentinorum haud procul à Brunduſio geographis.

Aedes Laterani. Adeo inſignis Lateranorum familia Romæ fuit, ut magnæ urbis parti nomen dederit. Certe Ro. pontifex Lateranenſis quandoq; dictus epiſcopus. *Lateranorum familia*

Apro & Pollione, & Eutichio Proculo Siccenſi. Grammatici per ea tempora celebres, nam & Apri Seruius ſæpe meminit. Eutichius autem Siccenſis à patria, quæ in Numidia Romana Colonia.

Oratoribus Herode Attico, Latino Frontone Cornelio. Inuerſa nomina, ſic tamen emendanda: Hic autem Herodes Atticus cognomento, diuitijs & literatura celebris, qui Athenas præcipue patriam præclaris operibus exornarit, Gellianis noctibus frequens: is cum ingenio & eloquētia nulli ſecundus haberetur, filium habuit adeo hebetem, ut ne elementa quidem literarum perciperet: Philoſtratus. Cornelius autem Fronto inſigni eloquentia fuit, cui ſiccum dicendi genus à Macrobio tribuitur, bimeſtri conſulatu ab Antonino inſignitus. Cuius illud fortaſſe ſit opuſculum, quod à uiro bene docto Iano Parrhaſio primum in lucem uenerit, de nominum uerborumq; differentijs. M. Aufidium Frontonem pronepotē & ipſe habuit, cuius adhuc extat ad Fortunæ fanum elogium: *Herodes Atticus* *Cor. Fronto*

M. AVFIDIO FRONTONI PRONEPOTI M. CORNELII FRONTONIS ORATORIS CONSVLIS MAGISTRI IMPERATORVM L. ANTONINI, NEPOTI AVFIDII VICTORINI PRAEFECTI VRBIS II. COS. FRONTO CONSVL FILIO DVLCISSIMO.

Audiuit & Sextum Cheronenſem. Hic Plutarcho ex ſorore nepos Pyrrhonicam ſectam amplexus eſt: de qua & decem libros ſcripſit. Adeo principi acceptus, ut ſenex adhuc imperator ſcholam eius frequentaret. Notum illud eſt dictum Lucij ſapientis: qui ſemel occurrens Antonino, cum illum interrogaſſet quonam iret, & ille ad Sextũ reſpondiſſet, à quo diſceret quæ nunquã audiſſet, neq; enim pudori eſſe, ſi ſenex diſcat: Euge, inquit, ô imperator, ſi ſenex tabulam manu geſtans ad præceptorẽ adeas. Meus autem Alexander duos & XXX annos natus obijt.

Imagines eorum aureas in larario. de larario in Alexandro mox.

Metianus L. Voluſium Metianum. claros inter iureconſultos Metianus: qui fidei commiſsionum ſedecim, publicorũ quatuordecim libros ſcripſerit. Corrupte ſæpe in Pandectis Martianus pro Metiano legitur.

Aufidium Victorinum. Hic forſan ille ſit, qui præfectus urbis & bis COS. ſub eo fuerit, ut monimento ſuperiore conſtat.

ξένια Lautia Hoſpitalia munera Encænia Publicis exenijs. corrupta lectio, & xenijs legendum: nanq; Græci ξένια, nos lautia, & ſimpliciter hoſpitalia munera accipimus, id quod apud iurecõſul. de officio proconſulis leges. Quid autẽ ſi publicis encænijs legas? hoc ſenſu, detuliſſe Adrianũ M. Antonino eum honorem, qualis publicis encænijs habebatur dijs: ſunt autẽ encænia feſti dies, cum ſcilicet nouũ aliquod ſacrum dijs immortalibus paratur.

Inaugurauit, et exaugurauit. quod nos ĩ ſacris noſtris ſacrare, et execrare diceremꝰ.

Præire Nemine præeunte. præire auguralis diſciplinę uerbum, eiuſdem notæ & uerbum, quod ſequitur carmen.

Latinæ Præfectus feriarum Latinarum. dicimus & ſimpliciter Latinas, cum in monte Albano COS. uel præfectus carnem Latinis ſolenni ſacro diuideret. de præfecto autem Latinarum & Gellius.

Diuiſionẽ. non ingratum erit, opinor, quid iurecõſulti de rerum diuiſione ſentiant hic inſerere. Rerũ ſumma diuiſio, inquit Paulus, aut diuini iuris eſt, aut humani. quod diuini iuris eſt, id in nullius bonis eſt: quod humani, plerunq; in alicuius bonis eſt.

Gratia ætatis facta, hoc eſt, lege annali ſolutus: quando non erat illi quæſtoria adhuc ætas.

Auo buſta impleuit, hoc eſt, omnia quæ ad buſta perſoluenda principis neceſſaria eſſent, comparauit. Quæ autem ſepeliendi principis Romani ratio foret, ex Herodiano accipies.

Quaſi priuatus quæſtor, id eſt, qui princeps non eſſet.

Tũcq; primum Romanum imperiũ duos Auguſtos habere cœpit lictum. Lictum hic caſſa & nihili uox. & propterea diligentius æſtimandum.

Ob hanc coniunctionem pueros, & puellas nouorum hominum frumẽtariæ perceptioni aſcribi præceperunt. perceptioni autem legẽdum hoc ſenſu: cum ciuibus antea Romanis, & honeſtis frumentum daretur, placuit ob læticiam ad teſſeras frumentarias recipiendas nouorum etiam hominum liberos aſcribi.

Vicena millia nummûm, id eſt, quingentos aureos noſtrates.

Reliqui pro rata. Veteres melius quidam pro rata parte: in his enim frequenter linguæ puritatem deſidero. ſenſus autẽ huiuſmodi eſt, reliquis legionibus, quæ uſquam eſſent, datum & donatiuum: minus tamen datũ ijs, quando ſcilicet prætorianæ cohortes alijs præſtarent.

Catti Catti. Cattorum diſciplina tanta fuiſſe à Tacito dicitur, ut cæteri quidem barbari ad prælium, Catti ad bellum exire dicantur, quorum initium ad Hercyniæ ſaltum eſſe refert.

Officia Officiorum. Hoc uerbi ſignificatum & iuriſcõſulti probant, nec Latini quidem autores reſpuunt.

Daphne Apud Antiochiam & Daphnen. Amœniſsimum extra urbem locum Daphnen fuiſſe, hiſtoricorum monimentis omnium notiſsimum eſt.

Artaxata Artaxatis captis. Metropolis hæc Armeniæ totius ab Annibale loco cætera egregio ſed ſqualido, & aquis indigo condita: nomen ab rege Artaxa, ad quẽ deuicto Antiocho confugerat, ſortita.

Libera

Liberales cauſas. liberales cauſæ iureconſultis hæ ſunt, ubi de libertate alicuius dubia quæſtio ſit. Vt ſi quis dolo malo, uel in ſeruitute, uel maior XX annis paſſus ſe uenundari ſit, preciumq; acceperit. his enim proclamatio ad libertatem non dabatur, ut latius digeſtorum XL. continetur. *Liberales cauſæ*

Apud præfectum ærarij Saturni. Aerarium in æde Saturni fuiſſe nemo neſcit. Vnde & qui præerat, inde dictus cõmuni eorum nomine, qui alicui rei præficerentur.

Tabulariorum publicorum uſum inſtituit. qui publicas tabulas, & documẽta conficiunt, tabularij eleganter appellati, uulgus notarios dicit. hanc legem Veneti his annis proximis ad nobilitatis aſſertionem S.C. ſanxere, ut quicunq; patricius liberos genuerit, ad publicos aduocatores, qui pręſens eſt, intra octo dies, qui abſens ad ſex mẽſes profiteretur. unde poſtea & ætatis & natalium peti aſſertio queat, irrita eorum nobilitate, quorum nomina improfeſſa, aut ædita in album non eſſent: ex quo annali legi fraus nulla amplius fiat. *Tabularij*

Comitijs uſq; ad noctem frequenter interfuit. Hinc & noſtri Veneti bene cauerũt, ne comitia ultra quartam & uigeſimam horam prorogentur.

Nihil uos moramur patres conſcripti. uox conſulis dimittentis ſenatum.

Faſtis dies iudicarios addidit. Quinam faſti dicantur dies, ex ſaturnalibus petito præter alios.

Prętorem tutelarẽ primus fecit. tutela (ut inquit Seruius) uis ac poteſtas in capite libero conſtituta ad tuendum eum, qui propter ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit iure ciuili data ac permiſſa: unde tutores quaſi tuitores atq; defenſores dicti. his tutelis dandis prætor, qui primum à principe Antonino creatus eſt, merito tutelaris dictus, qui cõtra tutores ius diceret, ſi quid illi fraudis in tutela adminiſtrãda commiſiſſent. *Tutela* *Tutores*

De curatoribus uero. Curatores quamuis iureconſultis à tutoribus non multũ differunt, in eo tamen diſtant, quòd tutores uel teſtamẽto, uel à prætore, aut præſide perſonæ dantur, id eſt, pupillis ad annum XIIII. ut pauci excuſari tutelis poſsint. Curatores uero, de quibus hic agitur, bonis faciliore excuſatione ab ea ætate uſq; ad XXV annum, ut tamẽ & furioſis & prodigis curatores à magiſtratibus præficiant. Verba Hermogeniani de adminiſtratione tutelæ hæc ſunt: Inter bonorũ & uentris curatorem, & inter curatorem furioſi, itemq; prodigi, pupilli'ue magna eſt differentia. quippe cũ illis plenaria rerum adminiſtratio. duobus autẽ ſuperioribus ſola cuſtodia, & rerum, quæ futuræ deteriores ſunt, uenditio cõmittitur: Tutorum autem & curatorum imaginem Veneta Reſp. ſupremo à principe magiſtratu iampridem procuratoribus creatis præfert, quorum curæ pupilli, & defunctorum bona publice commiſſa ſunt. Curatores uero & eos operum dicimus, qui perficiundis abſoluendiſq; præſunt. *Curatores*

De alimentis publicis, id eſt, quæ populo Ro. publice præſtantur. illud annotatu dignum ex iureconſultorum lectione, alimẽtis legatis aquam intelligi, in ea præſertim regione, ubi uenundari aqua ſoleat. Venetijs certe aqua & Romæ uenalis.

Datis iuridicis. à dicundo iure præfectos Italiæ ab Adriano principe inſtitutos intelligit. *Iuridici*

Allectione Italica, qua Italos allegeret contra Traiani inſtitutum. quid ſit autẽ allegere in ſenatum, ex Tranquillo & Liuio in primis conſtat.

Viceſima hæreditatum. unde aurum apud Liuium (ut opinor) uiceſimarium.

Scæuola præcipue. hic Scæuola Serbidius pręnomine, & principem Seuerum Aphrum docuit, & Papinianum, qui digeſtorũ XL. libros ſcripſit, & præter alia de quęſtione familiæ unum.

Poſt mortem Lucium. Tu Lucij emenda.

Lectiſternia per ſeptem dies. ritus ſupplicandi dijs immortalibus Romæ frequentiſsimus, cum uidelicet ſtratis in templo lectis, numina ſibi propitia rebus gerẽdis expoſcerent, uel aueruncandæ peſtilentiæ opem quærerent. *Lectiſternia*

Sarracis. maximum plauſtri genus.

Et Lucius quidem, quòd admiſſus eſſet Furius Victorinus. lectio hæc cum proximo uerſu non ſatis integra, & propterea æſtimandum. interim amiſſus lege. *Sarracum*

Apoplexi. Hæc totum corpus, paralyſis partem afficit, frequentiſsimo iam ac peruul- *Apoplexia* *Paralyſis*

peruulgato ob immoderatũ uini, Veneriſq; uſum morbo per hoſce annos, quibus iſta commentabamur.

Quo quidem tempore. Luxata hæc lectio, & propterea ſic fortaſſe reſtituẽda: quo quidem tẽpore ſanè imperatoris filius ad triũphalem currum in circo pedes cucurrit.

Arenarij Nullus arenarius. Arenarios eos appellant, qui in arena, id eſt amphitheatro contra beſtias pugnarent, qui infames habebantur Satyris, & iureconſultis.

Conditiones quærere Conditiones nauticas & gladiatorias elegiſſe. Tametſi conditionem filiæ quærere dicatur honeſte, conditiones tamen quærere bonis autoribus ſignificat bene mentulatos ſectari.

Sub Marco Antonino hæc geſta. ſubdubitauimus interdum ne in hac uita quædam inuerſa ſint, id quod & codex unus ex publica bibliotheca præ ſe ferre uidebatur. Verum adeo cõfuſa erant omnia, ut nihil immutare ſim auſus, exemplaribus non ſatis exploratis.

Bucolici milites, prædones Aegyptij, ſic appellati à Bucolia regione, latronum receptaculo, ut autor eſt Heliodorus Aethiopicon primo libro.

Tuber Excecto tubere. Tumor quacũq; corporis innaſcẽs parte dicitur, nos buniones appellamus. hinc & in arboribus quibuſdã callus ille ad nodi ſimilitudinẽ uocatur tuber, multis etiam cõmendatum, & gulæ quæſitũ. nam de tuberibus Veronẽſibus aliàs.

Volones Volonum. qui milites Volones dicti ſint, ex Liuij XXII accipies.

Forum Vlpium. quod. ſ. & Traiani, ſeu tranſitorium eſt dictum.

Et iuuenum nobilium ſacra Scrapidis à uulgaritate Peluſiæ. Aegyptiorũ interdicta ſacra, quæ iuuenes quidã nobiles frequentarent, dubio procul innuit. quid ſibi aũt uelint uerba hæc Peluſiæ uulgaritas, quærendum cenſeo.

Fulmen de cœlo. quæ nam, quæſo, tanta hæc ueterum ſcriptorum inuidia in Chriſtianum nomen, ut ne à grauiſsimo quidẽ periculo nominis huius beneficio erepti, meminiſſe gratiæ uelint? homines ingratos, ne impios dicam. atqui conſtat uel Antonini epiſtolis Chriſtianæ legionis ope, quæ inde κεραυνοβόλος eſt dicta, id eſt, fulminatrix, & fulmina in hoſtes elicita, & pluuiam exercitui ſiti cõfecto impetratam, uictoriamq; inde egregiam ſubſecutam.

Et Eleuſiniæ Cereris templum adijt, ut ſe innocentem probaret. Vetus hoc & iam pridem perſuaſum erat, impios, nocẽteſq; homines exturbari ex adytis: quod & Nero princeps ueritus poſt interfectam matrem & uxorem ingreſſu abſtinuit.

Pyrrhi præſentis. ſic codices omnes: at tu uide ne præfecti cõmodius emendetur.

EX AELIO VERO.

Scaurus Scaurum grammaticum. cuius de grammatica fragmenta quædam legi nõ mala.

Harpocrationem. tres ex Sudæ collectaneis hoc fuere nomine: tertij adhuc extant de uocabulis rhetorum obſcurioribus.

Cuculliоne uulgari uiatorio. quod uitium malis principibus, & nobilium iuuentuti peculiare, iam in noſtra etiam exijt tempora.

Tricones Triconibus. uetus eſt uerbũ, contentioſos & litiũ peramantes ſignificans. Feſtus.

Septem conuiuium, nouem uero conuitium. de conuiuarum numero Gellius. & hic duodecimus lege, uel duodecim emendato dicuntur. Grçcũ etiam carmen in hunc ſenſum extat.

Murrhinos & cryſtallinos. precioſiſsima uero fuiſſe hæc inter uaſa potoria certatim præter Plin. hiſto. Venetijs in Sanctario auguſtiore, & opere & materia precioſiſſima hæc ſpectantur (ut opinor) murrhina.

Lemniſcis. hos tiliaceos fieri ad coronarum uſum, & annotatum à me ſuperius, & alibi leges.

Alabaſtrorum. quid ſit alabaſtrites, & quomodo uaſa ea laudatiſsima ad unguenta ſeruanda fierent, non ignotum puto.

Sexagies centenis millibus H—S. ridendus profecto autor, nec, ſi ita legas, ſatis numerorum ueterum peritus. Tu ſexagies tantum leges, quæ ſumma non modica fuerit.

Veneti A Venetianis. hi Veneti à colore, à bonis autoribus dicti.

Parſininorum. tu praſinorum emenda.

Quoad

Quoad eum uiſendum. Tu diſiunctim quo ad emenda.

Ex arcula auita. nota peſtilentiæ ſæuiſsimæ originem.

Quadratus. hunc diuerſum ab eo, quem D. Hieronymus apoſtolorũ diſcipulũ appellarat, exiſtimo: cuius libri Parthicorum titulo ſæpe citantur à Græcis. Quadratus

Quem apolauſtum. ac ſi tu gaudentem, uoluptuariumq́ interpretere. Apolauſtus

Auri roramenta, id eſt, guttas & ſtillas quaſdam: quod ludis ſolennibus pueris in ſpeciem angelorum compoſitis Venetijs repræſentari ſæpe uideas.

EX COMMODO.

Ore quoq; pollutus, id eſt fellator: qđ & illudere capiti à bonis autoribus dictũ eſt. Illudere capiti

Centumcellas. Adrianus princeps, autore Cæcilio, centũ iudicibus, qui ſe præſente cauſas audirent, cum ſecederet, centum cellas extruxit: quæ poſtea in urbis iuſtæ formam cum creuiſſent, Saraceni Bernardi regis tempore (fuit autem hic Magni Caroli nepos, qui Italiam Langobardis pulſis obtinebat) diruere. hic D. Auguſtinus diuinos de trinitate libros compoſuiſſe dicitur. Centumcellæ

Quando à pædagogo ueruecina pellis. hoc ſenſu, ut experiretur an balneator abſumptus igne foret, pellem ueruecis poſtea iniecit, quę uim ignis ardore ſuo proderet.

Principes iuuentutis. hoc enim auſpiciũ erat futuris imperatoribus, quod hodieq́ retinent regum noſtratium primogeniti, ut principes appellentur ab Hiſpanis illi, qui regnum adepturi mortuo parente ſunt. Principes

Lex annaria. qua cauebatur ne quis honores aſſequeretur, niſi ſuis annis. unde & ſolutos legibus eos dicimus, qui ante tempus magiſtratus aſſequuntur. Lex annaria Soluti legibus

Propolas circũforaneos. propolas hominũ genus eſſe nequiſsimũ lucri luxusq́ auidiſsimum Cicero in Piſonem facile oſtendit: & ſunt ij, qui res minimo redimunt, ut maiore pretio diſtrahant, uendirigoli hodie à nobis appellati. Propolæ

Vt lenonum miniſter. aquarioli & ancillarioli à ueteribus appellati. Aquarioli

Teruptini Paterni. fortaſſe melius Tarrutij Paterni, qui neſcio an ille ſit, qui inter iureconſultos citatus quatuor militarium libros reliquit. Ancillarioli Tarrutius

Claudio Pompeiano. Herodianus Quintianum hunc appellat. Paternus

Per laticlaui honorem, id eſt per ſenatoriam dignitatem.

Rudibus. unde rudiarij gladiatores, et donatũ ſe rude ab hac tralatione dixit Horatius. Rudis

Atq; ore pollutus. diximus iam ſuperius fellatorem fuiſſe.

Hic tamen Perennius. Herodianus aliam necis cauſam refert.

Dalmaticatus. Dalmaticam genus ueſtis à Dalmatis uſitatũ, facile adducor ut credam, uel frequẽti adhuc gentis geſtatu. unde & nos Dalmaticam in ſacris adhibemus. utebantur autem aurigæ hoc fere ueſtitu. Dalmatica

Iſiacos, id eſt Iſidis ſacerdotes. hic de fanaticis hominibus intelligit.

Sacra mithriaca homicidio uero polluit. Mithram Perſæ ſolem & Apollinem appellant: Strabo & Herodotus. unde & mithriaca ſacra dicta, quę in antro ſacro quo ſacerdotes conuenirent, fiebant: mox bouem poſt ſolennes mithræ precationes immolabant. Sudas & Procopius, & alij. Mithra

Suppuratũ reddebat, id eſt ſanioſum & ulceroſum, à pure, quod Græce πυός. ὄνοϛ, id eſt, aſinum. unde onobeli infra. Suppuratus

Orygis. Oryx Plinio Aegyptia fera, quæ in exortu ſolis cõtrà ſtet, ut ueluti adorare uideatur cum ſternutamento. Hoc animal biſulcũ & unicorne, ut Indicus aſinus. Oryx

In ſinum uertiſſe, id eſt, in ſuum commodum.

Paulus primus ſecutorum, id eſt gladiatorum. ſecutores enim gladiatores dici notiſsimum eſt, ut retiarij & mirmillones. Secutores

Bellum deſertorum. quod Maternus quidã facinoroſis omnibus aſcitis geſsit, quo bello Italia, & Galliæ, & Hiſpaniæ concuſſæ ſunt.

Incendiariæ aues. inauſpicatas has eſſe conſtat, non tamen quæ eſſent traditum, ut tamen his uiſis, urbs ſemper luſtraretur: Plinius.

Minutia, locus in urbe.

Libitinenſis porta. à libitina, per quam portam cadauera efferrentur. Libitinã autem & pro dea ipſa, & pro libitinariorum opera accipimus. Libitina

Inſubi-

Inſubidus Inſubido uultu.ueteri uerbo,pro inſuaui & pleniore.

EX PERTINACE.

Sulpitio Apollinari. Hic Gellianis noctibus celebris, cuius etiam periochæ in Terentianas fabulas laudantur.

Inde ad ducentum H—S ſtipendium translatus eſt in Daciam,id eſt, ad quinq; millia aureorum noſtrorum.

Quaſi adiutor eius futuras. futurus emendabis.

Præfectus prætorij. hinc annotatu dignum, præfectum prætorio ſenatorem eſſe non poſſe,quod & alibi legas.

Tabernam coactiliariam.Iureconſultis coactilia numero multitudinis dici uidentur pelles,ſeu lora,quibus inuoluũtur alligantur'ue ueſtimenta,quæ omnia inſtrumenti uiatorij ſint.horum autem Vlpianus de auro & argento legato in hæc uerba meminit. Argumento etiam ſunt nationes quædam ueluti Sarmatarum,quæ pellibus tegantur. Ariſto etiam coactilia ueſti cedere ait, & tegumenta ſubſelliorum huic legato cedere:quæ tegumẽta Florentinus de legata ſupellectile cathedraria uidetur appellaſſe. ſed & ipſe Florentinus eadem parte coactiliorum uidetur meminiſſe, cum hæc addat uerba. Sed dicendum eſt potius inſtrumenti uiatorij ea eſſe,ſicut pelles, quibus inuoluuntur ueſtimenta,loraq; quibus hæ pelles conſtringi ſolent.à cogendo autem, id eſt, aſtringendo coarctandoq; coactilia dixere.unde taberna coactiliaria, quod ſcitu non indignum exiſtimari debeat.

In Britanniam.lege Britannia.

Et cum ad eum Claudius Pompeianus germanici ueniſſet. uerba mutilata. Tu igitur ex manu ſcriptis codicibus reſtitue,germanici dux exercitus.

Nec non ius quartæ relationis.quod ominis loco fuit Pertinaci. Tribunitiam poteſtatem,proconſulare imperium,pontificatũ maximum tribui imperatoribus ſub initia

Ius quintæ relationis principatus leges,& apud hoſce ius etiam quintæ relationis, cum tamen Pertinaci dicat quartæ ius relationis adſtructũ.hoc autem nihil aliud fuiſſe crediderim,q; uti quinquies imperatores de re iudicata & perfecta referre ad ſenatũ poſſent, æque ac nihil iudicatum adhuc foret.quid autem ſit,quod dicat ominis loco fuiſſe Pertinaci ius quartæ relationis, haud ſanè aliud cõiectare poſſum,q; breuem illi & imperfectũ fore principatum,cui non integrum ius conceſſum foret.

Præter X.H—S. hoc eſt,uicies quinquies centena millia noſtratium.

Perferentes.melius præferentes.

Chirodotas Dalmatarum,id eſt,manicatas Dalmaticas:nam earum uſum ſine manicis fuiſſe monſtrauimus.

Citratæ Et cirratas militares.citratas leges,& eas intellige,quas Feſtus citroſas ideo appellari dixit,quòd in modum citri formatæ eſſent,hoc eſt(ut opinor)uirgatæ.

Bardiacus Cuculli bardiaci. Gallicæ genus ueſtis,quę aut cucullus bardiacus,ut hoc in loco,

Bardocucullus aut bardocucullus dicatur. militarem autem fuiſſe ueſtem & Satyrus innuit Bardiacũ iudicem dandum aſſerens,id eſt bardocucullo indutum. Martialis:

Gallia Santonico ueſtit te bardocucullo.

Sunt qui diſtinguant,ut bardiacum intelligant ſine cucullo,id eſt capitis ligamento,bardocucullum uero cum operimento. Fraterculi certe noſtrates agnoſcũt hoc nomen religioni frequens, & cucullam appellantes, cui ex diſciplinæ præceptis indormiant, necunquam exuant. Vnde & cucullati & lignipedes à cuculla & Gallicis appellati iure ſint.

Machæras herculaneas,id eſt,ut opinor,magnas uel Commodianos enſes,quando Hercules appellari gaudebat Commodus.

Eluto auro,id eſt puro & perpurgato.

Phallouitroboli Atq; etiam phando uitroboli,& materia eadem. melior lectio, Atq; etiam Phallouitrouoli ex materia eadem,id eſt Priapi.quo compoſito nomine Phallouitrobolos dixit,qui cum tantũ ex uitro prius, excogitatũ poſtea eſt, ut ex auro, & ebore magis placeret. Phallos aũt ſignificat pudẽda Gręcis.unde phallica & Ityphallica dicant metra.

Et uaſa Samnitica.quæ ſint Samnitica uaſa, non ſatis conſtat, ſed tu uide ne ſamia

legas

legas, id eſt, fictilia. unde & ſamium lutum ab Auſonio dictum, quibus picem ad reſinam excoquerent, & inde pſilotra efficerent ad uellendos iuuenes, quo glabriores, ac uolſi magis redderentur: quare & leuigandis emendauimus. reſinam aũt picemq́ ac pumicem adhibita in hos uſus nemo non nouit.

Nec non uehicula. hæc omnia Græci inter automata numerarent, qualia etiam multa hac tempeſtate uidentur, maxime uero horologia.

Sumptus omnes Cõmodi reddidit. quis non uideat, recidit eſſe legẽdum? id eſt, imminuit & amputauit.

Vada ſabatia. Pli. portũ fecit: ab his alpiũ initiũ Strabo reddidit. Paludes aũt cum ea parte ſint, inde uada dicta à Sabatijs fortaſſe populis. exiſtimãt aũt non male pleriq́ Sabaudiæ duces hinc dici, & regionẽ Sabaudiam quaſi Sabatiam. *Sabatij*

Grauius Mergus. quem Lucilius à rapacitate Mergum forſitan appellauit.

Athenæum, id eſt, Mineruium. auditorij autem publici nomen. *Athenæum*

Omaſi. pinguius hoc ac craſsius bouis inteſtinum. unde Horatius: Pingui lentus omaſo. Et Plinius: bouem iuſsit occidi in gratiã concubini negantis ſe omaſum ediſſe, quare & damnatus ſit.

Chreſtologum. Græcum uerbum, ac ſi intelligas pollicentem liberaliter omnia, præſtantem nihil. *Chreſtologus*

Nam cum ei Didius Iulianus fratris filium obtuliſſe. Tu lege obtuliſſet.

EX DIDIO IVLIANO.

Saluius Iulianus iuriſconſultus, cuius extabant libri digeſtorum nonagintaduo, ab Adriano principe inter conſiliarios aſcitus. *Saluius Iulianus*

Tricena dedit. hæc ſumma noſtrates aureos ſeptingẽtos quinquagenos reddit.

Quod creditum fuerat. Tu aduerte, ne hic uerba aliquot deſint ſenſu alioqui manifeſto.

Incantamẽta, quæ ad ſpeculum dicunt fieri. hi ſpecularij dicti ſunt à quibuſdam, frequenti etiam noſtris temporibus eorum uſu. *Specularij*

EX SEVERO.

Togam præſidiariam, id eſt, qua præſides uterentur.

Omnibus ſortibus in actu militari. alij codices, natus militari: ut nõ ſatis conſtet, quo modo reſtituenda ſit lectio alioqui corrupta.

Sub elogio, id eſt, titulo. *Elogium*

Poſitaq́ hora. unde horoſcopus

Non in candida, ſed in cõpetitorũ grege. ſenſu tali, nõ ut candidatũ principis in campũ prodijſſe ut unum ex cõpetitoribus, gratia tamẽ Marci cæteris eſſe prælatum. fuiſſe uero qui principis candidati dicerent, cum alij, tum Tranquillus doceat. *Candidati principis*

Qui etiam H—S. quod nemo unquam antea. hic ſeſtertiorum numerus deeſt.

Cum ſubarmalibus. ſubarmalia hic intelligit ſaga ac chlamydes, quibus arma ſuperinduerent. *Subarmalia*

Supinis non erectis. hunc morẽ hodie quoq; obſeruari ſcimus, quinetiam defunctis imperatoribus ſupina ferri ac inuerſa ſolitum.

Et Nigrum etiam uictu iuuerant. Tu lege uictum.

Neapolitanis & Palæſtinẽſibus. altera Syriæ ciuitas, altera regio: niſi eos qui Samariam incolerent, quæ Sebaſte poſtea ſit dicta, Palæſtinenſes appellarit.

Adiabenis. Adiabene, quæ olim Aſſyria Marcellino, in qua præcipua ciuitas Ninus, dicta ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, eo quòd adiri propter Oſſam & Tigridem nauigeros fluuios, niſi pontibus non poſsit: quod tamen ille derideat, exiſtimans à Diaua flumine ut multas alias, Adiabenen eſſe dictam. *Adiabene*

Timurtium. Herodianus ad Lugdunum pugnatum eſſe autor eſt.

Vehicularium munus à priuatis. eſt aũt hoc, ut iureconſulti docẽt, perſonale munus, cum uidelicet uehicularis curſus ad tabellarios publicos tranſmittẽdos per ciuitates inſtitutus eſſet, nõ ſine incõmodo & diſpendio priuatorũ, quibus id obtigiſſet: quo in numero erant & Cameleſia, à camelis etiã præbendis (ut arbitror) appellata. hinc & curſus publicus in Adriano dicitur, quod & Ammianus doceat libro X X I. *Vehicularium munus* *Cameleſia* *Curſus publicus*

Rr ius·

Buleutæ Ius beleutarum. Tu buleutarum emenda, quaſi dixeris ſenatorũ, cum ad eamdiem nullum publicum conſilium habuiſſent, nam à conſulendo dicti.

Nam & menſam. hęc omnia memoranda erant in Aegypto: dicta aũt menſa ἡλίου τράπεζα, & Memnonis ſtatua ſonans ad ſolis radios. Plinius, Strabo, Philoſtratus. menſa uero ſolis nunquam deficiens Aethiopiæ attribuitur.

Perſarum regem Abagarum. nullus (quod ſciam) Perſarũ rex hoc nomine fuit. Abagari Nam Abagari Aedeſſę & Meſopotamiæ præfuere: quare uide ne Artabanum legas, aut imperite Perſas pro Meſopotamijs acceperit.

Aut mori. quid ſi negationẽ addas? melius enim reſpondebit illi parti, & nimis utilis reipublicæ uideretur.

Septizonium Septodium Septizonium. opus Seueri maxime memorabile, à ſepteno fortaſſe columnarum ordine. ſunt qui ſeptodium malint. quod nõ ſatis probem, à ſeptem uidelicet uijs.

Leguminis patrij auidiſsimus. hoc ex Columella cicer ſecundum Punicum appellatum interpretor.

Papinianus Papinianiſtæ Papinianũ iuris aſylum. hic ille eſt inter iureconſultos longe celeberrimus, unde & iuris auditores Papinianiſtę quãdoq; dicti: Serbidij Sceuolæ diſcipulus, & Seuero nõ propter affinitatẽ tantũ, ſed ob uirtutẽ in primis charus, cui etiam filios uni cõmendarit moriens. huius urna argentea Romæ cum hac inſcriptione inuenta eſt:

AEMILIO PAVLO PAPINIANO PRAEFECTO PRAETORIO IVRISCONSVLTO. QVI VIXIT ANNOS XXXVI. DIES X. MENSES III. PAPINIANVS HOSTILIVS EVGENIA GRACILII TVRBATO ORDINE IN SENIO HEV PARENTES FECERVNT FILIO OPTIMO.

Qui quidem. locus magna ex parte corruptus, atq; ita fortaſſe reſtituendus. Qui quidem Salluſtij orationẽ, qua Micipſa filios ad pacem hortatur, diutino ingrauatus morbo miſiſſe filio dicatur maiori.

Cum ſeptizoniũ. lectio fortaſſe ſic reſtituenda: Cum ſeptizoniũ faceret, nihil aliud cogitauit, quàm ut ex Africa uenientibus ſuum opus occurrreret: & niſi ſe abſente per præfectũ urbis mediũ ſimulacrũ eius fuiſſet locatũ, additũ palatinis ædibus, is regium arcum ab ea parte facere uoluiſſe perhibetur. Septizoniũ igitur & hic legas, quod (ut diximus) à ſepteno columnarũ ordine dictũ exiſtimẽ, quaſi ſeptem zonis, id eſt, columnarum faſcijs opus abſolueretur. Lampridius tamen in Geta ſeptodium legit, niſi ſit uitiatus codex, & ibi etiam ſeptizonium reponendum.

EX ANTONINO CARACALLA.

Gratia ſigillariorum. quæ ſigillaria aut ſigillaritia eſſent, dictum antea eſt.

Et cum idem Chilo ſublata ueſte ſenatori. tu ſenatoria reſtitue.

Lunus Luni dei gratia. de Luno deo, quem Heliogabalũ Phœnicum lingua dicerent, ex Herodiani ſexto. ſed & mox hic autor.

Cella ſolearis Cellam ſolearem, id eſt, in qua ſolia balneatoria aſſeruarentur.

Cuprum quaſi Cyprium Cupro. Cuprum æris ſpecies nomen recentioribus frequens: nam & Palladius cuprinos clauos recenſet. dictũ fortaſſe per contractionẽ quaſi Cyprium. æs enim in ea inſula ad Temeſen olim laudatiſsimum fuit.

Et ut Anubin portaret, & pauſa ſederet. quid ſibi uelit hoc in loco, quod ſederet pauſa, nõ conſtat. in Cõmodo certe ſic legitur: ut & Anubim portaret, & caput raderet. Pauſa aũt Græcis idem eſt quod quies: quòd uerbum in Cælianis epiſtolis ad Ciceronem leges, corrupto tamen codice ubi pauſania legitur. Pauſa

EX MACRINO.

Diaſyrticum, id eſt, mordax.

Mythiſtorijs, id eſt, fabuloſis hiſtorijs.

Numeri militares Quod ſi unius numeri conſenſus accederet. numeros militares ſæpe legas, inde (ut opinor) dictos, quòd ad numerũ omnia præſtarent, uel quòd eorũ certus quidam numerus eſſet: quod hodiæ Turcę Galliq; & Aegyptij reges obſeruant, certum quendam militum numerum alentes pacis etiam temporibus.

Recipi. tu ſubſtitue recepi.

Decimare & centeſimare, militaria uerba: milites enim ubi quid grauius admiſiſſent

ſiſſent, ſæpe decimus quiſq;, interdũ centeſimus extremo ſupplicio afficiebantur.

EX HELIOGABALO.

Eadem ſerpentes & ciconias. propter pietatem ciconiarum hoc dictum eſt, quæ ſeneſcentes matres alant. unde Græcis ἀντιπελαργεῖν eſt dictum, & pietatis cultrix ciconia à Petronio appellata. *Ciconiarum pietas*

Studens & matris typum. ſi typum legas, quid id ſibi uelit, ſcire facile eſt. Erit autem ſimulacrum Peſsinuntiæ matris. ſunt qui ſcyphum & ſitulam illam Iſidis ridicule agnoſcant & probent: ego igitur matris typum haud improbem. ſunt qui Martis typum malint, id eſt, imaginem.

Senaculum. ex Feſto.

Quæue earum pellicia. lectio maxime deprauata. ſiue igitur carpenta pellicia, à pellium integumento dicas, ſiue publice pro pellicia ſubſtituas, haud inepte ſentias.

Bene naſatos. ſic legendũ, ut ridiculi ſint, qui de uaſis uaſatos legendũ admoneant. emiſſarios aũt intellige & exploratores uerendorum magnitudine celebres. *Bene naſati* *Emiſſarij*

Vt eorũ conditionib. frui poſſet. uerbo cõditionis Lampridius ſignãter uſus eſt. Nam conditiones quærere adulteræ, infameſq; fœminæ ſibi dicebãtur, quæ homines bene mentulatos ſibi aſciſcerent magnis etiam inuitatos præmijs. *Conditiones quærere*

Seriam, id eſt, amphoram, quæ in capitolio aſſeruaretur.

Matris etiam deum ſacra, id eſt, Cybeleia & magnos ludos.

Salambonem etiam omni planctu. Salambonem Babylonij Venerem appellabant. Deplorabant autem in his ſacris Adonidis interitum: quare & hoc in loco dicat Lampridius omen Heliogabalo factum imminentis exitij. de hac & Macrobius præter Græcos. *Salambon*

Lapides, qui diui dicunt̃, ex proprio tẽplo Dianæ Laodiceæ. Laodiceã Syriæ intelligit uino abundantẽ, & à Seleuco Nicanore in matris Laodices gratiã conditam. de Oreſtis etiã furore & errore diuerſa multũ memorię prodita ſunt. Procopius, qui Iuſtiniani tẽpore floruit, & bella ab eo geſta cõtexuit, in ponto Comanã urbẽ condidiſſe tradit, à coma ibi depoſita præcipiente oraculo. ſed eo nõ conualeſcente, alteram ab eo in Cappadocia ad Taurũ ſimili nomine conſtructã, deq; argumento exciſæ comæ Comana appellata. alij poſt interfectã matrẽ errabundũ quæſiſſe fluuium, cui ſeptem flumina miſcerent̃: qui fluuius autore Varrone ad Rhegiũ labebatur, apud quem depoſito ſimulacro Faſcelitidis Dianę & enſe, tandem furore liberatus ſit. reliqui Oreſtã urbem ab eo in Macedonia cõditam, ubi Oreſtes purgatus à furore ſit, quod & autor hic innuit, quam Adrianus princeps Adrianopolim appellarit. *Oreſtes furens* *Oreſta*

PſeudoPhilippum. alludens uidelicet ad Andriſcum, qui ſe Philippum appellãs regnum Macedoniæ deuicto Perſe ſibi uendicabat.

Omnia Heliogabali dicta, omina emendandum.

Concide magire, id eſt, coque. μάγειρος enim Latinis coquus.

Digitis impudicitiam oſtentaret. ad eam enim formam componi ſolent, ut ſæpe obſcœna præferantur: nam & Caligula Caſsio Chæreæ Tranquillo autore, manum oſculandam porrigebat, quam in obſcœnum modum antea formaſſet. æmulatur & hoc ipſum præſens ætas. *μάγειρος.*

Diceretur. pro dicerentur.

Aſſeretur. pro afferetur.

Sabinum. erant enim Vlpiani ad Sabinum libri unus & L. qui uir conſularis & inſignis, Fabium Sabinum alium reliquit Alexandro principi percharũ, quiq; & Cato ſui temporis eſt dictus.

Catum. pro cautum.

Leioſtreis. Corrupte antea lithoſtreis. Hermolaus Barbarus id ante etiã uiderat. Sunt aũt lioſtreæ leues oſtreæ, dictæ à leuore, cũ aliæ tracheæ, id eſt, aſperæ dicantur. *Lioſtrea* *Trachea*

Centenaria. quæ centum pondo eſſent.

Aureis thoralibus. uelis, quæ thoris inducerentur.

Et maſticatum & polentatum. alterum forte à maſtice, alterum à polenta.

Accubitis facile, id eſt, thoralibus & culcitris.

Barbæ Barbas ſanè mulorum, unde & hodie barbones fortaſſe dicti.

Manſuetarij Exarmatos, id eſt, cicures. & manſuetarios magiſtros appellat, qui feritatem eos exuerent.

Vuas Apamenas, ab Apamea Syriæ (ut puto) dictas, quæ celebres Græcis autoribus ſint. Athenæus.

Lentem cum Ceraunijs. Ceraunia Plinio inter albas cõmendatur, quæ ſtellam concipiant.

Electrum Fabam cum electris. Electri triplex ratio. primũ ex arboribus fluens ſuccinũ di- *ſuccinum* ctum: alterum metallicum, in quo naturale in pretio habitum, & Homero cantatiſsimum in Menelai aula: tertium factitium tribus argenti, una auri portione. Naturali ea uis, ut in conuiuijs præcipue eluceat, & uenena prodat.

Condito piſcinas & ſolia temperauit. i. unguẽto diu aſſeruato. nec mirũ id in Heliogabalo, cum Plin. prodat quendã ex priuatis balnearũ parietes unguento il I uiſſe.

Eunuchos primo aproditis. melior lectio, pro hermaphroditis.

Baſternæ Baſternas. genus rhedæ barbaricæ à populis Baſternis, ſiue Baſtarnis dictæ.

Vinum œnanthium Pallia deo Aenãthio. corrupta lectio & ſanioſa, quã ita reſtituas: pallia uino œnanthio fudiſſe, id eſt, maroneo uino. ex Philoſtrato, ab Aenanthe Maronis patre

Euripi Euripis uino plenis, id eſt, canalibus.

Conditura Veneta. nos gialum hodie nuncupamus.

Roſato. Rhodinum unguentum intellige.

Caldaria, id eſt, calidam admixta nardo.

Idẽ nunquam minus centũ H—S cœnauit, hoc eſt, argenti libris XXX. aut hic neſcijt quid H—S eſſent. aut corruptus eſt locus. niſi pro argenti, auri ſubſtituas, minor enim lapſus. centum aũt H—S duo milia & quingentos aureos noſtrates reddunt.

Sigma Sigma in terra ſternere. Sigma ueteres ſellam in formam S literæ conſtantem dixere ſpiris inuolutã, ab elemento S. cuius Martialis & Sidonius meminere. ſenſus aũt talis eſt: fuiſſe & illam reflatilẽ, ut ſerui à pedibus ad principis nutum folles ſubſtratos depellerent, unde conuiuæ proni in terram ruerent.

Holoſerica ueſte, id eſt, tota é ſerico: nam illa tantũ in uſu fuerat, quę lanæ intertextam purpurã haberet: de ſerico pulchra quædã, & non uulgata aliàs prodam.

Et apud eas concionẽ habuit. Nos orationem iſtam, quæ hactenus latuerat, primi in lucem edidimus. neque uero id mihi quiſquam uitio uerterit, homini præſertim ſacris initiato: facilius enim perditiſsimi principis libido ac luxus dignoſcetur. neque quempiam tam ſtultum fore puto, qui ſe ad imitationem ſceleſtiſsimi hominis cõponat. Illud autem non poſſum non interim addubitare, ſit ne ea, quæ ab Heliogabalo habita ſit: nam nec eorum temporum ſtylum agnoſcas, alioqui nihil illic etiam de ſchematibus, & ornatior mihi uiſa, quàm ut à Leonardo Aretino cõſcriptam putem, uiro alioquin & diſerto, & bene docto.

Papilla electa. tu exerta emenda. & exoletorum, pro exoletos.

Cellarij Per cellarios. cellarij dicti, qui penui aſſeruando præeſſent: religioſi corrupto uerbo hos cellerarios appellant.

Lactarium opus Dulciarios & lactarios. unde lactariũ opus, quod imperiti lacticinia appellant.

Canon fructuarius, id eſt, alimenta ad ſeptem annos parata.

Struthiones & camelos in cœnis aliquoties, dicens præceptũ Iudæis ut ederent. hæc enim Moſes Iudæis hauquaquam interdixit, ut libris inſtrumenti ueteris conſtat.

Croco ſigma ſtrauerit. Crocum ad theatralem uſum adhiberi, & ſubſterni in delicijs ſolitum, & hic & alibi ſcriptum leges.

Traiecit & dierum actus noctibus. nõ animaduertit hoc Paulus II pontifex maximus uitio dari flagitioſiſsimo principi, qui & ipſe noctu munia põtificia perageret, interdiu autem dormiret.

Cum capi nõ poſſent uno ſigmate. nam ſeptem conuiuarũ capax tantum erat.

Hydrogarum, hoc eſt, garum ex aqũa: nam & garum & eleogarum, & halec, & muria ueteribus ſalſamenta celebrata ſunt.

Ita ut ad ſericam ueſtem. tu & ſericam emendabis.

Orexim

Orexim. uehementiorem appetitum.

Seplaſiariũ & cupediariũ. alterũ à Campaniæ Seplaſia, alterũ à cupedijs dictum.

Sybariticum miſſum. Sybaritas delicijs, ac luxu nobiles uel eorũ internetio fecit. unde ferculũ Sybariticũ dicatur, cuius Athenæus quale fuerit, meminit. *Ferculum Sybariticum*

Zetis. dictæ uel ἀπὸ τοῦ ζέειν, id eſt, feruendo, uel ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in illis præcipue uiueretur, quid ſi à Z litera ut ſigma dicatur?

Pſilothro curaret. id medicamentum ad pilos euellendos eſt. *Pſilothrum*

Auroſa arena. qua paſsim utimur ad obducendas cito literas. *Auroſa arena*

Ante Philippum imperatorem Romanum. Gordiani ſucceſſorem intelligit, qui edicto id prohibuit.

Pandurizauit. Pandura inſtrumentũ muſicũ Ariſtophani Theſmophoriazuſis: inde Panduros, qui eam pulſet. Vnde uerbum deflexerit, neſcio quàm bene. *Pandura*

Spintrias. ex Tranquillo in Tiberio id diſces. credo ἀπὸ τοῦ σπινθῆρος, id eſt, ſcintilla, huiuſcemodi portenta nuncupata, quaſi libidinis incentores. *Spintriæ*

Blatea, id eſt, purpura ex Indico cõchylio facta. unde & bladum ruſticis forte color, & bladum pro frugibus. Eutropius certe blatteis funibus piſcatũ Neronem tradidit, quos Oroſius & Tranquillus purpureos dixere. *Blatea* *Bladum*

Biothanatum, hoc eſt, uiolenta morte, nec ſua periturum, quorũ animas in beatorum ſedes non recipi etiam antiquis erat perſuaſum.

Deinde illud, quod clemẽtia tua ſolet dicere credidiſſe reficiendũ. Corrupta (niſi fallor) lectio. quid igitur ſi ita legas? ſolet dicere creberrime repetendũ fortunæ &c.

Illud ad cumulum portentuoſiſsimi principis addendum, Conquiſitos ab eo medicos, & immenſa his propoſita præmia, qui ſe in muliebrem naturam execarent, uulua ex ſectione facta.

EX ALEXANDRO MAMEAE

Ius quintæ relationis. hoc eſt, ut quinto poſſet de re etiam iudicata ſtatuere, ac ad ſenatum referre.

Communis conſeſſus. tu conſeſſus.

Admiſsionalibus, id eſt, miniſtris, qui ad principem introducerent. *Admiſsionales*

Quam nemo niſi Acolius ferebat adiutam. Sic enim & primus Hermolaus noſter emendandum admonuerat. Acolius enim illi à memoria fuerat. *Acolius*

Per ſtellaturas. ſtellionatus crimen late in re militari patet: ubicunq; enim criminis titulus deeſt, illic ſtellionatus accuſare poſſumus: nam quæ in priuatis iudicijs de dolo malo actio eſt, hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio eſt. habet igitur locum, cum tribuni uel milites callida diſsimulatione alienam rem diſtraxerint, aut permutauerint, uel inſolutum dederint. Quin & mortis ſuppoſitæ impoſtura facta, uel colluſio in necem alterius, hoc titulo cõtinetur, à ſtellione inuidentiſsimo animali deducta nuncupatione. horum autem criminum legitima nulla eſt pœna, ſed extraordinarie puniri ſolent. Iureconſulti. *Stellionatus*

Choleram. uulgato uerbo uſus pro bile.

Sine indulgentiæ propoſito. & hic non ſatis Latine indulgentiæ uerbo uſus.

Sed ſecuriorem. hoc idem à Theopompo Spartanorum rege reſponſum uxori grauiter ephororum poteſtatem ferenti regibus additam: quod & Veneti noſtri agnouere iam inde pene ab urbis incunabilis, cum duos principi addidere conſiliarios, qui poſtea à ſex regionibus ſex creati.

Fœnus trientarium. minima ciuilis uſura, & infra ſemiſſes uſuras.

Pyctatia, id eſt, breuiaria.

Cum edulitatem. nouo uerbo ab edendo edulitatem appellauit annonam, ut degeneraſſe Romanam eloquentiam iampridem poſsis agnoſcere. *Edulitas*

Curionem, id eſt, præconem. *Curio*

Damalionem, id eſt, uitulum tenellum de Græco uerbo. δάμαλις enim uitulam tenellam ſignat, unde damalio. *Damalio*

Braccharioꝝ, linteonum. à bracchis cõficiundis & linteis uẽdundis nomina deducta. iam & pelliones à concinnandis pellibus dictos notum eſſe poteſt.

Oceani ſolium. à magnitudine & capacitate: unde & in ſacris literis capaciſsimū illud in templo uás à Sálomone rege dicatum, mare dictum eſt.

Præfecit. tu lege perſecit.

Carmen. tu carnem.

Paulum & Vlpianum. uterq; iureconſultorum clariſsimus, qui Græco uerbo κο-ρυφαῖοι dicantur, id eſt, principes aſſeſſores Papiniani in præfectura. Vlpianus uero Tyrius fuit, ut ipſe de colonijs agens prodidit. *Vlpianus*

In Lat. ſic ex ueterum inſtituto imprimendum curauimus. Tu uero ſic interpretator in latum pedes centum, in longitudinem paſſus mille.

Iſim & Serapium. Tu Iſeum & Serapeum lege, & pro locis publicis accipe, altero ab Iſide, altero ab Serapi dicto.

Aes Deliacum Deliacis. à Delo inſula, ubi laudatiſsima fiebant. antiquiſsima enim æris gloria Deli fuit autore Plinio. myſtica aūt, quæ occultas ſignificationes haberent peculiari Aegyptiorum uſu.

Dietæ Ita ut in palatio faceret dietas. dietæ cœnacula erant ubi hyeme ad ſolem, æſtate ad umbram cœnitarent, Varroni dictæ quòd interdiu in his edatur. Vnde dietarij iureconſultis, quod tamen diuerſum quid ſit.

ὀρνιθοσκόπος, auſpicij peritus.

Primo nundino. nam & trinundinum erat.

Notarium hic pro tabellario uidetur accepiſſe non ſatis Latine.

Archiereum & archiſynagogum. ſacerdotum & ſynagogæ principem.

Lararium Larario. lararium à laribus: ubi igitur lares dij, & reliqua numina ſanctius colerentur, lararium locus ille dictus, ut in Adriano annotauimus. Apollonium aūt Tyaneum intelligit magiæ clariorem ſtudio, quàm philoſophiæ, ut ipſe etiam Philoſtratus uel inuitus prodit.

CHRISTVM. hinc datur intelligi non niſi malis principibus pietatē noſtrā improbatam, & ab optimo quoq; cognitam, nunquam interim damnatam.

Tædiauit. male meritum de lingua Latina ſcriptorem, qui uerbū hoc cōfinxerit.

Sphæriſterium Sphæriſterio, id eſt, pilæ luſui.

Aurum negotiatorium Aurum coronariū & negotiatoriū. de coronario dictum. à negotiatoribus autē, quod illi principibus penderent, negotiatorium eſt dictum.

Corpora pro collegijs Corpora, id eſt, collegia. bono uerbo dixit iureconſulti.

Milites oſtenſionales. hi fortaſſe dicti, qui ad oſtentationem tantum inſtructi haberentur in urbe.

Aſemæ tunicæ Tunicas aſemas, id eſt, unicolores, & macrocheras, id eſt, manicatas.

Acroamata Acroamata à ueteribus ſic dicti, qui auditu uocis oblectarent.

Athenæum. auditorium id Romæ publicum, ac ſi Palladium interpretere uel Mineruium.

Sæpius cocco clauata, id eſt, coccineis clauis diſtincta.

Non ſecundam menſam Alexandrū habere, ſed ſecundū. hoc ſenſu, tantum pomis indulſiſſe, ut alterum prandium id uideri potuerit.

Verſus hendecaſyllabi qui ſequuntur, non ſatis ad normā ſunt facti.

Semiſſes aureorū, id eſt, qui dimidiū aurei ualerēt. Aureus aūt argenteos denarios XXX fermè ualebat: ad quam formam tremiſſes & quartarij illi redigendi ſunt.

Formæ binariæ Formas binarias. hoc (niſi fallimur) intelligit, id eſt, duplicatos aureos, ſeu triplicatos. quod & nos hac tempeſtate à quibuſdam principibus obſeruatum uidemus, dupliones inde dictos. Nos certe cum Mediolani ageremus, donati ſumus à quæſtore regio Iohanne Grolierio numiſmate aureo XXX aureorum, cui poſtea noſtras in Tranquillum lucubrationes dicauimus, mox alia quædam maiora ac grauiora nuncupaturi, quando raram uiri excellentis liberalitatem non ſatis æquo munere proſecuti uideamur. id aūt numiſma chirothecis elegantioribus incluſerat, quod & in Aldo compatre Græcæ Latinæq; linguæ inſtauratore ſecutus eſt olim donando, dum uiri de literis optime meriti uirtutem admiraretur: accedit aūt ad tantam liberalitatem, quod uir eſt moribus & doctrina nō uulgari, ac de excellenti beneficentia perpetuo celebrandus.

utinam

utinam principes noſtrates priuati hominis liberalitatē imitari diſcerent. quod autem formas appellarit, ipſe uiderit quàm latine id uſurparit.

Holoſericā, id eſt, totā ex ſerico: ſed de ſerico plane omnia copioſius diſſeremus.

Aurelius Probus Baphus. emendanda lectio, & baphijs reponendum: ſignificat autem hæc dictio baphium, tabernam tinctoriam, de Græco fonte. Baphium

Baccas. braccas lege.

Baccatum monile, Vergiliana forma.

Cyclade. genus ueſtis ex auro fere, unde & in ſacris literis ubi de Cęcilia uirgine agitur, amicta cyclade ornatam à Chriſto leges. dicta quod rotunda eſſet: nam & matronæ hodie ueſtes quaſdam ſuas rotundas appellant, quæ in orbem abſolutum deſinant, matronis iam grandioribus frequentes. Cyclas

Pullicinis ac pipionibus. noua utrunq; forma, non tamen inepta.

Dicens ingenuum currere. erat enim in quibuſdam ſacris curſus inſtitutus.

Et argento & neceſſarijs inſtruebat. hæc omnia à Cicerone in Piſonē uaſarij nomine intellecta arbitror. obſeruatum autem hoc Venetijs diu ſcimus, ut copiarij legatis profecturis hęc omnia ſuppeditarent. nunc annuum illis ſalarium ex ærario datur, quando publico omnia peribant. Vaſarij Copiarij Venetorum

Nundina uetera, quod mercatus hodie dicimus.

CHRISTO templum facere uoluit. Inuidentiſsimos homines ac æternis ſtigmatibus impietatis inurendos, qui timerent id quod maxime fuerat optandum. Iam uero Tiberius princeps id quidem decretum tulerat, niſi patres, quod autores facti non eſſent, id reiecíſſent.

Dicebatq; graue eſſe: umbram quidem huius rei nos hodie retinemus: ut interim tamen præſules noſtri optimis maiorū noſtrorū inſtitutis uideantꝰ illudere: ſed illi ſe prius, tum etiā reliquos decipiunt: nam Chriſtiana pietas etiā illis nolentib. inoffenſa ſtabit. Luent tamen illi, luent meritas negligentiæ uel impietatis uerius pœnas ſuæ.

Legem ſacrare quid ſit, ex Feſto accipe.

Aſſeſſoribus ſolaribus. tu ſalaria.

Traiani putare. tu putaui.

Pontificatus codicillares, id eſt, aſcriptitios & extraordinarios: quaſi dignitatis umbra gauderent collegijs aſcripti, atq; in codicillos relati. Pontificatus codicillares

Ephippijs. uerbum nouum, quando & uſus eorum apud ueteres non erat. Ephippium

Argyraſpides & Chryſaſpides. à ſcutis argētatis & auratis Alexandrini quidam numeri ſic dicti.

Papilionibus, militaribus tentorijs. Papiliones

Quod tibi nō uis, alteri ne feceris. utinā omnes hoc memoriæ infigeremus iampridem ſacris literis præceptū: ſiquidem ſatis hoc eſſe ad uitæ rationes poſsit.

Ἀναίμακτον. ſic reſtituimus, & incruentum interpretator.

Artaxerxem. hic humili loco apud Perſas natus, imperiū à Parthis ad Perſas tranſtulit. uictoq; Artabano triplici prælio, eoq; cum tota familia cæſo, adeo uictoria elatus eſt, ut Romani imperij terminos non ſolum attentaret, uerumetiam cedere Romanos omni Aſia iuberet: quem uictum ab Alexandro Lampridius dicit, cum tamen Herodianus diuerſa prodat. eouſq; aūt imperiū orientis apud Perſas fuit, quouſq; ad Arabas, id eſt, Saracenos magno Chriſtianæ pietatis incōmodo tranſiit: quibus per Chriſtianos duces magna ex parte afflictis, & Hieroſolymis receptis, Turcæ ex una parte Aſiæ, & ſerui ex altera Aegypti imperium inuaſere. uidit tamen patrum noſtrorum ætas, aut certe recentem memoriā Tamberlanis accepit, qui gregarius miles ad Perſas iterum imperium trāſtulit Paizete Turcarum rege capto. uerum filijs eius diſſidentibus res tanta indole quæſita, nō multo poſt peſſum abijt. Pſophis certe, ſiue ille propheta, ut uideri uolebant ij, quorum intererat, ſiue dux Perſarum, hoc tempore id agit, ut auitum decus genti aſſerat. Artaxerxes

Perſarum accepimus. tu cepimus emendabis.

Interamnanas, id eſt, quæ Tigrim inter & Euphratem prouinciæ quinq; numero erant, grauium ſæpe bellorum cauſæ Romanis ac Perſis, nec unquam ſatis feliciter

aut à nobis retentæ, aut ab illis receptæ.

Tabellæ laureatæ. uictoriæ enim nuntia laurus erat.

Limitanei Limitaneos. qui limites imperij tuerentur.

Retrogradæ gallicanæ mentes, inepte nimis uerbo etiam parum latino uſus: ſignificare autem uoluit duras & peruicaces.

Huic accidit, pro huc accedit.

EX MAXIMINO PATRE

Capitolina amphora Capitolinã amphorã. aſſeruabat̃ eñ in Capitolio amphora miræ magnitudinis: unde ut copiam uini epoti à Maximino oſtenderet, Capitolinam appellauit.

Dextrocheria Dextrocheria. dextrarum ornamenta dicimus noua ſatis forma.

Amaxas, id eſt, currus. uerbo Græco, unde illis ἐκ τῆς ἁμάξης λαλεῖν.

Tophicios ex topho lapide ſatis friabili.

Athenio fugitiuorũ in Sicilia crudeliſsim⁹, q uix lõgo ac difficili bello uictus ſit.

Oſrohenis ſagittarijs. pars Aſſyriæ trans Euphratem hoc nomine dicta eſt ab Oſrohe uiro nobili, ſi Procopio credas. ex ea uero ſagittarios multos in Germaniam adduxerat Alexander, utiliſsimum militis genus aduerſus Germanorum corpora nuda & procera.

Quaſi aulæ quoddam præliũ. ita ſi legas, quod omnes præferunt codices, hoc ſenſu interpreteris, id eſt, facile: qualia uidelicet in aula imperatoris pugnæ ſimulacra cieri ſolent ludicra ſcilicet & leuia. ſed æſtimandum.

Affectus in Albano. Affectus pro pignioribus & rebus charioribus accepit, qui in Albano monte in caſtris uidelicet prætorianis aſſeruarentur.

Animo habere. & concupiens lege.

Deinde ſine delicto. quid ſi ſine delectu legas.

Sabinus Sabinus præfectus urbis. hic forſitan ille Sabinus, qui inter iureconſultos maxime celebris eſt, Catoq́ ſui tẽporis dictus, niſi hic forte eius filius: nam pater ab Heliogabalo iuſſus occidi perierat.

Fellenus Deum Fellenum. hic Aquileienſium tutelaris ac preſes deus.

Cuppæ Cuppæ ſunt maiora uaſa ex ligno ad uinum condiendum: frequens ueteribus agricolis uerbum.

Hecatombe Hecatomben. ſacrum omnium maximũ hoc uerbo intelligimus.

Vt quarto die. Nota quanto celerius hodie curſus conficiatur: ſatis enim conſtat non paucos nuncios ab urbe Venetias ueniſſe XXXII. horarũ ſpatio, ſæpe XL. aut aliquid amplius.

EX MAXIMINO IVNIORE

Vt ad ſtaturam paternam perueniret, legendum.

Tatianus Tatiano oratore. duo fuere Tatiani, pater & filius, Galli (niſi fallor) genere. Tatiani aũt patris an filij incertũ Sidonius & Auſonius meminerint, ut eloquentis hominis, & qui apud Viſontium municipalem ſcholam rexerit: an uero Tatianus ille, cuius D. Hieronymus libro De uiris illuſtribus meminit, pater fuerit, ęſtimandum aliàs.

Monolium Monoliũ de albis nouẽ. loquendi figura ſanè noua, nec ſatis omnino latina: ſignificant autẽ hæc uerba monile nouem ceraunijs & alijs gemmis candicantibus, & reticulum capiti ex uiridantibus, dextri autẽ brachij ornatũ ex hyacinthis contextum.

In mundo. ſcilicet muliebri ſuo.

Calopodia Campagum formam pedis barbaro uerbo appellauit, à grammaticis noſtris calopodia etiam dicta, forma nõ inepta, ut de græcis uidelicet hauſta fontibus.

EX GORDIANIS

Variæ Feras Libycas. Pantheras, quæ & Variæ ſeu Africanæ dicuntur.

Africanæ Oues feræ. Camelopardales, quas gyraphas appellant hodie: unam autẽ donatam Laurentio Medicæ à Sultano Aegyptio Italia longo poſt uidit tempore.

Camelopardales Alces. Hercyniæ ſyluæ ac Germaniæ peculiare animal.

Alces Tauri Cybiratici, à Cybiris.

Struthiones Mauri minati trecenti. quid ſibi uelit minati hoc loco, dubium: quid ſi miniati legas? id eſt, rubentes.

Iuuena-

Iuuenalia.quorũ Trãquillus meminerit:quia à iuuenib.nobilioribus celebrarent. *Iuuenalia*
Cenſualium.nouo nomine apparitores ſenatus ac miniſtros dixit,ut arbitror. *Cenſuales*

EX GORDIANO IVNIORE

Parentela,quàm male latina lingua utatur aduerte.
Mundanum malum.quod orbi immineret.
Aperto Iano gemino,ſignum belli.
Ab Antiochenſium crucibus.tu ceruicibus emenda.
Foſſato.ineptum ſcriptorem.
Quarum L.Chriſteæ.quid ſi cariſtiæ legas?à Caryſto ſcilicet Eubœæ oppido. *Caryſtia*
Sienitides à Sienæ Aegyptiæ intelliguntur,quemadmodũ Numidicæ ex marmore Numidico.
Baſilicæ centenariæ,à centum uidelicet paſsibus dictæ:uel quod melius, à centum columnis:dicta enim hecatonſtylon inde eſt.
A tutelis.ne paruum hoc munus exiſtimes,paucißimis hoc dabatur. iureconſulti de tutelis autores.
Nymphæa,id eſt,lauacra. *Nymphæa*
Lithoſtrotum.pauimentum ex teſſellatis lapillis. *Lithoſtrotum*
Archoleontes.tu iubatos intellige,ſed & acroleontes plerinque probant. *Archoleontes* *Acroleontes*
Apud Circeiam.tu Circuſium lege.quod oppidum receptũ à Diocletiano mœnibus ac turribus ampliatum eſt.

EX MAXIMO ET BALBINO AVGG.

Præponenda eorum uita Gordianis fuit,ut ſeries inſtituta à nobis texatur.

EX VALERIANO

Hic Philipporum & Deciorum uitæ deſunt.

EX GALLIENIS

Aſtacũ,quæ Nicomedia,ſic repone:inde enim Aſtacenus ſinus.Euſebius & alij.
Aphronitris.ſpuma hæc nitri Aſiæ ac Aegypti peculiare in ſpelũcis colligi ſolita, quas colycas appellabãt:picatis uero hęc uaſis ab Aegypto Romã deferebãt.Martial.

> Ruſticus es,neſcis quid græco nomine dicar:
> Spuma uocor nitri,dicor & aphronitron.

Principem.tu principe repone:nam à Claudio Conſtantinorũ genus ducebatur.
Facto fœdere,tu fracto repone.
Cyclopea luſerũt omnes apenarij.apenarios de græco uerbo ἀπηνῶν uehicularios appellatos opinor.Cyclopeam uero eam ſaltationem intellige, cum in formam Cyclopis proceri ac deformis quiſpiam ſaltaret.Horatius & Trebellius in Carino.Libet autem Lucilianos uerſus ad rem uidelicet facientes addere: *Apenarij* *Cyclopes*

> Multa hominum portenta in Homero uerſificata
> Monſtra parant,quorum in primis Polyphemu' ducentos
> Cyclops longu' pedes.

Sed quod de apenarijs diximus æſtimandum:quid ſi arenarios legas?& intelligas eos,qui in arena operam præſtarent,id quod magis probo.
Dracones,id eſt uexilla longiora,unde draconarij. *Dracones*
Hecatombis.quod ſacrum id eſſet,aut quomodo celebraretur, ex hoc autore copioſe accipies.
Heracleam peruenerunt.Ponticam intelligit olim claram.
Facta carragine.nouo uerbo & ſatis barbaro coactas in unũ eorum copias intelligit,& impedimẽta cum lixis ac carris,quos innumeros ea gens trahere ſecum ſolet. *Carrago*
Et quidẽ Cecropij Dalmatarũ ducis manu.deerat ẽm hoc uerbũ,qđ & repones.
Tetraſtiche,pentaſtiche,id eſt, quaternũ ordinum & quinum. unde & diſticha & tetraſticha,niſi tetraſtylen & pentaſtylen malis.
Διὰ τεσάρων,id eſt,ſinguli ordines quaternarij eſſent.

EX SALONINO, SIVE GALLIENO IVNIORE

Ad exemplum protreptici.exhortatorij & inſtruentis ἀπὸ τοῦ προτρέπειν.
Conſtellatos,bullatos intelligo,& inſignitos ueluti ſtellis.

EX CLAVDIO

Ancillarij,ſeu ancillarioli miniſtri lenonum & impudicarum.

Munerarius Munerarius,qui gladiatores edebat:nam munera nemo neſcit gladiatorios intelligi ludos.

Tu qui nunc patrias gubernas oras, Verſus meliori limæ reddendi.

Antialo. quid ſi Anchialen legas Illyricum oppidum.P.

Cumacum.quid ſi cucumam legas cypriam,id eſt,æream?

Brachialem,id eſt,brachij ornatum.

Chryſographata,id eſt,auro ſculpta.

Aclidas.Verg.Teretes ſunt aclides illis.

Succubitana purpura,à Succubi Africæ oppido Auguſta colonia.

Subarmale unum cum purpura maura.de ſubarmali diximus nouo & ipſo uerbo, quod ſub armis gereretur.

Accubitalium.P.culcitrarum & ſtragulæ ueſtis.

In Thermophas.emenda Thermopylas.

Corymbiatum,id eſt,corymbis undiq; circundatum.

Pateram argenteam ederariam,ad ederæ formam ſculptam.

Bolitera halieuticum,id eſt,iaculum piſcatorium.

Calices Aegyptios,id eſt,uitreos.

Chlamydes ueri luminis limbatas,id eſt,ſplendidiſsimas limbis adhibitis.

Singilliones Singilliones,genus eſt ueſtis,uerbumq; cum ipſa ueſte barbarum.

Cucutia.nouum & hoc uerbum ac militare,niſi tu capitia,quod minime probo.

Sarabara Oraria Sarabadena,id eſt, uela ſubtiliſsima ex oriente:nam & Sarabara genus eſt Perſicæ ueſtis. Vnde & Auguſtino ac Hieronymo Sarabaitæ hæretici.

EX AVRELIANO

Hilaria Hilaribus.hilaria dies feſtus VIII.calend.Apriles,in quibus lætitiæ exordiũ erat, quo primum tempore ſol longiorem diem faceret,Pani deo dicatus omnium autori.

In odem. tu eodem.

Et poſtea multa omnia.omina reſtitue.

Baliſtea,id eſt,quæ iacularentur in illum iocantes, ἀπὸ τοῦ βάλλειν.

Ferramenta ſamiata,id eſt mucronata & exacuta.Non.

Mulus centuriatus Mulum centuriatum.Qui ſingulis centurijs ad onera ferenda aſsignatus erat.

Porcina.tu porcinæ,& carnis intellige.

Pabuli extra ordinem decernis.uide ne pabuli ius ſcribendum ſit.

Nicopolis.triplex hæc urbs Stephano.Epiroticam uero hanc exiſtimo ab Auguſto ob uictoriam Actiacam conditam.

Ityreos,id eſt Arabas.Verg.Ityreos taxi torquentur in arcus.

Multitiæ Multitias.quarũ & Iuuenalis,quaſi mollitias; alioqui & pelles delicatiores tractatu nos multitium redolere dicimus.

Deputet ſcipionem,id eſt,eburneum bacillum principatus inſigne.

Tunicæ lineæ,paragaudæ,dicetur mox.

Hæmi montem. diuiſim legas.

Nam belli illius uirtutib.tuis credo.quis nõ uideat,ſummã aut quid ſimile deeſſe?

Equites ſane omnes an imperiũ.tu repone,equites ſane omnes ante imperiũ. paruus lapſus,ſed qui morari aliud agentes poſsit.

Patrimis, matrimiſq;.quid patrimi,matrimiq; pueri,ex Feſto.

Ambarualia,ſacra ab urbe ambienda.

Quaſi in Chriſtianorum eccleſia.nota ſummam hominum impudentiam, qui uelint nolint,etiam per iniurias laudare nos coguntur.

Pontus Polemoniacus & alpes Cottiȩ.utraq; prouincia à ſuis regibus dicta,altera à Polemone,altera à Cotto rege:quas Nero princeps in prouinciȩ formã redegit.ſunt *Cottiæ alpes* autem Cottiæ alpes,in quibus Genua contineatur.Polemoniacus autem pars Ponti.

Tranſactis igitur quæ ad ſectiones.quid ſector ſectio'ue ſit,mediocriter eruditis etiam cognitum.

Contra Palmyrenos. Palmyra omnium orientaliū urbium in Syria olim maxime inſignis, uel bellis contra Traianum & Adrianum geſtis, uel Odenati principis nomine, olim à Solomone rege cōdita, dierum duorum itinere à ſuperiore Syria diſtans, ab Euphrate unius, à maxima Babylone ſex: dicta quandoq; Adrianopolis: à Græcis autem Palmyra à palmis, ut puto, eo in loco abundantibus, puteis & fontibus frequentibus, cum circum ea loca nuſquam aqua alibi inueniatur, Thadamus Syrorum lingua nuncupata. *Palmyra*

Thyana. ciuitas hæc Tauro ad portas Amanicas appoſita, Cappadociæ ac Ciliciæ media, Apollonio philoſopho ciue inſignis. *Thyana*

Quid enim illo uiro diuinius? adeóne Chriſtiano nomini infeſti fuiſtis, ut magum hominem, certe à cultu ueræ religionis alienum pro numine coleretis? Chriſtū, ac ab eo Chriſtianos dictos, nullorum facinorum reos, quin potius uirtutis aſſertores, ac ueræ pietatis, tam infeſto animo inſequeremini?

Dromedā uocāt. ſacræ literæ dromedarios à curſu uelociſsimos camelos appellāt.

Decolari. reſtitue declarari.

Sandix Indica. ex ceruſa hæc fit æqua portione rubrica admixta: color eſt purpureus, magno multorum errore, qui ſcandicem à ſandice non diſcernant, ſed aliàs. *Sandix*

Cornicinibus, atq; laticinibus. tu liticinibus à lituo. Vnde & Statius, Liticenq; notus Hectorius armis.

Tunica galbina. Vnde etiam nos hodie Gabanos craſsiorem ueſtitum dicimus.

Quæ nunc ſaliginei, tu à ſiligine ſiliginei ſubſtitue.

Fuit & ſub Aureliano monetariorū bellum. Monetarios imperatoris edicta uidentur innuere, uiles homines texendis ſcilicet ueſtibus idoneos, quiq; lanam ducant, & textricium faciant, ut imperite pro ijs, qui monetam cudant, hic multi intelligant: nam gynæciarios & monetarios & baphiarios iunctim appellat. *Monetarij*

Amneſtia, id eſt, obliuio, res ab Athenienſibus primum uſurpata Thraſybulo autore, inde ſæpe ab alijs tentata. *Amneſtia*

Maximumq;. tu Maximinum, uel Maximianum lege.

Atq; ambolicas ſpecies. ſunt qui antolicas, id eſt orientales.

Batteo. tu blatteo, id eſt, purpureo repone.

Filiorum. emenda foliorum.

Paragaudas. genus eſt ueſtis, ut plurimum uirilis lineæ, quod ſub alia ueſte gereretur: cuius apud imperatorem mentio & iureconſultos. *Paragauda*

Rectis purpureis. quæ purpura recta textæ eſſent.

Monolores, id eſt, unicolores, & bicolores. Quid ſi à loro uno & duobus & tribus dictas eſſe cenſeas uerbo græco & latino? *Monolores*

Alpes maritimas, eas intelligit, quæ Liguriæ Narbonenſiq; Galliæ incubant.

Facta erat ratio doge cupparum. quid eſſent cuppæ oſtendimus. Corrupta autem hæc lectio, quomodo reſtituatur adnitendum.

Oraria ad fauorē. qui mos emunctorijs euentilandis hodieq; retinetur. nam oraria lintea tenuiora ſignificant. *Orarium*

Miliarenſem porticum. milliariam melius à mille paſſuum longitudine.

Calceos mulleos. regum Albanorum, mox patritiorum fuere geſtamen. à mulando, id eſt, ſuendo, ſi Feſto credimus, dictos. unde & mullum piſcem dictum eſſe putāt. hederacios autem ac cereos utroſq; à colore dixit. *Mullus*

Pro ſenatorijs profeſsionibus, id eſt, cenſibus, uti uidelicet quiſq; in cenſum profeſſus eſſet.

Annulum ſigillaritium, ad ſignandum.

Phagone, unde & nomen illi. φαγεῖν enim Græcis, Latinis uorare eſt.

Infundibulo appoſito. inſtrumentū ad liquores infundendos Catoni, ab infundendo, ut arbitror, dictum. Orca autem capaciſsimi uaſis genus Hiſpaniæ, quo ſalſamenta uinum & oleum & ſalgama conderentur, ab orcæ marinæ ſimilitudine. Perſius: Anguſtæ collo non fallier orcæ. Varro, Probus, Feſtus. *Infundibulum* *Orca*

Natalibus ſuis & parilibus. parilia dies natalis urbis Romæ: nam & calēdæ Ianua-

riæ citra omnium ſupplicium ac pœnam exigebantur.

In ciuicos archis. Corrupta lectio, ſed quæ fortè ita reſtitui poſsit, in publicis archi-
Archiua uis. appellauere autem archiua loca, in quibus publicæ tabulæ aſſeruabantur.

Sartis tectis capitolij. ut ſartum tectum, id eſt, integrum Capitolium tuerentur.

Claui in ueſtibus Auro clauatis ueſtibus, id eſt, quæ clauos aureos, nos flores appellamus, haberēt.

Hecatombœū Hecatombe. monſtratum eſt ſuperius quid eſſet. Hecatombœum certe Græcis di-
citur, quicquid duabus minis æſtimatur. ſunt & Homero Glauci hecatombœa arma,
quorum & Iuſtinianus in præfatione pandectarum meminerit.

EX PROBO

Omnia imperij. reſtitue, omina.

Specillatam, ſpecillis ornatam.

Haſtis puris, ſine ferro: ut uexilla pura, id eſt candida, infra dixit.

Eandemq́ à rebellionibus uni dicauit, reſtitue, uindicauit.

Inuitus & redactus, quid ſi reluctatus?

Quod imperaret Probus milites. uerbum milites ſuperfluit.

Prædam deinde omnem illi præter diuinas. quid ſi druidas? ut tamen deeſſe uerſi-
culus uideatur.

Limitaneis, qui limites tuerentur.

Supplices, ſtatimq́ iacuerunt. tu ſtrati aſcribes.

Cæterasq́ gentes ita confudit. quis non uidet, contudit eſſe legendum?

Blemyas. his populis inter Aethiopes capita dicuntur abeſſe, ore & oculis pecto-
re affixis, unde & pro miraculo ſpectabantur.

Contis ficijs. dubia lectio, nec quo pacto reſtituenda ſatis conſtat: niſi à ficu ficios
Sibina deduxerit: quid ſi ita legas, Contis & Sibinis? Eſt autē Sibina Feſto, Illyrici genus teli.

Quod ille compererat animo. melius conceperat.

Huius familiæ poſteris. poſteros aſcribe.

EX CARO

Sed auos. tu auum emenda.

EX NVMERIANO

Principia Eumq́ ante ſigna & principia protraxere. Principia erat ſtatio, ubi principes legio
num conſiſterent.

EX CARINO

Carianus. lege Carinus.

Neurobates Neurobaten, id eſt, per neruos incedentem: ut ſchenobaten, id eſt, funerepum. Ti-
Schenobates chobatem autem Græci appellant, quem iureconſulti directarium à dirigendo ſe in a-
Tichobates liena cœnacula appellant.

Salpinctas. ſic enim leges, & tubicines intellige, ἀπὸ τῆς σάλπιγγος.

Camptaulæ Camptaulas, id eſt, centum qui tibiarum ſonum aliquantulum inflecterent: quod
Pithaulæ nos emendauimus mendoſiſsima alioqui lectione. Pithaulas autē quaſi tibijs perſua-
dentes tibicines dicas.

Cyclopem adornatum. Cyclopeam ſaltationem, de qua ſuperius, innuit.

Pallio Ianthino. unde & ianthina ueſtis Perſio.

Polymita Plumandi, id eſt, texendi. Græci polymita à liciorū uarietate, unde plumarij & o-
Plumarij pus plumatile Nonio clauatum interpretatur, aut ex pluma factum.

Birri Birri ab Atrebaticis petiti. Birri ueſtis Gallicæ genus: ſunt aūt Atrebatę hodie, qui
Arres Gallica lingua dicunt, auleis texēdis percelebres. Vnde aulæa hodie laudatiſsi-
Balliones Ballionibus, id eſt, lenonibus, à Ballione Plautino lenone. (ma.

EX AELIO VERO CAESARE

H—S. III. millies. infinita hæc pecunię uis, ut ipſe autor paulo pōſt dicit: atq́ ad nor
mam mihi præſcriptam in Tranquilli annotationes dirigenda.

Quia uota interueniebant. quorum interuentu luctus omnis tollebatur.

Anacliterium Quatuor anaclitерijs, id eſt, accubitorijs.

EX AVIDIO CASSIO

Fatuum morionem, id eſt, mimum ineptum.

Et inciſo ipſo. tu inſcio ipſo repone.

Campeſtri ſolo tectus. ſuccinctorio, quo in gymnaſiis & palæſtris uterentur: ſubli- *Campeſtre*
gar etiam à noſtris appellatum, unde campeſtrati. *Subligar*

Buccellatum, à buccea ſiue buccella. Marcellinus, Quod in ſedibus erat, frumentũ *Buccellatum*
ad uſus diuturnitatem excoctum, buccellatũ uocabãt. unde nos fortaſſe buccellatum *Buccellatus*
etiam panem appellamus in orbem factum geſtatu commodiorẽ, ut quem pertica im- *panis*
miſſum ſine grauiore impedimento ſecum haberent.

Aut impeditur, tu impenditur.

Programma, id eſt, edictum græco uerbo. *Programma*

Bucolici milites, latronum Aegyptiorum genus.

Conſenſum male. quare conſenſu redde.

Aeruſcatores diuinaculos, qui uidelicet æra undiq; æruſcarent ac corraderent: Fe- *Aeruſcatores*
ſtus & Gellius.

Rebelliones pro rebellibus. qua forma perduelliones dicebant antiqui. *Rebelliones*

Multis elogijs. teſtificationibus tam in laudem, quàm in infamiam, tametſi Cicero
pro ſimplici quadam ſententiæ ſignificatione acceperit.

Bonis patribus. tu uide ne melius, partibus.

EX PESCENNIO NIGRO

Inter lapidationes. quibus Iulianus princeps à populo Rom. petitus eſt.

Ex interdicto: formula iureconſultis uſitata, quoties quis iniuria in alienã poſſeſ-
ſionem irrumpit. Cic. etiam pro Cæcinna, ſæpe huius ritus & uerbi meminit.

Stellaturas accipe, id eſt, munera per calumniam aliquam iniectam militi, uel quid *Stellaturæ*
aliud tale, ut ſatis copioſe ſuperius monſtratum eſt.

Muſiuo. nos hodie muſaicum appellamus. utitur & hoc uerbo D. Auguſtinus li- *Muſiuum*
bris De ciuitate dei, & Pli. aliqua tamen differẽtia uerbi. unde muſearij, qui male mu-
ſcarij etiam à doctis apud iureconſultos leguntur.

Cauum argentum, id eſt, catinum nouo uerbo: nam cauus foramen eſt intra parie- *Cauum*
tes, quibus mures latitant.

In zonis. magnã enim ſtipẽdij partem in his habebant milites. unde illud Horatij: *In zonis mili-*

Ibit eò quò uis qui zonam perdidit. *tum pecunia*

Et inepta. melius fortaſſe nec inepta atq; ridicula.

Trichoro. à triplici ordine ſtructuræ ſic fortaſſe dictus: niſi ſi citra aſpirationem le-
gas, & à corio, qui curſus uulgo in parietibus conſtruendis dicatur, tricoriũ deducas. *Tricorium*

EX ALBINO CAESARE

Cum eum ſucceſſorem. tu expunges, eum.

Ficus paſſarias, quas Græci calliſtrutias.

Mileſias, fabellas laſciuas intellige, quales Ariſtides olim libros mileſiacos conſcri *Mileſiæ*
pſiſſe dicitur: ſed iam cantatiſsima omnia inter mileſias punicas Apuleij, ut hinc litera *fabellæ*
tores deſinant quærere, unde ille apud Apuleium mileſius ſit ſermo.

EX GETA

Hoſtiam popa nomine Antoninus. popam ueteres uictimarium dixere, ut in Cali *Popa*
gula illud poparum habitu ſit omnino legendum.

Farrata. Edulium à farre fortaſſe dictum. quid ſi ferta legas? Eſt autem fertum libi *Fertum*
genus in ſacris adhiberi ſolitum. Feſtus autor.

Lorica ſub lato clauo, id eſt, ſenatoria, ac principali ueſte, unde laticlauij ſenatores.

EX VICTORINO

A quodam actuario, qui uidelicet acta eius exſcriberet.

Digito ſalutari. hic proximus pollici eſt. quo cum minus cõmode Auguſtus prin- *Salutaris*
ceps uteretur, corneum circulum ſubſtituiſſe à Tranquillo dicitur. *digitus*

EX AVREOLO

Apud eum pontem, qui Aureolus eſt dictus. hunc in Mediolanenſi agro adhuc *Aureolus*
pleriq; oſtendunt, & Pontirolum corrupto uerbo, quaſi pontem Aureolum appella- *pons*
ri contendunt.

EX HERODE

Sigillata tentoria,uarijs ſignis diſtincta arte plumandi.

EX BALISTA

Diſpoſitionem me Baliſtæ proſequere.expunge illud me,& ſtatim lege,in forma

EX VALENTE

Auunculus magnus,aui & auiæ auunculus.

EX PISONE

Cui ſe Cicero nobilitandi gratia ſociauerat,data uidelicet Tulliola in uxorem Piſoni cognomento Craſsipedi,quo mortuo,Dolobellæ iuncta eſt.Piſonum autem familiæ cognomen Frugi aſtructum notum eſt à parſimonia uiuendi, & optimis eorum moribus in omni uita.

EX AEMILIANO

In huius uita annotabis illud,quod de Aegypto traditur.

EX ZENOBIA

Media etiam cochlide. Compoſitionem & ornatum capillorum hoc nomine uide-*Cochlis* tur appellaſſe,ad cochlidis ſcalæ ſimilitudinem,quæ paulatim per gradus occultos in cochleæ formam conſtructa, nomen inde ſibi(ut opinor)peperit.

Epitomaſſe,breuiarium confeciſſe,uerbo malo.

EX TITO

In Maximino Tycum legas, quem hic Titum appellat.

Argolicam,ſed amatam.tu lege armatam.

EX FIRMO

Αὐτοκράτορα,id eſt,imperatorem.

Domum iudicum.tu indicum repone.

Canon Canon.ſic annua frumētatio appellabatur,quā Aegyptus & Africa & Sicilia ſtatā populo Rom.penderet.Vnde ille ſeptem annorum canon à Seuero populo relictus.

Lymphiones Omnes certe lymphiones cuiuſcunque artis & uidetur.erade copulam &.

Omnes certe lymphiones.nouo uerbo ſatagentes quoſdā, ac curioſos (ut opinor) innuit, niſi ſi quis diuinaculos hoc uerbo malit interpretari, quos Græci νυμφολήπτους autument.

Pergulas magiſtrales.iam & Plin.pergulas pictorum agnoſcit,& L. Fuluiū Argen-*Pergula* tarium ſpectaſſe è pergula coronatum roſis.Et Iuuen.

Cui cedere debeat omnis Pergula.

Erat autem locus apertus, ac ſoli expoſitus, ſaltem ex magna parte, ubi docerent grammatici aut pingerēt pictores:quæ amœnitatis etiam cauſa parata erant Terracijs Venetis fermè aſsimilia.

EX PROCVLO

Albingauni,Liguriæ oppidum Albenga uulgo dictum.

EX BONOSO

Dux Rhetici militis.ſic codices omnes.Quid ſi limitis legas?nam & in Aureliano meminit Amulij Saturnini Scythici limitis,& Iulij Tryphonis orīetalis limitis, & Criniti Illyriciani limitis & Thracij,& Fuluij Boij Rhetici limitis ducum,ut uenire in du-*Riparienſes* bium non poſsit,limitis,non militis eſſe legendum.ſed & imperator Rheticū limitem *Limitanei* agnoſcit:unde & limitanei milites,qui limites tuerentur imperij. Cæterū & Riparien-*Riparioli* ſes hac forma,ſeu riparioli dicti uideri poſsint, qui fluuiorum ripas obſeruarent, quo uerbo recentiores ſcriptores ſcatent.

EGNATIVS LECTORI.

POST abſolutas obſeruationes, cum quędã amici admonuiſſent minus diligenter animaduerſa, quædam mihi inter legendum occurriſſent, uti fit, accuratiore ſtudio cognita, ſubnectere illa uiſum eſt operępreciũ fore, uti quam animi propenſionem literas iuuandi ab primis annis citra omnem ambitionem ſemper hauſi, eam perpetuo tenore ingraueſcente etiam ætate retineam. Nec ſanè aut nunc me pudeat, aut in poſterum unquam pudebit, dum prodeſſe multis poſſum, etiam culpam prodere meam, quã nec alijs occupationibus, nec feſtinationi etiam librariorũ imputem. homo, inquit ille, ſum, nec humanitatis aleam reformido: & alioqui cur mea me delectet mala, fallant'ue potius, quàm ipſe per me ſapiam? aut cur alienam condemnationem expectem, quàm ipſe exceptione reijcere habeam (niſi ſi quis iniquo etiã iudici cauſam approbaturum ſe ſuam ſperet: uerum hoc uix unus Scipio inter tot ſecula ſperauit. Ipſe igitur ego & quædam ſimul amplio, nec quid ſequar, ſatis exploratũ adhuc habeo, cum præſertim ſcriptores hi multa innouata retineant, quæ fortunæ magis, quàm diligentiæ ſit inueniſſe. Quare cum in bonum culpa hæc ceſſerit, ignoſcant quæſo mihi, qui ſciant in homine multo minus mirum eſſe neſciſſe quædam, quàm uni conſtare omnia. Cõſulant ſe ſinguli, & ſuo ſe (quod aiunt) modulo metiatur quiſq; haud ſanè tam acerbe alienã negligentiam inceſſat, qui ſuæ ſibi conſcius eſſe uelit. Vale.

EX ADRIANO

IN fronte ubi apud Italiam Scipionum temporibus reſediſſe Adriani maiores ſcriptum eſt, tu Italicam repone: unde paulo pòſt Italici dicti, quibus delectũ detrectantibus uehementiſsime iratum Adrianum dicat, cum de Italis interim intelligendũ ſcripſerim, qui Hiſpaniæ ciuitates incolerent. ab hac urbe Sillius etiam (ex ea enim oriun erat) Italici cognomentum retulit.

EX PIO

LEgatum pœnæ cauſa. Alciatus meus iuriſconſultus celebris, alium huius ſanctionis ſenſum exiſtimat. Credit enim de legato intelligi, cui pœnã teſtator aſcripſerit, niſi hæres id præſtitiſſet.

EX ANTONINO PHILOSOPHO

ET Seuerum turmis equitum Romanorũ iam COS. deſignatum creauit. Tu VI uirum, id eſt, ſeuirum reſtitue. unde & ſeuirales ludi paulo pòſt dicãtur. VI uirorum autẽ in monimentis, marmoribuſq; ueteribus mẽtio fit, ea præſertim tabula, quæ Mediolani in Ambroſij ſano ſpectatur. hoc nos Alciatus Mediolanẽſis primæ nobilitatis admonuit: quem propter morum ſuauitatem & ſingularẽ eruditionem plurimũ colo.

EX COMMODO

GAneas ſemper in palatinis dieb⁹ fecit. tu eodẽ autore ędibus pro dieb. lege. Quid ſi Pactumeiũ pro Pactuleio legas? Horatio in epodis & iurecõſultis autoribus.

EX HELIOGABALO

NOn ignorãdum & illud, uetera multa nomiſmata extare, quæ Alegabalum ſemper præ ſe ferant.

Annotationum Ioannis Baptiſtæ Egnatij Veneti in Aelium Spartianum, Lampridium, & cæteros, finis.

GRAECI VERSVS AC DICTIONES IN LATINVM PER IOANNEM BAPTISTAM

Egnatium Venetum translatæ, ut iunioribus conſulatur.

EX IVLIO CAESARE

Καὶ σὺ τέκνον. *Et tu fili.*

EX AVGVSTO

Σπεῦδε βραδέως. *Feſtina tarde. uel, quod uno uerbo exprimetur, Matura.*

ἀσφαλὴς γὰρ ἐστιν ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.
Tutus enim eſt melior, quàm temerarius imperator.

αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τε μένειν ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.
O utinam quàm debui, & ſine uxore eſſe, & ſine liberis periiſſe. Δωδεκάθεος. *Duodenarij dij.*

δυσφημίαν *malam ominationem.* κτίστην *conditorē.*

κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.
Conditoris ſepulchrum ardens conſpicio.

ὁρᾷς φάεσσι Μάσγαβαν τιμώμενον.
Vides luminibus honeſtatum Maſgabam.

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς τι ποιεῖτε.
Date plauſum, & uos omnes lætabundi aliquid facite.

εὐθανασίαν. *Facillimam mortem & paratiſſimam.*

EX TIBERIO

Ἐμοὶ καὶ ταῖς μούσαις στρατηγῶν.
Mihi & muſis rem gerens militarem.

Νομιμώτατε. *dux optime ex maiorum inſtitutis.*

Καὶ τοσαύτην ῥαθυμίαν στρατευόμενον.
Et in tantum militum deſidiam exercitum ductantem.

Τούτου δ' ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι,
Hoc comite, & ex media flamma ambo reuertamur,
quando etiam atq; etiam ſapit.

ἔμβλημα. *interpoſitum & interiectum.*

EX CALIGVLA

Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς.
Vnus imperator ſit, unus rex.

Εἰς αἶαν Δαναῶν περάσω σε.
In terram Græciam tranſmittam te.

ἀδιατρεψίαν. *rigiditatem, ac toruitatem. Codices habuere Græcū hoc uerbum, quod & reſtituendū noſtris arbitror, & latinū ſuppoſitum inuerecundiam eradendum.*

EX CLAVDIO

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.
Felicibus & trimeſtres filij.

ἄρτιος ὁλόκληρος. *perfectus & abſolutus.*

ἠλαττῶσθαι. *imminutum.*

καὶ βεβλάφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα. *& corruptū, quum ad corporis tum ad animi perfectionem.*

τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσι.
Huiuſmodi lacerare, & ſubſannare ſolitis.

μὴ πρὸ ὑποκειμένου ἡμῖν. *non ante nobis propoſitū.*

Minus μετεώρως. *Minus ſtolide.*

ἀτυχεῖ πάνυ ἐν τοῖς σπουδαίοις λίαν.
Male agit ualde in iis, quæ ad ſtudia.

ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια. *eius animi indoles egregia.*

ἀσαφῶς. *obſcure.* σαφῶς. *aperte.*

καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός. *& tu ſenex es & ſtultus.*

μωρῶν ἐπανάστασις. *ſtultorum reſurrectio.*

μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. *ſtoliditatē & hebetudinē.*

λογιώτατος. *maxime rationis capax.*

ἄνδρα ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνῃ.
Virum ulciſci, quum prior ille iniuriam intulerit.

τυρρηνικῶν. *Tyrrhenicam hiſtoriam.*

καρχηδονικῶν. *Carthaginenſium geſta.*

ὁ ἔρως δ' ἐπείγεται. *amor impellit.*

EX NERONE

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.
Me mortuo terra igne peſſum eat.

ἐμοῦ ζῶντος. *me uiuente.*

Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων μητροκτόνοι,
Νεόνυμφον Νέρων ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινεν.
Nero, Oreſtes, Alcmæon matricidæ,
Nouam nuptam Nero matrem propriam interfecit.

νεόνυμφος Νέρων. *ſponſus Nero.*

ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ.
Bene ualeas pater, bene ualeas mater.

τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει.
Exiguam artem omnis terra nutrit. Vt ridendi ſint, qui filiolum interpretentur. Sed de illis hactenus.

θανεῖν μ' ἀνώγει σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ.
Mori me iubet uxor, mater, pater.

οὐ πρέπει Νέρωνι, οὐ πρέπει. νήφειν δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις, ἄγε ἔγειρε σαυτόν. *Non decet Neronē, non decet: uigilandum eſt, age, excita teipſum.*

ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει.
Equorum citatorum aures circumſonat ſtrepitus.

EX SERGIO GALBA

Καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ.
Et tu fili imperium noſtrum deguſtabis.

ἔτι μοὶ μένος ἔμπεδόν ἐστιν.
Adhuc mihi robur eſt firmum.

EX OTHONE

Τί γάρ μοι καὶ τοῖς μακροῖς ἀσύλοις;
Variat hæc lectio, omnes enim codices hoc præferunt.
Id eſt, Quid mihi & longis aſylis?
Legerim autem ipſe in hunc modum:
τί γάρ με δεῖ, καὶ τοῖς μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν;
Id eſt, Quid neceſſe eſt & me longis tibijs inſonare?

EX VESPASIANO

Καλῶς τελωνήσαντι. *bene publicum exercenti.*

μακρὰ βιβὰς κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.
Et longum incedens quaſſans ingentem haſtam.

ὦ Λάχης Λάχης, ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις, ἐξ ὑπαρχῆς εἴρησῃ Κήρυλος. *O Laches Laches, quum rurſus morieris, iterum Cerylus diceris.*

EX DOMITIANO

Μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις; *an & tu uxorē ducere uis?*

οὐχ ὁρᾷς οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε.
Non uides quàm pulcher ego & magnus.

ἔσαι πάντα καλῶς. *erunt omnia bene.*

FINIS

ILLVSTRISSIMO SAXONIAE DVCI FRIDERICO, PRINCIPI ELECTORI BEATVS RHENANVS S. D.

RERVM precioſarum etiam minutias magno uidemus æſtimari princeps illuſtriſsime. nam gemmarij uulgò lapillorū quorundā fruſtula pluris indicant, quàm quoſdam integros lapides. Nec mirum, cum res ex uirtute, non ex mole ſit æſtimanda. Atq; accidit quidem ut res minutæ maioribus nonnunquam multis modis anteſtent. Gemmis enim quid magis puſillum? & tamen de harum uiribus ac inſignibus pretijs miranda ſunt in literis prodita. Cum itaq; mecum diu cogitarem, an Velleium Paterculum, autorem eximium & ueterem, ſed ſemilacerum tuæ Celſitudini cōuenienter dicare poſſem, cui ſciebā abſolutiſsima quæq; nuncupari debere, tandem perſuaſit me Vellei dignitas & excellentia, ut tam inſigneis reliquias eloquentiſsimi ſcriptoris tibi potiſsimum elegantiorum ſtudiorum Germanico Mecœnati inſcriberem. Acceſsit etiā alia ratio, quòd Georgius Spalatinus, uir eximie literatus & candidus, quo tua ſublimitas miniſtro ſacrorū & à conſilijs utitur, abhinc quatuor annos, cum intellexiſſet me quædam hiſtoriarū fragmenta reperiſſe, ſtatim per literas rogauit, ut illas deſcriptas iſtuc mitterem, quo poſſent in bibliotheca tua reponi, quam ut audio paras inſignem bonis autoribus undecunq; conuectis referciendam. In qua re tua Celſitudo ueterū quorundam Principum laudem æmulatur, qui non minorem gloriam inſtructis bibliothecis ſunt conſecuti, quàm alij conditis urbibus. Ac ſolent quidem montibus arces incomparabili ſumptu imponi, quæ toti regioni poſsint eſſe præſidio, dum quàm longiſsime hoſtes arcētur: id quod nec tua Celſitudo negligit, tot propugnaculis uel à fundamento excitatis, uel in meliorem faciem reſtitutis. At quanto melius eſt bibliothecas optimis impletas libris, Muſis dedicare, quibus nullum certius præſidium abigendæ procul inſcitiæ teterrimi illius mortalium hoſtis? Enimuero nobis hactenus magis defuerunt libri quàm ingenia, de bonis libris loquor, non tam prophanis quàm ſacris. Qui ut proximis annis prodire cœperūt, dij boni q; ſtatim retroceſſere lucifugæ Sophiſtarum phalanges, ſplendorem emergentis ueritatis ferre nō ualentes: ut qui in tenebris humanarum traditionū uelut noui quidam Platonici ſpecus habitatores per omnem uitam fuerint uerſati. Itaq; excelſiſsime Princeps de Velleio tantum accipe, quantum nobis non inuidit uetuſtas, non indignum cui in bibliotheca illa tua uel primū locum tribuas. Deſcribit is res Romanas caſtiſsimo ſtilo per epitomen ab urbe condita ad ſuam uſq; ætatem, hoc eſt, tēpora Tiberij Cæſaris: nam ſub hoc floruit, ut in uita annotauimus. Meminit quorundā, quæ nullorū ſunt prodita literis, ſaltem qui hodie extēt: qualis eſt deletarum cum Varo legionum Arminio duce hiſtoria, & quæ de Maroboduo Marcomanorum rege ſcribit, haud dubie tuæ Celſitudini tanto gratiora futura, quanto minus etiam doctiſsimis uiris hactenus fuere cognita. nam prioris rei tantum in tranſcurſu meminit Florus. Tanta autem facundia his referendis utitur, ut quemadmodum ipſe Cæſari proximum à Tullio locum tribuit, ſic eum Cæſari parem faciā, aut ſaltem proximo ſtatuā loco. Quòd ſi integer extaret, & à mendis purus, haud ambigerem quin doctiſsimus quiſq; meo ſubſcriberet iudicio: nūc quando mendis uitio uetuſtatis non caret, aliena culpa dignitatem æſtimationis apud quoſdam forſan amittet. Equidem ab hinc annos ut puto quinq;, cum primum hunc in Murbacenſi bibliotheca reperiſſem, & uiderem tam prodigioſe corruptum, ut omnia reſtituere nō foret humani ingenij, properanter ac infeliciter ab amico quodam deſcriptū, premendum planè cenſebam donec melioris nobis codicis fieret copia, quē acceperam haberi Mediolani, inuentum olim à Georgio Merula. Verum dum fruſtra iam treis annos expectamus, interim doctiſſimus quiſq; mecū expoſtulat, cur tam inſignem autorem ſtudioſis communicare tamdiu differam. Addunt conuicia quidam, dictitantes illum in

hoc à me premi, ut olim alienum opus tanquam ingenij mei fœturam gloriabundus in publicum emittam. Proinde nunc edidimus omnium eruditorum uotis expetitum, & antè promiſſum, ne ſtudioſos diutius huius deſiderio maceremus. Quod nullam ſanè ob cauſam ſerius factum eſt, quàm ut ſincerior exiret. Sed nimium moror Celſitudinem tuam, lege & amplectere candidiſsimū ſcriptorem Velleium. Bene uale Heros illuſtriſsime, & bonis literis fauere perge. Seleſtadij. Sexto Id. Decemb. An. M.D.XX.

VITA VELLEII PATERCVLI
PER BEATVM RHENANVM.

DIFFICILE eſt Vellej uitam deſcribere, cùm nullus ſcriptorum, quod ſciam, huius meminerit, uno Tacito dempto, qui in libro tertio P. Velleium præſidem exercitus Philippopolim Thraciæ urbem ab obſidione liberaſſe ſcribit, de hoc noſtro haud dubie loquēs. Cogimur itaq; ſequi coniecturas. Atq; in primis mihi fit probabile, eum Romæ natum, patre equeſtris ordinis, qui fuerit aliquando præfectus equitū ſub Auguſto. nam ſcribit ipſe in poſteriori libro ſub finē, ſe miſſum in Germaniā cum Tiberio protinus ab adoptione, prę fectum equitum, ſucceſſorem officij patris ſui. Quo loco uitæ ſuæ rationem exponens, docet ſe tribunatu caſtrorum ante functū, militem factum Tiberij Cæſarij in Germaniam proficiſcentis, ac per nouem cōtinuos annos, aut præfecti, aut legati munere fuiſſe ſemper inſignem. Ipſe propemodū initia ſtipendiorum ſuorum fecit Tribunus militum in Syria, hunc militiæ gradum ante P. Vinicio & P. Silio Coſs. auſpicatus. Quam rem his ipſe uerbis narrat: Quod ſpectaculum ſub initia ſtipendiorum meorum Tribuno militum mihi uiſere contigit, quem militiæ gradum ante ſub patre tuo M. Vinici & P. Silio auſpicatus in Thracia Macedoniaq; mox Achaia Aſiaq;, & omnibus ad orientem uiſis prouincijs & ore atq; uroq; maris Pontici latere, haud iniucunda tot rerum, locorum, gentium, urbium recordatione perfruor. Maiores Vellej fuiſſe Campanos quibuſdam argumētis adducor ut credam. Ipſe meminit C. Vellej aui ſui, qui Pompeij Marciq; Bruti ac Tyronis præfectus fabrūiam grauis ætate, ſibi uim attulit, cum abiret Neapoli Tiberius Nero. Meminit & Minatij Magij ataui ſui Aſculanenſis, qui nepos fuit Decij Magij, Campanorum principis celeberrimi fideliſsimiq; uiri. Non præterit Capitonem patruum ſuum, uirum ordinis ſenatorij, qui Agrippæ ſubſcripſit in C. Caſsium. Fratrem habuit Magium Celerem, cuius præcipua opera Tiberius eſt uſus in bello Dalmatico, in quo ille legatū egit, ampliſsimis deinde honoribus à triumphante Cæſare donatus. Eum, inquit, triumphum (is fuit Dalmaticus) mihi fratriq; meo inter præcipuos præcipuisq; donis adornatos uiros comitari contigit. Cæterum honores ipſe ſuos quos uirtutibus emeruit, non tacet, cum inquit: Habuit in hoc quoq; bello (de Pannonico loquitur) mediocritas noſtra ſpecioſi miniſtri locum. Finita equeſtri militia deſignatus Quæſtor, necdum ſenator æquatus ſenatoribus etiam deſignatis tribunis plebis, partē exercitus ab urbe traditi ab Auguſto, perduxi ad filium eius. In quæſtura deinde remiſſa ſorte prouincię legatus eiuſdem ad eundem miſſus &c. Vtinam autem extaret iuſtū illud opus, in quod multa dicenda reſeruat, hic feſtinans, & uelut res in tranſitu tantum indicans. Promittit etiam de bello Pannonico iuſta uolumina ordine omnia narraturus: ſed addit, ut ſpero. Proinde conijcimus eum tale quid meditantem morte fuiſſe ſublatum, quæ plerunq; gaudet res præclaras impedire. Alioquin non taciturus erat Fabius, hiſtoricos utriuſq; linguę cenſens, quem miror huius operis ad M. Vinicium nō meminiſſe. Sed genera tantum ille deguſtauit, nō excuſsit bibliothecas, id quod ipſe ingenue de ſe teſtatur. Meo ſanè iudicio nulli ſecundus eſt Velleius inter Latinos, tam eſt caſtus ac nitidus in dicendo, mira ſtili iucunditate ac clariſsimo candore præditus, quas dotes T. Liuio Fabius aſsignat. Quòd ſi modus huius operis cōciones recepiſſet, clarius haud dubie declaraſſet eloquentiā ſuam, cuius tamen hic ſatis abunde documentum dedit.

Nam

Nam quid illa digreſsiuncula, quã in M. Antoniũ Ciceronis iugulatorem exclamat, uel ornatius, uel grauius, uel acutius? Tractandorum affectuum dubio procul egregie peritus fuit. Iam ut conſtet quiſnam M. iſte Vinicius fuerit, cui ſuam hiſtoriam inſcripſit Velleius, adſcribam Taciti uerba ex quinto libro hiſtoriæ Auguſtæ. Vinicio oppidanum, inquit, genus. Callibus ortus, patre atq; auo conſularibus, cætera equeſtri familia erat, mitis ingenio & comptæ facundiæ. Huic Iuliam neptem ſuã Germanico genitam Tiberius Cæſar copulauit. Hæc ille. Fuit itaq; progener Tiberij Cæſaris, quos ille quatuor habuit, Hunc & Gn. Domitium, Caſsium Longinum, & Rubellium Blandum. M. Vinicij meminit etiam Seneca. An uero non eſt immortalitate donare, ſemper uicturum opus inſcribere cuipiam? Reuiuiſcit nunc cum Velleio M. Vinicius, cuius nomen ex hominũ memoria nemo delebit, quandiu ſupererunt Velleij monimenta, etiam ſi illum Tacitus nullus prædicaſſet. Paterculorũ nomen apud Romanos antiquum eſt. Sulpitiæ Paterculi filiæ meminit Liuius. Seleſtadij, Idibus Decemb. Anno, milleſimo quingenteſimo uigeſimo.

BEATVS RHENANVS LECTORI S.

APPARET Velleium ab urbis primordio Romanam hiſtoriam omnem admirabili compendio duobus uoluminibus fuiſſe complexum, etiã antiquioribus aliarum nationũ geſtis, præſertim in huius prioris libri initio fineq; perq; eleganter admixtis. Quorum uoluminum prius hoc acephalon eſt, adeo non cæteris tantũ rebus, uerum etiam bonis autoribus, iniuria uetuſtatis cuncta abſumentis officere ſolet, ut quemadmodum Auſonius cecinit, Monimenta fatiſcunt, Mors etiam ſaxis nominibusq; uenit: nos dicere poſsimus, Mors etiam ſcriptis, carminibusq; uenit. Quanquã puto magis hominum incuriam accuſandam, q̃ ipſam uetuſtatem. Poterant exemplaria ætatis uitio obſoleſcentia deſcribi, poterant uitis inſtar ob ſenium iamiam emorituræ per nouas propagines reſtitui, ſi fuiſſent quos huius rei cura tetigiſſet. Et certe fuerũt, qui tametſi parum docti, præſtiterunt tamen quod potuerunt: quibus habendam gratiam cenſeo, quòd horum ſaltem opera qualicunq; miſeras bonorum autorum reliquias licet mendoſiſsime exceptas, conſeruatas uideamus, ſi modo conſeruari eſt, tam deprauate eſſe deſcriptum. Vtinam uero quidam autores extarent, quamlibet mendoſe ſcripti: poſſent in illis multa reſtitui per uiros eruditos, ac iudicio præditos. Egregie ſudatum eſt in hac parte à Benedictinis olim, in aſſeruandis inquam ueterum monimẽtis. At poſtquàm prochotyranni iſti irrepſerunt, conſpiratũ eſt in ueteres autores, ut iſtorum ſomnia mundo cõmodius obtrudi poſſent. Sed hæc ἀπροσδιόνυσα uideri queãt, cùm de Velleio potius ſit habendus ſermo. Scribit is ſub finem huius libri, ſtatuiſſe ſe priorem huius uoluminis, poſterioremq; partem non inutili rerum notitia in artum contracta diſtinguere. Proinde quemadmodum illic in fine refert, quę poſt Romam à Gallis captam deductæ ſint coloniæ iuſſu ſenatus, & quo tempore: ſic in hoc fragmento prioris libri, compendio quodam deſcribit, Primum, quam quiſq; ciuitatem ex Heroibus illis qui Troiam obſederant confecto iam bello condiderit, quam'ue occuparit inſulam, Deinde res per illam ætatẽ geſtas, de Pelopidis, Heraclidis, Athenienſibus, Peloponneſiis, Tyrijs, Achæis, Pelaſgis, Lacedæmonijs, Chalcidenſibus, qui nouas urbes uel extruxerint, uel in alias regiones commigrarint multa recenſens. Id quod Strabo quoq; ſolet indicare, nec omittit Liuius, & huius abbreuiator Florus. Verum ut intelligas huius fragmenti initium, loquitur de Pyliorum exercitu, qui cum diſiectis tempeſtate nauibus, ducem ſuum Neſtorem amiſiſſent, Metapontũ condiderunt. Potes conijcere lector, huic operi præfationem ſuam deeſſe, bellam hauddubie & elegantem. Sed iam lege Velleium, & noſtris laboribus gratus eſto.

C. VELLEII PATERCVLI HISTORIAE ROMANAE AD M. VINICIVM COS. PRIVS VOLVMEN, SED ACEPHALON.

TEMPESTATE diſtractus à duce ſuo Neſtore, Metapontum condidit. Teucer nõ receptus à patre Telamone, ob ſegnitiam non uindicatæ fratris iniuriæ, Cyprũ adpulſus, cognominem patriæ ſuæ Salamina conſtituit. Pyrrhus Achillis filius Epirum occupauit. Philippus Ephyram in Theſprotia. At rex regũ Agamemnon tẽpeſtate in Cretam inſulam reiectus, tres ibi urbes ſtatuit, duas à patriæ nomine, unam à uictoriæ memoria, Mycenas, Tegæam, Pergamũ. Idem mox ſcelere patruelis fratris Aegiſti hereditariũ exercẽtis in eum odiũ, & facinore uxoris oppreſſus, occiditur. Regni potiẽ Aegiſtus per annos VII. Hunc Oreſtes matremq́ ſocia cõſiliorũ omniũ ſorore Electra, uirilis animi fœmina, obtruncat. Factũ eius à dijs comprobatũ ſpacio uitæ & felicitate imperij apparuit: quippe uixit annis XC. Regnauit LXX. qui ſe etiã à Pyrrho Achillis filio uirtute uindicauit. nã quòd pactæ eius Menelai atq́ Helenæ filiæ Hermiones nuptias occupauerat, Delphis eum interfecit. Per hæc tempora Lydus & Tyrrhenus fratres, cũ regnarent in Lydia, ſterilitate frugũ compulſi, ſortiti ſunt uter cũ parte multitudinis patria decederet. Sors Tyrrhenũ contigit: peruectus in Italiã, & loco & incolis, & mari nobile ac perpetuum à ſe nomen dedit. Poſt Oreſtis interitũ, filij eius Penthelus & Tiſamenus regnauere triennio. Tum ferè anno octogeſimo poſt Troiam captã, centeſimo & uigeſimo quàm Hercules ad deos exceſſerat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore pulſis Heraclidis Peloponneſi imperiũ obtinuerat, ab Herculis progenie expelliẽ. Duces recuperandi imperij fuere, Teminus, Creſphontes, Ariſtodemus, quorũ atauus fuerat. Eodem fermè tempore Athenæ ſub regibus eſſe deſierunt, quarũ ultimus rex fuit Codrus Melanthi filius, uir non prætereundus: quippe cũ Lacedæmonij graui bello Atticos premerent, reſpondiſſetq́ Pythius, quorũ dux ab hoſte eſſet occiſus, eos futuros ſuperiores, depoſita ueſte regia, paſtoralem cultũ induit: immixtusq́ caſtris hoſtium de induſtria, imprudenter rixam ciens interemptus eſt. Codrũ cum morte æterna gloria, Athenienſes ſecuta uictoria eſt. Quis eum nõ mireẽ, qui his artibus mortem quæſierit, quibus ab ignauis uita quæri ſolet. Huius filius Medon primus Archon Athenis fuit. ab hoc poſteri apud Atticos dicti Medontidæ: ſed hi inſequẽteſq́ Archontes uſq́ ad Charopem dum uiuerent, eum honorem uſurpabant. Peloponneſii digredientes finibus Atticis, Megaram mediã Corintho Athenisq́ urbem cõdidere. Ea tempeſtate & Tyria claſsis plurimũ pollens mari in ultimo Hiſpaniæ tractu, in extremo noſtri orbis termino inſulã circumſuſam Oceano, perexiguo à continenti diuiſam freto, Gadeis condidit. Ab ijſdem poſt paucos annos in Africa, Vtica cõdita eſt. Excluſi ab Heraclidis Oreſtis liberi, iactatiq́ cum uarijs caſibus tum ſæuitia maris quintodecimo anno ſedem cepere circa Lesbum inſulam. Tum Græcia maximis cõcuſſa eſt motib. Achæi ex Laconica pulſi, eas occupauere ſedes, quas nunc obtinent. Pelaſgi Athenas commigrauere. Acerq́ belli iuuenis nomine Theſſalus, natione Theſprotius, cũ magna ciuium manu eam regionem armis occupauit, quæ nunc ab eius nomine Theſſalia appellatur, ante Myrmidonum uocitata ciuitas. Quo nomine mirari conuenit eos, qui Iliaca cõponentes tempora de ea regione ut Theſſalia cõmemorãt. quod cum alij faciant, Tragici frequentiſsime faciunt, quibus minime id concedendũ eſt: nihil enim ex perſona poetæ, ſed omnia ſub eorũ qui illo tẽpore uixerunt, dixerũt. quòd ſi quis à Theſſalo Herculis filio eos appellatos Theſſalos dicet, reddenda erit ei ratio, cur nunquam ante hũc inſequentẽ Theſſalũ, ea gens id nominis uſurpauerit. Paulo ante Aletes ſextus

tes ſextus ab Hercule Hippotis filius, Corinthū quæ antea fuerat Ephyre, clauſtra Peloponneſi continentem, in Iſthmo condidit. Neq; eſt quod miremur ab Homero nominari Corinthū: nam ex perſona poetæ & hanc urbem & quaſdam Ionum colonias, ijs nominibus appellat, quibus uocabantur ætate eius, multo poſt Ilium captum conditæ. Athenienſes in Euboea Chalcida & Eretriā colonis occupauere. Lacedæmonij in Aſia Magneſiā. Nec multo poſt Chalcidenſes orti, ut prędiximus, Atticis, Hippocle & Megaſtene ducibus, Cumas in Italia condiderunt. Huius claſsis curſum eſſe di- *Cumæ* rectum alij columbæ antecedentis uolatu ferūt, alij nocturno æris ſono, qualis Cerealibus ſacris cieri ſolet. Pars horum ciuium magno poſt interuallo Neapolim cōdidit. *Neapolis* Vtriuſq; urbis eximia ſemper in Romanos fides, facit eas nobilitate, atq; amœnitate ſua digniſsimas. Sed alijs diligentior ritus patrij manſit cuſtodia. Cumanos Oſca mutauit uicinia. Vires autem ueteres earum urbiū, hodieq; magnitudo oſtentat mœniū. Subſequenti tempore magna uis Græcę iuuentutis, abundantia uirium, ſedes quæritans, in Aſiam ſe effudit. nam & Iones duce Ione profecti Athenis, nobiliſsimam par- *Iones* tem regionis maritimæ occupauere, quæ hodieq; appellatur Ionia, urbesq; cōſtituere Epheſum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocæam, multasq; in Aegæo atq; Icario occupauere inſulas, Samum, Chiū, Andrum, Tenum, Parum, Delum, aliasq; ignobiles. Et mox Aeolij eadem profecti Græcia, longiſsimisq; acti erroribus non minus inluſtres obtinuerunt locos, clarasq; urbes condiderunt, Smyrnam, Cymen, Antiſſam, Myrinam, Mytilenemq;, & alias urbes quæ ſunt in Lesbo inſula. Clariſsimum deinde HOMERI inluxit ingenium, *Homerus* ſine exemplo maximum, qui magnitudine operis & fulgore carminum ſolus appellari poeta meruit, in quo hoc maximum eſt, quòd neq; ante illum quem ille imitaretur, neq; poſt illum qui eum imitari poſsit inuentus eſt. neq; quenquam alium cuius operis primus autor fuerit in eo perfectiſsimum præter Homerum & Archilochum reperiemus. Hic longius à temporibus belli, quod compoſuit, Troici, quàm quidam rentur, abfuit. nam fermè ante annos DCCCCL. floruit, intra mille natus eſt. Quo nomine non eſt mirandum quod ſæpe illud uſurpat, hoc enim ut hominum, ita ſeculorum notatur differentia. quem ſi quis cæcum genitum putat, omnibus ſenſibus or- *Homerus non* bus eſt. Inſequenti tempore imperium Aſiaticum ab Aſſyrijs qui id obtinuerāt annis *fuit cæcus* MLXX. translatum eſt ad Medos, ab hinc annos fermè DCCLXX. quippe Sardanapalum eorum regem mollitijs fluentem, & nimium felicem, malo ſuo, tertio & triceſimo loco ab Nino & Semiramide, qui Babylona condiderant, natum, ita ut ſemper ſucceſſor regni paterni foret filius, Pharnaces Medus imperio uitaq; priuauit. Ea ætate clariſsimus Graij nomis Lycurgus Lacedæmonius, uir generis regij, fuit ſeueriſsi- *Lycurgus Lacedæmonius* marum iuſtiſsimarumq; legū autor, & diſciplinæ conuenientiſsimæ uir, cuius quandiu Sparta diligens fuit, excelſiſsime floruit. Hoc tractu temporū ante annos quinq; & ſexaginta quàm urbs Romana conderetur, ab Eliſſa Tyria, quam quidam Didó autumant, Carthago conditur. Circa quod tempus Caranus, uir generis regij, ſextus decimus ab Hercule, profectus Argis regnum Macedonię occupauit, à quo Magnus Alexander cum fuerit ſeptimuſdecimus, iure, materni generis Achille autore, paterni Hercule gloriatus eſt. Aemylius Sura de annis Po. Romani. Aſſyrij principes omnium gentiū rerum potiti ſunt. Deinde Medi, Poſtea Perſę, deinde Macedones. Exin de duobus regibus Philippo & Antiocho, qui à Macedonibus oriundi erant, haud multo poſt Carthaginem ſubactā deuictis, ſumma imperij ad Po. Romanū peruenit. Inter hoc tempus & initiū Nini regis Aſſyriorum, qui princeps rerum potitus, interſunt anni MDCCCC. XCV. Huius temporis æqualis HESIODVS fuit, circa CXX. *Heſiodus* annos diſtinctus ab Homeri ætate, uir perelegantis ingenij, & molliſsima dulcedine carminum memorabilis: ocij, quietisq; cupidiſsimus, ut tempore tanto uiro, ita operis autoritate proximus, qui uitauit ne in id quod Homerus incideret, patriamq; & parentes teſtatus eſt: ſed patriam (quia multatus ab ea erat) contumelioſsime. Dum in externis moror, incidi in rem domeſticā, maximiq; erroris, & multum diſcrepantem autorum opinionibus. nam quidam huius temporis tractu aiunt à Tuſcis Capuā Nolamq; conditā ante annos ferè DCCCXXX. quibus equidem adſenſerim. ſed Marcus

Cato quantũ differt? qui dicat Capuã ab eiſdem Tuſcis conditã, ac ſubinde Nolã: Stetiſſe aũt Capuam anteꝙ à Romanis caperet̃, annis circiter CCLX. quod ſi ita eſt, cũ ſint à Capua capta anni CCXL, ut cõdita eſt anni ſunt ferè D. Ego pace diligentię Catonis dixerim, uix crediderim tã mature tantã urbẽ creuiſſe, floruiſſe, cõcidiſſe, reſurrexiſſe.

Ludicrum certamen Olympiorum Clariſsimũ deinde omniũ ludicrũ certamen & ad excitandã corporis animiq; uirtutẽ efficaciſſimũ Olympiorũ initiũ habuit autorem Iphitũ Elium. Is eos ludos mercatumq; instituit ante annos ꝙ tu M. Vinici conſulatũ inires DCCCXXIII. Hoc ſacrũ eodẽ loco inſtituiſſe fert̃ abhinc annos fermè MCCL Atreus, cũ Pelopi patri funebres ludos faceret: quo quidẽ in ludicro omnis generis certaminũ Hercules uictor extitit. Tum Athe-*Alcmæon* nis perpetui Archontes eſſe deſierũt, cum fuiſſet ultimus Alcmæon, cœperũtq; in denos annos creari: quæ cõſuetudo in annos LXX. manſit, ac deinde annuis commiſſa *Charops* eſt magiſtratib. reſp. Ex ijs qui denis annis præfuerũt, primus fuit Charops, ultimus *Erix* Erix. ex annuis primus Creon. Sexta Olympiade poſt duo & uiginti annos ꝙ prima cõſtituta fuerat, Romulus Martis filius ultus iniurias aui, Romã urbem Parilib. in Palatio condidit. à quo tẽpore ad uos COSS. anni ſunt DCC. LXXXV. Id actũ poſt Troiam captam annis CCCCXXXVII. Id geſsit Romulus, adiutus legionibus Latini aui ſui. Li-*Roma condita* benter enim his qui ita prodiderunt acceſſerim, cum aliter firmare urbem nouam tam uicinis Veientibus alijsq; Ethruſcis ac Sabinis cum imbelli & paſtorali manu uix potuerit, quanquam iam aſylo facto inter duos lucos auxit. Hic centum homines electos appellatosq; Patres, inſtar habuit cõſilij publici. Hanc originem nomen Patriciorum habet. Raptus uirginum Sabinarum.

BEATVS RHENANVS LECTORI S.

HIC Vellcio noſtro rurſum atrox uulnus inflixit iniuria temporis, quod neq; Aeſculapius, neq; Chiron medici illi Poetici, quamlibet à ueteribus egregie laudati, curare norint. Nam bonã operis partem hoc loco deeſſe nullus dubitabit. Porrò omnis medendi ſpes in integro ſita eſt exẽplari: quale repertũ iam olim aiunt à Georgio Merula inter eos libros, de quorum ille inuentione magnopere gloriatur in Epiſtola quadam, quæ inter Politianicas legitur. Sed iſti rumori fidem non habeo. Scilicet tantus uir nugas ædidiſſet (ſic enim quaſdam ueterũ grammaticorũ quiſquilias ab illo publicatas non iniuria uocauero præſertim cum Velleio cõmiſſas) & hoc opus ſuppreſsiſſet nobis, unde plus ad illum gloriæ, & ad ſtudioſos cõmodi rediturũ erat, quàm ex ſexcentis iſtius generis grammaticorũ ſchedis. Nos hac æditione noſtra, tametſi mutila, prouocabimus Italos, ut nobis quod nacti ſumus in mediũ conferẽtibus, ipſi quoq; ſua candide ſtudioſis impertiãt. Sed de hac re plus ſatis iam loquuti ſumus. Cæterum ut quaſi uiam tibi ſternamus ad ſequentis Velleiani fragmenti intelligentiam, quod in media fermè periodo ſublatis anterioribus aliquot ternionibus abruptum eſt. In hac ultima prioris libri particula Velleius decurſis antè cunctis hiſtorijs iam inde ab urbe condita, propemodum ad initiũ tertij belli Punici peruenit, quo Carthago fuit exciſa. ante quod Macedonicũ geri cœptũ eſt: in quo P. Licinius Craſſus, cui Macedonia decreta erat, contra Perſeum rẽgem pugnans, inferior diſceſsit. Perſeus uero perpendens inconſtantiã fortunæ, tametſi uictor, æquam pacis cõditionem à Romanis accipere paratus erat. Iniquã Licinius obtulit, ut ſe uidelicet, ſuaq; ſenatui Romano dederet, quemadmodum refert Eutropius. Forſan igitur hic Velleij ſenſus fuerit, Perſeus Macedonum rex conditionem pacis quam timuerat hoſtis expetit. Niſi de Gentio Illyriorũ rege loquatur, quem Perſeus ſubegit: ut ſit ſenſus, Gentius iniquã à Perſeo conditionẽ quam timuerat hoſtis expetit. Neuter tamen mihi magnopere arridet. Sed fuit hic aliquid dicendum. At ridiculum eſt ibi tam anxie diligentem eſſe, ubi diligentia locũ non habet, uerũ ſola diuinatio.

Perſeus quam timuerat hoſtis expetit. Nam biennio adeo uaria fortuna cum COSS. conflixerat, ut pleruncq; ſuperior fuerit, magnamq; partem Græciæ in ſocietatem ſuam perdu-*Rhodij* ceret. Quin Rhodij quocq; fideliſsimi ante Romanis, tum dubia fide, ſpeculati fortu-*Eumenes* nam, proniores regis partibus fuiſſe uiſi ſunt: & rex Eumenes in eo bello medius fuit animo, necq; fratris initijs, necq; ſuæ reſpondit conſuetudini. Tum Senatus populusq; *L. Aemylius Paulus* Romanus, L. Aemilium Paulum, qui & Prætor & COS. triumphauerat, uirum in tantum laudandum, in quantum intelligi uirtus poteſt, COS. creauit, filium eius Pauli, qui ad Cannas ꝙ tergiuerſanter pernicioſam Reip. pugnam inierat, tam fortiter in ea mortẽ obierat. Is Perſeũ ingenti prælio apud urbem nomine Pydnam in Macedonia, fuſum fugatumq; caſtris exuit, deletisq; eius copijs, deſtitutũ omni ſpe, coegit è Macedonia profugere: quam ille linquens in inſulam Samothraciã profugit, templiq; ſe reli-*Gn. Octauius* gioni ſupplicem credidit. Ad eum Gn. Octauius PR. qui claſsi præerat, peruenit, & ra-*Anicius* tione magis ꝙ ui perſuaſit, ut ſe Romanorũ fidei cõmitteret. Ita Paulus maximũ nobi-*Gentius* liſsimumq; regẽ in triumpho duxit: Quo anno & Octauij PR. naualis, & Anicij, regẽ

Illyrio-

Illyriorũ Gentiũ ante currũ agentis, triũphi fuere celebres. Quàm ſit adſidua eminẽtis
fortunæ comes inuidia, altiſſimisq; adhæreat, etiam hoc colligi poteſt, quòd cum Ani- *Triumphus*
cij Octauijq; triumphum nemo interpellaret, fuere qui Pauli impedire obniterentur: *Pauli.*
cuius tantum priores exceſſit, uel magnitudine regis Perſei, uel ſpecie ſimulacrorum,
uel modo pecuniæ, ut bis milies centies H—S ærario contulerit, & omnium anteacto-
rum comparationem amplitudine uicerit. Per idem tempus, cum Antiochus Epipha- *Antiochus*
nes, qui Athenis Olympicum inchoauit, tum regem Syriæ Ptolemæum puerum Ale- *Epiph.*
xandriæ obſideret, miſſus eſt ad eum legatus M. Popilius Lænas, qui iuberet incepto *Ptolemæus.*
deſiſtere: mandataq; expoſuit, & regem deliberaturum ſe dicentem circumſcripſit uir- *M. Popilius.*
gula, iuſſitq; prius reſponſum reddere quàm egrederetur finito harenæ circulo. ſic co-
gitationem regiam Romana diſiecit conſtantia, obeditumq; imperio. Lucio autẽ Pau- *L. Aemylij*
lo, magnæ uictoriæ compoti, quatuor filij fuere: ex ijs duos natu maiores, unum P. Sci *filij*
pioni P. Africani filio, nihil ex paterna maieſtate præter ſpeciem nominis uigoremq;
eloquentiæ retinenti in adoptionem dederat, alterum Fabio Maximo. duos minores
natu, prætextatos, quo tempore uictoriam adeptus eſt, habuit. Is cum in concione ex-
tra urbem more maiorum ante triumphi diem, ordinem actorum ſuorum commemo-
raret, deos immortaleis precatus eſt, ut ſi quis eorum inuideret operibus ac fortunæ
ſuæ, in ipſum potius ſæuirent, quàm in Rempub. quæ uox ueluti oraculo emiſſa, ma-
gna parte eum ſpoliauit ſanguinis ſui. Nam alterum ex his quos in familia retinuerat
liberis, ante paucos triumphi, alterũ poſt pauciores amiſit dies. Aſpera circa hæc tem
pora Cenſura Fuluij Flacci & Poſthumij Albini fuit, quippe Fuluij Cenſoris frater, &
quidem cõſors, Cn. Fuluius ſenatu motus eſt ab ijs Cenſoribus. Poſt uictum captũq;
Perſeũ, qui quadriennio poſt in libera cuſtodia Albæ deceſſit, Pſeudophilippus à men *Pſeudophi-*
dacio ſimulatæ originis appellatus, qui ſe Philippum regiæq; ſtirpis ferebat, cum eſſet *lippus.*
ultimæ, armis occupata Macedonia, adſumpti regni inſignibus, breui temeritatis pœ-
nas dedit: quippe Q. Metellus PR. cui ex uirtute Macedonici nomen inditum, præcla-
ra uictoria ipſum gentemq; ſuperauit, & immani etiam Achæos rebellare incipien-
tes fudit acie. Hic eſt Metellus Macedonicus, qui porticus quæ fuere circundatæ dua- *Metel. Mace*
bus ædibus ſine inſcriptione poſitis, quæ nunc Octauiæ porticibus ambiuntur, fece- *donicus.*
rat: quiq; hanc turmam ſtatuarum equeſtrium quæ frontem ædium ſpectant, hodieq;
maximum ornamentum eius loci, ex Macedonia detulit, cuius turmæ hanc cauſam re
ferunt. Magnum Alexandrum impetraſſe à Lyſippo ſingulari talium autore operum,
ut eorum equitum qui ex ipſius turma apud Granicum flumen ceciderant, expreſſa ſi
militudine figurarũ, faceret ſtatuas, & ipſius quoq; ijs interponeret. Hic idem primus
omnium Romæ ædem ex màrmore in ijs ipſis monumentis molitus, uel magnificen-
tiæ, uel luxuriæ princeps fuit. Vix ullius gentis, ætatis, ordinis, hominem inueneris, cu
ius felicitatem fortunæ Metelli compares. Nam præter excellenteis triumphos, hono- *Metelli fe*
resq; ampliſſimos, & principale in Repub. faſtigium, extentumq; uitæ ſpacium, & a- *licitas.*
creis innocenteisq; pro Repub. cum inimicis contentiones, quatuor filios ſuſtulit, om
nes adultæ ætatis uidit, omnes reliquit ſuperſtites, & honoratiſſimos: mortui eius le-
ctum pro roſtris ſuſtulerunt quatuor filij, unus conſularis & Cenſorius, alter Conſula
ris, tertius Conſul, quartus candidatus cõſulatus, quem honorem adeptus eſt. Hoc eſt
nimirum magis feliciter de uita migrare, quàm mori. Vniuerſale deinde (ut prædixi-
mus) inſtincta in bellum Achaia, cum pars magna eiuſdem Metelli Macedonici uir-
tute armisq; tracta erat, maxime Corinthijs in arma cum grauibus etiam in Romanos
contumelijs inſtigantibus, deſtinatus ei bello gerendo COS. Mummius. Et ſub idem *L. Mummius*
tempus magis quia uolebant Romani quicquid de Carthaginienſibus diceretur cre-
dere, quàm quia credenda afferebantur, ſtatuit ſenatus Carthaginem excidere. Ita
eodem tempore P. Scipio Aemilianus, uir auitis P. Africani, paternisq; L. Pauli uirtu *P. Scipio*
tibus ſimillimus, omnibus belli ac togæ dotibus, ingenijq; ac ſtudiorum eminẽtiſſimus
ſeculi ſui, qui nihil in uita niſi laudandum aut fecit, aut dixit, ac ſenſit, quem Paulo ge-
nitum, adoptatũ à Scipione Africani filio diximus, Aedilitatẽ petens COS. creatus eſt.
Bellum Carthagini iam antè biennium à prioribus COSS. illatum, maiore ui intulit,
cum antè in Hiſpania murali corona, in Africa obſidionali donatus eſſet: in Hiſpania

uero etiam ex prouocatione, ipſe modicus uirium, immanis magnitudinis hoſtem interemiſſet: Eamq; urbem magis inuidia imperij, quàm ullius eius temporis noxiæ inuiſam Romano nomini, funditus ſuſtulit, fecitq; ſuæ uirtutis monumentū, quod fuerat aui eius clementiæ. Carthago diruta eſt cum ſtetiſſet annis DCLXVII. abhinc annos CCLXXVII. Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio COSS. Hunc finem habuit Romani imperij Carthago æmula, cum qua bellare maiores noſtri cœpere, Claudio & Fuluio COSS. ante annos CCXCVI. quàm tu M. Vinici conſulatum inires. Ita per annos CXV. aut bellum inter eos populos, aut belli præparatio, aut infida pax fuit. Neq; ſe Roma iam terrarum orbe ſuperato, ſecuram ſperauit fore, ſi nomen uſquam ſtantis maneret Carthaginis: adeo ODIVM certaminibus ortum ultra metum durat, & ne in uictis quidem deponitur: neq; ante inuiſum eſſe deſinit, quàm eſſe deſiit. Ante triennium quàm Carthago deleretur, M. Cato perpetuus diruendæ eius autor, L. Cenſorino M. Manlio COSS. mortem obijt. Eodem anno quo Carthago concidit, L. Mummius Corinthum poſt annos DCCCCLII. quàm ab Alete Hippotis filio erat cōdita, funditus eruit. Vterq; imperator deuictæ à ſe gentis nomine honoratus, alter Africanus, alter appellatus eſt Achaicus. Nec quiſquam ex nouis hominibus prior Mummio cognomē uirtute partum uindicauit. Diuerſi imperatoribus mores, diuerſa fuere ſtudia: quippe Scipio tam elegans liberalium ſtudiorum omniſq; doctrinæ & autor & admirator fuit, ut Polybiū Panætiumq; præcellenteis ingenio uiros domi, militiæq; ſecū habuerit. Neq; enim quiſquam hoc Scipione elegantius interualla negociorum ocio diſpunxit, ſemperq; aut belli, aut pacis ſeruijt artibus. Semper inter arma ac ſtudia uerſatus, aut corpus periculis, aut animum diſciplinis exercuit. Mummius tam rudis fuit, ut capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas, ac ſtatuas in Italiā portandas locaret, iuberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, nouas eos reddituros. Non tamen puto dubites Vinici, quin magis pro Repub. fuerit manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quàm intantum ea intelligi: & quin hac prudentia, illa imprudentia decori publico fuerit conuenientior. Cum facilius cuiuſq; rei in unum contracta ſpecies, quàm diuiſa temporibus oculis animiſq; inhæreat, ſtatui priorem huius uoluminis, poſterioremq; partem non inutili rerum noticia in artum contracta diſtinguere, atq; huic loco inſerere, quæ quoq; tempore poſt Romam à Gallis captam deducta ſit colonia, iuſſu ſenatus. Nam militarium & cauſa, & autores, & ipſarum præfulgent nomina. Huic rei per idem tempus ciuitates propagatas, auctumq; Romanum nomen communione iuris haud intempeſtiue ſubtexturi uidemur. Poſt ſeptem annos quàm Galli urbem ceperunt. Sutrium deducta colonia eſt, & poſt annum Setina, nouemq; interiectis annis Nepe, deinde interpoſitis duobus & triginta Aricini in ciuitatem recepti. Abhinc annos autem CCCL. Sp. Poſthumio, Veturio Caluino COSS. Campanis data eſt ciuitas, partiq; Samnitium ſine ſuffragio. Et eodem anno Cales deducta colonia. Interiecto deinde triennio, Fundani & Formiani in ciuitatem recepti, eo ipſo anno, quo Alexandria condita eſt. Inſequentibuſq; COSS. à Sp. Poſthumio, Philone Publio cenſoribus, Acerranis data ciuitas. Et poſt triennium Tarracinam deducta colonia: interpoſitoq; quadriennio Luceria: ac deinde interiecto triennio, Sueſſa Aurūca, & Saticula Interamnaq; poſt biennium. Decem deinde hoc munere anni uacauerunt, tunc Sora atq; Alba deductæ coloniæ, & Carſeoli poſt biennium. At quintum Fabio, Decio Mure quartum COSS. quo anno Pyrrhus regnare cœpit, Sinueſſam, Minturnaſq; miſſi coloni, poſt quadriennium Venuſiam: interiectoq; biennio M. Curio & Rufino Cornelio COSS. Sabinis ſine ſuffragio data ciuitas. id actum ante annos fermè CCCXX. At Coſſam & Pæſtum abhinc annos fermè trecentos, Fabio Dorſone, Claudio Canina COSS. Interiecto quinquennio, Sempronio Sopho, & Appio Cæci filio COSS. Ariminum, Beneuentum, coloni miſſi: & ſuffragij ferendi ius Sabinis datum. At initio primi belli Punici Firmum & Caſtrum colonis occupata: & poſt annum Aeſernia, poſtq; XXII. annos Aeſulum & Alſium, Fregellæq; poſt biennium, proximoq; anno Torquato, Sempronioq; COSS. Brundiſium, & poſt triennium Spoletium, quo anno Floralium ludorum factum eſt initium. Poſtq; biennium deducta Valentia, & ſub aduentum in Italiam Hannibalis Cremona atq; Placen

Carthago diruta. *M. Cato moritur.* *L. Mummius Corinthum diruit.* *Scipio.* *Mummius* *Coloniarum catalogus*

Placẽtia. Deinde neq; dum Hannibal in Italia moratur, neq; proximis poſt exceſſum eius annis, uacauit Romanis colonias condere, cum eſſet in bello conquirendus potius miles, quàm dimittendus, & poſt bellum uires reſouendæ magis, quàm ſpargendæ. Cn. autem Manlio Volſone, M. Fuluio Nobiliore COSS. Bononia deducta colonia abhinc annos fermè CCXVII. & poſt quadriennium Piſaurum ac Potẽtia, interiectoq; triennio Aquileia & Grauiſca, & poſt quadriẽnium Luca. Eodem temporum tractu, quanquam apud quoſdam ambigitur, Puteolos Salernumq; & Buxentum miſſi coloni, Auximum autem in Picenum abhinc annos fermè CLXXXVII. ante triennium quàm Caſſius cenſor à Lupercali in palatiũ uerſus theatrum facere inſtituit, cui in demoliendo eximia ciuitatis ſeueritas & COS. Cepio reſtitere, quod ego inter clariſſima publicæ uoluntatis argumenta numerauerim. Caſſio autem Longino, & Sextio Caluino, qui Sallyes apud Aquas quæ ab eo Sextię appellantur deuicit, COSS. Fabrateria deducta eſt, abhinc annos fermè CLVII. Et poſt annum, Scylacium, Mineruium, Tarentum, Neptunia, Carthagoq; in Africa prima (ut prædiximus) extra Italiam colonia condita eſt. de Dertona ambigitur. Narbo autem Martius in Gallia M. Porcio, Q. Marcio COSS. abhinc annos circiter CLIII. deducta colonia eſt: poſt tres & uiginti annos in Baciennis Eporedia, Mario ſexies Valerioq; Flacco COSS. Neq; facile memoriæ mandauerim, quæ, niſi militaris, poſt hoc tempus deducta ſit. Cum hæc particula operis uelut formam propoſiti exceſſerit, quanquam intelligo mihi in hac tam præcipiti feſtinatione, quæ me rotæ proniue gurgitis ac uerticis modo, nuſquã patitur conſiſtere, penè magis neceſſaria prætereunda, quàm ſuperuacua amplectenda: nequeo tamen temperare mihi, quin rem ſæpe agitatã animo meo, neq; ad liquidum ratione perductam ſignem ſtilo. Quis enim abunde mirari poteſt, quòd eminentiſſima cuiuſque profeſſionis ingenia in eandem formã, & in idem artati temporis cõgruens ſpacium, & quemadmodum clauſa capſa, alioq; ſepto diuerſi generis animalia, nihilominus ſeparata alienis, in unum quoq; corpus congregantur: ita cuiuſq; clari operis capacia ingenia in ſimilitudinem & temporum & profectuum ſemetipſa ab alijs ſeparauerunt. Vna neq; multorũ annorum ſpacio diuiſa ætas, per diuini ſpiritus uiros, Aeſchylum, Sophoclem, Euripidem, illuſtrauit Tragœdias: Vna priſcam illam & Veterẽ ſub Cratino, Ariſtophane & Eupolide Comœdiam: ac nouam Comicam Menandrus, æqualesq; eius ætatis magis quàm operis Philemon ac Diphilus, & inuenere intra pauciſſimos annos, neq; imitanda reliquere. Philoſophòrum quoq; ingenia Socratico ore defluentia omnium, quos paulo ante enumerauimus, quanto poſt Platonis Ariſtotelisq; mortem floruere ſpacio? Quid ante Iſocratem? quid poſt eius auditores, eorumq; diſcipulos clarũ in oratoribus fuit? adeo quidem artatũ anguſtijs temporũ, ut nemo memoria dignus alter ab altero uideri nequiuerint. Neq; hoc in Græcis quàm in Romanis euenit magis. Nam niſi aſpera ac rudia repetas, & inuenti laudãda nomina, in Accio circaq; Romana Tragœdia eſt: dulceſq; Latini lepòris facetiæ per Cæcilium, Terentiumq;, & Afranium ſub pari ætate nituerunt. Hiſtoricos, ut Liuium quoq; priorum ætati aſtruas, præter Catonem & quoſdam ueteres & obſcuros, minus LXXX. annis circundatum æuum tulit; ut nec poetarum in antiquius citeriusùe proceſſit ubertas. At oratio ac uis forenſis, perfectumq; proſæ eloquentiæ decus, ut idem ſeparetur Cato (pace P. Craſſi, Scipioniſq; & Lælij, & Gracchorũ, & Fannij & Ser. Galbæ dixerim) ita uniuerſa ſub principe operis ſui erupit TVLLIO, ut delectari ante eum pauciſſimis, mirari uero neminem poſſis, niſi aut ab illo uiſum, aut qui illum uiderit. Hoc idem eueniſſe grammaticis, plaſtis, pictoribus, ſcalptoribus, quiſquis temporum inſtiterit notis, reperiet, & eminentiam cuiuſque operis artiſſimis temporum clauſtris circundatam. Huius ergo præcedentiſq; ſeculi ingeniorum ſimilitudines congregantis & in ſtudium par, & in emolumentum, cauſas cum ſemper requiro, nunquã reperio, quas eſſe ueras confidam, ſed fortaſſe ueri ſimiles, inter quas has maxime. Alit æmulatio ingenia: & nunc inuidia, nunc admiratio incitationẽ accendit, naturaq; quod ſummo ſtudio petitũ eſt, aſcendit in ſummum, difficiliſq; in perfecto mora eſt. naturali terq; quod procedere non poteſt, recedit. & ut primo ad conſequendos, quos priores ducimus, accẽdimur, ita ubi aut pręteriri, aut æquari eos poſſe deſperauimus, ſtudium

cum

cum ſpe ſeneſcit,& quod adſequi non poteſt,ſequi deſinit, & uelut occupatam relinquens materiã,quærit nouam. præteritoq; eo, in quo eminere non poſſumus, aliquid in quo nitamur, conquirimus. ſequiturq; ut frequens ac mobilis tranſitus maximum perfecti operis impedimentum ſit. Tranſit admiratio ad conditionem temporum, & ad urbium. Vna urbs Attica pluribus annis eloquentiæ,quàm uniuerſa Græcia,operibusq; floruit,adeo ut corpora gentis illius ſeparata ſint in alias ciuitates, ingenia uero ſolis Athenienſium muris clauſa exiſtimes.Neq; ego hoc magis miratus ſim, quàm neminem Argiuum,Thebanum, Lacedæmonium oratorem, aut dum uixit autoritate,aut poſt mortem memoria dignum exiſtimatum.quæ urbes talium ſtudiorum fuere ſteriles, ni Thebas unum os Pindari inluminaret. Nam Alcmana Lacones falsò ſibi uindicant.

C. VELLEII PATERCVLI HISTORIAE ROMANAE POSTERIVS VOLVMEN AD M. VINICIVM CONSVLEM

POTENTIAE Romanorum prior Scipio uiam aperuerat, luxurię poſterior aperuit:quippe remoto Carthaginis metu, ſublataq; imperij æmula,nõ gradu,ſed præcipiti curſu à uirtute deſcitum,ad uitia tranſcurſum: uetus diſciplina deſerta, noua inducta:in ſomnum à uigilijs, ab armis ad uoluptates, à negocijs in ocium conuerſa ciuitas. Tum Scipio Naſica in Capitolio porticus, tum quas prædiximus Metellus, tum in Circo Cn. Octauius multo amœniſſimam,moliti ſunt:publicamq; magnificentiã ſecuta priuata luxuria eſt. Triſte deinde & contumelioſum bellum in Hiſpania duce latronum Viriatho ſecutũ eſt:quod ita uaria fortuna geſtum eſt, ut ſæpius Romanorũ gereretur

Viriathus aduerſa. Sed interempto Viriatho fraude magis q; uirtute Seruilij Cœpionis, Numan

Numantia tinum grauius exarſit. Hæc urbs nunq; X. milib. plura proprię iuuentutis armauit,ſed uel ferocia ingenij, uel inſcitia noſtrorũ ducũ, uel fortunæ indulgentia, cũ alios duces, tum Pompeiũ magni nominis uirũ ad turpiſſima deduxit fœdera(hic primus è Pompeijs COS. fuit) nec minus turpia ac deteſtabilia Mancinum Hoſtilium COS. Sed Pompeium gratia impunitũ habuit, Mancinũ uerecundia:quippe non recuſando perduxit huc, ut per Fecialeis nudus ac poſt tergũ religatis manibus dederetur hoſtibus: quem illi recipere ſe negauerunt, ſicut quondam Caudini fecerunt, dicentes, publicam uiolationem fidei non debere unius lui ſanguine. Immanem deditio Mancini ciuitatis mo

Tib. Gracchus uit diſſenſionẽ:quippe Tib. Gracchus, Tib. Gracchi clariſſimi atq; eminentiſſimi uiri filius,P. Africani ex filia nepos,quo Quęſtore & autore id fœdus ictum erat, nunc grauiter ferens aliquid à ſe factum infirmari,nunc ſimilis uel iudicij,uel pœnæ metuens diſcrimen, Tr.pl. creatus, uir alioqui uita innocentiſſimus, ingenio florentiſsimus, propoſito ſanctiſſimus,tantis deniq; adornatus uirtutibus,quantas perfecta & natura, & induſtria mortalis cõditionis recipit,P. Mutio Scęuola, L. Calpurnio COSS. abhinc annos CLXII. deſciuit à bonis:pollicitusq; toti Italiæ ciuitatem, ſimul etiam promulgatis Agrarijs legibus, omnibus ſtatũ concupiſcentibus, ſumma imis miſcuit, & in præruptum atq; anceps periculũ adduxit Remp. Octauioq; collegæ pro bono publico ſtanti,imperiũ abrogauit. Triumuiros agris diuidendis colonijsq; deducendis,creauit ſe

P. Scipio ſocerumq; ſuum Conſularẽ Appiũ & Gracchum fratrem admodum iuuenẽ. Tum P.

Naſica. Scipio Naſica,eius qui optimus uir à ſenatu iudicatus erat nepos, eius qui Cenſor porticus in capitolio fecerat filius:pronepos autẽ Cn. Scipionis celeberrimi uiri,P. Africani patrui,priuatusq; & togatus, cum eſſet cõſobrinus Tib. Gracchi, patriã cognationi præferens,& quicquid publice ſalutare non eſſet,priuatim alienum exiſtimans,ob eas uirtutes primus omniũ abſens Pontifex Maximus factus eſt,cũ data læuo brachio togæ lacinia,ex ſuperiori parte capitolij ſummis gradib. inſiſtẽs hortatus eſt, qui ſaluam uellent

uellent remp. ſe ſequerentur. Tum optimates ſenatus, atq; equeſtris ordinis pars me-
lior & maior, & intacta pernicioſis conſilijs plebs, inruere in Gracchū ſtantem in area
cum cateruis ſuis, & concientem penè totius Italiæ frequentiā. Is fugiens decurrensq;
cliuo Capitolino, fragmine ſubſellij ictus, uitam, quam glorioſiſſime degere potuerat,
immatura morte finiuit. Hoc initiū in urbe Roma ciuilis ſanguinis, gladiorumq; impu-
nitatis fuit. Inde ius ui obrutū, potentiorq; habitus prior: diſcordiæq; ciuiū antea con-
ditionibus ſanari ſolitæ, ferro dijudicatæ: bellaq; non cauſis inita, ſed prout eorū mer-
ces fuit. Quod haud mirum eſt. Non enim ibi cōſiſtunt exempla unde cœperunt, ſed
quamlibet in tenuem recepta tramitem, latiſſime euagandi ſibi uiam faciunt: & ubi ſe-
mel recto deerratum eſt, in præceps peruenitur. nec quiſquā ſibi putat turpe, quod alij
fuit fructuoſum. Interim dum hæc in Italia gerūtur, Ariſtonicus, mortuo rege Attalo, *Ariſtonicus*
à quo Aſia P.R. hæreditati relicta erat, ſicut relicta poſtea eſt à Nicomede Bithynia,
mentitus regiæ ſtirpis originem: armis eam occupat. Is uictus à M. Perpēna, ductusq;
in triūpho: ſed M. Aquilio, capite pœnas dedit, cum initio belli Craſſum Mutianum,
uirum iuris ſcientiſſimum, decedentem ex Aſia Procōſulem interemiſſet. Et P. Scipio *P. Scipio*
Africanus Aemylianus, qui Carthaginem deleuerat, poſt tot acceptas circa Numan- *Africanus*
tiam clades, creatus iterum COS. miſſusq; in Hiſpaniam, fortunæ uirtutiq; expertæ in
Africa, reſpondit in Hiſpania: & intra annum ac treis menſes quàm eò uenerat circun-
datam operibus Numantiam, exciſamq; æquauit ſolo. nec quiſquam ullius gentis ho-
minum ante eum clariori urbium excidio nomen ſuum perpetuæ commendauit me-
moriæ. quippe exciſa Carthagine ac Numantia ab alterius nos metu, alterius uindica-
uit contumelijs. Hic, eum interrogāte Tribuno Carbone, quid de Tib. Gracchi cæde
ſentiret, reſpondit: Si is occupandæ Reip. animum habuiſſet, iure cæſum. Et cum om-
nis concio acclamaſſet: Hoſtium (inquit) armatorū totiens clamore non territus, qui
poſſum ueſtro moueri, quorū nouerca eſt Italia? Reuerſus in urbem, intra breue tem-
pus M. Aquilio, C. Sempronio COSS. abhinc annos CL. poſt duos conſulatus, duosq;
triūphos, & bis exciſos terrores Reipub. mane in lectulo repertus eſt mortuus, ita ut
quædam eliſarum faucīū in ceruice reperirentur notæ. De tanti uiri morte nulla habi-
ta eſt quæſtio: eiusq; corpus uelato capite elatū eſt: cuius opera ſuper totum terrarum
orbem Roma extulerat caput: ſeu fatalem ut plures, ſeu conflatā inſidijs, ut aliqui pro-
didere memoriæ, mortem obijt. uitam certè digniſſimam egit, quæ nullius ad id tem-
poris pręterquàm auito fulgore uinceretur. Deceſſit anno fermè LVI. de quo ſi quis am-
biget, recurret ad priorem conſulatum eius, in quem creatus eſt anno XXXVI. ita du-
bitare deſinet. Ante tempus exciſæ Numantiæ, præclara in Hiſpania militia A. Bruti
fuit, qui penetratis omnibus Hiſpaniæ gentibus, ingenti ui hominū urbiumq; potitus
numero, aditis quæ uix audita erant Galleci cognomē meruit. Et ante eum paucis an-
nis tam ſeuerū illius Q. Macedonici in his gētibus imperium fuit, ut cum urbem Con-
trebiam nomine in Hiſpania oppugnaret, pulſas præcipiti loco quinq; cohorteis le-
gionarias eòdem protinus ſubire iuberet: facientibusq; omnibus in procinctu teſta-
menta, uelut ad certam mortem eundum foret, non deterritus propoſito, perſeueran-
tia ducis, quem moriturum miſerat, militem uictorē recepit. Tantū effecit mixtus timo-
ri pudor, ſpesq; deſperatione quæſita. Hic uirtute & ſeueritate facti: at Fabius Aemy-
lianus, Pauli exemplo diſciplinæ in Hiſpania fuit clariſſimus. Decem deinde interpoſi-
tis annis, qui Tib. Gracchum, idem C. fratrē eius occupauit furor, tam uirtutibus eius
omnibus, q; huic errori ſimilem, ingenio etiam eloquentiaq; longe præſtantiorē. Qui
cum ſumma quiete animi ciuitatis princeps eſſe poſſet, uel uindicādæ fraternæ mortis
gratia, uel præmuniendæ regalis potentię, eiuſdem exēpli Tribunatū ingreſſus, longe
maiora & acriora repetens, dabat ciuitatē omnibus Italicis, extendebat eam penè uſq;
Alpeis: diuidebat agros: uetabat quenq; ciuem plus quingētis iugeribus habere, quod
aliquando lege Licinia cautum erat: noua conſtituebat portoria, nouis colonijs reple-
bat prouincias: iudicia à ſenatu transferebat ad equites: frumentum plebi dari inſtitue-
rat: nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietū deniq; in eodem ſtatu relinquebat:
quin alterum etiam continuauit Tribunatum. Hunc L. Opimius COS. qui Pr. Fregel- *L. Opimius*
las exciderat, perſequutus armis, unaq; Fuluiū Flaccū conſularē ac triumphalē uirum

æque

æque praua cupientem, quem C. Gracchus in locum Tiberij fratris IIIuirum nominauerat, eumq́; ſocium regalis adſumpſerat potentiæ, morte adficit. Id unum nefarie ab Opimio proditũ, quòd capitis non dicam Gracchi, ſed ciuis Ro. precium ſe daturum, idq́; auro repenſurum propoſuit. Flaccus in Auẽtino armatos ad pugnam ciens, cum filio maiore iugulatus eſt: Gracchus profugiens, cum iam comprehenderetur ab ijs, quos Opimius miſerat, ceruicem Euporo ſeruo præbuit, qui non ſegnius ſe ipſe interemit, q̃ domino ſuccurrerat. Quo die ſingularis Pomponij equitis Ro. in Gracchum fides fuit, qui more Coclitis ſuſtẽtatis in ponte hoſtibus, eius gladio ſe trãsfixit. Vt Tib. Gracchi antea corpus, ita Caij mira crudelitate uictorum, in Tyberim deiectum eſt. Hunc Tib. Gracchi liberi, P. Scipionis Africani nepotes, uiua adhuc matre Cornelia Africani filia, uiri optimis ingenijs male uſi, uitæ mortiſq́; habuere exitũ, qui ſi ciuilem dignitatis concupiſſent modum, quicquid tumultuando adipiſci geſtierũt, quietis obtuliſſet Reſpub. Huic atrocitati adiectum ſcelus unicum. quippe iuuenis ſpecie excellens, necdum duodeuiceſimum tranſgreſſus annum, immuniſq́; delictorum paternorum, *Flacci filij cædes* Fuluij Flacci filius, quem pater legatum de cõditionibus miſerat, ab Opimio interemptus eſt. quem cum haruſpex Tuſcus amicus flentẽ in uincula duci uidiſſet, quin tu hoc potius (inquit) facis? protinusq́; inliſo capite in pontem lapideum ianuæ carceris, effuſoq́; cerebro, expirauit. Crudelesq́; mox quæſtiones in amicos clientesq́; Gracchorum habitæ ſunt. Sed Opimium uirũ alioqui ſanctum & graue, damnatum poſtea iudicio publico, memoria ipſius ſęuitię, nulla ciuilis perſecuta eſt miſericordia. Eadem Rutiliũ Popiliumq́;, qui COSS. aſperrime in Tiberij Gracchi amicos ſæuierant, poſtea iudiciorum publicorum merito oppreſſit inuidia. Rei tantæ parum ad noticiam pertinens *Vinum Opimianum* interponetur. Hic eſt Opimius, à quo COS. celeberrimum Opimiani uini nomẽ, quod iam nullum eſſe ſpacio annorũ colligi poteſt, cum ab eo ſint ad te M. Vinici COS. anni CLI. Factum Opimij quod inimicitiarum quæſita erat ultio, minor ſequuta autoritas: & uiſa ultio priuato odio magis, quàm publicæ uindictæ data. Subinde Portio *Narbo Mart.* Martioq́; COSS. deducta colonia, Narbo Martius. Mandetur deinde memoriæ, ſeueritas iudiciorum: quippe M. Cato cõſularis, M. Catonis nepos, Africani ſororis filius, *Cato repetundarũ dãnatus* repetundarũ ex Macedonia damnatus eſt: cum lis eius IIII M. æſtimaretur. adeo illi uiri magis uoluntatem peccandi intuebantur, quàm modum factaq́; ad conſilium dirigebant: & quid non inquantum admiſſum foret, æſtimabant. *Metellorum triumphus* Circa eadem tempora Metelli fratres uno die triumphauerunt. Non minus clarum exemplum & adhuc unicum Fuluij Flacci, eius qui Capuam ceperat, filiorum, ſed alterius in adoptionem dati, in collegio COSS. fuit. adoptiuus in Acidiani Manlij familiã datus. nam cenſura Metellorum, patruelium, non germanorum fratrum fuit, quod ſolis contigerat Scipionibus. *Cimbri & Teutoni.* Tum Cimbri & Teutoni tranſcẽdere Rhenum, multis mox noſtris ſuiſq́; cladibus nobiles. Per eadem tẽpora clarus eius Minucij, qui porticus, quæ hodieq́; celebres ſunt, *Minucij triumphus de Scordiſcis* molitus eſt, è Scordiſcis triumphus fuit. Eodem tractu temporum nituerunt oratores, Scipio Aemylianus, Læliusq́;, Ser. Galba, duo Gracchi, C. Fannius, Carbo Papirius. Nec prætereundus Metellus Numidicus, & Scaurus, & ante omnes L. Craſſus, *Oratores* & M. Antonius. Quorũ ætati ingenijsq́; ſucceſſere C. Cæſar Strabo. P. Sulpitius. nãq́; Mutius iuris ſcientia, quàm propriæ eloquentiæ nomine celebrior fuit. Clara etiã per *Poetæ* idem æui ſpacium fuere ingenia, in Togatis Afranij, in Tragœdijs Pacuuij, atq́; Accij uſq́; in Græcorum ingeniorum comparatiónem euecti, magnumq́; inter hos ipſos facientis operi ſuo locum, adeo quidem, ut in illis limæ, in hoc penè plus uideatur fuiſſe ſanguinis. Celebre & Lucilij nomen fuit, qui ſub Publio Africano Numantino bello eques militauerat: quo quidem tempore iuuenis adhuc Iugurtha, ac Marius, ſub eodem Africano militantes, in ijſdem caſtris didicere, quæ poſtea in contrarijs facerent. *Hiſtorici* Hiſtoriarum autor iam tum Siſenna erat iuuenis, ſed opus belli ciuilis Sullani poſt aliquot annos ab eo ſeniore æditum eſt. Vetuſtior Siſenna fuit Cælius, æqualis Siſennæ Rutilius, Claudiuſq́; Quadrigarius, & Valerius Antiâs. Sanè non ignoremus eadem *Pomponius* ætate fuiſſe Pomponium ſenſibus celebrem, uerbis rudem, & nouitate inuẽti à ſe operis commendabilem. Proſequamur notam ſeueritatem cenſorum Caſsij Longini, Cæpioniſq́;, qui abhinc annos CLVII. Lepidum Aelium augurẽ, quod ſex millibus ædes

condu

conduxiſſet, adeſſe iuſſerunt. At nunc ſi quis tanti habitet, uix ut ſenator agnoſcitur,
adeo mature à rectis in uitia, à uitijs in praua, à prauis in præcipitia peruenit. Eodem
tractu temporũ & Domitij ex Aruernis, & Fabij ex Allobrogibus uictoria fuit nobi *F. Allobro-*
lis. Fabio Pauli nepoti ex uictoria cognomen Allobrogico inditum. Notetur Domi- *gicus*
tiæ familiæ peculiaris quædã, & ut clariſſima, ita artata numero felicitas, †uti ante hũc *Id uti, nume*
nobiliſſimæ ſimplicitatis iuuenem Cn. Domitiũ, fuere ſingulis omnino parẽtibus geni- *rale nomen*
ti, ſed omnes ad conſulatũ ſacerdotiaq;, ad triumphi autem penè omnes peruenerunt *eſſe debet*
inſignia. Bellum deinde Iugurthinũ geſtum eſt per Q. Metellum, nulli ſecundũ ſeculi *Bellum Iu*
ſui. Huius legatus fuit C. Marius, quẽ prædiximus, natus equeſtri loco, hirtus atq; hor *gurthinum.*
ridus, uitaq; ſanctus, quantũ bello optimus, tantum pace peſſimus: immodicus gloriæ, *C. Marius*
inſatiabilis, impotens, ſemperq; inquietus. Hic per publicanos, aliosq; in Africa nego
tianteis, criminatus Metelli lentitudinẽ, trahẽtis iam in tertium annũ bellum, & natu-
ralem nobilitatis ſuperbiã, morandiq; in imperijs cupiditatem, effecit ut cum cõmeatu
petito Romã ueniſſet, COS. crearetur, belliq; penè patrati à Metello, qui bis Iugurtham *Metellus*
acie fuderat, ſumma cõmitteretur ſibi. Metelli tamẽ & triũphus fuit clariſſimus, & me *Numidicus*
ritum: uirtutiq; cognomẽ Numidici inditũ. Vt paulo ante Domitiæ familiæ, ita Ceci-
liæ notanda claritudo eſt, quippe intra XII. fermè annos huius tẽporis COSS. fuere Me
telli, aut Cenſores, aut triũpharunt amplius XII. ut appareat quemadmodũ urbium,
imperiorumq;, ita gentium nunc florere fortunã, nunc ſeneſcere, nunc interire. At C.
Marius L. Syllam iam tunc ut præcauentibus fatis copulatũ ſibi quæſtorẽ habuit, &
per eum miſſum ad regem Bocchũ, Iugurtha rege abhinc annos fermè CXXXVIII. po
titus eſt: deſignatusq; iterũ COS. in urbem reuerſus, ſecundi conſulatus initio Cal. Ian.
cum in triumpho duxit. Effuſa, ut prædiximus, immanis uis Germanorũ gentiũ, qui- *Cimbri, Ger*
bus nomen Cimbris ac Teutonis erat, cum Cepionẽ Manliumq; COSS. & ante Carbo *mani*
nem, Syllanũq; fudiſſent fugaſſentq; in Gallijs, & exuiſſent exercitu, Scaurumq; Au- *Teutono-*
relium COS. & alios celeberrimi nominis uiros trucidaſſent, P.R. nõ alium repellendis *rum uis*
tantis hoſtibus magis idoneũ imperatorem quàm Mariũ eſt ratus. Tum multiplicati
conſulatus eius. Tertius in apparatu belli cõſumptus: quo anno Cn. Domitius Tr. pl. *Cn. Domi*
legem tulit, ut ſacerdotes quos antea collegæ ſufficiebant, populus crearet. Quarto *tij lex*
trans alpeis circa Aquas Sextias cum Teutonis conflixit, amplius CL. hoſtium priore
ac poſtero die ab eo trucidatis: gensq; exciſa Teutonum quinto citra alpeis, in campis
quibus nomen erat Raudis. Ipſe COS. & PROCOS. Q. Lutatius Catulus, fortunatiſſimo *Raudi campi*
decertauere prælio, cæſa aut capta amplius C. M hominũ. Hac uictoria uidetur meruiſ-
ſe Marius, ne eius nati Remp. pœniteret, ac bona malis repenſaſſe. Sextus conſulatus
ueluti præmiũ ei meritorũ datus. Non tamen huius conſulatus fraudetur gloria, quo
Seruilij Glauciæ, Saturniniq; Apuleij furorem cõtinuatis honoribus Remp. laceran
tium, & gladijs quoq; & cæde comitia diſcutientiũ, COS. armis compeſcuit, hominesq;
exitiabileis in Hoſtilia curia morte multauit. Deinde interiectis paucis annis, Tribu-
natum inijt M. Liuius Druſus, uir nobiliſſimus, eloquentiſſimus, ſanctiſſimus, melio- *M. Liuius*
re in omnia ingenio animoq;, quàm fortuna uſus, qui cum ſenatui priſcũ reſtituere cu- *Druſus*
peret decus, & iudicia ab equitibus ad eum transferre ordinẽ (quippe eam poteſtatem
nacti equites Gracchanis legibus cũ in multos clariſſimos atq; innocentiſſimos uiros
ſæuiſſent, tum P. Rutilium uirum non ſeculi ſui, ſed omĩs æui optimum, interrogatum *P. Rutilius*
lege repetundarum maximo cum gemitu ciuitatis damnauerant) in ijs ipſis, quæ pro
ſenatu moliebatur, ſenatũ habuit aduerſarium, non intelligentem ſi qua de plebis com
modis ab eo agerentur, ueluti ineſcandæ, illiciendæq; multitudinis cauſa fieri, ut mino
ribus perceptis, maiora permitteret. Deniq; ea fortuna Druſi fuit, ut malefacta colle-
garum, quàm eius optime ab ipſo cogitata ſenatus probaret magis, & honorem qui
ab eo deferebatur, ſperneret: iniurias, quæ ab alijs intendebantur, æquo animo recipe-
ret: & huius ſummæ gloriæ inuideret, illorum modicam ferret. Tum conuerſus Druſi
animus, quando bene cœpta male cedebant, ad dandam ciuitatem Italiæ. quod cum
moliens reuertiſſet è foro, immenſa illa & incognita (quæ eum ſemper comitabatur)
cinctus multitudine in atrio domus ſuæ cultello percuſſus, qui adfixus lateri eius reli-
ctus eſt, intra paucas horas deceſſit. Sed cum ultimum redderet ſpiritum, intuens cir-

cunſtantium merentiumq; frequentiã, effudit uocem conuenientiſſimam conſcientiæ
ſuæ. Ecquando (inquit) propinqui amiciq;, ſimilem mei ciuem habebit Reſp. Hunc fi-
nem clariſſimus iuuenis uitæ habuit: cuius morũ minime omittatur argumẽtum. Cum
ædificaret domum in palatio in eo loco, ubi eſt, quæ quondam Ciceronis, mox Cenſo-
rini fuit, nunc Statilij Siſennæ eſt, promitteretq; ei architectus, ita ſe eam ædificaturũ,
ut libera à cõſpectu, immunis ab omnibus arbitris eſſet, neq; quiſquã in eam deſpicere
poſſit: Tu uero, inquit, ſi quid in te artis eſt, ita compone domũ meam, ut quicquid a-
Gracchi leges gam, ab omnibus perſpici poſſit. In legibus Gracchi inter pernicioſiſſima numeraue-
rim, quòd extra Italiam colonias poſuit. Id maiores (cum uiderent tanto potentiorem
Tyro Carthaginẽ, Maſſiliam Phocæa, Syracuſas Corintho, Cyzicum ac Byzantium
Mileto genitali ſolo) diligenter uitauerant, ut C.R. ad cenſendum ex prouincijs in Ita-
Carthago liam reuocauerint. Prima autẽ extra Italiam colonia Carthago condita eſt. Mors Dru-
ſi, iam pridem tumeſcẽs bellum excitauit Italicum: quippe L. Cæſare P. Rutilio coss.
abhinc annos CXX. cum id malum in uniuerſa Italia ab Aſculanis ortum eſſet (quip-
pe Seruium prætorem, Fonteiumq; legatum occiderãt) ac deinde à Marſis exceptum,
in omneis penetraſſet regiones, arma aduerſus Romanos cepit: quorum ut fortuna a-
trox, ita cauſa fuit iuſtiſſima. Petebant enim eam ciuitatem, cuius imperium armis tue-
bantur per omneis annos, atq; omnia bella: duplici numero ſe militum equitumq; fun-
gi, neq; in eius ciuitatis ius recipi, quæ per eos in idipſum perueniſſet faſtigium, per
quod homines eiuſdem & gentis, & ſanguinis, ut externos alienosq; faſtidire poſſet. Id
bellum amplius CCC.M iuuentutis Italicæ abſtulit. Clariſſimi aũt imperatores fuerunt
Romani eo bello, Cn. Pompeius, Cn. Pompeij Magni pater, C. Marius, de quo prædi-
Q. Metellus ximus, L. Sulla anno ante prętura functus, Q. Metellus Numidici filius, qui meritum
cognomento cognomen Pij conſecutus erat. quippe expulſum ciuitate L. Saturnino Tr. pl. quod ſo-
Pius lus in eius leges iurare noluerat, pietate ſua, autoritate ſenatus, conſenſu Reip. reſti-
tuit patrem. Nec triumphis honoribusq;, ꝙ aut cauſa exilij, aut exilio, aut reditu cla-
Duces celebres rior fuit Numidicus. Italicorum autem fuerunt celeberrimi duces, Silo Popedius, He-
rius Aſinius, Inſteius Cato, C. Põtidius, Teleſinus Põtius, Marius Egnatius, Papius
Mutilius. neq; ego uerecundia, domeſtici ſanguinis gloriæ quicq;, dum uerũ refero, ſub-
traham. quippe multum Minatij Magij ataui mei Aſculanẽſis tribuendum eſt memo-
Minatius Ma- riæ, qui nepos Decij Magij Campanorum principis celeberrimi & fideliſſimi uiri, tan-
gius Vellei tam hoc bello Romanis fidem præſtitit, ut cum legione, quam ipſe in Hirpinis cõſcri-
atauus pſerat, Herculaneum ſimul cum T. Didio caperet, Pompeios cum L. Sulla oppugna-
Hortenſii ret, Coſamq; occuparet: cuius de uirtutibus cum alij, tum maxime dilucideq; Q. Hor-
annales tenſius in annalibus ſuis retulit. Cuius pietati plenam P.R. gratiam retulit, ipſum uiri-
tim ciuitate donando, duos filios eius creando prætores, cum ſeni adhuc crearentur.
Tam uaria atq; atrox fortuna Italici belli fuit, ut per biennium continuum duo Roma-
ni coss. Rutilius ac deinde Cato Portius ab hoſtibus occiderẽtur: exercitus P.R. mul-
tis in locis funderentur: utq; ad ſaga iretur, diuq; in eo habitu maneretur. Caput imperij
ſui Corfiniũ legerant, quod appellarent Italicũ. Paulatim deinde recipiendo in ciuita-
tem, qui arma aut non ceperãt, aut depoſuerãt maturius, uires refectæ ſunt, Pompeio
Sullaq; & Mario fluentẽ procumbentẽq; Remp. reſtituentibus. Finito ex maxima par-
te, niſi quę Nolani belli manebãt reliquię, Italico bello (quo quidẽ Romani uictis adfli-
ctisq; ipſi exarmati ꝙ integris uniuerſis ciuitatẽ dare maluerũt) conſulatũ inierũt Q.
L. Cornelius Pompeius, & L. Cornelius Sulla, uir qui neq; ad finem uictoriæ ſatis laudari, neq; poſt
Sylla uictoriã abunde uituperari poteſt. Hic natus familia nobili, ſextus à Cornelio Rufino,
Cornelius qui bello Pyrrhi inter celeberrimos fuerat duces, cum familiæ eius claritudo intermiſ-
Rufinus ſa eſſet, diu ita ſe geſſit, ut nullam petendi conſulatũ cogitationẽ habere uideretur. dein-
de poſt præturam illuſtratus bello Italico, & antè in Gallia legatione ſub Mario; qua
eminẽtiſſimos duces hoſtium fuderat, ex ſucceſſu animũ ſumpſit: petensq; conſulatũ,
penè omniũ ciuiũ ſuffragijs factus eſt: ſed eum honorẽ undequinquageſimo ætatis ſuæ
Mithridates anno adſecutus eſt. Per ea tẽpora Mithridates Ponticus rex, uir neq; ſilendus, neq; di-
cendus ſine cura, bello acerrimus, uirtute eximius, aliquando fortuna, ſemper animo
maximus, cõſilijs dux, miles manu, odio in Romanos Hannibal, occupata Aſia, neca-
tisq;

tiſq; in ea omnibus ciuibus Ro. quos quidẽ eadẽ die atq; hora redditis ciuitatibus literis, ingenti cum pollicitatione præmiorũ interimi iuſſerat (quo tẽpore neq; fortitudine aduerſus Mithridatẽ, neq; fide in Romanos quiſq; Rhodijs par fuit. Horũ fidem Mytilenæorum perfidia illuminauit, qui M. Aquiliũ, alioſq; Mithridati uinctos tradiderunt, quibus libertas in unius Theophanis gratiã poſtea à Pompeio reſtituta eſt) cum terribilis Italiæ quoq; uidereť imminere, ſorte obuenit Sullæ Aſia prouincia. Is egreſſus urbe cũ circa Nolam morareť (quippe ea urbs pertinaciſſime arma retinebat, exercituq; Ro. obſidebatur, uelut pœniteret eius fidei, quã omniũ ſanctiſſimã bello præſtiterat Punico) P. Sulpitius Tr. pl. diſertus, acer, opib. gratia, amicitijs, uigore ingenij atq; animi celeberrimus, cũ antea rectiſſima uolũtate apud populũ maximã quæſiſſet dignitatẽ, quaſi pigeret eum uirtutũ ſuarũ, & bene conſulta ei male cederẽt, ſubito prauus & præceps, C. Mario poſt LXX. annũ omnia imperia, & omeis prouincias cõcupiſcenti, addixit, legẽq; ad populũ tulit, qua Syllæ imperiũ abrogareť, C. Mario bellum decerneretur Mithridaticũ, aliaſq; leges pernicioſas & exitiabiles, neq; tolerãdas liberæ ciuitati, tulit: quin etiã Q. Pompeij COS. filiũ, eundemq; Syllę generũ per emiſſarios factionis ſuæ interfecit. Tum Sylla contracto exercitu ad urbẽ redijt, eamq; armis occupauit: XII autores nouarum peſſimarumq; rerum, inter quos Mariũ cum filio & P. Sulpitio urbe exturbauit, ac lege lata exules fecit: Sulpitiũ etiam adſecuti equites, in Laurentinis paludibus iugulauere, caputq; eius erectum & oſtentatum pro roſtris, uelut omẽ imminentis proſcriptionis fuit. Marius poſt ſextũ conſulatũ annoq; LXX. nudus ac limo obrutus, oculis tantũmodo ac naribus eminentibus extractus arũdineto, circa paludem Maricæ in quam ſe fugiens conſectantes Syllæ equites abdiderat, iniecto in collum loro, in carcerem Minturnenſium, iuſſu IIuiri perductus eſt. ad quem interficiendũ miſſus cũ gladio ſeruus publicus natione Germanus, qui forte ab imperatore eo bello Cimbrico captus erat: ut agnouit Mariũ magno cũ eiulatu ſe prodentẽ, indignatione caſus tanti uiri abiecto gladio profugit è carcere. Tum ciues ab hoſte miſereri paulo ante principis uiri docti, inſtructũ eum uiatico, conlataq; ueſte, in nauem impoſuerũt. at ille adſecutus circa Aenariã filium, curſum in Africã direxit, inopemq; uitam in tugurio ruinarũ Carthaginienſium tolerauit: cum Marius aſpiciẽs Carthaginem, illa intuẽs Mariũ, alter alteri poſſent eſſe ſolatio. Hoc primũ anno ſanguine COS. Romani militis imbutæ manus ſunt: quippe Pompeius collega Syllæ ab exercitu Cn. Pompeij procõſulis ſeditione, ſed quã dux excitauerat, interfectus eſt. Non erat Mario Sulpitioq; Cinna tẽperatior. Itaq; cũ ita ciuitas Italiæ data eſſet, ut in octo Tribus cõtribuerentur noui ciues, ne potentia eorũ & multitudo ueterũ ciuium dignitatẽ frangeret, pluſq; poſſent recepti in beneficium, q̃ autores beneficij, Cinna in omnibus tribubus eos ſe diſtributurũ pollicitus eſt. quo nomine ingentẽ totius Italiæ frequentiam in urbem acciuerat: ẽ qua pulſus collegę optimatiumq; uiribus, cum in Campaniã tenderet, ex autoritate ſenatus conſulatus ei abrogatus eſt, ſuffectuſq; in eius locũ L. Cornelius Merula Flamen Dialis. Hęc iniuria homine q̃ exemplo dignior fuit. Tum Cinna corruptis primo cẽturionibus ac Tribunis, mox etiam ſpe largitionis militibus, ab eo exercitu, qui circa Nolam erat, receptus eſt. Is cum uniuerſus in uerba eius iuraſſet, retinens inſignia conſulatus, patriæ bellum intulit, fretus ingenti numero nouorum ciuium, è quorũ delectu CCC. amplius cohortes conſcripſerat, ac triginta legionũ inſtar impleuerat. Opus erat partibus autoritate, gratia cuius augendæ C. Marium cum filio de exilio reuocauit, quiq; cum ijs pulſi fuerãt. Dum bellum autem infert patriæ Cinna, Cn. Pompeius Magni pater (cuius præclara opera bello Marſico pręcipue circa Picenum agrum, ut præſcripſimus uſa erat Reſp. quiq; Aſculum ceperat: circa quam urbem cum in multis alijs regionibus exercitus diſperſi forent, quinq; & LXX. ciuiũ Romanorum, amplius LX. Italicorum una die conflixerãt) fruſtratus ſpe continuandi cõſulatus, ita ſe dubiũ mediumq; partibus præſtitit, ut omnia ex proprio uſu ageret, temporibuſq; inſidiari uideretur, & huc atq; illuc, unde ſpes maior adfuiſſet potentiæ, ſe exercitumq; deflecteret, ſed ad ultimum magno atrociq; prælio cum Cinna conflixit. Cuius cõmiſſi patratiq; ſub ipſis mœnibus, ſocijſq; urbis Romanæ pugnantibus ſpectantibuſq;, q̃ fuerit euẽtus exitiabilis, uix uerbis exprimi poteſt. Poſt hoc cum utrũq;

Rhodiorum fides

Mytilenæorũ perfidia

P. Sulpitius

Leges exitiabiles

Marij & P. Sulpitij exiliũ

Fidelitas Germani

exercitum uelut parum bello exhauſtum laceraret peſtilentia, Cn. Pompeius deceſſit,
cuius interitus uoluptas, amiſſorum aut gladio aut morbo ciuiũ penè damno repenſa-
ta eſt: populusꝗ Ro. quam uiuo iracundiam debuerat, in corpus mortui contulit. Seu
duæ, ſeu tres Pompeiorũ fuere familiæ, primus eius nominis ante annos ferè CLXVIII
Q. Pompeius cum Cn. Seruilio COS. fuit. Cinna & Marius haud incruentis utrinꝗ
certaminibus æditis urbem occupauerunt, ſed prior ingreſſus Cinna de recipiendo
Mario legem tulit. mox C. Marius peſtifero ciuibus ſuis reditu intrauit mœnia. nihil
illa uictoria fuiſſet crudelius, niſi mox Sullana eſſet ſecuta. neꝗ licentia in mediocreis
ſæuitum, ſed excelſiſſimi quiꝗ eminentiſſimæ ciuitatis uiri uarijs ſuppliciorum gene-
Merula ribus adfecti. In ijs COS. Octauius, uir leniſſimi animi, iuſſu Cinnæ interfectus eſt. Me
rula autẽ, qui ſe ſub aduentũ Cinnę cõſulatu abdicauerat, inciſis uenis, ſuperfuſoꝗ al-
taribus ſanguine, quos ſæpe pro ſalute Reipub. flamen dialis precatus erat deos, eos in
execrationem Cinnæ, partiumꝗ eius tum precatus, optime de Repub. meritum ſpiri-
tum reddidit. M. Antonius princeps ciuitatis atꝗ eloquentiæ, gladijs militum, quos
Q. Catuli ipſos facundia ſua moratus erat, iuſſu Marij Cinnæꝗ confoſſus eſt. Q. Catulus, & a-
obitus liarum uirtutum & belli Cimbrici gloria, quæ illi cum Mario communis fuerat, cele-
berrimus: quum ad mortem conquireretur, concluſit ſe loco nuper calce harenaꝗ per-
polito, inlatoꝗ igni, qui uim odoris excitaret, ſimul exitiali hauſto ſpiritu, ſimul inclu-
ſo ſuo, mortem magis uoto, quàm arbitrio inimicorum obijt. Omnia erant præcipitia
in Repub. nec tamen adhuc quiſquam inueniebatur, qui bona ciuis Romani, aut do-
nare auderet, aut petere ſuſtineret. Poſtea id quoꝗ acceſſit, ut ſæuitiæ cauſam auaritia
præberet, & modus culpæ ex pecuniæ modo conſtitueretur: & qui fuiſſet locuples, fie-
ret nocens, ſui quiſꝗ periculi merces foret, nec quicquam uideretur turpe, quod eſſet
quæſtuoſum. Secundum deinde conſulatum Cinna, & ſeptimum Marius in priorum
dedecus inijt, cuius initio morbo oppreſſus deceſſit, uir in bello hoſtibus, in ocio ciui-
Val. Flacci bus infeſtiſſimus, quietisꝗ impatientiſſimus. In huius locum ſuffectus Valerius Flac-
lex cus, turpiſſimæ legis autor, qua creditoribus quadrantem ſolui iuſſerat: cuius facti me-
rita eum pœna intra biennium conſecuta eſt. Dominante in Italia Cinna, maior pars
nobilitatis ad Syllam in Achaiam, ac deinde poſt in Aſiam perfugit. Sylla interim
cum Mithridatis præfectis circa Athenas, Bœotiamꝗ, & Macedoniam ita dimicauit,
ut & Athenas reciperet, & plurimo circa multipliceis Pirei portus munitiones labore
expleto, amplius CC. M hoſtium interficeret, nec minus multa caperet. Si quis hoc re-
bellandi tempus, quo Athenæ oppugnatæ à Sylla ſunt, imputat Athenienſibus, nimi
rum ueri uetuſtatisꝗ ignarus eſt. Adeo enim certa Athenienſium in Romanos fides
Attica fides fuit, ut ſemper & in omni re, quicquid ſyncera fide gereretur, id Romani Attica fieri
prædicarent. Cæterum tum oppreſſi Mithridatis armis homines miſerrimæ conditio-
nis, cum ab inimicis tenerentur, oppugnabãtur ab amicis, & animos extra mœnia, cor
pora neceſſitati ſeruientes intra muros habebant. Tranſgreſſus deinde in Aſiam Syl-
la parentem ante omnia ſupplicemꝗ Mithridatem inuenit, quem mulctatum pecunia
ac parte nauium, Aſia, omnibusꝗ alijs prouincijs, quas armis occupauerat, decedere
coegit: captiuos recepit. in perfugas noxiosꝗ animaduertit. paternis, id eſt Ponticis fi
C. Flauius nibus contentũ eſſe iuſſit. C. Flauius Fimbria, qui præfectus equitum ante aduentum
Fimbria Syllæ, Valerium Flaccum cõſularem uirum interfecerat, exercituꝗ occupato impera-
tor appellatus Mithridaten pepulerat prælio, ſub aduentu Syllæ ſe ipſe interemit, adu
P. Lænas leſcens, quæ peſſime auſus erat, fortiter executus. Eodem anno P. Lænas Tr. pl. Sex.
Luciliũ, qui priore anno Tr. pl. fuerat, ſaxo Tarpeio deiecit: & cum collegæ eius qui-
bus diem dixerat, metu ad Syllam profugiſſent, aqua igniꝗ ijs interdixit. Tum Sylla
compoſitis tranſmarinis rebus, cum ad eum primum omnium Romanorũ legati Par-
thorum ueniſſent, & in ijs quidam magi ex notis corporis reſpõdiſſent cœleſtem eius
uitam & memoriam futuram, reuectus in Italiam haud plura ꝗ̃ XXX. armatorum
milia aduerſum CC amplius hoſtium expoſuit Brundiſii. Vix quicꝗ in Syllę operibus
clarius duxerim, quàm quòd cum per triennium Cinnanæ Marianæꝗ partes Italiam
obſiderent, neꝗ illaturum ſe bellum ijs diſſimulauit, nec quod erat in manibus omiſit,
exiſtimauitꝗ ante frangendum hoſtem, quàm ulciſcendum ciuem: repulſoꝗ externo

metu

metu, ubi quod alienum eſſet, uiciſſet, ſuperauit quod erat domeſticum. Ante aduentum L. Syllæ Cinna ſeditione orta, ab exercitu interemptus eſt, uir dignior qui arbitrio uictorum moreretur quàm iracundia militum. de quo uere dici poteſt, auſum eum quæ nemo auderet bonus, perfeciſſe quæ à nullo niſi fortiſſimo perfici poſſent: & fuiſſe eum in conſultando temerarium, in exequendo uirum. Carbo nullo ſuffecto collega, ſolus toto anno COS. fuit. Putares Syllã ueniſſe in Italiam, non belli uindicẽ, ſed pacis autorem, tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamq́ cum ſingulari cura frugum, agrorum, hominũ, urbium, perduxit in Campaniam, tentauitq́ iuſtis legibus & æquis conditionibus bellum componere: ſed ijs quibus & peſſima, & immodica cupiditas erat, non poterat pax placere. Creſcebat interim indies Syllæ exercitus, confluentibus ad eum optimo quoq́ & ſaniſſimo. Felici deinde circa Capuam euentu Scipionem Norbanumq́ COSS. ſuperat. quorũ Norbanus acie uictus, Scipio ab exercitu ſuo deſertus ac proditus, inuiolatus à Sylla dimiſſus eſt. Adeo eñ Sylla diſſimilis fuit bellator ac uictor, ut dum uincit, iuſtiſſimo lenior, poſt uictoriam audito fuerit crudelior. nam & COS. ut prædiximus exarmatũ Q. Sertoriũ, proh quanti mox belli facem, & multos alios, potitus eorũ, dimiſit incolumeis: credo ut in eodẽ homine duplicis ac diuerſiſſimi animi cõſpiceretur exemplũ. Poſt uictoriã, qua deſcendẽs montẽ Tifata cum C. Norbano concurrerat Sylla, gratus Dianæ, cuius numini regio illa ſacrata eſt, ſoluit aquas, ſalubritate medẽdisq́ corporibus nobiles, agrosq́ omneis addixit deæ. huius gratæ religionis memoria, & inſcriptio tẽpli adfixa poſti hodieq́, & tabula teſtatur ærea intra ædem. Deinde COSS. Carbo. III. & C. Marius ſepties COS. filius annos natus XXVI. uir animi magis q̃ æui paterni: qui multa fortiterq́ molitus, neq́ uſquam inferior nomine Conſulis apud Sacriportũ pulſus à Sylla acie, Præneſte quod ante natura munitum præſidijs firmauerat, ſe exercitumq́ cõtulit. & ne quid unquam malis publicis deeſſet, in qua ciuitate ſemper uirtutibus certatum erat, certabatur ſceleribus: optimusq́ ſibi uidebatur, qui fuerat peſſimus. quippe dum ad Sacriportum dimicatur, Damaſippus prætor Q. Mutium Scæuolam etiã Pontificem Maximũ, & diuini humaniq́ iuris autorem celeberrimum, & C. Carbonem prætorium COS. fratrem, & Antiſtium Aedilitium, uelut fauenteis Syllæ partibus, in curia Hoſtilia trucidauit. Non perdat nobiliſſimi facti gloriam Calpurnia Beſtię filia, uxor Antiſtij, quę iugulato (ut prædiximus) uiro, gladio ſeipſam transfixit. quantũ huius gloriæ famæq́ acceſſit? nũc uirtute eminet, patria latet. At Pontius Teleſinus dux Samnitiũ, uir domi bellíq́ fortiſſimus, penitusq́ Romano nomini infeſtiſſimus, contractis circiter XL. M fortiſſimæ pertinaciſſimæq́ in retinendis armis iuuentutis, Carbone ac Mario COSS. abhinc annos XL. Calend. Nouembribus, ita ad portam Collinam cum Sylla dimicauit, ut ad ſummum diſcrimen, & eum, & Remp. perduceret: quæ nõ maius periculum adijt, Hannibalis intra tertium miliarium caſtra conſpicata, quàm eo die, quo circumuolans ordines exercitus ſui Teleſinus, dictitansq́ adeſſe Romanis ultimum diem, uociferabatur eruendam delendamq́ urbem: adijciens nunq̃ defuturos raptores Italicæ libertatis lupos, niſi ſylua, in quam refugere ſolent, eſſet exciſa. Poſt primam demũ horam noctis & Romana acies reſpirauit, & hoſtiũ ceſſit. Teleſinus poſtera die ſemianimis repertus eſt, uictoris magis q̃ morientis uultum præferẽs, cuius abſciſſum caput ferri geſtariq́ circa Præneſte Sylla iuſſit. Tum demũ deſperatis rebus ſuis, C. Marius adoleſcens per cuniculos, qui miro opere fabricati, in diuerſas agrorũ parteis ferunt, conatus erũpere, cũ foramine ẽ terra emerſiſſet, à diſpoſitis in idipſum interẽptus eſt. Sunt q ſua manu, ſunt qui cõcurrentem mutuis ictibus, cum minore fratre Teleſino unà obſeſſo & erumpente, occubuiſſe prodiderint. utcunq́ cecidit, hodieq́ tanta patris imagine non obſcuratur eius memoria. de quo iuuene quid exiſtimauerit Sylla, in promptu eſt. occiſo enim demum eo, Felicis nomẽ adſumpſit, quod quidem uſurpaſſet iuſtiſſime, ſi eundem & uincendi, & uiuendi finem habuiſſet. Oppugnationi autem Præneſtis ac Marij præfuerat Ofella Lucretius: qui cum antè Marianarum fuiſſet partium Prætor, ad Syllam transfugerat. Felicitatem diei quo Samnitiũ Teleſiniq́ pulſus eſt exercitus, Sylla perpetua ludorum Circenſium honorauit memoria, quibus ſine nomine Syllanæ uictoriæ celebrantur. Paulo ante quàm Sylla ad Sacriportũ dimi-

Cinnæ cædes

Calpurnia

Pontius Teleſinus

C. Marij interi

caret, magnificis prælijs partium eius uiri hoſtium exercitum fuderant, duo Seruilij apud Cluſium, Metellus Pius apud Fauentiam, M. Lucullus circa Fidentiā. Videbantur finita belli ciuilis mala, cum Sullæ crudelitate aucta ſunt. quippe Dictator creatus (cuius honoris uſurpatio per annos CXX. intermiſſa: nam proximus poſt annū quàm Hannibal Italia exceſſerat: ut appareat populum Ro. uſum Dictatoris non tam deſideraſſe, quàm timuiſſe poteſtatem imperij, quo priores ad uindicandam maximis periculis rempublicam uſi fuerant) immodicæ crudelitatis licentia uſus eſt. Primus ille, & utinā ultimus, exemplū proſcriptionis inuenit, ut in qua ciuitate petulantis conuicij iudiciū hiſtrioni exoleto redditur, in ea iugulati ciuis Reip. conſtitueretur autoramentū, plurimumq; haberet, qui plurimos interemiſſet: neq; occiſi hoſtis q̃ ciuis uberius foret præmium, fieretq; quiſq; merces mortis ſuæ. Nec tamen in eos, qui contrà arma tulerant, ſed in multos inſonteis ſæuitū: adiectum etiam, ut bona proſcriptorum uenirent: excluſiq; paternis opibus liberi, etiam petendorū honorū iure prohiberentur: ſimulq;, quod indigniſſimum eſt, ſenatorū filij, & onera ordinis ſuſtinerent, & iura perderent. Sub aduentū in Italiā L. Syllæ Cn. Pompeius eius Pompeij filius, quem magnificentiſſimas res in cōſulatu geſſiſſe bello Marſico prędiximus, XXIII. annos natus, abhinc annos CXIII. priuatis ut opibus, ita conſilijs magna auſus, magnificeq; conata executus, ad uindicandā reſtituendamq; dignitatē patriæ firmum ex agro Piceno, qui totus

Cn. Pompeius paternis eius clientelis refertus erat, contraxit exercitū. Cuius uiri magnitudo multorum uoluminū inſtar exigit: ſed operis modus paucis eum narrari iubet. Fuit hic genitus matre Lucilia, ſtirpis ſenatoriæ, forma excellens, non ea qua flos cōmendatur ætatis, ſed dignitate cōſtanti, quæ in illā cōueniens amplitudinē, fortunam quoq; eius ad ultimam uitæ comitata eſt diem: innocentia eximius, ſanctitate præcipuus, eloquentia medius: potentiæ, quæ honoris cauſa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidiſſimus: dux bello peritiſſimus, ciuis in toga (niſi ubi uereretur ne quem haberet parem) modeſtiſſimus: amicitiarū tenax, in offenſis exorabilis, in reconcilianda gratia fideliſſimus, in accipiēda ſatisfactiōe facilimus: potētia ſua nunq̃, aut raro ad impotentiam uſus, penè omniū uotorū expers, niſi numeraretur inter maxima, ciuitate libera, dominaq; gentium, indignari, cum omnes ciues iure haberet pares, quenq̃ æqualem dignitate conſpicere. Hic à toga uirili adſuetus commilitio prudentiſſimi ducis parentis ſui, bonum & capax recta diſcendi ingenium ſingulari rerum militariū prudentia excoluit, ut à Sertorio Metellus laudaretur magis, Pompeius timeretur ualidius.

M. Perpenna Tum M. Perpenna prætorius, è proſcriptis, gentis clarioris q̃ animi, Sertorium inter cœnam Etoſcæ interemit, Romanisq; certam uictoriā, partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortē, peſſimo autorauit facinore. Metellus & Pompeius ex Hiſpanis triumpharunt,

Pōpeij triūphus ſed Pompeius hoc quoq; triumpho adhuc eques Ro. ante diem q̃ conſulatum iniret, curru urbem inuectus eſt. Quem uirum quis non miretur per tot extraordinaria imperia in ſummum faſtigium uectum, iniquo tuliſſe animo, C. Cæſaris in altero cōſulatu petendo ſenatum populumq; Ro. rationem habere. adeo familiare eſt hominibus omnia ſibi ignoſcere, nihil alijs remittere: & inuidiam rerum nōn ad cauſam, ſed ad uoluntatē perſonasq; dirigere. Hoc conſulatu Pōpeius Tribunitiā poteſtatem reſtituit, cuius Sylla imaginem ſine re reliquerat. Dum Sertorianū bellum in Hiſpa-

Gladiatorum numerus nia geritur, LXIIII. fugitiui è ludo gladiatorio Capua profugientes, duce Spartacō, raptis ex ea urbe gladijs, primo Veſuuium montem petiere, mox creſcēte indies multitudine, grauibus uarijsq; caſibus adfecere Italiam: quorum numerus intantū adoleuit, ut qua ultimo dimicauere acie, XL. M hominū ſe Romano exercitui oppoſuerint. Huius patrati gloria penes M. Craſſum fuit, mox Ro. omnium principem. Conuerte-

Attēde omniū in Pompeiū fauorem rat Cn. Pompeij perſona totum in ſe terrarum orbem, & penè homine maior habebatur: qui cum COS. perquàm laudabiliter iuraſſet, ſe in nullam prouinciam ex eo magiſtratu iturum, idq; ſeruaſſet, poſt biennium A. Gabinius Tribunus legē tulit, ut cū belli more non latrociniorum, orbem claſſibus, iam non furtiuis expeditionibus Piratæ terrerent, quaſdamq; etiam Italiæ urbeis diripuiſſent: Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitteretur, eſſetq; ei imperium æquum in omnibus prouincijs cum Proconſulibus uſque ad quinquageſimum miliarium à mari. quo S.C. penè totius terrarum orbis

imperium

imperium uni uiro deferebatur: ſed tamen idem hoc ante bienniũ in M. Antonij prætura decretum erat. Sed interdum perſona ut exemplo nocet, ita inuidiam auget, aut leuat. In Antonio homines æquo animo paſsi erant. Raro enim inuidetur eorum honoribus, quorum uis nõ timetur. Contrà in ijs homines extraordinaria reformidant, qui ea ſuo arbitrio aut depoſituri, aut retenturi uidentur: & modum in uoluntate habent. Diſſuadebant optimates, ſed conſilia impetu uicta ſunt. Digna eſt memoria Q. Catuli cum autoritas tum uerecundia: qui cũ diſſuadens legem, in concione dixiſſet eſſe quidem præclarum uirum Cn. Pompeium, ſed nimium iam liberæ Reip. neq; omnia in uno reponenda, Adieciſſetq;, ſi quid huic acciderit, quem in eius locum ſubſtituitis? ſubclamauit uniuerſa concio: te Q. Catule. Tum ille uictus conſenſu omniũ, & tam honorifico ciuitatis teſtimonio, è concione diſceſsit. Hic hominis uerecundiã, populi iuſtitiam, mirari libet. Huius, quòd nõ ultra contendit: plebis, quòd diſſuadentem & aduerſarium uoluntatis ſuæ, uero teſtimonio fraudare noluit. Per idem tempus Cotta iudicandi munus quod C. Gracchus ereptum ſenatui, ad equites, Sylla ab illis ad ſenatum tranſtulerant, æqualiter inter utrunq; ordinem partitus eſt, ut Roſcius lege ſua equitibus in theatro loca reſtituit. At Cn. Pompeius multis & præclaris uiris in id bellum adſumptis, deſcriptoq; in omneis receſſus maris præſidio nauium, breui, inexuperabili manu terrarum orbem liberauit, prædonesq; per multa prælia multis locis uictos, circa Ciliciam claſſe adgreſſus fudit ac fugauit. Et quo maturius bellum tam late diffuſum conficeret, reliquias eorum contractas, in urbibus, remotoq; à mari loco in certa ſede conſtituit. Sunt qui hoc carpant, ſed quanquam in autore ſatis rationis eſt, tamen ratio quemlibet, magnum autorem faceret. data enim facultate ſine rapto uiuendi, rapinis arcuit. Cum eſſet in fine bellum Piraticum, cum & L. Lucullus (qui ante ſeptem annos ex COS. ſortitus Aſiam, Mithridati oppoſitus erat, magnasq; ac memorabiles res ibi geſſerat, Mithridaten ſæpe multis locis fuderat, egregia Cyzicum liberarat uictoria, Tigranen regum maximũ in Armenia uicerat, ultimamq; bello manum penè magis noluerat imponere, quàm non potuerat, qui alioqui per omnia laudabilis, & bello penè inuictus, pecuniæ expellebat cupidine) idem bellum adhuc adminiſtraret: Manilius Tr. pl. ſemper uenalis, & alienæ miniſter potentiæ, legem tulit ut bellum Mithridaticum per Cn. Pompeiũ adminiſtraretur. Accepta ea, magnisq; certatum inter imperatores iurgijs, cum Pompeius Lucullo infamiam pecuniæ, Lucullus Pompeio interminatam cupiditatem obijceret imperij, neuterq; ab eo quo arguebatur, mentitus argui poſſet. Nam neq; Pompeius ut primum ad rempublicã adgreſſus eſt, quenquam animo parem tulit, & in quibus rebus primus eſſe debebat, ſolus eſſe cupiebat: neq; eo uiro quiſquam aut alia omnia minus, aut gloriam magis con cupijt. In appetendis honorib. immodicus, in gerendis uerecundiſsimus, ut qui eos ut libentiſsime iniret, ita finiret æquo animo: & quod cupiſſet arbitrio ſuo ſumere, alieno deponeret. Lucullus ſummus alioqui uir, profuſæ huius in ædificijs, cõuictibusq; & apparatibus luxuriæ primus autor fuit, quem ob iniectas moles mari, & receptum ſuffoſsis montibus in terras mare, haud infacete Magnus Pompeius Xerſen togatũ uocare aſſueuerat. Per id tempus à Q. Metello Creta inſula in P. R. poteſtatem redacta eſt, quæ ducibus Panare & Laſthene XXIIII. milibus iuuenum coactis, uelocitate pernicibus, armorum, laborumq; patientiſsimis, ſagittarum uſu celeberrimis, per triennium Romanos exercitus fatigauerat. Ne ab huius quidẽ uſuræ gloria temperauit animum Cn. Pompeius, quin uictoriæ partem conaretur uindicare. Sed & Luculli & Metelli triumphum, cum ipſorum ſingularis uirtus, tum etiam inuidia Pompeij apud optimum quemq; fecit fauorabilem. Per hæc tempora M. Cicero, qui omnia incrementa ſua ſibi debuit, uir nouitatis nobiliſsimæ, & ut uita clarus, ita ingenio maximus, qui effecit ne quorum arma uiceramus, eorum ingenio uinceremur: COS. Sergij Catilinæ, Lentuliq; & Cethegi, & aliorum utriuſq; ordinis uirorum coniurationẽ ſingulari uirtute, cõſtantia, uigilia, curaq; aperuit. Catilina metu conſularis imperij urbe pulſus eſt. Lentulus Cõſularis & Prętor iterũ, Cethegusq;, & alij clari nominis uiri, autore ſenatu, iuſſu COS. in carcere necati ſunt. Ille ſenatus dies quo hæc acta ſunt, uirtutem M. Catonis iam multis in rebus conſpicuam atque prænitentem

Q. Catuli ſententia — Cotta — Piratarũ fuga — L. Lucullus — Luculli laus — Manilij lex — Pōpeij laudes — Creta inſula — M.T. Cicero — M. Catonis uirtus

In altiſsimo luminauit. Hic genitus proauo M. Catone principe illo familiæ Portiæ, homo uirtuti ſimillimus, & per omnia ingenio dijs quàm hominib. propior, qui nunquam recte fecit, ut facere uideretur, ſed quia aliter facere non poterat: cuiq; id ſolum uiſum eſt rationem habere, quod haberet iuſtitiam: omnibus humanis uitijs immunis, ſemper fortunam in ſua poteſtate habuit. Hic Tr. plebis deſignatus, adhuc admodum adoleſcens, cum alij ſuaderent, ut per municipia Lentulus coniuratiq; cuſtodirentur, penè inter ultimos interrogatus ſententiam, tanta ui animi atq; ingenij inuectus eſt in coniurationem, ut ardore oris orationem omnium lenitatem ſuadentium, ſocietate conſilij ſuſpectam fecerit: ſic impendentia ex ruinis incendijsq; urbis, & commutatione ſtatus publici pericula expoſuit, ita conſulis uirtutem amplificauit, ut uniuerſus ſenatus in eius ſententiam tranſiret, animaduertendumq; in eos, quos prædiximus cenſeret, maiorq; pars ordinis eius, Catonem proſequerentur domum. At Catilina non ſegnius uota obijt, q̃ ſceleris conandi conſilia inierat: quippe fortiſsime dimicans, quem ſpiritũ ſupplicio debuerat prælio reddidit. Conſulatui Ciceronis nõ mediocre adiecit decus, natus eo anno diuus AVGVSTVS abhinc annos LXXXII. omnibus omniũ gentium uiris magnitudine ſua inducturus caliginem. Iam penè ſuperuacaneum uideri poteſt, eminentiũ ingeniorum notare tempora. Quis enim ignorat diremptos gradibus ętatis floruiſſe hoc tẽpore Ciceronẽ, Hortenſiũ, ſenemq; Craſſum, Catonem, Sulpitium, moxq; Brutũ, Calidium, Caluũ, Cæliũ, & proximum Ciceroni Cæſarem, eorumq; uelut alumnos Coruinum ac Pollionem Aſinium, æmulumq; Thucydidis Saluſtium, autoresq; carminum Varronem ac Lucretiũ, neq; ullo in ſuſpecti operis ſui carmine minorem Catulum. Penè ſtulta eſt inhærentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quæ maxime noſtri æui eminent, principes carminũ VERGILIVS, Rabiriusq;, & conſecutus Saluſtium Liuius, Tibullusq; & Naſo perfectiſsimi in forma operis ſui. nam uiuorum ut magna admiratio, ita cenſura difficilis eſt. Dum hæc in urbe Italiaq; geruntur, Cn. Pompeius memorabile aduerſus Mithridaten, qui poſt Luculli profectionem magnas noui exercitus uireis reparauerat, bellum geſsit. At rex fuſus, fugatusq;, & omnibus exutus copijs, Armeniam Tigranemq; ſocerum petit, regem eius temporis, niſi quia Luculli armis erat infractus, potentiſsimum. Simul itaq; duos perſecutus Pompeius, intrauit Armeniam. prior filius Tigranis, ſed diſcors patri, peruenit ad Pompeium, mox ipſe ſupplex & præſens, ſe, regnumq; ditioni eius permiſit, præfatus neminem alium, neq; Romanum, neq; ullius gentis uirum futurum fuiſſe, cuius ſe fidei commiſſurus foret, quàm Cn. Pompeium. Proinde omnem ſibi uel aduerſam, uel ſecundam, cuius autor ille eſſet, fortunam tolerabilem futuram. non eſſe turpe ab eo uinci, quẽ uincere eſſet nefas: neq; ei inhoneſte aliquem ſummitti, quem fortuna ſuper omneis extuliſſet. Seruatus regi honos imperij, ſed mulctato ingenti pecunia: quæ omnis, ſicuti Pompeio moris erat, redacta in Quæſtoris poteſtatem, ac publicis deſcripta literis. Syria, aliæq; quas occupauerat prouinciæ, ereptæ, & aliæ reſtitutæ P. R. aliæ tum primum in eius poteſtatem redactæ ut Syria, quæ tum primum facta eſt ſtipendiaria. Finis imperij regis terminatus Armenia. Haud abſurdum uidetur propoſiti operis regulæ, paucis percurrere, quæ cuiuſque ductu gens ac natio redacta in formulam prouinciæ, ſtipendia pacta ſit, ut quæ facilius quàm partibus ſimul uniuerſa conſpici poſsint. Primus in Siciliam traiecit exercitum COS. Claudius, & prouinciam eam poſt annos fermè LII. captis Syracuſis fecit Marcellus Claudius: primus in Africã Regulus nono fermè anno primi Punici belli: ſed poſt CCIIII. annos P. Scipio Aemylianus eruta Carthagine abhinc annos CLXXXII. Africam in formulam redegit prouinciæ. Sardinia inter primum & ſecundum bellum Punicum, ductu T. Manlij COS. certum recepit imperij iugum. Immane bellicæ ciuitatis argumentum, quòd ſemel ſub regibus, iterum hoc T. Manlio COS. III. Auguſto principe, certæ pacis argumentum Ianus geminus clauſus dedit. In Hiſpanias primi omnium duxere exercitus, Cn. & P. Scipiones initio ſecundi belli Punici, abhinc annos CCL. inde uarie poſſeſſa, & ſæpe amiſſa partibus, uniuerſa ductu Auguſti facta ſtipendiaria eſt. Macedoniam Paulus, Mummius Achaiam, Fuluius Nobilior ſubegit Aetoliam, Aſiã L. Scipio Africani frater eripuit Antiocho, ſed beneficio

Catonis autoritas — *Auguſtus naſcitur* — *Eminentium ingeniorum tempora* — *Cæſar Ciceroni proximus* — *Vergilius Rabirius Saluſtius Liuius Tibullus Ouidius* — *Tigranes* — *Syria* — *Prouinciæ quando factæ* — *Sicilia* — *Africa* — *Sardinia* — *Hiſpania* — *Macedonia* — *Achaia*

beneficio Senatus Populiq; Rom. mox ab Attalis poſſeſſam regibus M. Perpenna capto Ariſtonico fecit tributariam. Cypri deuictæ nulli adſignanda gloria eſt, quippe Senatuſconſulto miniſterio Catonis, regis morte, quam ille conſcientia acciuerat, facta prouincia eſt. Creta Metelli ductu longiſsimę libertatis fine multata. Et Syria Ponticusq; Cn. Pompeij uirtutis monumenta ſunt. Gallias primum Domitio & Fabio nepoti Pauli, qui Allobrogicus uocatus eſt, intratas cum exercitu, magna mox clade noſtra, ſæpe & adfectauimus, & amiſimus. ſed fulgentiſsimũ C. Cæſaris opus in ijs conſpicitur, quippe eius ductu auſpicijsq; infractæ, penè idem quod totus terrarum orbis ignauũ conferunt ſtipendiũ. ab eodem Pompeio fractam Numidicus Ciliciam perdomuit, niſi uiciſſet poſt bellum Antiochicum Vulſo Manlius Gallogræciam. Bithynia, ut prædiximus, teſtamento Nicomedis relicta hæreditaria. Diuus Auguſtus præter Hiſpanias, aliasq; genteis, quarum titulis forum eius prænitet, penè idem facta Aegypto ſtipendiaria, quantum pater eius Gallia in ærarium reditus contulit. At Cæſar, q; certam Hiſpanis parendi confeſsionem extorſerat, tam parem Illyrijs Dalmatisq; extorſit. Rhetiam autem & Vindelicos ac Noricos, Pannoniamq; & Scordiſcos nouas imperio noſtro ſubiunxit prouincias. Vt has armis, ita autoritate Cappadociam P.R. fecit ſtipendiariam. Sed reuertamur ad ordinem. Secura deinde Cn. Pompeij militia, gloriæ laboris'ne maioris incertum eſt. Penetratæ cum uictoria Media, Albania, Hiberia: ac deinde flexum agmen ad eas nationes, quæ dextra atq; intima Ponti incolũt, Colchos Heniochosq; & Achæos: & oppreſſus auſpicijs Pompeij, inſidijs filij Pharnacis, Mitridates ultimus omnium iuris ſui regũ, præter Parthicos. Tum uictor omnium quas adierat gentiũ Pompeius, ſuoq; & ciuium uoto maior, & per omnia fortunam hominis egreſſus, reuertit in Italiam, cuius reditum fauorabilem opinio fecerat. quippe pleriq; non ſine exercitu uenturum in urbem adfirmabant, & libertati publicæ ſtatuturũ arbitrio ſuo modũ. Quo magis hoc homines timuerant, eo gratior ciuilis tanti imperatoris reditus fuit. omni quippe Brundiſii dimiſſo exercitu, nihil præter nomen imperatoris retinens, cũ priuato comitatu, quẽ ſemper illi uacare moris fuit, in urbem redijt, magnificentiſsimumq; de tot regibus per biduũ egit triumphum, longeq; maiorem omni ante ſe. Inlata pecunia in ærarium præter quam Capitolio ex manubijs intulit. abſente Cn. Pompeio T. Ampius & T. Labienus Tr. pl. legem tulerunt, ut ludis Circenſibus corona aurea & omni cultu triumphantiũ uteretur, ſcenicis autem prætexta, coronaq; aurea. Id ille non plus quàm ſemel, & hoc ſanè nimium fuit, uſurpare ſuſtinuit. Huius uiri faſtigium tantis auctibus fortuna extulit, ut primũ ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Aſia triumpharet: & quot partes terrarum orbis ſunt, totidem faceret monumenta uictoriæ ſuæ. NVNQVAM eminentia inuidia carẽt. Itaq; & Lucullus, memor tamen acceptæ iniuriæ, & Metellus Creticus non iniuſte querẽs (quippe ornamentum triumphi eius, captiuos duces Pompeius ſubduxerat) & cum ijs pars optimatiũ refragabatur, ne aut promiſſa ciuitatibus à Pompeio, aut benemeritis præmia ad arbitrium eius perſoluerentur. Secutus deinde eſt cõſulatus C. CAESARIS, qui ſcribenti manum inijcit, & quamlibet feſtinantem in ſe morari cogit. hic nobiliſsima Iuliorum genitus familia, & quod inter omnis antiquiſsimos conſtabat, ab Anchiſe ac Venere deducens genus, forma omnium ciuium excellentiſsimus, uigore animi acerrimus, munificentia effuſiſsimus, animo ſuper humanã & naturã & fidem euectus, magnitudine cogitationũ, celeritate bellandi, patientia periculorũ, Magno illi Alexandro, ſed ſobrio, neq; iracundo ſimillimus: qui deniq; ſemper & ſomno, & cibo in uitam, non in uoluptatem uteretur, cum fuiſſet C. Mario ſanguine coniunctiſsimus, atq; idem Cinnæ gener, cuius filiam ut repudiaret, nullo metu compelli potuit, cum M. Piſo Cõſularis Anniam quæ Cinnæ uxor fuerat, in Sullæ dimiſiſſet gratiam, habuiſſetq; ferè XVIII. annos, eo tempore, quo Sylla rerũ potitus eſt, magis miniſtris Syllæ, adiutoribusq; partium, quàm ipſo, conquirentibus eum ad necem, mutata ueſte, diſsimilemq; fortunæ ſuæ indutus habitum, nocte urbe elapſus eſt. Idem poſtea admodum iuuenis, cum à Piratis captus eſſet, ita ſe per omne ſpacium, quo ab his retentus eſt apud eos geſsit, ut pariter his terrori uenerationiq; eſſet, neque unquam aut nocte aut die (cur enim quod uel maximum eſt, ſi narrari uerbis ſpecioſis non poteſt, omittatur

Cyprus — *Creta. Pontus* — *Domitius.* — *Allobrogicus* — *Gallia* — *Cilicia* — *Gallogræcia* — *Bythynia* — *Hiſpania* — *Aegyptus* — *Illyrij Dalmatæ* — *Rhetia. Vind.* — *Norici* — *Cappadocia* — *Medi. Albani* — *Hiberi* — *Colchi. Heniochi. Achæi* — *C. Cæſar* — *Cæſar Alexandro confertur* — *Cæſar à Piratis captus*

omittatur?) aut excalcearetur, aut diſcingeretur, in hoc ſcilicet, ne ſi quãdo aliquid ex ſolito uariaret, ſuſpectus his, qui oculis tantummodo eum cuſtodiebant, foret. Longum eſt narrare, quid & quoties auſus ſit, quanto opere conata eius, qui obtinebat Aſiam, magiſtratus P. R. metu ſuo deſtituère. Illud referatur documentum, tanti mox euaſuri uiri: quæ nox eam diem ſecuta eſt, qua publica ciuitatiũ pecunia redemptus, ita tamen ut cogeret ante obſides à Piratis ciuitatibus dari, contracta claſſe & priuatus & tumultuaria, inuectus in eum locum, in quo ipſi prædones erant, partem claſſis fugauit, partem merſit, aliquot naueis, multosq; mortales cepit, lætusq; nocturnæ expeditionis triumpho ad ſuos reuerſus eſt: mandatisq; cuſtodię quos ceperat, in Bithyniam perrexit ad Proconſulem Iunium (is enim Aſiam tum obtinebat,) petens ut autor fieret ſumendi de captiuis ſupplicij: quod cum ille ſe facturum negaſſet, uenditurumq; captiuos dixiſſet, quippe ſequebatur inuidia inertiam, incredibili celeritate reuectus ad mare prius quàm de ea re ulli Proconſulis redderet̃ epiſtola, omnes quos ceperat, ſuffixit cruci. Idem mox ad ſacerdotium ineundum (quippe abſens Pontifex factus erat, cum in Cottæ conſularis locũ penè puer à Mario Cinnaq; Flamen Dialis creatus, uictoria Syllæ, qui omnia ab ijs acta fecerat inrita, amiſiſſet id ſacerdotium) feſtinans in Italiam, ne conſpiceretur à prædonibus, omnia tunc obtinentibus maria, & merito tam infeſtis ſibi, quatuor ſcalmorum nauem, unà cum duobus amicis, decemq; ſeruis ingreſſus, effuſiſsimum Adriatici maris traiecit ſinum. Quo quidem in curſu conſpectis, ut putabat, Piratarum nauibus, cum exuiſſet ueſtem, alligaſſetq; pugionem ad femur, alterutri ſe fortunæ parans, mox intellexit fruſtratum eſſe uiſum ſuum, arborumq; ex longinquo ordinem antemnarum præbuiſſe imaginem. Reliqua eius acta in urbe, nobiliſsimaq; Dolobellæ accuſatio: & maior ciuitatis in ea fauor, q̃ reis præſtari ſolet: contentionesq; ciuiles cum Q. Catulo, atq; alijs eminentiſsimis uiris, celeberrimæ: & ante præturã uictus maximi pontificatus petitione Q. Catulus omnium confeſsione ſenatus princeps: & reſtituta in ædilitate, aduerſante quidem nobilitate monumẽta C. Marij: ſimulq; reuocati ad ius dignitatis proſcriptorũ liberi: & prætura quæſturaq; mirabili uirtute atq; induſtria obita in Hiſpania, cum eſſet Quæſtor ſub Vetere Antiſtio auo huius Veteris Conſularis atq; Pontificis duorũ Conſularium & ſacerdotum patris, uiri in tantũ boni, in quantũ humana ſimplicitas intelligi poteſt, quo notiora ſunt, minus egẽt ſtilo. Hoc igit̃ COS. inter eum & Cn. Pompeiũ, & M. Craſſum inita potentiæ ſocietas, quæ urbi, orbiq; terrarũ, nec minus diuerſo quoq; tempore ipſis exitiabilis fuit. Hoc cõſilium ſequendi, Pompeius cauſam habuerat, ut tandem acta in transmarinis prouincijs, quibus (ut prædiximus) multi obtrectabãt, per Cæſarem confirmarent̃ COS. Cæſar aũt quòd animaduertebat ſe cedendo Pompeij gloriæ, aucturũ ſuam, & inuidia cõmunis potentiæ in illum relegata, confirmaturum uires ſuas: Craſſus, ut quẽ principatũ ſolus adſequi non poterat, autoritate Pompeij, uiribus teneret Cæſaris. Adfinitas etiam inter Cæſarem Pompeiumq; contracta nuptijs. quippe filiam C. Cæſaris, Cn. Magnus duxit uxorem. In hoc cõſulatu Cæſar legem tulit, ut ager Campanus plebei diuideretur, ſuaſore legis Pompeio. Ita circiter XX. M ciuium eò deducta, & ius ab his reſtitutum poſt annos circiter CLII. quàm bello Punico ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat. Bibulus collega Cæſaris, cum actiones eius magis uellet impedire, quàm poſſet, maiore parte anni domi ſe tenuit. quo facto dum augere uult inuidiam collegæ, auxit potentiam. Tum Cæſari decretæ in quinquennium Galliæ. Per idem tempus P. Clodius, homo nobilis, diſertus, audax, qui neq; dicendi, neq; faciendi ullum, niſi quem uellet, noſſet modum: malorum propoſitorum executor acerrimus, infamis etiam ſororis ſtupro, & actus inceſti reus ob initum inter religioſiſsima P. R. ſacra adulterium: cum graues inimicitias cum M. Cicerone exerceret (quid enim inter tam diſsimiles amicum eſſe poterat?) & à patribus ad plebem tranſiſſet, legem in Tribunatu tulit, qui ciuem Rom. damnatum interemiſſet, ei aqua & igni interdiceretur. cuius uerbis & ſi nõ nominabatur Cicero, tamen ſolus petebatur. Ita uir optime meritus de Repub. conſeruatæ patriæ precium calamitatem exilij tulit. Non caruerũt ſuſpicione oppreſsi Ciceronis Cæſar & Pompeius. Hoc ſibi contraxiſſe uidebatur Cicero, quòd inter XX. uiros

Iunius proconſul — *Piratarum ſupplicium* — *Vetus Antiſtius* — *Cæſaris Craſſi & Pompei ſocietas* — *Cæſaris lex* — *Bibulus* — *P. Clodius* — *Cicer. exiliũ*

uiros diuidendo agro Campano eſſe noluiſſet. Idem intra bienniū ſera Cn. Pompeij cura, uerū ut cępit interrita, uotisq; Italiæ ac decretis ſenatus, uirtute atq; actione Annij Milonis Tr. pl. dignitati patriæq; reſtitutus eſt. Neq; poſt Numidici exilium aut reditum, quiſquam aut expulſus inuidioſius, aut receptus eſt lætius. cuius domus q̃ infeſte à Clodio diſiecta erat, tam ſpecioſe à ſenatu reſtituta eſt. Idem P. Clodius in ſenatu ſub honorificentiſsimo miniſterij titulo, M. Catonem à republica relegauit. quippe legem tulit, ut is quæſtor cum iure prætorio, adiecto etiam quæſtore, mitteretur in inſulam Cyprum, ad ſpoliandum regno Ptolemæum, omnibus morum uitijs eam contumeliam meritum. ſed ille ſub aduentum Catonis uitæ ſuæ uim intulit: unde pecuniam longe ſperata maiorem Cato Romam retulit: cuius integritatem laudari nefas eſt. inſolentia penè argui poteſt, quod unà cum COSS. ac Senatu effuſa ciuitate obuiam, cum per Tyberim ſubiret nauibus, nō ante his egreſſus eſt, quàm ad eum locum peruenit, ubi erat exponenda pecunia. Cum deinde immaneis res uix multis uoluminib. explicandas, C. Cæſar in Gallia ageret: nec contentus plurimis ac feliciſsimis uictorijs, innumerabilibusq; cæſis & captis hoſtiū milibus, etiā in Britanniā traieciſſet exercitum, alterum penè imperio noſtro ac ſuo quærens orbem, inuictū par conſulum Cn. Pompeius & M. Craſſus, alterum iniere conſulatum, qui neq; petitus honeſte ab his, neq; probabiliter geſtus eſt. Cæſari, lege quam Pompeius ad populum tulit, prorogatæ in idem ſpacium temporis prouinciæ; Craſſo bellum Parthicū in animo molienti, Syria decreta. qui uir cætera ſanctiſsimus, immunisq; uoluptatibus, neq; in pecunia, neq; in gloria concupiſcenda aut modū norat, aut capiebat terminū. hunc proficiſcentem in Syriam diris cum ominibus Tr. pl. fruſtra retinere conati. quorum execrationes ſi in ipſum tantummodo ualuiſſent, utile imperatoris damnū ſaluo exercitu fuiſſet Reip. Tranſgreſſum Euphraten Craſſum, petentemq; Seleuciam, circumfuſis immanibus copijs equitum, rex Orodes unà cum parte maiore Romani exercitus interemit. reliquias legionum C. Caſsius atrociſsimi mox autor facinoris, tum quæſtor conſeruauit, Syriamq; adeo in P. R. poteſtate retinuit, ut tranſgreſſos in eam Parthos, felici rerum euentu fugaret ac funderet. Per hæc, inſequentiaq;, & quæ prædiximus tempora amplius CCCC. M hoſtium à C. Cæſare cæſa ſunt, plura capta. pugnatū ſæpe directa acie, ſæpe in agminibus, ſæpe eruptionibus. Bis penetrata Britannia: nouem deniq; æſtatibus uix ulla non iuſtiſsimus triumphus emeritus. Circa Aleſiam uero tantę res, quantas audere uix hominis, perficere penè nullius niſi dei fuerit. Septimo fermè anno Cæſar morabat̃ in Gallijs, cum medium iam ex inuidia Pompeij malè cohærentis inter Cn. Pompeiū & C. Cęſarem cōcordiæ pignus Iulia uxor Magni deceſsit: atq; omnia inter deſtinatos tanto diſcrimini duces, dirimente fortuna, filius quoq; paruus Pompeij, Iulia natus intra breue ſpaciū obijt. Tum in gladios cædesq; ciuiū furēte ambitu, cuius neq; finis reperiebat̃ nec modus, tertius conſulatus ſoli Cn. Pompeio, etiā aduerſantiū antea dignitati eius iudicio delatus eſt: cuius ille honoris gloria, ueluti reconciliatis ſibi optimatib. maxime à C. Cæſare alienatus eſt. Sed eius conſulatus omnem uim in coercitionem ambitus exercuit. quo tempore P. Clodius à Milone candidato conſulatus, exemplo inutili, facto ſalutari Reip. circa Bouillas, contracta ex occurſu rixa, iugulatus eſt. Milonem reum nō magis inuidia facti, quàm Pompeij damnauit uoluntas. quem quidem M. Cato palàm lata abſoluit ſententia, quā ſi maturius tuliſſet, non defuiſſent qui ſequerentur exemplum, probarentq; eum ciuem occiſum, quo nemo pernicioſior Reipub. neq; bonis inimicior uixerat. Intra breue deinde ſpacium belli ciuilis exarſerunt initia, cū iuſtiſsimus quiſq; & à Cæſare & à Pompeio uellet dimitti exercitus. quippe Pompeius in ſecundo conſulatu Hiſpanias ſibi decerni uoluerat, easq; per triennium abſens ipſe ac præſidens urbi, per Afranium & Petreium conſularem ac prætorium legatos ſuos adminiſtrabat: & ijs qui à Cæſare dimittendos exercitus contendebant adſentabatur, ijs qui dimittendos ab ipſo quoq;, aduerſabatur. qui ſi ante bienniū quàm ad arma itum eſt, perfectis muneribus theatri, & aliorum operum, quæ ei circumdedit, grauiſsima tentatus ualetudine deceſsiſſet in Campania (quo quidem tempore uniuerſa Italia uota pro ſalute eius primo omnium ciuium ſuſcepit) defuiſſet fortunæ deſtruendi eius locus: & quam apud ſuperos habue-

Clodij lex

Cypri diuitiæ

Res Cæſaris in Gallia geſtæ

Craſſus

Orodes

Cæſarum numerus

Iulia

P. Clodius

Milo dānatus

rat magnitudinem, inlibatã detuliſſet ad inferos. Bello aũt ciuili & tot quæ deinde per continuos XX. annos conſecuta ſunt malis, nõ alius maiorem flagrantioremq́ quàm C. Curio Tr. pl. ſubiecit facem, uir nobilis, eloquens, audax, ſuæ alienæq́ & fortunæ & pudicitiæ prodigus, homo ingenioſiſsime nequã & facundus malo publico: cuius animo uoluptatibus uel libidinibus, neq; opes ullæ, neq; cupiditates ſufficere poſſent. Hic primo pro Pompeij partibus, id eſt, ut tunc habebatur, pro Rep. mox ſimulatione contra Pompeium & Cæſarem, ſed animo pro Cæſare ſtetit. Id gratis an accepto centies H—S fecerit, ut accepimus, in medio relinquemus. Ad ultimum ſaluberrimas coaleſcentis conditiones pacis, quas & Cæſar iuſtiſsimo animo poſtulabat, & Pompeius æquo recipiebat, diſcuſsit ac rupit, unice cauente Cicerone cõcordiæ publicę. Harum præteritarumq́ rerum ordo cum iuſtis aliorum uoluminibus promitur, tum uti ſpero, noſtris explicabitur. Nunc propoſito operi ſua forma reddatur, ſi prius gratulatus ero Qu. Catulo, duobus Lucullis, Metelloq́ & Hortenſio, qui cum ſine inuidia in Rep. floruiſſent eminuiſſentq́, ſine periculo, quieta, aut certe non præcipitata fatali ante initium bellorum ciuilium morte functi ſunt. Lentulo & Marcello COSS. poſt urbem conditam annis DCCIII. & anno LXXVIII quàm tu M. Vinici conſulatum inires, bellum ciuile exarſit. Alterius ducis cauſa melior uidebatur, alterius erat firmior. Hic omnia ſpecioſa, illic ualentia. Pompeium ſenatus autoritas, Cæſarem militum armauit fiducia. Conſules ſenatusq́ cauſæ, non Pompeio, ſummã imperij detulerunt. Nihil relictũ à Cæſare, quod ſeruandę pacis cauſa tentari poſſet, nihil receptũ à Pompeianis: cum alter COS. iuſto eſſet ferocior, Lentulus uero ſalua Rep. ſaluus eſſe non poſſet, M. autem Cato moriendum ante, q̃ ullam cõditionem ciuis accipiendam Reip. cõtenderet: uir antiquus & grauis Pompeij parteis laudaret magis, prudens ſequeretur Cæſaris: & illa glorioſa, hæc terribiliora duceret. Vt deinde ſpretis omnibus quæ Cæſar poſtulauerat, tantummodo cõtentus cum una legione titulũ retinere prouinciæ, priuatus in urbem ueniret, & ſe in petitione conſulatus ſuffragijs P.R. cõmitteret decreuere, ratus bellandum Cæſar cum exercitu Rubiconem tranſiit. Cn. Pompeius, Conſulesq́, & maior pars ſenatus relicta urbe, ac deinde Italia tranſmiſere Dyrrachium. At Cæſar Domitio legionibusq́ Corfinij quæ unà cum eo fuerant potitus, duce alijsq́ qui uoluerant abire ad Pompeiũ ſine dilatione dimiſsis, perſecutus Brunduſium, ita ut appareret malle integris rebus & conditionibus finire bellum, quàm opprimere fugientes, cum tranſgreſſos reperiſſet COSS. in urbem reuertit: redditaq́ ratione conſiliorũ ſuorum in ſenatu & in concione ac miſerrimæ neceſsitudinis, cum alienis armis ad arma cõpulſus eſſet, Hiſpanias petere decreuit. Feſtinationẽ itineris eius aliquandiu morata Maſsilia eſt, fide melior q̃ conſilio prudentior, intempeſtiue principalium armorũ arbitria captans, quibus hi ſe debent interponere, qui nõ parentem coercere poſſunt. Exercitus deinde qui ſub Africano conſulari ac Petreio prætorio fuerat, ipſius aduentus uigore ac fulgore occupatus, ſe Cæſari tradidit, uterq; legatorũ, & quiſquis cuiuſq; ordinis ſequi eos uoluerat, remiſsi ad Pompeiũ. Proximo anno cũ Dyrrachiũ ac uicina ei urbi regio caſtris Pompeij teneret (qui accitis ex omnibus tranſmarinis prouincijs legionibus, equitũ ac peditũ auxilijs, regumq́ & Tetrarcharum, ſimulq́ Dynaſtarũ copijs, immanem exercitum cõfecerat, & mare præſidijs claſsiũ ut rebaẽ ſepſerat, quo minus Cæſar legiones poſſet tranſmittere) ſua & celeritate & fortuna C. Cæſar uſus, nihil in mora habuit, quo minus & cũ uellet ipſe, exercitusq́ claſsibus perueniret, & primo pene caſtris Pompei ſua iungeret, mox etiã obſidione munimentisq́ eum cõplecteretur. Sed inopia obſidentibus q̃ obſeſsis erat grauior. Tum Balbus Cornelius excedẽte humanã fidem temeritate, ingreſſus caſtra hoſtium, ſæpiusq́ cum Lentulo conlocutus COS. dubitante quanti ſe uenderet, illis incrementis fecit uiam, quibus nõ Hiſpaniæ Gadibus natus, ſed Hiſpanus in triumphũ & pontificatum adſurgeret, fieretq́ ex priuato conſularis. Variatũ deinde prælijs, ſed uno longe magis Pompeianis proſpero, quo grauiter impulſi ſunt Cæſaris milites. Tum Cæſar cũ exercitu fatalem uictoriæ ſuæ Theſſaliã petijt. Pompeius longe diuerſa alijs ſuadentibus (quorũ pleriq; hortabanẽ, ut in Italiã tranſmitteret, neq; Hercules quicquam partibus illis ſalubrius fuit, alij ut bellũ traheret, quod dignatione partium

C. Curio

Belli ciuilis initium

Maſsiliæ inconſulta fides

Cornelius Balbus

indies ipſis magis proſperum fieret)uſus impetu ſuo,hoſtem ſecutus eſt, aciem Pharſalicam & illum cruentiſsimum Romano nomini diem, tantumq; utriuſq; exercitus profuſum ſanguinis, & conliſa inter ſe duo Reip. capita, effoſſumq; alterum Romani imperij lumen. Tot, talesq; Pompeianarũ partium cæſos uiros nõ recipit enarrandos hic ſcripturæ modus. Illud notandum eſt, ut primũ C. Cæſar inclinatã uidit Pompeianorũ aciem, neq; prius neq; antiquius quicquã habuit, q̃ ut omneis patres (ut militari & uerbo, & conſuetudine utar) dimitteret. Pro dij immortales, quòd huius uoluntatis erga Brutum ſuæ poſtea uir tam mitis precium tulit? Nihil illa uictoria mirabilius, magnificentius, clarius fuit, quando neminem niſi acie conſumptum ciuem patria deſiderauit: ſed munus miſericordiæ corrupit pertinacia, cum libentius uitam uictor daret, quàm uicti acciperent. Pompeius profugiens cum duobus Lentulis conſularibus, Sextoq; filio, & Fauonio prætorio, quos comites ei fortuna adgregauerat, alijs ut Parthos, alijs ut Africam peteret (in qua fideliſsimum partium ſuarum haberet regem Iubam) ſuadentibus, Aegyptum petere propoſuit, memor beneficiorum quę in patrem eius Ptolomæi, qui tum puero quàm iuueni propior regnabat, Alexandriæ contulerat. Sed quis in aduerſis beneficiorum ſeruat memoriam? aut quis ullam calamitoſis deberi putat gratiam, aut quando fortuna nõ mutat fidem? Miſsi itaq; ab rege, qui uenientem Cn. Pompeium (is iam à Mytilenis Corneliam uxorem receptam in nauem, *Cornelia* fugæ comitem habere ceperat) conſilio Theodoti & Achillæ exciperent, hortarenturq;, ut ex oneraria in eam nauem, quæ obuiam proceſſerat, tranſcẽderet. quod cum feciſſet princeps Romani nominis, imperio arbitrioq; Aegyptij mancipij, C. Cæſare, Publio Seruilio COSS. iugulatus eſt. Hic poſt tres conſulatus, & totidem triumphos, *Põpeij exitus* domitumq; terrarum orbem, ſanctiſsimi ac pręſtantiſsimi uiri in id euecti, ſuper quod aſcendi non poteſt, duodeſexageſimũ annum agentis, pridie natalem ipſius, uitæ fuit exitus: in tantum in illo uiro à ſe diſcordante fortuna, ut cui modo ad uictoriam terrà defuerat, deeſſet ad ſepulturam. Quid aliud quàm nimium occupatos dixerim, quos in ætate & tanti, & penè noſtri ſeculi uiri feſellit quinquennium, cum à C. Attilio, & Qu. Seruilio COSS. tam facilis eſſet annorum digeſtio. quod adieci, nõ ut arguerem, ſed ne arguerer. Nõ fuit maior in Cæſarem, quàm in Pompeiũ fuerat, regis eorumq;, quorum is autoritate regebatur, fides. quippe cum uenientem eum tentaſſent inſidijs, ac deinde bello laceſſere auderent, utriq; ſummo imperatorum, alteri ſuperſtiti meritas pœnas luere ſupplicijs. Nuſquam erat Pompeius corpore, adhuc ubiq; nomine: quippe ingens partium eius fauor bellum excitauerat Africum. quod ciebat rex Iuba, & Scipio uir conſularis, ante biennium quàm extingueretur Pompeius, lectus ab eo ſocer. Eorumq; copias auxerat M. Cato, ingenti cum difficultate itinerum, locorumq; *Catonis modeſtia* inopia, perductis ad eos legionibus: qui uir cum ſummum ei à militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit. Admonet promiſſæ breuitatis fides, quãto omnia tranſcurſu dicenda ſint. Sequens fortunam ſuam Cæſar, peruectus in Africam, quam occiſo Curione Iulianarum duce partium Pompeiani obtinebant exercitus, ibi primo uariam fortunam expugnauit, inclinatæq; hoſtium copiæ. Nec diſsimilis ibi aduerſus uictos, quàm in priores clementia Cæſaris fuit. Victorem Africani belli C. Cæſarem *Cæſaris clementia* grauius excepit Hiſpanienſe (nam uictus ab eo Pharnaces, uix quicquã gloriæ eius adſtruxit) quod Cn. Pompeius Magni filius adoleſcens impetus ad bella maximi, ingens ac terribile conflauerat, undiq; ad eum adhuc paterni nominis magnitudinem ſequentium, ex toto orbe terrarum auxilijs confluentibus. Sua Cæſarem in Hiſpaniã comitata fortuna eſt, ſed nullum unquam atrocius periculoſiusq; ab eo initum præ- *Cæſaris in aduerſis cõſtãtia* lium, adeo ut plus quàm dubio Marte deſcenderet equo, conſiſtensq; ante recedentem ſuorum aciem, increpita prius fortuna, quòd ſe in eum ſeruaſſet exitum, denunciaret militibus, ueſtigio ſe non receſſurum: proinde uiderent, quem & quo loco imperatorem deſerturi forent. uerecundia magis quàm uirtute acies reſtitutæ ſunt, à duce quàm à milite fortius. Cn. Pompeius grauis uulnere inuentus, inter ſolitudines auias *Pompeianorum cædes* interemptus eſt. Labienum Varumq; acies abſtulit. Cæſar omnium uictor, regreſſus in urbem, quod humanam excedat fidem, omnibus qui contra ſe arma tulerant, ignouit; magnificentiſsimisq; gladiatorij muneris, Naumachiæ, & equitum peditumq;,

ſimul elephantorum certaminis ſpectaculis, epulicꝫ per multos dies dati celebratione, repleuit eam. Quincꝫ egit triumphos. Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini teſtudine, Africi ebore, Hiſpanienſis argento raſili conſtitit. Pecunia ex manubijs lata, paulo amplius ſexies milies H—S. Necꝫ illi tanto uiro, & tam clementer omnibus uictorijs ſuis uſo, plus quincꝫ menſiũ principalis quies cõtigit: quippe cum menſe Octobri in urbem reuertiſſet, idibus Martijs, cõiurationis autoribus Bruto &
Cæſaris cædes Caſsio, quorum alterum promittendo conſulatũ non obligauerat, contrà differendo, Caſsium offenderat: adiectis etiam conſiliarijs cædis familiariſsimis omniũ, & fortuna partium eius in ſummum euectis faſtigium, D. Bruto, & C. Trebonio, alijſcꝫ clari nominis uiris, interemptus eſt: cui magnam inuidiam conciliarat M. Antonius, omnibus audendis paratiſsimus, conſulatus collega, imponendo capiti eius Lupercalibus ſedentis pro roſtris inſigne regiũ, quod ab eo ita repulſum erat, ut nõ offenſus uideretur. Laudandum experientia conſilium eſt Panſæ atqꝫ Hirtij, qui ſemper prædixerãt
Cæſaris dictũ Cæſari, ut principatum armis quæſitum, armis teneret: ille dictitans mori ſe, quàm timeri malle, dum clementiam quam præſtiterat expectat, incautus ab ingratis occupatus eſt, cum quidẽ plurima præſagia atqꝫ indicia dij immortales futuri obtuliſſent periculi: nam & haruſpices præmonuerant, ut diligentiſsime Iduum Martiarum caueret diem, & uxor Calpurnia territa nocturno uiſu, ut ea die domi ſubſiſteret orabat, & libelli coniurationem nunciantes dati, ab eo necꝫ protinus lecti erant. ſed profecto ineluctabilis fatorũ uis, cuiuſcuncꝫ fortunã mutare cõſtituit, conſilia corrũpit. Quo anno id patrauere facinus Brutus & C. Caſsius, prætores erãt, D. Brutus COS. deſignatus.
Coniurati Hi unà cum coniurationis globo ſtipati gladiatorum D. Bruti manu, capitoliũ occupauere, cum COS. Antonius (quem cum ſimul interimendum cenſuiſſet Caſsius, teſtamentumcꝫ Cæſaris abolendum, Brutus repugnauerat dictitans, nihil amplius ciuibus præter tyranni, ita enim appellari Cæſarem facto eius expediebat, petendum eſſe ſanguinem) conuocato ſenatu, cum iam Dolobella, quẽ ſubſtituturus ſibi Cæſar deſignauerat COS. faſces atqꝫ inſignia corripuiſſet COS. uelut pacis autor liberos ſuos obſides in capitolium miſit, fidemcꝫ deſcendendi tutò interfectoribus Cæſaris dedit: &
ἀμνηστία illud decreti Athenienſium celeberrimi exemplum relatũ à Cicerone obliuionis præ-
Cicero teritarum rerum, decreto patrum comprobatũ eſt. Cæſaris deinde teſtamentũ apertũ eſt, quo C. Octauiũ nepotẽ ſororis ſuæ Iuliæ adoptabat, de cuius origine etiãſi præuen-
C. Octauij tis pauca dicenda ſunt. Fuit C. Octauius, ut nõ patricia, ita admodũ ſpecioſa equeſtri
origo genitus familia, grauis, ſanctus, innocens, diues. Hic prætor inter nobiliſsimos uiros creatus, primo loco, cum ei dignatio Iulia genitam Acciam conciliaſſet uxorem, ex eo honore ſortitus Macedoniam, appellatuſcꝫ in ea imperator, decedens ad petitionem conſulatus obijt, prætextato relicto filio, quem C. Cæſar maior eius auunculus educatum apud Philippum uitricum, dilexit ut ſuum, natumcꝫ annos XVIII. Hiſpanienſis militiæ adſecutũ ſe poſtea comitem habuit, nunquam aut alio uſum hoſpitio ꝙ ſuo, aut alio uectũ uehiculo: pontificatuſcꝫ ſacerdotio puerum honorauit. Et peractis bellis ciuilibus, ad erudiendum liberalibus diſciplinis ſingularis indolem iuuenis, Apolloniam eum in ſtudia miſerat, mox belli Getici ac deinde Parthici habiturus commilitonem: Cui ut eſt nunciatum de cæde auunculi, cum protinus ex uicinis legionibus Centuriones ſuam ſuorumcꝫ militum operam ei pollicerentur, necꝫ eam ſpernendam Saluidienus & Agrippa dicerent, ille feſtinans peruenire in urbem, omnem ordinem & necis, & teſtamenti Brundiſii comperit. Cui aduentanti Romam, immanis amicorum occurrit frequentia, & cum intraret urbem ſolis orbis ſuper caput eius curuatus æqualiter, rotundatuſcꝫ in colorem arcus, uelut coronam tanti mox uiri capiti imponens, conſpectus eſt. Non placebat Acciæ matri, Philippocꝫ uitrico adiri nomen inuidioſæ fortunæ Cæſaris: ſed adferebant ſalutaria Reip. terrarumcꝫ orbis fata conditorem conſeruatorẽcꝫ Romani nominis. Spreuit itacꝫ cœleſtis animus humana conſilia, & cũ periculo potius ſumma, quàm tuto humilia propoſuit ſequi: maluitcꝫ auunculo & Cæſari de ſe, ꝙ uitrico credere, dictitãs nefas eſſe, quo nomine Cæſari dignus eſſet uiſus, ſemetipſum uideri indignum. Hunc protinus Antonius COS. ſuperbe excipit. necꝫ is erat contẽptus, ſed metus. uixcꝫ admiſſo in Pompeianos hortos loquendi

ſecum

ſecum tempus dedit, mox etiam uelut inſidijs eius petitus ſceleſte inſimulare cœpit: in quo turpiter deprehenſa eius uanitas eſt. Aperte deinde Antonij ac Dolabellæ Conſulum ad nefandam dominationem erupit furor. H—S ſepties millies depoſitũ à C. Cæſare ad ædem Opis occupatum ab Antonio, actorum eiuſdem inſertis falſis indubitateq; corruptis commẽtarijs. Atq; omnia precio temperata, uendente Remp. COS. Idem prouinciam D. Bruto deſignato COS. decretam Galliam occupare ſtatuit: Dolabella tranſmarinas decreuit ſibi: interq; naturaliter diſsimillimos, ac diuerſa uolenteis, creſcebat odium. Eoq; C. Cæſar iuuenis cotidianis Antonij petebat̃ inſidijs. Torpebat oppreſſa dominatione Antonij ciuitas: indignatio & dolor omnibus, uis ad reſiſtendum nulli aderat, cum C. Cæſar XVIII. annum ingreſſus, mira auſus, ac ſumma conſecutus, priuato conſilio, maiorem ſenatu pro Repub. animum habuit: primumq; à Calatia, mox à Caſilino ueteranos exciuit paternos: quorum exemplum ſecuti alij, breui in formã iuſti coiere exercitus. mox cum Antonius occurriſſet exercitui, quem ex tranſmarinis prouincijs Brundiſiũ uenire iuſſerat, legio Martia & Quarta, cognita & ſenatus uoluntate, & tanti iuuenis indole, ſublatis ſignis ad Cæſarem ſe contulerunt. Eum ſenatus honoratum equeſtri ſtatua, quæ hodieq; in roſtris poſita, ætatem eius ſcriptura indicat (qui honor non alij per CCC. annos quàm L. Syllæ, & Cn. Pompeio, & C. Cæſari contigerat) pro P. R. unà cum COSS. deſignatis Hirtio & Panſa bellum cum Antonio gerere iuſsit. id ab eo annum agente uiceſimum, fortiſsime circa Mutinam adminiſtratum eſt, & D. Brutus obſidione liberatus: Antonius turpi ac nuda fuga coactus deſerere Italiam: Conſulum autem alter in acie, alter poſt paucos dies ex uulnere mortem obijt. Omnia ante quàm fugaretur Antonius, honorifice à Senatu in Cæſarem exercitumq; eius decreta ſunt, maxime autore Cicerone: ſed ut receſſit metus, erupit uoluntas, protinusq; Pompeianis partibus redijt animus. Bruto Caſſioq; prouinciæ, quas iam ipſi ſine ullo ſenatus conſulto occupauerant, decretæ: laudati quicunq; his exercitus tradidiſſent: omnia tranſmarina imperia eorum commiſſa arbitrio. quippe M. Brutus, & C. Caſsius, nunc metuentes arma Antonij, nunc ad augendam eius inuidiam, ſimulantes ſe metuere, teſtati edictis, libenter ſe uel in perpetuo exilio uicturos, dum Reip. conſtaret concordia, nec ullam belli ciuilis præbituros materiam, plurimum ſibi honoris eſſe in conſcientia facti ſui, profecti urbe atq; Italia, intento ac pari animo, ſine autoritate publica, prouincias, exercitusq; occupauerant: & ubicunq; ipſi eſſent, prætexentes eſſe Remp. pecunias etiam quæ ex tranſmarinis prouincijs Romam ab Quæſtoribus deportabãtur à uolentibus acceperant. quæ omnia ſenatus decretis comprenſa & comprobata ſunt. Et D. Bruto, quòd alieno beneficio uiueret, decretus triumphus. Panſæ atq; Hirtij corpora publica ſepultura honorata: Cæſaris adeo nulla habita mentio, ut legati, qui ad exercitum eius miſsi erant, iuberentur ſummoto eo milites adloqui. Non fuit tam ingratus exercitus, quàm fuerat ſenatus. nam cum eam iniuriã diſsimulãdo Cæſar ferret, negauere milites ſine imperatore ſuo ulla ſe audituros mandata. Hoc eſt illud tẽpus, quo Cicero inſito amore Pompeianarũ partiũ, Cæſarem laudandũ, & tollendum cenſebat: cum aliud diceret, aliud intelligi uellet. Interim Antonius fuga tranſgreſſus alpes, primò ſpe conloquij repulſus à M. Lepido, qui Pontifex Maximus, in C. Cæſaris locũ furto creatus, decreta ſibi Hiſpania adhuc in Gallia morabat̃: Mox ſæpius in conſpectum ueniens militũ, cum & Lepido omnes imperatores forent meliores, & multis Antonius dum erat ſobrius, per auerſa caſtrorũ proruto uallo militibus receptus eſt, qui titulo imperij cedebat Lepido, cum ſumma uiriũ penes eum foret. Sub Antonij ingreſſum in caſtra Iuuentius Laterenſis, uir uita ac morte conſentaneus, cum acerrime ſuaſiſſet Lepido, ne ſe cum Antonio hoſte iudicato iungeret, inritus conſilij, gladio ſe ipſe transfixit. Plancus deinde dubia, id eſt ſua fide diu, quarum eſſet partium ſecum luctatus, ac ſibi difficile conſentiens, & nunc adiutor D. Bruti deſignati COS. collegæ ſui, ſenatuiq; ſe literis uenditans, mox eiuſdem proditor: Aſinius autem Pollio firmus propoſito, & Iulianis partibus fidus, Pompeianis aduerſus: uterq; exercitus tradidere Antonio. D. Brutus deſertus primo à Planco, poſt etiam inſidijs eiuſdem petitus, paulatim relinquente eum exercitu fugiens, in hoſpitis cuiuſdam nobilis uiri nomine Capeni domo, ab his quos

Antonij uanitas

Cæſaris magnanimitas

Cæſaris ſtatuã

Cicero

Gratitudo exercitus in Cæſarem

Cicero

M. Lepidus

Iuuentius Laterenſis

Plancus

Aſinius Pollio

miſerat Antonius iugulatus eſt, iuſtiſsimasq; optime de ſe merito uiro C. Cæſari pœnas dedit, cuius cum primus omnium amicorum fuiſſet, interfector fuit: & fortunæ ex qua fructum tulerat, inuidiam in autorem relegabat, cenſebatq; æquum, quæ acceperat à Cæſare retinere, Cæſarem qui illa dederat perire. Hæc ſunt tempora, quibus M. Tullius continuis actionibus æternas Antonij memoriæ inuſsit notas: ſed hic fulgentiſsimo & cœleſti ore, at Tribunus Cannutius continua rabie lacerabat Antonium. Vtrique uindicta libertatis, morte ſtetit, ſed Tribuni ſanguine commiſſa proſcriptio, Ciceronis uel ſatiato Antonio pœna finita. Lepidus deinde à Senatu hoſtis iudicatus eſt, ut ante fuerat Antonius. Tum inter eum, Cæſaremq; & Antonium, commercia epiſtolarum & conditionum iacta mentio, cum Antonius & ſubinde Cæſarem admoneret, quàm inimicæ ipſi Pompeianæ partes forent, & in quod iam emerſiſſent faſtigium: & quanto Ciceronis ſtudio Brutus Caſsiusq; attollerent: denunciaretq; ſe cum Bruto Caſsioq;, qui iam decem & ſeptem legionum potentes erant, iuncturum uires ſuas, ſi Cæſar eius aſpernaretur concordiã: diceretq; plus Cæſarem patris, q̃ ſe amici ultioni debere. Igitur inita potentiæ ſocietas, & hortantibus, orantibusq; exercitibus, inter Antonium etiam & Cæſarem facta adfinitas, cum eſſet priuigna Antonij deſponſa Cæſari: conſulatumq; inijt Cæſar pridie q̃ uiginti annos impleret X. Calend. Octobres, cum collega Q. Pedio, poſt urbem conditam annis DCCIX. ante LXXII. quàm tu M. Vinici conſulatum inires. Vidit hic annus Ventidium, per quam urbem inter captiuos Picentium in triumpho ductus erat, in ea conſularem prætextam iungentem prætoriæ. Idem hic poſtea triumphauit. Furente deinde Antonio, ſimulq; Lepido, quorum uterq; (ut prædiximus) hoſtes iudicati erant, quum ambo mallent ſibi nunciari quid paſsi eſſent, quàm quid meruiſſent, repugnante Cæſare, ſed fruſtra aduerſus duos, inſtauratum Syllani exempli malum, proſcriptio. Nihil tam indignum illo tempore fuit, quàm quòd aut Cæſar aliquem proſcribere coactus eſt, aut ab illo Cicero proſcriptus eſt: abſciſaq; ſcelere Antonij uox publica eſt, cum eius ſalutem nemo defendiſſet, qui per tot annos & publicam ciuitatis, & priuatam ciuium defenderat. Nihil tamen egiſti M. Antoni, cogit enim excedere propoſiti formã operis, erumpens animo ac pectore indignatio, nihil inquam egiſti, mercedem cœleſtiſsimi oris, & clariſsimi capitis abſciſi numerando, autoramentoq; funebri ad conſeruatoris quondam Reipub. tantiq; COS. inritando necem. Rapuiſti tu M. Ciceroni lucem ſolicitam, & ætatem ſenilem, & uitam miſeriorem te principe, quàm ſub te Triumuiro mortem. Famam uero gloriamq; factorum atq; dictorum adeo non abſtuliſti, ut auxeris. Viuit uiuetq; per omnem ſeculorum memoriam. Dumq; hoc uel forte uel prouidentia, uel utcunq; conſtitutum rerum naturæ corpus, quod ille penè ſolus Romanorum animo uidit, ingenio cõplexus eſt, eloquentia inluminauit, manebit incolume: comitem æui ſui laudem Ciceronis trahet: omniſq; poſteritas illius in te ſcripta mirabitur, tuum in eum factum execrabitur: citiusq; in mũdo genus hominum † quàm cedet. Huius totius temporis fortunam ne deflere quidem quiſquam ſatis digne potuit, adeo nemo exprimere uerbis poteſt. Id tamen notandum eſt, fuiſſe in proſcriptos uxorum fidem ſummam, libertorum mediam, ſeruorum aliquam, filiorũ nullam: adeo difficilis eſt hominibus utcunq; conceptæ ſpei mora. Ne quid ulli ſanctum relinqueretur, uelut in dotem inuitamentumq; ſceleris, Antonius L. Cæſarem auunculum, Lepidus Paulũ fratrem proſcripſerant. Nec Planco gratia defuit ad impetrandum ut frater eius Plancus Plotius proſcriberetur. Eoq; inter iocos militareis, qui currum Lepidi Planciq; ſecuti erant inter execrationem ciuium uſurpabant hunc uerſum,

De Germanis non de Gallis duo triumphant Conſules.

Suo præteritũ loco referatur, neq; enim perſona umbram actæ rei capit: Dum in acie Pharſalica Africaq; de ſumma rerum Cæſar dimicat, M. Cælius, uir eloquio animoq; Curioni ſimillimus, ſed in utroq; perfectior, nec minus ingenioſe nequã, cum ne à dijs quidem ſeruari poſſet, quippe peior illi res familiaris quàm mens erat, in prætura nouarum tabularũ autor extitit, nequijtq; ſenatus autoritate & COSS. deterreri: accito etiam Milone Annio, qui non imperato reditu, Iulianis partibus infeſtus erat, in urbe ſeditionem aut magis occulte bellicum tumultum mouens, primo ſummotus à Rep.

mox

Margin notes: D. Bruti mors — Ciceronis proſcriptio — Cæſaris conſulatus — Ciceronis deploratio — Forte, q̃ huius nomen cadat — M. Cælius — Milo Annius

mox Conſularibus armis autore ſenatu circa Turios oppreſſus eſt. Incepto pari, ſimilis fortuna Milonis fuit: qui Compſam in Irpinis oppugnans, ictusq; lapide, tum P. Clodio, tum patriæ quã armis petebat, pœnas dedit: uir inquies & ultra ſortem temerarius. Quatenus autẽ aliquid ex omiſsis peto, notetur immodica & intempeſtiua libertate uſos aduerſus C. Cæſarem, Marullum Epidium, Flauumq; Cæſetium Tr. pl. dum arguunt in eo regni uoluntatem, penè uim dominationis expertos. in hoc tamen ſæpe laceſsiti principis ira exceſsit, ut cenſoria potius contentus nota, quàm animaduerſione dictatoria, ſummoueret eos à Rep. teſtareturq; eſſe ſibi miſerrimũ, quòd aut natura ſua ei excedendum foret, aut minuẽda dignitas. Sed ad ordinem reuertendum eſt. Iam & Dolabella in Aſia C. Trebonium conſularem, cui ſuccedebat, fraude deceptum, Smyrnæ occiderat, uirum aduerſus merita Cæſaris ingratiſsimum, participemq; cædis, eius, à quo ipſe in conſulare prouectus faſtigiũ fuerat. Et C Caſsius accē ptis à Staio Murco, & Criſpo Martio prætorijs uiris, imperatoribus, præualidis in Syria legionibus incluſum Dolabellam, qui præocupata Aſia in Syriã peruenerat, Laodicea expugnata interfecerat, ita tamen ut ad ictum ſerui ſui Dolabella non ſegniter ceruicem daret, & decem legiones in eo tractu ſui iuris fecerat. & M. Brutus C. Antonio fratri M. Antonij in Macedonia Vatinioq; circa Dyrrachium uolentes legiones extorſerat, ſed Antonium bello laceſsierat, Vatiniũ dignatione obruerat, cum & Brutus cuilibet ducum præferendus uideret, & Vatinius nulli nomini nõ eſſet poſtferendus: in quo deformitas corporis cũ turpitudine certabat ingenij, adeo ut animus eius digniſsimo domicilio incluſus uideret: Eratq; ſeptem legionibus ualidus. Et lege Pedia, quam COS. Pedius collega Cæſaris tulerat, omnibus qui Cæſarem patrẽ interfecerant, aqua igniq; damnatis interdictũ erat. quo tempore Capito patruus meus, uir ordinis ſenatorij, Agrippę ſubſcripſit in C. Caſsiũ. Dumq; ea in Italia gerunt, acri atq; proſperrimo bello Caſsius Rhodũ rem immanis operis ceperat: Brutus Lycios deuicerat: & inde in Macedoniã exercitus traiecerant: cum per omnia repugnans naturæ ſuæ Caſsius, etiam Bruti clementiã uinceret. Neq; reperias, quos aut pronior fortuna comitata ſit, aut ueluti fatigata maturius deſtituerit, ꝙ Brutũ & Caſsiũ. Tum Cæſar & Antonius traiecerũt exercitus in Macedoniã, & apud urbem Philippos cum M. Bruto Caſsioq; acie concurrerũt. Cornu, cui Brutus præerat, impulſis hoſtibus caſtra Cæſaris cepit. nam ipſe Cæſar etiamſi infirmiſsimus ualetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiã ab Artorio medico, ne in caſtris remaneret, manifeſtè denunciatione quietis territo. Id aũt in quo Caſsius fuerat, fugatũ ac male multatũ in altiora ſe receperat loca. Tum Caſsius ex ſua fortuna euentũ collegæ æſtimans, cum dimiſiſſet euocatum, iuſsiſſetq; nunciare ſibi, quæ eſſet multitudo ac uis hominũ quæ ad ſe tenderet: tardius eo nunciante, cum in uicino eſſet agmen curſu ad eum tendentiũ: neq; puluere facies aut ſigna denotari poſſent, exiſtimans hoſtes eſſe qui inruerent, lacerna caput circum dedit, extentamq; ceruicem interritus liberto præbuit. Deciderat Caſsij caput, cũ euocatus aduenit, nunciãs Brutũ eſſe uictorem. qui cum imperatorem proſtratũ uideret: ſequar, inquit, eum quẽ mea occidit tarditas, & ita in gladiũ incubuit. Poſt paucos deinde dies Brutus conflixit cum hoſtibus, & uictus acie, cum in tumulũ nocte ex fuga ſe recepiſſet, impetrauit à Stratone Aegeate familiari ſuo, ut manũ morituro cõmodaret ſibi: reiectoq; læuo ſuper caput brachio, cum mucronẽ gladij eius dexterâ tenens, ſiniſtræ admouiſſet mãmillæ, ad eũ ipſum locũ, quà cor emicat, impellẽs ſe in uulnus, uno ictu transfixus expirauit. Protinus Meſſalla fulgẽtiſsimus iuuenis, proximus in illis caſtris Bruti Caſsijq; autoritati, cũ eſſent qui eũ ducem poſcerẽt, ſeruari beneficio Cæſaris maluit, ꝙ dubiã ſpem armorũ tentare amplius: Nec aut Cæſari quicq; ex uictorijs ſuis fuit lætius, ꝙ ſeruaſſe Coruinũ: aut maius exemplum hominis grati ac pij, quàm Coruinus in Cæſarem fuit. Non aliud bellum cruentius cæde clariſsimorũ uirorum fuit. Tum Catonis filius cecidit. Eadem Lucullũ, Hortenſiumq; eminentiſsimorum ciuiũ filios fortuna abſtulit: nã Varro ad ludibriũ moriturus Antonij, digna illo ac uera de exitu eius magna cũ libertate ominatus eſt. Druſus Liuius Iuliæ Auguſtæ pater, & Varus Quintilius ne tentata quidẽ hoſtis miſericordia, alter ſe ipſe in tabernaculo interemit: Varus aũt liberti, quẽ id facere coegerat, manu, cũ ſe inſignib. honorũ

Compſa

C. Trebonius

C. Caſsius

Vatinius

Lex Pedia

Capito Vellei patruus

Caſsij cædes

Bruti exitus

Meſſalla Coruinus

uelaſſet, iugulatus eſt. Hunc exitũ M. Bruti partiũ ſeptimũ & XXX. annũ agentis fortuna eſſe uoluit, corrupto animo eius in diẽ, quę illi oẽs uirtutes unius temeritate fecit

Bruti et Caſsij comparatio abſtulit. Fuit aũt dux Caſsius melior, quãto uir Brutus: E quibus Brutũ amicũ habere malles, inimicũ magis timeres Caſsiũ. in altero maior uis, in altero uirtus. Qui ſi uiciſſent, quantũ Reip. interfuit, Cæſarem potius habere ꝙ Antoniũ principẽ: tantũ retu-

Cn. Domitius liſſet habere Brutũ ꝙ Caſsiũ. Cn. Domitius, pater L. Domitij nuper à nobis uiſi eminentiſsimæ ac nobiliſsimę ſimplicitatis uiri, auus hui⁹ Cn. Domitij clariſsimi iuuenis, occupatis nauibus cũ magno ſequentiũ conſilia ſua comitatu, fugæ fortunæꝗ ſe cõmi

Staius Murcus ſit, ſemetipſo cõtentus duce partium. Staius Murcus, qui claſsi & cuſtodiæ maris pre-

Sext. Põpeius fuerat, cũ omni cõmiſſa ſibi parte exercitus nauiumꝗ Sext. Pompeiũ Cn. Magni filiũ, qui ex Hiſpania reuertens Siciliã armis occupauerat, petijt: ad quẽ & è Brutianis caſtris, & ex Italia, alijſꝗ terrarũ partibus, quos præſenti periculo fortuna ſubduxerat, proſcripti confluebant. quippe nullum habentibus ſtatum, quilibet dux erat idoneus: cum fortuna non electionem daret, ſed perfugiũ oſtenderet, exitialemꝗ tempeſtatem fugientibus ſtatio pro portu foret. Hic adoleſcẽs erat ſtudijs rudis, ſermone barbarus, impetu ſtrenuus, manu promptus, cogitator celer, fide patri diſsimilimus, libertorum ſuorum libertus, ſeruorumꝗ ſeruus, ſpecioſis inuidẽs ut pareret humillimis: quem ſenatus penè totus adhuc è Pompeianis conſtans partibus poſt Antonij à Mutina fugam, eodem illo tempore quo Bruto Caſsioꝗ tranſmarinas prouincias decreuerat, reuocatum ex Hiſpania ubi aduerſus eum clariſsimũ bellum Pollio Aſinius prætorius geſſerat, in paterna bona reſtituerat, & oræ maritimæ præfecerat. Is tum, ut prædiximus, occupata Sicilia ſeruitia fugitiuoſꝗ in numerũ exercitus ſui recipiens, magnum modum legionũ effecerat, perꝗ Menam & Menecraten paternos libertos præfectos claſsium latrocinijs ac prędationibus infeſtato mari ad ſe exercitumꝗ tuendum rapto utebatur, cum eum non depuderet uindicatũ armis ac ductu patris ſui mare infeſtare Piraticis ſceleribus. Fractis Brutianis Caſsianiſꝗ partibus, Antonius tranſmarinas obiturus prouincias ſubſtitit: Cæſar in Italiã ſe recepit, eamꝗ longe ꝙ ſperauerat tu-

L. Antonius multuoſiorem reperit. quippe L. Antonius COS. uitiorũ fratris ſui conſors: ſed uirtutum, quæ interdum in illo erant, expers: modo apud ueteranos criminatus Cæſarem, modo eos qui iuſte diuiſione prædiorum, nominatiſꝗ colonis agros amiſerant, ad ar-

Fuluia Antonij uxor ma conciens, magnum exercitum conflauerat. Ex altera parte uxor Antonij Fuluia, nihil muliebre præter corpus gerens, omnia armis tumultuꝗ miſcebat. Hæc belli ſedem Præneſte ceperat. Antonius pulſus undiꝗ uiribus Cæſaris, Peruſiam ſe contulerat. Plancus Antonianarum adiutor partium, ſpem magis oſtenderat auxilij, ꝙ opem

Peruſia expugnata ferebat Antonio. Vſus Cæſar uirtute & fortuna ſua, Peruſiam expugnauit. Antonium inuiolatum dimiſit. in Peruſinos magis ira militum quàm uoluntate ſæuitum du-

Macedonicus cis. urbs incenſa, cuius initiũ incendij princeps eius loci fecit Macedonicus, qui ſubiecto rebus ac penatibus ſuis igni, transfixum ſe gladio flammæ intulit. Per eadem tem-

Bellum in Campania pora exarſerat in Campania bellum, quod profeſſus eorũ qui perdiderãt agros patrocinium, ciebat Tib. Claudius Nero prætorius & pontifex, Tib. Cæſaris pater, magni uir animi, doctiſsimiꝗ ingenij. id quoꝗ aduentu Cæſaris ſepultum atꝗ diſcuſſum eſt. Quis fortunæ mutationes, quis dubios rerum humanarum caſus ſatis mirari queat?

Liuia quis non diuerſa præſentibus, contraríaque expectatis, aut ſperet aut timeat? Liuia nobiliſsimi & fortiſsimi uiri Druſi Calidiani filia, genere, probitate, forma, Romanarum eminentiſsima, quam poſtea coniugem Auguſti uidimus, quam tranſgreſsi ad deos ſacerdotem ac filiam, tum fugiens mox futuri ſui Cæſaris arma, uix bimum hunc Tiberium Cæſarem uindicem Romani imperij, futurumꝗ eiuſdem Cæſaris filium geſtans ſinu, per auia itinerum uitatis militum gladijs uno comitante, quo facilius occultaretur fuga, peruenit ad mare, & cum uiro Nerone peruecta in Siciliam eſt. Quod alieno teſtimonium redderem, eo non fraudabo auum meum. quippe C.

C. Velleius Velleius honoratiſsimo inter illos CCCLX. iud. loco à Cn. Pompeio lectus, eiuſdem Marciꝗ Bruti ac Tyronis præfectus fabrûm, uir nulli ſecundus, in Campania, digreſſu Neronis à Neapoli, cuius ob ſingularem cum eo amicitiam partium adiutor fuerat, grauis iam ætate & corpore cum eum ſequi non poſſet, gladio ſcipſe transfixit.

Inuiolatam

Inuiolatam excedere Italia Cæſar paſſus Fuluiam, Plancumq́ muliebris fugæ comitem. nam Pollio Aſinius cum ſeptem legionibus, diu retenta in poteſtate Antonij Venetia, magnis ſpecioſisq́ rebus circa Altinum aliasq́ eius regionis urbes æditis, Antonium petens, uagum adhuc Domitium, quem digreſſum è Brutianis caſtris poſt cædem eius prædiximus, & propriæ claſſis factum ducem, conſilijs ſuis illectum, ac fide data, iunxit Antonio. Quo facto quiſquis æquum ſe præſtiterit, ſciat non minus à Pollione in Antoniū, quàm ab Antonio in Pollionem eſſe conlatum. Aduentus deinde in Italiam Antonij, paratusq́ cōtra eum Cæſaris, habuit belli metum: ſed pax circa Brundiſium cōpoſita. Per quæ tēpora Ruffi Saluidieni ſceleſta conſilia patefacta ſunt, qui natus obſcuriſſimis initijs, parum habebat ſummā accepiſſe: & proximus à Cn. Pompeio ipſoq́ Cæſare ex equeſtri ordine COS. creatus eſſe, ni ſimul aſcendiſſet, æque infra ſe & Cæſarem uideret & Remp. Tum expoſtulante cōſenſu populi, quem grauis urebat infeſto mari annona, cum Pompeio quoq́ circa Miſenū pax inita: qui haud abſurde cum in naui Cæſaremq́ & Antoniū cœna exciperet, dixit: in Carinis ſuis ſe cœnam dare, referens hoc dictū ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio poſſidebatur. In hoc pacis fœdere placuit Siciliā Achaiamq́ Pompeio concedere: in quo tamen animus inquies manere non potuit: id unum tantummodo ſalutare aduētu ſuo patriæ attulit, quòd omibus proſcriptis, alijsq́ qui ad eum ex diuerſis cauſis fugerāt, reditum ſalutemq́ pactus eſt: quæ res & alios clariſſimos uiros, & Neronem Claudium, & M. Syllanum, Sentiumq́ Saturninum, & Aruntium ac Titium reſtituit Reip. Staium autem Murcum, qui aduentu ſuo claſſisq́ celeberrimæ, uires eius duplicauerat: inſimulatum falſis criminationibus, quia talem uirum collegam officij Mena & Menecrates faſtidierāt, Pompeius in Sicilia interfecerat. Hoc tractu temporum Octauiam ſororem Cæſaris M. Antonius duxit uxorem. Redierat Pompeius in Siciliam: Antonius in tranſmarinas prouincias: quas magnis momentis Labienus ex Brutianis caſtris profectus ad Parthos, producto eorum exercitu in Syriam, interfectoq́ legato Antonij cōcuſſerat: qui uirtute & ductu Ventidij unà cum Parthorum copijs, celeberrimoq́ iuuenium Pacoro regis filio, extinctus eſt. Interim Cæſar per hæc tempora, ne res diſciplinæ inimiciſſima ocium corrumperet militē, crebris in Illyrico Delmatiaq́ expeditionibus, patientia periculorum, belliq́ experientia durabat exercitum. Eadem tempeſtate Caluinus Domitius, cum ex conſulatu obtineret Hiſpaniam, grauiſſimi comparandiq́ antiquis exempli autor fuit. quippe primipili Centurionem nomine Iubillium, ob turpem ex acie fugam, fuſte percuſſit. Creſcente indies & claſſe, & fama Pompeij, Cæſar molem belli eius ſuſcipere ſtatuit. Aedificādis nauibus, cōtrahendoq́ militi ac remigi, naualibusq́ adſueſcendo certaminibus atq́ exercitationibus, præfectus eſt M. Agrippa, uirtutis nobiliſſimæ, labore, uigilia, periculo inuictus, parendiq́ ſed uni ſcientiſſimus, alijs ſanè imperādi cupidus, & per omnia extra dilationes poſitus, conſultisq́ facta cōiungens. Hic in Auerno ac Lucrino lacu ſpecioſiſſima claſſe fabricata, cotidianis exercitationibus militem remigemq́ ad ſummam & militaris, & maritimæ rei perduxit ſcientiam. Hac claſſe Cæſar, cum prius deſpondente ei Nerone, cui ante nupta fuerat, Liuiā, auſpicatis Reip. ominibus duxiſſet eam uxorem, Pompeio, Siciliæq́ bellum intulit. Sed uirum humana ope inuictum, grauiter eo tempore fortuna concuſſit. quippe longe maiorem partem claſſis circa Veliam, Palinuriq́ promontorium adorta uis Africi lacerauit, ac diſtulit. Ea patrando bello mora fuit, quod poſtea dubia & interdum ancipiti fortuna geſtum eſt. nam & claſſis eodem loco uexata eſt tempeſtate: & ut nauali primo prælio, apud Mylas ductu Agrippæ pugnatum proſpere, ita inopinato claſſis aduentu grauis ſub ipſius Cæſaris oculis circa Tauromenium accepta clades: neq́ ab ipſo periculū abfuit. Legiones quæ cum Cornificio erant legato Cæſaris expoſitæ in terra, penè à Pompeio oppreſſæ ſunt. Sed ancipitis fortuna tēporis, matura uirtute correcta. Explicatis quippe utriuſq́ partis claſſibus, penè omnibus exutus nauibus, Pompeius Aſiam fuga petiuit: iuſſuq́ M. Antonij, cuius opem petierat, dum inter ducem & ſupplicem tumultuatur, & nunc dignitatem retinet, nunc uitam precatur, à Titio iugulatus eſt: cui in tantū durauit hoc facinore contractum odium, ut mox ludos in theatro Pōpeij faciēs, execratione populi ſpectaculo quod præbebat pellere-

Aſinius Pollio
Venetia
Ruffus Saluidienus
Octauia
Ocium
Caluinus Domitius
M. Agrippa
Pōpeij cades

Lepidus tur. Acciuerat gerens contra Pompeium bellum ex Africa Cęſar Lepidum cum XII. ſemiplenis legionibus. Hic uir omnium uaniſſimus, neq; ulla uirtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus, exercitum Pompeij, quia propior fuerat, ſequentem non ipſius, ſed Cæſaris autoritatem ac fidem, ſibi iunxerat: inflatusq; amplius XX. legionum numero in id furoris proceſſerat, ut inutilis alienæ uictorię comes, quam diu moratus erat diſſidendo in conſilijs Cæſaris, & ſemper diuerſa his quæ alijs placebant dicendo, totam uictoriā ut ſuam interpretaretur: audebatq; denunciare Cæſari, excederet Sicilia. Non ab Scipionibus alijsq; ueteribus Romanorum ducum quicquam auſum patratumq; fortius, quàm tunc à Cęſare. Quippe cum inermis & lacernatus eſſet, præter nomen nihil trahēs, ingreſſus caſtra Lepidi, euitatis quæ iuſſu hominis prauiſſimi tela in eum iacta erant, cum lacerna eius perforata eſſet lancea, aquilam legionis rapere auſus eſt. Scires quid intereſſet inter duces. Armati inermem ſecuti ſunt, deci-

Lepidi fortuna moq; anno quàm ad diſſimillimam uitæ ſuæ potentiam peruenerat Lepidus, & à militibus & à fortuna deſertus, pulloq; uelatus amiculo inter ultimam confluentiū ad Cæſarem turbam latens, genibus eius aduolutus eſt. Vita rerumq; ſuarū dominium con-

Militū mores ceſſa ei ſunt, ſpoliata quam tueri nō poterat dignitas. Subita deinde exercitus ſeditio, qui plerunq; contemplatus frequentiam ſuam, à diſciplina deſciſcit: & quod cogere ſe putat poſſe, rogare non ſuſtinet, partim ſeueritate, partim liberalitate diſcuſſa principis. Speciosumq; per id tempus adiectum ſupplementum Campanæ coloniæ. eius reditus erāt publici, pro his longe uberiores reditus duodecies H—S in Creta inſula redditi, & aqua promiſſa, quę hodieq; ſingulare & ſalubritatis inſtar & amœnitatis ornamentum eſt. Inſigne coronæ claſſicæ, quo nemo unquam Romanorum donatus erat,

Agrippa hoc bello Agrippa ſingulari uirtute meruit. Victor deinde Cæſar reuerſus in urbem contractas emptionibus complures domos per procuratores, quo laxior fieret ipſius, publicis ſe uſibus deſtinare profeſſus eſt: templumq; Apollini, & circà porticus facturū promiſit, quod ab eo ſingulari extructū munificētia eſt. Qua æſtate Cæſar tam proſpere Lepidum in Sicilia † bene fortuna in Cęſare & Rep. militauit ad Orientē: quippe Antonius cum XIII. legionibus ingreſſus Armeniā, ac deinde Mediam, & per eas regiones Parthos petens, habuit regem eorum obuium. primoq; duas legiones cum omnibus impedimentis tormentisq; & Statiano legato amiſit, mox ſæpius ipſe cum ſummo totius exercitus diſcrimine ea adijt pericula, quibus ſeruari ſe poſſe deſpera-

Captiui fides uerat: amiſſa'que non minus quarta parte militum, captiui cuiuſdam, ſed Romani conſilio ac fide eſt ſeruatus: qui clade Craſſiani exercitus captus, cum fortunam non animum mutaſſet, acceſſit nocte ad ſtationem Romanam, prædixitq; ne deſtinatum iter peterent, ſed diuerſo ſyluestriq; peruaderent. Hoc M. Antonio atque illis legionibus ſaluti fuit: de quibus tamen totoq; exercitu haud minus pars quarta (ut prædiximus) militum: calonum, ſeruitijq; deſiderata tertia eſt: impedimentorum uix ulla ſuperfuit.

Artauaſdes Hanc tamen Antonius fugam ſuam, quia uiuus exierat, uictoriam uocabat. Qui tertia æſtate reuerſus in Armeniam, regem eius Artauaſden fraude deceptum, catenis, ſed ne quid honori deeſſet, aureis uinxit. Creſcente deinde & amoris in Cleopatram incendio, & uitiorum, quæ ſemper facultatibus licentiaq; & aſſentationibus aluntur, magnitudine, bellum patriæ inferre conſtituit, cum ante nouum ſe Liberum patrem appellari iuſſiſſet, cum redimitus hederis, coronaq; uelatus aurea, & thyrſum tenens, cothurnisq; ſuccinctus, curru uelut Liber pater uectus eſſet Alexandriæ. Inter hunc

Plancus apparatum belli, Plancus non iudicio recta legendi, neque amore Reipub. aut Cæſaris, quippe hæc ſemper impugnabat, ſed morbo proditor, cum fuiſſet humillimus aſſentator reginæ, & infra ſeruos cliens, cum Antonij librarius, cum obſcœniſſimarum rerum & autor & miniſter, cum in omnia & omnibus uenalis, cum ceruleatus & nudus, caputq; redimitus arūdine, & caudam trahens, genibus innixus Glaucū ſaltaſſet, in conuiuio refrigeratus ab Antonio, ob manifeſtarum rapinarum indicia, transfugit ad Cæſarem. Et idem poſtea clementiā uictoris pro ſua uirtute interpretabatur: dictitans id probatum à Cæſare, cui ille ignouerat. Hunc mox auunculum Titius imitatus

Coponius eſt. Haud abſurde Coponius, uir prætorius grauiſsimus, P. Silij ſocer, cum recens transfuga multa ac miranda Plancus abſenti Antonio in ſenatu obijceret: multa (inquit

quit) mehercules fecit Antonius, pridie quàm tu illum relinqueres. Cæſare deinde & Meſſala Coruino COSS. debellatum apud Actium, ubi longe ante quàm dimicaretur, exploratiſſima Iulianarum partium fuit uictoria. Vigebat in hac parte miles atque imperator, illa marcebant omnia. hinc reges firmiſſimi, illinc inopia adfectiſſimi. nauium hinc magnitudo modica, ſed celerior, ex aduerſo illa ſpecie terribilior. hinc ad Antonium nemo, illinc ad Cæſarē quotidie aliqui transfugiebant. Deniq; in ore atq; oculis Antonianæ claſſis, per Marcum Agrippam Leucas expugnata, Patræ captæ, Corinthus occupata, bis ante ultimū diſcrimen claſſis hoſtium ſuperata. Rex Amyntas meliora & utiliora ſecutus: inde illius exemplo uir audax Dolabella, uirq; clariſſimus Cn. Domitius, qui ſolus Antonianarum partium nunquam reginam niſi nomine ſalutauit, maximo & præcipiti periculo trāſmiſit ad Cæſarem. Aduenit deinde maximi diſcriminis dies, quo Cæſar Antoniusq; productis claſſibus, pro ſalute alter, in ruinam alter, terrarum orbis dimicauere. Dextrum nauium Iulianarum cornu M. Lario commiſſum, læuum Aruntio, Agrippæ omne claſſici certaminis arbitrium. Cæſar ei parti deſtinatus in quam à fortuna uocaretur, ubique aderat. Claſſis Antonij regimen Publicolæ Soſioq; commiſſum. At in terra locatum exercitum Taurus Cæſaris, Antonij regebat Canidius. Vbi initum certamen eſt, omnia in altera parte fuere, dux, remiges, milites: in altera nihil præter milites. prima occupat fugam Cleopatra, Antonius fugientis reginæ quàm pugnantis militis ſui comes eſſe maluit: & imperator, qui in deſertores ſæuire debuerat, deſertor exercitus ſui factus eſt. Illis etiā detracto capite, in longum fortiſſime pugnandi durauit conſtantia: & deſperata uictoria, in mortem dimicabatur. Cæſar quos ferro poterat interimere, uerbis mulcere cupiens, clamitansq; & oſtendens fugiſſe Antonium, quærebat pro quo, & cum quo pugnarent. At illi cum diu pro abſente dimicaſſent duce, ægre ſummiſſis armis, ceſſere uictoriam: citiusq; uitam ueniamq; Cæſar promiſit, quàm illis ut ea precarentur, perſuaſum eſt. Fuitq; in confeſſo, milites optimi imperatoris, imperatorem fugaciſſimi militis functum officio. uiderit è ſuo an Cleopatræ arbitrio uictoriam temperaturus fuerat, qui ad eius arbitrium direxit fugam. Idem locatus in terra fecit exercitus, cum ſe Canidius præcipiti fuga rapuiſſet ad Antonium. Quid ille dies terrarum orbi præſtiterit, ex quo in quem ſtatum peruenerit fortuna publica, quis in hoc tranſcurſu tam artati operis exprimere audeat? Victoria uero fuit clementiſſima, nec quiſquam interemptus niſi pauciſſimi, & hi, qui deprecari quidem pro ſe non ſuſtinerent. Ex qua lenitate ducis colligi potuit, quem aut initio triumuiratus ſui, aut in campis Philippicis, ſi ſic licuiſſet, uictoriæ ſuæ facturus fuerit, †ad folium alarunt, in priſca grauitate celeberrimi fides, mox diu clementia luctatus ſua Cæſar, ſeruauit incolumem. Non prætereatur Aſinij Pollionis factum, & dictum memorabile: namq; cum ſe poſt Brundiſinā pacem continuiſſet in Italia, neque aut uidiſſet unquam reginam, aut poſt eneruatum amore eius Antonij animum, partibus eius ſe miſcuiſſet, rogante Cæſare ut ſecum ad bellum proficiſceretur Actiacum: mea, inquit, in Antonium maiora merita ſunt, illius in me beneficia notiora: itaque diſcrimine ueſtro me ſubtraham, & ero præda uictoris. Proximo deinde anno perſecutus reginā Antoniumq; Alexandriā, ultimam bellis ciuilibus impoſuit manū. Antonius ſe ipſe non ſegniter interemit, adeo ut multa deſidiæ crimina morte redimeret. At Cleopatra fruſtratis cuſtodibus illata aſpide, morſu ſanè eius, expers muliebris metus, ſpiritum reddidit. Fuitq; & fortuna & clementia Cæſaris dignum, quòd nemo ex his, qui contra eum arma tulerant, ab eo, iuſſuúe eius interemptus. D. Brutum Antonij interemit crudelitas. Sextum Pompeium ab eodem uictum, idem Antonius cum dignitatis quoque ſeruandæ dediſſet fidem, etiam ſpiritu priuauit. Brutus & Caſſius ante quàm uictorum experirentur animum, uoluntaria morte obierunt. Antonij Cleopatræ'que quis fuiſſet exitus, narrauimus. Canidius timidius deceſſit, quàm profeſſioni eius, qua ſemper uſus erat, congruebat. Vltimus autem ex interfectoribus Cæſaris, Parmenſis Caſſius morte pœnas dedit, ut dederat Trebonius. Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoq; Cæſar imponit manum, M. Lepidus iuuenis forma quàm mente melior, Lepidi eius qui triumuir fuerat Reipub. cōſtituendæ filius, Iunia Bruti ſorore natus, interficiendi, ſimul in urbem

Cæſaris ad Actium uictoria

Amyntas

Cn. Domitius

Antonij cum Cleopatra fuga

Hic quædam deſunt

Aſinius Pollio

Antonij & Cleopatræ exitus

M. Lepidus

reuertiſſet, Cæſaris, conſilia inierat. Tunc urbis cuſtodijs præpoſitus C. Mæcenas, equeſtri ſed ſplendido genere natus, uir ubi res uigiliam exigeret, ſanè exſomnis, prouidens, atq; agendi ſciens: ſimul uero aliquid ex negocio remitti poſſet, ocio ac mollicijs penè ultra fœminam fluens, non minus Agrippa Cæſari carus, ſed minus honoratus: quippe uixit auguſto clauo penè contentus, nec minora conſequi potuit, ſed non tam concupiuit. hic ſpeculatus eſt per ſummã quietem ac diſſimulationem præcipitis conſilia iuuenis, & mira celeritate, nullaq; cum perturbatione aut rerum aut hominum oppreſſo Lepido, immane noui ac reſurrecturi belli ciuilis reſtinxit initium. & ille quidem male conſultorum pœnas exoluit. Aequetur prædictæ Calpurniæ Antiſtij Seruilia Lepidi uxor, quæ uiuo igni deuorato, præmaturam mortem immortali nominis ſui penſauit memoria. Cæſar autem reuerſus in Italiam atq; urbem occurſus quo fauore omnium hominum, ætatium, ordinum, exceptus ſit: quæ magnificentia triumphorum eius, quæ fuerit munerũ, ne in operis quidem iuſti materia, ne dum huius tam reciſi digne exprimi poteſt. Nihil deinde optare à dijs homines, nihil dij hominibus præſtare poſſunt, nihil uoto concipi, nihil felicitate cõſummari, quod non Auguſtus poſt reditum in urbem Reip. Populoq; Ro. terrarumq; orbi repræſentauerit. Finita uiceſimo anno bella ciuilia, ſepulta externa, reuocata pax, ſopitus ubiq; armorum furor: reſtituta uis legibus, iudicijs autoritas, ſenatui maieſtas: imperium magiſtratuum ad priſtinum redactum modum: tantummodo octo prætoribus allecti duo. priſca illa & antiqua Reipub. forma reuocata, redijt cultus agris, ſacris honos, ſecuritas hominibus, certa cuiq; rerum ſuarum poſſeſſio: leges emendatæ utiliter, latæ ſalubriter: ſenatus ſine aſperitate nec ſine ſeueritate lectus. Principes uiri triumphisq; & ampliſſimis honoribus functi, hortatu principis ad ornandam urbem inlecti ſunt. Conſulatus tantummodo uſq; ad undecimum, ut continuaret Cæſar, cum ſæpe obnitens repugnaſſet, impetrari potuit. nam dictaturam quàm pertinaciter ei deferebat populus, tam conſtanter repulit. Bella ſub imperatore geſta, pacatusq; uictorijs terrarum orbis, & tot extra Italiam domiq; opera, omne ęui ſui ſpacium impenſurum in id ſolum opus, ſcriptorem fatigant. Nos memores profeſſionis, uniuerſam imaginem principatus eius oculis animisq; ſubiecimus. Sepultis (ut prædiximus) bellis ciuilibus, coaleſcentibusq; Reip. membris quæ tam longa armorum ſeries lacerauerat: Dalmatia XX. & CC. rebellis, ad certam confeſſionẽ pacata eſt imperij. Alpes feris multisq; nationibus celebres per domitæ. Hiſpaniæ, nunc ipſius præſentia, nunc Agrippæ, quem uſq; in tertium conſulatum, & mox collegium tribunitiæ poteſtatis amicitia principis euexerat: multo uarioq; Marte pacatę. In quas prouincias cũ initio Scipione et Sempronio Longo COSS. primo anno ſecũdi Punici abhinc annos CCL. Romani exercitus miſſi eſſent duce Cn. Scipione Africani patruo, per annos CC. in his multo mutuoq; ita certatum eſt ſanguine, ut amiſſis P.R. imperatoribus, exercitibusq; ſæpe contumelia, nonnunquã etiam periculũ Romano inferretur imperio. Illæ enim prouinciæ Scipiones conſumpſerunt: illæ contumelioſo XX. annorum bello ſub duce Viriatho maiores noſtros exercuerũt: illæ terrore Numantini belli populũ Ro. concuſſerunt. In illis turpe Q. Pompeij fœdus, turpiusq; Mancini ſenatus cum ignominia dediti imperatoris reſcidit: illa tot Conſulares, tot prætorios abſumpſit duces, patrumq; ætate in tantum Sertorium armis extulit, ut per quinquenniũ dijudicari non potuerit, Hiſpanis Romanisne in armis plus eſſet roboris, & uter populus alteri pariturus foret. Has igitur prouincias tam diffuſas, tam frequenteis, tam feras, ad eam pacem abhinc annos fermè L. perduxit Cæſar Auguſtus: ut quæ maximis bellis nunquam uacauerãt, eæ ſub C. Antiſtio, ac deinde P. Silio legato, cæterisq; poſtea etiam latrocinijs uacarent. Dum pacatur Occidens, ab Oriente ac rege Parthorum ſigna Romana, quæ Craſſo oppreſſo Orodes, quæ Antonio pulſo filius eius Phrahates ceperant, Auguſto remiſſa ſunt: quod cognomen illi uiro Planci ſententia, conſenſus uniuerſi ſenatus populiq; Ro. indidit. Erant tamen qui hunc feliciſſimum ſtatum odiſſent: quippe L. Murena, & Fannius Cepio diuerſis moribus (nam Murena ſine hoc facinore potuit uideri bonus, Cepio et ante hoc erat peſſimus) cũ iniſſent occidẽdi Cæſaris cõſilia, oppreſſi autoritate publica, quod ui facere uoluerãt, iure paſſi ſunt. neq; multo poſt Rufus Egnatius per omnia gladiatori quàm ſenatori

Bellorũ ciuiliũ finis

Dalmatia

Alpes

Hiſpania

Agrippa

Auguſti cognomen

L. Murena

Fannius Cepio

Rufus Egnat.

ſenatori propior, collecto in Aedilitate fauore populi, quem extinguendis priuata familia incendijs indies auxerat, in tantum quidem ut ei Præturam continuaret: mox etiam Conſulatum petere auſus, cum eſſet omni flagitiorum ſcelerumq́; cõſcientia merſus, nec melior illi res familiaris quàm mens foret, adgregatis ſimillimis ſibi, interimere Cæſarem ſtatuit, ut quo ſaluo ſaluus eſſe non poterat, eo ſublato moreretur. quippe ita ſe mores habent, ut publica quiſq; ruina malit occidere, quàm ſua proteri, & idem paſſurus minus conſpici. Neq; hic prioribus in occultando felicior fuit: abditusq́; carceri, cum conſcijs facinoris mortem digniſſimam uita ſua obijt. Præclarum excellentis uiri factũ C. Sentij Saturnini circa ea tempora Conſulis, ne fraudetur memoria. Aberat in ordinandis Aſiæ Orientisq́; rebus Cæſar, circumferens terrarum orbi præſentia ſua pacis ſuæ bona: tum Sentius forte & ſolus, & abſente Cæſare COS. cum alia, priſca ſeueritate ſummaq́; conſtantia, uetere conſulum more ac ſeueritate geſſiſſet, protraxiſſet publicanorum fraudes, puniſſet auaritiam, regeſſiſſet in ærarium pecunias publicas: tum in comitijs habendis præcipuum egit conſulem. nam & Quęſturam petentes, quos indignos iudicauit, profiteri uetuit. & cum id facturos ſe perſeuerarent: Conſularem, ſi in campum deſcendiſſent, uindictam minatus eſt. Et Egnatium florentem fauore publico, ſperantemq́; ut Præturam Aedilitati, ita Conſulatũ Præturæ ſe iuncturum profiteri uetuit: & cum id non obtinuiſſet, iurauit etiamſi factus eſſet COS. ſuffragijs populi, tamen ſe eum non renũciaturum. Quod ego factum cuilibet ueterum Conſulum gloriæ comparandum reor, niſi quòd naturaliter auditauiſis laudamus libentius: & præſentia inuidia, præterita ueneratione proſequimur: & his nos obrui, illis inſtrui credimus. Ante triennium ferè quàm Egnatianum ſcelus erumperet, circa Murenæ Cepioniſq́; coniurationis tempus ab hinc annos L. M. Marcellus ſororis Auguſti Octauiæ filius, quem homines, ita ſi quid accidiſſet Cæſari, ſucceſſorem potentiæ eius arbitrabantur futurum, ut tamen id per M. Agrippam ſecuro ei poſſe contingere non exiſtimarent: magnificentiſſimo munere Aedilitatis ædito deceſſit, admodum iuuenis, ſanè ingenuarum (ut aiũt) uirtutum, lætusq́; animi & ingenij: fortunæq́;, in quam alebatur, capax. Poſt cuius obitum Agrippa, qui ſub ſpecie miniſteriorũ principalium profectus in Aſiam (ut fama loquit̃) ob tacitas cum Marcello offenſiones, præſenti ſe ſubduxerat tempori: reuerſus inde, filiam Cæſaris Iuliã, quam in matrimonio Marcellus habuerat, duxit uxorem: fœminã neq; ſibi, neq; Reip. felicis uteri. Hoc tractu temporum Tib. Claudius Nero, quo prius nato (ut pręediximus) Liuia Druſi Claudiani filia, deſpondente Nerone, cui ante nupta fuerat, Cæſari nupſerat, innutritus cœleſtiũ pręceptorum diſciplinis: iuuenis genere, forma, celſitudine corporis, optimis ſtudijs, maximoq́; ingenio inſtructiſſimus, qui protinus quantus eſt, ſperari potuerat, uiſusq́; pręetulerit principem, Quæſtor undeuiceſimũ annum agens, capeſſere cœpit Remp. maximamq́; difficultatem annonæ, ac rei frumentariæ inopiam ita Oſtiæ atq; in urbe mandato uitrici moderatus eſt: ut per id quod agebat, quãtus euaſurus eſſet, eluceret. Nec multo poſt miſſus ab eodem uitrico cum exercitu ad uiſendas ordinandasq́;, quæ ſub Oriente ſunt, prouincias, præcipuis omnium uirtutum experimentis in eo tractu æditis, cum legionibus ingreſſus Armeniam, redacta ea in poteſtatem P. R. regnum eius Artauaſdi dedit. cuius rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus, liberos ſuos ad Cæſarem miſit obſides. Reuerſum inde Neronem Cæſar haud mediocris belli molem experiri ſtatuit, adiutore operis dato fratre ipſius Druſo Claudio, quem intra Cæſaris penates enixa erat Liuia. quippe uterq; diuiſis partibus Rhetos Vindelicosq́; adgreſſi, multis urbium & caſtellorum oppugnationibus, necnon directa quoq; acie feliciter functi, gentes locis tutiſſimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, maiore cum periculo, quàm damno Romani exercitus, plurimo cum earũ ſanguine perdomuerunt. Ante quæ tempora Cenſura Planci & Pauli acta inter diſcordiam, neq; ipſis honori, neq; Reipub. uſui fuit, cum alteri uis cẽſoris, alteri uita deeſſet: Paulus uix poſſet implere cenſorem: Plancus timere deberet, nec quicq; obijcere poſſet adoleſcentibus, aut obijciẽtes audire, quod non agnoſceret ſenex. Mors deinde Agrippæ (qui nouitatẽ ſuã multis rebus nobilitauerat, atq; in hoc perduxerat, ut & Neronis eſſet ſocer: cuiusq́; liberos nepotes ſuos D. Auguſtus pręepoſitis Caij ac Lucij nominibus

C. Sentij præclarũ factum

M. Marcellus

Iulia, Agrippæ

T. Claudius Nero

Liuia

Druſus Claudius

Rheti

Vindelici

C. & L. prænomina

minibus adoptauerat)admouit propius Neronem Cæſari:quippe filia eius Iulia, quæ
Pannonicum fuerat Agrippæ nupta, Neroni nupſit. Subinde bellum Pannonicum, quod inchoa-
bellum tum Agrippa Marcoq; Vinicio auo tuo COSS. magnum atroxq;, & perquàm uici-
num imminebat Italiæ,per Neronem geſtum eſt. Gentes Pannoniorū, Dalmatarūq;
nationes,ſitumq; regionum ac fluminum,numerumq; & modum uirium,excellētiſſi-
masq; & multiplices eo bello uictorias tanti imperatoris,alio loco explicabimus. Hoc
opus ſeruet formam ſuam.Huius uictoriæ compos Nero,ouans triūphauit. Sed dum
in hac parte imperij omnia geruntur proſperrime,accepta in Germania clades ſub le-
M.Lolius gato M.Lolio,homine in omnia pecuniæ quàm recte faciendi cupidiore,& inter ſum
mam uitiorum diſſimulationem uitioſiſſimo: amiſſaq; legionis quintæ aquila, uocauit
Druſus ab urbe in Gallias Cæſarem.Cura deinde atq; onus Germanici belli delegata Druſo
Claudius Claudio fratri Neronis adoleſcenti, tot tantarumq; uirtutū, quot & quantas natura
mortalis recipit, uel induſtria percipit:cuius ingeniū utrum bellicis magis operibus,
an ciuilibus ſuffecerit artibus,in incerto eſt.morum certe dulcedo ac ſuauitas,& aduer
ſus amicos æqua ac par ſui æſtimatio inimitabilis fuiſſe dicitur.nam pulchritudo cor-
poris proxima fraternæ fuit.Sed illum magna ex parte domitorem Germaniæ, pluri-
mo eius gentis uarijs in locis profuſo ſanguine, fatorum iniquitas, Conſulem agentem
annum triceſimum,rapuit. Moles deinde eius belli tranſlata in Neronem eſt. quod is
ſua & uirtute, & fortuna adminiſtrauit, peragratusq; uictor omneis parteis Germa-
niæ, ſine ullo detrimento commiſſi exercitus, quod præcipue huic duci ſemper curæ
fuit:ſic perdomuit eam,ut in formam penè ſtipendiariæ redigeret prouinciæ. Tum al-
ter triumphus cum altero Conſulatu ei oblatus eſt. Dum ea quæ prædiximus in Pan-
nonia Germaniaq; geruntur,atrox in Thracia bellum ortum,omnibus eius gentis na
L.Piſo tionibus in arma accenſis, L. Piſonis, quem hodieq; diligentiſſimum, atque eundem
leniſſimum ſecuritatis urbanæ cuſtodem habemus, uirtus compreſſit. Quippe legatus
Cæſaris triennio cum his bellauit, genteſq; ferociſſimas plurimo cum earum excidio
nunc acie,nunc expugnationibus in priſtinum pacis redegit modum: eiusq; patratio-
ne Aſiæ ſecuritatem,Macedoniæ pacem reddidit. De quo uiro hoc omnibus ſentien-
dum ac prædicandum eſt, eſſe mores eius uigore ac lenitate mixtiſſimos, & uix quen-
quam reperiri poſſe, qui aut ociū ualidius diligat, aut facilius ſufficiat negocio, & ma-
Tib.Nero gis quæ agenda ſunt curet ſine ulla oſtentatione agendi.Breui interiecto ſpacio. Tib.
Nero duobus Conſulatibus,totidemq; triumphis actis,Tribunitiæ poteſtatis conſor-
tione æquatus Auguſto,ciuium poſt unum(& hoc quia uolebat)eminentiſſimus, du-
cum maximus,fama fortunaq; celeberrimus,& uere alterum Reip.lumē & caput,mi-
ra quadam & incredibili atq; inenarrabili pietate(cuius cauſæ mox derectæ ſunt) cum
C.Cæſar C.Cæſar ſumpſiſſet iam uirilē togam,L.item maturus eſſet uiris,ne fulgor ſuus orien-
tium iuuenum obſtaret initijs,diſſimulata cauſa cōſilij ſui, commeatum ab ſocero,atq;
eodem uitrico acquieſcendi à continuatione laborum petijt. Quis fuerit eo tempore ci
uitatis habitus, qui ſingulorum animi, quæ digredientium à tanto uiro omniū lachry-
mæ, quàm penè ei patria manū iniecerit, iuſto ſeruemus operi. Illud etiā in hoc tranſ-
Al. ut omnes q pro COSS. legatiq; in trāſmarinas profecti prouincias, uiſēdi eius gratia atq; conueniēdi (ſemper priuatus ille, maieſtas priuata nunq̄ fuit) faſces ſuos &c. curſu dicendum eſt,ita ſeptem annos Rhodi moratum,†ut omnes qui pro conſulibus
legatiq; in tranſmarinas profecti prouincias, uiſendi eius gratia ad quem conuenien-
tes,ſemper priuatos illa maieſtas priuata nunquam fuit,faſces ſuos ſummiſerint,faſſiq;
ſint ocium eius honoratius imperio ſuo.Senſit terrarū orbis digreſſum à cuſtodia Ne-
ronem urbis. nam & Parthus deſciſcens à ſocietate Romana, adiecit Armeniæ ma-
num:et Germania auerſis domitoris ſui oculis,rebellauit. At in urbe eo ipſo anno quo
magnificentiſſimi gladiatorij muneris,Naumachiæq; ſpectaculis D. Auguſtus abhinc
annos XXX. ſe & Gallo Caninio COSS. dedicato Martis templo, animos oculoſq; P.
R.repleuerat,fœda dictu,memoriaq; horrenda in ipſius domo tēpeſtas erupit. Quip-
pe filia eius Iulia per omnia tanti parentis ac uiri immemor, nihil quod facere aut pati
turpiter poſſet fœmina,luxuria,libidine infectum reliquit: magnitudinemq; fortunæ
Iulius Anto ſuæ peccandi licentia metiebat̃,quicquid liberet,pro licito uindicans. Tum Iulius An
nius tonius ſingulare exemplum clementiæ Cæſaris, uiolator eius domus, ipſe ſceleris à ſe
commiſſi ultor fuit,quem uicto eius patre,non tantum incolumitate donauerat, ſed ſa
cerdotio

cerdotio, prætura, conſulatu, prouincijs, honoratum etiam matrimonio ſororis ſuæ fi-
liæ in arctiſsimam adfinitatem receperat: Quintiusq́ Criſpinus ſingularem nequi-
tiam ſupercilio truci protegens, & Appius Claudius, & Sempronius Gracchus, ac
Scipio, alijq́ minoris nominis utriuſq́ ordinis uiri quaſi cuiuslibet uxore uiolata pœ-
nas pependere, cum Cæſaris filiam, & Neronis uiolaſſent coniugem. Iulia relegata in
inſulam, patriæq́ & parentum ſubducta oculis. quam tamen comitata mater Scribo- *Scribonia*
nia, uoluntarij exilij permanſit comes. Breue ab hoc interceſſerat ſpacium, cum C. Cæ
ſar antè alijs prouincijs ad ſedandum obitis, in Syriam miſſus, conuento prius Tib.
Nerone, cui omnem honorem ut ſuperiori habuit, tam uarie ſe ibi geſsit, ut nec lauda-
turum magna, nec uituperaturùm mediocris materia deficiat: cum rege Parthorum
iuuene excelſiſsimo in inſula quam amnis Euphrates ambiebat, æquato utriuſq́ par- *Euphrates*
tis numero coijt. Quod ſpectaculum ſtantis ex diuerſo hinc Romani, illinc Partho-
rum exercitus, cum duo inter ſe eminentiſsima imperiorum & hominum coirent ca-
pita, perquàm clarum & memorabile, ſub initia ſtipendiorum meorum Tribuno mi- *Vellei militia*
litum mihi uiſere contigit. quem militiæ gradum ante ſub patre tuo M. Vinici & P. Si-
lio auſpicatus, in Thracia Macedoniaq́, mox Achaia Aſiaq́, & omnibus ad Orien-
tem uiſis prouincijs, & ore atq́ utroq́ maris Pontici latere, haud iniucunda tot rerũ,
locorũ, gentiũ, urbiũ recordatione perfruor. Prior Parthus apud Caiũ in noſtra ripa,
poſterior hic apud regẽ in hoſtili epulatus eſt. Quo tẽpore M. Lollij, quẽ ueluti mode- *M. Lollius*
ratorẽ iuuẽtæ filij ſui Auguſtus eſſe uoluerat, perfida, & plena ſubdoli ac uerſuti animi
cõſilia per Parthũ indicata Cæſaris ira euulgauit: cuius mors intra paucos dies fortui
ta an uoluntaria fuerit, ignoro. Sed quàm hunc deceſsiſſe lætati homines, tam paulo
poſt obiſſe Cenſorinum in ijſdem prouincijs grauiter tulit ciuitas, uirum demerendis *Cenſorinus*
hominibus genitum. Armeniam deinde ingreſſus, prima parte introitus proſpere geſ-
ſit: mox in conloquio (cui ſe temere crediderat) circa Artageram grauiter à quodam *Artagera*
nomine Adduo uulneratus, ex eo ut corpus minus habile, ita animũ minus utilem rei- *Adduus*
publicæ habere cœpit. Nec defuit conuerſatio hominum uitia eius aſſentatione alen-
tium: etenim ſemper magnæ fortunæ comes adeſt adulatio: per quæ eò ductus erat,
ut in ultimo ac remotiſsimo terrarum orbis angulo conſeneſcere, quàm Romam re-
gredi mallet. Deinde reluctatus inuitusq́ reuertens in Italiam in urbe Lyciæ (Limy- *Lymira*
ram nominant) morbo obijt, quum ante annum fermè L. Cæſar frater eius Hiſpanias
petens, Maſsiliæ deceſsiſſet. Sed fortuna quæ ſubduxerat ſpem magni nominis, iam
tum Reipub. ſua præſidia reddiderat. quippe ante utriuſq́ horum obitum, patre tuo
P. Vinicio COS. Tib. Nero reuerſus Rhodo, incredibili lætitia patriam repleuerat. *P. Vinicius*
Non eſt diu cunctatus Cæſar Auguſtus, neq́ enim quærendus erat quem legeret, ſed
legendus qui eminebat. Itaq́ quod poſt L. mortem adhuc C. uiuo facere uoluerat, atq́
uehementer repugnante Nerone erat inhibitus, poſt utriuſq́ adoleſcentium obitum
facere perſeuerauit, ut & Tribunitiæ poteſtatis conſortionem Neroni conſtitueret,
multum quidem eo cum domi, tum in ſenatu recuſante, & eum Aelio Cato Sentio
COSS. V. Calend. Iul. poſt urbem conditã annis. D.CCLIIII. abhinc annis XXVII.
adoptaret. Lætitiam illius diei, concurſumq́ ciuitatis, & uota penè inſerentium cœlo
manus, ſpemq́ conceptæ perpetuæ ſecuritatis æternitatiſq́ Romani imperij uix in
illo iuſto opere abunde perſequi poterimus, nedum hic implere tentemus: id unum *Al's id unum di-*
dixiſſe quàm ille omnibus fuerit, tum refulſit certa ſpes liberorũ parentibus, uiris ma- *xiſſe contenti,*
trimoniorum, dominis patrimonij, omnibus hominibus, ſalutis, quietis, pacis, tran- *quàm ille cha-*
quillitatis, adeo ut nec plus ſperari potuerit, nec ſpei reſponderi felicius. Adoptatus *rus omnibus*
eadem die etiam M. Agrippa, quem poſt mortem Agrippæ, Iulia enixa erat, ſed in *fuerit tum ap-*
Neronis adoptione illud adiectum his ipſis Cæſaris uerbis, Hoc (inquit) reipublicæ *paruit. Tum re-*
cauſa facio. Non diu uindicem cuſtodemq́ imperij ſui morata in urbe patria, protinus *fulſit*
in Germaniam miſit, ubi ante triennium ſub M. Vinicio auo tuo clariſsimo uiro, im- *M. Vinicius*
menſum exarſerat bellum. erat & ab eo quibuſdam in locis geſtum quibuſdam ſuſten-
tatum feliciter, eoq́ nomine decreta ei cum ſpecioſiſsima inſcriptione operum orna-
menta triumphalia. Hoc tempus me functum ante tribunatu caſtrorũ Tiberij Cæſa-

Præfectus equi ris militem fecit. quippe protinus ab adoptione miſſus cum eo Præfectus equitum in
tum in Germa Germaniam ſucceſſor officij patris mei, cœleſtiſſimorum eius operum per annos con
nia ſub Tibe- tinuos VIIII. præfectus aut legatus ſpectator, & pro captu mediocritatis meæ adiutor
rio Velleius fui. Neq; illi ſpectaculo quo fruitus ſum ſimile conditio mortalis, recipere uidetur mi-
hi: cum per celeberrimam Italiæ partem, tractum omnem Galliæ prouinciarum, uete-
rem imperatorem & ante meritis ac uiribus quàm nomine Cæſarem reuiſentes, ſibi
quiſq; quàm illi gratularentur plenius. At uero militum conſpectu eius elicitæ gaudio
lachrymæ, alacritasq;, & ſalutationis noua quædam exultatio, & cõtingendi manum
cupiditas, non cõtinentium protinus, quin adijcerent, Videmus te Imperator, ſaluum
recepimus: ac deinde, Ego tecum Imperator in Armenia, ego in Rhetia fui. Ego à te
in Vindelicis, ego in Pannonia, ego in Germania donatus ſum, neq; uerbis exprimi,
& fortaſſe uix mereri fidem poteſt. Intrata protinus Germania, ſubacti Caninefates,
Attuari, Bructeri, recepti Cheruſci gentes, & amnis mox noſtra clade nobilis trãſitus
Viſurgis: Penetrata ulteriora, cum omnẽ partem aſperrimi & periculoſiſſimi belli Cæ
Sentius Satur- ſar uindicaret, in ijs quæ minoris erant diſcriminis, Sentium Saturninum, qui tum le-
ninus legatus gatus patris eius in Germania fuerat, præfeciſſet: uirum multiplicem in uirtutibus, na
in Germania uum, agilem, prouidum, militariumq; officiorum patiẽtem ac peritum pariter, ſed eun
dem ubi negocia feciſſent locum ocio, liberaliter lauteq; eo abutentem, ita tamen ut
eum ſplendidum ac hilarem potius quàm luxurioſum aut deſidem diceres. de cuius ui
ri claro celebriq; Conſulatu prædiximus. Anni eius æſtiua uſq; in menſem Decem-
brem perducta, immanis emolumentum fecere uictoriæ. Pietas ſua Cæſarem penè ob
ſtructis hyeme alpibus in urbem traxit, ad tutelam imperij cum ueris initio reduxit in
Iulia Germaniam: in cuius medijs finibus ad caput Iuliæ fluminis hyberna digrediens prin
ceps locauerat. Prò dij boni, quanti uoluminis opera inſequenti æſtate ſub duce Tibe
rio Cæſare geſſimus. Perluſtrata armis tota Germania eſt. Victæ gentes penè nomini-
bus incognitæ. Receptæ Cauchorum nationes. omnis eorum iuuentus, infinita nume
ro, immenſa corporibus, ſitu locorum tutiſſima, traditis armis unà cum ducibus ſuis,
ſepta fulgenti armatoq; militum noſtrorum agmine, ante Imperatoris procubuit tribu
Langobardi nal. Fracti Langobardi, gens etiã Germana feritate ferocior. Deniq; quod nunquam
antea ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringenteſimum miliarium
Rhenus à Rheno uſq; ad flumen Albim, qui Senonum Hermũdorumq; fines præterfluit, Ro-
Albis manus cum ſignis perductus exercitus. Et eòdem, mira felicitate & cura ducis, tempo
Senones rum quoq; obſeruantia claſſis quæ oceani circumnauigauerat ſinus, ab inaudito atq;
Hermũduri incognito ante mari flumine Albi ſubuecta, plurimarum gentium uictoria, cum abun
dantiſſima rerum om̃ium copia, exercitui Cæſariq; ſe iunxit. Non tempero mihi quin
tantæ rerum magnitudini hoc, qualecunq; eſt, inſeram. Cum citeriorem ripam prædi-
cti fluminis caſtris occupaſſemus, & ulterior armata hoſtium iuuentute fulgeret ſub
omnem motum noſtrarum nauium protinus refugientium, unus è barbaris ætate ſe-
nior, corpore excellens: dignitate, quantum oſtendebat cultus, eminens: cauatum (ut
illis mos eſt) ex materia conſcendit alueũ, ſolusq; id nauigij genus temperans, ad me-
dium proceſſit fluminis, & petijt liceret ſibi ſine periculo in eam, quam armis teneba-
mus, egredi ripam, ac uidere Cæſarem. Data petenti facultas. Tum adpulſo lintre, &
diu tacitus contemplatus Cæſarem: Noſtra quidem, inquit, furit iuuentus, quæ cum
ueſtrum numen abſentium colat, præſentium potius arma metuit, quàm ſequitur fi-
dem. Sed ego beneficio ac permiſſu tuo Cæſar, quos ante audiebam, hodie uidi deos.
nec feliciorem ullum uitæ meæ aut optaui, aut ſenſi diem. impetratoq; ut manum con-
tingeret, reuerſus in nauiculam, ſine fine reſpectans Cæſarem, ripæ ſuorum adpulſus
eſt. Victor omnium gentium locorumq; quos adierat Cæſar, cum incolumi inuiola-
toq;, & ſemel tantummodo magna cum clade hoſtium, fraude eorum tentato exerci-
tu, in hyberna legiones reduxit, eadem qua priore anno feſtinatione urbem petens.
Marcomani Nihil erat iam in Germania quod uinci poſſet, præter gentem Marcomanorum, quæ
Maroboduus Maroboduo duce excita ſedibus ſuis, atq; in interiora refugiens incinctos Hercyniæ
ſyluæ campos incolebat. Nulla feſtinatio huius uiri mentionem tranſgredi debet. Ma-

roboduus.

roboduus genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, natiõe magis quàm ratio-
ne barbarus, non tumultuarium neq; fortuitum, neq; mobilem & ex uoluntate paren
tium conſtantem, inter ſuos occupauit principatum: ſed certum imperium, uimq; re-
giam complexus animo, ſtatuit auocata procul à Romanis gente ſua eò progredi: ubi
cũ propter potentiora arma refugiſſet, ſua faceret potentiſſima. Occupatis igitur quos
prædiximus locis, finitimos omneis aut bello domuit, aut conditionibus iuris ſui fecit.
Corpus ſuum cuſtoditum, imperium perpetuis exercitijs penè ad Romanæ diſciplinę
formam redactum, breui in eminens & noſtro quoq; imperio timendum perduxit fa-
ſtigiũ: gerebatq; ſe ita aduerſus Romanos, ut neq; bello nos laceſſeret, & ſi laceſſeretur
ſupereſſe ſibi uim ac uoluntatẽ reſiſtendi declararet. Legati, quos mittebat ad Cęſares,
interdum ut ſupplicẽ commendabant, interdũ ut pro pari loquebantur. Gentibus ho
minibusq; à nobis deſciſcentibus erat apud eum perſugium, totumq; ex male diſſimu
lato agebat æmulum: exercitumq; quem LX. milium peditũ, quatuor equitũ, fecerat,
adſiduis aduerſus finitimos bellis exercendo, maiori quàm quod habebat operi prępa
rabat. Eratq; etiam eo timendus, quòd cum Germaniam ad læuam & in fronte, Pan-
noniam ad dextram, à tergo ſedium ſuarum haberet Noricos, tanquam in omnes ſem
per uenturus, ab omnibus timebatur. Nec ſecuram incrementi ſui patiebatur eſſe Ita-
liam, quippe cum à ſummis Alpium iugis, quæ finem Italiæ terminant, initium eius fi-
nium haud multo plus CC. milibus paſſuum abeſſet. Hunc uirum & hanc regionẽ pro
ximo anno diuerſis è partibus Tib. Cæſar adgredi ſtatuit. Sentio Saturnino man-
datum, ut per Cattos exciſis continentibus Hercyniæ ſyluis, legiones Boiohœmum *Boiohemũ Boe*
(id regioni quam incolebat Maroboduus nomen eſt) ipſe à Carnunto, qui locus No- *heim, hoc eſt,*
rici regni proximus ab hac parte erat, exercitũ qui in Illyrico merebat, ducere in Mar- *Boiorũ patria.*
comannos orſus eſt. Rumpit, interdũ moratur propoſita hominum, fortuna. Præpa- *nunc ab Illyrijs*
rauerat iam hyberna Cæſar ad Danubium, admotoq; exercitu non plus ꝙ quinq; die- *(quos Sclauos*
rum iter à primis hoſtium, Saturninum admoueri placuerat. penè æquali diuiſæ inter- *appellant) ha-*
uallo ab hoſte, intra paucos dies in prædicto loco cum Cæſare iuncturæ erant, cum u- *bitatur*
niuerſa Pannonia inſolens longæ pacis bonis, & adulta uiribus Dalmatia, omnibus *Pannonia*
tractus eius gentibus in ſocietatem adductis ex cõſtituto arma corripuit. Tum neceſſa *Dalmatia*
ria glorioſis præpoſita, neq; tutum uiſum abdito in interiora exercitu uacuam tam ui-
cino hoſti relinquere Italiam. Gentium nationumq; quæ rebellauerant, omnis nume-
rus amplius DCCC. millibus explebat. CC. ferè peditũ colligebãtur armis habilia, equi-
tum VIIII. Cuius immẽſæ multitudinis, parẽtis acerrimis ac peritiſſimis ducibus, pars
petere Italiam decreuerat, iunctam ſibi Nauporti ac Tergeſtis confinio: pars in Mace-
doniam eruperat: pars ſuis ſedibus præſidium eſſe deſtinauerat. Proxima duobus Ba-
tonibus ac Pinneti ducibus autoritas erat. In omnibus autem Pannonijs non diſcipli- *Pannonia-*
næ tantummodo, ſed linguæ quoq; noticia Romanæ, pleriſq; etiam literarum uſus, & *rum laus*
familiaris animorum erat exercitatio. Itaq;, hercules, nulla unquam natio tam matu-
re conſilio belli bellum iunxit, ac decreta patrauit. Oppreſſi ciues Romani, trucidati
negociatores, magnus uexillariorum numerus ad internecionem, ea in regione quæ
plurimum ab imperatore aberat cæſus. occupata armis Macedonia: omnia & in omni
bus locis igni, ferroq; uaſtata. quia tantus etiam huius belli metus fuit, ut ſtabilem il- *Pannonici bel-*
lum & firmatum tantorum bellorum experientia Cæſaris Auguſti animum quateret, *li metus*
atq; terreret. Habiti itaq; delectus, reuocati undiq; omnes ueterani, uiri fœminæq; ex
cenſu libertinum coactæ dare militem. Audita in ſenatu uox principis, decimo die, ni
caueretur, poſſe hoſtem in urbis Romæ uenire conſpectum. Senatorũ equitumq; Ro-
manorũ exactæ ad id bellum operæ pollicitæ. Omnia hæc fruſtra præparaſſemus, niſi
qui illa regeret, fuiſſet. Itaque ut præſidium militum, Reſpub. ab Auguſto ducem in
bellum popoſcit Tiberium. Habuit in hoc quoque bello mediocritas noſtra ſpecioſi
miniſtri locum. Finita equeſtri militia deſignatus Quæſtor, necdum ſenator æqua-
tus ſenatoribus, & iam deſignatis tr. pl. partem exercitus ab urbe, traditi ab Augu-
ſto, perduxi ad filium eius: in quæſtura deinde remiſſa ſorte prouinciæ, legatus eiuſ-
dem ad eundem miſſus, quas nos primo anno acies hoſtium uidimus? quantis pruden

tia ducis opportunitatibus, furenteis eorum uireis uniuerſas euaſimus partibus? quanto cum temperamẽto ſimul utilitatis res autoritate imperatoris agi uidimus? qua prudentia hyberna diſpoſita ſunt? quanto opere incluſus cuſtodijs exercitus noſtri, ne quâ poſſet erumpere, inopsq́ copiarum, & intra ſe furens uiribus hoſtis elangueſceret? Felix euentu, forte conatu, prima æſtate belli Meſſalini opus mandandum eſt memoriæ: qui uir animo etiam quàm gẽte nobilior, digniſſimus qui & patrẽ Coruinum habuiſſet, & cognomen ſuum Cottæ fratri relinqueret, præpoſitus Illyrico, ſubita rebellione cum ſemiplena legione uiceſima circũdatus hoſtili exercitu amplius XX.M hoſtiũ fudit, fugauitq́: & ob id ornamentis triumphalibus honoratus eſt. Ita placebat barbaris numerus ſuus, ita fiducia uirium, ut ubicunq́ Cæſar eſſet, nihil in ſe reponerent. pars exercitus eorum propoſita ipſi duci, & ad arbitriũ utilitatemq́ noſtram macerata, perductaq́ ad exitiabilem famem, neq́ inſtantem ſuſtinere, neq́ facientibus copiam pugnandi dirigentibusq́ aciem auſa congredi, occupato monte Claudio, munitione ſe defendit. At ea pars quæ obuiam ſe effuderat exercitui, quem A. Cæcina & Siluanus Plautius Conſulares ex tranſmarinis adducebant prouincijs, circumfuſa quinq́ legionibus noſtris auxiliaribusq́ & equitatu regio, quippe magnam Thracum manũ iunctus prædictis ducibus Romotalces Thraciæ rex in adiutorium eius belli ſecum trahebat, penè exitiabilem omnibus cladem intulit. Fugata regiorũ equeſtris acies, fugatæ alæ, conuerſæ cohortes ſunt. apud ſigna quoq́ Legionum trepidatũ. Sed Romana uirtus militis plus eo tempore uindicatum gloriæ quàm ducibus reliquit: qui multum amore imperatoris ſui crepantes, ante in hoſtem inciderunt, quàm per exploratores, ubi hoſtis eſſet, cognoſcerent. Iam igitur in dubijs rebus ſemet ipſæ legiones adhortatæ, iugulatis ab hoſte quibuſdam tribunis militum, interempto præfecto caſtrorũ, præfectisq́ cohortiũ, non incruentis centurionibus, qui etiam primi ordinis cecidere, inuaſere hoſtes. nec ſuſtinuiſſe contenti, perrupta eorũ acie, ex inſperato uictoriam uindicauerũt. Hoc ferè tempore Agrippa, qui eodem die quo Tiberius adoptatus ab auo ſuo naturali erat, & iam ante biennium qualis eſſet, apparere cœperat, mira prauitate animi atq́ ingenij in præcipitia conuerſus, patris atq́ eiuſdem aui ſui animum alienauit ſibi: moxq́ creſcentibus indies uitijs, dignum furore ſuo habuit exitũ. Accipe nunc M. Vinici tantum in bello ducem, quãtum in pace uides principem. Iunctis exercitibus, quiq́ ſub Cæſare fuerant, quiq́ ad eum uenerant, cõtractisq́ in una caſtra decem legionibus, LXX. amplius cohortibus, XIIII. ſed pluribus quàm decem ueteranorũ milibus, adhoc magno uoluntariorum numero, frequentiq́ equite regio: tanto denique exercitu, quantus nullo unquam loco poſt bella fuerat ciuilia, omnes eo ipſo læti erãt, maximamq́ fiduciam uictoriæ in numero reponebant. At imperator optimus eorum quæ agebat iudex, & utilia ſpecioſis præferens, quodq́ ſemper eum facientem uidi in omnibus bellis, quæ probanda eſſent, non quæ utiq́ probarentur ſequens, paucis diebus exercitum, qui uenerat ad refouendas ex itinere eius uires, moratus: cum eum maiorem q̃ ut tẽperari poſſet, neq́ habilem gubernaculo cerneret, dimittere ſtatuit. proſecutusq́ longo & perq̃ laborioſo itinere, cuius difficultas narrari uix poteſt, ut neq́ uniuerſos quiſquam auderet adgredi, & partem digredientium ſuorum metu uniuerſi tentare non poſſet, remiſit eò unde uenerant. & ipſe aſperrimæ hyemis initio regreſſus Siſciã, legatos, inter quos ipſi fuimus, partitis prefecit hybernis. O rem dictu nõ eminentem, ſed ſolida ueraq́ uirtute atq́ utilitate maximam, experientia ſuauiſſimam, humanitate ſingularem, Per omne belli Germanici Pannoniciq́ tempus, nemo è nobis, gradum'ue noſtrũ aut præcedentibus aut ſequẽtibus, imbecillus fuit, cuius ſalus ac ualetudo nõ ita ſuſtentaret Cæſaris cura, tanq̃ diſtractiſſimus ille tantorũ onerum mole huic uni negotio uacaret animus. Erat deſiderantibus paratũ iunctũ uehiculum: lectica eius publicata, cuius beneficiũ cũ alij, tum ego ſenſi. Iam medici, iam apparatus cibi, iam in hoc ſolum importatũ inſtrumentũ balinei, nullius nõ ſuccurrit ualetudini. Domus tantũ ac domeſtici deerant: cęterũ nihil qđ ab illis aut pręſtari, aut deſiderari poſſet. Adijciã illud, quod, quiſquis illis tẽporib. interfuit, ut alia quæ retuli, agnoſcet protinus: Solus ſemper equo uectus eſt: ſolus cum ijs quos inuitauerat, maiore parte æſtiuarum

Agrippa

Numeroſus exercitus

uarum expeditionum cœnauit ſedens: non ſequentibus diſciplinam, quatenus exem/plo non nocebatur, ignouit: admonitio freques inerat & caſtigatio, uindicta rariſſima: agebatq́ medium plurima diſſimulantis, aliqua inhibentis. Hyems emolumentū pa/trati belli cōtulit: ſed inſequenti ęſtate omnis Pannonia reliquijs totius belli in Dalma/tia manentibus, pacem petijt. Ferocem illam tot milium iuuentutem, paulo ante ſerui/tutem minatam Italiæ, conferentem arma quibus uſa erat apud flumen nomine Bathinum, proſternentemq́ ſe uniuerſam genibus imperatoris, Batonemq́ & Pinetem excelſiſſimos duces, captum alterum, alterum deditum, iuſtis uoluminibus ordine narrabimus, ut ſpero. Autumno uictor in hyberna reducitur exercitus, cuius omnibus copijs à Cæſaribus Lepidus præfectus eſt, uir nominis ac fortunæ eorum proximus, quē in quantū quiſq́ aut cognoſcere, aut intelligere potuit, in tātum miratur ac diligit, tantorumq́ nominum quibus ortus eſt, ornamētum iudicat. Cæſar ad alteram belli Dalmatici molem animum atq́ arma cōtulit: in qua regione quali adiutore legatoq́ fratre meo Magio Celere Velleiano uſus ſit, ipſius patriſq́ eius prędicatione teſtatum eſt, & ampliſſimorum honorum, quibus triumphans eum Cæſar donauit, ſignat memoria. Initio ęſtatis Lepidus educto hybernis exercitu per gentes integras immunesq́ adhuc clade belli, & eo feroces ac truces tendens ad Tiberium imperatorem, & cum difficultate locorum, & cum ui hoſtium luctatus, magna cum clade obſiſtentiū, exciſis agris, exuſtis ædificijs, cæſis uiris, lætus uictoria prædaq́ onuſtus peruenit ad Cæſarē, & ob ea, quæ ſi proprijs geſſiſſet auſpicijs, triumphare debuerat, ornamentis triumphalibus conſentiente cum iudicio principum uoluntate ſenatus donatus eſt. Illa æſtas maximi belli conſumauit effectus. quippe Daoriſi & Deſitiates Delmatæ, ſitu locorū ac montium, ingeniorum ferocia, mira etiam pugnādi ſcientia, & præcipue anguſtijs ſaltuum penè inexpugnabiles, non iam ductu, ſed manibus atq́ armis ipſius Cæſaris tum demum pacati ſunt, cum penè funditus euerſi forēt. Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut uidere maius, aut mirari magis potui, quàm quòd imperatori nunquā adeò ulla opportuna uiſa eſt uictoriæ occaſio, quam damno amiſſi pēſaret militis. ſemperq́ uiſum eſt glorioſum, quod eſſet tutiſſimū, & ante conſcientiæ quàm famæ conſultum: nec unq́ conſilia ducis iudicio exercitus, ſed exercitus prouidētia ducis rectus eſt. Magna in bello Dalmatico experimenta uirtutis, in multos ac difficileis locos præmiſſus Germanicus dedit: celebris etiam opera diligēti Q. Iulius Poſthumus uir Conſularis, præpoſitus Dalmatiæ, ornamenta meruit triumphalia: quem honorē ante paucos annos Paſſienus & Coſſus, uiri quibuſdam diuerſis uirtutibus celebres, in Africa meruerant. Sed Coſſus uictoriæ teſtimonium etiam in cognomē filij contulit, adoleſcentis in omnium uirtutum exempla geniti. At Poſthumi operum L. Apronius particeps, illa quoq́ militia eos, quos mox cōſecutus eſt, honores excellenti uirtute meruit. Vtinam non maioribus experimentis teſtatum eſſet, quantum in omni re fortuna poſſet, ſed in hoc quoq́ genere abunde agnoſci uis eius poteſt. nam & Seianus uir antiquiſſimi moris & priſcam grauitatē ſemper humanitate temperās, in Germania Illyricoq́, & mox in Africa, ſplendidiſſimis functus miniſterijs, nō merito, ſed materia adipiſcēdi triumphalia defectus eſt: & A. Licinius Nerua Silianus, P. Silij filius, quē uirum ne qui intellexit quidem, abunde miratus eſt, ne nihil optimo ciui, ſimpliciſſimo duci periſſet, prǽreptus immature & fructu ampliſſimæ principis amicitiæ, & conſummatione euectę in altiſſimum paternumq́ faſtigium imaginis, defectus eſt. horū uirorum mentioni ſi quis quæſiſſe me dicet locum, fatentē arguet. neq́ enim iuſtus ſine mendacio candor apud bonos crimini eſt. Tantum quòd ultimam impoſuerat Pānonico ac Dalmatico bello Cæſar manum, cum intra quinq́ conſummati tanti operis dies, funeſtæ ex Germania epiſtolæ, cæſi Vari, trucidatarumq́ legionū trium, totidemq́ alarū, & ſex cohortium, uelut in hoc ſaltem tantummodo indulgente nobis fortuna, ne occupato duce, † & cauſa perſona morā exigit. Varus Quintilius illuſtri magis quàm nobili ortus familia: uir ingenio mitis, moribus quietus, ut corpore & animo immobilior, ocio magis caſtrorum quàm bellicæ adſuetus militiæ: pecuniæ uero quàm non cōtemptor, Syria, cui præfuerat, declarauit: quam pauper diuitem ingreſſus, diues pauperem reliquit.

Bathinus fluuius
Lepidus
Magius Celer frater autoris
Iul. Poſthumus
Paſsienus
Coſſus
L. Apronius
A. Licinius
Varus Quintilius

Is cum exercitui,qui erat in Germania,præeſſet, concepit eſſe homines, qui nihil præter uocem membraq; haberent hominũ, quiq; gladijs domari non poterant, poſſe iure mulceri. Quo propoſito mediam ingreſſus Germaniam,uelut inter uiros pacis gaudentes dulcedine,iuriſdictionibus,agendoq; pro tribunali ordine, trahebat æſtiua. At illi,quod niſi expertus uix credebat, in ſumma feritate uerſutiſſimi, natumq; mẽdacio genus,ſimulantes fictas litium ſeries,& nunc prouocantes alter alterum iniuria, nunc agẽtes gratias, quòd eas Romana iuſtitia finiret,feritasq; ſua nouitate incognitæ diſciplinæ miteſceret, & ſolita armis diſcerni iure terminarentur, in ſummã ſocordiam perduxere Quintilium, uſq; eò ut ſe prætorem urbanum in foro ius dicere, non in medijs Germaniæ finibus exercitui præeſſe crederet. Tum iuuenis genere nobilis, manu fortis,ſenſu celer,ultra barbarum promptus ingenio,nomine Arminius Sigimeri principis gentis eius filius,ardorem animi uultu oculisq; præferens,adſiduus militiæ noſtræ prioris comes,& iam ciuitatis Romanæ ius equeſtremq; cõſecutus gradũ,ſegnicia ducis in occaſionem ſceleris uſus eſt: haud imprudenter ſpeculatus, neminẽ celerius opprimi,q̃ qui nihil timeret: & frequentiſſimũ initium eſſe calamitatis, ſecuritatẽ. Primo igitur paucos, mox plureis in ſocietatẽ conſilij recipit: opprimi poſſe Romanos,& dicit,& perſuadet: decretis facta iungit: tẽpus inſidiarũ conſtituit. Id Varo per uirũ eius gentis fidelem,clariq; nominis Segeſten indicatur: ſed præualebant iam fata conſilijs, omnemq; animi eius aciem præſtrinxerant. quippe ita ſe res habet, ut plerunq; qui fortunam mutaturus eſt, conſilia corrumpat, efficiatq;, quod miſerrimũ eſt, ut quod accidit, etiam merito accidiſſe uideatur, & caſus in culpam tranſeat. Negat itaq; ſe credere, ſpemq; in ſe beneuolentiæ ex merito æſtimare profitetur. Nec diutius poſt primũ indicem,ſecundo relictus locus. Ordinem atrociſſimæ calamitatis, qua nulla poſt Craſſi in Parthis damnum, in externis gentibus grauior Romanis fuit, iuſtis uoluminibus ut alij, ita nos conabimur exponere. nunc ſumma deflẽda eſt. Exercitus omniũ fortiſſimus, diſciplina, manu, experientiaq; bellorum inter Romanos milites princeps, marcore ducis, perfidia hoſtis, iniquitate fortunæ circumuentus: cum ne pugnandi quidem egregie occaſio inquantum uoluerant data eſſet miſeris, caſtigatis etiam quibuſdam graui pœna, quia Romanis & armis & animis uſi fuiſſent, incluſus ſyluis, paludibus, inſidijs ab eo hoſte ad internecionem trucidatus eſt, quem ita ſemper more pecudum trucidauerat, ut uitam aut mortem eius nunc ira, nunc uenia temperaret. Duci plus ad moriendum quàm ad pugnandum animi fuit. quippe paterni auitiq; exempli ſucceſſor, ſe ipſe trãsfixit. At è præfectis caſtrorũ duobus quàm clarum exemplũ Egilius, tam turpe Ceionius prodidit: qui cum longe maximã partem abſumpſiſſet acies, autor deditionis ſupplicio quàm prælio mori maluit. At Volumnius legatus Vari, cætera quietus ac probus, diri autor exempli ſpoliatũ equite peditẽ relinquens, fuga cum alis Rhenum petere ingreſſus eſt, quod factum eius fortuna ulta eſt. non enim deſertis ſuperfuit, ſed deſertor occidit. Vari corpus ſemiuſtum hoſtium lacerauerat feritas: caput eius abſciſum, latumq; ad Marobo duum, & ab eo miſſum ad Cæſarem, gentilitij tandem tumuli ſepultura honoratum eſt. His auditis reuolat ad patrem Cæſar, perpetuus patronus Romani imperij adſuetam ſibi cauſam ſuſcipit. Mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, diſponit exercitus, præſidia munit, ſe magnitudine ſua, nõ fiducia hoſtium metiẽs, qui Cimbricam Teutonicamq; militiam Italiæ minabãtur: ultra Rhenum cum exercitu tranſgreditur. Arminio territo, quem arguiſſe pater & patria contẽti erant, penetrat interius, aperit limites, uaſtat agros, urit domos, fundit obuios: maximaq; cũ gloria, incolumi omniũ quos tranſduxerat numero, in hyberna reuertitur. Reddatˉ uerũ L. Aſprenati teſtimoniũ. qui legatus ſub auunculo ſuo Varo militãs, naua uiriliq; opera duarum legionũ quibus præerat, exercitũ immunem tanta calamitate ſeruauit, matureq; ad inferiora hyberna deſcendendo, uacillantiũ etiam cis Rhenum ſitarum gentiũ animos cõfirmauit. Sunt tamen qui ut uiuos ab eo uindicatos, ita iugulatorũ ſub Varo occupata crediderint patrimonia, hæreditateq; exciſi exercitus, in quantũ uoluerit, ab eo aditã. Lucij etiã Cædicij præfecti caſtrorũ, eorumq; qui una circundati Aliſone immenſis Germanorum copijs obſidebãtur, laudanda uirtus eſt: qui

Marginal notes: *Arminius.* *Sigimerus* *Segeſtes* *L. Aſprenas*

quí omnibus difficultatibus ſuperatis, quas inopia rerum intolerabileis, uis hoſtiũ faciebat inexuperabileis, nec temerario conſilio, nec ſegni prouidentia uſi, ſpeculatiq; opportunitatem, ferro ſibi ad ſuos peperere reditũ. Ex quo apparet Varum ſanè grauem & bonæ uoluntatis uirum, magis imperatoris defectũ conſilio, quàm uirtute deſtitutum militum, ſe magnificentiſsimumq; perdidiſſe exercitum. Cum in captiuos ſæuiretur à Germanis, præclari facinoris autor fuit Caldus Cælius uetuſtate familiæ ſuæ digniſsimus, qui complexus catenarum quibus uinctus erat ſeriem, ita illas inliſit capiti ſuo, ut protinus pariter ſanguinis cerebriq; profluuio expiraret. Eadem & uirtus & fortuna ſubſequenti tempore ingreſſa animum imperatoris Tiberij fuit, quæ initio fuerat: qui concuſsis hoſtium uiribus claſsicis peditumq; expeditionibus: cum res Galliarum maximæ molis, accenſaſq; plebis Viennenſium diſſenſiones, coercitione magis q̃ pœna molliſſet, & Senatus Populuſq; Ro. (poſtulante patre eius) ut æquum ei ius in omnib. prouincijs exercitibuſq; eſſet, quàm erat ipſi, decreto cõplexus eſſet: etenim abſurdum erat non eſſe ſub illo, quæ ab illo uindicabantur: & qui ad opem ferendam primus erat, ad uindicandum honorem non iudicari parem: in urbem reuerſus, iampridem debitũ, ſed continuatione bellorũ dilatum ex Pannonijs Dalmatiſq; egit triumphũ. cuius magnificentiã quis miretur in Cæſare? Fortunæ uero quis non miretur indulgentiam? quippe omneis eminentiſsimos hoſtiũ duces nõ occiſos fama narrauit, ſed uinctos triumphus oſtendit. quẽ mihi fratriq; meo inter præcipuos præcipuiſq; donis adornatos uiros comitari cõtigit. Quis non inter reliqua quibus ſingularis moderatio Tib. Cæſaris elucet atq; eminet, hoc quoq; miretur, quòd cum ſine ulla dubitatione ſeptem triumphos meruerit, tribus contentus fuerit? Quis enim dubitare poteſt, quin ex Armenia recepta, & rege præpoſito, cuius capiti inſigne regiũ ſua manu impoſuerat, ordinatiſq; rebus Orientis ouans triumphare debuerit? & Vindelicorum Rhetorumq; uictor, curru urbem ingredi? Fractis deinde poſt adoptionẽ continua triennij militia Germaniæ uiribus, idẽ illi honor & deferendus, & recipiẽdus fuerit? & poſt cladem ſub Varo acceptã, ocyus proſperrimo rerũ euentu eadẽ exciſa Germania, triumphũ ſummi ducis adornare debuerit? Sed in hoc uiro neſcias utrũ magis mireris, quòd laborũ periculorumq; ſemper exceſsit modũ, an q; honorũ temperauit. Venitur ad tempus, in quo fuit plurimũ metus. quippe Cæſar Auguſtus cũ Germanicum nepotem ſuũ reliqua belli patraturũ miſiſſet in Germaniã, Tiberiũ aũt filiũ miſſurus eſſet in Illyricũ, ad formanda pacẽ, quæ bello ſubegerat, proſequens eum, ſimulq; interfuturus athletarum certaminis ludicro, quod eius honori ſacratũ à Neapolitanis eſt, proceſsit in Campaniã: quanq; iam motus imbecillitatis, inclinatæq; in deterius principia ualetudinis ſenſerat, tamen obnitente ui animi proſecutus filiũ: digreſſuſq; ab eo Beneuenti, ipſe Nolam petijt: & ingraueſcẽte indies ualetudine, cum ſciret quis uolenti omnia poſt ſe ſalua remanere, accerſendus foret, feſtinãter reuocauit filiũ. ille ad patrẽ patriæ expectato reuolauit maturius. Tum ſecurũ ſe Auguſtus prædicãs, circumfuſuſq; amplexibus Tiberij ſui, cõmendans illi ſua atq; ipſius opera, nec quicquã iam de fine ſi fata poſcerent recuſans, ſubrefectus primo conſpectu alloquioq; chariſsimi ſibi ſpiritus: mox cum omnem curam fata uincerent, in ſua reſolutus initia, Pompeio Apuleioq; COSS. ſeptuageſimoſexto anno animã cœleſtem cœlo reddidit. Quid tunc homines timuerint, quæ ſenatus trepidatio, quæ populi cõfuſio, q̃s orbis metus, in q̃ arto ſalutis exitijq; fuerimus cõfinio, neq; mihi tã feſtinãti exprimere uacat, neq; cui uacat poteſt. Id ſolũ uoce publica dixiſſe habeo: cuius orbis ruinã timueramus, eũ ne cõmotum quidẽ ſenſimus: tantaq; unius uiri maieſtas fuit, ut nec bonis, neq; contra malos opus armis foret. Vna tamen ueluti luctatio ciuitatis fuit, pugnantis cum Cæſare Senatus Populiq; Ro. ut ſtationi paternæ ſuccederet: illius ut potius æqualem ciuem, quàm eminentem liceret agere principem. tandem ratione magis quàm honore uictus eſt, cum quicquid tuendum non ſuſcepiſſet, periturum uideret. Soliq; huic contigit penè diutius recuſare principatum, quàm ut occuparent eum, alij armis pugnauerant. Poſt redditum cœlo patrem, & corpus eius humanis honoribus, nomen diuinis honoratum, primum principalium eius operum fuit, ordinatio comitiorum, quam

Caldi Cælij facinus

Auguſti obitus

manu ſua ſcriptam D. Auguſtus reliquerat. quo tempore mihi fratriq; meo candidatis Cæſaris, proxime à nobiliſsimis ac ſacerdotibus uiris, deſtinari prætoribus contigit, conſecutis, ut neq; poſt nos quenquam D. Auguſtus, neq; ante nos Cæſar cōmendaret Tiberius. Tulit protinus & uoti & conſilij ſui precium Reſp. neq; diu latuit, aut quid non impetrando paſſuri fuiſſemus, aut quid impetrando profeciſſemus. quippe exercitus qui in Germania militabat, præſentisq; Germanici imperio regebatur, ſimulq; legiones quæ in Illyrico erant, rabie quadam, & profunda confundendi omnia cupiditate, nouum ducem, nouum ſtatum, nouam quærebant Rempub. quinetiā auſi ſunt minari daturos ſenatui, daturos principi leges: modū ſtipendij, finem militiæ ſibi ipſi conſtituere conati ſunt. proceſſum etiam in arma: ferrumq; ſtrictum eſt, & penè in ultimum gladiorum erupit impunitas. defuitq; qui contra Remp. duceret, non qui ſequerent. Sed hæc omnia ueteris imperatoris maturitas, multa inhibentis, aliqua cum grauitate pollicentis, inter ſeueram præcipue noſtrorum ultionem, mitis aliorum caſtigatio, breui ſopijt ac ſuſtulit. Quo quidem tempore ut pleraq; ignaue Germanicus, ita Druſus qui à patre in idipſum plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus miſſus erat, priſca antiquaq; ſeueritate uſus, ancipitia ſibi tam re quàm exemplo pernicioſa, & his ipſis militum gladijs quibus obſeſſus erat, obſidenteis coercuit, ſingulari adiutore in eo negocio uſus Iunio Bleſo, uiro neſcias utiliore in caſtris, an meliore in toga. qui poſt paucos annos Proconſul in Africa, ornamēta triumphalia cum appellatione imperatoria meruit. ac Hiſpanias exercitumq; uirtutibus, celeberrimaq; in Illyrico militia ut prædiximus cum imperio obtineret, in ſumma pace, quiete continuit: cū ei pietas rectiſsima ſentiendi, & autoritas quæ ſentiebat obtinendi, ſupereſſet. cuius curam ac fidem Dolabella quoq;, uir ſimplicitatis generoſiſsimæ, in maritima parte Illyrici per omnia imitatus eſt. Horum XVI. annorū opera quis cum inſerta ſint oculis animisq; omnium, in partibus eloquatur? Sacrauit parentem ſuum Cæſar non imperio, ſed religione. nō appellauit eū, ſed fecit deū. reuocata in forū fides, ſummota è foro ſeditio, ambitio campo, diſcordia curia, ſepultęq; ac ſitu obſitę, iuſtitia, æquitas, induſtria, ciuitati redditæ: acceſsit magiſtratibus autoritas, ſenatui maieſtas, iudicijs grauitas: cōpreſſa theatralis ſeditio: recte faciendi omnibus aut incuſſa uoluntas, aut impoſita neceſsitas. honorant recta, praua puniuntur. ſuſpicit potentem humilis, non timet. antecedit, non cōtemnit humiliorē potens. quādo annona moderatior? quando pax lætior? Diffuſa in orientis occidentisq; tractus, & quicquid meridiano aut ſeptentrione finitur, pax auguſta per omnis terrarum orbis angulos à latrociniorū metu ſeruat immuneis. Fortuita non ciuium tantummodo, ſed urbium damna principis munificentia uindicat. Reſtitutæ urbes Aſiæ. Vindicatæ ab iniurijs magiſtratuum prouinciæ. Honor dignis paratiſsimus. Pœna in malos ſera, ſed aliqua. Superatur æquitate gratia, ambitio uirtute. nam facere recte ciues ſuos princeps optimus faciendo docet: cumq; ſit imperio maximus, exemplo maior eſt. Raro eminentes uiri non magnis adiutoribus ad gubernandam fortunam ſuam uſi ſunt: ut duo Scipiones duobus Lælijs, quos per omnia æquauerunt ſibi: ut Diuus Auguſtus M. Agrippa, & maxime ab eo, Statilio Tauro. quibus nouitas familiæ haud obſtitit, quo minus ad multipliceis conſulatus triumphosq;, & complura eniterentur ſacerdotia. etenim magna negocia, magnis adiutoribus egent: neq; in paruo paucitas miniſteria defecit. Intereſtq; Reipub. quod uſu neceſſarium, & dignitate eminere: utilitatemq; autoritate muniri. Sub his exemplis Tiberius Cæſar Seianum Aelium principe equeſtris ordinis patre natum, materno uero genere clariſsimas uetereisq; & inſigneis honoribus complexum familias, habentē conſulareis fratres, conſobrinos, auunculum: ipſum uero laboris ac fidei capaciſsimum, ſufficiente etiam uigori animi compage corporis, ſingularem principalium onerum adiutorem in omnia habuit atq; habet: uirū ſeueritatis lætiſsimæ, hilaritatis priſcæ, actu ocioſis ſimillimum, nihil ſibi uindicantem, eoq; adſequentem omnia, ſemper infra aliorum æſtimationes ſe metientem, uultu uitaq; tranquillum, animo exſomnem. In huius uirtutū æſtimatione iam pridem iudicia ciuitatis, cum iudicijs principis certāt. neq; nouus hic mos Senatus Populiq; Rom. eſt, putandi, quod optimum ſit, eſſe

Iunius Bleſus · *D. Auguſtus* · *M. Agrippa* · *Seianus Aelius*

ſit, eſſe nobiliſsimum. nam & illi antiqui ante primum bellum Punicum ab hinc an-
nos C C C. T.Coruncanum, hominem nouũ, cum alijs omnibus honoribus, tum Pon- T.Coruncanius
tificatu etiam Maximo, ad principale extulere faſtigium: & equeſtri loco natum Sp.
Caruilium, & mox M. Catonem nouum etiam Tuſculo urbis inquilinum, Mum-
miumq; Achaicum in Conſulatus, Cenſuras, & Triumphos prouexere. Et qui C.Ma M.Cato
rium ignotæ originis uſq; ad ſextum Conſulatum ſine dubitatione Romani nominis C.Marius
habuere principem, & qui M.Fuluio tantum tribuêre, ut penè adſentatione ſua, qui- M.Fuluius
bus uellet, principatus conciliaret: quiq; nihil Aſinio Pollioni negauerunt, quod no-
biliſsimis ſummo cum ſudore conſequendum foret: profecto hoc ſenſerunt, in cuiuſ-
cunq; animo uirtus ineſſet, ei plurimum eſſe tribuendum. Hæc naturalis exempli imi
tatio ad experiendum Seianum, Cæſarem; ad iuuanda uero onera principis Seianum
protulit, Senatumq; & Po. Ro. eò perduxit, ut quod uſu optimum intelligit, id in tu-
telam ſecuritatis ſuæ libenter aduocet. Sed propoſita quaſi uniuerſa principatus Tib.
Cæſaris forma, ſingula recenſeamus. Qua ille prudentia Rhaſcupolim interempto- Tiberij prin
rem fratris ſui filij Cotys, conſortiſq; eiuſdem imperij, euocauit? ſingulari in eo nego- cipatus
cio uſus opera Flacci Pomponij Conſularis uiri, nati ad omĩa quę recte facienda ſunt, Flaccus Pom
ſimpliciq; uirtute merentis ſemper quàm captantis gloriam. Cum quanta grauitate ut ponius
ſenator & iudex, non ut princeps, & cauſas preſsius audit? quàm celeriter Libonẽ in-
gratum & noua molientem oppreſsit? Quibus præceptis inſtructum Germanicum
ſuum, imbutumq; rudimentis militiæ ſecũ actæ, domitorem recepit Germaniæ? Qui-
bus iuuentam eius exaggerauit honoribus, reſpondente cultu triumphi rerum quas
geſſerat magnitudini? Quotiens populum cõgiarijs honorauit, ſenatorumq; cenſum,
cum id ſenatu autore facere potuit, quàm libenter expleuit, ut neq; luxuriã inuitaret,
neq; honeſtam paupertatem pateretur dignitate deſtitui. Quanto cum honore Germa
nicum ſuum in tranſmarinas miſit prouincias? Qua ui conſiliorum ſuorum miniſtro
& adiutore uſus Druſo filio ſuo, Maroboduum inhærentem occupati regni finibus,
pace maieſtatis eius dixerim, uelut ſerpentem abſtruſam terræ, ſalubribus cõſiliorum
ſuorum medicamentis coegit egredi? quàm illum & honorate nec ſecure continet?
Quantæ molis bellum principe Galliarum ciente Sacrouiro, Floroq; Iulio mira cele-
ritate ac uirtute cõpreſsit, ut ante Po.Ro. uiciſſe ſe quàm bellare cognoſceret, nũcioſq;
periculi uictoriæ præcederet nuncius. Magni etiam terroris bellum Africum & cotti-
diano auctu maius, auſpicijs conſilijsq; eius breui ſepultum eſt. Quanta ſua ſuorumq;
nomine exſtruxit opera? Quàm pia munificentia, ſuperq; humanã euecta fidem, tem-
plum patri molitur? Quàm magnifico animi temperamento Cn. quoq; Pompei mu-
nera abſumpta igni reſtituit? qui quicquid unquã claritudine eminuit, id ueluti cogna
tum cenſet tuendum. Qua liberalitate cum aliâs, tum proxime incenſo monte Cælio,
omnis ordinis hominũ iacturæ, patrimonio ſuccurrit ſuo? Quanta cum quiete homi-
num rem perpetui præcipuiq; timoris, ſupplementum, ſine trepidatione delectus pro
uidet? Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominũ apud aures deorũ de his
queri, quid hic meruit, primũ ut ſcelerata Druſus Libo iniret cõſilia? deinde ut Silius
& Piſo, quorũ alterius dignitatem conſtituit, auxit alterius. Vt ad maiora tranſcendã,
quanq; & hæc ille duxit maxima, quid ut iuuenes amitteret filios? quid ut nepotem ex
Druſo? Dolenda adhuc retulimus, ueniendum ad erubeſcenda. Quantis hoc trienni-
um M. Vinici doloribus lacerauit animũ eius? ꝗ diu abſtruſo, quod miſerrimũ eſt, pe-
ctus eius flagrauit incẽdio? quòd ex nuru, quòd ex nepote, dolere, indignari coactus
eſt. Cuius tẽporis ægritudinẽ auxit amiſſa mater eminentiſsima, & per omnia deis ꝗ
hominib. ſimilior fœmina: cuius potentiã nemo ſenſit, niſi aut leuatione periculi, aut
acceſsione dignitatis. Voto finiendũ uolumen ſit. Iupiter Capitoline, & autor & ſtator
Romani nominis Gradiue Mars, perpetuorumq; cuſtos Veſta igniũ, & quicquid nu-
minum hanc Romani imperij molem in ampliſsimũ terrarũ orbis faſtigiũ extulit, uos
publica uoce obteſtor atq; precor, cuſtodite, ſeruate, protegite hunc ſtatum, hanc pa-
cem: eiq; functo lõgiſsima ſtatione mortali, deſtinate ſucceſſores quàm ſeriſsimos, ſed
eos, quorum ceruices tam fortiter ſuſtinendo terrarum orbis imperio ſufficiant, quàm
huius ſuffeciſſe ſenſimus: conſiliaq; omnium ciuium aut pia,

BEATVS

BEATVS RHENANVS LECTORI S.

O VETVSTATEM conſumptricem, imò potius ó hominum incuriam. nam utram magis accuſem, planè dubius ſum. Non ſatis erat Latiniſsimi ſcriptoris utiliſsimum opus initio ſuo truncaſſe, niſi fine etiã ſuo mutilaretur: ut nihil dicã de uitijs quibus in medio fœdiſsime deformatum fuit. Tu amice lector cogita quantis mihi uigilijs conſtiterit hæc qualis qualis caſtigatio. Hoc non alia gratia dico, quàm quòd uideo quoſdam ingratiſsimos alienorum laborum æſtimatores, imò deriſores, qui cum ipſi nihil præſtent, hoc agenteis naſo ſuſpendunt. Nam cum ſuperioribus annis Ludum Annæi Senecæ ſcholijs meis expoſuiſſem, libellum non minus deprauatum quàm ueterem, ſtatim reprehendere me quidam, temerarie factum à me dictitantes, quòd eius autoris interpretationem ſuſcepiſſem, qui mihi totus non eſſet cognitus. Quaſi uero qui iam olim Poetas enarrarunt, aut noſtro ſeculo ſunt interpretati, non coniecturas plerunque ſequantur? Et non magnum ſit, rei precioſæ uel partem habere, ſi integram poſſidere non detur? At nugatores iſti adeò me non deterruerunt à propoſito ueteribus quâ licet ſuccurrendi, ut nunc non ſolum Velleium ædiderim ſemilacerũ, ſed & Tertulliani libros, uetuſtiſsimi inter Chriſtianos ſcriptoris, mendoſi tamen, mea cura è tenebris erutos, apud Frobenium excudendos curem, in uſum uidelicet rei theologicæ, & ad uetuſtatem illuminandam, quantum ad rem Chriſtianam attinet. Cæterum optime lector, uidetur hic parum deeſſe in hac peroratiuncula uotitia. nam in exemplari uerſus aliquot erant eraſi, forſan ab aliquo nebulone facturo periculum, an illitæ membranis notæ expungi poſsint. Videntur autem extrema uerba in talem ſcripta ſenſum, Conſiliaq; omnium ciuium aut pia, aut ſalutaria, in felicem exitum prouehite: Aut ſenſum ſimilem. Bene Vale mi lector, & conatum noſtrũ boni conſule. Baſileæ. Decimoſeptimo Calend. Decembris, Anno M. D. XX.

IN VITAS CAESARVM ET HISTORIAM ROMANAM INDEX perquàm copioſus.

A

ABaba mater Maximini 234
Abagarus rex à Pio lenitus 150
Abagarus Perſarũ rex à Seuero ſubactus 185
Abagarus rex Oſrohenorum 343
Abannæ gens Africa 652
Abarnes uicus thermis celebris 530
Abdimoneples Iſmaelita 469
Abdera Democriti patria 566
Abdigidus tribunus 527
Abij gens piiſsima 586
Ablauius Murena præfectus Prætorij 280
Aboras amnis 476.581
Abraham coluit Alexander 223
Abrittus Mœſiæ urbs 436
Abſimari uita per compendium 703
Abydum oppidum in Thebaidis parte 539
Abydon 566
Acarnania à Gothis uaſtata 262
M.Accij Balbi origo 18
Accia mater Auguſti ibidem
Acclamandi ratio mira 171
Acclamatio in Macrinum 205
Acclamatio Alexãdri per ſenatũ 231
Acclamatiões ſenatus in Tacitũ 294
Acclamationes ſenatus Pupieno & Balbino gratulantis 252
Acerranis ciuitas datur 772
Achaiacala munimentum 590
in Achaia Nero qualem ſe geſsit 86
Achaia à Veſpaſiano libertate priuata 110
Achaiam Gothi deuaſtant 262
Achaiam & Græciam Archelaus dux Mithridatis occupat 414
Achaiam prouinciam facit Veſpaſianus 421
Achaia quãdo & à quo prouincia Po. Rom. facta 784
Achaicum bellum à Mummio finitum 771
Achæi gens ſæuiſsima 568
Achæi Laconia pelluntur 768
Achæos penetrat Pompeius 785
Achemenes Perſis quid 532
Acheron fluuius 567
Achillas cõſultor necis Pompeij 789
Achilles cultus ab Alexandro 224
Achilles uult haberi Caracalla 351
Achilleus Zenobiæ parens 288
Achilleus in Oriẽte tumultuatur 427
Achillei mors 439
Acholius ſcriptor 229
Acholius magiſter admiſsionum 284
C.Acilij militis pertinacia 13
Acilius Glabrio 118
Acilio Glabrioni ſtatua inaurata primo poſita 477
Acincus fluuius 662
Acone portus 567
Acontiſma Macedoniæ aditus 616
Acron rex Ceninenſium 441
Acta diurna conficienda ſanxit Iulius Cæſar 4
Acte liberta Neronis 87
M.Actorius Naſo 2
Actiũ Epiri locus, ubi Antonius ab Auguſto uictus 419
Actiaca uictoria 797
Actius Comœdus 50
Actius Tragœdus 773
Acunincus oppidum 538
Adaces ſatrapa nobilis 599
Adamantis lapidis copia ubi 568
Adarnaſſes Narſis filius 453
Adarnaſsis dictum immane 453
Addenſe oppidum 652
Adduus Armenus 801
Adherbal à Iugurtha occiditur 412
Adiabenos expugnat Traianus 128
Adiabenos in deditionem recipit Seuerus 183
Adiabenicus dictus Aurelianus 288
Adiabenæ regio unde nomen habeat (584
Adiauas fluuius ibidem
Adiutrix legio 137
Adminius regis Britanniæ filius 66
Admiſsionum magiſter 491
Adolphi Aſſij imperium 725
Adonidis ſacra 531
Adonis ſacra Antiochiæ celebrantur 571
Adraſtia cur Nemeſis dicta 443
Adraſtia nemeſis 486
Adraſtia humanorũ ſpectatrix 564
Adria Adriatico mari nomen dedit 389
Adriatici maris ſinus terminus Illyrici 45
Adrianus primus Imperatorum barbam nutriuit 126
Adrianus à quo imperator dictus 130
Adrianus Afer genere fuit ibidem
Adrianus ambitioſus ibidem
Adrianus aſſentiẽte ſenatu imperium ſuſcepit 130
Adrianus impenſe doctus 130
Adriani adoptio per quem ſubſcripta ibidem
Adriani in pictura excellentia 130
Adrianus quantum apud Traianũ ualuit ibidem
Adrianus quos in initio imperij occidere uoluit ibidem
Adrianus ſanguinarij infamiam ſubijt ibidem
Adriani ſomnium antequã imperium ſuſciperet ibidem
Adrianus à muliere correctus 131
Adriani in dicendo iure mos ibidem
Adriani mores ibidem
Adrianus debita omnia cõdonat 132
Adrianus magus ibidem
Adrianus militarem diſciplinam corrigit ibidem
Adrianus ſacris utebatur magicis ibi.
Adrianus uenator inſanus ibidem
Adriani ſpectacula ibidem
Adriani leges 133.142
Adriani munificẽtia in Athenien. 133
Adriani ad amicos uerba 134
Adriano fluxus narium familiaris ibi.
Adrianus mori non poteſt ibidem
Adrianus phthiſi conſumptus ibidem
Adrianus quem ſucceſſorem elegit ibi.
Adrianus cur omnibus infenſiſsimus 135
Adriani ætas ac imperium ibidem
Adriani mors 135.144
Adriani ſepultura 135
Adrianus gemma à Traiano donatus 137
Adrianus Græculus dictus 137.389
Adrianus in amicitiam Traiani quomodo receptus 173
Adriani origo à Picentibus ibidem
Adriani pater ibidem
Adriani quæſtura ibidem
Adrianus Romæ naſcitur ibidem
Adrianus ſortes Vergilianas conſulit de imperio ibidem
Adrianus uenationis ad reprehenſionẽ ſtudioſus ibidem
Adrianus uino cur indulſit ibidem
Adrianus Imp. quomodo Romam peruenit 138
Adrianus Patris patriæ appellationem cur diſtulit ibidem
Adrianus quos in initio imperij domuit ibidem

de Adriani adoptatione multa 138
Adriani clementia ibidem
Adriani conſulatus ibidem
Adriano imperio ſuſcipiente quàm inquietum imperium ibidem
Adrianus ægros uiſitat 139
Adrianus Gallias uiſitat ibidem
Adrianus gratiam quomodo aucupauerit ibidem
Adrianus pueris alimenta præbet ibi.
Adrianus quorum inſidijs petitus ibid.
Adriani conſulatus ibid.
Adriani liberalitas in omnes ordines ibidem
Adriani ueſtitus & parſimonia 139. 140
Adrianus in Aſiam nauigat 140
Adrianus curioſus ibidem
Adriani apud Tarraconenſes periculum ibid.
Adriani adulteria ibidem
Adrianus Antiochenſib. infeſtus 141
Adrianus artes irridet ibidem
Adrianus erga reges qualis ibidem
Adrianus famæ cupidus ibidem
Adrianus Matheſis peritus ibidem
Adrianus Peluſium uenit ibidem
Adrianus profeſſorum fautor ibidem
Adrianus quale genus dicendi amarit ibidem
Adrianus ſemper ac in omnibus uarius ibidem
Adriani ara Athenis erecta 140
Adriani de Homero ac Platone iudicium 141
Adriani indoles ibidem
Adriani uoluptas nimia ibidem
Adriani ſtudia ibidem
Adrianus aquæductus infinitos erexit 142
Adrianus crudelis ibidem
Adrianus in colloquijs ciuilis ibidem
Adrianus in ludis profuſus ibidem
Adrianus peregrinationis cupidus ibi.
Adrianus plebis amator ibidem
Adriani ædificia ibidem
Adriani liberalitas ac lautitia ibidem
Adriani magiſtratus extra imperiũ ib.
Adriani pons ibidem
Adriani ſepulchrum, quod nunc Caſtellum angeli ibidem
Adrianus de ſucceſſore ſollicitus 143
Adrianus libertis deditus ibidem
Adrianus militibus carus cur ibidem
Adrianus qualis erga religiones ibid.
Adriani memoria ibidem
in Adriani tempora quæ calamitates inciderunt ibidem
Adrianus cæcis uiſum reſtituit 144
Adriani ætas & imperij anni ibidem
Adrianus mortem optat 144
Adrianus omnibus inuiſus ibidem
Adrianus ubi ſepultus ibidem
Adriani forma ibidem
Adriani morientis uerſus ibidem
Adriani Tiburtinum ibidem
Adriano mulier imponit ibidem
Adrianus à morte quõ cultus 145
Adrianus quæ ſigna mortis habuit ibi.
Adriani de Aelio Vero ioci 146
Adrianus Pium adoptat 147
Adriani de adoptato Aelio Vero iudicium ibidem
Adriani templum opus Pij 149
Adriani tetrapharmacum 224
Adriani templa ſiue imagines 227
Adrianus bonus princeps dictus 291
Adriani epiſtola de Aegyptiorum leuitate 307
Adriani exercitia, & ſtudiorũ liberalium peritia 389
Adriani exitus miſerabilis ibidem
Adriani ingenium uarium ibidem
Adriani memoria felix ibidem
Adrianus Traiani æmulus 422
Adriani uita per compendium 687
Adulatores exoſos habuit Tiberius 47
Adulatorum peſtis 318
Adulatio comes fortunæ 801
Aduleſcentes quàm ad uoluptatem proni 317
Aduleſcentia Romana alpes tranſcendit & fretum 477
Adulteros Macrinus quomodo puniuit 211
Aduocatorum mores 660
Aedeſius magiſter memoriæ 490
Aegiſtus Græciæ rex 768
Aegeum mare inſuloſum 566
Aegos fluuius 567
Aegyptus prouincia quando & à quo facta ſit 21. 785
Aegyptus tumultuatur tempore Adriani 138
Aegyptus tumultuatur per bucolicos milites 157
Aegyptus Nili inũdatione inacceſſa regio 383
Aegyptus ab Octauio in prouinciã redacta ibidem
Aegyptus prouincia efficitur 419
Aegyptus fœde direpta à Diocletiano 428
Aegyptus ſeminariũ religionum 439
Aegyptus prouincia 576
Aegyptus doctrinarũ omnium parens 577
Aegyptus quando ſub poteſtatem Romanam uenerit ibidem
Aegypti prouinciam ambit Cæſar 2
Aegypti pecora 575
Aegypti prouinciæ 576
Aegyptum petit Adrianus 132
Aegyptum Romani faſces non intrant 272
Aegyptiorum leuitas 271
Aegyptij in uerba Claudij abſentis iurarunt 278
Aegyptij in triumpho Aureliani 289
Aegyptij rixæ auidi 565
Aegyptij Cleopatram extollunt 638
Aegyptiorum uanitas 306
Aegyptiorũ forma & conſtãtia 577
Aegyptia gens uetuſtiſsima 574
Aegyptiũ uectigal quod conſtituit Aurelianus 292
Aelius augur notatus propter ædes locatas 776
Aelianus Caſperius 122
Aelianus ruſticorum dux 427
P. Aelius Adrian. Syriæ legatus à Traiano factus 129
Aelius Baſsianus 213
Aelius Celſus 183
Aelius Ceſetianus 295
Aelius Corduenus 188
Aelius Cordus ſcriptor 213
Aelius Gordianus uir inſignis 233
Aelius Lamia 118
Quint. Aelius Lætus 170
Aelius Maurus Phlegontis Tralliani libertus ſcriptor clarus 185
Aelius Scorpianus 301
Aelius Serenianus uir ſanctiſs. 233
Aelij Veri Cæſaris nomen Commodo inditum 144
Aelius Verus cur Cæſar dictus 145
Aelij Veri parens ibidem
Aelius Verus cur Adriano acceptus 146
Aelius Verus medius dux ibidem
Aelij Veri forma ibidem
Aelij Veri inuenta ad uoluptatem facientia ibidem
Aelij Veri luxus & uoluptates 146 147
Aelij Veri oratio pulcherrima 146
Aelij Veri ualetudo miſera ibidem
Aelij Veri uita ibidem
Aelij Veri filius quis 147
Aelius Xifidius 284
Aelia Petina Claudij uxor 77
Aelia Capitolina Hieruſalẽ dicta 133
Aemilianus imperium ſuſcipit 259
Aemilianus imp. Alexander, uel Alexandrinus dictus 271
Aemilianus imperiũ qua ratione ſumpſit ibidem
Aemiliani expeditio parata in Indos 272

Aemiliani

Aemiliani tyranni mors 272
Aemiliani in Nigrum maleuolentia unde 338
Aemilianus Lybicus in Mauritania ortus 436
Aemilianus cur imperator dictus, & occiſus 437
Aemiliani uita per compendium 691
Aemilius Aelianus Cordubenſis 29
M. Aemilius dictator regem Tolumnium uincit 403
Aemilius Gallos uincit 407
Aemilius Iunctus conſul 167
Aemilius Lepidus 62
Aemilius Pappus Imperator 18
Aemilius Parthenianus ſcriptor inſignis 177
Aemilius Paulus tribunus 6
Aemilij Pauli uictoria contra Carthaginenſes 406
Aemilius Paulus Perſeum uincit 411
L. Aemilius Paulus 770
L. Aemilij filij degeneres 771
Aemilij Suræ de annis pop. Ro. ſcripta 769
Aemilia Lepida ſponſa Claudij 77
Aemulatio alit ingenia 773
Aenobarbi ex familia Domitiorum 81
Aenus 566.624
Aeolum profectio 769
Aequorum urbs capta à Camillo 403
Aeſar, Hetruſca lingua Deus 39
Aeſernia colonia Romanorum 772
Aeſchines orator eximius 659
Aeſchylus Tragœdus 773
Aeſopi cauillationes 660
Aeſculum colonia Romanorum 772
Aetas ad omnia ſuppetens 123
Aetas omnis in imperio reprehenditur 307
Aethiopes legatos ad Octauium mittunt 383
Aethiopes contra Romanos 652
Aethna fumigans 68
Aethnam conſcendit Adrianus 140
Aetius Gothos in Gallia uincit 461
de Aetolis M. Fuluius triumphat 410
Aetolia quando & à quo po. Ro. prouincia facta 784
Afranius Comœdus 773
Africam obtinuit Galba 96
Africi belli commentaria falſo Cæſari inſcripta 11
Africæ imperat iuſte Veſpaſianus 108
Africam inuiſit Adrianus 140
ab Africanis cur dilectus Adrianus 143
Afri Seuerum pro Deo habent 184
Afri contra Maximinum rebellant 370
Africa hominum fœcundiſsima 371
Africanum bellum primum à Romanis inchoatum quando 405
Afros in Sicilia uincūt Romani 405
Africam bello inuadunt Romani primo 406
Africam edomat Cæſar 418
Africa ab Vandalis quando occupata 698
Africa prouincia facta & à quo 784
ex Africa triumphat Pompeius 785
Africa à Pompeianis tenetur 789
Afri cuiuſdam adoleſcentis ad Gordianum oratio 371
Africani nomen Scipioni datur 410
Africanus iunior Carthaginem delet 411
Africanus Pannoniæ ſecundæ rector 488
Africani continentia 595
Agabana caſtellum Perſidis 630
Agaclytus libertus Veri 155
Agamemnon in Cretam uenit 768
Agarenos impugnat Traianus 129
Agareni inuicti 129
Agarenorum regio ibidem
Agathocles ex figulo rex factus 486
Agathyrſi populi 568
Agathyrſi quæ gens 667
Agenarichus qui & Serapio 507
Agentes in rebus qui 500
L. Agerinus libertus Neronis 89
Aginatius uir clarus periclitatur 633 634
Agilimundus Quadorum ſubregulus 520
Agilo tribunus ſtabuli 483
Agaues inſania 447
Agni balant 195
Agrariæ legis peſtis 774
Agrigentum capitur à Leuino 408
M. Agrippæ ædificia 24
Agrippa Octauij nepos 31
M. Agrippa homo impatiens 32
Agrippa nepos Auguſti occiditur 46
Agrippa modeſtus 383
M. Agrippæ uirtutes 795
Agrippa corona clariſsima donatus 796
Agrippæ geſta in oculis Antonij fortiſsima 797
Agrippa Aſiam adminiſtrat 799
Agrippæ mors 799
Agrippæ potentia ſuſpecta 799
Agrippa Pannonicum bellum inchoat 800
Agrippæ perditio 804
Agrippus hiſtrio 162
Agrippina neptis Octauij 31
Agrippina Tiberij uxor 49
Agrippina Germanici uxor necata à Tiberio crudeliter 52.58
Agrippinæ & Claudij matrimonium qualiter conciliatum 77
Agrippinam matrem necat Nero 89
Agrippinæ interimitur Victorinus 266
Agrippina Colonia in ſecunda Germania 495
Aiadaltha tribunus 530
Aiax Auguſti tragœdia 36
Alamandurus Sarracenorū dux 700
Alanos Parthi impugnant 116
Alani Maſſagetæ 133
Alanis pacem dat Adrianus 138
Alani contra Marcum 157
Alani in triumpho Aureliani 289
Alani Thraciam inuadunt 399
Alani Cōſtantinopolim obſident 459
Alani populi 568
Alani Europæi 569
Alanorum nomen unde, & qui ſint 667.668
Alanorum mores & uictus 668
Alanius Gothorum dux 669
Alaricum Gothorū regem inuitat Rufinus 460
Alaricus Romam peruenit 460
Alaricus Romam capit 697
Alatheus dux 668
Alauda legio à quo inſtituta, erudita, ac ampliata 5
Alba Pompeia Liguriæ urbs 688
Alba Romanorum colonia 772
Albani triumphat Nero 86
Albani Adriano amiciſs. 143
Albani à Tullo Hoſtilio uincuntur 401
Albanis Pompeius bellum intulit 416
Albaniam penetrat Pompeius 785
Alberti Auſtriaci imperium ac bellum cum Adolpho 725
Albertus Auſtriacus imperator 727
Albertus Magnus philoſophus quo tēpore floruerit 725
Albia Terentia 100
Albudinus fons 75
Albingaunum patria Proculi 308
Albinus à Cōmodo Cæſar dictus 212
Albini patria ibidem
Albini indoles ac pueritia 213
Albini oratio inito iam imperio 213
Albinus Porphyrius dictus ibidem
Albino quæ ſigna imperium oſtenderunt ibidem
Albinus adoleſcens militat 214
Albinus qua ætate Imperator ibidem
Albinus Friſios fudit ibid.
Albinus inſidias Seueri euadit ibidem

Albinus qd de Cōmodo ſenſerit 214
Albini functiones ibidem
Albini bellum cum Seuero ciuile ibid.
Albini mors ibidem
Albinus Georgica conſcripſit 215
Albinus quantum à ſenatu amatus ſit ibidem
Albini mores 214.215
Albinus Catilina dictus 216
Albinus Pertinacis occidendi autor ib.
Albinus ſenatus amorem quomodo meruit ibidem
Albini oratio ad milites ibidem
Albini forma Ibidem
Albiniani Seuerianos uincunt 183
Albinus falſus à Seuero 337
Albini genus & delitiæ ibidem
Albino nobilitas ſtudioſa 340
Albinus ab exercitu Seueri hoſtis declaratus 341
Albini & Seueri ad Lugdunum pugna ibidem
Sp. Albinus Poſthumius ignominioſe pugnat 412
Albis fluuius 22
ad Albim fluuium peruenit Probus 302
Albis fluuius quorum terminus 802
Alboinus rex Longobardorum 466
Alcmana Lacones falsò ſibi uindicant 774
Alcmæon Archon ultimus Athenienſium 770
Allectus Carauſium occidit 427
cum Alemannis fœdus init Conſtantius 48
Alemannos ſtrauit ad lacum Benacum Claudius 393
Alemannos clade ingenti afficit Gratianus 399
Alemanni à Conſtātio cæduntur 428
Alemanni pacem petunt ab Conſtantio 483
Alemanni Romanos fugant 489
Alemannorum & Iuliani pugna 508
Alemannorum uociferatio contra ſuos equites ibidem
Alemannorum fuga 509
Alemannorum cædes 510
Alemannorum & Burgundionum confinia 524
Alemanni iterum rebellant contra Iulianum 553
Alemanni Rhetias ac Gallias inuadūt 613
Alemanni ſub Valentiniano cur tumultuati ſint ibidem
Alemanni totius orbis hoſtes ibidem
Alemanni qui & Germani 621
Alemanni Romanos fugant ibidem
Alemanni Padum circumcolunt 640
Alemannia ſemper acciſas uires reſumit 640
Alemannici nomen aſſumpſit Caracalla 193
prope Aleſiam Cæſaris facinus diuinū 787
Aletes Corinthi conditor 768
Alexandri Imperatoris indoles 199
Alexander dominus appellari noluit 217
Alexander non admodum Latinus 217
Alexander qualem ſe adoleſcens geſſit ibidem
Alexander quæ nomina, quos honores una die accepit ibidem
Alexandri forma ibidem
Alexandri pueritia ibidem
Alexander remedium generis humani ibidem
Alexandri uictus & mores ibidem
Alexander omnibus amabilis 218
Alexander recuſat nomen Magni ibi.
Alexandro nomen unde ibidem
Alexandri oratio ad ſenatum ibidem
Alexander Auguſtus dictus 219
Alexander quomodo Seuerus dictus à militibus ibidem
Alexandri grauitas ac conſtantia ibi.
Alexandro quomodo acclamatum 218.219
Alexander iuriſconſultorum patronus 220
Alexandri dictum aureum de malo Imperatore ibidem
Alexandri oculi graues ibidem
Alexandri imperij initia ibidem
Alexander adorari noluit 221
Alexander adulatores exoſos habebat ibidem
Alexander milites quomodo legit ibid.
Alexander quomodo ſalutabatur ibid.
Alexandri actiones cottidianæ ibidem
Alexandri ciuilitas ibidem
Alexandri moderatio ibidem
Alexandri ædificia 222
Alexandri geſta in urbe ibidem
Alexandri Seueri nomen unde ibidem
Alexander in armis magnus 223
Alexander Syrus archiſynagogus dictus ibid.
Alexandri aula hominibus ſanctiſs. referta ibid.
Alexandri de amicis peccantibus dictum ibidem
Alexandri facundia ibid.
Alexandri in Mammeam pietas ibid.
Alexandri ſcripta ibidem
Alexandri uictus ibidem
Alexander imitatur Alexandrum Magnum 224
Alexander præfectos quomodo dimiſit ibidem
Alexandri abacus ibidem
Alexandri exercitia ibidem
Alexandri prudentia ibidem
Alexander paterfamiliâs præmaturus 225
Alexandri conuiuia 224.225
in Alexandrum iocus ibidem
Alexander ad uenerem moderatus 226
Alexandri ueſtitus ibidem
in Alexandrū epigramma ibidem
Alexander artibus ſua præmia conſtituit 227
Alexandri auiaria ibidem
Alexandri genus à Metellis ibidem
Alexandri ioci ibidem
Alexandri parſimonia ibidem
Alexandri donationes quales 228
Alexandri in æmulum longanimitas 228
Alexandri taciturnitas ibidem
Alexandri de Macedone Alexādro iudicium 229
Alexander militibus quàm charus ibi.
Alexandri ſeueritas in milites ibidem
Alexandri ad ſenatum uerba 230
Alexandri oratio ad milites ibidem
Alexandri triumphus Perſicus ibidem
Alexandri uictoria de Perſis ibidem
Alexander ad germanicum bellum proficiſcitur 231
Alexandri ætas & eius imperij anni ibidem
Alexandri mors, & à quibus necatus ibidem
Alexander inter deos relatus 232
Alexander mortis contemptor ibidem
Alexandro mortuo qui honores exhibiti ibidem
Alexandri uitia ibidem
Alexandri conſiliarij qui fuerint 233
Alexandri de Maximino uerba ad ſenatum 235
Alexādri de Maximino iuniore ad matrem ſcriptum 241
Alexandri de Gordiano epiſtola 243
Alexāder Mammeæ boni principis nomen obtinuit 291
Alexāder ad imperium arte Meſæ uocatur 361
Alexander Cæſar declaratur 361
Alexander matris ſolertia ab Heliogabalo cuſtoditus ibid.
Alexāder militibus charus 361.362
Alexander aulam purgat 362
Alexander cur matri infenſior ibidem

Alexandri

Alexandri adoleſcentia quibus præceptoribus ficta 362
Alexandri ad Perſas epiſtola 363
Alexandri erga matrem reuerentia nimis ibidem
Alexandri oratio ad exercitus ibidem
Alexan. uxor aula eijcitur 362.363
Alexãder Antiochiam peruenit 364
Alexander in deſertores aĩaduertit ib.
Alexãder magno dedecore contra Perſas bellauit 365
Alexander Romanum exercitum prodidit Perſis ibidem
Alexander trifariam exercitum diuidit 364.365
Alexander ponte facto Rhenum tranſit 366
Alexãder à Maximino ad cædem quæritur 367
Alexandri cædes 368
Alexander Imperator Macellus antea dictus 392
Alexãder mortẽ fortiſſime excepit ibi.
Alexandri uita per compendium 689
Alexandri Magni ſtatua in tẽplo Herculis ad Gadeis 2
Alex. qua ætate orbem terrarum ſubegit ibidem
Alexandri Magni conditorium 21
Alexandri Magni imago, Octauij ſignum 29
Alexander ubi Darium deuicerit 128
Alex. felicem dicit Traianus ibidem
Alexandro parentauit Traianus 129
Alexandri Macedonis animũ habuiſſe Traianũ de ſucceſſore relinquendo 138
Alexan. Magnus haberi uult Caracalla 191
Alex. Magni templum apud Arcenos 218
Alex. Magnus ab Alexandro in larario maximo cultus 224
Alex. Magnus à Macrianorum familia cultus 269
de Alex. Magni imagine perſuaſio ib.
Alex. Magni de Achille dictum 298
Alexandri trophæum ad Iſſum 339
Alexandri ſtudioſus Caracalla 351
Alex. Magno liberalitas imperiũ propagauit 467
Alexandri dictum ad matrem 485
Alex. Magni perſuaſio de infinitatib. mundi 487
Alexandri ne nimio ſomno occuparetur, cõmentum 500
Alexandri continentia 595
Alex. dictum de theſauris ſuis 603
Alexan. Magno Papyrius Curſor obiectus fuiſſet, ſi in Italiã ueniſſet 664
Alexan. Magno confertur Cæſar 785
Alexander Carthaginen. tyrannus iugulatur 395
Alexander græcus grammaticus 151
Alexãder Heliopolites cur Antiochenſibus præfectus à Iuliano 578
Alexander Neoromæ epiſcopus 456
Alexander Phryx tyrãnus imperium arripit 396
Alexan. Sartius homo literatus 314
Alexandri Leonis fratris uita per compendium 706
Alexandria nutrix Neronis 94
Alexandria filia Caßij 159
Alexandriã perſecutus eſt Iulius Pompeium 7
Alexandria potitur Auguſtus 21
Alexandriam cur adijt Veſpaſianus 109
Alexandriã cur inuiſit Caracalla 351
Alexandrinis cur Caracalla infenſus 352
Alexandria ab Alexandro Macedone ædificatur 404
Alexandria uertex ciuitatum omnium 576
Alexandriæ doctrinæ uariæ 577
Alexandria urbs 586
Alexandria quando condita 772
Alexãdrina nauis ſine gubernatore, annonam Galbæ affert 97
Alexandrina purpura 226
Alexandrinorum cædes per Caracallam 352
Alexandrini Caracallam quomodo exceperint 352
Alexan. legati Romam ueniunt 405
Alexandria Arachoſiæ 588
Alexandria Ariana 587
Alexandria Bactriana 587
Alexandria inſula 586
Alexianus Mammeæ filius 357
Alexiani nomẽ mutatur in Alex. 361
Alexius Comnenus Imperator 449
Alexij Comneni imperium 710
Alexij Manuelis F. imperium 710
Alexius à Turcis per fratrem redemptus, liberatorem excæcat 711
Alexij Iſacij filij imperium ibidem
Alexij fratricidæ imperium ibidem
Algidus mons 403
Alicodra urbs 586
Alimentarios inſtituit Pius 149
Alion antrum 568
Aliſij tribuni facinus præclarum 617
Alitrophagi gens 587
Allia flumen 403
Allius fuſcus 168
Allobroges ab Cn. Domitio ſupati 81
Allobroges uincuntur 777
Almus mons Illyrici 303
Almus mons uineis quando conſitus 394
Almonis undis abluitur matris deorũ ſimulachrum 579
Alpes 5
Alpinas gentes coercuit Auguſtus 22
Alpes Coctiæ quando imperio additæ
Alpes Italiæ munitio 335 (286
Alpes quid ſint 377
Alpium termini 377
Alpes Hannibal aperit 407
Alpes Coctiæ ſub Nerone prouinciæ factæ 420
Alpes Iuliæ etiam Venetæ dictæ 681
Alpinæ nationes feræ 798
Alphenus iuriſconſultus 233
Alpheus in Arcadia oritur & eius fluxus 489
Alſa flumen Aquileiæ 397
Alſium colonia Romanorum 772
Altinum Venetiæ oppidum 795
Alueus nauigij genus apud Germanos 802
Alumnus dictus eſt Caligula 59
Alypius Antiochenſis præfectus 578
Amadeus Allobrox Papa 727
Amandus ruſticorum dux 427
Amanus mons 481
Amantius aruſpex clarus 633
Aman. Spado libertus Anaſtaſij 464
Amardus fluuius 585
Amaſtris urbs 567
Amazones Aſiæ partem quandam tenuerunt 4
Amazones in triũpho Aureliani 289
Amazones, & earum cum Athenienſibus pugna ac migratio 567
Amazonius dictus Commodus quare 169
Ambiatinus uicus 58
Ambiani 497
Ambrones uincunt Manlium & Cæpionem 413
Ambroſius Theodoſiũ caſtigat 696
Ammianus ferme ab hoſtibus captus. 527
Ammianus ad Iouinianũ mittitur 528
Ammianus periculo quomodo ereptus 530
Amianus Amida expugnata, quomodo euaſit 536
Ammiani de uaticinationum ſpeciebus definitiones pulchræ 552
Amicitiæ omnes Romæ tepeſcũt 638
Amici principis mali peſtis nocentiſſ. 233
Amici falſi lictoribus cur ſimiles 487
Amicus quando iudicandus 612
Amici qui eligendi ibidem

Amicos tanquam pecudes qui habeant 639
Amicenſes delentur miſerabiliter 521
Amida amittitur 453
Amida urbs 530
Amida obſidetur à Sapore 531
Amida quanta ui oppugnata 532
Amida expugnatur à Sapore 536
Amneſtia decreta ſub Aureliano 290
Amor documentis fit flagrantior 511
Ampelius Antiochenſis urbis præfectus 637
Amphiaraus uates inclytus 473
Amphitheatrum Statilij Tauri 24
Amphitheatri ruina apud Fidenas quot perierint 49
Amphitheatrum Veſpaſiani 110
Amphitheatrum Romæ 504
Amphilochius Paphlago maieſtatis reus 555
Amphitus Spartanus 568
T. Amprius ſcriptor memorabilis 15
Amurates Turcarum rex 715
Amycus tyrannus 567
Amyntas rex 797
Amyſos urbs Ponti capitur 416
Amyſos urbs 567
ἀναίματον imperium Alexandri dictum 229.362
Anaphe terræmotu emerſit 516
Anaſtaſius Dicorus Imperator efficitur 464
Anaſtaſianæ balneæ nomen unde habeant 614
Anaſtaſij uita per compendium 700
Anathan munimentum 589
Anatolij caſum ingemiſcit Iulianus 457
Anatolius Illyrici præfectus 538
Anatolium quærit Iulianus moriens 602
Anacharſi quòd Scytha fuerit, non obeſt 281
Anaxagoras lapides è cœlo caſuros, ac alia prædixit 577
Anaxarchus Alexandro Magno infinitates mundi perſuadet 487
Anaximandri de terræmotu ſententia 516
Anazarbus urbs, & eius conditor 481
Ancharia uxor Octauij, Auguſti nouerca 18
Anchialum uaſtant Barbari 279
Anchialos urbs 569
Anchialos urbs Thraciæ 624
Ancorarius mons 651
Ancona expugnata ab Friderico 723
Ancus Marcius Rex Cæſaris progenitor 1
Ancus Marcius Romanorũ rex 401
Ancyram peruenit Iulianus 570
L. Andaſius in Auguſt. conſpirauit 21
Andocides orator inſignis 659
Andragaſius Maximi ſocius mergitur 459
Andreas dux Iudæorum Cyrenenſium 129
Andreas Griti Venetus patritius 717
Andreæ Magnanimi uirtutes 314
Andriſcus qui & Pſeudophilippus 411
Andriſcus Pſeudophilippus in fullonia natus 486
Andriſci Adramyteni facinus 615
Androgynus in mare mergitur 411
Andron Muſicus 151
Andronicus poeta 540
Andronicus Ducas opprimitur 706
Andronici Comneni ſcelera, ac imperium 710.711
Andronici iunioris imperium 713
Andronici Palæologi imperium 712
Andrum occupant Iones 769
Angli Britanniam occupant 461 698
Anguis quinquaginta cubitorum 28
Anguis à formicis conſumptus 56
Animalium uoces 195
Annibalis ingenium 496
Annibalianus Imperator 396
Annibalianus Conſtantini ex fratre nepos 473
Anicetus pædagogus Neronis 89
Animi degeneris conſcientia 236
C. Anitius prætor Gentium uicit 410
Anneus Seneca Neronis præceptor 82
Annius Cornicula Gallieni laudator 263
Annius Fuſcus 187
Annius Libo 151
Annius Marcus orator ibidem
Annius Seuerus Gordiani ſocer 244
M. Annius Verus 134
Annius Verus 144
Annius Veriſsimus 151
Annia Cinnæ uxor 785
Annia Cornificia 151
Annia Fauſtina uxor Marci ibidem
Annia Fauſtina uxor Pij 147
Anno Afrorum dux à Leuino captus 408
Annonæ caritas ſub Commodo 170
Annum correxit Cæſar 8
Anni ſpatium 610
de Anno biſextili pulchra ibidem
Anni interuallum 611
Annus in decẽ menſes deſcriptus à Numa 402
Annulorum aureorũ tres modij ad Carthaginem miſsi 408
Antennates uincuntur à Romulo 401
Antennacum à Iuliano occupatur 523
Anterus Commodi ſubactor 167
Anterus occiditur ibidem
Anteuerſio in rebus tumultuoſis neceſſaria 554
Anthemius à Ricimere ad Aelium pontem ſuperatur 463
Anthemius imperator à populo Romã miſſus ibidem
Anthemius Romæ præeſt 699
Anthropophagi gens efferá 667
Antiatinæ ſortes 69
Antij acta 58
Antij triumphat Nero 86
Antigoni regis flagitia 317
Antimachum poetam Homero præfert Adrianus 131
Antimachum imitatus eſt Adrianus 141
Antinous puer in delitijs habitus Adriano 132
Antinous ſacrificatur ibidem
Antinoo urbs ab Adriano condita ibi.
Antinous Adriani 141
Antinoon urbs 576
Antiochus Comagenorum rex 60
Antiochiæ luxuriatur Macrinus 357 & 210
Antiochus Syriæ rex bellũ Ptolemæo mouet 407
Antiochus rex caſtris exuitur 410
Antiocho pax datur ibidem
Antiochus Epiphanes Apollini templum condit 573
Antiochus Epiphanes 771
Antiochianus præfectus militum 199
Antiochiæ moritur Germanicus 57
Antiochiæ terræmotus grauiſsimus 127
Antiochia Syriæ metropolis 130
Antiochia Perſis deditur, à Gordiano nepote recuperatur 249
Antiochia Laodicenis adiudicatur 341
Antiochia etiam Niſibis dicta 434 & 453
Antiochiæ Gallus graſſatur 452
Antiochia mundo cognita ciuitas 481
Antiochia Orientis apex 570
Antiochiam Perſæ inuadunt 581
Antiochia Margiana 586
Antiochiæ Valens deuouetur aſsidue 666
Antiochenſibus quàm infeſtus Adrianus 141
Antiochenſes Caſsio fauent 178
Antiochẽſib. benignus Caracalla 191

in Antio-

in Antiochenſes quantum ſæuijt Gallus 479
in Antiochenſes Iuliani liber 573
Antiphon Rhamnuſius orator 659
Antipolis 497
Antiſcij qui 576
Antiſſa ab Aeolis occupata 769
L. Antiſtius Trib. plebis 4
Antiſtius medicus 16
Antiſtius Labeo 30
Antiſtites prouinciales Papa beatiores ac ſanctiores 623
Antonij IIIuiri mors 21
Antonius Muſa medicus Auguſti 31
M. Antonius ob affectationem orationis ab Auguſto irriſus 36
Antonij ſcelera 418
Antonius Cleopatram ducit uxorem 419
Antonij uanitas 790.791
Antonius à Cicerone infamatus 792
Antonius fugam ſuam uictoriam uocat 796
Antonij cum Cleopatra fuga 797
Antonij & Cleopatræ exitus ibidem
Antonius fugaciſſimus miles nō imperator 797
L. Antonij bellum ciuile 418
L. Antonius 794
M. Antonius orator 776
M. Antonij interitus 780
M. Antonij indoles 790
Antoninus Gallus conſul 283
Antonius Primus 107
Antonius Germaniæ præfectus imperium arripit 388
Antonia Germanici mater 57
Antonia Claudij filia 77
Antoninus Pius. uide Pius
Antoninus imperator ab Adriano factus 134
Antoninus cur Pius dictus 144
Antoninus quæ Adriano à morte eius inſtituit 145
Antoninus Balbus 183
Antoninus Geta 194 uide Geta
Antoninorum nomen quàm ſanctū habitum 194
Antoninorū nomini Conſtantinus deuotus 196
Antoninorum ultimus in Imperio quis ibidem
Antonini nomen quantum ualuit apud exercitus 204
Antoninorum nomen quàm amabile 206.207
Antonini pietas 207
Antonini plures quàm dei ibidem
Antoninorum nomen fato quot imperatoribus conceſſum 208
Antonini imperatores octo 208
Antoninus Diadumenus impator 205 uide Diadumenus 209
Antoninorum nomen quomodo degenerauit 210
Antonini nomen recuſat Alex. 218
Antoninianæ plateæ 202
Antoninianæ thermæ Caracallæ opus 424
Antonini Samoſatæ ad Perſas fuga 526
Antoninopolis urbs 530
Antronij Tiberiani epiſtola 298
Anubim coluit Commodus 168
Anulinus Saturninus 284
Anulini ſenatoris libertus Diocletianus 421
Anus de Iuliano præſagium 495
Anzaba fluuius 528
Apamia Syriæ urbs 481
Apamia urbs Meſene cognominata
Apamia urbs 586 (845
Apelles Tragœdus 64
Aper Arrius occiditur 312
Apes fumo & ſonitu cymbalorum pelluntur 524
Apion rex Lybiæ 416
Apis Aegyptius 37
Apin bouem Memphi conſecrat Titus 113
Apis Alexandriæ ſeditionem ſuſcitat 140
Apis ſpecie quid Aegyptij deſignent 513
Apis Aegyptius 573
Apis bos quid 574
Apis natalis 575
Appius Claudius gentis Claudiæ princeps 41
Appius Claudius Cæcus ibidem
Appius Claudius Regillanus ibidem
Appij Claudij Decemuiri immodeſtia decemuiralem poteſtatem ſubuertit 403
Appij Claudij de Afris triūphus 405
Appius Claudius Iuliæ adulter 801
Appius Sabinus à Dacis oppreſſus 421
Appia uia quādo et à quo ſtrata 404
Apocaucus uir ſubdolus 713
Apodemius Galli trucidator 453
Apodemius turbarum igneus incentor 487
Apolauſtus libertus Commodi 168
Apollinis templum ampliatum ab Octauiō 21.24
Apollo Sandalarius 30
Apollo Tortor 33
Apollo Temenites 56
ex Apollinis arcula peſtis erūpens orbem inuadit 162
Apollinis de Peſcennio reſponſa 189
Apollinis Smynthij templum 566
Apollinis Palatini templum incendio abſumitur 579
Apollinis Daphnei templum incendio abſumitur 573
Apollo Chomeus Seleucia exportatus Romam uenit 584
Apollinis templum ab Auguſto fabricatum 796
Apollinaris Tragœdus 111
Apollinaris Meſopotamiæ præfectus 480
Apollodorus Pergamenus Auguſti præceptor 37
Apollodorus Architectus cur ab Adriano occiſus 131
Apollonius Molon Cæſaris in Rhetoricis præceptor 1
Apollonius Syrus Platonicus, ſcriptor inſignis 137
Apollonius Chalcideus pædagogus M. Antonini 150
Apollonius Chalcedonius Stoicus 152 160
Apollonium coluit Alexander 223
Apollonius Tyaneus 287
Apollonius Tyanenſis ubi natus 584
Apolloniæ Octauius ſtudijs operā dedit 19
Apolloniam euertit Lucullus 416
Apollonia urbs 584
Apollophanes monarcha Pompeij 21
Aponi fons 44
Ἀπραγόπολις inſula 39
Aprilis menſis Neroneus dictus 94
Apri urbs 624
Apronianus Ciliciæ præfectus pater Dionis 130
Apronianus urbis præfectus uir integer 612
Apros ſtudioſe confecit Diocletianus 438
Apruncúlus Gallus orator & aruſpex inſignis 563
Apuliæ ciuitates occupat Hannibal 408
Aqua Claudia in urbem quando introducta 404
Aquæ medicatæ Paleſtinæ 481
Aquæ Sextiæ 773
Aquæductus interciduntur à populo 376
Aquileiā oppugnat Maximinus 239 379.380
Aquileienſium fides 242
Aquileienſes cur Maximinus obſederit 254
Aquileiæ urbis deſcriptio 377

Aquileiam occupãt Conſtantianæ legiones 557
Aquileia à Iuliano obſidetur & deditur 558.559
Aquileia Romanorum colonia 773
Aquilius Niger quæ de Octauio ſcribat 20
Aquitaniam Auguſtus deuicit 22
Aquitaniam rexit Galba 96
Aquitania prouincia Romani pop. facta à quo 383
Aquitanos uincit M. Agrippa 419
Aquitani lingua moribus a Celtis diſſerunt 496
Aquitani molliores ibidem
Aquitaniæ prouincia prima 497
Aquitania ſuperiorem & inferiorem Germaniam cum Belgis regit ibidẽ
Ara Decij 436
Aræ Alexandri 369
Aræ Octauij 569
Arabia petræa in Romanorũ poteſtatem quando uenit 126
Arabiã impetit Traianus 129
Arabiam peragrauit Adrianus 141
Arabes in triumpho Aureliani 289
Arabiã felicẽ ingreditur Seuerus 343
Arabes uincit Pompeius 416
Arabes optimi equites 433
Arabes Magmed primo ſequũtur 469
Arabiæ prouinciæ ſitus 481
Arabes beati ſiue felices unde nomen habeant 586
Arabes uincit Pogonatus 702
Arabici nomen aſſumpſit Caracalla 193
Arabarius Sarmata 519
Arachoſia Perſidis regio 584.587
Arachotoſcrenes palus 588
Arar qui & Sanconna fluuius 497
Arati de iuſtitia ſententia 571
Araxates fluuius 586
Arbaca urbs 588
Arbelum capit Traianus. 128
Arbela urbs 584
Arbetio adulator ad inſidiandum acer 484
Arbetio Vrſicini accuſator 487
Arbogaſtes tyrãnus opprimitur 399
Arbogaſti mors 460
Arbor ſelix nunc Arben 675
Arboræ mores 488
Arboroſa nunc Arboiſe 499
Arcadij tutor Rufinus 460
Arcadij uita per compendium 696
Arcena urbs Alexandri Imp. patria 217
Archadius fluuius 567
Archelaus Cappadociæ rex 49.384
Archelaus dux Mithridatis 414
Archimea urbs 242
Archimedes Geometra 610
Archon Athenien. Magiſtratus 142
Archõ apud Athenas poſt reges 768
Arculanus Hermogenis filius 482
Arcus cœleſtis unde 551
Arcus Conſtantini triumphalis 448
Ardaburius Aſparis filius cũ patre occiditur 463
Ardea urbs Perſidis 586
Ardeam oppugnat Superbus 402
Arecha urbs 584
Arelate colonia facta quando 42
Arelate Conſtantius hyemat 476
Arelate ludos exhibet Cõſtãtius 453
Arelate 497
Arelius Fuſcus 290
Areopagitarum integritas 648
Aretinus Clemens 118
in Argentoratenſibus cãpis pugna crudelis 397
Argentoratus 497
Argentarium oppidum Galliæ 399
ad Argentariam ceduntur Germani à Gratiano 675
Argeus mons 548
Argius diſpenſator Galliæ 99
Argo nauis prima 567
apud Argos urbem Pyrrhus occiditur 405
Aria Perſidis regio 584
Aria mons 587
Arias fluuius ibidem
Ariani populi ibidem
Ariarathes rex Cappadociæ 410
Ariaſpe urbs 587
Aricini in ciuitatem recipiuntur 772
Arietis forma 550
Arietis bellici figura 580
Arimaſpi homines iuſti 569
Ariminum in Gallia à Romanis conditum 405
Ariminum colonia Romanorũ 772
Arinchi populi immaniß. 568
Arintheus tribunus 489
Ariobarzanes rex amicus Romanorum 414
Arioli quanta peſtis 312
Ariſtarchus Colchis rex præficitur à Pompeio 416
Ariſtarchus grammaticus 577
Ariſtænetius Pietatis uicarius 516
Ariſtides iuſtus 660
Ariſto Athenienſis Archon 414
Ariſtomachus tribunus 199
Ariſtonicus Eumenis filius Rom. bellum mouet 412
Ariſtonicus regiam ſtirpem mentitur 775
Ariſtoteles minimo natus uico 281
Ariſtobulus rex Iudæorum in triumpho ductus 417
Ariſtotelis de terræmotibus ſententia 516
Ariſtotelis ad Calliſthene dictũ 525
Ariſtotelis De ſomnijs ſententia 552
Ariſtophanes Comicus 773
Arma quando mouenda 383
Arma iuſta quis noſtrorum principum mouerit 447
Armenes Nauidis Lacedæmonij filius 410
Armis quando potentiorum contentiones dirimendæ 788
Armeniam reſtituit Tigrani Tiberius 43
Armeni legiones Rom. ſub iugum mittunt 90
Armeniæ rex incitat Traianum 126
Armeniam laceſſunt Alani 133
Armenij regis reſponſum ſapiẽs 337
Armenij Seuero ſociantur 343
Armeniam diripiunt Parthi 384
Armenia minor Rom. ſubditur 416
Armenia à Parthis imperio adimitur 420
Armenia à Sapore quomodo occupata 630
Armeniæ præficitur Cylaces ibidem
Armenia ab Hunis populatur 464
Armenij à Mauritio fuſi 467
Armenicus dictus Aurelianus 288
Armeniaca ſecunda legio 545
Arminij genus & indoles 806
Armonius mons 567
Armorici Belgicæ confines 427
Arnulphi imperium 720
Arrius Antoninus adoptatur ab Adriano 144
Arricidia uxor Titi 113
Arrius Antoninus auus Pij 147
Arrius Antoninus 168
Arrij Antonini ad Neruã ſermo 388
Arrianus Aper ſocer Numeriani 312
Arrij interitus 456
Arrianis fauet Conſtantius ibidem
Arrianorũ hæreſis quanta peſtis ibid.
Arrianis fauet Valens 696
Arria Fadilla mater Pij 147
Arrianus poeta 55
Arrianus hiſtoricus 243
Arſaces Parthus Macedones expellit 563
Arſaces Armeniæ rex 549
Arſacis latronis origo & incrementa 583
Arſacidæ cur ſolis & lunæ fratres dicantur ibidem
Arſaces à Perſis uiuus capitur 606
Arſaces Parthis libertatẽ aſſeruit 689

Arſacia urbs 585
Arſaci regi Armeniæ Romani auxiliũ cõtra Perſas ferre prohibiti 458
Arſiana urbs 584
Arſinoe urbs quæ Teuchira 576
Artabanus Parthorum rex Tiberium increpat 54
Artabani in Caligulam fauor 59
Artabanus Parthorum rex pacem cum Macrino conficit 210
Artabanus Parthorum rex inſidijs Caracallæ petitus 352
Artabanus Parthus à Perſis uictus 363
Artabanus Armeniæ præficitur 630
Artabaſdes Armeniorum rex 257 796
Artabaſſes Syrus 299
Artabius fluuius 588
Artacana urbs 586
Artagera Armeniæ urbs 801
Artamis fluuius 586
Artaxerxes Perſarum rex Alexandri tempore 230
Artaxerxes Perſarum rex 363
Artaxerxes Perſiam occupat 439
Artaxerxes Perſis quid 532
Artaxerxes Macrochir à lenitate commendatus 664
Artaxatæ capiuntur 154
Artaxata capitur à Perſis 606
Artemion dux Iudæorum 129
Artemij uita per compendium 703
Artes omnes uno fermè tempore eluxiſſe 773
Artium altitudo delectat 498
Artium doctores ciuitate Romana donantur 8
Artemiſiam Cares extollunt 638
Arthaces Iberiæ rex à Pompeio uictus 416
Artogeraſſa Armeniæ oppidũ 630
Artorius medicus Octauij 793
Aruerni ciuitas Galliæ tranſalpinæ nobiliſſ. capitur 412
Aruerni uincuntur 777
Aruns Tarquinij filius in pugna cadit 402
Arunculeius legatus Cæſaris ubi cæſus 5
Arunculeius Cornelianus 183
Aruſpices Hetruſcos Iulianus accerſit 600
Aruſpicum uanitas 297
Aſarzamena Perſis reſtituitur 458
Aſcalon urbs Paleſtinæ 481
Aſcanimia mons 587
Aſcletario Mathematicus 120
Aſclepiades Mendetes 38
Aſclepiades philoſophus Apollinis tẽplum incendit 573
Aſclepiodorus Britanniam uicto Crauſio recepit 439
Aſclepiodorus Celſinus 291
Aſcræus uates 477
Aſculani bellũ Romanis mouent 778
Aſellius Sabinus 50
Aſellius Claudianus 183
in Aſia qualem ſe geſſit Verus 161
Aſiam deuaſtant Gothi 262
Aſiæ & Europæ terminus 349
Aſia Getæ mandatur 349
Aſiatici nomen Scipioni datur 410
Aſia per hæreditatem populo Rom. cedit 412
Aſiam petit Iulianus doctrinarũ liberalium deſiderio 487
ex Aſia triumphat Pompeius 785
Aſia tributaria pop. Rom. facta quando & à quo ibidem
Aſiaticus libertus Vitellij 105
Aſinius Pollio atrium libertatis condidit 24
Aſinius Pollio Pompeianis aduerſus 791
Aſinij Pollionis factum memorabile 797
Aſinij Galli in Ciceronem libri confutati 80
Aſinorum agreſtium copia in Perſide 598
Aſmira mons 587
Aſmira urbs ibidem
Aſmiræ populi ibidem
Aſpabota urbs ibidem
Aſpacures Hiberiæ rex efficitur 630
Aſparata urbs 587
Aſparatæ populi ibidem
Aſparis & Leontis coniuratio 463
L. Aſprenas legatus Vari 806
Aſpuna Galatiæ oppidum 609
Aſſeſſorum uitia 660
Aſtatia urbs 586
Aſtam urbem capit Fridericus 723
Aſtacus quæ & Nicomedia à Scythis euerſa 259
Aſtacum quæ & Nicomœdia 567
Aſtroarches Luna dicitur 360
Aſtura 39
Aſſyriæ Semiramis imperauit 4
Aſſyriam depopulatur Iulianus 457
Aſſyria lingua utuntur Perſæ 481
Aſſyria Barbationis uxor 525
Aſſyrios occupat Iulianus improuiſus 579
Aſſyriæ nobilitas 584
Aſſyria Perſidis regio ibidem
Aſſyrij principatum omnium gentium habuere 769
Aſſyrijs imperium adimitur ibidem
Atalaricus Gruitugrorum rex à Victore fugatus 459
Attalus cum Leuino amicitiam facit 408
Atteius Sanctus orator 166
Atellæ moritur Octauius Auguſtus 419
Ataulphus à ſuis interfectus 461
Ataulphus Placidiã uxorẽ ducit ibidẽ
Athabilus rex inſulæ quam Tigris facit 128
Athanaricus iudex potentiſſ. 624
Athanaricus Conſtantinopolis ſepelitur 625
Athanaricus Theruingorũ dux 668
Athanaſius Alexandrinus epiſcopus 493
Atharæ populi 587
Athenæ 133
Athenarum pars Adrianopolis dicta 142
Athenienſium inimicus Seuerus unde 181
Athenienſes Gothos uincunt 262
Athenæ Mithridati traduntur 414
Atheniẽſes gladio cinctum aſſidere in conuiuijs abolerunt 588
Athenæ captæ à Gothis 692
Athenienſiũ magiſtratus ſummus mutatur 770
Athenienſium eloquentia 774
Athenarum Archon primus 768
Athenæ ſub rege eſſe deſinunt ibidem
Athenas capit Sulla 780
Athenienſium erga Romanos fides ibidem
Athenienſium ἀμυνσίæ 790
Atheneus Alexandro familiaris 225
Atheneus cornutũ pingi Bacchum dicit 462
Athenodorus tyrannus truncatur capite 464
Athos mons Macedoniæ 566
Athribi urbs 576
Attuarij Franci 549
Athyras portus 567
Atticus Veſtinus conſul 89
Atidius Cornelianus Syriæ præfectus 153
Attilius Titianꝰ Tyrãnidis reus 149
Attilij Reguli uictoriæ in Africa 406
Atlantei ſomniorum expertes 488
Atræ urbs Atrenorum 343
Atramiteni Theodoſii uita per compendium 703
Atropatenæ pagi 585
Attila Illyricum uaſtat 461
Attilæ interitus 462
Attilæ & Aetij pugna ibidem
Attila Gothos accerſit ibidem

Attila

Attila ab Etio uictus ubi 699
Attuari uicti à Tiberio 802
Attyriam pro Aſſyriam barbari dicunt 128
Auari Europam diripiunt 468
Auaritia acerbiſs. malum in imperatore 178
Auaritia matris filio principi imputatur 362
Auaritiã famulorũ princeps luit 371
Auaritiæ inimicus fuit Valentinianus 398
Auaritia deteſtabilis in imperante 467
Auaſtomates gens Africa 652
Audentius recuſat imperium 355
Audienſe caſtellum 653
Audita uiſis laudamus libentius 799
Auenticum 497
Auentinus & Ianiculus urbi Romanæ iunguntur 401
Auernus mari ab Aug. iunctus 20
Aufidius Lurco 62
Aufidius Victorinus 152
Aufidius Victorinus in Cattos mouet 153
Auguria unde capiantur 552
Auguribus magnam fidem habent Itali 378
Auguſtus quædam Cæſaris ſcripta publicari uetuit 12
Auguſti templũ abſoluit Caligula 61
Auguſtus nec bonum filium adoptare potuit 186
Auguſtus autor imperij 219
Auguſtus inter bonos numeratur principes 291
Auguſtus quo urbis anno imperator factus 383
Auguſti felicitas principibus precatur 422
Auguſtus naſcitur 784
Auguſti origo ac indoles incrementaq; 790
Auguſti obitus 807
Auguſtulus Romæ imperat, & in exilium pellitur 463
Auguſtulus Romæ præeſt 699
Auguſti tres ſimul 626
Auguſti nomen quantum 19
Auguſtus menſis Cõmodus dictus 69
Auguſtales ſodales 96
Auguſta urbs Germaniæ 450
Auguſtamnica prouincia 576
Auguſtodunum 497
Auguſtophratenſis regio 386
AuidiusCaſſius imperator. uide Caſſius
Auidius Caſſius Aegypti ſeditionem ſedat 157
Auidius Seuerus 176
Auitus impator dicitur à Senatu 463
Auitus Romæ præſes 699
Aulam purgat Alexander 227
Aulica familia luxurioſa quanta peſtis 318
Aulici ſorices palatij dicti 396
Aulicis omnia cõmittere miſerrimum in principe 467
Aulicorũ incremẽta unde 564. 565
Aulicorum corruptela 565
Aulus Vitellius P. fil. 103
Aulus Cluentius dux Picentum 413
Aulus Plautius 89. 420
Aureliani ingenium elatum 272
Aureliani de Zenobia epiſtola 273
Aureliani mater, ſacerdos 281
Aureliani origo ibidem
Aurelianus gladij exercendi cupidus 282
Aurelianus militibus timori ibidem
Aurelianus ſolus priuatus elephanti dominus ibid.
Aureliani epiſtola ad ſuum Vicarium ibidem
Aureliani forma ibidem
Aurelianus quas leges militibus ſcripſit ibidem
Aurelianus Vlpij Criniti uicarius 283
Aureliani encomium ibidem
Aureliani ſeueritas ibid.
Aurelianus quando imperator factus 284
Aureliani actio gratiarum coram Valeriano ibidem
Aureliani conſulatus ibid.
Aurelianus contra Zenobiam mouet 286
Aureliani de Heraclammone epiſtola ibidem
Aureliani mores ibidem
Aurelianus monitu Apollonij clementior factus 287
Aureliani ad Mucaporẽ epiſtola ibidẽ
Aureliani equites fugiunt ibid.
Aurelianus quãtam cladem accepit apud Placentiam 288
Aureliani cognomina ibidem
Aureliani crudelitas proprijs literis oſtenſa ibid.
Aureliani de libris Sibyllinis epiſtola ibidem
Aureliani ferocitas ibid.
Aurelianus quas triumphauit gentes 289
Aurelianus ſanguinarius fuit ibidem
Aureliani de Oriente ac Occidente triumphus ibidem
Aureliani expeditio in Perſas ibidem
Aureliani parricidium ibidem
Aureliano inſidiatur notarius ibidem
Aurelianus à morte inter diuos relatus 290
Aureliani cædes 289. 290
Aureliano cæſo imperiũ uacat ſex mẽſibus 290
Aureliani epiſtola de bello monetariorum ibidem
Aureliani in ſenatores crudelitas ibid.
Aurelianus bon9 dictus Princeps 291
Aurelianus Ciliciæ procõſul, nepos Aureliani ibidem
Aureliano clementia defuit ibidem
Aurelianus in amicos qualis 292
Aurelianus uinum gratuitum uoluit dare populo ibidem
Aureliani ædificia ibidem
Aureliani epiſtola glorioſula ibidem
Aureliani in pop. Romanũ munificentia ibidem
Aureliani ſeueritas in domeſticos ibid.
Aureliani leges et inſtituta 292. 393
Aureliani tempora feliciſſima 293
Aureliani iudicium de Probo 300
Aureliani ad ſenatum epiſtola de Firmo 306
Aureliani de Bonoſo dictum 308
Aureliani de Bonoſi nuptijs epiſtola 309
Aurelianus æquiparatur Alexãdro magno & Cæſari 394
Aureliani truculentia & mors ibidẽ
Aureliani uictoriæ Italicæ ibidem
Aurelianus in priſtinum ſtatum redegit imperium 426
Aurelianus neceſſarius magis quàm amabilis princeps ibidem
Aureliani uitæ per compendium 692
Aureliani cupiditas quomodo diluta 664
Aurelianus Feſtiuus libertus Aureliani hiſtoricus 306
Aurelianus Tacitus ſenator 291
Aurelius Cotta Cæſaris propinquus 1
M. Aurelius Antoninus Baſſianus Caracalla 194 Vide Caracalla
Aurelius Victor Primus quid de Macrino ſentiat 209
Aurelius Alexander Seuerus imperator. Vide Alexander 217
Aurelius Philippus libertus uitam Alexandri imp. conſcripſit ibidem
Aurelius Verus de Adriano ſcripſit 229
Aurelius pædagogus ſenatorum dictus 290
Aurelius Gordianus 291
Aurelius Apollinaris ſcriptor 311
C. Aurelius Valerius Diocletian9 438 Vide Diocletianus
Aurelia Meſſalina Albini mater 213

Aureolus

Aureolus Illyricum tenet 259
Aureolus imperium arripit ibidem
Aureolus coactus ſumpſit imperium 268
Aureolus quomodo interfectus 285
Aureolo fœdus petẽti Claudius quid reſponderit 277
Aureolus ubi à quo interemptus ac deuictus 286
in Aureolum mortuũ epigrãma ibid.
Aureoli pons ibidem 393
Aureus mons Mœſiæ uineis conſitus quando 394
Aureorũ Semiſſes quãdo formati 226
Aureorum tremiſſes ibidem
Auſci 497
Auſpiciorum obſeruans Auguſtus 37
Auſpicia quid ſint 552
Auſturiani Africam incurſant 613
Auſturiani gens tripolitanis uicina 640
Auſtrogoti contra Romanos 277
Autoſidorum oppidum 499
Auximum colonia Romanorum 773
Axomitæ in triumpho Aureliani 289
Aza Turcarum princeps 709
Aznorna urbs 586

B

Babilus Aſtrologus 90
Babylon urbs ſplendidiſs. 584
Babylonius equus Iuliani 579
Bacaudarũ ruſticorum factio in Gallia 427
Baccelus pro ſtulto 36
Bachilidis Lyrici dictum 602
Bacchus primus mortalium triũphum oſtendit 442
Bacchus Cornutꝰ quare pĩgatur 462
Bactra urbs 586
Bactriani legatos ad Adrianum mittunt 143
Bactriani in triũpho Aureliani 289
Bactriana Perſidis regio 584.586
Bactriana natio bellatrix 586
Badomarius rex Alemanorum 397
Badula qui & Totila 465
Barbatio caſtris exuitur ab Alemannis 505
Bagrada fluuius 585
Bagaudarũ turba à Maximiniano compreſſa 439
Baianus ſinus cur à Caligula põte ſtratus 61
Baiarum pons à Caligula excogitatus ibidem
Bainobaudes tribunus 505
Baiuræ gens Africæ 652
Balare agnorum 195
Balbatus filius Zenobiæ 290
Balcobaudes tribunus 621
Balbini timiditas 240
Balbinus imp. ſegnis 253
Balbini adminiſtrationes ibidem
Balbini forma ibid.
Balbini ſanctitas ibid.
Balbini origo ibid.
Balbini & Pupieni diſcordiæ 254
Balbini benignitas 255
Balbini domus ibidem
Balbini mors ibidem
Balbini maiores 433
Balbini uita per compendium 690
Balbus Cornelius Theophanes 253
Balduini Flandrenſis imperium 711
Balduini Roberti filij imperium 712
Balerus Caduſiorum rex 257
Baliſta Macriani præfectus 259
Baliſta imperator 270
Baliſta Valeriano quàm charus ibidẽ
Baliſtæ mores, uita et mors 270.271
Baliſtæ uerba de imperatore eligendo 286
Baliſtæ figura ibidem
Banthiſis fluuius 587
Baptiſma excrementis fœdat Conſtantinus 707
Bapo promotorum ductor 489
Baraba urbs 586
Baraxmalcha oppidum 590
Barbari pecuniæ auidi 319
Barbaris Romano more pugnare quando ſuetum fuerit 340
Barbarorum mos in pugnando 364
Barbarus cũ uincit inſolentior 436
Barbatij interitus 486
Barbatio Rauracos peruenit 504
Barbitani montes 588
Barchalba tribunus Procopij 618
Barda Sclerus perduellis 707
Bardi Galli poetæ 495
Barrire elephantorum 195
Barſemius Atrenorum rex 337
Barzala caſtrum 529
Baſilia, germaniæ urbs 658
Baſilica Caij & Lucij 24
Baſilides libertus Veſpaſiani 109
Baſiliſcus Genſericum uincit 463
Baſiliſcus cum filio relegatus 464
Baſilius unicus conſul creatur 462
Baſilij Macedonis uita per compendium 705.706
Baſilij & Conſtantini filiorum Romani iunioris imperium per compendium 707
Baſilina Iuliani mater 456.602
Baſſarides Bacchi 447
Baßiano Iudaicus triumphus decernitur 184
Baßianus unde Caracalla dictus 186
Baßianus Marcus Seuerus Antoninus dicitur 344
Baßianus Soæmis filius 357
Baſtarnæ contra Marcum 157
Baſtarnas in fidẽ recipit Probus 303
Baſtarnas amicos reddidit Octauius 383
Baſtarnæ ſubacti à Galerio 428
Bataui equites Adriani 132
Bataui formidabiles 509
Bater libertus 77
Bathinus fluuius 805
Batio dux Pannonius 45
Batne in Anthemuſia à Macedonibus conditum 475
Batnæ municipium Oſdroænæ 579
Bato Pannoniæ dux 803
Baturius Iberus dux 677
Battus Spartanus Cyrenæ conditor 576
Beatus ante ueſperum miſerrimus fieri poteſt 618
Bebaſe uilla 529
Bebius Macer 138.284
Bebius Metianus 214
Bebius Macrinus rhetor 217
Bebriacum oppidum 102
Bebryces Pollux tyrãnide liberat 567
Becus nomen Gallicum 107
Beles Apollo 378
Belgæ fortiß. Gallorum 496
Belgæ differunt à Celtis lingua & inſtitutis ibidem
Belgica prima 497
Belgica ſecunda ibidem
Belias fluuius 579
Beliſarij expeditio in Perſas 465
Bellenus Deus 239
Belles Mazicum princeps 651
Bellonæ ſatrificat Iulianus 554
Bellonæ humanis hoſtijs qui ſacrificarunt 623
Bellum Alexandrinũ Cæſaris unde 7
Bella ciuilia ab Auguſto geſta 19
Bellum quando ſuſcipiendum 23
Belli Marcomannici timor 155
Bellum inter prætorianos ac Romanos Pupieni tempore 253
Bellum monetariorum ſub Aureliano 290
Bella inchoata relinquere periculoſum 319
Bellum ciuile Commodi 323
Bellũ ciuile à Gallicano ſuſcitatũ 376
Belli fortuna quàm dubia 378
Bellũ Romuli ob uirgines raptas 401
Bellum Tarquiniorum contra Romanos 402
Bellum Tarquiniorũ ſecundũ ibidem
Bellum Samnitium & Romanorũ annos per xlix. tractum 404

Bellum ciuile Aemilius Lepidus conatur 415
Bellorum euentus qui laudandi 514
Bellum iuſtum quod 727
Belli ciuilis inter Cæſarem ac Pōpeium initium 788
Bellum in Campania 794
Belſolus rex ad Saporem pro Valeria no ſcribit 257
Belus Babylonis arcē conſtruxit 584
Benacum lacum Probi poſteri habitarunt 304
Benedictini bibliothecas inſtruxerunt aut conſeruarunt 767
Beneficijs paria referre arduum 325
Beneficium quando honeſtiß. collocatum 683
Beneficiorum in aduerſis memoria nulla 789
Beneuentum incendit Otho ſecundus 720
Beneuentū à Romanis in Sannio condita 405
Beneuentum colonia Romanorū 772
Benignitas quantum poßit 33
Berengarij Italiam uexant 720
Berenicen reginam amat Titus 114
Berenice uxor Titi 387
Berenice urbs Rom. donatur 416
Berenice urbs 576
Bergentio locus Germaniæ 398
Berœa Thraciæ urbs 624
Berytum Syriæ Germani extinguunt 723
Berytus Phœniciæ urbs 481
Beſa deus apud Perſas 539
Beſbicus inſula 567
Beſſos Lucullus domuit 623
Beßis bellum infert Lucullus 416
Betæ populi 587
Betis fluuius Beticæ nomen dedit 584
Betizare pro languere 36
Bezabda à Cōſtantio obſeſſa, oppugnatur acerr. 549
Bezabde Phœnicha dicta obſeſſa à Sapore 545
Bibalus Pannoniæ inferioris oppidum 435
Biberius Caldius Mero uocatus Tiberius cur 49
Bibliothecam inſtruxit Octauius 24
Bibliotheca Sammonici 246
Bibliotheca Vlpia 281
Bibliotheca Serapij apud Alexandriam 576
Bibliothecas inſtruere laus principum 765
Bibuli in Cæſarem collegam iocus 2
Bibulus conſul cum Cæſare creatus 3
Bibuli in Cæſarem dicterium 10
Bibulus Collega Cæſaris & potentiæ eius auctor 786
Biculis captiuus Decebali 126
Bineſes Perſa Niſibin ingreditur 507
Bingio occupatur à Iuliano 523
Biſſextilis anni ratio 610
Biſturnitia Aegypti 575
Biſantij inter Sequanos 497
Biſula amnis 569
Bitaxa urbs 587
in Bithyniam Cæſar cur miſſus & à quo 1
Bithyniæ præficitur Seuer9 Iulius 133
Bithyniam obtinet Aurelianus 286
Bithyniam inuadit Mithridates 414
Bithynia Romanis ex hæreditate cedit 415
Bithynia quæ ueterib. Migdonia 567
Bithyniam Procopius occupat 617
Bithynia hæreditario iure prouincia Rom. facta 785
Bituitus dux à Romanis capitur 412
Bituriges 497
Bizes fluuius 567
Blacernis templum Mariæ ædificatur 460
Bleda Attilæ frater 461
Blemyas ſubigit Probus 303
Blemyes in triumpho Aureliani 289
Blōdus plures impatores omiſit 684
Boas Dalmatiæ inſula 564
Boas Dalmatiæ oppidum 633
Boamundus Normannorum dux 710
Bochus Mauritaniæ rex cum Iugurtha à Mario uictus 412
Bochus rex 777
Boetia à Gothis uaſtata 262
Boemiam obtinet Sigiſmundus 726
Boioheimum Marabodui regnū 803
Bolbiticum Nili oſtium 574
Boleti & ficedulæ, oſtreæ & turdi certamē dialogo conſcriptū à quo 50
Boleſlaus Boemus ab Othone capitur 720
Bonifacius Gothos in Africam uocat 461
Bonifacius rex Theſſaliæ dicitur 711
Bonna occupatur à Iuliano 523
Bononea Pannoniæ oppidum 556
Bononia Germaniæ inferioris 541
Bononiæ littus uerſus Britanniā 627
Bononia colonia Romanorum 773
Bonoſus Hiſpanienſis fuit 308
Bonoſi pueritia ibidem
Bonoſi bibacitas 308.309
Bonoſi mors & iocus in eius mortem ibidem
Bonoſus quomodo & quare imperator factus ibidem
Bonoſi uxor Gothica ac regalis 309
Bonum Romanis tantū, quod fructuoſum 639
Bonorum filij degeneres 185
Bonorū memoria quantū ualeat 253
Bona certa quæ 316
Bonorum candor fatendus 805
Boreoſtoma Danubij oſtium 569
Borium promontorium 574
Boryſthenes ciuitas 369
Boryſthenes equus Adriani 132
Boryſthenis ortus 569
Bos coronatus pacis ſignum 590
Boſphorus urbs per Auguſtum ſubacta 419
Boſphori duo 567
Boſtra Arabiæ urbs 481
Bouinia Porcilla auia Pij 147
Braccati Galli fluxioris fidei 492
Braccatorum uirtus bellica 509
Brachmanes Indi 585
Branchidarum oracula 645
Braſmatiæ terræmotus 516
Bregetio Quadi debellantur 520
Breuces ſubegit Tiberius 43
Breuitas quando laudanda 487
Breuitas nimia multa præterit ſcitu digna 583
Brigātiæ lacus ac eius deſcriptio 489
Briſoana fluuius 585
Britannos Iulius aggreſſus eſt 5
Britanniam Cæſar cur petierit 9
Britanniæ terrorem incutere tentauit Caligula 61
Britannica clades tēpora Neronis nobilitat 90
Britanni rebelles ſub Traiano 138
Britanniam corrigit Adrianus 140
Britannicum bellum ſub Marco 153
Britannos regit Albinus 216
Britanniam occupat Seuerus 346
Britannorum mores ac pugnæ 346 347
Britannis bellum mouet Cæſar 417
Britanniam Claudius expugnat 420
Britanniæ deſcriptio 439
Britanniā edomuit Theodoſius 460
Britannia Scoti & Picti expelluntur 461
Britanniam Picti, Saxones, Scoti, & Attacotti inuadunt denuo 613
Britannia à Theodoſio pacata 636
Britannia ab Anglis & Scotis quando occupata 698
Britanniam inuadit Cæſar 787
Britannicū Claudij opprimit Nero 88
Britannion dux à uictore Conſtantio liberaliter tractatus 452
Brotomagus 499
Bructeri à Tiberio uicti 802
Bruchion regio Alexādrina præſtantium

tium hominum domicilium 577
Brunduſini capiũtur à Romanis 405
Brunduſium colonia Romanorũ 772
Brutius Præſens 159
Brutiorum urbes occupat Hannibal 408
M. Brutus cõiurationis in Cæſarẽ princeps 15
L. Bruti ſtatuæ in inuidiã Cæſaris quæ ſubſcripta fuerint ibidem
Brutus à matronis Romanis per annũ lugetur 402
Brutij Romanis reconciliantur 409
Bruti & Caßij bellum 418
A. Brutus Gallecus cognomine 775
Brutus orator 784
Brutus cædi Antonij reſiſtit 790
M. Bruti & C. Caßij conatus in Antonium 791
D. Bruti mors 791. 792
Bruti exitus 793
Bruti & Caßij comparatio 794
Bruxellum peruenit Otho 102
Bubalia Decij patria 392
Bucalij Aegyptij 575
Bucellatum panis ad diuturnitatẽ coctus nunc biſcoctum 516
Bucinobãtes gens Alemannorũ 649
Bucolici Aegypti milites 178
Buleutarũ ius datur Alexãdrinis 184
Bulgarorum arma quando primum audita 700
Bulgari Myſiam fœdere accipiunt 702
Bulgari fidem Chriſti recipiunt 705
Bulgari Conſtantinopolim obſident 706
Bulgarorum quindecim milia excæcantur 707
Bulgariam ſubigunt Baſilius & Conſtantinus ibidem
Bura abſorpta 516
Burburus potator inſignis 306
Burdegala 497
Burgundionum rex ab Aetio uincitur 461
Burgundionum & Alemannorũ confinia 524
Burgundij gens bellicoſa 640
Burgundionũ reges quã poteſtate præditi 640
Burgundiones per Etiũ repreßi 699
Buri populi 129
Buri contra Marcum 157
Burrus præfectus Neronis 90
Buſan Romanorum caſtellum 530
Buxentus amnis 461
Buxentum Romanorum colonia 773
Byrrus ſororius Commodi 168
Byzares populi 568
Byzantium à Veſpaſiano libertate priuatum 110
Byzantiũ à Peſcennio occupatũ 182
Byzantijs Caracalla benignus 191
Byzantium per Gallieni milites uaſtatum 260
Byzantium reſtaurat Gallienus 262
Byzantium à Nigro occupatur 338
Byzantij ſitus 338
Byzantium fame à Seuero captũ 341
Byzantium Conſtantinopolis dicitur 396
Byzantium Romano imperio accedit ſub Veſpaſiano 421
Byzantium reedificatur à Conſtantino 448
Byzantium quibus ornamentis à Conſtantino ornatũ ſit 449
Byzãtium in uici formam redactum à Seuero 714
Byzantij libertas unde ibidem
Byzantij origo accuratius deſcripta ibidem
Byzantium Mileti colonia 778

C

Cabillonæ deſedit exercitus Cõſtantij 483
Cabillonum 497
Cabyle urbs à Lucullo capta 416
Cacodæmones Maxentium in cruciatus perpetuos auferunt 446
Caduſij populi 583
Cæcus non fuit Homerus 769
Cædes domeſticæ odioſæ 350
Cæſa Mauris elephas 145
L. Cæſar, Iulij inimicus infenſiß. 14
Cæſarum imagines adorat rex Parthorum 59
Cæſares qui Caij nomen habuerũt quo modo perierint omnes 70
Cæſarũ pgenies in Nerone defecit 95
Cæſaris nomen unde 145
Cæſarum genus exterminari cenſet Senatus 385
Cæſar ſub dictaturæ nomine regnat 402
Cæſaris in pugna officium 494
C. Cæſaris in inſula Euphratis cũ Parthorum rege colloquium 801
Cæſ. Dictatoris dictũ præclarũ 647
Cæſares Diocletiano tanquã apparitores obtemperabant 484
Cæſari in ſcribendo par Velleius 765
C. Cæſar Strabo orator 776
Cæſar Ciceroni proximus 784
L. Cæſar Maßiliæ moritur 801
Cæſario ex Cæſare & Cleopatra natus 21
Cæſareas urbes, in honorẽ Auguſti à regibus conditas 31
Cæſarea à Cyriade capitur 264
Cæſareæ urbes in honorẽ Auguſti conditæ 419
Cæſarea Cappadociæ Mazaca dicta et eius ſitus 455
Cæſarea Paleſtinæ 481
Cæſareæ Cappadociæ ſitus 548
Cæſetius Flauus 15
Cæſonius Vertilianus 177
Cæſorum à Iulio Cæſare numerus 787
Caianus bellum mouet ciuile 460
Caietæ portus à Pio ædificatus 149
Caius C. Rufi Octauij filius, Octauiorũ equeſtris ordinis pater 18
Caius Octauij nepos 31
Caius Orienti præficitur 44
Caius Martius Thuſcus de Gallis triũphat 404
Caius Sulpitius dictator Gallos uincit ibidem
Caius Cato ignominioſe pugnat 412
Calabriæ ciuitates occupat Hannibal 408
Calaguritanorum præſidium circa Auguſtum 29
Calamitates mediocriter ferre prudentis 355
Calamitates publicæ tpe Marci 390
Calamitates nauales Romanos à maritimis prælijs deterrent 406
Calamitoſis gratiam nemo deberi putat 789
Calatia oppidum 791
Calatim euertit Lucullus 416
Calatis urbs Scythiæ 624
Caldi Cælij facinus 807
Caledonios occupant Scoti 459
Cales Colonia Romanorum 772
Cal. Maij Roma conditur 401
Calianus Diadumeni magiſter 207
Calicadnus fluuius Seleuciæ 475
Calicadnus Iſauriæ fluuius 481
Calidius orator 784
Calidonum Alemanniæ oppidũ 621
Caligula cognomen Caligulæ ubi ſumpſerit 58
Caligulæ natiuitas ibidem
Caligula alumnus appellatur 59
Caligula à pop. Rom. quantum amatus ibidem
Caligula imperium quomodo ſit adeptus ibidem
Caligula incendit ſtudia hominũ ibidẽ
Caligula nutrix pop. Rom. dictus ibid.
Caligula Phaetõ orbis terræ dictus 59
Caligula princeps exoptatiß. ibidem
Caligula pullus dictus ibidem
Caligula puppus dictus ibidem
Caligula ſidus dicitur ibidem
Caligulæ naturalis ſæuitia quando eluxerit

xerit 59
Caligulæ pueritia ac adoleſc. 58. 59
Caligula in libidines aĩaduertit 60
Caligula quæ correxerit, instituerit, aut ampliauerit ibidem
Caligula ſcriptores bonos reſtituit ibi.
Caligulæ conſulatus ibidem
Caligulæ pietas ibidem
Caligulæ popularitas ibidem
Caligulæ ſpectacula ibidem 61
Caligulæ cognomina 61
Caligula deorum ſimulachris caput demit, ſuum imponit ibidem
Caligula diuinitatem ſibi arrogat ibidē
Caligula ex principe monſtrum efficitur ibidem
Caligula Germaniæ terrorem incutere tentauit ibidem
Caligula ĩter Cæſares inferi noluit ibi.
Caligula numini ſuo proprio templum erigit ibidem
Caligula quæ ædificia extruere conatus ſit ibidem
Caligula uult adorari ibidem
Caligula Xerxis æmulator ibidem
Caligulæ ædificia ibidem
Caligula amicos quō tractauerit 62
Caligula ſorores uitiat ibidem
Caligulæ libidines ibidem
Caligulæ matrimonia ibidem
Caligula cur exules trucidari fecerit 63
Caligula quæ ſcripta abolere noluit 64
Caligulæ immanitas 63
Caligulæ ſæuitia ibidem
Caligula ſæuit in ſtatuas 64
Caligula de temporum ſuorum felicitate conqueſtus eſt ibidem
Caligulæ prodigalitas 65
Caligulæ rapinæ ibidem
Caligula uectigalia noua inſtituit 66
Caligulæ imperatoris militia ibidem
Caligula comitiali morbo laborauit
Caligula in legiones quid ſit molitus (67 ibidem
Caligula Oceanum impugnat ibidem
Caligulæ forma ibidem
Caligulæ libelli ibidem
Caligulæ ualetudo ibidem
Caligula eloquentiæ quàm eruditionis ſtudioſior 68
Caligula meticuloſus ibidem
Caligulæ confidentia ibidem
Caligulæ exercitia ibidem
Caligulæ literæ ad Ptolomæum Mauritaniæ regem ibidem
Caligulæ ueſtitus ibidem
Caligulæ ætas 69
Caligulæ imperium triēnij ſpatio finitum 69
Caligulæ inſolentia erga Caßium Chæream ibidem
Caligulæ mors ibidem
Caligulæ mortē quæ denunciarūt ibid.
in Caligulā ſæpius fuit cōſpiratū ibid.
Caligulæ tempora 70
Caligula à Nerone cur laudatus 87
Caligula cur ſe Iouem dixit 384
Caligula domini nomen primus uſurpauit ibidem
Caligula Germanici filius ibidem
Caligula liberū cur ſe dici uoluit ibid.
Caligula nullus atrocior dominus ibid.
Caligula ſinum Puteolanum excucurrit ibidem
Caligula ſorores tres ſtuprauit ibidem
Caligula omnium funeſtißimus 419
Caligulam immanitate ſuperauit Conſtantius 562
Caligula Fax humani generis dictus 685
Caligulæ uita per compēdium ibidem
Callicrates ſcriptor Tyrius 281
Callichorus fluuius et nomē unde 568
Callinici inuentū ignis græcus 702
Callinifus munimētū Romanorū 579
Callipides cur Tiberius dictus 49
Callipolis 566
Calliſtratus iuriſconſultus 233
Calliſtratus orator qualis 659
Caloianis Imperium 710
Calonſtoma Danubij oſtium 569
A. Calpenus 8
Calphurnius Agricola contra Britannos mittitur 153
Calphurnius Craſſus Tarentū relegatus à Nerua 388
Calphurnius Beſtia pacem flagitioſam facit 412
Calphurnia L. Piſonis filia Cæſaris uxor 4
Calphurnia Cenſorina 275
Calpurnia Beſtiæ filia 781
Caluini ex familia Domitiorum 89
Caluinus Domitius 795
Caluities Iulio quam moleſta fuerit 9
Caluiſius Tullus 151
Calui Licinij uerſus in Cæſarem 10
C. Caluus Cæſaris ſugillator 14
Caluus orator 33. 784
Camaritarum pagi 568
Cambyſes Thebas aggreditur 513
Cambyſes fluuius 585
Camelaſium exactionis genus 512
Camillus Gallis Senonibus an aurum extorſerit 42
Camillus nullos ſui ſimiles reliquit libe ros 186
Camillus Gallos opprimit in urbe & Secūdus Romulus appellatur 403
Campani agri diuiſio 4
Campaniā depopulat Pyrrhus 405
Campana laſciuia 479
Campanus ager plebi diuiditur 786
Campanis ciuitas datur 772
Campus Stellates diuiſus à Iulio 4
Canacen cantat Nero 85
Canes marini 589
Caninefates à Tiberio uicti 802
Caninij Rebili exemplum ſub Nerone renouatum 84
Caninius Celer orator 151. 160
Canini campi in Rhetia 489
Cannabaudes dux Gothorum 286
Canon frumentarius 203
Canopus à Menelai gubernatore cognominatus 577
Cantabriam Octauius domuit 22
Cantabricum Auguſti bellum ibidem
Cantabriæ lacus 97
Cātabros, puinciā fecit Octauius 383
Cantabria imperio adijcitur per Auguſtum 419
Cantauriani gens Africæ 652
Canticus ſinus 583
Canus choraules 98
Cannutij Tribuni rabies in Antonium 792
Capelianus in Gord. tumultuatur 238
Capeliani uictoria unde 246
Capella Antiſtius literator 166
Capellianus Mauritaniæ præfect. 374
Capellatiū Alemanniæ locus 524
Capenus D. Bruti hoſpes 791
Caperſana oppidum 529
Capeſſana prouincia 556
Caphareus ſcopulus Euboicus 566
Capito Velleij patruus 793
Capitoliū reſtituit Veſpaſianus 110
Capitolium reſtituit Domitianus 117
Capitolini Iouis pallium 288
Capitolini Iouis templum ubi 375
Cappadociæ rectorem imponit Veſpaſianus 110
Cappadociam laceſſunt Armeni 133
Cappadocia à Seuero inuaditur 339
Cappadocia per quem prouincia facta 384
Cappadociam occupat Mithridates 414
Cappadociam inuadunt Huni 464
Cappadocia pop. Ro. prouincia quomodo 785
Capreis ſunt gigantum oſſa 34
Capreæ Tiberij ſeceſſus 49
Caprineus dictus Tiberius 50
Capreoli Aegyptij 575
Caprarienſes montes 652
Captiui fides 796

Capuæ

Capuæ Capitoliũ dedicat Tiberius 49
Capua à quibus et quãdo cõdita 769
Caput imperare non pedes Seueri dictum 185
Caput Porci uox militaris 520
Capitatio quid 512
Capys Capuæ conditor 16
Caracallæ adoleſcentia 191
Caracalla quomodo imperium acceperit 191
Caracalla Tyberium & Syllam laudat ibidem
Caracallæ odium in fratrem ibidem
Caracallæ pueritia, indoles ibidem
Caracallæ ſæuitia ibidem
Caracallæ ſuperbia ibidem
Caracalla Alexandriæ quid egit 192
Caracalla cur Parthicus dictus ibidem
Caracalla in Gallia quid egerit ibid.
Caracalla Leonem aggreditur ibidem
Caracalla quos leuib. de cauſis damnauit ibidem
Caracallæ cædes ibidem
Caracallæ periculum in mari ibidem
Caracallam qui interimerunt ibidem
Caracallæ truculentia ibidem
Caracalla Alemannicus dictus 193
Caracalla Arabicus dictus ibidem
Caracalla Geticus Maximꝰ dictus ibi.
Caracalla Iſidis cultum ampliauit ibi.
Caracallæ ædificia ibidem
Caracallæ ætas ac imperij anni ibidẽ
Caracallæ mores ibidem
Caracallæ nomen unde ibidem
Caracalla inter deos collocatur 194
Caracallæ uitia ibidem
Caracallæ in fratrem dictum ſanguinarium 195
Caracalla Sarmaticus dictus 196
Caracallæ immanitas ibidem
Caracalla à plebe cur dilectus 209
Caracallæ in patrem inſidiæ 347
Caracalla fratrẽ in matris gremio obtruncat 349
Caracallæ calliditas ibidem
Caracallæ & Getæ diſcordia 346 347.348.349
Caracalla in amicos Getæ ſæuit 350
Caracalla milites immittit in populum ibidem
Caracalla uno die patris opes profudit ibidem
Caracallæ oratio ad ſenatum ibidem
Caracallæ inſidiæ in Parthorum regem 352
Caracallæ odiũ in Alexandrinos ibid.
Caracalla dæmonum etiam arcana rimatur 354
Caracallæ mors omnib. exoptata 357
Caracalla Alexander Magnus uult uocari 391
Caracallæ nomen unde ibidem
Caracalla nouercam uxorẽ ducit 392
Caracallæ uita per compendiũ 689
Caramanum Orcanes interficit 715
Carambis collis 568
Carambuſi gens 587
Caranus Macedoniæ rex 769
Carrago Scythica 262
Carrago Gothorum 672
Carauſius Britanniam occupat 427
Carbo Papirius orator 776
Carcinites ſinus 569
Carduena reſtituitur Perſis 458
Cardynon mons 128
Cares Artemiſiam extollunt 638
Garioniſcus Aureliani ſocius 283
Carmania maior Perſidis regio 584
Carmana urbs 586
Carmeli dei oraculum conſulit Veſpaſianus 109
Carnulius 54
Carnũtum Germaniæ oppidum 181
Carnũti triennio agit Marcus 423
Carnũtum Illyriæ oppidum 661
Carnuntum Norici locus 803
Carolus Magnus cur imperij corona donatus 704
Carolus Simplex imperio priuatur 720
Caroli quarti imperium 725
Carpi contra Mœſos pugnant 255
Carpicus dictus Aurelianus 288
Carpi ſubacti à Diocletiano 428
Carporum copias affligit Aurelianus 288
Carpiſculũ genus calciamenti ibidem
Carporum uicus 624
Carpos Diocletianus in Pannoniam tranſtulit 631
Carras expugnat Gordianus 249
Carræ Meſopotamiæ urbs 354
ad Carras Craſſus pugnat & interficitur 417
Carras peruenit Iulianus 579
Carreni deum non deam lunã eſſe uolunt 192
Carrenorum perſuaſio ibidem
Carſeoli colonia Romanorũ 772
Carus bellum Perſicũ aggreditur 310
Cari epiſtola ad Iunium ibidem
Cari patria ambigua ibidem
Carus Perſicus dictus 311
Carus princeps qualis 311
Cari mors 311
Carus fulmine perit 394
Cari uita per compendium 693
Cari de Carino filio ſententia 313
Carinus à Diocletiano ubi uictus 313
Carinus homo omniũ cõtaminatiſſ. ibi.
Carinus rex Illyricus dictus ibidem
Carini conuiuia ibidem
Carini dictum clariſſ. ibidem
Carini uita contaminatiſſima ac mors 394
Carini uxores 313
Caſca Cæſaris interfector 16
Caſcus Alpinus Pij mors 151
Caſilinum oppidum 791
Caſius mõs terræmotu cõcutitur 127
Caſium mõtem aſcendit Iulianus 573
Caſpias portas adire parat Nero 85
Caſpius lacus 582
Caſpiæ portæ 583
Caſperius Agrippinus 183
Caſperius Aemilianus ibidem
Caſſianus Meſopotamiæ dux 503
Caſſiope urbs Achaiæ 86
L. Caſſius Cæſari deditus 12
Caſſius Sceua centurio ac eius pertinacia 13
C. Caſſius coniurationis in Cæſarem princeps 15
Caſſius Parmenſis Auguſti obtrectator 18
Caſſius Patauinus 29
Caſſius Seuerus orator 30
Caſſius Chærea 69
Caſſius Longinus Aſiæ procõſul 69
Caſſius Lõginus necatus à Nerone 90
Caſſij Seueri de Vitellijs ſcripta 103
Caſſius Auidius rebellis quare 158
Caſſij bellum quomodo finitum 158
Caſſij origo 176
Caſſijs nomẽ imperatorũ exoſum 176
Caſſius Catilina dictus 177
Caſſius diſciplinæ militaris tenax ibid.
Caſſius, Marius, Sergius Catilina dici gaudebat ibidem
Caſſij mores ibidem
Caſſij ſeueritas ſiue crudelitas ibidem
Caſſij cædes, & quantum Marco diſplicuit 178
Caſſius res optime geſſit ibidem
Caſſius quomodo imperator factus ibi.
Caſſius qualis imperator fuiſſet ſi ad imperium ueniſſet 180
Caſſij epiſtola ibidem
Sp. Caſſius primus equitum magiſter 402
C. Caſſius Perſas laceſſit 417
Caſſio triſtior iudex Iulianus 570
C. Caſſij & M. Bruti conatus in Antonium 791
Caſſij cædes 793
Caſſij & Bruti comparatio 794
Caſſium urbs Aegypti 576
Caſſius mons 141.481
Caſtellum Moſæ adiacens oppidũ 512
Caſtoris ac Pollucis ædes ampliauit Tiberius 45

Caſtoris ædes 102
Caſtorum in æde ſacrificat Tertullus 538
Caſtrorum filius appellatus Caligula 61
Caſtoris & Pollucis aurigæ 568
Caſtra peregrina in mõte Cœlio 510
Caſtra prætoria inuadunt Alemanni 509
Caſtra Herculis occupantur à Iuliano 523
Caſtrum colonia Romanorum 772
Caſtritius Auguſti cliens 30
Caſtritius comes Seleuciæ præſes 475
Caſtrutij principatu exuuntur 725
Caſus humanos mediocriter ferre prudentis 355
Catacrianos libros ſcripſit Adrianus 141
Catadupi 574
Catamidiari quid 142
Catanenſes Siculi Romanis deduntur 405
Cataractæ Nili 574
Cathelauni 497
Cathenis argenteis uinciri Perſis quid 630
Cathra urbs 586
Catilinæ ſocius reputatur Cæſar 3
Catilinæ coniuratio 417
Catilina Sergiæ familiæ dedecus 601
Catilius qui M. Annius 135
Catilius Seuerus uir doctiſs. 233
M. Catonis in cauſa Catilinaria prudẽtia & fortitudo 3
Catoni largitio Bibuli cur non diſplicuit ibidem
Cato Macedonas cur liberos dixit 138
Cato diſsimiles liberos habuit 186
Catonis dictum 477
Catonis Cenſorij dictum 500
Catonis diſciplina iuſta 600
Cato repetundarum damnatus 776
Catonis autoritas 784
Catonẽ relegat à ſenatu Clodius 787
M. Catonis uirtus 783. 784
Cato orator 784
Catonis modeſtia in recuſando imperio 789
Cattos adoritur Domitianus 117
Cattos deleuit Octauius 383
Catti Germaniam inuadunt 153
Q. Catuli ſomnium 38
Q. Catulus Capitolinus 95
Catuli Luctatij cum Carthaginenſibus pugna 406. 407
Catulus umbracula primus ſuſpendit 479
Q. Catuli mors 780
Q. Catuli ſentẽtia præclara 783
Cauaſes gens Africa 652
Caucaſi rupes 568
Cauchi Germaniæ pop. ad Albim 163
Cauchi Germana natio 802
Caucica Germanorũ gens deuicta 76
Cauriana urbs 587
Cauſſæ inter Cæſarem & Pompeium diſcrimen 788
Cauſidicinæ ars ac grauamina 660 661
Cauſiſoleus Aegyptius dux Gallieni 273
Cecilius Metellus tribunus plebis 3
Cecilium Salluſtio prætulit Adrianus 141
Q. Cecilius Metellus Pſeudophilippũ uincit 411
Cæcilij Metelli in diſciplina militari corrigenda induſtria 412
Cecilius Comicus 773
Ceciliæ familiæ claritudo 777
A. Cecinnæ liber in Cæſarem amarulentus 14
A. Cecinna à Tito oppreſſus 114
Cecinnam cur Titus occidi iuſſit 387
Ceionius Albus 183
Ceionius Commodus 144
Ceionius Poſthumius uir ſanctus 213
Ceionij Poſthumij epiſtola ibidem
Ceionius Poſthumianus 214
Ceionius Albinus 283
Ceionius Iulianus 305
Cella tribunus Scutariorum 505
Cellæ tribuni mors 539
Cellæ ſuppoſitoriæ 313
Celeritas in duce culpa nõ caret 23
Celeriter ſatis fit quod cõmode 383
Celeritas temerè cœpta iuuat 616
Celeres q & Prætoriani milites 446
Celeſtinus ſcriptor clarus 258
Celius Tatianus 137
Celius Felix 168
Celianus Afer rhetor 207
Celſo erigit ſtatuã Traianus 126
Celſus iuriſconſultus 233
Celſus imaginarius crucifigitur, cadauere à canibus diſcerpto 273
Celſus imperator dicitur ab Afris ibid.
Celſus honoratur à Iuliano 570
Celtæ contra Romanos 277
Celtæ aborigines in Gallia 495
Celtæ ab Aquitanis moribus & lingua differunt 496
Celtarum petulantia 572
Celtiberia Hiſpaniæ 411
Cenis Antoniæ liberta 108
Cenophruriũ manſio inter Heraclium & Byzantium 289
Cenſorinus cur Claudius dictus 275
Cenſorini dignitates ibidem
Cenſorini ſepulchrum ac epitaphium ibidem
Cenſorinus ſeptem diebus imperiũ tenuit ibidem
Cenſorinorum familia in Thraciã ac Bithyniam abijt ibidem
Cenſorini mors 801
Cenſus Senatorius 27
Cenſus quis primo ordinauit 402
Cenſus in urbe ſecundus 403
Cenſus Romæ habetur tertio 404
Cenſus habetur Romæ quarto 405
à Cenſura qui exempti 257
Cenſura Fuluij Flacci 771
Cenſura Caſsij Longini 776
Cenſura Planci & Pauli 799
Cephaleniam Athenienſibus donauit Adrianus 133
Cephaloneſus urbs 569
Ceraſus urbs 567
Ceraſum pomum Lucullus unde in Italiam aduexerit ibidem
Cercetæ populi 568
Cercopithecus Paneros 87
Cercopius Gallienum interficit 262
Cercuſiũ ampliat Diocletianus 440
Cercuſium oppidum ualidiſs. 581
Ceras promontorium 567
Ceremoniarum peregrinarũ contemptor Auguſtus 37
Ceres Attica 37
Cereris myſteria inſpexit Adrianus 132
Ceronius dux Dalmatarum 262
Certamen inter ſenatum et exercitum gratum 293
Cerulus libertus Veſpaſiani 112
T. Ceſonius Priſcus uoluptatũ præpoſitus 50
Ceſonia libidinoſa 62
Chaganus Hunorum dux profligatus 467
ad Chalcedonem uictus Cotta 415
Chalcedonem obſidet Valens 617
Chalcedonenſis Synodus celebrata ſub Martiano 699
Chalcedonenſes cur cæci dicti 714
Chalcis Eubœæ Athenienſium colonia 769
Chaldæorum de Vitellio reſponſum 106
Chaldæa altrix philoſophiæ 584
Chalites ſinus 583
Chalybes primi ferri domitores 568
Chamaui populi 517
Chamulci inſtrumẽtum ad pondus deferendum maximum 513
Charax fluuius 585
Charcha occupatur à Romanis 605
Chardi populi 587

Charicles Medicus 56
Charimda fluuius 585
Charops Athenienſis 770
Chartæ urbs 586
Carthago Adrianopolis dicta 142
Carthaginenſes uincuntur nauali prælio 406
Carthaginenſes Claudiũ uincunt ibid.
Carthaginenſes pacẽ à Rom petũt ibi.
Carthaginenſib. pax reddita 407
Carthago Hiſpaniæ capitur 409
Carthaginenſes cum Scipione pacem feriunt ibidem
Carthago à Romanis capta ac diruta 411
Carthago euerſa reparatur 412
Carthaginenſes Vraniã colucre 360
Carthaginis excellentia 372
Carthago à Capelliano diripitur 374
Carthaginenſium cum Capelliano bellum ibidem
Carthaginenſes Thebaidem occupant 513
Carthago deleta cur 582
Carthago diruta quare, quando, & à quo 772
Carthago quando condita 769
Carthago deleta Romanæ uirtutis peſtis 774
Carthago Tyriorum colonia 778
Carthago primo extra Italiam Romanorum colonia 773.778
Carthalo dux Afer occiditur 409
Chaſmatiæ terræmotus 516
Cherecla urbs 576
Cherroneſus Thraciæ 567
Cheroneſſus coloniarum græcarũ plena 568
Cheruſci à Tiberio recepti 802
Chij terræmotu afflicti 43
Chiliocomus Mediæ tractus 579
Chionitæ acerrimi pugnatores 514
Chium occupant Iones 769
Choaſpes fluuius 585
Choaſpa urbs 588
Choatres fluuius 586
Chonodomarius rex à Conſtantio uictus 397
Chonodomarij uirtus 406
Chonodomarius Alemannorum rex 506
Chonodomarij factum illuſtre 508
Chonodomarius captiuus concilio offertur 510
Chriſtus Romæ tumultum mouet 77
Chriſtum in lario coluit Alexander 223
Chriſto templum facere uoluit Alexander 227
Chriſtus felicitatẽ auxit Octauij 685
Chriſtus quando crucifixus 685
Chriſtum in lario coluit Alexander 689
Chriſtum omnibus colendum præcipit Conſtantinus 695
Chriſtum abnegare iubetur Heraclius 701
Chriſtianorum mentio 84
Chriſtianum fieri uetat Seuerus 184
Chriſtiana deuotio gentibus commendata 197
Chriſtianis fautor Alexander Imperator 222
Chriſtianorum mos in ordinandis ſacerdotibus 228
Chriſtianorum religio modeſta 288
Chriſtianis fauet Alexander 229
Chriſtiana lex Alexandro in ore ibi.
Chriſtiani in Aegypto 307
Chriſtianæ religionis inſectator Iulianus 43
Chriſtianos perſequitur Carinus 438
Chriſtianos pſequitur Galerius 445
Chriſtianos perſequitur Licinius ibidẽ 446
Chriſtiani ciuili bello ſemper occupati 447
Chriſtiani in exercitu Iuliani 455
Chriſtianos inſectatur Iulianus 457
Chriſtianis fauet Conſtantinus 448
Chriſtianas uirgines intactas reſeruat Sapores 531
Chriſtianæ religionis antiſtes Saporem adit 546
Chriſtiano cultui ſe adhærere ſimulat Iulianus & quare 553
Chriſtianam religionem afflixit Conſtantius ſuperſtitione anili 563
Chriſtianos doceri per grammaticos aut rhetores ꝓhibet Iulianus 571
Chriſtianis eccleſia Antiochiæ occluditur à Iuliano 573
Chriſtianæ legis ſtudioſus Iouianus 609
Chriſtianorum ſacrarium 612
Chriſtiani in ſacra ſolennitate à Randone opprimuntur 628
Chriſtiani feſtis diebus in eccleſiis pernoctabant 642
Chriſtianorũ perſecutio prima ſub Nerone 686
Chriſtianorum ope bellum Marcomanicum confectum 688
Chriſtianis fauet Alexander 689
Chriſtianorum perſecutio ſub Decio 691
Chriſtianos perſequitur Maximianus 694
Chriſtianorum perſecutio ſub Licinio 694
Chriſtiana res à quibus in ruinam deducta 722
Chriſtiana à Maxentio ad libidinẽ petita ſeipſam interficit 445
Chronius amnis 569
Chryſoceras Byzantij promontorium 714
Chryſopolis 567
Chryſoſtomus in exiliũ mittitur 697
Cibalæ Pannoniæ oppidum 663
Cibirates rex ſordidiß. 111
Ciceronis de ædilitate Cæſaris ſententia 2
Cicero de impudicitia Cæſaris quid ſcripſerit 10
Ciceronis dictum facetum in Cæſarem ibidem
Ciceronis de Cæſaris eloquentia teſtimonia 11
Ciceronis de cõmentarijs Cæſaris cenſura ibidem
Ciceronis de Octauio patre teſtimonium 18
Ciceronis de Auguſto ſomnium 38
Ciceronem defendit Claudius 80
Ciceroni Catonem præfert Adrianus 141
Ciceroni melius fuiſſet liberos non habuiſſe 186
Ciceronis de Rep. libri Alexandro familiares 224
Ciceronis officia legit Alexãder ibid.
Ciceronis ſimulachrum habuit in Larario Alexander ibidem
Cicero orator occiditur 418
Ciceronis ſententia aurea 491
Ciceronis manſuetudo 540
Ciceronis de ſignis dictum 552
Ciceronis de gloriolæ captatione dictum 566
Cicero teſtis reuerendus 610
Cicero Brutum quomodo laudet 628
Ciceronis iudiciũ de ſuaſore mali 629
Ciceronis de iracundia ſententia 634
Ciceronis laus 619
Ciceronis de eloquentia corrumpente ſententia 659.660
Ciceronis de crudelitate Cæſaris locus 562
Cicer. de principe bono dictũ 664
Ciceronis exilium 786
Cicero ab exilio reſtitutus 787
Cicero publicæ concordiæ ſtudet 788
Cicero Antonium infamat 792
Ciceronis deploratio ibidem
Cicimbrici Romani 639
Ciliciam in prouinciam redegit Veſpaſianus 110
Cilicia Trachea prouincia facta per Veſpaſianum 386

Ciliciam ſubegit P. Seruilius 415
Cilicia prouincia efficitur ſub Veſpa-ſiano 421
Cilicia prouincia & eius ſitus 481
Cilicia quãdo & à quo prouincia pop. Rom. facta 785
Cimber Tullius 16
Cimbri Italiam inuadunt 671
Cimbri quando noti 776
Cimbri de Romanis quas ediderũt ſtrages 777
Cimeſſores Romani 639
Cimmerius Boſphorus 567
Cimmerici populi 558
Cimon Milciadis inceſtus inſimulatur 518
Cincinnatorum inſigne 64
Cincius Seuerus 184
Cingius Seuerus 171
Cinna Catullus Stoicus 152
Cinna bellum inſtruit ciuile 414
Cinna conſul intemperans patriæ bellum infert 779
Cinna Romam occupat 780
Cinnæ cædes 781
Cinnæ gener Cæſar 785
Cinobellinus Britanniæ rex 66
Circeium locus Italiæ mari adiacẽs 21
Circum ædificat Tarquinius 401
Circeſſius Romanorũ caſtrum urbs Perſarum 425
Circuſium inſula fere 457
Circus Maximus plebi Ro. quid 639
Ciſalpina Gallia cũ Illyrico Iulio mandata 4
Cithynis urbs Bithyniæ 132
Ciuica Cerealis 118
Ciuilis belli inter Cæſarem & Pompeium cauſſæ 6
Ciuile bellum primum apud Romanos unde ortum 413
Ciuilia bella renouantur Cæſare interfecto 418
Ciuile bellũ Antonij & Octauij 419
Ciuile in urbe Roma bellum primum 775
Ciuilium bellorum finem quæ pax ſubſecuta 798
Ciuitate in libera liberas eſſe linguas debere 47
Ciues quomodo regendi 682
Cium 567
Cizycum obſidet Seuerus 338
Clades Romanorum Cannenſi grauior 679
Clara Aemilia 163
Claritas fœmina adulterij rea 633
Clariſſimatus dignitatis uocabulum 561
Claſſiariorum curſitatio unde 110
Claſſis ab Traiano ædificata Niſibis 127
Claſſis Iuliani Xerxis potentia par. 580
Claſſem exurit Iulianus 597.598
M. Claudius Marcellus conſul 5
Claudius Druſus 41
Claudius Pulcher ibidem
Claudij aſſertores dignitatis patritiorum ibidem
Claudiorum merita egregia ibidem
Claudius Caudex ibidem
Claudius Nero ibidem
Claudiorum in Rempub. conatus peſſ. ibidem
Claudij natiuitas, & iocus de eius natali 10
Claudius portentũ hominis dictus 71
Claudij pædagogus ibidem
Claudij pueritia 70.71
Claudius quibus diſciplinis operã dedit ibidem
Claudij ſeceſſus ibidem
de Claudio Auguſti iudicia ibidem
Claudius contumelijs ab omnibus afficitur 72
Claudij diſcrimina ibidem
Claudij honores primi 71.72
Claudius primus imperium emit ibid.
Claudius erga leges qualis 73
Claudius in ſemet augendo parcus ibidem
Claudij conſulatus ibidem
Claudij ætas dum ad imperium ueniret 73
Claudij ingenium uarium 73
Claudij officia pia in Rempub. 72.73
Claudij pericula ibidem
Claudij ſagacitas aduerſus fœminam ibidem
Claudius in cauſis diſcernendis qualis 73.74
Claudij cenſura 74
Claudij expeditiones ibidem
Claudij ſollicitudo erga urbem ibidem
Claudij Triumphus ibidem
Claudius in incendio quàm ſollicitus 74.75
Claudij hiſtoria 75
Claudij opera ac ædificia ibidem
Claudij ſpectacula 75.76
Claudius ignarus temporum 75.76
Claudius in militia quid ordinauerit ibidem
Claudij beneficentia & animaduerſio in urbes peregrinas 76.77
Claudij inſtitutiones & correctiones 76
Claudij ſponſæ 77
Claudij liberi ibidem
Claudius cibi appetens 78
Claudius ſanguinarius ibidem
Claudius uini appetens ibidem
Claudius uxorius ibidem
Claudij conuiuia ibidem
Claudij forma ibidem
Claudij ualetudo ibidem
Claudius timidus 79
Claudij diffidentia ibidem
Claudij inconſiderantia ibidem
Claudij ira ibidem
Claudij iracundia ibidem
Claudij obliuio ibidem
Claudius de uxore et filio pœnitẽs 80
Claudius hiſtoriam ſcribere aggreſſus ibidem
Claudius ſtudia græca ſecutus eſt ibi.
Claudij ſcripta ibidem
Claudij teſtamentum ibidem
Claudius in numerum deorum relatus 81
Claudij mors 80.81
Claudius ludibrium aulæ 82
Claudium necat Nero 88
Claudius quãtum Galbam amarit 96
Claudij templum in Cælio monte fecit Veſpaſianus 110
Claudius Maximus Stoicus 152
Claudius Seuerus Peripateticus ibidẽ
Claudius Pompeianus Antiochenſis 157
Claudij Põpeiani facinus ſtultũ 167
Claudius Lucanus 168
Claudius Rufus 183
Claudius Sulpitianus ibidem
Claudianus Arabianus 184
Claudius Venatus orator 233
Claudij Iuliani epiſtola de Pupieno ac Balbino 255
Claudij II. ad Regillianum epiſtola 267
Claudij II. ſanctitas ac gloria 276
Claudio II qui honores poſt mortẽ exhibiti ibidem
Claudius II. armatorum trecenta uiginti milia fugat opprimit 277
Claudius Flauius imp. in terris unicus princeps ibidem
Claudij II. ad Aureolum reſponſa ibid.
Claudij II. ad ſenatum epiſtola ibidem
Claudius Flauius ubi pugnauit cum Gothis 278
Claudij Flauij epiſtola ad Brocchum ibidem
Claudio Flauio quæ fors emerſit de eius imperio ibidem
Claudius Flauius in luctatorem excandeſcit 279
Claudij Flauij imperatoris familia ac origo ibidem

Claudij

Claudij Flauij mores 279
Cl. Flauij origo ibidem
Cl. Flauius quantum amatus 280
Cl. Flauius inter principes bonos numeratus 291
Cl. Capeliani epiſtola 298
Cl. Euſthenius 313
Cl. Vecors 385
Claudij funus diu occulitum ibidem
in Claudium iocus elegans ibidem
Claudius II. à moriente Gallieno imperator dictus 393
Cl. uitam ſuam reip. donat ibidem
Cl. II. ſtatua aurea prope Iouis ſimulachrum ibidem
Claudius Marcellus ab Hannibale interficitur 409
Claudij ciuilitas 420
Claudij imperium medium ibidem
Claudij II. imperium fœliciſſ. 426
Cl. ad Barbaros delendos natus 437
Claudij uita per compendium 685
Claudij II. uita per compendiū 692
Cl. Quadrigarius hiſtoricus 776
Claudia Fuluiæ ex P. Clodio filia Octauij ſponſa 31
Claudia gens, & eius origo 41
Claudiæ fœminæ exemplis diuerſæ ibi.
Claudia Claudij filia 77
Cl. Auguſta Neronis filia 89
Claudia Criſpi filia, Eutropij uxor, mater Conſtantij Cæſaris 279
Claudia ſoror Probi 299
Claudia aqua 75
Claudia aqua Romā introducta 385
Claudia aqua in urbem introducitur 404
Claudius mons 804
Claudiopolis urbs Bithyniæ 132
Claudiopolis Iſauriæ, Claudij colonia 481
Clazomenæ à quib. conditæ 769
Cleander Perenni ſuccedit apud Commodum 167. 168
Cleandri exitus 168
Cleandri nundinatio ibid.
Cleander Phryx Commodi cubicularius 323
Cleandri inſidiæ ibidem
Cleandri ac ſuorum mors 324
Clematij Alexandrini mors 473
Clemens Agrippæ ſeruus 47
Clementia Imp. cōmendat 179
Clementia quantum poſsit ibidem
Clementia Imp. dos prima 291
Clementia quantum Imp. deceat 500
Cleopatræ regnum Aegypti cur à Cæſare datum 7
Cleopatra Aegypti regina à Cæſare amata 10
Cleopatræ reg. Aegypti mors 21
Cleopatra Rhodios mire fallit 576
Cleopatræ ædificia ibidem
Cleop. Aegyptij extollunt 638
Cleopatræ cum Antonio fuga 797
Clephes Lōgobard. rex creatus 466
Clibanarij equites, qui & cataphracti
Climatiæ terræmotus 516 (503
Clitumnus fluuius 66
Cliuius Rufus 85
Clodianus Cornicularius 120
P. Clodij inceſtus 2
P. Clodius Ciceroni q̄ infenſus 41
Clodius Macer 97
Clodius Albinus 182
Clodius Pollio 115
Clodius Celſinus 183
Clodius Rufus ibidem
Clodij Albini origo 212. 213
Clodius Balbinus Imp. 239
M. Clod. Pupienus 433
P. Clodij ingenium & ſcelera 786
P. Clod. qualis fuerit ciuis 787
Clori Conſtantij origo 444
Clori ingenium ibidem
Clori liberi & mors 445
Clypea prima urbs Africana à Ro. occupata 406
Coaxare ranarum 195
Cocceius Verus 183
Coche quæ & Seleucia 595
Codes Veri libertus 162
Codrus bello Dorico ſe deuouet 567
Codrus Melanthi rex Athenarum ultimus 768
Cœla Ponto alluitur 566
Cœleſtis templum apud Afros 172
Cœleſtis deus apud Carthaginē 208
de Cœleſtib. corporib. pulchra 542
Cœlitus noſtra gubernantur 440
Cœlius mons, Auguſtus uocatus 50
Cœlius mons iungitur urbi Romanæ 401
Cœlius hiſtoricus 776
M. Cœlius uir nequam 792
Cœninenſes uincit Romulus 401
Cœranius philoſ. occiditur 648
Cœruleus fons 75
Colchi Aegyptiorum ſoboles 568
Colchos penetrat Pompeius 785
Colias Gothorum dux 671
Collatum mirifice quid 198
Coloniarum Romanarum catalogus 772
Collectanea ſcripſit Cæſar 12
Coloſſus Neronis 88
Coloſſus Neronis à Commodo imitatus 170
Columbarienſes ab Adolpho expugnati 725
Columbinum uenenum unde dictū 68
Columbus Mirmillo ibidem
Columna Traiani 126
Colophon à quibus condita 769
Comagenen in prouinciam redegit Veſpaſianus 110
Comagene per quem prouincia facta 386
Comagena Euphratenſis prouincia 481
Comata Gallia Cæſari data 4
Comedus mons 587
Commenta multum ualent apud iratos 293
Cometæ unde 608. 609
Cōmilitonis nomen quomodo interpretatus ſit Aug. 23
Commilito appellari quid 318
Commilitonis uocabulum autoritatem principis emollit 383
Comitia cuius nos admoneant 47
Comneni continentia 708
Cōpitalitios ludos reſtituit Cæſar 25
Compſa oppid. in Hirpinis 793
Commodus Cæſar deſignatur 134
Commodus imperio deſignatus uita excedit ibidem
Cōmodorum origo unde 145
Commodi conceptio 157
Commodi indoles ibidem
in Commodum carmina dum Antoninorum nomen reſpueret 207
Commodi epiſtola de Albino iam exoſo 216
Com. quibus honorib. donatus adoleſcens 166
Com. adoleſcentia cuſtodum bonorum impatiens ibidem
Com. crudelitas quib. auſpicijs inchoata ibidem
Commodi natiuitas ibidem
Com. pueritia ac oſtentata indoles ibi.
Cōmodus luxui ſe dat totum 167
Com. prouincijs quos præfecit ibidem
Com. ſenatui exoſus ibid.
Com. ſororem inceſtam interemit ibid.
Commodi libidines nephandæ ibidem
Commodi timiditas ibid.
Com. 300. habuit concubinas ibidem
Cōmodi triumphus impudentiſſ. ibid.
in Commodum qui coniurarunt, & perierunt ibidem
Com. Britannicus dictus 168
Cōmodus Deus appellatus ibidem
Com. felix quando dictus ibid.
Cōmodus Hercules Ro. dictus ibid.
Cōmodus Pius quando dictus ibidem
Com. in quos ſæuit poſt Iulianū & Regillum ibidem
Cōmodi prodigioſa inſania ibidem

Commodus quæ ſacra coluit 168
Commodi ſtatuæ ibidem
Commodus adoleſcens qualis 169
Commodus Amazonius dictus ibidem
Commodus Germanicus dictus ibidem
Commodus gladiator ibidem
Commodus quando Cæſar nominatus ibidem
Commodus quos in delitijs habuit ibid.
Commodus quoties pugnauit gladiator ibidem
Commodus ſacerdos omnium collegiorum ſacerdotalium quando ibidem
Cõmodi & Caligulæ natalis idem ibi.
Commodi impudentia ibidem
Commodi ioci pernicioſi ibid.
Cõmodi uires, ualetudo aduerſa ac bona ibidem
Commodus acta turpiter actis urbis inſcribit 170
Commodi aula ibidem
Commodi forma ibidem
Commodi mors ibidem
Commodum inter deos quis retulit 171
in Commodum mortuum acclamationes ibidem
Cõmodus in Vertilianis occiſus 173
Commodi res auctioni ſubditæ 173 174
Commodus in Caſsianos ſæuit 180
Commodum cur inter deos numerauit Seuerus 183
Commodi de Peſcennio teſtimonium 188
Commodi ad Claudium Albinum literæ 212
Com. epiſtola ad Albinum ibidem
Commodi imperatoris oratio 318
Commodi forma 320
Commodus Hercules dici uult 324
Cõmodus quos in amicitia recepit ibi.
Commodus ſagittarius peritiſs. 325
Commodi inſania ibidem
Com. mors cur accelerata 326
Commodi cadauer in Ariſtæum portatum 327
Commodus ſtrangulatur ibidem
de Cõmodi morte gratulatio 328
Commodi ad urbem profectio 319
Commodi genus paternum atq; maternum ibidem
Commodi ſoror à Caracalla cur occiſa 350
Com. ad patrem reſponſum 390
Com. crudelitas ac uitia 390. 391
Commo. humani generis hoſtis dictus 429
Commodum immanitate ſuperat Conſtantius 562
Commodi uita per compendium 688
Cõmodianum ſeculum aureum uocatum 170
Commodiana ſuppellex 174
Comũ oppid. Mediolano uicinũ 488
Conchæ regio Romæ urbis 274
Conſcientia q̃ alienis uiribus uinci peius 521
Conſcientia flagitiorum arbitra 642
Concordiæ ædem dedicauit Tib. 45
Concordia munimentum Ro. 510
Conc. principum quantũ bonum 548
Conſeruandi principes mortuos mos 348
Conflictus planarij 534
Confluentes 499
Cõiecturis cautus nõ facile credit 563
Conſilia bona adiuuat fortuna 611
Conſtantis cædes 397
Conſtantis felicitas ibidem
Conſtantis imperium 430
Conſtantis contra Magnentium uictoria cruenta 451
Conſtans contra Perſas dimicat ibid.
Conſtans Heraclij nepos Pantheon ſpoliat 470
Conſtantis uita per compendiũ 702
Cõſtan. dictũ de principe aureũ 204
Conſtantini ac Licinij pugna 396
Conſtan. irriſor non blandus 396
Cõſtan. iuuenculus Galeriũ fugit 396
Conſtantinus laudis auidus ibidem
Conſtant. Tracala dictus ibid.
in Conſtantini imperium iocus ibidem
Con. iunioris in Vetranium benignitas 397
Conſtan. iunioris mors ibidem
Con. mores & uita uaria 429
Conſt. pugna aduerſus Liciniũ 446
Conſtan. Leonem in theatro interficit 447
Conſtantini parentes ibidem
Conſtan. dum bella gerit, opt. 448
Conſtan. fundator quietis dictus ibid.
Conſtan. Maximus dicitur ibidem
Conſtantini ad patrem fuga ibidem
Conſtantini animus ædificandi urbem ibidem
Conſtantini in pace inſolentia ibidem
Conſtan. tituli immenſi ibidem
Cõſtantinus ut Conſtãtinopolim exornet, omnes urbes ſpoliat 449
Conſtan. baptizatus quando, à quo, & ubi 450
Conſtant. mores uitiati poſt bella ciuilia 450
Conſtantini iunioris interitus 450 451
Conſtan. tyrannus in Britannia imperium inuolat 461
Conſtantinus nouus imperator ueneno à nouerca ſublatus 470
Conſtantina delatricẽ munerat 479
Conſtantinus proximorum fauces aperit 502
Conſtan. uita per compendium 694
Conſtantini Heraclij uita per compendium 701
Conſtant. Pogonati uita per compendium 702
Conſtantino Leonis F. unde Copronymi nomen 703
Conſtan. Leonis filij uita per compendium 704
Conſtan. Leonis philoſophi F. uita per compendium 706
Conſtantini Monomachi uita per compendium 708
Con. Ducæ imperium 709
Con. ultimi Conſtantinopolitani imperatoris imperium 713 714
Conſtantius Magnentium uincit 397
Conſtantij ingenium ac mores 397 398
Conſtan. de opib. dictum 428
Conſtantij cultus modicus 429
Conſtantius amicis & uxoribus minime deditus 430 431
Conſtan. orbis totius dominũ ſe nominat 453
Con. ad Saporem reſponſa 454
Conſtantij mores 455
Conſtantij mors ac morientis querelæ ibidem
Conſtantij oratio ad milites 483
Conſtantij inſania, dominum ſe totius orbis appellantis 487
Conſtãtius fortiter facientes exoſos habet 492
Conſtant. fauces adulatorum medullis prouinciarum ſaginat 502
Conſtantius Parthicum ſuſcitauit bellum 603
Conſtantij pompa in introitu Romæ 503
Conſtantij triumphus ibidem
Cõſtantius ſeueritatem affectat 504
Conſtantius mentiendo ſibi gloriã aucupatur 510
Conſtant. Victoria & Victorinus ab dulatorib. appellatur ibid.
Conſtan. epiſtola ad Saporem 515
Conſtantij legati à Sapore redeunt 522
Conſtantij uerba ad exercitus ibidem
Conſtantius Iuliano exercitum imminuit 542
Conſtantij in Iulianum odium 548

Cōſtātius à Perſis ſemp uincitur 551
Conſtantij præſcientia futurorū 555
Conſtantij in Iulianum oratio inuectiua 560
Conſtantius Tarſi moritur 561
Conſtantij immanitas 562
Cōſtantij mores, uirtutes ac uitia 561 562
Conſtantij forma & habitus 563
Conſtantius delatoribus deditus 482
Conſtantij oratio in aſciſcendo conſorte Iuliano 494
Conſtantia Licinij uxor 446
Conſtantia poſthuma Conſtantij 561
Conſtantij timiditas 502
Conſtantia Rogerij filia, uxor Henrici imperatoris 723
Conſtantiacæ legiones 557
Conſtantinopolis ſitus 449
Conſtantinopolitana ſynodus contra Arrium 456
Cōſtantinopolis ab Hunis, Gothis Alaniſq; obſeſſa 459
Conſtantinopolitana ſynodus 702
Conſtantinopolis fruſtra à Sarracenis obſeſſa 703
Conſtantinopolim obſident Bulgari 706
Conſtantinopolis diripitur à Conſtantinopolitano ciue Nicephoro 709
Conſtantinopolitana expugnatio funeſtiſſima 713
Conſulatus Cæſaris imperioſus 4
Cōſules uiginti quinq; in unum annum creantur 168
Conſulum annus primus habuit quinq; conſules 402
Conſules quando primū creati loco regum 402
Conſulare imperium quando ceſſauit 403
Conſulum dignitas denuo reuocatur 404
Contenſis ciuitas 652
Continentia uilitatem parit 174
Continentiæ militaris exemplū 565
Contrebia urbs Hiſpaniæ 775
Coponij prætorij uiri dictum 796
Copronymi uita per compendiū 703
Coptos urbs à Probo expugnata 303
Coptos 576
Corax auriga 485
Corax fluuius 568
Corduene Perſarum regio 528
Cordus Cremutius 25
Cordi hiſtoria curioſa 147
Corfinium à Cæſare in deditionē redigitur 7
Corfiniū Italici pro imperij capite elegerant contra Ro. 778
Coricus Ciliciæ urbs à Seruilio ſubacta 415
Corinthia uaſa in precio habuit Auguſtus 33
Corinthijs bellum infertur à Romanis 411
Corinthi, quæ antea Ephyra, conditor 769
Corinthus diruta à fundamentis 772
Corinthum occupat Agrippa 797
Corioli ciuitas à Ro. capitur 402
Coriolanus urbe eijcitur 403
Cornelius Phagites Cæſaris inimicus 14
Cornelius Balbus Cæſari familiariſſimus 15
Cornelius centurio Octauij 23
Cornelij Balbi theatrum 24
Cornelius Balbus amicus Auguſti 32
Cornelius Nepos 34
Cornelius Sabinus 69
Cornelius Laco 98
Cornelius Fuſcus 117
Cornelius Fronto 154
Cornelius Victorinus 150
Cornelius Macer 269
Cornelius Tacitus non ſemper ueritati ſtudet 281
Corn. Taciti hiſtoria ab internecione ſeruata quomodo 295
Cornelius Valerianus Gallieni filius 393
Corn. Dolabella Gallos contudit 404
Pub. Corn. Scipionis excellentia 409
Cn. Cornelius Gallus Aegypto præficitur 419
Corn. Fuſcus à Dacis oppreſſus 421
Cornelius Gallus Thebaidem exhauſit 513
Cornelius Rufinus dux contra Pyrrhum 778
L. Cornelius Sulla ibidem
L. Corn. Merula flamen Dialis 779
Cornelius Balbus quib. artibus ad honores euectus 788
Cornelia uxor Pompeij fugæ eius comes 789
Cornelia Cinnæ filia, Iulij uxor 1
Cornelia Veſtalis abſoluta repetitaq; 118
L. Cornificius ædiū Dianæ cōditor 24
Cornificia Pertinacis amaſia 175
Cornificius legatus Octauij 795
Cornix de Traia. præſagit bona 389
Cornuti Galli mercede uerſatiles 492
Cornutorum uirtus bellica 509
Coronus mons 585
Corona claſsica Agrippæ datur 796
Corporis ſigna animarum pandunt interna 494
Corradi imperium 722
Corſicam uaſtat Scipio 406
Coruinus Meſſala Tib. præceptor 55
Coruino unde nomen 593
Coruinus orator 784
T. Coruncanus homo nouus 809
Coſdroes rex Parthorum ab Adriano adſcitus 140
Coſinus ſeruus 32
Coſroes Perſarum rex 468
Coſſa colonia Ro. 772
Coſſutiam quando duxit Cæſar, atq; dimiſerit 1
Coſtoboci contra Marcum 157
Coſtobocæ 569
Cotiſon Getarum rex 31
L. Cotta XVuir Cæſarem regem facere conabatur 15
Cottij regnum 49
Cottius rex Alpium 84
Cottij regnum in prouinciam redigitur à Nerone 84
Cottiæ alpes prouincia quando 385
Cottius rex Gallias perdomuit 495
Cottij ſepultura & nomen inſigne 496
Cotys Thraciæ rex 410
Craugaſi uxor pudica 530
Craſſus Frugi 74
Craſſus Calphurnius 122
Craſſus ab Ariſtonico uictus, occiſus, Smyrnæ ſepultus 412
Craſſus in uita ſemel riſit 619
Craſſus, Pompeius, Iulius, quid amicitia inita quæſierint 786
Craſſo Syria decreta per Pomp. 787
Crateræ locus prope Antiochiā 482
Cratinus Comicus 773
L. Craſſus orator 776. 784
Cremona colonia Ro. 772
Creon Athenienſis 770
Crœſus Solonem cur expulit 492
Cretam regit Veſpaſianus 108
Creticum bellum Metellus finit 416
Cretenſium canum ſagacitas 659
Creta à Saracenis occupata 705
Creta inſula Rom. in poteſtatem uenit 783
Criſpinus præfectus Aquileiæ 378
Criſpini Aquileienſis præf. dotes 378
Criſpina Commodi uxor 320
Criſpus Paſsienus 82
Criſpus Claudij Flauij frater 279
Criſpum filium iugulat Conſtantinus 396
Criſpus nouercæ Fauſtæ odio interimitur 448
Criſpus Conſtantini filius Polæ perimitur 485
Criumetopon promontorium 568

Crocodilus Aegypti 575
Crocodilorum mors ibid.
Crudelitatis recordatio ſenectuti grauis 647
Cruſtumini à Romulo uincuntur 401
Crux fulgida Conſtant. apparet 448
Cteſiæ de aduocatis ſententia 659
Cteſiphon capta à Traiano 128
Cteſiphontem capit Seuerus 184
Cteſiphon Parthorum regia 343
Cteſiphontem capit Sapores 459
Cteſiphontē Vardanes inſtruxit 584
Cucumetius dux Turcarum 715
Culices Meſopotamiæ innumeri 529
Culicum multitudo exercet exercitum Iuliani 598
Cumæ Italiæ à quibus conditæ 769
Cunctatio in principe præcipuum bonum 499
Cupiditas alieni ſtragem adfert 514
Cupiditate uinci laboribus inuicto turpe 595
C. Curio tribunus 6
Curionis ſcomma in Cæſarem 10
Curionis in rebelles aĩaduerſio 651
C. Curio trib. pleb. malorum fax 788
C. Curij patris orationes 2
Q. Curius ſenator 3
Curius Fortunatianus hiſtoricus 252
Curius Pyrrhum fugat, & Italia expellit 405
Curſus fiſcalis 139
Curtius fons 75
Curtius lacus 30.99
Cutyliæ oppidum 112
Cydnus Ciliciæ amnis 481
Cylaces Spado Armeniæ præficitur 630
Cymbri in Italiam tranſeunt 412
Cymbri in Italia uincuntur 413
Cymbri Manlium & Cæpionem uincunt ibidem
Cymbri quō uicti & deleti in Italia ib.
Cyme ab Aeolijs occupata 769
Cyneas Pyrrhi legatus 405.503
Cyneæ de Romana urbe dictum 405
Cynegiri Græci pertinacia 13
Cynoſſema Hecubæ ſepulchrum 566
Cyprus Iudæis inacceſſa 129
Cyprium mare Iſauris oppoſitū 474
Cyprus prouincia 481
Cypri fertilitas 482
Cyprum auide magis quàm iuſte Ro. inuaſerunt ibidem
Cyprus ſenatuſconſulto prouincia po. Ro. facta 785
Cypri diuitiæ, & rex eius à Catone ſpoliatus 787
Cyclades inſulæ 566
Cyrenas regit Veſpaſianus 108
Cyrene Ro. dono cedit 416
Cyrene urbs deſerta 576
Cyrenæ quando Ro. facta prouincia 577
Cyria ſoror Firmi 652
Cyriades Antiochiam capit 264
Cyriades Cæſar ac Auguſtus quãdo dictus ibidem
Cyriadis tyranni genus ibidem
Cyriades parricida occiditur 265
Cyri regis memoria felix 500
Cyri dictum egregium 556
Cyrus fluuius 585
Cyropolis urbs 585
Cythri Aegyptiæ thermæ 575
Cyzicenis libertatem ademit Tiberius 49
Cyzicum Gothi deuaſtant 262
Cyzicum magnæ matris delubrum 567
Cyzicum occupat Procopius 618
Cyzicum Mileti colonia 778

D

Dacos Cæſar parabat coercere 9
Dacorum incurſiones coercuit Octauius 22
Daci Mœſiam occupant 49
Dacos adoritur Domitianus 117
Dacos impugnat Traianus 123
Dacorum regia capta 124
Dacos ſubegit Traianus 125
Daci ſub Commodo uicti 169
Dacia Aureliana 290
Daciam prouincialib. relinquit Aurelianus 290
Daci Mœſiam diripiunt 389
Dacos uicit Auguſtus 419
Dacia Ripenſis 616
Dadaſtana oppidum 458
Dadaſtana Bithyniæ & Galatiæ terminus 609
Dagalaiphus cõſul à Valentiniano dictus 618
Dagalaiphi reſponſum liberum 612
Dahæ bellatores acerrimi 568
Dalmaticum Auguſti bellum 22
Dalmatas ſubegit Tiberius 43
Dalmatarum equitum uirtus 279
Dalmatæ in prouinciam redacti à quo 383
Dalmatia occupatur 412
Dalmatij indoles 430
Dalmatius Anaualliani filius 449
Dalij apud Romanos 637
Dalmatia à Sarracenis uaſtata 706
Dalmatia prouincia po. Ro. quando et à quo facta 785
Dalmatiæ pertinacia 798
Dalmatico bello qui præclara præſtiterint opera 805
Damaſcus expugnata à Magmed 469
Damaſcus Phœniciæ urbs 481
Damaſus cum Vrſicino de Papatu contendit 623
Dauares gens Africa 652
Danaſtus amnis 668
Dandace urbs Taurica 569
Danubius terminus Illyrici 45
Danubius lapideo põte iungitur à Traiano 125
Danub. Batauí armati tranſeunt 132
Danubius fluuius maximus 366
Danubiũ ponte iungit Conſtant. 396
Danubius LX. nauigabiles fluuios recipit 569
Danubij ortus ibidem
Danubij oſtia ibidem
Danus Rufini inſidijs poſt adulteratã uxorem petitur 502
Daoriſi Dalmatæ 805
Daphne Antiochiæ ſuburbanũ 540
Daphne munimentum 624
Dara oppid. prope Carras 458
Dardanum 566
Dardanos Curio quõ compeſcuit 651
Darius ubi fuſus ac fugatus 618
Darnis urbs 576
Datus Atellanarum hiſtrio 91
Dauana urbs 579
Dauſummus conditor Lupiæ 151
Decebalus rex Dacorum 123
Decebalus Traianum adorat 124
Decebalo quæ pacis conditiones datæ ibidem
Decebali in Traianum inſidiæ 125
Decebali mors ibidem
Decebali theſauri eruti 126
Decebalus ſecundo hoſtis iudicatus à ſenatu 124
Decebali affinis Regillianus 267
December menſis Amazonius dictus 169
Decemuiri creati quando 403
Decentij mors 397 & 452
Decentius Cæſar à fratre dicitur 451
Decij ad Valerianum uerba 257
Decentium ſuperat Chonodomarius 506
Decentiaca legio 530
Decimus Brutus coniurationis in Cæſarem princeps 15
Decima Fortenſis legio 530
Decius Syllanus conſul 3
Decius Laberius 8
Decij de Claudio Flauio epiſtola 280
Decij dotes 393
Decij mors ibidem
Decius Cælius Balbinus Imperator. uide Balbinus 433

Decius Imperator ab Illyricianis dicitur 435
Decius in Chriſtianos ſæuit ibidem
Decij mors ibidem
Decij famam quid obſcurarit 436
Decij ſe pro uictoria deuouent 435 436
Decij uita per compendium 691
Decius Magius Campanorum princeps 778
Decianæ thermæ ædificatæ à quo 436
Decoris gratia ac breuitas 121
Decretum ſenatus poſt mortem Maximinorum 240
Deiotarus Galatiæ rex Armenia donatur minore 416
Delatores exoſos habebat Traianus 123
Delationes apud Maximinum quantũ ualuerunt 370
Delatorum inſtitutio 473
Delos patria deorum 566
Delos terræmotu emerſit 516
Delphidius Orator acerrimus 523
Delta Nili inſula 574
Delum occupant Iones 769
Demarchus Neapolitanorũ magiſtratus 142
Demetrius Cynicus 111
Demetrius filius Philippi Macedonum regis 410
Democritus mundos docet eſſe infinitos 487
Demetrius Cythras philoſophus 540
Demetrius Poliorcetes 580
Demochares nauium præfectus 24
Demochares miniſter Pyrrhum inſidijs occidere conatur 657
Demoſtheni diſsimilis filius 186
Demoſthenes perpetuum Græciæ decus 657
Demoſthenis facundia 659
Demuſſare iniurias 657
Derthona capitur à Friderico 723
Derthona Romanorum colonia 773
Deſideriũ uulnerat Magnentius 452
Deſitiates Dalmatæ 805
Deſperatio diſcrimina ſæpe propulſat (498
Detrianus Architectus 142
Deus appellari uult Domitianus 421
Deo proximus Traianus 422
Deum negant Romani aliqui 639
Dijs iuuãtib. uincere nõ indecorũ 288
Dijs ſacrificat Conſtantinus 448
Dexippus ſcriptor 229
Diacira inuaditur 590
Diademate quis primus caput apud Ro. cinxit 394
Diadumeni nomine moneta cuditur apud Antiochiam 205
Diadumeni oratio ad milites 205
Diadum. à leone in cunis cultus 206
Diadumenus diadematus primo uocatur ibidem
Diadumeni forma ibidem
Diadumeni natiuitas ibid.
Diadumenus præter ætatẽ ſæuit 207
Diadumeni epiſtola ad patrem ibidem
Diadumenus fati neceſsitate Antoninus dictus 208
in Diadumenum carmina 212
Diale Flaminiũ reſtituit Auguſtus 25
Dialogus Aſellij Sabini feſtiuus 50
Dianæ ædes L. Cornificius cõdidit 24
Dianæ templum Laodiceæ 198
Dianæ templũ ſpoliatũ à Gothis 260
Diana Orſiloche quibus dicta 568
Diana Taurica 568
Dianæ regio montis Tifatæ à Sulla adๆ dicitur 781
Dibaltum oppidum 674
Dicorus cur Anaſtaſius dictus 700
Διχότομος luna quãdo dicitur 542
Dictatura quando primum ordinata 402
Dictatoris dignitas Sullæ traditur 782
Dictaturam renuit Octauius 798
Dictum Iulij Cæſaris prudentiſs. 7
Dictum Tiberij 47. 48
Dictum Scurræ de principib. lepidum 291
Dictum Symmachi odioſum 622
Dictum Pontij Teleſini atrox 781
Dictum Sex. Pompeij feſtiuum 795
Didius Iulianus Imp. uide, Iulianus.
Didius Belgicæ ſanctè præeſt 163
Didius Bithyniæ præficitur ibidem
Didij conſulatus ibidem
Didius Dalmatiæ ac inferiori Germaniæ præficitur ibidem
Didius proculus. ibidem
Didij functiones ibidem
Didius in Commodum coniurat ibidem
Didius Nigrum tantum timuit 164
Didij parſimonia ac ſordes ibidem
Didius pater patriæ dicitur ibidem
Didius qualis in Pertinacem ibidem
Didius quomodo Imp. factus ibidem
Didius toto imperij tempore mitiſs. ib.
Didius deſeritur ab omnibus 165
Didius Seuerum à ſenatũ hoſtem declarari obtinet ibidem
Didio abrogatur imperium ibidem
Didij amentia ibidem
Didius occiditur 166
Didij uirtutes ibidem
Didij uitia ibidem
Didij de Peſcennio uaticinium 187
Didius Commodus dicitur 331
Didius imperium mercatur 331
Didij contra Seuerum conatus 335
Didij ignauia ibidem
Didij mors fœdiſsima ibidem
Didius damnatorum more trucidatus 391
Didius iuris peritiſsimus ibidem
Didij uita per compendium 688
Didia Clara 164
Didonis theſauros ſe inuenturum ſperat Nero 88
Dido Tyria 769
Didymus Chalcenterus 577
Dies obſeruabat Auguſtus 37
Dignitas Cæſaris prima 1
Dignitas in quibus ſita 329
Dignitates dignis, amotis malis, commendat Alexander 362
Dignitates quomodo diſtribuerit Conſtantius ibidem
Dimicatio pro altero remiſſa 378
Dinarchus orator inſignis 659
Dindyma magnæ matris delubrum 567
Dinocrates architectus 576
Dioclea Dalmatiæ urbs, & mater Diocletiani 395
Diocles primo dictus Diocletianus ib.
Diocletianus Aprum occidit 312
Diocletiani ingenium uarium 313
Diocletianus Amilini ſenatoris libertus 394
Diocletianus imperio relicto in agro conſenuit 395
Diocletiani mors uoluntaria ibidem
Diocletiani reſponſum de imperio ibi.
Diocletiani mores 428
Diocletianus Nicomediæ imperium deponit ibidem
Diocletianus Iouius dictus 438
Diocletiani ortus ibidem
Diocletianus adorari uoluit 441
Diocletianus uictorioſs. principum ib.
Diocletiani triumphus ibidem
Diocletiani factum inauditum 443
Diocletiani uita per cõpendium 693
Diocmitas armat Marcus 157
Diocmitæ milites qui 628
Diodorus Citharœdus 111
Diodorus Alexãdrinus martyr 571
Diogenes grammaticus 48
Diogenes Archelai ducis filius occiditur 414
Diogenes rhetor uir clarus capite punitur 646
Diognetus pictor 152
Diomedes diſpenſator Auguſti 32
Diomedis Thracij cruenta ſedes 566
Dionis teſtimonium de ſpecu bituminoſo Hierapolitano 128

Dionis pater quis 130
Dionis de turribus Conſtantinopolitanis traditio 714
Dionyſius philoſophus 37
Dionyſius Mileſius ſophiſta 130
Dionyſius tyrannus iuuenis ad imperium uenit 317
Dionyſius Philoxeno poetæ mortem cur intentet 492
Dionyſij Siculi timiditas 502
Dionyſopolis Scythiæ urbs 624
Dionyſij Siculi conuiuæ quomodo excipiebantur 646
Dioſcorides ſculptor 29
Dioſcurias urbs 568 & 586
Diphilus Comœdus 773
Diræ ultrices cur dicantur 391
Direptis Mithridatis filia 502
Diſciplina domeſtica à Cæſare obſeruata 9
Diſciplinam militarem labentem reſtituit Adrianus 139
Diſciplinæ ciuilis tenax Adrian. 143
Diſcordia Pupienum & Albinum perdit 382
Diſpoſitio tẽpeſtiua proſpexit ſæpius difficillimis negotijs 506
Diſticha in Tiberium 53
Diuinandi ars unde 552
Diuinatio per tripodem 645
Diuitiæ quando uitandæ 173
Diuitum infœlicitas plebis gaudiũ 370
Diuitum Ro. mos in ſciſciãtdis aduenis 478
Diuites quos ament ibidem
Doctrina donum cœleſte 647
Dolobellam repetundarum poſtulat Cæſar 1
Dolobellæ in Cæſarem dicteria 10
Cn. Dolobella 98
Dolobella ream ad Areopagitas remittit 648
Dolobella à C. Caßio occiditur 793
Dolobella uir audax 797
Dolores ignauis inſultant, perſiſtentibus cedunt 601
Dominica Valentis uxor 459
Domini appellationẽ Auguſtus reſpuit 29
Domini appellationem reijcit Tiberius 47
Domini nomẽ amat Domitianus 119
Domini appellationem primus uſurpauit Domitianus 421
Dominatũ appetere inſipientis 443
Domitianus Veſpaſiani filius 108
Domitiani pubertas ac adoleſcentia 115
Domitianus muſcis inſidiatur 116
Domitianus repudiatam uxorem reduxit ibidem
Domitiani in fratrem inſidiæ ibidem
Domitiani pericula in bello Vitelliano ibidem
Domitiani principatus quæ initia habuit ibid.
Domitiani ſpectacula ibidem
Domitianus bellum ciuile ſopiuit celeriter 117
Domitianus in iure dicũdo diligens ibi.
Domitianus quæ nouauit ibidem
Domitiani ædificia 117.387
Domitiani expeditiones 116.117
Domitiani triumphi 117
Domitianus cæde primo abhorrens 118
Domitianus magis ſæuus quàm cupidus ibidem
Domitianus ſæuus, ſed callide ibidem
Domitianus cunctis inuiſus 119
Domitianus omnia prædatur ibidem
Domitianus nunquam ciuilis ibidem
Domitianus quos oppreßit 118.119
Domitiani arrogantia ibidem
Domitiani conſulatus ibidem
Domitiani iactantia ibidem
Domitiano quæ ſigna ſint erecta ibid.
Domitiani ætas 120
Domitiani funus ibidem
Domitiani mors ibidem
Domitiani porticus phengite lapide diſtinctas ibidem
Domitiani forma 121
Domitiani de principum conditione dictum ibidem
Domitiani libidines ibid.
Domitianus laboris impatiens ibidem
Domitianus ſagittarum ſtudio tenebatur ibidem
Domitiani ſtudia ibidem
Domitiani uita quo ordine traducta ib.
Domitiani arcus euertuntur 122
Domitiani ſtatuæ conflantur ibidem
in Domitianum ciuium odium ibidem
Domitianus Aureoli dux contra Marinum 269
Domitiani crudelitas 317
Domitianus ſimulator 387
Domitianus & Deus & dominus uocari uult ibidem
Domitianus ſagittandi arte ualuit plurimum ibidem
Domitianus mortuus Neruæ timori fuit 388
Domitianus quomodo, quare, & à quibus perijt ibidem
Domitiani interfectores interfecti ibi.
Domitiani imperium odioſum 421
Domitianus præfectus à Gallo cuſtodiæ traditur 453
Domitiani inſania ibidem
Domitiani erga Gallum inſolentia 480
Domitianus in quo laudandus maxime 525
Domitianum immanitate ſuperat Conſtantius 562
Domitiani uita per compendium 687
Domitium Iulius cõſulatu detrudit per Pompeium & Craſſum 5
T. Domitius Antonij amicus 21
Cn. Domitius Allobroges ſuperat 81
Domitius ad Corfinium captus ibidem
Domitij Aruernos expugnant ibidem
Domitiorum familia bifariam diſtincta ibidem
Domitiorũ familia latius recenſita ibi.
Domitiorum prænomina ibidem
Domitius in Cæſarem coniurat 82
Domitius Neronis auus ibidem
Domitius pater Neronis ibidem
Domitius Dexter ibidem
Domitius Corbulo indemnatus occiditur 487
Cn. Domitius 794
Domitius Antonio iungitur 795
Cn. Domitij integritas 797
Domitiæ familiæ felicitas 777
Domicilla Veſpaſiani filia 108
Domitia de probris gloriabatur 115
Domitia Lõgina Domitiani uxor 116
Domitia Paulina Adriani mater 137
Domitia Caluilla 151
Dora urbs deſerta 589
Dorice loquuntur Rhodij 52
Dorienſes ſequuti Herculem, oceanum accolunt 495
Doriſcus Thraciæ oppidum 528
Doroſtorus urbs 624
Dorus medicus 501
Draconem ex India deduxit Adrianus 133
Draconarij torque utebantur 544
Draconis inteſtino Homeri poema aureis inſcriptum literis 699
Dracontius perimitur 571
Drangiani cur Arabes dicti 587
Drangiana Perſidis regio 584.587
Drepſa urbs 587
Druentia flumen 496
Druidarum religio abolita à Claudio 77
Druidas conſuluit Aurelianus 291
Druidæ uaticinatio apud Tũgros Diocletiano imperium pollicentis 312
Druidæ theologi Galli 495
Druncianus gener Caßij 159
Druſillam ſororem ducit uxorem Caligula 62

C. Druſus ſcriptor inſignis 38
Druſi nomen unde 42
Druſus Tiberij filius Romæ moritur 49
Druſi aduerſus Auguſtum conatus 51
Druſi indoles ibidem
Druſus Germanici filius 52
Druſus Decimus Claudij pater 70
Druſo defuncto qui honores habiti 70
Druſus quæ bella geſſerit ibidem
Druſus Claudij filius 77
Druſi ad Maguntiam monumentum 419
Druſi Liuij mors 793
Druſi ſeueritas 808
Druſianæ foſſæ 70
Dryadis hoſpitio utitur Diocletianus 438
Ducis boni officium 805
Duillij pugna & uictoria naualis 405
Duillius quomodo poſt uictoriam naualem honoratus 612
Duodienſe caſtellum 653
Dura oppidum deſertum 581
Dura urbs 605
Dureta uocabulum Hiſpanicum, quid ſignificet 35
Dux limitis dictus Poſthumus 265
Dymas fluuius 586
Dynamius fallaciarum ſtructor 490
δωδεκάθεος cœna Auguſti 33

E

Ecbatanas Traianus occupat 126
Ecbatana urbs 584
Ecbatana Syromedorum 585
Echiua rex Gothorum 436
Eclectus Veri libertus 162
Ecloge nutrix Neronis 94
Eclypſis ſolis horribilis 541
Eenſis ager tranſcurritur ab Auſturianis 641
Egilius caſtrorum præfectus 806
M. Egnatius in Octauium cōſpirat 21
Egnatius Capito 167
Egnatuleius Honoratus 183
Egnatius imperatores ſuos ex quibus corraſit 684
Egnatius librum Conſtātini de ſumma imperij habuit 706
Electra uirilis animi fœmina 768
Electus Commodi cubicularius 170
326
Elegia Armeniæ oppidum 126
Elephanti primum Romam ducti quando 405
Elephantorum ſtridor terribilis 535
Elephantorū ſtridor ac odor equos terret 599
Elephanti quomodo necantur 600
Elephantina urbs 574
Eleuſinia Attica Romā Claudius trāſferre uoluit 77
Eleuſinia ſacra ſuſcipit Adrianus 140
Eleuſin terræmotu emerſit 516
Elices mons 568
Eliſſa Tyria conditrix Carthaginis 769
Eminentiæ comes inuidia 771.785
Emeſſa Phœniciæ urbs 481
Emiſſenorum calamitas à Baliſta 259
Emodes mons 584.587
Encolpius Alexandro familiaris 220
Ennij uerſus de condita Roma 19
Ennij de Scipione dictum 277
Ennia Næuia Macronis uxor 59
Ennoſigæos Neptunus dicitur 516
Epaminondas moriens ſcutum quærit 601
Epaphroditus Neroni à libellis 94
Epaphrod. Domitiano à libellis 120
Epheſus à quibus condita 769
Ephyre Theſprotiæ à quo cōdita 768
Epictetus philoſophus 141
Epicurus aduocatorum auaritiam quo nomine notarit 659
Epidemus peſtis ſpecies ſecunda 533
Epidius Marullus 15
Epigonus è Lycia philoſophus 480
Epigonus philoſ. excarnificatur 482
Epigramma Diocletiani & Maximiani 441
Epiphania Heraclij filia 470
Epiphania à Chriſtianis celebratur 553
Epirum deuaſtant Gothi 262
Epirus occupatur ab Aemilio 411
Epirus ab Alanis uaſtata 459
Epirus diripitur à Getis 464
Epirum occupat Pyrrhus 768
Epirotarum ad Valentinianum legatio 661
Epiſcoporum accuſatorū libellos comburit Conſtantinus 449
Epiſcopus Rom. generis humani caput & parens 456
Epiſc. profeßio quid ſuadeat 571
Epiſtolæ exercitus ad ſenatum 290
Eporedia in Baciēnis colonia Ro. 773
L. Equitius Illyrici præfectus 458
Equitius à quibuſdam Imperator dicitur 610
Equo ſignū pro æde Veneris poſuit Cæſar 12
Equi mortem Cæſaris abſtinentia indicant 16
Equus Traianum adorat 126
Equorum hinnire 195
Equus Traiani 504
Equi cur à Sarmatis caſtrantur 518
Equites Ro. natalem Auguſti biduo celebrarunt 30
Equeſtris locus ſeminarium ſenatorum 221
Equeſtrium ſtatuarum turma apud Romanos 771
Eratoſthenis de Ponto ſcripta 567
Erethria Eubœa Atheniēſium colonia 769
Erichtheus in ſeceſſu Mineruæ nutritus 498
Ermenrichus rex 668
Erocus Alemannorum rex 396
Erutius Clarus legatus 129
Erutius Clarus 183
Erythreus rex mari nomen dedit 128
Erythreum mare quod & eius ſinus ibidem
Erythræ in Ionia à quibus cōditæ 769
Eſius Proculus 64
Eſſedon urbs 587
Eſſedones populi ibidem
Etoſca urbs 782
Etij Patritij uita 699
Etij mors quanti æſtimata 699
Eubages philoſophi Galli 495
in Euchariſtia uenenum datur Henrico 725
Eucherium imperatorem efficere pater Stilico conatur 460
Euctemon geometra 610
Eudæmon Adriano amicus 141
Eudæmones in triūpho Aureliani 289
Eudocia Theodoſij uxor 698
Eudociæ cum filijs imperium 709
Eudoxa Arcadij uxor 460
Eudoxa maritum ulciſcitur 462
Euentus nouitas credulitatē adfert 378
Euentum ceptorum ſuperi ſibi uendicant 602
Euentus boni Porticus 655
Euethes Græcis ſtultus 568
Eugamius rhetor 241
Eugenius tyrannus opprimitur 399
Eugenius Imperator dicitur 460
Eugenius Papa 713
Eumenes Attali regis frater 410
Eumenia in Phrygia conditur, ibidem
Eumenes erga Romanos ambiguæ fidei 770
Eumenides Græcis Furiæ cur 568
Eumolpiadæ urbis opportunitas 619
Eumolpias 624
Eunoe uxor Bogudis regi. Maura 10
Eunuchi quo loco ab Alexandro habiti 222
Eunuchi in aula quid 228
Eunuchi genus hominum perditißimum 233

Ennus dux fugitiuorũ in Sicilia 486
Euporus ſeruus Gracchi 776
Eupatoria Tauricæ ciuitas 569
Euphorion poeta 55
Euphorion literator 151
Euphrates philoſophus moritur 132
Euphratem tranſit Parthorum rex, ut Ro. ſigna adoret 59
Euphraten in Tigrim deriuare contendit Traianus 128
Euphraten ponte iungit Traianus ibi.
Euphrates imperij terminus conſtitutus ab Adriano 422
Euphrates mare ubi influat 583
Euphrates fluuius 584
Euphrone nox Græcis cur dicta 568
Eupolis Comicus 773
Eupraxius Cæſarienſis 625
Eupraxij ad Valentinianum uerba 626
Eurimedon flu. Pamphiliæ 518
Euripidis ſepulchrum ubi 623
Euripides Tragicus 773
Euripis fons 567
Europa Caracallæ adiudicatur 349
Europa quando primo ab Hunis uexata 698
ex Europa triumphat Pompeius 785
Europos urbs 585
Euſebij eunuchi inſidiæ contra Gallum 453
Euſebius Conſtantini genus perdere totum in animo habet 454
Euſebius Nicomedienſis Iuliani pueritiam inſtituit 456
Euſebius Nicomedienſis epiſcopus Arrianus ibidem
Euſebius orator pietatis concitatus 480
Euſebij cubicularij nequitia 488
Euſebius Mattiocopa 490
Euſebius conſul delatus ab Heliodoro 646
Euſebia Conſtantij uxor 398
Euſebia regina Iulianum ſeruat 488
Euſebia Helenæ inſidiatur 504
Euſebiæ pulchritudo 525
Eutherij origo & mores 501
Eutropius Dardanus pater Conſtantij Cæſaris 279
Eutropius ſcriptor qualis 400
Eutropius bello contra Parthos à Iulia no molito interfuit 431
Eutrop. Cõſtantij Chlori pater 444
Eutropia Syra Herculij uxor 395
Eutychus aſinarius 39
Eutychius Proculus Siccenſis grammaticus 151
Euxinus pontus unde nomen habeat 568
Exarchus Italiæ primus 467
Exemplo non diluitur peccatum 657
Exempla peſſimorum ad quid proſint 704
Exempla cœptis non conſiſtunt 775
Exitus rerum proditor 616
Exoletos cur non deleuit Alexander 222
Exquilinus mons additus Romanæ urbi 402
Exta quomodo futura indicẽt 552
Exules omnes trucidare facit Caligula, & cur 63
Exules quomodo reſtituit Claudius 73

F

Fabiana tribus 26
Fabianus Soſianus 305
Fabius Repentinus 150
Fabius Chilo 171
Fabius Paulinus 183
Fabius Sabinus Alexandri aſſeſſor 233
Fabius Marcellinus de Adriano ſcripſit 229
Fabius Cerilianus ſcriptor 310
Fabiorum familia uno puero redintegrata 403
Fabij trecenti à Veientibus oppreſſi ibidem
Q. Fabius Maximus Samnites deleuit 404
de Fabritio dictum Pyrrhi 405
Fabius Hiſtoricus 407
Fabius Maximus Hãnibalem cunctando uincit 408
Q. Fabius Maximus Tarentum capit 409
Fabia Oreſtilla 246
Fabia Eudoxia Heraclij uxor 468
Fabrateria colonia Ro. 773
Fabritij erga Pyrrhum hoſtem integritas 405
Fabritium ſollicitat Pyrrhus ibidem
Fabritius Luſcinus Pyrrhum regem de inſidijs admonet 657
Fadilla Commodi ſoror Cleandri detegit inſidias 323
Falconius Probus 290
Fallere conetur quis ſcriptor 644
Faliſci à Camillo expugnati 403
Faliſci impugnati, & agri medietate mulctati 407
Falſariorum crimen coercitum quomodo 84
Fama auget ſemper in maius 504
Fama nouitates auget 567
Fama rumorum nutrix 670
Famoſos libellos Auguſtus quomodo repreſſit 30
Fameas dux Carthaginenſium 411
Fannius Cæpio in Octauium conſpirat 21. 43. 798
Fanum fortunæ oppidum Italiæ 394
Farinæ modius aureis decem mutatur 507
Farnobius Gothorum dux occiditur 674
Fata hominum ſenſus hebetant 484
Fatũ principis poteſtate uincitur 520
Fatum nemo uitat 581
Faunus Aboriginum rex 103
Fauo archimimus 111
M. Fauonius 20
Fauorinus Gallus ſophiſta 130
Fauorini iocus 141
Fauſtus Sylla 77
Fauſtius Quintillus 165
Fauſtini ſupplicium unde 662
Fauſta Conſtantini uxor 396
Fauſta filia Maximiani 429
Fauſtina Auguſta appellatur 149
Fauſtinæ uxoris Pij mors ibidem
Fauſtina mater caſtrorum dicta 159
Fauſtinæ prægnantis ſomnium 166
Fauſtina Annia 168
Fauſtinæ epiſtola ad Marcum de Caſſio 179
Fauſtinæ templum diruit Caracalla 194
Fauſtina uxor Conſtantij 455 & 555
Fax ardens in cœlo uiſa, & quid ſit 600
Februarij biſextum Romanis infauſtũ 610
Felicitas quid 562
Feliciſſimus rationalis 290
Felix Iudeæ præſes trium reginarũ maritus 77
Felix libertus Iudææ præficitur 385
Feræ Romæ quæ & quot fuerint ſub Gordiano 250. 251
Fercula triumphantium 441
Ferdinandus rex Hiſpaniarum, Chriſtianorum princeps ueriſſ. 446
Ferentinum oppidum 100
Ferratus mons 650
Ferrum non aurum Imperator bellicoſus habet ibidem
Feſtinus mores bonos in peſſimos commutat 648
Feſtus libertus Caracallæ Patrocli more ſepelitur 351
Fidenis quot hominum millia ſpectando perierint 49
Fidenates à Romulo uicti 401
Fidenæ exciduntur 403
Fidenates rebellant contra Romanos 403
Fideniæ cur deletæ 582

Fides certa erga Deum neceſſaria pugnanti 447
Fidem fortuna mutat 789
Firmus quidam Aegyptum ſibi uindicat 288
Firmus Alexandriam Aegypti peruadit 305
Firmus αὐτοκράτωρ dictus ibid.
Firmus homo tenebrarius ibid.
Firmi patria ibidem
Firmi tyranni diuitiæ ibidem
Firmus Cyclops dictus robuſtiſs. 306
Firmi forma mores & uictus 305 306
Firmi mors 306
Firmus à Theodoſio oppreſſus 459
Firmus Maurus rebellat 650
Firmus fugit 652
Firmus cuſtodes inebriat, et ſeipſum ſuſpendit 654
Firmum colonia Ro. 772
Fiſci aduocatus ab Adriano primo inſtitutus 143
Fiſcus lien à Traiano dictus 398
Flabunij apud Ro. 637
Flaccus Pomponius 809
Flacilla Arcadij ſoror 460
Flacilla Theodoſij uxor 460
Flamma ſublimia petit 582
Flãmeum uexillum ſignum belli 545
Flaminius interimitur ab Hannibale 408
Flauius Sabinus 106
T. Flauius Petronius Reatinus 107
Fl. Liberalis Ferentinus 108
Flauius Herianus 133
Fl. Genialis 164
Fl. Iuuenalis 182
Fl. Arabianus 292
Flauius Valens Leon. uide Leon 463
C. Flauius Fimbria 780
Flauia gens obſcura 107
Flauiæ gentis templum 115
Flauia prima legio 545
Flauia ſecunda legio ibidem
Flauia Domicilla uxor Veſpaſiani 108
Fl. Titiana uxor Pertinacis 173
Flauiana adulterij conuicta punitur 633
Florales ludi 96
Floralium ludorum initium 772
Florentinus iuriſconſ. 233
Florentina ſynodus 713
Florentius Nigriniani F. 490
Florentij libertas 626
Florentius dux Maguntiacus 649
P. Florianus 164
Florianus Taciti frater 295 296
Florianus arripit imperium 297
Florianus inciſis uenis moritur 394
Floriani uita per compendium 692
Florus poeta 141
Fœdus Iuuiani ignobile, ac mors 458
Fœnus trientarium 148
Fœnus pub. trientarium 221
Fonteius Capito 97
M. Fonteius hiſtoriarum amantiſsimus 305
Formiani in ciuitatem recipiuntur 772
Fortes uiros quid deceat 364
Forti geſtarum rerum recordatio iucunda 522
Forum Cæſaris 5
Forum Neruæ à Domitiano ædificatum 117
Fori hodierni pulcherrima deſcriptio 660
Fortuna Galbæ ſe adeſſe dicit 96
Fortuna minatur Galbæ 99
Fortunæ ſignum Marco datur à Pio 153
Fortuna regia in cubiculis principum 186
Fortunis proprijs unuſquiſq; acquieſcere debet 363
Fortuna & uirtus plerunq; diſsident 477
Fortunæ motus uarij 486
Fortuna moderatrix humanorum caſuum 480
Fortuna ignauos contra præſtantes ſæpius adiuuat 562
Fortuna bonorum conſiliorum adiutrix 611
Fortuna gemina Probo præfecto adeſt 629
Fortunæ uariantis exemplum 794
Fortunæ comes adulatio 801
Fortuna rumpit ac moratur hominum propoſita 803
Foſſæ Druſianæ 70
Foueæ inſidiariæ apud Perſarum urbes 595
Fragiledus Sarmata 519
Francos affligit Aurelianus 282
Franci in triumpho Aureliani 289
Francicus Probus dictus 301
Franci fœdifragi 308
Franci mare infeſtant 427
Franci ſub Cõſtantio in palatio florentes 490
Franci Remos ac Iuliacum deuaſtant 512
Franci Salij qui 516
Francos ſuperat Iulianus 549
Franci Gallias occupant 698
Francorum reges quando primum Romanis pontificib. culti 703
Franci Othonẽ II. afficiunt clade 720
Fraomarius rex Alemannorum 649
Fraterna diſcordia in liberis Seueri à pueritia coalita 344
Fratrum imperium ciuile 153
Fregellæ colonia Ro. 772
Frigida Claudia 224
Friderici Aenobarbi imperium 723
Friderici II. imperiũ & dotes 724
Friderici III. imperium 727
Friſios tranſrhenanos domat Albinus 214
Fritigernus Gothorum dux 669
Fritigernus pacem per presbyterum orat 677
Fronto conſul 122
Frontonis conſulis dictum ibidem
Fronto Cornelius orator 151. 160
Frugi Craſſus 138
Frumentariæ perceptioni nouorũ hominum liberi cur aſcripti 153
Frumentarius Canon 203
Fucinum lacũ emittere deſtinabat Cæſar 9
Fucinus lacus emiſſus ab Adria. 143
Fuga quid 508
Fulgurales libri 582
Fulmen conſiliarium ibidem
Fulmen quid ibidem
Fuluius Boius 284
Fuluius Aſprinianus 313
Cn. Fuluius ab Hannibale cum octo milibus interfectus 409
Fulmine tangendi hebetantur 517
Fuluio triumphus denegatus quando 608
Fuluij Flacci cenſura 771
Fuluia Pia Seueri mater 180
Fuluia Antonij uxor 794
Fumos uendẽtes quomodo puniuit Alexander 222
Fumi palatini grauiter lædunt 467
Fundani in ciuitatẽ recipiuntur 772
Funus Grumbatis filij celebratur 531
à Fure ſalutari noluit Alexander 221
Furibus quàm inimicus Alexander 220
Furius Leptinus 8
Furius Camillus Scribonianus bellũ ciuile mouet in Claudium 73
Furius Victorinus 155
Furius Placidus conſul 284
Furius Camillus dictator Veientes expugnat ac diripit 403
Fuſcus cur Adriano deteſtabilis 143

G

GAbinius ſecundus Caucicus dictus 76

Gabinius rex Quadorum occiditur 654
A. Gabinij lex pro Pompeio 782
Gabios urbẽ occupat Superbus 402
Gabyra ciuitas apud quam Mithridates fugatus 416
Gadib. Alexan. Mag. ſtatua 2
Gadeis à quibus conditæ 768
Gaionatis oppidum 651
Galactophagi 587
Galatia prouincia efficitur ſub Auguſto 419
Galatæ dicti primo Galli 495
Galba Hiſpanias contra Neronem incitat 91
Galba Gallis quid 95
Galbæ auus 95
Galbæ cognomina ibidem
Galbæ natiuitas ibidem
Galbæ progenies nobilis ibidem
Galba diſciplinam militarem exercuit ſtrenuè 96
Galba iuris ſtudioſus ibid.
Galbæ honores ibidem
Galbam ad imperium quid inſtigarit ibidem
Galba ſiniſtrã famam contraxit in Hiſpanijs 97
Galba imp. quando ſuſcepit ibidem
Galbæ pericula in principio imperij ibidem
Galba egregius princeps 98
Galba quos habuit rectores ſui ibidem
Galbæ dictum imperatorium ibidem
Galbæ inſtituta ibidem
Galbæ rapinæ & ſacrilegia 97.98
Galba cibi appetens 99
Galbæ forma ibidem
Galbæ libido ibidem
Galbæ mors ibidem
Galbæ ſepultura ibidem
Galbæ ætas 100
Galbæ cur Otho infenſus factus 101
Galbæ genus 385
Galbæ adoleſcentia infamis ibidem
in Galbam iocus militaris 386
Galbæ mores & dotes 420
Galbæ uita compendio deſcripta 686
Galba orator 776
Galeatius dux Mediolani primus 726
Galerius Armẽtarius laudabilis 395
Galerius Maximinus Daza dictus primo 395
Galerij Armentarij mater à dracone compreſſa ibidem
Galerij mors crudelis ibidem
Galerius Maximinus inſolẽter à Diocletiano exceptus 428
Galerius Maximinus Diocletianũ uictoria Perſica placat 440
Galerius Conſtantinum perdere cupit 447
Galerius uehiculum Diocletiani ſequitur pedes 489
Galerij Maximini lex de differendis edictis 396
Galerij uita per compendium 694
Galeria Fundana uxor Vitellij 104
Galeria Fauſtina Auguſta 151
Gallias Cæſar eligit prouinciam 4
Galliæ termini 5
Galliarum templa Cæſar expilauit 11
Galliam Comatam rexit Tib. 43
Galliæ liberantur per Probum 302
Gallias inſtaurat Poſthumus 265
Gallia à Cæſare domita nouẽnio 417
Gallia togatam diripit Atila 462
Gallia ab Alemannis uaſtatur 482
Galliæ termini 495
Galliæ tractus ac ſitus ibidem
Gallia à Iulio Cæſare in quatuor partes diuiſa 496
Gallia quomodo diuiſa ibidem
Galliarum prouinciæ 497
Galliæ quando in prouincias redactæ, & à quo 785
in Gallia Cæſaris res geſtæ 787
Galliæ tributum imponit Cæſar 417
Galliæ à Francis quando occupatæ 698
Gallis Cæſar à ſenatu fermè deditus 5
Gallos ſemibarbaros in curiam recepit Cæſar 15
Gallis Senonibus an Camillus aurũ extorſerit 42
Galli deſciſcunt à Nerone 91
Galli Seuerum amant 181
Galli quos principes ferre nequeunt 259
Galli rerum nouarum ſemper cupidi 265
Galli homines inquietiſsimi 306
Galli quando uineas habere inceperint 394
Galli Senones urbem Romam occupant 403
Galli ad Anienem uincuntur 404
Galli Hannibali ſe iungunt 407
Gallis tranſalpinis bellum mouent Romani 412
Gallis quàm uenerabilis Conſtantius 429
Gallos ſubegit Theodoſius 460
Galli cur Capitolium olim non occuparunt 461
Galli qui Romanis primo paruerint 497
Gallorum forma & habitus ibidem
Gallorum mundicies ibidem
Galli uini auidi 497
Galli quo menſe expeditiones facere conſuerunt 516
Gallis libertatẽ quid pepererit 544
Galli morarum impatientes 535
Gallorum apud Amidam facinus inſigne ibidem
Gallorum ad Valentinianum legationes 613
Gallorum imperio floruit Italia 720
Gallicanæ mentes duræ 231
Gallicani ſenatoris facinus 375
Gallieni ſocordia 258
Gallienus captiuitate patris gaudet ibidem
Gallieni ludi in ſummo reipublicæ periculo 259
Gallieni tempus calamitoſum ibidem
Gallienus obſtupefactus uoluptate 260
Gallieni uanitas ibidem
Gallieno ſubitæ uirtutis audacia incerat ibidem
Gallienus Athenienſiũ ἄρχων 261
Gallienus artibus clarus ibidem
Gallienus ingenioſiſs. ibidem
Gallieni epigramma ibidem
Gallieni factum laudabile ibidem
Gallieni triumphus Perſicus ibidem
Gallieni in impoſtorem impoſtura ibidem
Gallienus abdomini natus 262
Gallienus imperator utilis quibus ibi.
Gallienus in Illyrico Gothos uincit ibidem
Gallienus in Perſas bellum parat ibid.
Gallieni mors ibidem
Gallieni mors apud milites quomodo placata ibidem
Gallieni ſolertia miſeranda ibidem
Gallieno ſtruuntur inſidiæ ibidem
Gallienus decennium imperauit 263
Gallieni crudelitas in milites ibidem
Gallieni de patre capto uerba ibidem
Gallienus & Valerianus quandiu regnarint, incertum 264
Gallienus & uiris & mulierib. contemptui ibidem
Gallieni de propria crudelitate epiſtola 267
Gallieni crudelitas & uitia 273
Gallieno nihil prodigioſius 275
Gallieni de Claudio Flauio epiſtola 280
Gallienus mollis, ſed non diſſolutus 300
Gallieni de Probo teſtimonium ibidem
Gallienus imp. quomodo rexit 425
Gallienus tormentis homines fateri cogit quod uult 456

ſub Gallieno quas prouincias imperiũ amiſit 425.426
Gallieno ferocior Conſtantius 562
Gallieni uita per compendium 692
Gallieno Celſum imperatorem interimit 273
ad Gallinas uilla 95
M. Gallius 42
Gallonius Auitus 309
Gallonius Baſilius 393
Gallogræcia quando & à quo Ro. prouincia facta 785
Q. Gallus prætor 23
Gallus Terrinius 30
Gallus Aſinius in Claudium conſpirat 73
Gallus Antipater hiſtoricorum de bone ſtamentum 277
Gallus Iulius Saturninus Philippi filius 392
Galli Philippi filij animus triſtis 392
Galli cum Aemyliano pugna ac cædes 393
Gallus cum Voleſiano filio imperat ibidem
Gallus dogmatis Chriſtiani hoſtis 436
Galli imperium peſte infauſtum ibid.
Galli imperatoris natiuitas 452
Gallus hoſtis ab imperatore iudicatur 453
Galli facinora dira & ingratitudo 473
Galli flagitium 473 474
Galli diritas ac immanitas 479
Gallus Domitianum cuſtodit 480
Gallus ut leo cadaueribus paſtus ferox 482
Gallus cur imperiũ minus nanciſci potuit 484
Gallus furijs agitatur 485
Gallus in modum latronis occiditur ibidem
Galli forma 486
Galli natales ibidem
Galli uita per compendium 691
Galli poetæ mors 513
Gallus Honorij in delitijs habitus, Roma uocatus 697
Gallus fluuius 322 617
Galla Bonoſi mater 308
Gamalam in poteſtatem redigit Titus 113
Ganges fluuius Indiæ 583 584
Garamantes legatos ad Octauium mittunt 383
Garamantes Aegyptũ claudunt 574
Gargilius Martialis ſcriptor 225
Garumna fluuius 496
Gaſtrenſis apparitor 617
Gaudentius homo ſtolidus 488
Gaudianus familiaris Gordiano nepoti 248
Gaugamelam capit Traianus 128
Gaugamela urbs Darij clade nota 584
Gauius Maximus 149
Gautunni à Probo recipiuntur 303
Gaza Paleſtinæ urbs 481
Gazaca urbs 585 587
Geapolis urbs 586
Gebenna mons 5
Gedroſia Perſidis regio 584 588
Gelimer Vandalorum rex uincitur à Beliſario 465
Geloni populi 568
Geloni inhumani hoſtes 667
Gemmæ uiris non ſunt uſui 227
Gemmæ Britanniæ ignobiliores Perſicis 589
Gemmarum ſacculum abijcit miles 565
Geminus libertus Veri 155
Geminus Comicus 151
Genomia fluuius 586
Genij templum 571
Genius Iuliano apparet 544
Genius Iuliano iterum apparet 600
Genſericus Vandalorum rex Carthaginem capit 461
Genſericus Romam diripit 462
Gentes inter Illyricum & Galliã conſpirant contra Marcum Imperatorem 157
Gentium erga Pium reuerentia 390
Gentius Illyrici rex triumphatus 771
Gentiani qui 439
Genua Liguriæ oppidum 496
Genuenſes Turcas in Europam nauib. traijciunt 715
Georgius Alexandrinus epiſcopus 571
Georgius Maniaces perduelis 708
Georgius Spalatinus uir candidus 765
Gepidos Probus Romano ſolo donat 303
Geraza urbs Arabiæ 481
Gerazus fluuius 669
Gergouia 5
Geriones Ro. ciues 537
Germania à Gallis uaſtatur 49
Germaniæ terrorem incutere tentauit Caligula 61
Germaniam peragrat Adrianus 139
Germanis regem dat Adrianus 140
Germania affligitur à Maximino 237
Germania rebellis à Theodoſio domita 459
Germania ſecunda quæ 497
Germani qui & Alemanni 621
Germaniæ exercitus ſub Germanico tumultuantur 808
Germani trans Rhenum habitant 5
Germanos ultra Albim ſummouit Auguſtus 22
Germani Auguſto armigeri fuerũt 22
Germanis quantum tribuit Claudius 77
Germanorum ſimplicitas ibidem
Germani cuſtodes Cæſarum 98
Germanos Galba ſpernit ibidem
Germanorum contra Galbam tumultus ibidem
Germanos cõtra Germanos emit Marcus 157
Germani Gallias deuaſtant 231
Germanis ſagittarij nocui 236
Ger. imperium Gallieni tempore facile delere potuiſſent 266
Ger. in triumpho Aureliani 289
Ger. Galliam poſsident 302
Ger. in Probum fides 303
Germanorum nomen Alemannis antiquius 308
Germania Romanis ſemper formidoloſa 317
Germanos ſibi conciliat Caracalla 359
Ger. pecuniæ auidi 366
Germani Romanos hoſtiliter inuadunt ibidem
Ger. corpora prægrandia ibidem
Germanis bellum infert Maximinus 369
Germanorum ædificia ibidem
Ger. natandi peritiſs. ibidem
Ger. laceſsit Cæſar 417
Germanos trãs Albim ſubmouit Auguſtus 419
Germanos feliciter impugnat Commodus 424
Ger. Rauennam ueniunt 425
Germanos attriuit Theod. 460
Ger. Agrippinam delent 495
Germania prima quæ 497
Germani Romanos limites perrumpunt 674
Ger. à Ro. uicti 675
Germani imperiũ adipiſcuntur 720
Ger. uerſutia 806
Germanicũ adoptauit Tiberius, at coactus 45

Germanicus militibus quàm charus 47
Germanicus in Syria moritur 49
Germanicum inſidijs interfeciſſe creditur Tiberius 51
Germanicus q̃ amabilis 57
Germanicus quorum opera mortuus ibidem
Germanici dotes ibidem
Germanici functiones ibidem
Germanici liberi 58
Germanici mors quanto luctu accepta 57.58
Germanicus & Britannicus Claudij filius 77
Germanici cognomen aſſumpſit Domitianus 119
Germanici nomen aſſumpſit Caracalla 193
Germanicus Cæſar Api boue de futuris admonetur 574
Germanici ignauia 808
Germanici uirtus & indoles 800
Germani fidelitas 779
Germani cuiuſdã facinus ac dictum ad Tiberium 802
Germanicum bellum geſſit Tiberius 43
Germanici belli onera ſub Auguſto qui receperint 800
Germanicas ueſtes induit Caracalla 359
Germanicopolis 628
Germanus Nebridio ſuccedit 556
Gerontius Conſtantem Conſtantini tyranni filium opprimit 461
Gerontius excarnificatur 476
Gerontius factionis Magnẽtianæ dux 452
Geryonis oraculum circa Patauium 44
Geryon tyrannus 495
Geſſaces mons 262
Geſſoriacum uenit Claudius 74
Geta hoſtis iudicatur 191
Geta quib. quæſtiunculis tempus tranſegit 195
Getæ adoleſcentia, indoles & mores ibidem
Getæ clementia ibidem
Getæ conuiuia ibidem
Geta à pluribus quàm frater amatus 348
Getæ funus 196
Getæ deſiderium ex crudelitate Caracallæ ibidem
Getæ natiuitas 195
Geta militibus charus ibidem
Getæ uita 348
Getas ad concordiam redegit Octauius 383
Getæ Macedoniam, Theſſaliam, Epirumq́; diripiunt 464
Getæ necis quam rationem reddit Caracalla 195
Getas Probus componit 302
Getulici coniuratio 72
Getulorum latrocinia repreſſit Tiberius 384
Geuthungi Alanorum populi 668
Gildo regnũ Africæ adipiſcitur 460
Gigantum ſimulachra in Veſuuio apparuerunt 135 136
Gillio libertus Adriani 293
Girba inſula 393
Glabrio à Pertinace imperator dicitur 328
Glabrionis genus 328
Glabrionis ſenatoris oratio 329
Gladiatores Capuæ armari iuſſit Didius 165
Gladiatorium munus Imperatores antequam in bellum eant, cur exhibent 253
Gladiatorium munus cur Ro. exhiberent in prælium ituri 443
Gladiatorum bellum 782
Gladius ultimum aduerſis remedium 664
Gladius apud Hunnos colitur 668
Glicerius Imperator Rauennæ ſalutatus 463
Glicerius Romæ præeſt 699
Glires magnitudine laudati apud Romanos 638
Gloria ſemper obiecta inuidiæ 518
Gluturini Romani 639
Glyco medicus 20
Gomoarius Procopium deſerit 618
Gordiani non inter Antoninos referendi 208 209
Gordianus ad imperium cogitur 237
Gordiani ad ſenatum literæ 238
Gordiano acclamatum quomodo ibid.
Gordianus Afris quantum amatus 243
Gordianus Cato dictus ibidem
Gordianus Lælius dictus ibidem
Gordianus Mutius appellatus 243
Gordianus Rutilius dictus ibidem
Gordiani adoleſcentia quibus ſtudijs tranſacta ibidem
Gordiani ædilitas ſplendidiſs. ibidem
Gordiani amor erga Antoninos ibid.
Gordiani forma ibidem
Gordianorum origo ibid.
Gordiani ſcripta ibidem
Gordiani tres fuerunt ibidem
Gordianus Africanus dicitur 244
Gordianus imperator dictus quomodo, ubi, & à quo 244
Gordianus quos philoſophos legit ibi.
Gordiani mores ibidem
Gordiani exitus 246
Gordiani fil. forma ibidem
Gordiani filij indoles ibidem
Gordiani filij mors ibidem
Gordianus Nepos quando Imperator dictus 247
Gordiani filij concubinæ ibidem
Gordianus filius Priamus dictus ibid.
Gordiano filio Priapi nomen inditum ibidem
Gordiani F. ſcripta ibidem
Gordiani filij uictus ibidem
Gordianus Nepos ad bellum Perſicum proficiſcitur 248
Gordiani Nepotis ad Socerum Miſitheum epiſtola ibidem
Gor. Nepos amatus omnibus ibidem
Gord. Nepoti imperium non diuturnum quid oſtendit ibidem
Gor. Nep. natiuitas ibidem
Gordiani Nepotis expeditio in Perſas 249
Gordiani Nepotis oratio ad ſenatum ibidem
Gordiano Nepoti inſidiatur Philippus ibidem
Gordiani Nep. forma 250
Gordiani Nep. preces ibidem
Gordianorum domus ibidem
Gordianorum uilla, & ædificia ibidem
Gordiani Nepotis ſepulchrum & epitaphium 251
Gor. percuſſores quõ perierint ibid.
Gordiani conſpectu bellum inteſtinum ſopitum 253
Gor. quomodo Imp. factus 371
Gordianus Africanus dicitur 372
Gordianus ſuapte natura gloriæ auidior ibidem
Gordiani manſuetudo ibidem
Gordiani mors 374
Gord. Nep. imperator dicitur 375
Gordiani tumulum ſubuerſum à Licinio 445
Gor. tumulus conſpicuus 581
Gor. uita per compendium 690
Gordius auriga 197
Gorgonius periculum uix euaſit 488
Gothi Thraciam & Macedoniam occupant 260
Gothi à Veneriano uincuntur 262
Gothorum fuga 262
Gothicum bellum Claudius II. impleuit (276
Gothi ad Ro. prædas omnes gentes ſuſcitant 277

Gothi

Gothi Claudianis auſpicijs ubiq; uicti 278
Gothos in Thracia uicit Aurelianus 286
Gothi in triumpho Aureliani 289
Gothos deuicit Theodoſius 399
Gothi Thraciam inuadunt 399
Gothi quomodo à Conſtantino profligati 429
Gothos uincit Conſtantinus 448
Gothi Procopio auxiliantur, à Valente uincuntur 458.459
Gothi Cōſtantinopolim obſidēt 459
Gothi in Italiam per Stiliconem uocati 460
Gothi Capuam euertunt 462
Gothi Romanorum domini ab Auguſtulo uſq; ad Iuſtinianum 463
Gothi Roma Rauennam profugiunt 465
Gothi Thraciam deuaſtāt 613.615
Gothi Conſtantio etiam poſt mortem fauent 619
Gothi à Valente impugnantur 623
Gothi Danubium à Valente tranſuehuntur 669
Gothi Thraciam irrumpunt ibidem
Gothorum ac Romanorū pugna 673
Gothi quomodo à Iulio magiſtro militiæ in Thracia deleti 681
Gothi cur libris abſtinuerint ne eos cōburerēt Athenis coaceruatos 692
Gothicus dictus Aurelianus 288
Gothicus Probus dictus 301
C. Gracchus uirtute & factis fratri ſimilis 775
Gracchi duo oratores 776
Graiæ Alpes 497
Grammaticorū appetens Tiberius 55
ad Gradus Rhodani oſtium 497
Gratianus Funarius Valentiniani pater 398
Gratiani in artibus bonis excellentia 399
Gratianus in odium uenit militum ibidem
Gratiani cum Alemannis pugna ibidē
Gratianorum proles quomodo interijt 459
Gratiani ſocordia & mores ibidem
Gratianus priuatus fit conſul 618
Gratianus à patre Auguſtus dicitur 625
ad Gratianū Valentiniani patris uerba ibidem
Gratiani forma decora 626
Gratiani in fratrem pietas 666
Gratiani indoles forma, ac mores 675
Gratianus in uanis ſtudijs Commodi æmulus 675
Grauiſcæ Romanorum colonia 773
Græco ſermone abſtinuit Tiberius 55
Græculus Adrianus dicitur 137
Græcorum imperium æmulatione corruit 38
Græciam occupat Mithridates 414
Græcia fabuloſa 528
Græcos Apulia expulit Otho 725
Gregoria filia Nicetæ 470
Grumbates Chionitarum rex 528 531
Grumbatis Chionitæ filius occiditur ibidem
Grunnire porcorum 195
Grutungi gens bellicoſa 624
Gruum migrationes prouidæ 525
Guelphorum hoſtis Fridericus 724
Gumathena regio 530
Gundomadus regius Alemannæ gentis iuuenis 506
Gundomadus Alemannorū rex 482
Gundericus Gothus Africæ imperat 465
Guras Tigranis frater 453
Gymnaſiū Bononienſe Patauiū tranſlatum 724
Gyndes fluuius 585
Gynæcon inſula 588

H

Hadrianus Caſtaliū fontem obturat 573
Hadrianus quo Valentinianum æquarit 665
Hadrianopolis nomen multarum ciuitatum 142
Hadrianopolis Hemimontana urbs 485
Hadrianopolis à Gothis oppugnatur 178
Hadrianothere oppidum 143
Hemimontanos Lucullus uincit 623
Hemonam uenit Maximinus 239
Hæmus mons 278.416.557
Halale uicus in radicibus Tauri 159
Halani acerrimi pugnatores 514
Haldegaſtus Aureliani auxiliarius 288
Halis amnis 568
Halotus Spado 80
Hamilcar dux Pœnorū uincitur 406
Hannibal à Caracalla laudatus 351
Hannibal Carthaginenſium dux bellum infert Romanis 407
Hannibal Saguntum expugnat ibidē
Hannibal ad urbem peruenit 408
Hannibal Scipionem fugat ibidem
Hannibalis ad Trebiam uictoria ibidē
Hannibalis & Scipionis pugna 409
Hannibal Italiæ rebus diffidit ibidem
Hannibal nauali prælio uincitur 410
Harax fluuius 585
Hariobaudes tribunus uacans 523
Harmozonta Carmaniæ promontorium 583
Harpalus Cyri præfectus ſeuerus 495
Harpocras libertus Claudij 77
Harpocration grammaticus 160
Hartomundus Aureliani ſocius 283
Haſdrubal in Hiſpania uictus 408
Haſdrubal in Sardinia capitur ibidem
Haſdrubal Hiſpania expellitur 409
Haſtis clypeos ferire doloris ſignum 494
Q. Haterius 47
Hatra oppidum 606
Hebrus fluuius 527 & 623
Hecatæus Pontum quomodo deſcribat 567
Hecatombe quale ſacrificium 254
Hecatompylos urbs 586
Heleagabalus ſol Phœnicibus dicitur 357
Helena Conſtantini mater 396
Helena oppidum Pirenæo proximum 397
Helenam repudiat coactus Conſtantius 447
Helena Iuliani uxor 455
Helena Conſtantij ſoror iungitur Iuliano 495
Helena Chriſtianæ religioni ſe dedit 449
Helenæ duæ Conſtantinorum duorum matres 714
Heleonora Friderici coniunx 727
Helepolis machina bellica 580
Helice abſorpta 516
Heliodorus epiſtolarū magiſter 130
Heliodorus Caßij filius 159
Heliodorus mathematicus adulator peßimus 646
Heliogabalus deus Aegyptius 196
Heliogabalus Iouis Syrij ſacerdos ibi.
Heliogabalus ſolis ſacerdos ibidem
Heliogabalus unde Varius dictus ibid.
Heliogabalo Antonini nomen unde ibidem
Heliogabalus imperator dictus 197
Heliogabalus Nicomediæ agens qualem ſe præſtitit ibidem
Heliogabalus quid in ſacra Rom. molitus ibidem
Heliogabalus religiones omnes in ſuum templum conferre uoluit ibidē
Heliogabali ſacerdotium primum eſſe uoluit Heliogabalus imp. ibidem
Heliogabali ſpurcitiæ ibidem

Heliogabalum deum ſolum Romæ præ eſſe uoluit Heliogabalus 197
Heliogabali ſacrificia immania 198
Heliogabalus Alexandrum exoſum habet 199
Heliogabalus dignitates quibus dedit 198.199
Heligabali ædificia 200
Heliogabalus Apitius dictus ibidem
Heliogabali aula purgata 199 200
Heliogabali cadauer trahitur 200
Heliogabali luxus ibidem
Heliogabali mors ibidem
Heliogabali gula 201
Heliogabali prodigalitas ibidem
Heliogabali ſuppellex ibidem
Heliogabali ueſtitus ibidem
Heliogabali cœnæ 202
Heliogabalus qualis erga amicos inebriatos ibidem
Heliogabali luxus inſanus ibidem
Heliogabalus cur filios metuerit 203
Heliogabalus Liberum patrem ſe dicit ibidem
Heliogabalus quæ Romæ exhibuit ibidem
Heliogabalus meretricem quanti redemerit ibidem
Heliogabalus octauo gaudebat numero ibidem
Heliogabalus quibus animalib. uectus ibidem
Heliogabali conuiuia 201.203
Heliogabali dementia ibidem
Heliogabali dictum deſperatiſſ. ibidem
Heliogabalus publica clades nõ princeps 204
Heliogabalus quæ ad necem ſibi parauit ibidem
Heliogabalus triennio imperauit ibid.
Heliogabali de morte ſua dictum ibidem
Heliogabali libidines ibidem
Heliogabali prodigioſa inſania 201 202.203.204
Heliogabalus homo omnium impuriſſ. 208
Heliogabalus quomodo imperator factus 210
Heliogabali forma ibidem 357
Heliogabalus imperium dedecorauit 212
Heliogabalus quomodo ad imperium peruenerit 358
Heliogabali habitus 359
Heliogabali imago Romam mittitur ibidem
Heliogabali ſacrificia inſana ibidem
Heliogabali matrimonia 360
Heliogabalus inſidias molitur Alexandro 361
Heliogabalus quos ad dignitates euexit ibidem
Heliogabali impudentia ſingularis ibidem
Heliogabali futilitas ibidem
Heliogabalus Baſſianam ſeipſum uocat 392
Heliogabalus indomitæ libidinis catula dictus ibidem
Heliogabalus Tiberinus dictus ibidẽ
Heliogabalo Tracticij nomen inditum ibidem
Heliogabali prodigioſa inſania 360
Heliogabalus in doctores Alexandri bacchatur 361
Heliogabali cædes 362
Heliogabali uita per compendiũ 689
Heliopolis Aegypti ciuitas 513
Helius Cinna per errorẽ occiditur 17
Helius Libertus Neronis 86
Helleſpontus à Rodopa ſcinditur 166
Helpidius Paphlago præfectus militis 555
Heluetij qui & Sequani uicti à Cæſare 417
Heluiani flamines 176
Heluidius Priſcus 111
Heluius Succeſſus libertus pater Pertinacis 172
Heluij Pertinacis dictum in Caracallam 193.196
Heluius Pertinax à Caracalla cur occiſus 192.196
Henricus Dandulus Venetorum dux 710
Henricus Balduini frater Conſtantinopolitanus imperator 711
Henricus Bauariæ dux ab Othone II uictus 720
Henrici IIII imperium 722
Henrici V imperium 723
Henricus Landtgrauius Thuringiæ imperator dicitur 724
Henrici Lucemburgenſis imperium 725
Hendinus rex Burgundis 640
Heniochi populi 126
Heniochorum natio à quibus inſtituta 568
Heniochos penetrat Pompeius 785
Hepheſtion grammaticus 160
Heptaſtadium Cleopatræ 576
Heraclammon Tyanen. 286
Heraclianus à Palmyrenis uictus 262
Heraclianus dux in Rempub. deuotus 262
Heraclides Nepotianum obtruncat 451
Heraclea Ponti 567
Heraclia urbs 585
Heraclius Bithyniam obtinet 188
Heraclius quo miſerrimo mortis genere perierit 469
Heraclij triumphus de Perſis 469
Heraclius Conſtantinus Nouus Heraclij filius 470
Heraclij progenies 470
Heraclij uita per compendium 701
Heraclij proles quandiu imperium tenuerit 702
Heraclioticum oſtium Nili 574
Heraclitus Britannias inuadit 182
Heracliti Epheſii de fortuna dictum 562
Heraclonas in Phocam coniurat Priſco 468
Heraclonas imperator naſo mutilatus 470
Herba parietina dicitur Traianus 622
Herculis templum apud Gadeis 2
Herculis laudes ſcripſit Cæſar 11
Herculis & Muſarum ædes Marcius Philippus condidit 24
Herculis templum Tiburi 34
Herculem cantat Nero 85
Hercules Ruſticus Commodi numen 169
Herculis Fundani templum 297
Herculis æmulus Maximianus in quibus 439
Herculeus dux Sertorij 415
Herculij natura 395
Herculij Galli milites 458
Herculaneum ciuitas 136
Hercynia Sylua 802
Herennius Nepos 183
Herennianus Odenati filius 262
Herennianus Odenati filius imperator dictus 273
Herennianus Proculi filius 308
Herius Aſinius 778
Hermeum diæta 72
Hermogenes Tarſenſis 118
Hermogenes Medicus 135
Hermogenes iuriſconſultus 233
Hermonaſſa inſula 568
Hermopolis 576
Hermunduri conſpirant contra Romanos 157
Hermunduri Germaniæ populi 802
Hermupolis urbs 586
Herodes Atticus orator 151
Herodes amaſius Heliogabali 197
Herodes Odenati filius 262
Herodes imperator delicatiſſimus 270

Herodes in honorē Octauij Cæſaream condidit 481
Herodianus ſcriptor fide dignus 216
Herodianus Alexandri inimicus 237
Herodianus Politiani iudicio qualis ſcriptor 314
Herodianus artium ſciſcitator 577
Heroes Græci ueteres bibaces 462
Heruli contra Romanos 277
Heſiodus quando uixerit 769
Heſychia matrona tentatæ pudicitiæ impatiens ſeſe interimit 634
Hetruriæ ciuitates libertatem emunt à Rodulpho 724
Hiarba Mauritaniæ rex occiditur 414
Hiaſpis locus ad Tigrim 526
Hiberorum reges quomodo munerauit Adrianus 142
Hiberi Adriano amiciſſ. 143
Hiberi in triumpho Aureliani 289
Hiberiæ præficitur Aſpacures 630
Hiberi regni diuiſio 631
Hiberos penetrat Pompeius 785
Hibita ſtatio 508
Hiems grauiſſima 704
Hiempſal à Iugurtha occiſus 412
Hiera terræmotu emerſit 516
Hierapolis ciuitas Aſiæ, & ſpecus in ea 128
Hierapolim proficiſcens Gallus Antiochenſibus grauis 479
Hierapolis Comagenæ oppidum 481
Hierapolim uenit Iulianus 579
Hierapolis Phrygiæ foramen habuit letale 584
Hieroglyphicæ notæ apud Aegyptios 513
Hiero pacem à Romanis emit 405
Hiero Siciliæ rex à Romanis uictus ibidem
Hiero Siciliæ rex Romam uenit 407
Hieropolis Meſopotamiæ urbs 457
Hieroſolyma à Pompeio capitur 416
Hieroſolymitana expugnatione qualem ſe præſtitit Titus 421
Hieroſolyma Palæſtinæ ciuitas clariſſ. capta à Veſpaſiano 421
Hieroſolyma à Coſroe diripitur 468
Hieroſolymitanum templum inſtaurat Iulianus 578
Hieruſalē ab Adriano reſtaurata 133
Hierus Aſinus dux Marſorum 413
Hilarion libertus Auguſti 40
Hilaria feſta quæ 281
Hilarius auriga filium uenefico inſtruendum committit 612
Hildeprandus Circumpadanorū Gothorum rex 465
Hildomundus Aureliani ſocius 283
Hileiæ pugna Romanorum pernitioſa 526
Hippiæ Elei ſophiſtæ memoria felix 500
Hipparchus Geometra 610
Hippocephalum ſuburbanum Antiochiæ 651
Hippocles Chalcidenſium dux 769
Hippopotami Aegyptiū animal 575
Hircani legatos ad Pium mittunt 390
Hircij de Cæſaris commentarijs iudicium 11
Hircium Auguſti opera periſſe quidam uolunt 20
Hiſpania Iulio quando obuenit 2
Hiſpanienſis belli commentaria falſò Iulio inſcripta 11
Hiſpania deſciſcit à Nerone 91
Hiſpania à Scipionib. occupata 408
Hiſpani omnes Scipioni ſeſe aſſociant 409
Hiſpaniarum rex Cornelio adiungitur ibidem
Hiſpania prouincia pop. Rom. facta & à quo 784
Hiſpania quàm ægrè domita 798
Hiſpaniæ ab Agrippa domitæ ibidem
Hiſtoria Claudij 80
Hiſtorias quas ſcripſit Græcas Claudius ibidem
Hiſtorijs quæ conueniant 247
Hiſtoriam Alexandrinam atq; orientis epitomauit Zenobia 247
Hiſtoriam quæ res obfuſcant 316
Hiſtoria mortalibus neceſſaria 432
Hiſtoria quando laudatur ibidem
Hiſtoriæ encomium ibidem
Hiſtoria minutias non deſcribit 610
Hiſtoriam producere per minutias, uitium 622
Hiſtorico fidelitas quàm eloquētia magis ſeruanda 286
Hiſtorici mendaciorum comites 281
Hiſtorici ueritati quàm ſtilo addictiores 299
Hiſtorici cur orationis nitorem quam ueritatem rei plus imitati 316
Hiſtoricum quæ dedeceant 432
Hiſtricæ ciuitatis excidium 255
Hiſtri ripæ infrugiferæ 319
Hiſtris bellum indictum à Romanis 407
Hiſtrum euertit Lucullus 416
Hiſtriam diripit Attila 462
Hiulca palus apud Cibalas 396
Homeri carmina abolere uult Caligula 64
Homeri poemata abolere cogitauit Adrianus 131
Homero non ſimilis filius 186
Homerus quod de dijs dicit de genijs intelligendum eſt 561
Homerus Nilum Aegyptum nominat 574
Homeri de Thracia figmentum 623
Homeri poema inteſtino Draconis inſcriptum 699
Homerus quo tēpore claruit & quantum 769
in Homine quæ ſpectanda 123
Hominum ad gloriam adſpirantiū ſtudia uaria 477
Hominis ſalus beneficio nullo penſatur 485
Homines in malum præcipites 701
Hominum propoſitis fortuna contraria 803
Homuli ad Traianum dictum 233
Honoratus comes orientis 473
Honoribus Iulius quomodo ſit abuſus 14
Honoribus quorum inuidetur 783
Honorius Theodoſii pater 399
Honorij uita per compendium 696
Honorius Rauennæ deſidet donec Roma capitur 697
Honorij ſocordia ibidem
Horatium legit Alexander 224
Hormiſdæ de Roma & equo Traiani reſponſum ſapientiſſ. 504
Hormiſda conſul à Procopio efficitur 618
Horrea publica inſtituit Alexander 226
Hortarius rex Alemanniæ 523
Hortarius exuritur 649
Hortenſius Ciceronis ad quid ſcriptus 263
Q. Hortenſii annales 778
Hortenſius orator 78
Hoſtia ciuitas ab Anco Marcio condita 401
Hoſtilia curia 777
Hoſtilianus Perpenna imperator dicitur 393
Hoſtilius Veientes uicit 401
Hoſtis quomodo uincendus 483
Hucumbra uilla 599
Humanitas ac pietas uirtutes cognatæ 664
Humanum ſanguinē è caluarijs bibere quibus iucundum 623
Humila uxor Bonoſi 309
Hunnos deuicit Theodoſius 399
Hunni Thraciam & Daciam inuadūt ibidem
Hunni & Alani qui et Tartari & Nomades Scythæ 459
Hunni Conſtantinopolim obſidēt ibi.
Humorum eruptio ibidem

Hunni Armeniam, Cappadociam & Lycaoniam inuadunt 464
Hunnorum gens fera erupit ſub Valente 666
Hunniades à Turca uictus 716
Hunnorum mores 666
uictus, habitus, arma 667
Hunni Europam uexant 698
Hunnicum bellum Caroli Magni 718
Hydriacus fluuius 500
Hydruntum à Turcis capitur 716
Hylas pantomimus 28
Hymetius uir clarus cur damnatus 632
Hypanis fluuius 568
Hypatius Conſ. delatus ab Heliodoro 647
Hyperechius Gaſtrenſis apparitor 617
Hyperides orator inſignis 659
Hyrcania Perſidis regio 584.586
Hyrcana urbs 586
Hyſtaſpes Darij pater Magiæ peritus 585

I

Iabolenus iuriſconſultus 150
Iacobi Minutij familia unde 682
Iacob. Lauretanus dux Venetus 714
Ianum Quirinum clauſit Octauius tertio 22
Ianum claudit Nero 84
Ianum Geminum aperit Gordianus 249
Iani ſimulachrum 325
Iani templũ occludit Conſtantius 503
Iaſoneum oppidum 586
Iaſonium mons 585
Iaxamatæ populi 568
Iaxartæ 587
Iaxartes fluuius ibidem
Iazyges 124.568
Iberus nomen Iberiæ dedit 584
Ibis uolucris Aegyptia 575
Icelus libertus Galbæ 48
Ichneumon Crocodilum occidit 575
Iconium Piſidiæ oppidum 474
Icoſium oppidum 651
Idmonis ſepulchrum 568
Idolorum cultum à puero Iulianus obſeruauit 565
Idus Martiæ Parricidium dictæ 17
Ieſalenſium gens in Africa 653
Ieſſaleni gens in Africa ibidem
Ieſum Nazarenũ abnegare iubet Coſroes qui cum ipſo pacẽ uelint 468
Igilgitanum littus Mauritaniæ 650
Igmazen rex Iſaflenſium 653
Ignis à Perſis quantum colitur 585
Ignis græcus Callinici inuentum 702
Ignoſcere ſibi familiare 782
Ilienſes à Tiberio dicterio confuſi 51
Ili & Tantali pugna 322
Ilium urbs Heroicis caſibus inſignis 566
Ilus cum Leontio ciuile mouẽt bellum 464
Illyricum prouinciam Cæſar quomodo obtinuit 4
Illyricus lixa Auguſtum penè oppreſſit 22
Illyricum omne in poteſtatem uenit Aug. ibidem
Illyrici belli moles 45
Illyricum, & eius ſitus ibidem
Illyricum intrat Probus 302
Illyricum Italiæ ac Germanorũ diſcrimen 366
Illyricum quando à Romanis bello primum petitum 407
Illyrici ciuitates libertate donantur 411
Illyricũ in Prouinciam pop. Ro. quando redactum 785
Illyriciana clades ſub Cõſtantio 488
Imagines abolitæ 703
Imagines reſtituuntur 704
Imagines iterum abolentur 705
Imbrus inſula 566
Immaus mons 587
Imperare quis non debeat 165
Imperare bene res difficillima 291 444
Imperator impius quis 179
Imperatorum conditio miſera quare 176
Imperatorem eſſe fortunæ eſt 204
Imperatorum miſeria 248
Imperator trium dierum 266
Imperator optimus quis 294
Imperatores quo ludi genere inter diuos referebantur 348
Imperatores qui ex Perſis Victoriam reportarunt 363
Imperator alienæ ſalutis cuſtos 483
Imperator ſalutem in bello ſeruare ſuam debet 398
Imperatorem qualem eſſe decet 422
in Imperatore poſt Iulianum creando, concertatio 604
Imperatores Latini poſteriores, quanto Græcis præſtantiores 717
Imperatoris eligendi inſtitutio à quo ordinata 721
Imperatorum & pontificum contentiones unde 722
Imperium bellua magna 46
Imperium bonum nulla uis ledit 179
Imperij imperium quod 220
Imperium quid ex Saturnini ſententia 307
Imperanti quæ neceſſaria 817
Imperium uenale edicitur 331
Imperiũ inter fratres diuiditur 249
Imperium uni adiudicatur à Ioue 350
Imperium prudenti non fruſtra eſt 268
Imperiũ ſtabilire ſæuitia contendit Maximinus 368
Imperia concordiam difficile cuſtodiunt 396
Imperium cõſulum annuum quare inſtitutum 402
Imperio dictatura ſimillima 402
Imperiũ quãdo duo æquo imperio adminiſtrarunt 423
Imperij iuſti finis quis 602
Imperium decem dies uacat 610
Imperio acerbitas non conuenit 646
Imperium quid 647
Imperij iuſti finis quis 665
Imperium Occidentis quando corruit 698
Imperium ſortitur captiuus uenalis 705.707
Imperium quando ad Francos delatum 718
Incendium urbis Commodi tempore 324
Incõſtantia quæ uulgus pro æternis habet 678
Indi quare Romanorum militiam petierint 22
Indiã adijſſet Traianus ſi per ætatem licuiſſet 128
Indi in triumpho Aureliani 289
Indi legatos ad Octauium mittunt 383
Indi munera ad Auguſtum mittunt 419
Indis arma intulit Theodoſius 460
Indorum legati ad Anaſtaſium mittuntur 464
Indus amnis 587.588
Indica ſandix purpura optima 288
Indulgentiæ tributaria res non relinquenda 501
Infans mortuæ matris ubera ſugit 127
Infans terræmotu obrutus cum matre 127
Infeliciſſimi qui ſibi licere omnia exiſtimant 620
Inſulio pro epiſcopo 571
Ingenij uis præualet magiſtris 166
Ingenium & peſſima & optima fert 686
Ingenia alit æmulatio 773
Ingeniorũ eminentium tempora 784
Ingenuus Imperator 267
Ingenuus occiditur ibidem

Inimicos quomodo tractauit Adrianus imperator 142
Inimici crudeliß. qui 207
Inimicorum incommodis delinquere, uitium 646
Iniuriarum tenax memoria 329
Iniurias nō ulciſci ignauiæ datur 341
ad Innocentes locus Mediolani ſacer 626
Innocentia Valentiniani urſa 649
Inquiſitio quantum malum 619
Inſcitia mortalium hoſtis 765
Inſipientem proſperi ſucceſſus prætereunt 440
Inſteius Cato 778
Inſulæ Nili plures 574
Intramurani 203
Interamnæ excipitur Seuerus à ſenatu 181
Interamna colonia Romanorū 772
Intercalares anni à Iulio reperti 8
Intercalandi poteſtas ſacerdotib. datur à Romanis 611
Interregni ratio 293
Inuicti nomen Tiberio delatum 45
Inuidia poteſtatis ſocia 664.665
Inuidia uoluntati ſeruit 782
Inuidiam perſona interdum auget, aut leuat 783
Inuidia eminentiæ comes 771.785
Iocus in Bibulum conſulem ac Cæſarem 4
Iocus in Macrinum 209
Io Triambe Bacche Io uox ad Bacchum 442
Ioannes imperator à Theodoſio iuniore opprimitur 461
Ioannem Pontificem Theodoricus carcere cludit 464
Ioan. papa pro Arrianis legatus 709
Ioannis Zimiſcis uita per compendium 707
Ioannes Burgundiæ dux capitur à Turca 716
Ioannes Brennius ſocer Balduini 712
Ioannis Cantacuzeni imperium 713
Ioannis imperatoris Conſtantinopolitani in Italiam aduentus ibidem
Ioannis Palæologi imperium ibidem
Ioannes papa ab officio deiectus 720
Ioſephus Iudæus ſcriptor 109
Ioſephus patriarcha Conſtantinopolitanus 713
Ionia unde nomen habeat 769
Iouianus cur princeps electus 457
Iouiano nomen unde 458
Iouianus Notarius necatur 507
Iouianus imperator dicitur 604
Iouiani & Scipionis Aemiliani mors ſimilis 609
Iouiani mors ibidem
Iouiani uirtutes ac uitia ibidem
Iouiani uita per compendium 696
Iouianorum ſignifer Saporem contra Romanos inſtigat 604
Iouiniani mors 398
Iouinianus pacem facit cū Perſis ignobilem 431
ad Iouinianum mittitur Ammianus 528
Iouinianus miles de cœlo tactus 582
Iouinus Alemannos uincit 621
Iouij milites Galli 458
Iphicles Philoſophus 661
Ira quomodo moderanda 400
Ira animi uitium perpetuum 626
Iracundiores qui ibidem
Irenes aſtutia 704
Irenes imperatrix fœmina optima, ibidem
Iridis colores unde 551
Iris fluuius 567
Iſaaci Comneni imperium 708
Iſaci Angeli imperium 711
Iſaflenſium populus recipit Firmum 652
Iſauri & gentis ſitus 273
Iſauros Romanis reſtituit Probus 302
Iſauros in deditionem coegit Seruilius 415
Iſaurorum latrocinia 474
Iſauri Lycaoniam inuadunt ibidem
Iſauria prouincia & eius ſitus 481
Iſdigerdes Perſarum rex tutor Theodoſii 698
Iſidem coluit Commodus 168
Iſidis ſacris Commodus quàm deditus 189
Iſidorus Cynicus 91
Iſius Metellinus 272
Iſſicus ſinus 339
ad Iſſicum pugnatur inter Nigrum & Seuerum ibidem
Iſſiacum mare 574
Iſocratis dictum de principe iniuſto 604
Iſter lapideo ponte iunctus à Traiano 125
Iſthmum perfodere Cæſar deſtinabat 9
Iſthmum perfodere uoluit Nero 85
Iſtros ciuitas Scythica 569
Italia quos honores Octauio detulerit 31
Italia armis exuta quando 334
Itali augurijs dediti 378
Italia tota pro Romanis contra Gallos 407
Itali multi ſe Hannibali dedunt 408
Italiam deſerit Hannibal ab Italis deſertus 409
Italiam uenit Haſdrubal ibidem
Italiam uaſtant Saraceni 706
Italia nouerca Romanorum 775
Italiæ quando ciuitas data tota 778
Italica urbs Hiſpaniæ 422
Iturei à Pompeio uicti 416
Ityræi ſagittarij 283
Iuba Hiempſalis regis filius 13
Iuba Mauritaniæ rex 418
Iubæ de Nilo teſtimonium 574
Iuba Pompeio fideliſſimus 789
Iubalena natio Africana 653
Iubillius Centurio 795
Iudæis infenſus Tiberius 49
Iudæos Roma expellit Claudius 77
Iudæi Cyrenenſes Rom. & Græcos trucidant 129
Iudæi in Aegypto tumultuantur ibidē
Iudæi in Cypro cladem miſerandam faciunt ibidem
Iudæorum in Romanos ſæuitia ibidem
Iudæos Traianus profligat ibidem
Iudæorum rebellio ſub Arriano 133
Iudæorum clades ſub Adriano ibidem
Iudæi Adriani tempore bellum mouent & cur 141
Iudæum fieri uetat Seuerus 184
Iudæis priuilegia ſeruat Alexander Imp. 222
Iudæorum de Moſe teſtimonium 276
Iudæa deſolata ſub Adriano 133
Iudæa Romanorū imperio quando acceſſerit 42
Iudicis cupiditas in damnando reo, liberat condemnatum 2
Iudices quomodo promouendi 227
Iudex apud Perſas ſuper corium damnati locatus 588
Iugurthæ Numidiæ regi bellum infertur 412
Iugurtha capitur 413
Iugurthinum bellum 777
Iulianus Macrini præfectus occiditur 358
Iuliani Italici Tyranni mors 395
Iuliani dotes ac uitia 398
Iuliani mors & gloriæ cupiditas ibi.
Iuliani in Germania geſta 430
Iuliani cædes & mores 431
Iuliani de Conſtantino ſcripta 450
Iulianus à Conſtantio cur adoptatus 454
Iuliani ad Argentoratum pugna ibidē
Iulianus quomodo imperator factus ibidem
Iuliani epiſtola ad Conſtantium 455
Iulianus quibus æquiparatus 456
Iuliani mater Achillem ſe parere ſomniat ibidem

Iuliani

Iuliani forma 457
Iuliani mores ibidem
Iuliano parantur inſidiæ 487
Iulianus auita purpura induitur 494
Iuliani de imperio ſuſcepto dictum 495
Iulianus Tito, Traiano, Antonino Marco ſimilis dicitur 498
Iuliani memoria feliciß. 500
Iuliani temperantia ibidem
Iulianus leuis ab Eutherio correctus 501
Iuliani ad milites oratio 506
Iulianus aciem inclinatam reſtituit 508
Iuliani & Alemannorũ pugna ibidem
Iulianus Auguſtus appellatur 510
Iulianus Aſianus græculus dicitur 517
Iulianus Capella dicitur 518
Iulianus ſubigit Alemannos ibidem
Iulianus pacatorum terras non debere calcari contendit 523
Iuliani in iure dicundo ciuilitas ac ſolertia 523
Iuliani uerba ad milites illum Auguſtũ appellantes 543
Iuliani ad milites uerba 544
Iuliani ad Conſtantium literæ 547
Iulianus Francos ſuperat 549
Iuliani diadema 552
Iulianus apoſtata fit 553
Iuliani commentũ callidum ibidem
Iulianus Nebridium defendit 554
Iuliani ad milites oratio ibidem
Iulianus ſacris Chriſtianorum intereſt 555
Iulianus Conſtantium apud ſenatũ incuſat 557
Iulianum imperatorem dicit Conſtantius iam moribundus 561
Iulianus uiſo tonſore, calonũ colluuiem eijcit ex exercitu 565
Iuliani in Chriſtianos odioſum dictum ibidem
Iulianus Cõſtantinopolim diligit 570
Iulianus matrem magnam ueneratur ibidem
Iuliani patientia ibidem
Iulianus quanta molitus ſit in Chriſtianos 571
Iuliani clementia in iudicijs ibidem
Iuliani lenitas miranda ibidem
Iuliani ſacra inſani ſumptus 572
Iulianus Caſtaliũ fontem referat 573
Iulianus Cercops dicitur ibidem
Iulianus Victimarius dicitur ibidem
Iulianus parentauit Gordiano 581
Iuliani iuramentum 592
Iulianus de uita periclitatur 593
Iuliani continentia 595
Iulianus uulneratur 601
Iuliani morientis ad milites oratio ibi.
Iulianus de immortalitate animæ diſputat 602
Iuliani caſtitas 602
Iuliani mors ibidem
Iuliani prudentia ibidem
Iuliani uictus temperans ibidem
Iuliani forma 603
Iuliani liberalitas ibidem
Iuliani uirtutes ac uitia 602.603
Iuliani ad Saracenos dictum 605
Iuliani ſepulchrum 609
Iulianus Procopium ſe mortuo uult imperatorem 614
Iuliani obtrectatores Valẽs & Valentinianus 619
Iuliani uita per compendium 695
Iulius à Sylla ſacerdotio cur mulctatus 1
Iulius circa Pharmacuſam capitur ibi.
Iulius quando Ciuica corona donatus ibidem
Iulius quando flamen dialis ibidem
Iulius quotennis patrem amiſerit ibidẽ
Iulius Rhodum cur petijt ibidem
Iulius Tribunus militum populi ſuffragijs efficitur ibidem
Iulij in Bythinia profectiones famoſæ ibidem
Iulij militia ſecundæ famæ ibidem
Iulij origo ac genus ibidem
Iulij ſtipendia in Cilicia ibidem
Iulij ſtipendia prima ibidem
de Iulio Syllæ uaticinium ibidem
Iulio ex qua, & quando Iulia nata ibi.
Iulij ædilitas ſeditioſa 2
Iulij conatus in iuuandis colonijs latinis ibidem
Iulij coniuratio cũ Craſſo, Sylla & Antronio ibidem
Iulij diuortium cum Pompeia unde ibi.
Iulij in diminuenda optimatum autoritate conatus ibidem
Iulij gemitus ad Alexandri Magni ſtatuam ibidem
Iulij munificentia in ædilitate ibidem
Iulio ſomnium quale obtigit ibidem
Iulij accuſatores quomodo mulctati 3
Iulij conſulatus primus ibidem
Iulij feſtinatio in Hiſpaniam præpropera ibidem
Iulius ob modeſtiam à ſenatu quomodo laudatus ibidem
Iulij pontificatus quõ obtigit ibidem
Iulij prætura ibidem
Iulij conſulatus imperioſus 4
Iulij cum Pompeio & Craſſo inita ſocietas ibidem
Iulij immodeſtia ac iactantia ibidem
Iulij in aduerſæ partis homines conatus ibidem
Iulij prouinciæ ibidem
in Iulium Scomma ibidem
Iulius claſſem in Britannia amiſit 5
Iulius Germanos primus inuaſit ibidẽ
Iulius per nouenniũ in Gallia quid egerit ibidem
Iulij conſulatus ſecundus ibidem
Iulij in Gallia feritas ibidem
Iulio in Gallia fortuna aduerſa tantum ter ibidem
Iulij in urbes profuſa liberalitas ibidẽ
Iulij largitiones immodicæ ibidem
Iulij ſtudium in alliciendis regibus & prouincijs ibidem
Iulius bellum ciuile cur mouerit 6
in Iulium Marcelli cõſulis conatus ibi.
Iulius Picenũ, Vmbriam Hetruriam occupat 7
Iulius Pompei reliquias uincit ibidem
Iulius quàm facile Ponticum bellũ finierit ibidem
Iulij cum Pompeio bellum quomodo finitum ibidem
Iulij dictum militare ac prudens ibidẽ
Iulij fortuna in bellis ciuilibus ibidem
Iulij pollicitationes in tranſitu Rubiconis ibidem
Iulij Triumphi ibidem
Iulij in medicos & doctores artiũ munificentia ibidem
Iulij magnificentia poſt hoſtes deuictos 7.8
Iulius quæ ſpectacula exhibuit 8
Iulius qua ratione annũ correxerit 8
Iulius comitiali morbo laborauit 9
Iulij ædes ibidem
Iulij conuiuia ibidem
Iulij de creditis & facinoroſis, leges 9
Iulij quid famam quid læſerit ibidem
Iulij in dicendo iure labor & ſeueritas ibidem
Iulij in ornanda urbe conatus ibidem
Iulij luxus, lautitiæ, munditiẽs, curioſitas ibidem
Iulij mors quantas res præuenit ibidẽ
Iulio quàm modeſta fuerit caluities ibidem
Iulij ſtatura, color, os, oculi, ualetudo ibidem
Iulij ueſtitus ibidem
Iulius circa uictum indifferens 10
Iulius in libidinem pronus ibidem
Iulius pellex reginæ dictus à quo ibidẽ
Iulius uini parciß. ibidem
in Iulium carmina militaria ibidem
Iulius abſtinens nunquam 11
Iulius Analogiæ libros ſcripſit 11
Iulius Anticatones ſcripſit ibidem

Iulius poema ſcripſit quod Iter appellauit 11
Iulius quæ in pueritia & adoleſcentia ſcripſerit ibidem
Iulius tria milia pondo auri furatus eſt è capitolio ibidem
Iulij Commentaria ibidem
Iulij eloquentia ibidem
Iulij orationes ibidem
Iulij pronunciatio ibidem
Iulius quem militē probauerit, quomodoq; tractauerit 12
Iulij audacia ibidem
Iulij conſtantia ac fortitudo, in pugna ibidem
Iulij equus ibidem
Iulij in armis peritia ibidem
Iulij in prælijs alacritas ibidem
Iulij patientia ibidem
Iulij ſolertia ibidem
Iulius amicus qualis 13
Iulius in militari diſciplina qualis ibi.
Iulij animus gratus ibidem
Iulij ergà clientes ſtudiū ac fides ibidē
Iulij milites quàm pertinaces ibidem
Iulij in componendis ſeditionibus militum pertinacia ibidem
Iulius ulciſcendo leniß. 14
Iulij clementia ac moderatio ibidem
Iulij dictum de uxore ſua prudentiß. ibidem
Iulij honores nimij ibidem
Iulij in Piratas pietas ibidem
Iulij periculum ex amanuenſe ibidē
Iulij arrogantia 14.15
Iulij de Rep. uerba inſolentiß. 15
Iulij ſtatuis quæ ex inuidia fuerint ſubſcripta ibidem
Iulio quæ prodigia mortem denunciarint ibidem
In Iulium quot conſpirarint ibidem
Iulius in quibus patriæ morem ſpreuerit 14.15
Iulij fumus 16
Iulij teſtamentum, ubi editum à quo recitatum ibidem
Iulij percuſſores quàm miſere perierint 17
Iulius mortē ſuam quanti fecerit ibidē
Iulius quo anno ætatis perijt ibidē
Iulij ſimulachro cur ſtella in uertice addita ibidem
per Iulium Cæſarem iurare apud Romanos diu fuit iureiurãdi loco ibid.
Iulius portus ad Bonas à quo fabricatus 20
Iulius confoditur ob tyrannidem 418
Iulius Dictatorem ſeipſum facit 417
Iulij uita compendioſe ab Egnatio deſcripta 685
Iulij Cæſaris genus 785
Iulius à Piratis quō & per quos redemptus 786
Iulij, Pōpei & Craßi amicitia quas ob cauſas contracta ibidem
Iulij conſtantia ac periculum in Hiſpania 789
Iulij in Pompeianos clementia ibidem
Iulij quies principalis quinq; menſium 790
Iulius quinq; egit triumphos ibidem
Iulius Marathus libertus Octauij 35
Iulij cædes 790
Iulius Vindex 91
Iulius Alexander 129
Iulius Seuerus in Iudæam mittitur 133
Iulij Seueri memoria apud Bithynicos quàm ſacra 133
Iulius Celſus iuriſconſultus 142
Iulius Lupus uitricus Pij 147
Iulius Lætus 165
Iulius Rufus 183
Iulius Frontinus rhetor 217
Iulius Granianus rhetor ibidem
Iulius Paulus iuriſperitiß. 233
Iulius Aterianus ſcriptor 266
Iulius Tripho 284
Iulius papa Paulum Conſtantinopolitanum reſtituit 456
Iuliacum Franci deuaſtant 512
Iulius Alexãdro magno cōfertur 785
Iulius Antonius Iuliæ adulter 800
Iulia amita Cæſaris 1
Iulia C. Cæſaris filia auia materna Auguſti 18
Iulia Auguſti filia 31
Iulia neptis Octauij ibidem
Iuliæ Octauij mariti ibidem
Iulia Auguſti filia Tiberij uxor 43
Iulia Druſilla 62
Iulia Fadilla ſoror uterina Pij 147
Iulia Seueri uxor 181
Iulia Seueri adulterijs famoſa 185
Iuliæ nouercæ Caracallæ uox ſceleratiß. 193
Iuliam cur Seuerus uxorem duxerit 195
Iuliæ de Geta uaticinium ibidem
Iuliæ uxoris Seueri ad filios oratio 349
Iulia Seueri Iocaſta ab Alexandrinis dicta 352
Iulia Caracallæ mater moritur 354
Iulias urbs Paleſtinæ 481
Iulia pignus amicitiæ inter Cæſarē & Pompeium moritur 787
Iulia Agrippæ uxor 799
Iuliæ Octauij filiæ libido 800
Iulia flumen 802
Iuliæ alpes 557
T. Iunius Philopœmen 23
Iunius Saturninus ſcriptor celebris 23
Iunius Nouatus 29
T. Iunius 98
Iunia Caluina 112
Iunius Ruſticus 118
Iunius Ruſticus Stoicus 152
Iunius Seuerus 216
Iunius Cordus ſcriptor inſignis 208
Iunius Brocchus 278
Iunius Tiberianus 281
Iunius Calphurninus mortem Cari deſcribit 311
Iunij Meſſalæ prodigalitas 314
Iunij Maurici in Neruam dictum 388
Iunia Claudilla Caligulæ uxor 59
Iunia Fadilla iunioris Maximini ſponſa 241
Iunius Bleſus 808
Iuno Veientana in triumphum ducta à Camillo 442
Iupiter Tragœdus 30
Iupiter Olympicus 31
Iupiter Latialis dictus Caligula 61
Iupiter Caßius 86
Iupiter Cluuius 97
Iupiter apud Taraconenſes cultus ibidem
Iupiter Cuſtos 117
Iupiter Nicephorius 137
Iupiter Præſtes 252
Iupiter in Creta Arcadiæ oppido natus 449
Iupiter Aſbanæus 584
Iouis Tonãtis ædes in Capitolio ab Auguſto erectæ 24
Iouis uilla 54
Iouis templum ſuccendit Vitellius 106
Ioui Olympio ab Adriano ædes ædificantur 133
Ioui templum erigit in Hieroſolymis Adrianus ibidem
Iouis Capitolinum templū ædificat Superbus 402
Iouis æmulus in quibus Diocletianus 430
Iouis templum Salamine 482
Iouis Tarpei delubrum 564
Iura in uolumina parua redigere conatus eſt Iulius Cæſar 9
Iuris obſeruantiß. Cæſar ibidem
Ius fœminarum quatuor liberorum 75
Iuriſconſulti Adriani aſſeſſores 142
Ius reſtituit Marcus imp. 154.155
Ius gladij 229
Ius abſq; clementia crux dicta 444
Iura corrigit Iulianus 571
Iuſiurandū per Cæſarē diu ualuit 17

Iuriſperiti taxantur 666
Iuſtitiæ oculus uigilans 642.648
Iuſtitia Pop. Romani 783
Iuſtinianus non ſanæ mentis moritur 466
Iuſtiniani uita per compendium 700
Iuſtiniani Heracliani uita per compendium 702
Iuſtini commentum callidum 464
Iuſtinianus imperator quomodo factus ibidem
Iuſtini origo obſcura ibidem
Iuſtinus ſecundus patrem habuit Illyricum 466
Iuſtini uita per compendium 700
Iuſtina uxor Valentiniani 666
Iuſtini iunioris uita per compendium 700
Iuthungi Alemanni 515
Iuuenalis dies unde 60
Iuuenalis ſcripta à Romanis ſtudioſè lecta 638
Iuuentij Laterenſis mors 791
Iuuentus Romana de toto orbe triumphat 477

L

Laberius Maximus 138
Labienus Parthis ſe iūgit 795
Lacedæmonij in Claudiorum tutela 42
Lacedæmonij Carthaginenſibus auxilia ferunt 406
Lacedæmonijs Romani bellum inferunt 410
Lacedæmonij Byzantij conditores 714
Lachanizare quid 36
Lacus bituminis ex quo muri Babylonis ædificati inuiſit Traianus 128
Ladislaus Poloniæ rex 716
Lætus Pertinaci inſidias ſtruit 174
Lætus cubicularius Commodi 326
Læti oratio de morte Commodi 328
Lætus Seueri proditor 341
Lambrani 2
Lamfacte oppidum Africæ 650
Lamia Syllanus gener Pij 148
Lamiani horti 69
Lamina inuenta de Chriſto teſtans 704
Lampadius homo arrogans 622
Lampridia mater Peſcennij 187
Lampſacum Themiſtocli dono datum à Perſarum rege 566
Lancearij 678
Langobardos in Italiam ſollicitat Narſes 466
Langobardi unde, eligunt duces xxx. 466.467
Langobardi in Italiam quando uocati 700
Langobardi tempore Auguſti noti 802
Lanigaiſus tribunus 491
Lanuuium ſeceſſus Auguſti 34
Laodiceni terræmotu affliguntur 43
Laodiceni à Mauris oppreßi 339
Laodicea Syriæ oppidum 481
Lapis pro ſole cultus ubi 357
Laranda oppidum Pamphyliæ 475
Largius primus Dictator Romæ 402
Largitionum apparitor 617
Larium lacum inhabitarunt poſteri Probi 304
Lartius Erupianus 168
Laſcarorum ſtemma 712
Laſthenes Cretenſium dux 783
Latina ſacrificia 15
Latinos debellat Ancus Martius 401
Latinorum poſtulatio immoderata, bellū, cedes, & de eis triūphus 404
Latinis quàm infeſtus Manuel, & quibus ſceleribus eos oppreßit 710
Latinorū odium in Græcos quale principium habuerit ibidem
Latinus domeſticorum comes 483
Latinus Romuli auus 770
Latoclauo uſus eſt Cæſar 9
Latringes contra Marcum 157
Lauacrum Commodi 170
Laudiæ caſtrum 529
Laumellum oppidum 495
Lauream perpetuo geſtare potuit Iulius 9
Laurenti regio unde nomen habeat 322
Laurentius Medices uir clariß. 314
Laureolus mimus 69
Lauritius Iſauriæ præficitur 540
Laus principi quæ grata eſſe debeat 492
Laus quæ accepta eſſe debeat 571
Laus unde captanda 602.603
Lazarus Seruiæ princeps 716
Lebedus à quibus condita 769
Lecapenorum familia extincta 706
C. Lectorius patricius 18
Legati Maximini ad Aquileienſes oratio 378
Legationes gentium ad Iulianū 566
Leges quas Octauius ex integro ſanxit uel retractauit 25
Leges Pij 149
Leges à Marco Philoſopho conditæ 154
Leges Alexandri 220.227
Leges Conſtantini 430
Leges in ordinem redactæ à Iuſtiniano 700
Legio uigeſimaſecunda Primigenia 163
Legio quarta Scythica 181
Legio tertia Felix Probo datur 299
Legionum duarum clades 655
Lelius orator 776
Lemanus lacus 497
Lœmodes peſtis ſpecies tertia 533
Lenunculi piſcatorij 475
Lentienſes pagi Alemannorum 489
Lentienſes populi Alemannici 674
Cn. Lentulus Augur ad necem coactus cur, & à quo 51
Cn. Lentulus Getulicus ſcriptor inſignis 58
Leucorum ſedes 499
Leonas quæſtor Conſtantij 455
Leo Pontifex ab Attila pacem Italiæ impetrat 462
Leon imperator dicitur 463
Leonas à Conſtantia ad Iulianum miſſus 548
Leo Athenienſis Philoſophus 698
Leonis Græcanici ſanguinis imperatoris primi uita per compendium 699
Leonis Iſauri uita per compendium 703
Leonis Copronymi filij, uita per compendium 704
Leonis Armenij uita per compendium 705
Leonis Baſilij Philoſophi uita per compendium 706
Leo Tornitius perduellis 708
Leones Meſopotamiæ 529
Leontius præfectus urbi 485
Leontij uita per compendium 702
Leontij integritas 493
Leucis Galli itinera metiuntur 497
Lepidi ſocietatem Cæſar renuit 1
Lepidus in Auguſt. conſpirat 21
M. Lepidus ex IIIuiro imperij exul ibidem
Lepidi coniuratio 72
Lepida uxor Galbæ 96
Lepidus Antonium ſuſcipit fugientem 418
Lepidi caſtra adit Antonius 791
Lepidus hoſtis à ſenatu iudicatus 792
Lepidus homo uaniß. dignitate ſpoliatus 796
M. Lepidus Octauium interimere conatur 797
Lepidus Tiberij præfectus 805
Lepida fœmina illuſtris condemnata 51
Lepontios penetrat Rhenus 489
de Lepore comeſto fabula 225
Leptis oppidum Africæ prouinciæ tripolis

politanæ 424
Leptitani ab Auſturianis inuaduntur 641
Leſbus inſula 566
Leſbus ab Oreſtis liberis occupata 768
Leuce inſula deſerta Achilli ſacra 568
Leucæ expugnantur ab Agrippa 797
Leuinus exploratores Pyrrhi per caſtra ducit 404
Lex ſumptuaria à Cæſare exercita 9
Lex militum ſub Aureliano 282
Libanus mons 481
Libanius in rhetorica Iuliani præceptor 456
Libelli Cæſaris commendatitij 8
Libri fatidici ab Auguſto combuſti 24
Libellos famoſos quomodo repreſſit Auguſtus 31
Liber elephantinus in bibliotheca Vlpia 295
Librariæ omnes exuruntur præ metu apud Orientales 646
Librum de ſumma imperij ſcripſit Conſtantinus Philoſophi Leonis filius 706
Liberi patris lucus, apud Thraces 38
Liberi patris feſta celebrat Adrianus 133
Liber pater uult appellari Antonius 796
Liberorum diſciplina Auguſto quàm cordi fuerit 31
Liberorum dedecus parentibus quantum pudoris conciliet 32
Liberius papa 493
Liberi Conſtantini 448
Libertatis atrium Aſinius Pollio condidit 24
Libertatis ſpecies 47
Libertatis imago 324
Libertas delectat 329
Liberator urbis Conſtantinus dicitur 448
Liburnæ naues roſtratæ à Romanis paratæ 405
Libya Romanis per hereditatem cedit 416
Libyam occupat Theodoſius 460
Libya prouincia 576
Libya à quo Romanorũ prouincia facta 577
Libyſſæ in finibus Nicomedenſium ſepelitur Hannibal 410
570
Licentiæ quantum malum 717
Licentia corruptrix morum 602
Licet cui nihil 647
Licinius Enceladus libertus 32
Licinus Craſſus orator 81
Licinius Mutianus 109
Licinius Mutianus impudicus 111
Licinius Sura 126
A. Licinius 805
Licinij imperium, fuga ac mors 396
Licinij in Spadones ac aulicos ſæuitia ibidem
Licinij uitia ibidem
Licinius imperator quo genere ortus 445
Licinij & Conſtantini diſcordia unde 446
Licinij ortus ibidem
Licinius hoſtis bonorum 457
Licinij uita per compendium 694
Lignei ſtili in itinere Alpino defiguntur 496
Ligures Hannibali ſe coniungunt 407
Ligures uincunt Romani ibidem
Limigantes Sarmatæ iterum rebellant 538
ad Lingonas Cæſar Conſtantius uariè pugnat una die 427
Linguam non habet Crocodilus 575
Linus Codri filius deuouendi morẽ induxit 436
Liparites Græcorum dux 715
Lithinos Pyrgos uicus 587
Literas nouas excogitauit Claudius 80
Literæ peſtis publica à Licinio dictæ 396
Literæ græcæ recitandæ antequam in ira aliquid ſtatuas 400
Literarum hoſtis Licinius 446
Literio Græcus Iulianus dicitur 518
Liuianus Turbo 138
T. Liuij ſcripta abolere uoluit Caligula 64
T. Liuius Claudio familiaris 80
Liuius Laurenſis 171
Liuius mendacij conuincitur 281
M. Liuius Druſus 777
Liuij Druſi uox laudatiſſ. 778
Liuia Druſilla 31.42
Liuia Auguſti 62
Liuia Horeſtilla ibidem
Liuia Medullina ſponſa Claudij 77
Liuia Ocellina 95
Liuia Druſi Calidiani filia Auguſti uxor 794
Liuiæ dolo extinguitur Octauius 384
Liuilla Druſi uxor 54
Locuſta uenenariorum index ac repertrix 88
Lodouici Bauari imperium 725
Loliana clades 22
M. Lollius 44
Lollius Vrbicus Britannos uincit 149
Lollianus Titianus 165
Lollius Gentianus 173
Lollius Profeſſus 183
Lollius Vrbicus hiſtoriographus 207
Lollius Serenus 214
M. Lollius prætor Galatiæ 419
M. Lollij in Germania clades & eius uitia 800
M. Lollij mors 801
Lolianus fortiſſ. 265
Lollianus interẽptor Poſthumij 265
Lolliani mors ibidem
Lolliani uita qualis 266
Lollia Auli Gabinij à Cæſare corrupta 10
Lollia Paulina 62
Longa uilla Auſtriæ oppidum 727
Longinus Traiani legatus 125
Longinus Philoſophus Zenobiæ præceptor 288
Longinus inſtar feræ dilaniatus 464
Lori in Aurelia educatus Pius 148
Lorne caſtellum præſidiarium 537
Lotharij imperium per compendium 719
Lotharij imperium 722
Lotophagi Homerici 479
Lothoringia Scalden inter & Rhenũ iacet 719
Luca Romana colonia 773
Lucani à Fabricio uicti 405
Lucanici Romani 639
L. Luceius conſul à Cæſare quibus conditionibus adſcitus 3
Luceius Torquatus 168
Luceria Romanorum colonia 772
Luchinus Mediolani uicarius 725
Lucilia mater Pompei 782
Lucilla Veri uxor 160
Lucillam ſororem comprimit & occidit Commodus 167
Lucilla cur in fratrem exaſperata 320
Lucilla Marci filia occiditur 350
Lucillianus Baunobaudes 485
Lucillianus à Iuliano capitur 556
Lucillij de Craſſo dictum 619
Lucius Cinna 1
Lucius Domitius conſul 4
Lucij & Caij Baſilica Auguſti opus 24
Lucius quidam grandis ac uocalis 27
Lucius Octauij nepos 31
Lucius Caſſius Longinus 62
Lucius Ceionius Cõmodus Verus Aelius

lius Cæſar moritur 147
Lucius Aurelius Verus Cōmodus 153 uide Verus
Lucius Iunius Brutus conſul 402
Lucius Tarquinius Superbus Romanorum rex ultimus 402
Lucius Quintius Cincinnatus Dictator 403
Lucius Cæditius 806.807
Lucretius poeta 784
Lucretiæ ſtuprum Romanorum excidium 402
Lucrinus mari ab Auguſto iunctus 20
Lucrum non omne principem decet 664
Lucullus Mithridatem fugat 415
Lucullorū contra Macedoniam & Mitridatem bella ibidem
L. Luculli geſta egregia 783
Lucullana uilla 56
Luculleæ lanceæ unde dictæ 118
Ludi magni quando uouebantur 22
Ludi maximi 83
Ludi Neroniani 84
Ludi Decēnes à Gallieno inſtituti more nouo 260
Ludi Carini 313.314
Ludus Sarmaticus 314
Ludi Capitolino Ioui quomodo fiant 321
Ludi ſeculares anno milleſimo urbis qua pompa celebrati 434
Ludi ſeculares quomodo conuocabantur 343
Ludi Seueri 342.343
Ludos Romanos inſtituit Tarquinius 401
Ludorum uouendorum mos 461
Ludi propter conſulatum Iuſtiniani à Iuſtiniano exhibiti 465
Ludos equeſtres exhibet Gallus 485
Ludouicus à Flandria Hollandiæ gubernator 400
Ludouici Pij imperium 718 719
Ludouici ſecundi imperium ibidem
Ludouici Balbi imperium ibidem
Lugduni ara Auguſto dedicata 70
Lugdunenſis Gallia 496
Lugdunum 497
Lugdunenſis prima ibidem
Lugdunenſis ſecunda ibidem
Lugdunum inuadunt Alemanni 505
Lunus deus 192
Luna quando deficiat 542
Lunæ defectus unde ibidem
Luna Carris colitur religioſè 579
Lunæ fratres cur Arſacidæ dicti 583
Lundinium ciuitas Britanniæ 541
Lundonium Britanniæ olim Auguſta dicta 627
Lupanar in palatio erexit Caligula 66
Luſcio poema Neronis 115
Luſcus curator urbis Montium dilaniat 480
Luſitanorum urbes Cæſar propter prædam diripit 11
Luſitaniæ præficitur Otho 100
Luſitani uincuntur 412
Luſitani ſubiguntur à Seruilio Cæpione 413
Luſius præfectus Traiani 124
Luſius Quietus 138
Lutecia Pariſiorum caſtellū 496
Luxuriæ apud Romanos princeps Metellus 771
Lycaoniam inuadunt Hunni 464
Lycaoniam inuadunt Iſauri 474
Lycijs libertatem ademit Claudius 76
Lycia libertate priuatur à Veſpaſiano 110
Lycia rebellat tempore Traiani 138
Lycia prouincia effecta à Veſpaſiano 421
Lycij à Bruto deuicti 793
Lycurgi Rhetræ 500
Lycurgo triſtior iudex Iulianus 570
Lycurgus Lacedæmonius quando uixerit 769
Lydus Lydiæ rex 768
Lygos quæ Byzantium & Conſtantinopolis 714
Lymira oppidum Lyciæ 801
Lyſimachia 567

M

Macedonia terminatur Illyrico 45
Macedoniam inuadunt Romani 408
Macedoniæ ciuitates libertate donantur 411
Macedonia prouincia efficitur 415
Macedonia à Getis diripitur 464
Macedonia quando & à quo populi Rom. prouincia facta 784
Macedonum & Illyriorum pugna 618
Macedones monarchiam orbis habuerunt 769
Macedonius proditor Tyri 236
Macedonius Quarcini interēptor occiditur 369
Macedonius Arrio ſuccedit 456
Macedonicum habitum aſſumit Caracalla 351
Macedonici belli initia 410
Macedonicus Peruſinus 794
Macepracta uicus 591
Maces Promontorium Perſidis 583
Machagiſtia quæ & Magia 585
Machameus cæſus ultus à fratre Mauro 599
Macrianus imperator dicitur 258
Macriani uirtutes quibus ad imperium promotus 258
Macrianus uincitur 259
Macrianus cum Macriano & Quieto filijs imperator dictus 269
Macriani ætas quomodo traducta 269
Macriana familia ſpeciale quid habuerit ibidem
Macriani iunioris indoles ibidem
Macriani uerba ad Baliſtam de imperio 286
Macrianus Hariobaudi frater 524
Macrianus Alemannorum rex inſidijs Valentiniani petitur 469
Macriani & Valentiniani fœdus 658.659
Macriani mors 659
Macrini uerba ad milites 205
Macrinus quæ populo dare uoluit 206
Macrini epiſtola ad coniugem 207
Macrinus ad imperium quomodo uenit 208
Macrinus quare imperator ibidem
Macrinus ad honores quomodo peruenit 209
Macrinus Caracallæ interemptor ibid.
Macrinus depingitur ibidem
Macrinus gladiator fuit ibidem
Macrini ignobilitas ibidem
Macrinus Seuerus dici uult ibidem
Macrini apud ſenatum de morte Caracallæ excuſatio ibidem
Macrini ſacrilegium quo imperiū inchoauit ibidem
Macrinus contra Parthos mouet 210
Macrinus de Diadumeno ad ſenatum quæ ſcripſit ibidem
Macrinus Felix dici uoluit ibidem
Macrinus inter patricios allectus à ſenatu ibidem
Macrinus Pius dicitur ibidem
Macrinus pacem cum Artabane Parthorum rege firmat ibidem
Macrinus Macellinus dictus 211
Macrinus Pertinax dici uoluit ibidem
Macrini inſolentia ibidem
Macrini mores ibidem
Macrini uerſus ibidem
in Macrinum epigramma ibidem
Macrini mors qualis 212

Macrinus legum conſultiſsimus 353
Macrini ad milites oratio 355
Macrinus imperium ſuſcipit 355
Macrinus amicitiam inijt cum Parthis 356
Macrini ad ſenatum literæ ibidem
Macrinus delatores crucifigit 357
Macrini cum Heliogabalo pugna 358
Macrini fuga ibidem
Macrini mors 359
Macrinus cur occiſus 392
Macrini uita per compendium 689
Macrones populi 568
Magi reges Perſarum 585
Magia res quàm uana 446
Magica quantum poßit, uide Adriani hydropiſin 135
Magius Celer Velleianus, Velleij Paterculi frater 805
Magiſtratus Iulius quomodo ampliauit 8
Magiſter equitũ primo creatus quando 402
Magmed quibus ortus parentibus 469
Magmed ueneno perijt ibidem
Magnentij mors 397
Magnentius imperator quomodo factus 451
Magnentij dolus ibidem
Magnentij ſacrificium horrendum ibidem
Magnentius Gallo inſidias parat 452
Magnentius furorem ſimulat ibidem
Magnentius legationes mittit ad Conſtantium ibidem
Magnentiana legio 530
Magneſia Aſiæ ciuitas 410
Magneſia Aſiæ, Lacedæmoniorum colonia 769
Magni Caroli imperium per compendium 718
Magni conſularis uiri factio 236
Magni coniuratio in Maximinum 368. 369
Magni nomen quàm graue 219
Magni nomen qui habuerint, qui renuerint 448
Mago frater Hannibalis capitur 401
ad Maguntium Druſi monumentum 419
Magontiacum urbs Germaniæ primæ 497
Magontiacum à Randone oppreſſum 628
Maharbal Hannibalem uictorem increpat 526
Mahomethi ortus per compendium 701
rex Turcarum 716
Maiorianus imperium ſibi uendicat 463
Maiorianus Romæ præeſt 699
Maiozamalcha urbs 593
Malarichus Gentilium ductor 490
Malechus Pedoſaces Phylarchus Saracenorum Aſſanitarum dux 590
Malennius Salentinus rex 151
Malleoli telum bellicum 580
Mallia Scantilla 164
Mallobaudes Francus 674
Malloniæ pudicitia inſignis 50
Malorum noſtro tempore fomes unde 447
Malo publico, quàm ſuo, occidere malunt homines 799
Malus punica uicus Romæ 115
ad Mammas locus Romæ 223
Mammea Alexandri mater 217
Mammeæ erga filium cura 361
Mammeæ auaritia 362
Mamercus Aemilius Cæſaris propinquus 1
Mamerſides Pyriſaboræ præfectus 592
Mancinus hoſtibus traditur 412
Mancinus à Numantinis oppreſſus 486
Mancipium uenit ad imperium 705 707. 708
Manuelis imperium per compendium depingitur 710
Manuel Palæologus 713
Manichæorum hæreſim amplectitur Conſtantius 498
Manilius Tribunus plebis uenalis 783
Mãlij Statiani de Probo ſẽtẽtia 301
Manus porrigere in ſententijs 285
Marabodus rex Germaniæ 49
Maraboduus Sueuorum rex circũuentus à Tiberio 384
Maraboduus Marcomanorum rex 802. 803
Marabodui regnum & incrementa ibidem
Maraccus fluuius 568
Maranga locus Perſidis 599
Maras diaconus tortus 482
Maratocuprenum Syriæ oppidum 636
Marcellinus cum Veriano collega periculo uerſatur in maximo 491
Marcellini de papatu cenſura 623
Marcelli Theatrum Octauij opus 24
Marcellus Octauiæ filius nepos Octauij ex ſorore 31
Marcellianum Theatrum 111
Marcelli fundus in Cappadocia 487
Marcellus ſacramento ſolutus in lares dimiſſus 501
Marcel. uiginti prælijs interfuit 601
Marcellus imperium inuadit 619
M. Marcellus moritur 799
Marchanta urbs à Tamberlane condita 690
Marcius Philippus Auguſti uitricus 19
Marcius Philippus ædes Herculis & Muſarum condidit 24
Marcomannos deuicit Marcus 156
Marcomannis bellum inferre uoluit Heliogabalus 198
Marcomannorum uictoria ſub Aureliano 285
Marcomanni gens Germana 802
Marcomannicum bellum 155
Marcomannici belli diuturnitas 159
Marcomannicum bellum, Punicis confertur 423
Marcus Antoninus Philoſophus, uide Marcus
Marcus Antoninus 144
Marcus Antoninus gener Pij 148
Marci Antonini Philoſophi origo & parentes 151
Marci natiuitas ibidem
Marci origo à Numa ibidem
Marci pueritia quomodo inſtituta ibidem
Marcus Aurelius quando dictus 152
Marcus habitum Philoſophi quando ſumpſit ibidem
Marcus in præceptores gratus ibidem
Marcus in Saliatum peruenit ibidem
Marcus iuri operam dedit ibidem
Marcus picturæ ſtudioſus ibidem
Marci exercitia ibidem
Marci de imperio diſputatio ibidem
Marco omen imperij quando oſtentatum ibidem
Marco adoleſcenti quæ functiones iniunctæ ibidem
Marcus à Pio ſucceſſor conſtitutus 153
Marcus Cæſar dictus ibidem
Marcus fratrem Verum conſortẽ imperij accipit ibidem
Marci bella ac expeditiones ibidem
Marci honores ibidem
Marci temporibus quæ calamitates inciderunt ibidem
Marcus Armeniacus dictus 154
Marcus Parthicus dictus ibidem
Marcus Patris patriæ nomen quando accepit 155
Marci pietas in fratrem 155
Marcus Sceuolam iuriſconſultum habuit

buit 155
Marci moderatio ibidem
Marci triumphus 155
Marcus auctioni ſupellectilẽ ſuã ſubijcit 156
Marci ætas ac imperij anni ibidem
Marci benignitas ibidem
Marci filius adulterio conceptus ibidẽ
Marci mors ac funus ibidem
Marci tranquillitas ibidem
Marci triumphus de Marcomannis ibidem
Marco diuini honores dati ibidem
Marcus famæ ſuæ curioſus 157
Marcus Germanorum auxilio Germanos uincit ibidem
Marcus poſt mortem fratris quid egerit ibidem
Marcus ſeruos in militiam aſciſcit ibidem
Marci memoria quàm ſancta ibidem
Marcus minoribus ſupplicijs contentus 158
Marcus in Oriente quid egerit ibidem
Marci æquitas ibidem
Marci in bellis aſſiduitas ibidem
Marcus Athenis Cereris templum adit 159
Marcus in Aegypto qualis ibidem
Marci morientis uerba ibidem
Marci mors qualis ibidem
Marco quæ uitio data ſint 159.160
Marci periculum ex fratre 162
Marcus quàm bonus fuerit imperator 163
Marci de Iudæis dictum 565
Marci de Caſſio reſcriptum 176
Marcus dialogiſta à Caſſio dictus 177
Marci de Caſſio epiſtola ibidem
Marcus erga Caſſios qualis 178
Marci ad Fauſtinam de Caſſio epiſtola ibidem
Marci dictum confidens ibidem
Marci dictum aureum 179
Marci mira clementia ibidem
Marci oratio ad ſenatum de Caſſio ibidem
Marci de Peſcennio teſtimoniũ 188
Marci ſapientia 207
Marcus bonus perhibetur princeps 291
Marcus quos generos elegit 316
Marci uirtutes ac ſtudia ibidem
Marci morientis oratio 137
Marci mors omnibus luctum adfert 318
Marci in Lucium inſidiæ 350
Marcus ingenij cœleſtis uir 390
Marcus admirabilis magis quàm laudandus 423
Marci pædagogi ac præceptores 423
Marci progenies & mores ibidem
Marcus Stoicus ibidem
Marci tempore quanta peſtis ibidem
Marci æmulator Iulianus 431
Marcus Gordiani ſucceſſor ſubito moritur 433
Marcus princeps uerecundus 562
Marci uita per compendium 688
Marcus Aſellio 184
Marcus Iulius Philippus 392
Marcus Valerius Cornini nomen adiſpiſcitur 404
Marcus Aurelius Claudius, uide Claudius II 437
Marcus Aurelius Probus, uide Probus ibidem
Marcus Aurelius Carus, uide Carus 438
Marcus Iulius Licinius Licinianus, uide Licinius 445
Marcus Flauius Valerius Conſtantinus, uide Conſtantinus 447
Marcus Aruſpex certus 610
Marcus Didius Odryſas domuit 623
Marcus Craieuicius Bulgarorum princeps 716
Mare rubrum nauigat Traianus 128
Maris exundationes ac turbulẽtia tempore Valentiniani 620
Mari Tyrrheno unde nomen 768
Maritima tempeſtas inaudita 406
Margaritæ ubi reperiantur & quomodo 588
Margiana Perſidis regio 584 586
Marha, Marha ſignum Limigantum Sarmatarum bellicum 538
Mariæ Conſtantinopolis dedicatur 448
Maria Stiliconis Honorio nubit 460
Mariandena regio 567
Maria palus 779
Marillinus Adriani auus 137
Marinus Sarmatici limitis dux 434
Marinus maieſtatis reus uim ſibi adfert 489
Marios multos Cæſari ineſſe dixit Sylla 1
C. Marij trophea de Iugurtha erecta 2
Mario fuerunt filiæ complures 316
Marij filius uincitur & occiditur 414
Marius in Italia bellum ciuile parat ibidem
Marij & Cinnæ proſcriptiones 664
Marius quis & qualis 777
Marij apud Carthaginem exiliũ 779
Marius ex fabro ferrario imperator 266
Marius Mammurius dictus ibidem
Marius Veturius dictus ibidem
Marij oratio ad milites ibidem
Marij robur ibidem
Marius Maximus ſcriptor fide dignus 137.216
Marius Maximus ſcriptor uerboſiſſimus 305
Marij Maximi uolumina Ro. precioſa 638
Marius Egnatius 778
Marmaridas impugnauit Probus 300
Maronea urbs 566 624
Marſias flumen 584
Marſica gens ſerpentib. infeſta 201
Marſicum bellum 778
Martis ultoris ædes 22.24
Mars ultor 62
Martis uilla in Apennino 172
Martis filius Romulus 401
Martis Statio in cliuo Italico 496
Marti ſacrificat Iulianus 597
Mars caſtra Lucanorum inuaſit 594
Mars communis 619
Marti humanis hoſtijs qui ſacrificarunt 625
Martialis Caracallæ occiſor occiditur 354
Martialis in Gelliam epigrãma 226
Martianus iuriſconſultus 233
Martianus dux optimus 262
Martianus imperator orientis 462
Martiani origo ibidem
Martianus dignus imperio quare 463
Martiani gratitudo 463
Martiani dictum celebre 699
Martiani uita per compendiũ ibidem
Martianopolis 278
Martianopolis urbs, & eius nomen unde 624
Martia Furnilla uxor Titi 113
Martia uxor Seueri 181
Martia concubina Commodi 169 326
Martia legio 791
Martiana ſylua 556
Martij menſis Idus, cur parricidiũ dictum 17
Martius Turbo Iudæos opprimit 138
Martius uates inclytus 473
Martinianus officiorum magiſter 396
Martini Britanniæ præfecti facinus 476.477
Martina ſoror Arcadij 460
Martina Heraclij uxor 470
Marullus Mimographus 153

Maſcizel

Maſcizel frater Gildonis 460 & 650.651
Maſgaba Auguſto dilectus 39
Maſgalba dux Sarracenorum 703
Maſintha iuuenis nobilis Cæſaris cliens 13
Maſſagetæ Perſiam inuadunt 453
Maſſagetæ 569
Maßilla Mazicum regulus 653
Maſsiliam Cæſar occupat 7
Maßilia à Phocenſib. condita 495
Maßilia 497
Maßilia Phoceæ colonia 778
Maßiliæ inconſulta fides 788
Maßinenſium gens 650
Maßiniſſa Numidiæ rex Rom. amicus 409
Maßiniſſa Numidiæ rex Romanis contra Perſeum auxiliatur 410
Maſtor Iazyx 135
Maternianus Caracallæ à cõſilijs 354
Materni aduerſus Commodum inſidiæ
Materni mors 322 (321
Mathematicos expulit Tiberius 49
Mathematicæ addictus Tiberius 55
Mathematicis infenſus Vitellius 106
Mathematicorum de ambitu terræ ſententia 487
Matthæus Cantacuzeni filius 713
Mattiacæ aquæ 649
Mattiarij 678
Matris deûm feſtum Hilaria 225
Matri deûm quomodo feſta celebrent 322
Matrona fluuius 496
Matronæ uertex in Alpib. ibidem
Matronianus conciliator 313
Mauias Arabum dux 702
Mauricius Imp. Armenos ac Perſas fudit 467
Mauricius notarius fuit ibidem
Mauricij interitus ibidem
Mauricij uita per compendium 700
Mauros ſubegit Luſius Quietus 138
Mauri laceſſunt imperium 158
Mauros comprimit Adrianus 140
Mauri Hiſpanias deuaſtant ſub Marco 157
Mauri ſub Cõmodo uicti 169
Mauri cædis auidiſs. 339
Mauri quomodo pugnent 366
Mauros in Germaniam ducit Alexander ibidem
Mauri prouincia pelluntur à Claudio 385
Mauri Africam incurſant 613
Maurus Illyricis præficitur 676
Maxentius in Tyb. demergitur 395
Max. à Conſtantino uictus 429
Max. quõ Imperator effectus ibidem
Maxentius Magis deditus, infantes ſacrificat 445
Maxentij inſolentia ibidem
Max. uincitur à Conſtantino 448
Maxera fluuius 586
Maximianus Herculius laqueo moritur 395
Max. nulli charus ibidem
Max. Quinquegẽtianos domat 428
Maximiani inſolentia ibidem
Maximianus Herculeus dicitur 438
Maximianum legit conſortem Diocletianus ibidem
Maximiani epigramma 444
Maximianꝰ Galerius miſerabiliter perijt 445
Maximiani uita per compendiũ 694
Maximianorum uarietas 441
Maximianopolis urbs 624
Maximiliani indoles 727
Maximinus hiſtrio Paris dictus 162
Maximinus Getis amatus 234
Maximinus maximus potor ibidem
Maximini forma & indoles ibidem
Maximini origo ibidem
Maximini pueritia ibidem
Maxini ſtipendia prima ibidem
Maximinus ab Alexandro, quem necauit poſtea, ſummis honoribus affectus 235
Maximinus Achilles dictus ibidem
Maximinus Aiax dictus ibidem
Maximini aſtutia ibidem
Maximinus Antæus dictus ibidem
Maximinus Crotoniates Milo dictus ibidem
Maximinus Hercules dictus ibidem
Maximinus quomodo & quando Imperator ibidem
Maximini uaſtitas ibidem
Maximinus Buſyris dictus 236
Maximinus Cyclops dictus ibidem
Maximinus Gyges dictus ibidem
Maximinus in armis qualis ibidem
Max. Phalaris dictus ibidem
Max. Sciron dictus ibidem
Max. ſenatui ꝗ terribilis ibidem
Max. Typho dictus ibidem
Maximini crudelitas ibidem
in Maximinum epigramma ibidem
Maximinus ab omnib. deſeritur 237
Maximini amici interficiuntur ibid.
Maximinus in Germania quid egerit ibidem
Maximini ſcripta ad ſenatum ibidem
Maximinus hoſtis publicus dictus 237.238
Maximini concio 238
Maximini hoſtis iudicati inſania ibidem
in Maximinos ſenatus declamatio 238
Maximinus militibus proprijs fit exoſus 239
Max. occiſus à ſuis ibidem
Maximini de filio epiſtola 241
Max. iunioris armatura ibidem
Max. filij indoles ibidem
Max. iunioris munditiem ibidem
Maximinus fil. pedes ſibi oſculari patitur ibidem
Max. iunioris pulchritudo ibidem
Maximini iunioris ſuperbia ibidem
Maximinus quantum exoſus 242
Maximinorum cadauera ibidem
Max. ad milites adhortatio 246
Max de S.C. tacito epiſtola 245
Maximinus miles quomodo effectus 368
Maximinus è Thracia, opilio 367
Maximinus quibus occaſionib. ad imperium uenit 367
Maximinus miniſteria aulæ Alexãdri eijcit 368
Max. mores ſtatim ab imperio mutantur ibidem
Maximini pons ibidem
Maximini contra Germanos facinus 369
Max. truculentia ibidem
Maximinus delationibus quantum dederit 370
Maximini rapinæ ibidem
Max. oratio ad milites 373
Max. in Italiam expeditio 374
Maximinus quo apparatu Italiam inuaſit 377
Maximinus militum odium quomodo ſibi conciliarit 180
Maximinus obtruncatur ibidem
Maximini mors qua lætitia audita 381
Max. Iulij prænomen habuit 392
Maximini uita per compendium 690
Maximinus Vicarius unde oriundus, ac eius mores 631.632.633 634.635
Maximus legatus Traiani 129
Maximus Probi pater 299
Maximus Pupienus Imperator creatur 375
Maximum tyrannum Theodoſius extinxit 399
Max. cognomen immerito arripit Conſtantius 448
Maximus à Theodoſio oppreſſus 459
Maximus philoſophus ad Iulianum uenit, ac magnifice ſuſcipitur 566

Maximus philoſophus 602
Maximus philoſophus trũcatur 646
Mazaca quæ & Cæſaria 419
Mazices gens dura ac bellicoſa 651
Mazices pacem petunt ibidem
Mazuca frater Firmi 652
capitur 653
Mazucanus Fundus 652
Meceus Brunduſinus 284
Medarſa filius Coſrois 468
Medericus Chonodomarij frater 507
Mediam Alani deuaſtant 133
Media natio pugnatrix 585
Media Perſidis regio 584
585
Mediam penetrat Pompeius 785
Medi imperium Aſiæ obtinent 769
Medi monarchiam gentium habuere ibidem
Mediana Næſsi ſuburbanum 613
Medianum monumentum 653
Medicum bellum primũ quàm calamitoſum 631
Medici Ro. ciuitate donantur 8
Medicis quid detulit Alexander 227
Medici quando aduocantur 285
Medicis non eſt uſus Aurelianus 293
Medicus Pyrrhi necem regis Fabritio pollicetur 405
Medici Romæ nullo in pretio 479
Medicinæ ſtudioſi Alexandrini 577
Mediolanum primo à Ro. expugnatum 407
Mediolani Herculeus imperium depo nit 428
Mediolanum uenit Conſtantius 484
Mediolani colitur memoria Diodori 626
Mediolanum ſolo à Friderico æquatum 723
Mediolani dux primus 726
Mediomatrices 497
Mediomatricib. Iulian. mittit captiuos 511
Medon Athenarum archon primus 768
Megara à quibus condita ibidem
Megæra mortalis Galli uxor 473
Megaſthenes dux Chalcidenſium 769
Megiſtanes regis regum 57
Mephra urbs 586
Meia caricas locus 528
Mela Turcarum meminit 715
Melas ſinus 566
Melanchlenæ populi 568
Melanchlenæ gens immanis 667
Melas fluuius Pamphyliæ 474
Melanthiada uilla 676
Meleager Parrhaſii pictura 50
Melitina Armeniæ minoris oppidum 536
Mellobaudes armaturarum tribunus 485
Mellobaudes Francorum rex 659
C. Memmius conſul 4
C. Memmij in Cæſarem dicteria 10
Memmius Rufinus 183
Memmia Sulpitia uxor Alexandri 221
Memmius Fuſcus 284
Memphis urbs 574
Menus fluuius 511
Mena libertus 34
Mena libertus Pompeij 794
Menandri ſententia de genio hominis 561
Menander nouæ comœdiæ author 773
Menapila urbs 586
Mendeſium Nili oſtium 574
Menecrates citharœdus 87
Menecrates libertus Pompeij 794
Menephilus urbis Aquileiæ præfectus 378
Menon Geometra 610
μηνοειδὴς quando luna 542
Menophilus Aquileiæ præfectus 239
Menophilus Mithridatis eunuchus 502
Menſam ambitioſam fortuna, parcam apponit uirtus 500
Menſtrius Florus 112
Mentiri cogit pauor 538
Menynx inſula 393
Mercurij ad Conſtantium reſponſum 450
Mercurium coluit Iulianus 456
Mercurius Dacus notarius ſolenniorũ comes dictus 488
Mercurio cur Iulianus ſupplicabat, & quem eſſe putabat deum 500
Meribanes Hiberiæ rex 555
Meritorum precium præter dignitatẽ eſſe debet 283
Merobaudes tribunus 459
Merobaudis aſtutia in retinẽdo in officio milite 665
Meroe Nili inſula 574
Meroe urbs Aethyopum 574
Meroe æquinoctio umbras non habet 576
Merulæ mors 780
Meſeus fluuius 585
Meſſii Gallicani oratio ad milites 295
Meſomedes lyricus 149
Meſopotamiam occupat Odenatus 269
Meſopotamiam cepit Carus 311
Meſop. ingreditur Caracalla 353
Meſopotamiam inuadunt Perſæ 363
Meſſalinæ prodigioſa libido 385
Meſopotamia recepta Carras peruenit Carus 438
Meſopotamiam recipit Tiberius ſecundus 467
Meſopotamiã improuiſus irruit Iulianus 579
Meſſala Coruinus imperium exercituum renuit 793
Meſſalinus Coruini filius, uir fortis 824
Metapontus à quibus condita 768
Metaurus amnis Italiæ 394
Q. Metelli oratio de prole augenda 37
Metelli de Afris in Sicilia uictoria 406
Metelli fratres una die triumphãt 412
Metellorum triumphus 776
Metelli felicitas 771
Metellus Macedonicus ibidem
Metellus Numidicus orator 776
Metianus iuriſconſ. 233
Metius Pompoſianus 111
Metius Marullus Gordiani ſenioris pater 243
Metius Gordianus 250
Metius Falconius Nicomachus 294
Metia Fauſtina filia Gordiani 243
Metuentibus etiam ficta placent 605
Meuania oppidum 66
Mica aurea Valentiniani urſa 649
Micea pater Maximini 234
Michaelis Curoplatis uita per compendium 704
Michaelis Theophili F. uita per compendium 705
Michaelis Trauli uita per compendiũ ibidem
Michaelis Paphlagonis uita per compendium 707
708
Michaelis ſenioris imperium 708
Michaelis Calaphatis uita per cõpendium 708
Michaelis Parapinacei imperiũ 709
Michael Palæologus Græcis imperiũ reſtituit 712
Mida rex Phrygiæ potentiſsimus 570
Miles quando probandus 12
Miles libertinus 23
Militibus quis primo multum ſtipendij dedit 183
Miles timendus quis 188
Milites oſtenſiales 224
Militis odium non refrenatur 254
Milites cur cincti cum Imperatore accumbant 264

Militum

Militum in Probum amor 300
Miles quomodo probatur 334
Miles ſe ſolum defendit 483
Militib. qui præficiendi 547
Militem plus audire quàm loqui decet 554
Milites Iuliano iurant 554
Militum diſciplina & ſimplicitas ſub Maximiano 565
Militum uita diſſoluta ſub Conſtantio ibidem
Milites quantum Iulianum amarint 603
Militum ſuper Imperatore præcatio 617
Militum intemperantia Ro. rem ſæpius adflixit 649
Militum mores 796
Milites Antonij Imperatore meliores 797
Militaris diſciplina Auguſti 22
Militaris mendicitas quantum malum 230
Militari ioco imperium arripit Regilianus 267
Militarem diſciplinam ſubuertit Seuerus 342
Militaris faſtus malum quantum 627
Militia per aulicos corrumpitur 565
Mileſii Athenienſium coloni 567
Mileſiæ ciuitates 568
Mileſio lapide quadrato urbis Byzantij muri ædificati 714
Miletus colonia Athenienſium 436
Miletus Athenienſium colonia facta quomodo 631
Miletus à quibus condita 769
Miliarium aureum 101
Milo circa Bouillas Clodium occidit 787
Milo temerarius 793
Mimantis ſepulchrum 679
Mimi iocus in Marcum 159
Minatius Magius 766.778
Minerua peculiaris Numeriano 438
Mineruina concubina Conſtan. 396
Mineruia legio 137
Mineruium colonia Ro. 773
Minturnæ colonia Ro. 772
Minurrire palumbium 195
Minutius Odryſas ſuperat 623
Miridis caſtellum præſidiarium 537
Miſeni claſſem habuit Octauius 29
Miſericordiam uiſa mouent 317
Miſericordia infelices ſequitur 350
Miſereri quorum debemus 451
Miſitheus uir doctiſs. 248
Miſithei ad Gordianum epiſtola ibid.
Miſitheus titulum à ſenatu quem habuerit 249
Miſithei, qui & Timeſſocles, mores 433
Miſithei mors 249
Miſithei titulus 434
Miſopogones Iuliani liber 573
Mithriaca ſacra 169
Mithridatico bello ſe miſcet Cæſar 1
Mithridates Ponticus rex 412
Mithridates quantus rex 413
Mithridates cum Sylla de pace agit 414
Mithridatis interitus 416
Mithridatis rex quantus fuerit 778
Mithridaticum bellum quando inchoatum 413
Mithridaticum bellum ſecundum 415
Mizizius tyrannus 702
Mneſtheus notarius Aureliani 289
Mneuis ſoli ſacratur 574
Moderatus adulter Fauſtinæ 159
Moderatio orbis terræ inaudita 293
Moderator bonus qualia faciat 647
Modeſtinus iuriſconſ. 233
Modum in uoluntate habere 783
Mæcenas loquax 32
Mæcenatis affectatio in dicendo 36
Mæcenatis ſenatoris facinus 375
Mæcenas taciturnus 383
Mæcenas ac eius indoles 798
Mæcenatiana turris 90
Mæonius imperium aſſumit 269
Mæonius Imperator propter luxuriã occiditur 270
Mæonius Aſtyanax ſcriptor 286
Mæotæ populi 568
Mæotis palus ibidem
Mæotidarum bellum Aureliano iniunctum 285
Mæotides paludes 567
Mæſa Emiſſena Iuliæ uxoris Seueri ſoror, auia Heliogabali 210
Mæſa Phœniſſa 357
Mæſa inter diuos relata 362
Mæſia à Vitellio deficit 106
Mæſia duplex 290
Mæſos cũ Dalmatis & Scordiſcis Sylla inuadit 414
Mæſiaci exercitus Veſpaſianum imperatorem legunt 109
in Mæſiacos milites ſæuit Gallienus 267
Monachus quidam quod præmium popoſcerit diuinationis cauſa 703
Monetariorum bellum ſub Aureliano 290
Monetariorum rebellio per Aurelianũ compreſſa 394
Monobeli qui 198
Monœci arx & portus 496
Monothelitarũ hæreſim ſequitur Heraclius 469
Monſtrum horrendum apud Daphnen natum 540
Mõtanus Gordiano familiaris 248
Montes ſubſederunt terræmotu 127
Mõtius quæſtor nécatur à Gallo 453
Montius cum Domitiano excarnificatur 480
Montij ſententia clemens, uitam ſuaſori eripit ibidem
Mopſocrenes urbs in Tauri radicibus ſita 397
Mopſocrenæ moritur Cõſtãtius 455
Mopſuheſtia Mopſi uatis patria urbs 481
Mopſus Argonautorum comes, et eius interitus ibidem
Mors neceſſario expectanda 276
Mors omnibus cõmunis, ſed cauſæ mortis uariæ 328
Mors præmium ſummum 457
Mors debitum, ſummumq; piorum præmium 601
Mortem ignauus deſiderat ac refugit. 602
Mors res præclaras impedit 766
Mortuos intra urbes ſepeliri uetuit Pius 151
Mos in interrogandis ſententijs apud ueteres 4
Moſella fluuius 499
Moſes Deo familiaris 276
de Moſe moriente fabula ibidem
Moſſynœci populi 568
Motilenus præfectus 168
Moxena regio 579
Moxena Perſis reſtituta 458
Mucapores uir clarus 287
Muchumetius Saracenorum princeps 715
Mucrones numinũ loco à Quadis coluntur 520
Mugire taurorum 195
Mulieres quando in ſenatu adſcitæ primum 197
Muluius Gallicanus 299
Mũmius Quadratus 153
Mummius Secundinus 183
Mummius Corinthum diruit 411
L. Mummij ruditas 772
Munia Achaia 95
Munatius Plãcus Octauio Auguſti nomen dedit 19
Munatius Plancus Saturni ædes ædificauit 24
ad Mundam Cæſaris & Pompei filiorum pugna celebris 418
Munderichus Arabiæ dux 668
Mundi pars ſpiritus hominis 647
Mundicies Cæſaris 9

Murbacenſis

Murbacenſis bibliotheca quam reſti= tuit nunc Ioannes Rodolphus Stœr, eius loci antiſtes, doctorum Mœce= nas 765
Murci 497
Murentius Aegypti præfectus 284
L. Murena in Octauium conſpirat 798
Muriſsimus Heliogabali rector 200
Murocincta uilla 666
ad Murſam uincitur Magnent. 451
Murziphilus Alexium necat 711
Muſarum & Herculis ædes quis condi derit 24
Muſagetes Hercules dictus 439
Muſcarum multitudo exercet exerci= tum Iuliani 598
Muſonianus præfectus Orientis 498
Muſonianus bonis,ſed uenalib. artibus præditus 503
Muſonius uicarius Aſiæ 627
Muſonum genus 652
Muſtius Fabianus 183
Muſulaniorum manus ſub Claudio cæ= ſa 385
Mutius iuris ſcientia clarus 776
Mutinenſe bellum cum Antonio 791
Mutia Cn. Pompeij à Cæſare corru= pta 10
Mycematiæ terræmotus 516
Mycenæ in Creta à quo conditæ 768
Mychon Tripolitanus miſerè perit 641
Mygdus urbs 616
Mylæ Siciliæ oppidum 20
ad Mylas Siciliæ oppidũ Agrippa pro ſpere pugnat 795
Myndus à quib. condita 769
Myrmidonum ciuitas quæ Theſſalia nunc 768
Myrti arbor quid ſignificet 442
Myſiam Bulgari extorquent imperio 702
Myſii qui & Valachi 711
Myſii qui & Serui 716
Mytilene ab Aeolis occupata 659
Mitylenæorũ perfidia erga Romanos 779

N

NAarmalcha fluuius 591
Naarmalcha flumẽ regum a= mnis 596
Nacolia Phrygiæ urbs 618
Nabdates præſes Maiozamalchæ capi tur 595
Næſſum oppidũ copioſum 557
Nagara urbs 586
Napæi populi 568
Naphtha ubi naſcitur 584
Naracuſtoma Danubij oſtium 569
Narbona colonia facta quando 42
Narbonenſis Gallia 496
Narbona 497
Narbo Marcius colonia Ro. 773
Narciſſus Claudij libertus 77
Narciſſus Cõmodi ſtrangulator 184
Nariſci contra Marcum conſpirant 157
Narniæ Nerua naſcitur 388
Narſes Perſa liberos & uxores habuit plures 453
Narſes à ſophia irriſus 466
Narſes in Italiam miſſus ibidem
Narſeus bellum Orienti infert 427
Naſcus urbs 586
Nationes feræ omnes Thracum uoca= bulo olim notatæ 623
Natiſon amnis prope Aquileiam 558
Natrix populi Romani dictus Caligu= la 59
Natura ubiq; unica mater 233
Natura poteſtatis incommunicabilis 382
Nauis dux Lacedæmoniorum captus 410
Naues ſolutiles facit Traianus 127 128
Naulibis urbs 587
Naulochus locus Siciliæ 20
Nauplius Palamedis pater 566
Nauportum 803
Nautius comes Aeneæ 449
Nazanitium mons 587
Neapoli triumphat Nero 86
Neapolis à Beliſario capta 465
Neapolis Italiæ à quo condita 769
Neapolis Paleſtinæ 481
Neapolis urbs Libyæ 576
Nearoma Conſtantin.dicitur 449
Nebo grammaticus græcus 217
Nebridius comes Orientis 475
Nebridius Iuliano repugnat 554
Negotia magna adiutorib. magnis e= gent 808
Nemeſis quid 253
Nemeſis dea quæ 443
Nemetes 497
Neocæſarea urbs Ponti 630
Nepe Ro.colonia 772
Neoptolemus Tragicus 69
Nepos Glicerium regno pellit 463
Nepos Romæ præeſt 699
Nepotianus Aug.nomen rapit 397
Nepotiani imperium ac mors 451
Neptuno minitatur Auguſtus 21
Neptunus Ennoſigæos dictus ac Siſich thon 516
Neptunia colonia Ro. 773
Neratius Priſcus iuriſconſultus 138 142
Nero Sabina lingua fortis uel ſtre= nuus 41
Nero Germanici fil. 52
Nero à Claudio quando adoptatus 82
Nero trimulus patrem amittit ibidem
Neronis natalis ibidem
Neronis pædagogi ibidem
de Nerone ab anguibus tutato fabula. ibidem
de Nerone præſagium patris Domitij ibidem
Nero pietatis oſtentator 83
Nero quo anno ætatis imperator ibidem
Neronis immanitas prodita in puero 82.83
Neronis ſpectacula 83
Neronis pueritia 82. 83
Nero de augendo imperio nunquã co= gitauit 84
Nero in falſarios quid ſit molitus 84
Nero Ianum clauſit ibid.
Neronis de amplianda urbe ſententia ibidem
Neronis ædificia ibidem
Nero Chriſtianos affligit ibidem
Neronis mos in dicendo iure ibidem
Nero cantator 85
Nero muſicæ ſtudioſus ibidem
Nero equorum ſtudioſus ibid.
Neronis certamina 86
Neronis triumphi ibidem
Nero an matrem uitiarit 87
Nero pudicitiam ſuam quibus proſti= tuit ibidem
Neronis auaritia ibidem
Neronis crudelitas ibidem
Neronis libido ibidem
Neronis petulantia ibid.
Neronis prodigalitas ibidem
Ner. ueſtitus,piſcationes,alea 88
Ner.ædificia inſana ibidem
Neronis dictum ibidem
Neronis domus ibidem
Neronis parricidia ibidem
Neronis rapinæ ibidem
Neronis in matrem impietas 89
Neronis uxores ibidem
Nero incendiarius 90
Neronis in patriam ſæuitia ibidem
Nero cõuitiorum patiens 90.91
Nero quantum imperauit 91
Nero puluerem ex Alexandria aduc= bit 92
Neronis exactiones ibid.
Neronis in motu Galbæ & Vindicis propoſitum ibidem
Nero hoſtis à ſenatu iudicatus 93
Nero æternitatis cupidus 94

Nero quibus artibus deditus, quæ abhorruerit 94
Neronis ætas ibidem
Neronis forma ibidem
Neronis ualetudo ibidem
Neronis mors 93.94
Neronis funus ibidem
Nero religionum contemptor ibidem
Nero fictitius Suetonij tempore 95
Ner. memoria pluribus ſacra 94.95
Nero Othoni q̃ amicus 100
Nero Veſpaſiano cur infenſus 108
Neroni par creditus Titus 114
Neronis flagitia 317
Neronis dedecora nefanda 385
Neronis morientis exclamatio ibidem
Neronis quinquennium opt. ibidem
Nero imperij deformator 420
Neronis imp. clades reip. ibid.
Neronis uita per compendium 686
Nero de Pannonia triumphat 800
Neroneum agon 85
Neropolim Romam uocari uoluit Nero 94
Nerua Domitianum corrupit 115
Nerua amicus qualis 122
Nerua Chriſtianos abſoluit 122
Nerua ſpectacula abrogat 122
Nerua ſupellectilem auctioni ſubijcit ibidem
Neruæ in coniuratos indulgentia ibid.
Neruæ conſcientia ibidem
Neruæ imbecillitas ex ſenectute ibid.
Neruæ in ciues munificentia ibidem
Neruæ iuramentum ibidem
Neruæ leges ibidem
Neruæ mors & ætas 123
Neruæ pietas in remp. ibidem
Neruæ ſenecta contempta ibidem
Nerua inter bonos principes locum habet 291
Neruæ pauor cum Domitianum uiuere audijſſet 388
Neruæ mors ex ira ibidem
Neruæ bonitas 422
Neruæ uita per compendium 687
Neruij 5
M. Neſtor Pantomimus 65.68
Neuri 569
Neurobates à Carino exhibitus 313
Nicanor philoſophus 37
Nice ſtatio 676
Nicephori uita per cõpendium 704
Nicephori ſecundi uita per compendium 707
Nicephori tertij imperium 709
Nicea caput Bithyniæ 458
Nicea 497
Nicea Gallograeciæ terminus 570
Nicea terræmotu quaſſatur 573
Nicea mater urbium Bithyniæ 610
Nicenſis ſynodus propter imagines 704
Nicæenſes Nigro ſtudent 338
Nicena ſynodus à Conſtantino congregata 695
Nicias miniſter Pyrrhum inſidijs aggredi Fabritio pollicetur 657
Nicolaus Piſanus dux Venetorum 713
Nicolaus Papa 714
Nicomedes rex Cæſari probro datus 1
Nicomedis contubernium Cæſari opprobrio datum 9
Nicomedes Veri educator 160
Nicomedes F. Pruſiæ regis 411
Nicomedes Bithyniæ rex auxiliatur Romanis 412
Nicomediæ hybernauit Heliogabalus 359
Nicomediæ occiditur Licinius 446
Nicomediæ clades ex terræmotu 515
Nicomedia principum clementia ornata 570
Nicomedia terræmotu denuo concidit 573
Nicomedenſes ad Seuerum deficiunt 338
Nicopolis apud Actium à quo, & cur condita 21
Nicopolim obtinent Barbari 279
Nicopolis Thraciæ 624
Nicon aſinus 39
ad Nicrum fluuium peruenit Probus 302
Nicrus fluuius 635
Niger Græciam occupat 182
Niger ad Cyzicum interemptus 182
Niger iuuatur ab omnibus 332
Niger imperator dicitur ibidem
Niger uindex Pertinacis uocitatur ib.
Nigri deſidia 333
Nigri oratio ad milites 332
Nigri ſupinitas 337
Niger auxilia colligit 337
Nigri mors 340
Pub. Nigidij de natali Octauij ſententia 38
Nigrinus contra Iulianum 557
Nigrinus uiuus exuritur 559
Nileus Codri filius 567
Nili exæſtuationes 21
Nili exundatio centum durat dies 574
Nili exundationes unde ibidem
Nili origines incertæ ibidem
Nili oſtia ibidem
Nineue Adiabenæ urbs ingens 528
Ninus oppid. Comagenæ 481
Ninus ciuitas 584
Ninus Aſſyriorum rex 769
Nioben cantat Nero 85
Niſea Margiana 586
Niſei qui 585
Niſibim Traianus occupat 126
Niſibim in poteſtatem recepit Odenatus 269
Niſibim expugnat Gordianus 249
Niſibim capit Lucullus 416
Niſibis ſitus 453
Niſibis Ariana urbs 587
Niſibenſes migrare coguntur 508
Niueſium à Iuliano occupatur 523
Nobilitas uera quæ 356
Nobilium Ro. ſtudia 479
Nobilitatis Ro. mores 637.638
Nobiliſs. quod optimum 809 (639
Noctem diuidit Alexan. Mag. 500
Nohodares Meſopot. inuadit 475
Nolæ mortuus Auguſtus 40
Nolæ templum Auguſti 49
Nola quando, & à quib. condita 769
Nolanum bellum 778
Nominum ratio quæ 206
Nomina inſignia oneroſa 218
C. Nonius Aſprenas Torquat9 dictus, unde 27.30
Nonius Gracchus 183
Nonius Rufus 184
Nonius Murcus 212
Nonia Celſa coniunx Macrini 207
Noniæ Celſæ epiſtola ibidem
Norbanus Antonium ſuperat 388
Noricum regnum 45
Noricum in prouinciam quando & à quo redactum 785
Nouember menſis Exuperatorius dictus 169
Noueſii Pſeudofridericus combuſtus 724
Nouidunum 624
Nouius Niger 3
Nouumcomũ colonia quõ deducta 6
Nubel regulus Mauritaniæ 650
patria ipſius 653
Nuceria Apuliæ oppid. 103
Nucib. ludere cum pueris, etiam Auguſto conſuctum 35
Numæ Pompilio cur æquatus Pius 148
Numa Pompilius nihil liberorum reliquit 186
Numa Pompilius rex creatus 402
Numa bellum non geſſit ibidem
Numæ mors ibidem
Numãtini Romanos bis fœda pace obligant 412
Numantia deletur 412.582.775
Numeriani eloquentia 311
Numeriani mors ibidem

Numeriano

Numeriano ſtatua quomodo ſubſcripta 312
Numeriani mors occulitur ibidem
Numeriano Mars in armis familiaris 438
Numeriani dotes ibidem
Numerius Narbonenſis furti accuſatur 523
Numerus ſub conſulum titulo corruptus 463
Numidæ iaculatores optimi 374
Numidius Quadratus 141
Numinum oracula bona ex parte uana 440
Numinis æquitas ubiq; uigilat 485
Nummius Albinus 163
Nummi adulterini conflati 126
Nummi proditionis eſca 358
Nurſinos cur mulctauerit Auguſt. 20
Nymphæum Marci 493
Nymphæus amnis 530
Nymphidius Sabinus 97

O

OAtes fluuius 585
Obeliſcus quid 513
Obeliſcos qui erexerunt primo ibidem
Obeliſci inſcriptio ueteris 514
Obſequentium legio ex gladiatoribus 157
Obtricenſe ad Moſam oppidum 549
Oceanum impugnat Caligula 67
Oceanum Britannicum Cæſar inuadit 417
Ochus fluuius 586
Ocium diſciplinam corrumpit 795
Ocriculum oppidum 633
Octauius Octauij Aug. pater, quos honores adeptus ſit 18
Octauij auus quis ibidem
Octauij ara Velitris oſtenditur ibid.
Octauij Auguſti proauus quis ibidem
Octauij natiuitas ibidem
Octauij parens argentarius ibidem
Octauij patriciatum à Seruio Tullio acceperunt ibidem
Octauius Auguſti quando nomen aſſumpſit 19
Octauius bella ciuilia geſſit quinq; ibi.
Octauius Cæſare occiſo quæ molitus ſit ibidem
Octauius cum collegis, ac ſolus quandiu imperauit ibid.
Octauius duodecimo anno auiam pro concione laudauit ibid.
Octauius militaribus inſignijs quando donatus ibidem
Octauius patre quando orbatus ibid.
Octauius prætor ibidem
Octauius ſtudijs ubi operam dederit ibidem
Octauij locus in quo nutritus fuit, quanta religione cultus 19
Octauio Thurini cur nomen inditum, quando ibidem
Octauius quando Imperator, ac miles ipſe 20
Octauij ad bellum Siculum præparatio ibidem
Octauij cum Antonio & Lepido inita ſocietas ibidem
Octauij induſtria ibidem
Octauij periculum ex rumore temere credito ibidem
Octauij ſæuitia in Brutum & ſocios ibidem
Octauius etiã Neptuno minitatur 21
Octauius quàm periculoſe Siculum bellum confecerit 21
Octauius ueneratur Alexandri conditorium ibidem
Octauij Actiaci uictoris pericula ibi.
Octauij ædificia ibidem
in Octauium coniurationes plures ibi.
Octauius à cupiditate imperij & bellorum alienus 22
Octauius Ianum claudit ibidem
Octauius in re militari quæ conſtituerit atq; mutauerit ibidem
Oct. quantus apud Parthos ibidem
Octauius quoties ouans urbem ingreſſus ſit ibidem
Oct. bella externa ibidem
Oct. clades inſignes ibidem
Octauij conſternatio in clade Variana ibidem
Octauij triumphi ibidem
Octauius quib. honorib. ſit functus 23
Octauij cenſura ibidem
Octauij conſulatus ibidem
Octauij triumuiratus ibidem
Octauius contra ignes quid ſit molitus 24
Oct. imperium cur retinuerit ibidem
Oct. Sibyllinos lib. retinuit ibidem
Octauius Tyberis inundationes quomodo coercuit ibidem
Oct. pontificatus qualis ibidem
Oct. magnificentia ibidem
Octauius quæ ædificarit alieno titulo ibidem
Octauius in ciuilibus rebus quæ correxit 25
Oct. quas leges retractauit, uel ex integro ſanxit ibidem
Oct. ſenatum corrigit ibidem
Oct. alacritas in iure dicendo ibidem
Oct. in principes pietas ibidem
Oct. in bellica uirtute honorãda quàm liberalis 26
Octa. quarum rerum in repub. fuit auctor ibidem
Oct. princeps qualis 27
Octauius ſpectaculis quàm magnificus ibidem
Oct. ueſtitum alienum quantum abhorruit ibidem
Octauij grauitas ibidem
Octauij conſtantia ibidem
Octauij liberalitas ibidem
Oct. quas prouincias ſuſcepit 28
Octauius quem ſpectãdi modum fecit ibidem
Octauij in urbes ſocias beneficentia ac ſeueritas ibidem
Octauius domini appellationem reſpuit 29
Octauius regna & reges quomodo tractauit ibidem
Oct. templa erigi ſibi nunquam paſſus eſt ibidem
Octauij ciuilitas ibidem
Octauij clementia ibidem
Octauij ſigna ibidem
Oct. reſcriptum ad Tiberium ibidem
Octauius pater patriæ dictus, ac quando eam appellationẽ receperit 30
Octauij comitas 29.30
Octauij cura in redarguendis libellis famoſis 30
Octauij moderatio in appetendo magiſtratu ibidem
Octauij natalis ab equit. Ro. quomodo cultus ibidem
Octauij reſponſum pium ad patres de dato tit. patris patriæ ibid.
pro Octauij ſalute in lacũ Curcium ſtipes annuè proijciebatur ibidem
Octauius dedecora ſuorum q̃ ægre tulerit 31
Octauius quibus honorib. ab urbe Italia, & prouincijs ornatus ibidem
Octauius infelix ſobole ibidem
Oct. matrem quando amiſerit ibidem
Octauij erga liberos & nepotes cura ibidem
Oct. uita familiaris ac interior ibid.
Oct. uxores ac ſponſæ ibidem
Octauius amicus qualis 32
Oct. iuuenta infamis ibidem
Oct. qualis patronus ibidem
Oct. ad aleam promptus 33
Octauius calumnias infamiæ quomodo refutauit ibidem
Octauius ſupellectilis precioſæ precupidus ibidem
Octauij adulteria ibidem
Oct. cœna infamis ibidem
Octauij continentia ibid.
Oct. de ſeſe uaticinium ibidem
Octauij conuiuia 34

Octauij habitationes 33.34
Octauij parſimonia in ſupellectile 34
Octauij potus ibidem
Octauij ſomnus ſeptem horarum ibid.
Octauij uictus ibidem
Octauij exercitationes 35
Octauij forma & uenuſtas ibidem
Octauij ualetudo ibidem
Octauij eloquentia 36
Octauius quos libellos ſcripſerit ibid.
Octauij ſtudium liberalium diſciplinarum ibidem
Octauius cæremonias peregrinas contemnebat 37
Oct. ſomnijs multum tribuebat ibidem
Oct. circa religiones qualis ibidem
Oct. cur Apollinis fil. dictus 38
Octauij felicitas quibus rebus ante eius natalem oſtenſa 37.38
Octauij bella, quem finem habitura eſſent, ſemper ipſe ex nõnullis ſignis præſenſit 39
Octauij imperium quibus rebus denunciatum ibidem
Octauij mors oſtentis præcognita ibi.
Octauij exitus 40
Octauij funus ibidem
Oct. in Maſgabam diſtichon ibidem
Octauij teſtamentum ibidem
Octauius Tiberium cur adoptauit 46
Octauij de Tiberio dictum ibidem
Octauij teſtamentum quale initium habuerit ibidem
Octauij ſimulachra q̃ facile uiolata fuerint 52
Octauij calumniator Caligula 61
Oct. epiſtola ad Agrippinam 58
Octauij de Claudio iudicia 71
Octauia Claudij filia 77
Octauius artium ſtudioſus 383
Octauius qualis in amicos ibidem
Oct. oculis acutiſs. fuit ibidem
Octauij de urbe gloriatio ibidem
Octauij genus ibidem
Octauij imperium quo urbis anno cœpit ibidem
Octauij ingenium ibidem
Octauius libertatis oppreſſor 384
Octauij uitia 383
Octauio Auguſti nomen unde ibidem
Octauius ultor libidinum 384
Octauij in ciues amor 384
Octauij libidines ibidem
Octauio mortuo templa conſecrantur ibidem
Octauius ſub dictaturæ nomine regnat 402
Oct. contra Antonium mittitur 418
Octauij ad Philippos pugna 418
Oct. apud reges quãto in honore 419
Octauius imperiũ quantum auxit ibid.
Octauij mores & ingenium 419
Octauij Auguſti familia in Nerone conſumpta 420
Octauij felicitatem quid turbauerit 443
Octauius annum corrigit 611
Octauius Obeliſcos duos ex Aegypto Romam aduexit 513
Octauij felicitatẽ adauxit natalis Chriſti 685
Octauij uita cõpẽdioſe deſcripta 685
C. Octauij origo 790
Octauius ſenatui contemptui 791
Octauij amicitia cum Lepido ac Antonio quomodo conglutinata 792
Octauij dictum clementiſs. 793
Octauius Marullũ Epidium Flauiumq́; Cæſetium à rep. ſubmouet 793
Octauij cum Sex. Pompeio bellũ 795
Octauij facinus audax atq; ſine exemplo 796
Oct. in adoptione Tiberij uerba 801
Octauij mors 807
Octauius quidam reginã ſalutauit Cæſarem 10
Octauius uicus Velitris 18
Octauia gens à Tarquinio Priſco in ſenatum adſcita ibidem
Octauiæ gentis origo ibidem
Octauiorum familia duplex ibidem
Octauijs quid de Martis ſacrificijs, apud Velitras offerebatur olim ibi.
Octauia Iulij ex ſorore neptis 5
Octauia maior Octauij ſoror 18
Octauia minor Auguſti ſoror ibidem
Octauia ſoror Auguſti quo eius ætatis anno mortua 31
Octauiam ducit uxorem Anton. 795
Octauiæ porticus Auguſti opus 24
October menſis Liuius uocatus 47
October menſis Domitianus dictus 119
October menſis Fauſtinus dictus 150
Oct. menſis Inuictus dictus 169
Octyla miles Actij 482
Oculos eruere, Græcis familiaris pœna 708
Odenati Palmyræni geſta in Perſas 258
Odenatus Imperator fit Orientis 259
Odenati dignitas 261
Odenati nomine moneta cuditur ibid.
Odenati mors 262
Odenatus reip. feſſæ ſuccurrit 269
Odenati mores, uita & mors 270
Odium certaminibus ortum durat diu 772
Odoacer Gothus Romæ regnat 463
Odoacer à Theodorico uincitur 464
Oreſtem ſuperat 405
Odoacer Herulus imperium Ro. opprimit 699
Odoacriã Romam dici cogitat Odoacer 463
Odryſarum montes Hebrum fundunt 527
Odryſæ effera gens 623
Odyſſus urbs Thraciæ 569 624
Oechardes fluuius 587
Oedipi Tragœdiam ſcripſit Cæſar 11
Oedipodem cantat Nero 85
Oenomaus bellum Romanum mouet 416
Offella Lucretius 781
Officia ueſtibus cur nõn diſtinxit Alexander 223
Olbiopolitæ 150
Oleum incendiarium 585
Olybrij indoles ac præfectura urbana 637
Olybrius Romæ præeſt 699
Olympias nutrix Alexandri imperatoris 219
Olympias Ablabij filia Arſaci copulatur 549
Olympij Nemeſiani ſcripta 311
Olympus Ciliciæ urbs capitur à Seruilio 415
Olympiorum certamen quando incœperit 770
ὁμηρόκεντρα liber ab Eudocia confectus 698
Omina pro certiſsimis obſeruabat Octauius 37
Omina imperij quæ habuit Seuerus 180
Omina Diadumeno imperium indicantia 206
Omina quibus Alexandro imperiũ & mors oſtenſum eſt 219.231
Omina Maximino iuniori imperium indicantia quæ 241.242
Omina imperium Tacito oſtendentia 297
Omina Diocletiano imperium deſignantia 312
Omnia fui & nihil expedit Seueri dictum 185
Omulus irriſor 150
Onagri inſtrumẽti bellici forma 580
Oneſicritus literator 166
Onos homo Commodo acceptus 169
Ophiuſa terræmotu emerſit 516
Ophites flu. qui & Orontes 452
Opilius Macrinus Imp. uide Macrinus
Opimio triumphus quando denegatus
Opimij facinus ſceleratũ 776.608
Opimianũ uinũ unde nomẽ habeat ibi.

Opis ædes 791
Opitergium à Quadis excisum 654
Oppius Sabinus 117
Opt. Max. Cæsar dictus Caligula 61
Optimi uiolenta morte cōſumpti 232
Oracula dubia 581
Oraculum de Ro. imperio 705
Opurocarra mons 587
Orationis genus ſequendū quod 36
Oratorum Forenſium ars à ueteribus quomodo diffinita 659
Oratorum quis primo mercedem acceperit 659
Orationis princeps Tullius 773
Orobatis urbs 586
Orbis imperium in tres diuiditur 396
Orbi ac cœlibes Romæ coluntur 479
Orbis partes omnes triumphat Pompeius 785
Orbitana urbs 587
Orcades inſulæ à Claudio ſubiguntur 420
Orchanes Turcarum dux 715
Orci ædes Romæ 196
Oreſtem cantat Nero 85
Oreſtis purificatio 198
Oreſtes Aegiſtum obtruncat 768
Oreſtes imperium Nepote cæſo arripit 463
Oreſta ciuitas 198
Orgia apud Phryges 322
Orgomanes fluuius 586
Orientis limites 481
Oriens præter bella externa nihil timebat 530
Ormiſda Narſis filius 428.453
Ormiſdæ dictum ſapiens 453
Ormiſda à fratre Sapore in uincula cō ijcitur, & eius fuga 454
Ormiſdam lacerans probris Nabdates comburitur 595
Orodes rex Albanorum uictus 416
Orodes Perſa occiditur 419
Orodes Craſſum cum Ro. exercitu interemit 787
Orontes fluuius 452.481
Orontes mons 585
Orpheum coluit Alexander 223
Orphitus adulter Fauſtinæ 159
Orphitus orbis præf. inſolens 477
Orſiloche quæ & Diana 568
Ortalus Q. Hortenſii nepos 50
Orthographiæ Octa. non deditus 36
Ortogordomaris fluuius 587
Ortoſpana urbs 586.587
Oſdroena prouincia 481
Oſdruenam regionē Perſæ aggrediuntur 475
Oſrohenos in Germaniā ducit Alexander 366
Oſroheni milites deficiunt à Maximino 369
Oſtanes à Coſroe contra Heracliū mittitur 468
Oſtenta, uide Omina.
Oſtracine urbs 576
Othonis abſtinentia, & quantū apud Neronem potuit 100
Othonis maiores unde orti ibidem
Othonis natalis ibidem
Otho Galbæ cur infenſus 101
Otho imperium quibus principijs uenatus ſit ibidem
Otho Neronis cognomen accepit ibid.
Otho ciui. bella deteſtatur 102.420
Othonis belli contra Vitellium conatus 101.102
Othonis factum egregium anteq̄ moreretur 102
Othonis forma & funus 102
Othonis mors 102.386
Othonis demortui laudes 103
Otho militib. q̄ charꝰ 102.103.386
Othonis uita per compendium 686
Othonis primi imperium 720
Othonis ſecundi imp. 720
Othonis quarti imperium 723
Othocarus Boemiæ rex uictus à Rodolpho 724
Othomanus gentis Othomannæ autor 715
Othomanum caſtellum ibidem
Ouationis & triūphi diſcrimen 442
Ouationis nomen unde ibidem
Ouidius poeta quare in exilium miſſus (384
Ouinius Camillus 228
Oxia palus 587
Oxus fluuius 586
Oxyrynchus urbs 576
Ozogardana urbs 590

P

Paconius 54
Pacorus Ladijs rex datur 150
Pachorus Cteſiphontē ampliauit 584
Pactuleius Magnus 168
Paſtum colonia Ro. 772
Pagonij Ro. ciues 637
Palas Alemanniæ locus 524
Palatinus mōs urbis Romæ initiū 401
Palæologi quādiu regnarunt 714
Paleas oppid. Pamphyliæ 475
Paleſtina rebellat tempore Tra. 138
Paleſtinis iura fundat Seuerus 184
Paleſtinis quid reſpōderit Peſcen. 189
Paleſtina prouincia 481
Paleſtina prouincia facta à quo 386
Palfurius Sura 119
Palphurij Suræ ephemerides 263
Palfurius latro inſignis 302
Palinuri promontorium 795
Pallas copulatur Heliogabalo deo 380
Palladium Romæ habebatur ſacrum 324
Palladium quid, & Conſtantinopolim tralatum 449
Palladius ſe ſuſpendit 642
Pallantis liberti honores 77
Palma Syriæ præfectus 126
Palmæ erigit ſtatuam Traianus 126
Palmarum natura 593
Palmyra quare euerſa 288
Palmyreni Zenobiam extollunt 638
Palmyreni in triumpho Aureliani 269
Pamphyliam pacat Probus 303
Pamphilian ſubegit Seruilius 415
Pamphyliam inuadunt Iſauri 474
Panares Cretenſium dux 783
Panætius philoſophus 772
Panchariana ſtatio 650
Pandataria inſula 52
Pandemus peſtis ſpecies prima 533
Panduriſſare 204
πανελλήνιον templum Liberi patris 133
Pannoniam Auguſt. in poteſtatem redegit 22
Pannonia à Vitellio deficit 106
Pannonias liberat Marcus 156
Pannoniæ compoſitæ ſub Commodo 169
Pannonias regit Seuerus 181
Pannonias ſecuras reddidit Carus 311
Pannonia ſuperior in dotem Gallieno data 393
Pannonia prouincia facta per Auguſtum 419
Pannoniæ uaſtatæ ab Hunis 459
Pannoniæ pars Valeria unde 538
Pannonia Sigiſmundo ſubdita 726
Pannonia quando, & à quo in prouinciam populi Ro. redacta 785
Pannoniarum laus 803
Pannonum ac Illyricorum ingenia 333
Pannonios ſtipendiarijs adiecit Octauius 383
Pannonij uineas quando habuerunt 394
Pānonicum bellum geſſit Tiberius 43
Pannonicum bellum ab Agrippa inchoatum 800
Pannonici nomen Tiberio fuit delatum 45
Pāſam opera Auguſti perijſſe quidam tradunt 20
Panſa & Hircius contra Antoniū mittuntur 418
πανσέληνος luna quando dicatur 542

Pantheon deorũ templũ Romæ 504
Panticapeum urbs 568
Panticapeum per Auguſtum ſubactum 419
Papæ & Imperatoris controuerſiæ unde 722
Papatus quibus accreuit incrementis 623
Paphus urbs Cypri 481
Paphlagonia prouincia 567
Paphlagoniam occupat Mithridates 414
Papinianus iuris aſylum 186
Papiniani interitus 192.193.195
Papiniani diſcipuli qui 233
Papius Fauſtus 183
Papius Mutilius 778
Papyrius Curſor dictator 404
Papyrij curſoris modeſtia 664
Papyrij Carbonis interitus 414
Para Arſacis Armeniæ regis fil. 630
Paræ facinus in amicos ſceleratũ 631
Paræ fuga 656
interitus 656.657
Parapamiſadæ Perſidis regio 584 587
Paraſiti Ixionij amici dicebantur Heliogabalo 202
Parazonium tribunatus inſigne 126
Paretonion urbs 576
Parion à quo condita 566
Paris hiſtrio 94
Parnaſius Aegypti præfectus 540
Parochorum nomen unde 448
Parrhaſii tabula de Meleagro & Atalanta 50
Parricidium, Idus Martij cur dictæ 17
Parthamaſires Armeniorum rex 126
Parthenaſpathes Parthis rex datur à Traiano 129
Parthenius poeta 55
Parthenius cubiculo Domitiani prepoſitus 120
Parthenius quõ iugulatus 388
Parthenium mare 481
Partheniacum mare quod & Iſsiacum 574
Parthenius fluuius 567
Parthenopolim euertit Lucullus 416
Parthis inferre bellum ſtatuit Cæſar 9
Parthi occupant Armeniam Tiberij ſeculo 49
Parthorum bellum Adriani colloquio compreſſum 140
Parthos deuicit Seuerus 184
Parthos inuadit Macrinus 210
Parthorũ dona repudiat Probus 303
Parthi mercenarios milites nõ habent 337
Parthorum imperium maximum 352
Parthi equitatu præcellunt 352.353
Parthos Caracalla per inſidias trucidat 353
Parthorũ cũ Ro. pugna triduana 355
Parthos inuadit Craſſus 417
Parthi ſigna Auguſto reddunt quæ Craſſo ademerant 419
Parthorum mos in pugnando improuiſos hoſtes aggredi 457
Parthorum arcus quõ formati 569
Parthorum nomen quando ſortiti Perſæ 583
Parthia Perſidis regio 584.586
Parthi Semiramin extollũt 637.638
Parthicus dictus Aurelianus 288
Probus 301
Parthica uictoria Seueri 343
Parthica prima et ſecunda legio 545
Parthici nomen affectat Iulianus 572
Parthiſcus fluuius 520
Parum occupant Iones 769
Paſara Coraſmiorum urbs 715
Paſiphilus philoſophus 645
Patararum anguſtiæ 568
Paterculorum nomen antiquum 767
Pater exercituum dictus Caligula 61
Patris patriæ appellationem quare reiecit Tiberius 55
Patriam inuiſere nunquã uoluit Adrianus 132
pro Patria dimicare res alacris 378
Patria glorioſa perfecte beatum facit 477
Patigra urbs 585
Patræ oppidum Achaicum 540
Patræ expugnantur per Agrippam 797
Patriarcha Conſtantinopolitanus Ro. Pontifici ſubeſt 711
Patriciorum nomen unde 770
Patrobius Neronianus 99
Patzinacæ Iſtrum ſuperant ac ſuperantur 707
Paulina ſoror Adriani 130
Paulus iuriſcõſultus Alexandri aſſeſſor 223
Pauli Aemilij triumphus 411
Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus 456
Paulus Hiſpanus notarius Conſtantij adulator 476
Paulo notario Catenæ nomen inditum 477
Pauli Catenæ mors 564
Pauli Aemilij triumphus interpellatus 771
Paupertatem obtendunt ſoli fures 221
Paupertas quorum leuanda 284
Paupertas honeſta nõ occultãda 592
Pauperum in diuites officia collata inania 478
Pax à Iouiniano cum Perſis calamitoſa firmatur 606
Pacis tuendæ ſtudioſus Tiberius 49
Pacis templum condidit Veſpaſianus 110
Pacis templum fulmine conſumptum 324
Pax Friderici tertij tempore inaudita 727
Pax per Octauium parta 798
Pazaites à Selino filio regno Turcarũ exuitur 717
Pecunia prodeſt ubi deſit innocentia 209
Pecuniæ militib. in omnibus calamitatibus ſolatio 366
Pecuniæ ſtudium apud Ro. 479
Pedia lex 793
Pedum oſcula Diocletianus primus imperat 441
Pelagia terræmotu emerſit 516
Pelaſgi Athenas commigrant 768
Peleus Achillis pater, Peluſii conditor 576
Pelopis progenies Peloponneſo expellitur 768
Peluſiacum Nili oſtium 574
Pentadius notarius 453
Pentadius magiſter copiarum Iuliani 455
Pentapharmacum Adriani, & eius inuentor 146
Pentapolis prouincia 576
Penthelus Oreſtis filius 768
Percha Quadorum dux 656
Peregrinus Proteus philoſophus 646
Perennis à militib. laceratur 167
Perennis graſſatur in ciues & diuites 167
Perennis prætorianis præficitur 320
Perennis mors 321
Perfectiſsimatus dignitatis uocabulum 561
Pergamum Cretæ à quo conditũ 768
Perinthum obſedit Peſcennius 182
Peiurium decet improbos 209
Perinthijs Byzantiũ adiudicatur 341
Perinthus ab Hercule condita 567
Perpenna Ariſtonicum uincit 412
Perpennæ facinus ſceleratum punitum 619
M. Perpẽna Sertoriũ obtruncat 782
Perraſii ciues Ro. 637
Perſeus Philippi filius rebellat 410
eius origo 481
Perſei fil. artẽ ferrariã exercuit 486
Perſeus uincitur 770
Perſepolis urbs 585 586

Perſarũ rex quomodo iter faciat 204
Perſæ quando primum ſerui apud Romanos 230
Perſæ quantum Gordianum timuerint 249
Perſis theſauris quid charius 258
Perſæ in triumpho Aureliani 289
Perſæ quæ in Romano ſolo ſub Alexandro occuparunt 363
Perſæ uetus eorum imperium ſe recuperaturos minantur ibidem
Perſarum inſolentia ibidem
Perſarum ad Alexãdrum legatio 364
Perſarum mos in aggrediundis bellis 365
Perſæ Octauio obſides dederunt 383
Perſis pacem dat Theodoſius 399
Perſæ à Caſsio inuaduntur 417
Perſas in Syria uincit Ventidius 419
Perſas iterum inuadit Antonius ibid.
Perſarum regis titulus 441
Perſas Iuſtinianus fudit atque fugat 450.465
Perſæ pacem offerunt 458
Perſæ uincuntur à Mauricio 467
Perſæ origine Scythæ ſunt 668
Perſæ Parthos iterum uincunt 689
Perſæ noctu Amidam oppugnant 532
Perſarum figura & mores 588
Perſarum integritas in dijudicandis rebus ibidem
Perſarum militia ibidem
Perſæ monarchiam orbis habuere 769
Perſis Perſidis regio 584
Perſidem qui inuaſerunt ex Romanis 582
Perſidis termini 583
Perſidis regnum deſcribitur ibidem
Perſarum regiones 584
Perſicus equitatus quando formidabilis 593
Perſicarum fœmin. pulchritudo 595
Perſona nonnunquam inuidiam auget 783
Pertinax præfectus urbis 172
Pertinax quas prouincias rexit 172
Pertin. odiũ unde ſibi conciliauit 173
Pertinax pater patriæ, p̃nunciatus ibi.
Pertinax quas Commodi cõſtitutiones reſcidit ibidem
Pertinacis in imperij initijs inſtituta 174
Petinax inter deos relatus 175
Pertinacis forma ibidem
Pert. funus imaginarium ibidem
Pertinacis ingenium 172.175
Pertin. mortem quæ deſignarunt 175
Pertinacis uxor ibidem
Pertinacis natiuitas & ætas 176
Pertinace occiſo, quot Imperatores facti 187.212
Pertinax ad imperium quomodo uenit, & eius origo 327
Pertinacis mores ac uita 328.329
Pertinacis inſtituta 330
Petinacis mors ibidem
Pertinacis mors quomodo ulta 336
Pertinax Chreſtologus dictus, & fortunæ pila uocatus 391
in Pertinacem mortuum acclamationes ibidem
Pertinacis uita per compendium 688
Pertuſa petra cuius opus 386
Peruſia expugnatur à Cæſaria. 794
Peſcennius per quos gradus ad imperium uenit 187
Peſc. uita & mores 188.189.190
Peſcennius homo omnium turpitudinũ 391
Peſcennius ubi uictus ac mortuus 618
Peſcennina Marcellina 252
Peſcenniana domus 190
Peſinũtia dea Romã cur aduecta 322
Peſinus unde nomen habeat 570
Peſsinuntem uenit Iulianus 570
Peſsinus Galatiæ olim Phrygiæ oppidum 616
Peſtis tempore Neronis 90
Peſtis Romæ Marci tempore ſæuiens 155
Peſtis Veri tempore unde 162.584
Peſtis Commodi tempore 322
Peſtis Galli Imperatoris tẽpore 425
Peſtis in belli Peloponneſiaci initijs 533
Peſtis origo unde ibidem
Petobio Noricorum oppidum 485
Petronianus fil. Vitellij 104
Petronius Didius Seuerus 163
Petronius iunior 183
Petronius ſecundus Domitiani interfector 422
Petronius ſocer Valentis 614
Petronia uxor Vitellij 104
Petrus Valuomeres 493
Petrus Antiſiodorienſis Imp. Conſtantinopolitanus 711
Petrus Teupolus Venetus dux Mediolanenſium 724
Petrus Corbarienſis pontifex Romanus 725
Petulantium legio 544
Petus Thraſea 90
Peucini 569
Peucini contra Marcum 157
Peucini contra Romanos 277
Peuce Danubij oſtium primum 569
Peuce inſula ibidem
Phaeton orbis terræ dictus Caligula 59
Phago miræ uoracitatis 293
Phalacrine uicus 107
Phalangarij Alexandri 229
Phalanx Macedonica à Caracalla inſtituta 351
Phanagorus inſula 568
Phantaſiæ unde 485
Phaon libertus Neronis 93
Pharaſmanes Alanorum ductor 133
rex 141
Pharaſmanis dona irriſa ab Adriano 142
Pharaſmanes rex ad Pium uenit 150
Pharnacen Cæſar quomodo uicit 7
Pharnaces filius Mithridatis cõtra patrem 416
Pharnacem uincit Cæſar 418
Pharnaces Medus Sardanapalum uincit 769
Pharos inſula 576 586
Pharos Alexandriæ Cleopatræ edificium 576
Phari turres quales 348
Pharſalicum bellum 7
Pharſalica pugna cruentiſsima 789
Phaſelis Ciliciæ urbs à Seruilio occupata 415
Phaſis urbs, & Colchidis fluuius 568
Phatniticum Nili oſtium 574
Phengites lapis 120
Pheræ urbs 587
Philadelphia urbs Arabiæ 481
Philemon ſeruus Cæſaris 14
Philemon grammaticus 240
Philemon Comicus 773
Philippus inſidiatur Miſitheo 249
Philippus imperium quomodo obtinuerit 250
Philippus Veronæ occiditur 392
Philippi origo 249 433
Philippi inſidiæ 434
Philippus cultum Chriſtiani nominis ſimulat 435
Philippi uita per compendium 691
Philippus nutritor Alexandri Imperatoris 219 220
Philippo Maced. regi pax data quibus conditionibus 410
Philippus Macedoniæ rex Hannibali auxilia pollicetur 408
Philip. Ephyræ conditor 768
Philippi imperium 723
Philippi Macedoniæ urbs 418
Philippenſis pugna 793
Philippopolis à Philippo cõdita 434
Philippopolis quæ & Eumolpiada 563

Philippopolis à Vellcio obſidione libe rata 766
Philippici uita per compendium 703
Philiſti cauillationes 660
Philocommodus puſio 326
Philoromus auriga in exilium miſſus 493
Philoſophi Romæ expelluntur retentis nimis. 478
Philoſophorũ genus cõtentioſum 581
Philyres populi 568
Phlegontis libri Adriani creduntur 141
Phocum fratrem occidit Peleus 576
Phocæa à quibus condita 769
Phocas in integrum reſtituit Papatum 456
Phocas contra Mauritium ſeditionem mouet 467
Phocæ ignauia quantũ perdidit 468
Phocæ uita per compendium 701
Phœbe liberta 32
Phœnices ſolem quomodo nomine appellant 210
Phœnix ſub Claudio uiſus in Aegypto 385
Phœnice Tigrani adimitur 416
Phœnice prouincia 481
Phœnica quæ & Bezabde expugnatur 546
Phrygia locus ubi Iulianus ſauciatur 601
Phrynicus tragicus Miletum cur relegatus 631
Phycus promontorium 574
Phyllis nutrix Domitiani 120
Picenſes Sarmatæ inuaduntur 521
Picentes contra Romanos bellum mouent 405
Picentes Romanis bellum mouent grauiß. 413
Pictacia militaria 221
Pictaui 497
Picti Britanniam inuadũt 459.541
Pictura Nemeſis apud antiquos 486
Picturæ & librorum diſcrimen 683
Pietas ac humanitas uirtutes ſunt cognatæ 664
Pinnes Pannoniæ dux 803
Pinarius eques Romanus 23
Pinarius Valens 252
Pindarus Thebas illuminat 774
Pipa Salonini mater 264
Pipæ dos Pannonia ſuperior 393
Piratarum bellum Pompeius finit 783
Piratis capitur Cæſar 785
Piratas quomodo uicerit ac ſuffixerit Cæſar 786
Piri mons Germaniæ 636
Piſaurum colonia Romanorũ 772
Piſces ab omni mari Pontum petunt 569
Piſcium captura apud Byzantios 714
Piſitheus Medicus indoctus 179
L. Piſo Cæſaris ſocer 16
L. Piſo potor inſignis 49
Cn. Piſo Syriæ legatus 51
Piſo frugi Licinianus 98.271
Piſo à Valente occiditur 259
Piſo Theſſalicus dictus 271
Piſonis tyranni origo 271
L. Piſo Thraces domat 800
Piſoniana coniuratio 90
Piſtrenſis uilla Alemanniæ 654
Pitholaus carminibus Cæſarem laceſſiuit 14
Pij & eius gentis origo 147
Pius, Antoninus cur dictus 148
Pius in Proconſulatu Aſiæ qualis 148
Pij natiuitas & mores & imperium 148. & inde 423
Pio quæ oſtenta imperium indicarunt 148
Pio priuato quæ functiones iniunctæ ibidem
Pius alimẽtaria collegia inſtituit 149
Pius gentes quas deuicerit ibidem
Pius pater patriæ dictus ibidem
Pius erga reges qualis & regũ in eum amor 150
Pius Numæ cur comparetur 151
Pij corpus ubi funeratum 153
Pij edita ſpectacula 150
Pij mors & teſtamentum 151
Pio principatum inuidet Caßius 176
Pij dotes & in Remp. amor 390
Pius inter bonos numeratur 291
Pius Romulo & Traiano æquatur 423
Pij uita per compendium 687
Pityus inſula 567
Placentia apud Alpes ſita 102
Placentia Romanorum colonia 773
Placidia Magni Theodoſii filia ab Alarico capitur 461
Placidiæ cum Cõſtantino nuptiæ ibidẽ
Plancus fide dubia 791
Plancus Plotius proſcribitur 792
Planci flagitia ac transfugium 796
Plato Homerum è ciuitate ſua eiecit 64
Platonem quidnam commendet 281
Platonis de Magia ſententia 585
Platonis de aduocatis uenalibus ſententia 659
Platonis dictum de principibus celebre 717
Plautianus & eius fortuna 344
Plautiani dementia 345
Plautiani ædes 346
Plautius Rufus in Auguſtũ conſpirauit 21
A. Plautius à Claudio exceptus honorifice 76
Plautia Herculanilla Claudij uxor 77
Plebis Romanæ mores 639.640
Pletorius Nepos 138.143
Plinius à Suetonio confutatus 58
Plinius Secundus ibidem
Plotia rogatione iuuat Cæſar exules 1
Plotini philoſophia 561
Plotina uxor Traiani 123
Plotinæ modeſtia ibidem
Plotina Adriani amore flagrabat 130
Plotinæ funus ab Adriano quomodo peractum 132
Plotinæ baſilica apud Nemauſum 140
Poetæ Latini Græcis pares 776
Pœmenius capitur ad ſupplicium 493
Pœninæ alpes unde dictæ 496.497
Pogonatus cur Conſtantinus dictus 702
Pola Iſtriæ oppidum 485
Polemon rex Ponti 84
Polemonion urbs 567
Polentina plebs à Tiberio caſtigata 49
Pollentianus tribunus ſceleratiß. abſolutus 647
Pollionis Aſinij de cõmentarijs Cæſaris ſententia 11
Pollio Aſinius orator 784
Pollio grammaticus 151
Polybius libertus Auguſti 40
Polybius à ſtudijs Claudio 77
Polybius Megalopolitanus hiſtoriarũ conditor 591.772
Polybius libertus Claudij 385
Polienus Adriani amicus 141
Polyphagus Aegyptius 90
Pompeius patribus offenſus cur 4
Pompei cum Iulia nuptiæ 4
Pompeij neceßitudinẽ ac uoluntatem Iulius ambit 5
Pompeij theatrũ abſoluit Caligula 61
Cn. Pompeius Magnus iuuenis nobilis 77
Pompeio parentauit Adrianus 132
Pompeij tumulum ampliauit Adrianus 141
Cn. Pompeij triumphi tres 298
Cn. Pompei in Syllano bello uirtus, & triumphus 414
Pompeius contra Sertorium miſſus, uarie pugnat, Hiſpanias in poteſtatem redigit 415
Pompeius Pyratas opprimit 416
Pompeius Romanam militiam docet Arabes 433
Pompeius quibus calũnijs petitus 518

Pompeiorum familiæ tres 780
Cn.Põpei uitæ breuis deſcriptio 782 783
Pompei,Iulij & Craßi amicitia quibus de cauſis inita 786
Pompeius gentium omnium quas adijt uictor 785
Pompei triũphus Mithridaticus 417 785
Pompei ualetudo quantis uotis impetrata 787
Pompeij fuga 789
Pompeij exitus 417.789
Q.Pompeius pacem ignobiliß. fecit cum Numantinis 412
Cn.Põpeij,Magni F. bellum cõtra Cæſarem 789
Sex.Pompeius,Magni F.ac eius indoles 794
Sex.Pompeij cædes 795
Pompeia Q.Pompeij filia Cæſaris uxor 2
Pompeij oppidum 136
Pompeia Plotina Traiani mariti gloriam auxit 398
Pompeianus Marci gener 319
Pompiliani temporis ſecuritas 477
Põponius Flaccus potor egregius 49
Pomponius legum peritiß. 233
Pomponius Lætus 432
Pomponij fides erga Gracchũ 776
Pomponius Hiſtoricus 776
C.Pontidius 778
Pons Danubij Lapideus à Traiano factus 125
Pontificatum Cæſar quomodo obtinuit 3
Pontifici Romano ad tempus dignitas maioritatis ut dicunt ablata 456
Pontinas paludes exſiccare Cæſar deſtinabat 9
Pontinæ paludes ſaxis ſtratæ 126
Pontia inſula 52
Pontius Aquila tribunus 15
Pontij Teleſini in Rom.odium & cum Sylla pugna 781
Pontum Daci inuadunt 9
Ponti regnum conceditur Neroni 84
Pontus Polemoniacus ſub Nerone imperio additus 288
Pontus Polemoniacus in prouinciam redactus 385 420
Pontus prouincia 567
Pontus quando pop. Rom. prouincia 785
Poppea Sabina Neronis uxor 89
Popilius Lenas Ciceroni defenſori caput amputauit 451
M.Popilius Lenas 771
Populonia capitur à Nicephoro 704
Populus quibus rebus moueatur maxime 243
Populus Ro.Cõmodianus dictus 170
Pom.Rom. quibus ſucceßit in Monarchia orbis 769
Porcinæ carnis diuiſio Ro. unde 289
Porculi conſtantia 492
Pordacæ Romani 639
Porſena Thuſciæ rex auxiliatur Tarquinio 402
Porticus Liuiæ 24
Porticus Octauiæ ibidem
Porticus centenaria incendio abſumpta 434
Poſides Spado 77
Poſidippus Medicus 152
Poſides eunuchus Meſſalinæ 385
Poſthumius Seuerus 183
Poſthumius fil. diſertus 265
Poſthumius imperium nãciſcitur 259 265
Poſthumij uirtutes 265
Poſthumij Albini cenſura 771
Poſthumia Seruij Sulpitij uxor à Cæſare corrupta 10
Potentiam inuidia ſequitur 350
Potentia colonia Romanorũ 773
Poteſtates fato dantur 387
Poteſtas mollior ſecurior 22
Poteſtas ſalutaris quid ſit Cicerone teſte 664
Praga Boemiæ oppidum 726
Præfecturæ dignitas 356
Præneſte ſeceſſus Augusti 34
Præneſte in deditionẽ accipitur à Romanis 403
Præneſtini uincuntur & ciuitati iunguntur 403
Præteritorum ſpectatrix incorrupta poſteritas 664
Præterita ueneratione proſequimur, quare 799
Prætextatus uir Priſcæ indolis 566
Prætextatus Præfectus urbis,uir opt. 628
Prætorianorum caſtra à quo condita 49
Prætorianorum militũ corruptio 331
Prætoriani à Seuero ſpoliati 336
Prætorianorum cum Romanis pugna 376
Præuentores,legio 530
Prandium militare 264
Praſinus agitator 85
Praſino fauebat Verus 161
Praſinum uitreum 201
Praſinorum & Venetorum factio certamen ſuſcitant. 466
Priamus cur felix à Tiberio dictus 54
Priarius rex Germanorum 675
Priene à quibus condita 769
Prima Pupieni mater 252
Primitiuus Valẽtinianũ ad necẽ quæſitum liberat 609
Principes felicißimi plerunq; infelices ſobole 31
Princeps bonus Reip.ſeruit 47
Princeps impurus cur deſcribendus 196
Principes quomodo deſcribendi 205
Principum uirtus quæ ſcitu digna 281
Princeps qui diligi uult quæ cauere debeat 236
Princeps quales amicos habeat multũ intereſt 233
Princeps bonus,natura naſcitur ibidẽ
Principes boni enumerantur à Cæſare uſq; ad Diocletianum 291
Principes bonos in uno annulo poſſe perſcribi 291
Principum corruptela unde ibidem
Principes pueri uitandi 294
Principum uita æmulatur 317
Principum uiuorũ uita ſine reprehenſione non ſcribitur 313
Principes quid illuſtres faciat 319
Principum facta latere non poſſunt 353
Principes quomodo integri ſeruentur 362
Principes literatiß.qui 386
Principum dos præcipua quæ 444
de Principe quiſque pro uoto loquitur ibidem
Principis boni modus quis 450
Principi arma quando ſumenda 463
Principem eligere expedit 463
Principis ſalus ſtudio communi tuenda 540
Principis laus quæ præcipua 562
Principem bonum lugere,humile 602
Principes quãdo peccãt maxime 626
Principis lenitudo ſolatium afflictorum 664
Princeps iuſtus,iniuſto præſtat rectori ibidem
Principum gloria æterna quæ 727
Principatum fato dari Titi dictum 115
Priſcus Tarquinius rex Romanorum 401
Priſcus Longinum Selymanthæũ capit 464
Priſcus coniurationẽ facit contra Phocam 468
Priſcus Philoſophus 602
Proba annonæ militaris 563
Probatus dux Aegyptius 278
Probiana purpura 226

Probi

Probi bonitas & geſta 297. & inde uſq; 304
Probi mors, ſepulchrum ac epitaphium 304
Probi poſteri Romam reliquerunt ibidem
Probi de Caro teſtimonium 310
Probi uita per compendium 693
Probi imperiũ & uita celebris 427
Probis toga & militia nomen ſuũ meruit 437
Probi præfecti urbis opes 629
Probi præfecti prætorij ingenium ac mores 661
Proba illuſtris fœmina 697
Proconneſus inſula 567
Procopius Iulianum ſepelit 457
Procopius imperator occiditur 458
Procopio paludamentum tradit Iulianus 579
Procopij tyranni origo 614
Procopius imperator appellatur 615
Procopij oratio ad milites 617
Procopij negligentia exitialis 618
Proculus libertus Auguſti 32
Proculus iuriſconſultus 233
Proculus ioco imperator fit 308
Proculi mores & uita ibidem
Procuratores Spongias eſſe, Veſpaſiani dictum 111
Procuratoris auaritia Maximino imperium eripuit 371
Procurationib. quos Maximinus præfecit ibidem
Proditorem quomodo punit Aurelianus 286
Proditiones prodigia augent 433
Prohibita furore proſequuntur 222
Prologi modus eſſe debet 145
Prophthaſia urbs 587
Propontis diuidit Aſiam ab Europa 349
Proſcriptio prima à Sylla inchoata 782
Proſcriptio triumuirorum 792
Protogenes auriga 197
Prouidentia, principis bonum præcipuum 499
Prouincias Cæſar ſibi quomodo conciliarit 5
Prouinciarum Rom. erga Auguſtũ reuerentia 31
Prouinciæ à Traiano in poteſtatẽ Romanorum redactæ 422
Prouinciæ Orientales quæ 481
Prouinciarũ exactiones tempore Conſtantij 555
Prouinciæ Thraciæ ſex 624
Prudens corrumpi quõ poßit 660
Pruſias Bithyniæ rex Hannibalẽ prodidit 410
Pruſia Græcis adempta 715
Pſamatoßiris rex Parthorum 138
Pſellus imperatoris Parapinacei magiſter 709
Pſeudofridericus à Rodulpho exuſtus 724
Pſeudophilippus rex Macedoniæ Ro. bellum mouet 411
Pſeudophilippus debellatus 771
Pſeudoperſeus à Tremellio uincitur 411
Pſeudoſtoma Danubij oſtium 569
Pſophis Vſuncaſſani hæres 690
Pſylis fluuius 567
Pſylli uenenorum ſuctores 21
Ptaſco Boemus 727
Ptolemais urbs 576
Ptolemais à Probo expugnata 303
Ptolemais Libiæ donatur Rom. 416
Ptolemæus Iubæ regis filius 62
Ptolemæum Caligula cur necarit 64
Ptolemæus Mauritaniæ rex 68
Ptolemei flagitia 317
Ptolemæus Romanorum amicitiam petit 405
Ptolemæo auxilia pollicentur Romani 407
Ptolemæus Aegypti rex 192. 410
Ptolemæus Cæſari parat inſidias 417
Ptolemæus Cypri rex 482
Ptolemæi de defectibus ſolis ſententia 541. 542
Ptolemæi de dimenſione Ponti ſcripta 567
Ptolemæi Bibliotheca 576
Ptolemæus ab Antiocho obſeſſus 771
Publicanis releuat mercedis partẽ Cæſar 4
Publius Heluius Pertinax imper. uide Pertinax 172
Publius Iuuẽcius uincitur à Pſeudophilippo 411
Publius Annius Tacitus, uide Tacitus 437
Publius Cornelius Licinius Valerianus ibidem
Pudicitia uitam quantũ exornet 602
Pulcheria Theodoſii ſoror 698. 699
Pulleiacium pro pullo 36
Pullus dictus Caligula 59
Pumiliones cur oderit Octauius 36
Punicum bellum primum per xxij. annos geſtum 407
Punicum bellum ſecundũ initium quando habuit 407
Punicum bellum tertium 411
Pupienus imperator dictus 239
Pupienus populo ingratus 252
Pupienus Sarmatas ac Germanos aggreditur 252
Pupieni pueritia & parentes 252
Pupienus contra Maximinum 253. 254
Pupieni forma 253
Pupienus exercitibus exoſus 254
Pupieni & Balbini diſcordiæ ibidem
Pupieni nomen pro Maximo 255
Pupieni & Balbini hiſtoria uarie traditur 255
Pupienũ abhorret plebs Romana 375
Pupienus Aquileiam peruenit 381
Puppus dictus Caligula 59
Puſeus dux Aegypti 590
Puteoli colonia Romanorum 773
Pydna urbs Macedoniæ 770
Pylades hiſtrio 28. 124
Pylæ Cappadocum & Cilicum terminus 570
Pylemenes Paphlagoniæ rex 412
Pyrallis amica Caligulæ 65
Pyramides Aegypti 575
Pyrenei ſaltus 5
Pyrgæ oppidum 82
Pyriſabora urbs 591
Pyrrhus Epiri rex contra Romanos à Tarentinis uocatur 404
Pyrrhice, ſaltationis genus militare 142
Pyrrhus Tarentum aufugit à Romanis uictus 405
Pyrrhi uox de Romanis uictis ibidem
Pyrrhus Achillis filius ab Oreſte interficitur 768
Pythagoras cum aquila colloquebatur 577

Q

Quadi tumultuantur 155
Quados deuicit Marcus 156
Quadi Valeriam incurſant 504
Quadorum armatura 518
Quadorum excurſiones ſub Valentiniano unde 654
Quadorum uires olim formidabiles ibidem
Quadi legiones duas delent 655
Quadi facinus impudens 456
Quadratꝰ belli Parthici ſcriptor 162
Quadrati inſania 320
Quadriburgum à Iuliano occupatur 523
Quarcinus imperator dicitur 369
Quarta legio 791
Quaternitatem adorare præcipit Anaſtaſius 464
Quies dea ſalutaris 538
Quietus Marciani filius 259
Quietus interimitur ab Odenato 269
Quintus Italiæ locus 465

Quinquegētiani Africā infeſtāt 427
Quinquegentiani qui 439
Quinquennales ludos edidit Iulianus 552
Quintilianus declamator acutiſs. 265
Quintiliani controuerſiæ à poſthumo ſcriptæ 261
Quintilius Marcellus uir opt. 233
Quintilius Varus à Germanis quomodo falſus 806
Quintiliorum domus extincta 167
Quintillus frater Claudij Flauij 276
Quintillus Claudij Flauij frater imperium ſuſcipit 279
Quintillus quomodo perijt 290
Quintilli imperium breue 394
Quintilli dotes 426
Quintilli uita per compendium 692
Quintius Criſpinus Iuliæ adulter 801
Quintus Ancarius 284
Quintus Martius dux Romanorum 403
T. Quintij Flaminij triumphus 410
Quinta Parthica legio Amidæ oppido deſtinata 530
Quirinalis mons urbi additus Romanæ 402

R

Rabannæ populi 587
C. Rabirius à Cæſare perduellionis reus 2
Rabirius poeta 784
Rabularum forenſium exercitia 659
Ragonius Clarus præfect. Galliæ 270
Rando rex Alemanniæ 628
Rapina militum inſidiatrix 582
Ratio difficultates ſuperat 516
Ratio autorem facit 783
Rauracum fluminis Rheni ſupercilijs impoſitum 483
Rauraci inter Sequanos 497
Raudi Campi ad aquas Sextias 777
Rauennæ collocauit claſſem Octauius 29
Rector bonus optandus 602
Reges in poteſtate deorum eſſe 2
Regū ſanctitas inter homines pollet 2
Regum erga Octauium reuerētia 31
Reges Romæ quandiu regnarūt 402
Regillianus Illyrici dux imperator dictus 267
Regilliani mores ibidem
Regillæ Sabinorum 41
Regiones à fluminibus nomen habentes 584
Reguli captiui dicta ac facta fortia 406
Reguli uxor ſubſidijs amicorum alitur 478
Regulus à Carthaginenſibus excarnifi-
catus 486
Religiones omnes liberas eſſe iubet Iulianus 565
Reliquiæ ſanctorum combuſtæ 703
Reman Romanorū caſtellum 530
Remigius ratiocinator 492
Remigius laqueo ſe ſuſpendit 658
Remis oppidum Belgicæ Galliæ 497
Remos deuaſtant Franci 512
Remus frater Romuli uno partu 401
Reſaina locus ubi Gordiani tumulus 582
Reſtio libertinus Thurinenſis Auguſti proauus 18
Reſtitutor humani generis dictus Conſtantinus 448
Reuerendus Gordiano nep. familiaris 248
Reuerentia domus aulicæ obſeruanda 140
Res uirtute non male æſtimandæ 765
Reſp. quando illuſtrium uirorum teſtimonio floreant 159
Remp. ſine Antoninis ſtare non poſſe quidam putarunt 205
Reſp. fato aguntur 309
Reſp. quomodo diligenda 295. 625
Rha fluuius 568
Rha radix medica ibidem
Rhadagaiſus rex Gothorū Italiam intrat 460
Rhaguſium à Saracenis capitur 706
Rhamnus oppidum Atticæ 443
Rhānuſia cur Nemeſis appellata ibidē
Rhaſcupolis à Tiberio aſtu captus 809
Rhaſcypolis rex Thraciæ 49
Rhea Syluia Veſtalis Romuli mater 401
Rhebas fluuius 567
Rheni ripa quantum negocium faceſſebat Auguſto 23
Rhenus fluuius maximus 5. 366
Rhenus Brigantino lacu non immiſcetur 489
Rheni cataractæ 489
Rhenum apud Maguntiacū iungit ponte Iulianus 511
Rhenus à Valentiniano munitur 635
Rhetiam domuit Auguſtus 22
Rhetiam inuadunt Catti 153
Rhetias pacauit Probus 302
Rhetos quis prouinciam fecerit 383
Rhetia prouincia facta per Auguſtum 419
Rhetia à quo, populi Romani & quando prouincia facta 785
Rheticum uinū Auguſto in delicijs 34
Rheticum bellum geſſit Tiberius 43
Rheumena Perſis reſtituitur 458
Rhinocorura urbs 576
Rhodanus 5
Rhodani ortus 497
Rhodanum loricatus Seuerus tranatauit 596
Rhodope mons 557
Rhodum cur Tiberius nauigauit 43
Rhodij dorice loquuntur 52
Rhodijs reddit libertatē Claudius 76
Rhodus libertate priuatur à Veſpaſiano 110
Rhodi terræmotus 150
Rhodij donantur à Romanis multis ciuitatibus 410
Rhodus in poteſtatem Romani imperij redacta à Veſpaſiano 421
Rhodus terræmotu emerſa 516
Rhodij erga Romanos ambiguæ fidei 770
Rhodij à Caſſio expugnati 793
Rhodiorū fides erga Romanos 779
Rhombites fluuius 588
Rhoxolani populi 568
Rhoxolani contra Marcum 157
Rhoxolani in triumpho Aureliani 289
Rhoxolani Bulgariam inuadūt 707
Ricimer Gothus gener Anthemij & eorum certamina 465
Rictare leopardorum 195
Rigodulum 499
Rigor qualis principem deceat 651
Rimethalces rex Boſphoranus 150
Riphæi montes 569
Robertus Viſcardus 710
Robertus Petri filius imperator Conſtantinopolitanus 712
Roberti Bauari imperium 726
Robur munimentum prope Baſiliam 658
Rodopa prouincia 624
Rodulphi Habſpurgenſis imperium 724
Roemnus fluuius 587
Rogerium Siciliæ regem imperator impugnat 710
Rogerium Nortmannum Italia pellit Lotharius 722
Rogomanis fluuius 585
Rogonius Celſus 188
Romæ incendium Neronis 90
Romæ incendium Titi tempore ingens 136
Pij tempore 150
Romam Commodianam coloniam dici uoluit Commodus 168
Romæ quanta leticia ex morte Maximini 240
Roma ubi imperator 319
Roma externorū uirtute creuit 388

Roma

Roma ab Hoſtilio ampliatur 401
Roma quando condita 401.770
Romæ urbis nomen quando clarum 405
Roma capitur 461
Romam obtinet Theodoricus 464
Roma XL. diebus inhabitata à nullo 465
Roma Totilæ tempore diripitur ibid.
Romæ noſtro tempore ſtatus 466
Roma fruſtra à Longobardis obſeſſa 467
Romam caput eſſe ſalutaris uitæ ſanxit Phocas ibidem
Roma quibus creuit rebus 477
Romæ uitia quomodo inoleuerint ibid.
Roma olim omnium uirtutum domicilium 478
Romam inuiſit Conſtantius 503
Roma templum mundi 513
Ro. ab Alarico capta 697
Romanorum ac Parthorum pugna 355
Romani ab Alexandro proditi 365
Romanis quis leges tulit primo 401
Romani à Coriolano oppugnantur 403
Romani à Pyrrho uicti & Samnitibus 404
Romani quando cum tranſmarino hoſte primo pugnarunt ibidem
Romani quando primũ in mari pugnarunt 405
Ro. uno tempore quatuor bella geſſerunt 408
Romani pacem dant Carthaginenſibus 410
Ro. per totam Aſiam uno die occiduntur 414
Ro. imperij magnitudo 441
Romani imperij ſub Phoca inclinatio 468
Ro. in uitanda peſte mos 479
Ro. clades ad montem Piri 636
Romanorum in Oratoria arte qui excelluerunt 659
Ro. à Gothis fugantur 678
Romanis Byzantij cõfœderati 714
Ro. in Carthaginenſes odium 771
Ro. quando in uitia ruerunt præcipites 774
Romana arma oĩa penetrarũt 334
Romanum imperium ſpeculũ adminiſtrandæ Reip. 406
Romani imperij initia & incrementa 401.403
Ro. Reſpub. in tres diuiſa uiros 418
Romanus orbis à Galerio & Conſtantio diuiſus 428
Romanæ urbis Milleſimus annus 425
Romana res ſub uno Auguſto & trib. Cæſaribus 429
Romanæ legiones ſub iugum miſſæ tempore Iouiniani 431
Romani imperij diuiſio 450
Romana magnitudo unde 478
Rom. urbis flagitia 637.639.640
Rom. populi continentia 664
Romana res quomodo creuerit 698
Romanus epiſcopus caput Catholicæ fidei 456
Rom. epiſcopi autoritas 493.701
Romanus Africæ præſes homo perditus 627.641
Romani Lecapeni uita per compendium 706
Rom. Argyropoli uita per compendium 707
Romani Leonis uita per compendium 706.707
Romulianus Daciæ ripenſis locus 395
Romulus fratrem quem occiderit 350
Romulus conditor imperij Romani & eius mors 401
Romula Galerij mater 395
Roſas inter uepres naſci 501
Rothomagus 497
Rubeia uirgo Veſtalis à Nerone uitiata 87
Rubicon fluuius 6
Rufinus Arcadij tutor 460
Rufini in Arcadium perfidia 697
Rufino inſidiatur 483
Rufus Turcius Apronianus 458
Rufus Celſus 305
Rufrius Criſpinus priuignus Ner. 89
Ruffus Verginius, & eius epit. 122
Rugire leonum 195
Rumones Sarmatæ 519
Rumitalca tribunus Helenopolim obtinet 617
Rupilius Bonus 151
Rupilia Fauſtina ibidem
Ruſticanus tumultus Diocletiani tempore 427
inter Ruſticos Philoſophari præmium quod ſortiatur 456
Ruſticus Iulianus, ad imperium adſpirat 625
Rutilius Hiſtoricus 776.777
Rutupiæ Britanniæ locus 541.627

S

Sabaia potus genus apud Illyricos 617
Sabaiarius dicitur Valens imp. ibidem
Sabaria oppidum 662
Sabba Palmyrenorum dux 278
Sabbatia uada 174
Sabinus urbis præfectus occiditur 373
Sabina uxor Hadriani 137.389
Sabini uincuntur 401.402
Sabinos ſubigit Seruius Tullius 402
Sabinus Veſpaſiani frater interimitur 420
Sabinus Niſibi ciuis ore liber 508
Sabinis urbs ſine ſuffragio data 772
Sabiniani inſolentia 525
Sabinianus contra Gordianũ 248
Sabiniani ſegnities 527.529
Saccas Ammonius Plotini magiſter 577
Sacæ Perſidis regio 584.587
Sacra depulſoria 600
Sacrilegium fuit Marci imaginem nõ habere 156
Sacriportus oppidum 781
Saga urbs 587
Saganis fluuius 586
Sagareus fluuius ibidem
Saguntus Hiſpaniæ urbs 407
Saladinus Syriæ princeps 723
Salamis urbs Cypri 481
Salamina Cypri à quo condita 768
Salaſſos domuit Auguſtus 22
Salaßi per Auguſtum ſubacti 419
Salernum Ro. colonia 773
Salentinis bellum à Romanis indicitur 405
Salinatoris cenſoris libertas 42
de Salinis inter Alemãnos & Burgundos contentio 640
Sal ſõn 499
Salluſtij oratio qua Micipſa filios ad pacem hortatur, Seuero ſummopere placuit 186
Salluſtius non in omnibus uerus 281
Salluſtij literæ ad Iulianum, dehortantis Perſicum bellum 581
Salluſtius imperium renuit 604
Salluſtius Thucydidis æmulus 784
Salluuij 497
Salinares regulus Maurus 650
Salonæ à Caſconio recepta 415
Salonia Pãnoniam ſuperiorem Gallieno dotem adfert 393
Saloninus Gallienus Valeriani nepos 263
Salonini inſtitutor Poſthumus 265
Salonini natiuitas 263
Salonina mater Salonini 264
Salſulæ Rom. 639
Saluſtius Lucullus 118
Saluius Liberalis cauſidicus 111
Saluius Cocceianus 118
Saluius Iulianus iuriſconſ. 142.163
Saluius Valens iuriſconſultus 150
Saluidienus Rufus Aug. amicus 32
Saluidienus Orfitus 90.118
M. Saluidienus 307
Sallyæ deuicti ab Sextio Caluino 773

Samnites inuaduntur à Romanis 404
Sammonicus Serenus occiditur 192
Samoſata oppid. Comagenæ 481
Sampſo uxor Proculi 308
Samuel dux Bulgarorum 707
Samus à Veſpaſiano libertate priuata 110.421
Samum Iones occupant 769
Sanctio oppidum 553
Sangarius fluuius 567.616
Santones 497
Saphrax dux 668
Sapores rex fugatur 249.434
Sapores Niſibin obſidet 453
Sapores Narſen Narſis filiũ fratrem excæcat, atq; Perſis imperat 454
Saporis ad Conſtantium literæ 514
Saporis diadema 530
Saporis in occupanda Armenia aſtus 630
Saramanna urbs 586
Sardanapalus à Pharnace medo uictus 769
de Sardis triumphatum quando 407
Sardiniam Scipio uaſtat 406
Sardinia à Ro. deficit 408
Sardinia prouincia Ro. po. facta quando, & à quo 784
Sargetia amnis 125
Sarmatæ 569
Sarmatæ Mœſiam inuadunt 49 504
Sarmatas adoritur Domitianus 117
Sarmatas Adrianus expugnat 138
Sarmatæ contra Marcum 156.157
Sarmatis bellum inferre ſtatuit Maximinus 237
Sarmatas contudit Pupienus 252
Sarmatis cõgreditur Regillianus 267
Sarmatis quàm grauis Aurelianus 282
Sarmatæ in triumpho Aureliani 289
Sarmatas contudit Carus 311
Sarmatæ Domitiani legionem opprimunt 421
Sarmatas iuuẽculus profligat Conſtantinus 447
Sarmatæ cæduntur 539
Sarmatæ pacem petunt à Valentiniano 661
Sarmaticus dictus Aurelianus 288
Probus 301
Sarraceni Aegyptum uaſtant 468
Sarracenorum origo & regio 476
Sarraceni Iulianum adorant & iuuant 579.585
Sarraceni Ro. cur infeſti 605
Sarraceni Gothos ab obſidione urbis Conſtantinopolitanæ auertũt 816
Sarraceni Perſidem occupant 690
Saraceni Aſiam exeunt 705
Saraceni Dalmatiam uaſtant 706
Saraceni Italiam uaſtant 706
Saracenos Calabria expulit Otho 720
Sarracenicus miles Friderico acceptus 724
Satala Armeniæ oppidum 126
Saticula colonia Ro. 772
Saturius decurio cubiculariorum 120
Saturnalib. Caligula diem addit 60
Saturnalia quomodo celebrent Romani 325
Saturnalicia dona 142
Saturni ædes à Munatio Planco conditæ 24
L. Saturninus ſeditioſus 2
Saturninum uincit Probus 303
Saturnini origo 306
Saturninus quando & ubi imperator dictus 307
Saturnini doctrina & mors ibidem
Saturninus tribunus 344
Saturnini prudentia ac imperiũ & interitus 272
Sauromatæ populi 568
Sauromaces Hiberiæ rex 630
Saxones mare infeſtant 427
Saxonas Oceani domat Valentinianus 459
Saxones Ro. impugnant 639
Saxones principes quantum Papæ detulere 722
Scaptenſis tribus 26
Scarpona Alemanniæ locus 621
Scaurus grammaticus 160.217
Scaurus Muluij pontis conditor 622
Scaurus orator 776
Scenitæ Arabes qui nũc Saraceni 574 583
Sceuola iuriſconſultus 255
Scholarum capita caſtrenſis ordinis 608
Sciẽtia naturæ facilitate uerboſa 275
Scipio Salutio Corneliæ gentis deſpectiſſ. 12
Scipio non reliquit ſui ſimiles liberos 186
Scipionis in Africam tranſitus 409
Scipionis triumphus 410
Scipionis ad Viriati interfectores reſponſum 412
Scipionis filia ex ærario dotata 478
Scipio Aemilianus Carthaginis portã ſubſedit 591
P. Scipioni triumphus denegatus quando 608
Scipionis Aemiliani & Iouiani mors ſimilis 609
P. Scipionis Aemiliani gloria 771
Scipio in turri exuſtus 679
Scipionis ocium 772
Scipio prior potentiæ Romanæ uiam aperuit, poſterior luxuriæ 774
Scipionis Naſicæ contra Gracchũ motus 774
Scipionis mors 775
Scipio Aemylianus orator 776
Scipiones ab Haſdrubale in Hiſpania occiduntur 408
Scenitæ cur Magmed adhæſerunt 469
Scomma in Cæſarem 4.9
Scorpionis forma 580
Scordiſci Romanos uincunt 412
Scordiſci Thraciam inhabitarũt 623
de Scordiſcis triũphat Minutius 776
Scordiſci à Romanis deuicti quãdo & per quem 785
Scoti Britanniam inuadũt 459.541
Scotis imperant Angli 462
Scribonianus Camillus Imperator dictus 385
Scribonius Mathematicus 44
L. Scribonius Libo 47
Cn. Scribonius Curio ad Danubiũ arma protulit 415
Scribonia uxor Auguſti 31
Scribonia Iuliæ mater 801
Scripta cur heroibus dedicentur 682
Scudilo ſcutariorum rector 483
Scudilonis interitus 485
Scuta collidere ſignum proſperitatis 494
Scylacium colonia Romanorũ 773
Scythæ cur amicitiam Romanorum petierint 22
Scythæ Bithyniam inuadunt 259
Scythæ Cappadociam inuadunt 261
Scythæ per Euxinũ Iſtrum ingrediuntur 262
Scythæ Cretam & Cyprum uaſtant 279
Scythæ legatos ad Octauium mittunt 383
Scythæ munera ad Auguſtum mittunt 419
Scythæ limites imperij Rom. inuadunt 434
Scythæ Philippopolim diruũt ibidem
Scytharum irruptiones in Aſiã 436
Scythæ Romanis tributum imponunt 436
Scytharum auxilia Conſtantius aſciſcit 547
Scythia ultra Emodem Perſidis regio 589
Scythæ intra Perſicos fines 587
Scytharum auxilia mercatur Valens 658

Scythici arcus quomodo formati 569
Scythopolis Paleſtinæ 539
Sebaſtianus dux 614
Sebenniticũ Nili oſtium 574
Seculares ludi 25.75.116
Seculares ludi inſtituti quando 434
Secundinus Oſdruenæ dux 589
Securitas calamitatis initium 806
Sedratyra inſula 588
Segeſtani populi 532
Segeſtes Arminij proditor 806
Seguſium Alpium Cottiarum initium 496
Seianus à Tiberio quomodo oppreſſus 54
Seianus uir qualis 805.808
Seius Fuſcianus 152
Selymbriæ murus ingens excitatus ab Anaſtaſio 464
Sela urbs 584
Seleucus Grammaticus 52
Seleucus Mathematicus 101
Seleucus Nicator Perſis imperat 481
Seleucus Nicator ab Arſace uictus 583
Seleucia oppugnata 129
Seleucia contra fidẽ expugnata 162
Seleucia Syriæ libertate donata à Pompeio 416
Seleucia Syriæ urbs 481
Seleucia Iſauriæ oppidum Seleuci regis opus ibidem
Seleucia urbium mater 475
Seleucia Nicanoris Seleuci 584
Semea mater Heliogabali 392
Semiamira mater Heliogabali 196 424
Semicupæ Romani 639
Semiramis Aſſyrijs regnauit 4
Semiramis occiditur 200
Semiramis caſtrauit mares primo 478
Semiramini Parthi extollunt 638
Sẽpronius Gracchꝰ Iuliæ adulter 801
Sena urbs Piceni 409
Senatorius cenſus 27
Senator à quo fieri poßit 221
Senatores inſtituit Romulus & unde dicti 401
Senatum corrigit Octauius 25
Senatus imperat annum à morte Romuli 401
Senatum duplicat Tarquinius Priſcus 401
Senatus ex urbe ac tota nobilitas cum Pompeio diffugiunt 417
Senatus urbe expellitur, & ad Syllam fugit 414
Senatus proſcriptio 418
Senatus Rom. ingratitudo ergà Octauium 791
S.C. tacitum 243
Senatuſconſultum crudele 38
Senatus conſulta Semiamiræ 197
Senecæ de Neronæ inſomnium 82
Senecam necat Nero 90
Seniauchus equeſtris turmæ comes 489
Senones 497
C. Sentij factum præclarum 799
Sentius Saturninus Germaniæ legatus 802
Sententia crudeliß. quæ 644
Septẽber menſis Tiberius uocatus 47
September menſis Germanicus dictus 60
Septẽber mẽſis Antoninus dictus 150
Septẽber menſis Hercules dictus 169
Septem maria 381
Septicius Clarus 139
Septimius Arabinus 221
Septimius uitæ Alexandri imper. ſcriptor ibidem
Septizonium à Seuero cur ædificatum 187
Septizoniũ Romæ locus celebris 493
Sepulchrum qui non merentur 200
Sepultura ſupremitatis honor 679
Sequanorum res turbantur 158
Sequana fluuius 496
Seræ populi 587
Seres armorum expertes populi 587
Serica Perſidis regio 584
Serici uſus quando ad Græcos peruenerit 700
Seraphinus antiſtes S. Petri in uinculis 441
Serapio rhetor græcus 217
Serapio Alemannorum dux 507
Serapim conſuluit Veſpaſianus 109
Serapidis cultus 185.307
Serapium templum celeberrimũ 576
Serapis templum in inſula Turgana 586
Serapini Romani 639
Serapammon legionarius 248
Serdica Macedoniæ oppidum 678
Serdica euertitur 502
Serenianus maieſtatis reus abſoluitur 479
Serenianus occiſus quàm opportunè 619
Serenus Sammonicus Gordiani præceptor 246
Sergius Galba eloquentiß. 95
Sergius luſtralis 183
Sergius pontifex Conſtantinopolitanus 468
Sergius Arabs monachus 469.701
Sergius uicies & ter uulneratus uarijs in prælijs 601
Serindi pacem petunt ab Iuliano 566
Serpentes Aegyptij 575
Serrorum montes 624
Sertorianum bellum quibus cauſis motum 415
Sertorianum bellum 415.782
Seruianus ſororis Adriani maritus 537
Seruianus cur necatꝰ ab Adriano 143
Seruianus mittitur ad Gallum necandum 453
Seruilius Cepio 4
P. Seruilius Iſauricus Auguſti ſocer 31
Seruilius bello Piratico Iſauriã & Ciliciam prouincias facit 481
Seruilius Glaucia à Mario oppreſſus 777
Seruilia Lepidi uxor 798
Seruius Sulpitius conſul 6
Seruius Tullius Romanorũ rex 401
Seruilia mater Bruti à Cæſare amata 10
Seruiliã Nais Domitij amicã 82
Seruus ultor domini 47
Seruos armat Proculus 308
Seruitus offendit 329
Seruile bellum in Sicilia 259
Setina Romanorum colonia 772
Seſtos 566
Seueriani mors & uotum 134 699
Seuerianæ uictoriæ in Bithynia cõtra Nigrum 338.339
Seuerus Agarenos expugnare non potuit 129
Seuerus Pertinacis nomẽ accipit 176
Seuerus Beticæ præficitur 180
Seueri imp. origo, imperium, uita & mors 180. uſq; 189. & 214 333. et deinceps 350.391.424. 449.463.512.517.596. 639.640.688
Seuerus Aurelianus 189
Seuerus Archontius 305
Seuerus Hoſtilianus imperator inciſa uena moritur 433
Sextilis menſis nomen unde 24
Sextius Claudius ſenex libidinoſus 50
Sextus Cheronenſis Plutarchi nepos philoſophus 152.160
Seuir dignitatis uocabulum 153
Sibyllarum uaticinationes unde 552
Sicambri Auguſto ſe dedunt 22
Sicambrorum ſedes ibidem
Sicambros in Galliam tranſtulit Octauius 383
Sicariorũ in numerum quos Cæſar retulit 2
Siccenſes Gallieno fideles 273
Siccij Dentati fortitudo 601

Sicila uicus 231
Siciliam petit Pyrrhus 405
Siciliæ magna pars occupata à Romanis 408
Sicilienſe bellum à filijs Pompeij motum 418
Siculum bellum Aug. & Pompeij 20
Sicinini Baſilica, Chriſtianorũ conuenticulum 623
Sicoboles contra Marcum 157
Sideniſtis Pamphyliæ oppidũ 475
Sidera nec occidere nec oriri 542
Sidon urbs Phœniciæ 481
Sidus Caligula dictus 59
Sigillaritia dona 142
Sigimerus Germaniæ princeps 806
Sigipedes contra Romanos 277
Sigiſmundi imperium 726
Silentij numen apud Perſas colitur 560
Siligineæ coronæ populo dantur ab Aureliano 289
C. Silius 77
Silo Popedius 770
Siluinus rhetor 200
Siluanus Bonitij filius tribunus 452
Siluano inſidiæ ſtruuntur 490
Siluani interitus 492
Siluanus imperator ingenij blandiß. 397
Simeon Bulgarorum dux 706
Simia temporis, Tatianus dictus 240
Similis uir excellentiß. 134
Similis V.C. Epitaphium ibidem
Simonidis Lyrici ſententia aurea 477
Simonidis Lyrici memoria 500
Simonides philoſophus exuſtus 645. 646
Simplicij Philippi f. cædes 539. 540
Simplicius Grammaticus 634
Simulachrũ matris deûm cur & quomodo colatur 322
Sinchi populi 568
Sinhorium caſtellum 502
Sinderouia caſtellũ ad Danubiũ 727
Sindorum inſula 569
Singara Perſarum oppidum 430
Singara amittitur 453
Singaræ bellum Romanis pernicioſum 526
Singaram expugnat Sapores 545
Siniſtus Burgundorum ſacerdos maximus 640
Sinope Ponti 567
Sintula ſtabuli tribunus 542
Sinueſſa colonia Romanorum 772
Sipylus Aſiæ ciuitas 410
Sirmium Aureliani patria 281
Sirmium petit Conſtantius 522
Siroes filius Coſroen patrem interimit 468
Siſcia oppidum 804
Siſenna Hiſtoricus 776
Siſichthon Neptunus dicitur 516
Sitifi oppidum Africæ 650
Sizyges populi 587
Smyrna ab Aeolis occupata 769
Soœnis filia Mæſæ Phæniſſæ 357
Soœnis mors 362
Sociale bellum grauiß. 413
Socunda urbs 586
Socratis morientis dictum 638
Socrus generum inceſtum renuentem opprimit 473
Sogdiana Perſidis regio 584
Sogdij montes 586
Sol mens mundi 552
Solis ortus ubi arcus ſpecie uiſitur 140
Solis fratres cur Arſacidæ dicti 583
Solis templum Palmyræ 288
Solis templum Romæ 290
Solis cultus apud Phœnices 357
Solis eclypſis unde 541
Solœ urbs 586
Solicinium locus Alemanniæ 628
Solomonis ſepulchrum 133
Solomon præſes copiarum Iuſtiniani 465
Solon à Crœſo cur expulſus 492
Solon à ſacerdotibus Aegyptijs inſtructus 577
Solymanus dux Saracenorum 703
Somnijs Octauius multũ tribuebat 37
Somnia non uidentur apud Atlanteos 488
Somniorum ratio indubitabilis 552
Sopianæ Valeriæ oppidum 631
Sophene adimitur Tigrani 416
Sophia uxor Iuſtini ſecundi 466
Sophoclis dictum de re Venerea 602
Sophocles Tragicus 773
Sophronius Præfectus Conſtantinopolitanæ urbis 615
Sora colonia Romanorum 772
Soſibes contra Marcum 157
Soſingites lacus 584
C. Soſius Antonij amicus 21
Soſio ſtatuã erigit Traianus 126
Soſius Pappus 138
Sotera urbs 587
Soteridas medicus 179
Spadonum cupiditas 4
Spadonum ingenia 501
Sparti unde nomen 536
Spartanorum canum ſagacitas 659
Spaſini uallum 128
Specillus Mirmillo 87
Spectacula Parthica 130
Spectaculum Probi 303
Spectacula Carl & filiorum 314
Spectaculum Commodi 325
Specus Hierapolis 128
Sperarcus philoſophus 37
Sphendoslauus dux Rhoxolanorum 707
Sphinx Octauij ſignum 29
Spintriæ cognomen habuit Vitellius 104
Spiritus hominis pars mundi 647
Spoletium colonia Romanorũ 772
Spongias eſſe procuratores, Veſpaſiani dictum 111
Sporades inſulæ 566
Sportularum diſtributio 478
Sporus puer Neronis amaſius 87
Stabulũ Nicomedis dictus Cæſar à Curione 10
Stachaus neci datur 640
Stagira Ariſtotelis patria 623
Statius Murcus 794
Statarij Romani 639
Statianus legatus Antonij 796
Statilij Tauri Amphiteatrum 24
Statilius Coruinus coniurat in Claudium 73
Statilius Capella eques 108
Statilius Corſulenus 215
Statilius Siſennæ 778
Statilia Meſſalina Neronis uxor 89
Statius Priſcus 154
Statius Valens uitam Adriani deſcripſit 229
Statuæ æternæ quæ & glorioſæ 477
Stauratij uita per compendiũ 704
Stellas non cadere 600
Stella crinita in funere Cæſaris 17
Stephanio togatarũ hiſtrio uirgis cæditur 28
Sthenoſtoma Danubij oſtium 569
Stiliconis perfidia detecta ac ulta 461. 697
Stilio Philoſophus 217
L. Stilo 185
Stipe collatitia uictitare 473
Stœchades inſulæ 74. 497
Stoza tyrannus Africæ uictus 466
Strategius ſenator amicus Procopij 614
Strato Aegeates Bruti neceſſarius 793
Stratonice urbs Aſiæ 412
Strymon fluuius Perſarum imperij terminus 514
Subicarenſe caſtellum 654
Subus abſtinent Phœnices 360
Succeſſus raro ad exitũ manent 443
Succi oppidum 557. 616
Succorum confinia 557. 559
Suceprum anguſtiæ Daciã & Thraciam

tiam dirimunt 623
Succimienſe oppidum abſorptum terræmotu 516
Succubitanum municipium 151
Sueridus Gothorum dux 671
Sueſſa Pometia à Superbo occupata 402
Sueſſa Aurunca Romanorum colonia 772
Suetonius Lenis, Trãquilli pater 102
Suetonius quod de Chriſto uaticinatum fuit, ad Romanos male detrahit 108
Suetonius Trãquillus officio motus ab Adriano 410
Suetonius Tranquillus ſcriptor qualis 305
Sueui tumultuãtur cõtra Marcũ 157
Sueuos impugnat & uincit Aurelianus 285.289
Sueuos deleuit Auguſtus 383
Sueuiã Caligula intrat ſed fruſtra 419
Sueui Rhetias incurſant 504
de Suffragatore non interpellando lex per Iulianum lata 565
Sugabarrita oppidum 651
Sulla Mathematicus 69
Sulpitianus impator appellatus 164
Sulpitius Flauus 80
Sulpitij Galbæ nomẽ unde tulerint incertum 95
Sulpitius Apollinaris grãmaticus 172
Sulpitius Craſſus 168
Sulpitius Caluus 184
P. Sulpitius orator 776.784
P. Sulp. Tribuni leges exitiabiles 779
Sunonenſis lacus 617
Suomarius Alemannorum rex 517
Superuentores legio 530
Supræ ſicarij 657
Sura Philoſophus 122
Suræ opes 126
Suræ quos honores detulit Traianus 389
Surena Horodis regis Parthorum dux 417
Surenas dignitatis nomen apud Perſas 458
Surena poſt regem apud Perſas ſumma dignitas 590.658
Suſa regum domicilium 584
Suſiana Perſidis regio 584
Suſurna Stratigenus 500
Sutrinorũ urbs à Camillo capta 403
Sutrium Romanorum colonia 772
Sybariticus miſſus 203
Syene umbras non habet ſolſtitio 578
Sylla Cæſari cur inimicus & eorũ diſſidium 1
Syllam Cæſar cur literarum ignarum dixerit 15
Syllæ contra Marium & Sulpitiũ pugna 413
Sylla à Caracalla laudatus 351
Syllæ contra Archelaum pugna & uictoria 414
Syllæ factum 508
Sylla Mario filio interẽpto felicis nomen aſſumpſit 781
M. Syllanus Caligulæ ſocer 59
necatur 62
Syluanus apud Agrippinam agit conſilij incertus 491
Syluanus imperium arripit ibidem
Syluius Otho pater Othonis 96
Symplegades ſcopuli 567
Syphax Numidiæ rex capitur 409
Syracuſæ locus Auguſti ſecretior 34
Syracuſanis pax à Rom. data 405
Syracuſa à Romanis capta 408
Syracuſæ Corinthiorũ colonia 778
Syriæ præfectura honor maximꝰ 332
Syria ꝓuinciã 386.481. luxus 571
Syria Tigrani adimitur 416
Syria à Saracenis tranſcurſa 700
Syria prouincia pop. Rom. per Pompeium effecta 784
Syria à Varo Quintilio recta quomodo 805.806
Syrorum mores 288.294.332 334.345
Syriacum Romanorũ bellum 410
Syringes Aegyptij 576
Syrtes maiores 574
Synodus Alexandrina 493
Synodos crebras habuit Conſtantius 563
Synodus Nicena 695
Synodus Niceæ ſecunda 704
Synodus contra Neſtorium 698
Synodus Chalcedonenſis 699
Synodus Conſtantinopolitana 702
Synodus Florentina 713
Synope Ponti urbs capitur 416

T

Tabernæ 499
Tacitus imperator quomodo factus et eius imperiũ ac mores 291 294.295.296.& inde
Taciti uita per compendium 692
Taciti Aureliani ad P.C. oratio 291
Tages Aruſpex uanus 440
Tages futurorũ ſciẽtiæ mõſtrator 552
Taifalorum mores 674
Tages Tuſcus 517
Talicus fluuius 587
Talpa loquax dicitur Iulianus 454
Tamberlanes Scytha Parthis imperium reſtituit 690
Tanais ortus 567
Tangrolipix 715
Tanaitæ populi 668
Taniticum Nili oſtium 574
Tantali & Ili pugna 322
Tanuſius Geminus hiſtoricus 2
Tapyres populi 568
Taphros urbs 586
Tapurius mons 587
Taraconenſis Hiſpania Galbæ mandata 97
Taricheam in poteſtatem redigit Titus 113
Tarentinis bellũ indicunt Rom. 404
Tarentum fugit Pyrrhus uictus à Romanis 405
Tarentum à Romanis captũ 409
Tarentum colonia Romanorũ 773
Tarquinius Priſcus gentem Octauiam aſciſcit 18
Tarquinij Priſci ædificia 401
Tarquinius Iunior patri regnum perdit 402
Tarquinio conſuli dignitas erepta, ac propter nomen ipſe urbe expellitur 402
Tarquitiani libri de Reb. diuinis 600
Tarracina colonia Romanorũ 772
Tarracij Romani ciues 637
Tarraconẽ expugnãt Germani 426
Tarrutius Paternus 167
Tarſus Ciliciæ urbs ac eius conditor quis 481
Tatianus Adrianũ imp. facit 130
Tatianus Promotionum libros ſcripſit 240
T. Tatius Romuli conſors 45
Tatius Cyrillus uir clariſſ. 234
Tauri amphiteatrum 60
Taurinus imperator efficitur 392
Taurinum peruenit Iulianus 495
Tauriſcus tyrannus ibidem
Tauriſci populi unde nomen habeant ibidem
Tauriſci montes 496
Taurominitani Rom. deduntur 405
Taurus Armeniæ præficitur 485
Taurũ montẽ occupat Niger, & eius ſitus 338
Tauroſcythæ à Pio uicti 150
Tauſius Tungrus 175
Te manet Capitolina palmata, Conſſ. ſcribebatur 300
Τεχνόφυον locus Octauij ſecretior 34
Tedius Afer conſul 23
Tegea Arcadiæ oppidum 110
Tegea Cretæ à quo condita 768
Telchius Spartanus 568
Teleſinus Pontius 778
Telephus nomenclator in Aug. conſpi-

uit 21
Templum pro ſepulchro Adriano inſtitutum 145
Templa Romæ inſtituit ac ſacra, Numa 401
Templum Apoſtolorum à Conſtantino conditum 449
Templa deorũ aperit Iulianus 565
Templi Hieroſolymitani reſtauratio ſub Iuliano irrita facta quomodo 578
Tenedos inſula 566
Tenum occupant Iones 760
Teredon urbs 583.584
Terentius Gentianus 143
Terentius Piſtor 622
Terentius Comœdus 773
Terentilla Auguſti amica 33
Tergeſtum 803
Terpnus Citharœdus 85
Terra omnium rerum parens 2
Terra mala ac bona ſimul nutrit 196
Terræ ambitus ad magnitudinem uniuerſitatis inſtar breuis pũcti 487
Terræmotus deſcriptio 127
Terræmotus unde 516
Terræmotuum genera ibidem
Terræmotus grauiß. Antiochiæ 127
Terræmotus Gordiani tempore 240
Terræmotus Conſtantij tempore 515
Terræmotus ſub Valentiniano 620
Terræmotus apud Cõſtantinop. 709
Tertia Bruti ſoror 10
Tertiaci ignominia notantur à Iuliano 599
Tertullus adulter Fauſtinæ 159
Tertullus præfectus urbis 537
Tertulla auia Veſpaſiani 107
Teſſeraria ars 478
Teſſerarij dici qui uelint 638
Teſſerulæ donatiui 136
Tetrapharmacũ Adriano amatũ 143
Tetricus etiam uictus & in Triumphum ductus Italiæ præficitur 272
Tetrici imperium & mores ibidem
Tetricorum domus ibidem
Tetricum uincit Aurelianus 289
Tetrinius latro 64
Teucer à patre repellitur 768
Teutomeres ꝓtector domeſticus 488
Teutones Manlium & Cæpionẽ uincunt 413
Teutones Italiam inuadunt 671
Teutones quando noti 776
Thaiphali Thraciam inuadunt 399
Thaiphali ultra Danubium 422
Thalaßius irarũ Galli incentor 474
Thaſus inſula 566
Theatrum Cornelij Balbi 24
Theatrum Marcelli ibidem
Thebeæ legiones 485
Thebæ Hecatompylæ 513
Thebais prouincia 513.776
Themaſinus Epicadus Parthicus Hybrida 21
Themis uaticinijs præeſt 552
Themiſcyrei luci 567
Themiſtoclis dictum egregium 664
Theoclius Cæſareorum temporũ ſcriptor 282
Theoclia Alexandri ſoror 241
Theocritiano imperium Amantius parare conatur 464
Theodoricum regẽ fœdere ſibi deuincit Aetius 462
Theodoricus Gallorum triginta millia opprimit 464
Theodoricus rex Oſtrogothorũ ibidẽ
Theodorici mors ibidem
Theodorus Gadareus rhetor 52
Theodorus oraculo deceptus imperiũ arripit 399
Theodori de imperio cauſſa diſcutitur 643.644.645
Theodora imperat apud Græcos 708
Theodoſius Traiano ſimilis 399
Theodoſii dotes ibidem
Theodoſii mores uictus & uitæ inſtituta 400
Theodoſius iunior quib. ſimilis 459
Theodoſius Indis arma intulit 460
Theodoſ. iunior uicenalia edidit 461
Theodoſii in reb. bellicis felicitas 627
Theodoſius Britanniã pacauit 636
Theodoſii cunctatio 652
Theodoſius contra Firmum Maurum 650
Theodoſii uita per compendiũ 696
Theodoſii iunioris uita per compendium 698
Theodoſia urbs Taurica 559
Theodotus Gallieni dux 259
Theodotus Hierapolitanus 573
Theogenes Mathematicus 39
Theognidis poetæ de paupertate dictum 644
Theologorum de genijs opinio 561
Theophanes Balbus 433
Theophanes fluuius 568
Theophanes Mytilenæis libertatẽ obtinet à Pompeio 779
Theophilus Syriæ præfectus proditus à Gallo 479
Theophili uita per compendiũ 705
Theopompus ſcriptor inſignis 570
Thermæ Neronianæ nunc Alexãdrinæ dictæ 420
Thermantia Theodoſii mater 399
Thermantia uxor Honorij 460
Thermodoon fluuius 567
M. Thermus prætor 1
Theruingi populi 422.668.670
Theſſaliam diripiunt Huni 459
Theſſaliæ rex Bonifacius 711
Theſſalus Theſprotius Theſſaliæ conditor 768
Theſſalonica à Gothis obſeſſa 260
direpta 464
Theudatus in Italia regnat 465
Theutobodus Cymbrorum dux quanta clade uictus à Mario 413
Thilutha caſtra 590
Thiſalphata urbs 507
Thomas Maurocenus Patriarcha Conſtantinop. 711
Thoriſmũdus Theodorici filius 462
Thraciam Daci inuadunt 9
Thracia confinis Illyrico 45
Thracia prouincia efficitur ab Veſpaſiano 421
Thraciæ ſitus ac deſcriptio 623
Thracia à Dacia diſterminatur Succorum anguſtijs ibidem
Thracia quando in poteſtatem pop. Rom. peruenit 623.624
Thraciæ prouinciæ ſex ibidem
Thracius Boſphorus 567
Thracicum bellum L. Piſonis opera compreſſum 800
Thraſybulus mathematicus 232
Thraſyllus mathematicus 44
Thucydides autor ampliſsimus 558
Thucydidis æmulus Salluſtius 784
Thuni urbs 576
Thurinus à quibus, quando, & cur dictus Auguſtus 19
cũ Thuſcis pacẽ facit Superbus 402
Thuſcia annonaria 622
Thuſculum in exilium abit Tarquinius 402
Thuſcus Neronis alumnus 90
Thuſcus Albinus 490
Thyatireni terremotu afflicti 43
Thynia regio 567
Tibareni populi 568
Tiberij genus infantia ac pueritia 42
Tiberij facinora 43.44. & inde uſq; 59
Tiberij ingenium 384
Tiberij uitia 419
Tiberij uita per compendium 685
Tiberius ad Reipub. officia quando adhibitus 799
Tiberius bimulus uictricũ fugit 794
Tiberius in Germania à militibus quomodo exceptus 802
Tiberius in bello qualis 804
Tiberius imperium recuſat 807
Tiberij triumphi tres cum ſeptem meruerit 807

Tiberij anni ſedecim optimi 808
Tiberij principatus 809
Tiberius frater Caligulæ necatur 62
Tib. ſecundi uita per compendiũ 700
Tib. tertij uita per cõpendium 703
Tiberij Gracchi uirtus & à recto declinatio 774
Tib. Claudius Nero prætorius & pontifex 794
Tiberis inundatio 153.389.655
Tibiana inſula 586
Tibur Auguſti ſeceſſus 34
Tibullus poeta 784
Ticinum oppidum 495
Tifata mons 781
Tigauiæ oppidum 651
Tigranes Armeniæ rex 416.784
Tigranes in amicitiam po. Ro. quomodo receptus 416
Tigranocerta urbs Armeniæ capitur à Lucullo 416
Tigridis & Euphratis fluuiorum coniunctio 128
Tigris in lacum Soſingiten ſe mergit 584
Tigrides in Hyrcania 586
Tigurini Cæpionem & Manlium uincunt 413
Timagenes ſcriptor diligens 495
Timeſſocles qui & Miſitheus 433
Timiditas 311
Timidi ſceleratiores cum peccant ſemel 467
Timogenes Palmyrenorum dux 278
Timolaus Odenati fil. 262.273
Tineæ palatij Spadones 396
Tingitanum caſtellum 651
Tinurtium oppid. Galliæ 183
Tios urbs 567
Tipaſa oppid. 651
Tipata oppidum 652
Tiſamenus Oreſtis filius 768
Titulus diuerſis linguis 251
L. Titianus 100
Titij ſodales 96
Titus Veſpaſiani filius 108
Titi mores & geſta tum mors 113. 114.115.136.387
Titi ciuilitas 421
Titi dotes ac indoles ibidem
Tito ſimilis exiſtimatur Iulianus 456
Titi uita per cõpendium 686
Titus Aurelius Fuluius Boionius Antoninus Pius 147
Titus Aurelius Fuluius auus Pij ibidem
Titi Aruntij præſagium 463
Titi Manlij monomachia, & Torquati nomen unde 404
Titus boni principis nomẽ habet 291
Titus Maurorum trib. tyrannus 275
Titus Quintius dictator Gallos fugat 404
Titus Legenius Pelignorum dux 413
Titus Vietius Picentum dux aduerſus Romanos ibidem
Toloſa 497
Tolumnius Veientium rex Fidenatib. iungitur contra Ro. 403
Tomi urbs 569.624
Tomos euertit Lucullus 416
Tomyris Scytharum regina Cyrum occidit 583
Tonitrua quantum Auguſt. expaueſcebat 37
C. Toranius tutor Octauij proſcribitur 23
Torquatorum inſigne 64
Torquato unde nomen 593
Totordanes fluuius 568
Toxiandria oppidum 516
Toxotius ſenator 241
Tracheam in prouinciam redegit Veſpaſianus 110
Tragicorũ error in nominib. 768
Tragonica urbs 586
Traianus bonorum q̃ ſtudioſus 123
Traiani genus, mores & facta 123 uſq; 138
Traianus herba parietaria dictus à Cõſtantino 396
Traiani bonitas 422
M. Q. Traianus Aug. Decius, uide Decius 435
Traiani forum 504
Traiani munimentũ in Alemannia dirutum reparatur à Iuliano 511
Traianus flumen Naarmalchæ in Tigridem deriuat 596
Traiani uitiũ imitatur Lampad. 622
Traiani uita per compendium 687
Traianopolis 129
Tranquilla Gordiani uxor 425
Tranſcella mons 651
Tranſpadani 2
Tranſtigritanæ prouinciæ Perſis reſtituuntur 458
Tranſtyla Valentin. interficit 462
Trapezunta inſula 567
C Trebatius Cæſaris cliens 15
Trebellianus archipyrata dictus 273
de Trebellio Pollione iudicium 281
Tr. Pollionis diligentia 305
Trebellius Bulgarorum rex 702
Trebonianꝰ Gallus Deciũ prodit 435
C. Trebonius à Dolobella occiſus 793
Tres tabernæ munimentum 505
Treuiri Decentio urbem claudũt 493
Treuiris domiciliũ principum 497
Triarius Maternus 173
Triballi uincũtur à Ruſo Minutio 413
Tribatra urbs 587
Tribuni 510
Tribuni plebis quando primum creati 402
Tribuni militares pro conſulib. creati quando 403
Tribunus ſtabuli dignitatis nomen 458
Tribunatus plebis quid 293
Tricaſſium 499
Tricaſtini gentes Alpinæ 496 497
Tricennalia celebrat Honorius 461
Triceſimana legio 530
Triceſimæ à Iuliano occupantur 523
Trieterica ſacra Liberi patris 568
Triphonius iuriſconſ. 233
Tripolis Seueri patria 185
Tripolitani ulciſcuntur 658
Triptolemi currus 563
Triſtib. ſecunda ſuccedunt 491
Tritones argentei 76
Triuiæ lucus 569
Triumphandi mos apud antiquos & recentiores 442
Triumphus quid, & unde dictus ibid.
Triumphatur de Sabinis 402
Triumphus Aureliani 209
Triunphus Romæ primus 401
Triump. Camilli tertius de Gallis 403
Triumphus Cincinnati ibidem
Trium. Papyrij de Samnitib. 404
Triumphi uno tempore tres celeberrimi 411
Triumphi de Iugurtha duo 413
Triumphi Beliſarij 465
Triumphi quibus denegati 508
Triumphus quas ob res à Ro. imperatoribus exhibitus 608
Triumphi Iuſtiniani 700
Troas urbs 566
Trochilus auicula, crocodili os intrat 575
Troglodytæ 569
Trogus mendacij arguitur 281
Troſius Aper grammaticus 151
Trullæ Romani 639
Trutungi contra Ro. 277
Tubuſuptum oppidum 650
M. Tullij iocus in Conſ. ſex horarum 266
Tullij de Craſſo teſtimonium 619
M. Tullij Cic. gloria ex ſeipſo 783
Tullius Criſpinus 164.165
Tul. Hoſtiliꝰ fulmine ictus perijt 401
Turcæ Leoni auxiliantur 706
Turcæ primo in Aſiam ruunt 708
Turcæ Imp. capiunt 709
Turcarum arma quis primo in Europam aduexit 713

Turcæ Cõſtantinopolim occupãt 713
Turcarum origo 700.715
Turduli Gallicani ephemeris 298
Turgana inſula 586
Turij oppidum 793
Turinum 497
Turriana apud Mediolanenſes factio 725
Turris ferrata in ſirmio 394
Tuſci Capuæ & Nolæ cõditores 769
Tuſcus aruſpex 776
Tyana Cappadociæ oppidum 609
Tycannius ſtipator Maximini 246
Tycus Oſdroenorum dux 236
Tyndenſium gens 650
Typhis ſepulchrum 568
Tyrannorum dicta 176
Tyrannorum uitam deſcribere recte, cur difficile 187
Tyranni imperium uſurpantes Valeriani temporibus 393
Diocletiani tempore 393
Tyridates quomodo à Nerone exceptus 84.87
Tyros Scythica 569
Tyrrheno mari alluitur Gallia 495
Tyrrhenus Lydorũ rex fame compulſus, in Italiam peruenit 768
Tyrus à Mauris direpta ac incẽſa 339
Tyrus urbs Phœniciæ 481
Tyrus fluuius 569
Tyſdrum oppidum 237
Tyſdri moratur Gordianus 372

V

Vacatum munimentum 605
Vaceroſus pro certo 36
Vagabanta oppidum 643
Vadomarius Alemannorum rex 482. 507
Vadomarius aſtu Iuliani capitur 553
Vadomarij & Iuliani calliditas ibid.
Vadomarij domicilium contra Rauracos 524
Vadomarius Nicæam obſidet 617
Valens tyrannus 271
Valentis tyranni uirtutes ibidem
Valachi qui & Myſii 711
Valens mathematicus 448
Valens imperium ſumit 259
Valens à Gothis ſuperatus & exuſtus 399
Valentis dotes ibidem
Valens interimitur à militibus 271
Valentis imperatoris finis 459
Valens à Scythis interimitur 459
Valens à fratre Auguſtus dictus 612
Valens arbitrio fratris gubernabatur 623
Valens ſæpius petitus multorum inſidijs 644
Valentis & neceſſariorum eius auaritia 644
Valentis contra Gothos bellum pertinax 624
Valentis imp. periculum Antiochiæ 643
Valentis uitium genuinum 644
Valens in Gothos mouet 672
Valentis exitium 677.678.679
Valentis cum Gothis pugna 677
Valentis uitia & uirtutes 679
Valens Arrianis fauet 696
Valentis uita per compendium ibidem
Valentia 497
Valentia Britanniæ prouincia 637
Valentia colonia Ro. 772
Valentiniani mors repentina 398
Valentiniani dotes, & cum Adriano ſimilitudo ibidem
Valentiniano reſiſtenti imperium aggeritur ibidem
Valẽtinianus Imperator dicitur 458. 610
Valentinianus Treueris hyemat & moritur 459
Valentiniani adhuc tribuni periculum 609
Valentinianus inſtitutum Imp. ueterũ tranſgreditur 626
Valentinianus diſciplinæ militaris corruptor 627
Valentinianus arrogans ſui æſtimator 629
Valentinianus munimentũ ad amnem Nicrum ædificat 635
Valentiniani crudelitas 648.662
Valentinianus cũ Macriano Alemannorum rege pacẽ ferit 658.659
Valentiniani obitus 663
Valentiniani patria indoles, geſta, uitia & uirtutes 663.664.665
Valentinianus religionis mediæ 665
Valentinianus quadrimus Valentiniani fil. Auguſtus dicitur 666
Valentiniani patris ac filij uita per cõpendium 696
Valentiniani tertij uita per compendium 698
Valerianus quomodo cenſuram accepit 256
Valeriani origo & geſta 256. 257
Valeriani uita per compendium 698
Valeriani iunioris ſepulchrum circa Mediolanum 258
Valerianus & Gallienus quandiu imperarint, incertum 264
Valeriani duces omnes ad imperiũ uenerunt 268
Valeriani de Macriano iudiciũ 269
Valeriani de Baliſta teſtimoniũ 270
Valeriani de Claudio Flauio teſtimonium 279.280
Valerianus Licinius Colobius dictus 393
Val. ſeruitus & ſtoliditas ibidem
Valerianus Spado bellator eximius 629
in Valerianorum nomine error unde 258
Vale. Catullus Cæſaris ſuggillator 14
Valerius Meſſala 30
Valerius Omulus 153
Valerius Baſsianus 168
Valerius Catulinus 165.184
Valerius Cordus literator 217
Valerius Flaccus Valeriani parens 299
Valerij Flacci lex 780
Val. Publicolæ paupertas 412.478
Valerius Antiás hiſtoricus 776
Valeria Meſſalina Claudij uxor 77
Valeria Diocletiani filia 538
Valeria pars Pannoniæ unde ibidem
Vallis Gothorum rex pacem à Ro. impetrat 461
Vandalos deuicit Marcus 156
Vandali in ſocietatem recipiuntur à Probo 303
Vandali Africam occupant 698
Vangiones 497
Varadopa prouincia Maced. 415
Vararres Vararanis filius 439
Vararnes Hormiſdæ filius 438
Vararnes ſecundus bellum mouet Romanis ibidem
Vardanes Cteſiphontẽ cõſtruxit 584
Vari Quintilij mors 793
Variana clades Rom. quàm funeſta 806
Varia auia Heliogabali 198
Varietas ſatietatem parit 495,684
Varonilla Veſtalis 117
Varro Muræna 21.43
Varro Aelius 306
Varronianus Iouiniani pater 398. 458
Varronianus infans conſul efficitur 609
Varronianus Iouiani pater quæ ſomniarit 610
Vaſatæ 497
Vaticinium Syllæ de Iulio 1
Vatrius Gothorum dux 465
Vatinij deformitas 793
Vatrachites fluuius 585
Vbij Auguſto ſe dedunt 22
Vbiorum ſedes ibidem
Vectes inſula Britanniæ proxima 108

L. Vectius 3
Vectius Aper 164
Vectius Sabinus 251
Veientes uincuntur à Romulo 401
Velitris Auguſti cunabula diu oſtendebantur 19
Velius Cornificius Gordianus 294
Velia oppidum 795
Velia Lucaniæ à Phocenſibus condita 495
Velleius quid deſcribat, & quanti faciendus 765
Velleius quando floruerit ibidem
Velleij uita per Rhenanum 766
C. Velleius, Velleij auus ſeipſum ingulat 794
Vellei militia 801
Velleius præfectus equitū ſub Tiberio 802
Velleius Quæſtor 803
Venatus antequam Imp. in bellum proficiſcitur, unde 253
Venceslai imperium 728
Venefici ab Aproniano puniūtur 612
Veneficorum ars Romæ innutritur apertè 612
Venerianus Gothos uincit 262
Veneta factio 106
Venetiani Vero iniurioſi 161
Venetum uitrum 201
Venetiam diripit Atila 462
Venetiæ quando habitari ceptæ 698
Venetos aduerſus Gallos iuuat Nicephorus 704
Venetorum immunitas 705
Venetos ſuis legib. quis uiuere primo permiſerit ibidem
Veneti auxiliantur Alexio Comneno 710
Venus Iuliorum progenitrix 1
Venus Capitolina 58
Veneris Erycinæ templum reſtituit Claudius 77
Venus Paphia 113
Veneris templum in Papho 482
Veneris Caluæ templum 242
Ventidij triumphus de Perſis 419
Ventidius conſul, ex mancipijs Picentinis 792
Ventorum ui, naues in tecta deferuntur 620
Venuleius iuriſconſ. 233
Venuſia colonia Ro. 772
Verconius Herennianus & eius dictū 291
Vergilius poeta 784
Vergilij ſcripta abolere uoluit Caligula 64
Vergilio Enniū prætulit Adria. 141
Vergilio lib. nulli ſimiles 186
Vergilius Plato poetarum ab Alexandro dictus 229
Vergilius ab Auguſto dilectus 383
Verginius pater filiam occidit 403
Veronæ poſteri Probi habitarūt 304
Verſiculi Caligulæ indolem deſcribentes 58
Vertæ populi 532
Vertigomarus Anglorum rex 461
Verus nec inter bonos, nec inter malos principes numerandus, & qualis 160.161.162.163
Veſpaſianus optimis cōparandus principibus 421
Veſpaſia Polla 107
Veſpaſiæ oppidum ibidem
Veſpronius Candidus 165
Veſtales intercedunt pro Iulio 1
Veſtalem pro uxore rapit Heliogabalus 360
Veſtitus exoſus Auguſto 27
Veſtralpus Alemannorum rex 506
Veſuui cōflagratio quādo incidit 114
Veſuuij montis deſcriptio 135.136
Veteranio ad imperium uenit quomodo 430
Veteranionis mors 600
Vetranius imperium in Pannonia aſſumit 397
Veteranius princeps exauctoratus à Conſtantio 487
Vetronius Turinus egregius impoſtor quō punitus ab Alexandro 225
Veturius Macrinus 165
L. Veturius literator 217
Veturius à Corſis oppreſſus 486
Veturia mater Coriolani 403
Veturionas occupant Picti 459
Vetus Antiſtius uir opt. 786
Vgri Pannonias tenent 466
Vibius Criſpus 116
Vicecomitum factio apud Mediolanū 725
Victobali 422.520
Victor Maximini F. occiditur 319
Victor hiſtoricus 557
Victorum legio 804
Victores cur Nemeſim inuocāt 443
Victoriam condidit Fridericus 724
Victoria uirago qualis & eius mors 274.275
Victoria, ubi iure pugnatur 461
Victorinus Victoriæ ſiue Victorinæ filius 265
Victorinus ad imperium uocatus, & qualis 266
Victorina mater caſtrorū dicta 265 266.272
Victouali contra Marcum 157
Viderichus fil. Vithimiri regis 668
Vidini gens fera 867
Viennenſium portæ 444
Vienna Galliæ 497 496
Viminalis mons urbi Romæ additus 402
Vilhelmius Heda 441
Viminatium oppidum 183
Vincentius Quirinus 727
Vinci à quo laudabile 784
Vindelicos deuicit Auguſtus 22
Vindelicū bellum gēſsit Tiberius 43
Vindelicos liberat Aurelianus 289
Vindelici in prouinciam redacti 383 785
Vindelici per Auguſtum ſubacti 419
Vindicis mors 97
L. Vinicius 31
Viniciana coniuratio 90
M. Vinicij conſulatus 770
M. Vinicius Pannonici belli Imperator 800
P. Vinicius 801
Vinidius Verus iuriſconſ. 150
Vinum placere, bonum 196
Vinum immoderatū, uenenum 462
Vini inopia ſeditionem Romæ ſuſcitat 477
Virgantia, caſtellum in alpibus 496
Virgines ſtrangulare nefas 53
Virgo quomodo ſiniſtrā de ſe famam compeſcuit 322
Virgines rapit Romulus 401
Virgo uiuà exuritur ob conſputum cadauer Fabiæ imperatricis 476
Viriatini belli cauſa 95
Viriatus in Luſitania cum Romanis pugnat 411
Viriathi bellum in Hiſpania 774
Viridomarus Gallorum rex à Marcello occiſus 407
Viros diſcretim à fœminis lauari, Adriani inſtitutum 132
Victa ab Alexandro Macedone ædificata, obſeſſa à Sapore 546
Virtingui contra Ro. 277
Virtutes quantæ ſint 298
Virtus gloriam conciliat 356 364
Virtutis officia in periculis 406
Virtus prò nihilo, ſi certa ſtarent uaticinia 440
Virtus ac fortuna plerunq; diſsident 477
Virtus quibus contenta ſit 522
Virtutes præcipuæ quatuor 602
Viſurgis amnis Ro. clade nobilis 802
Vita quæ, uita dici poſsit 134
Vitæ principum quō ſcribendæ 208
Vitæ finis neceſſarius impendet 330

de Vita hominis ſententia non temerè ferenda 647
Viuentes laudare, irriſio 190
Viuorum cenſura difficilis 784
Viuendi terminus à mathematicis homini conſtitutus 276
Vitalianus occiditur 245.372
Vitaliani motus pecunijs compeſcitur 464
Vitalius Victor 183
Vitaxæ dignitatis uocabulum 584
Pub. Vitellius P. fil. 103
Vitellius Imperator ſalutatus 101.104
Vitellij uita & mores 104.105 106.107.109.386.420
Q. Vitellius quæſtor Auguſti 103
Q. Vitellius P. fil. ibidem
Luc. Vitellij ſtatua 104
Vitelliorum origo 103
Vitellia colonia ibidem
Vitellia numen ibidem
Vitellia uia ibidem
Vithericus Greuthungorũ rex 670
Vithimiris rex 668
Vitichabius rex 628
Vithigabius Alemannorum rex à Valentiniano confoſſus 663
Vitia quibus alantur rebus 796
Vitiorum præcipitium 776.777
Vitiges Euphrati præponitur 465
in Italia regnat ibidem
Vitraſia Fauſtina 167
Vitrodorus Quadorum rex 520
Vitruuius Secundus 167
Viturgia uxor Proculi 308
Viuentius uir prudens Pannon 622
Vlciſci inſidias uſu receptum 350
Vlpianus iuriſconſ. 200.220.425
Vlpianus quantum apud Alexandrum ualuit 223
Vlpianus tutor Alexandri 229
M. Vlpium Traianum adoptauit Nerua 123
Vlpius Marcellus iuriſconſ. 150
Vlpius Crinitus uir fortiſs. 283
Vlpij Criniti uerba ad Valerianum 284
Vlpius Syllanus 285
Vlpia Gordiana 243
Vngues Crocodili 575
Vnionum genitura ex rore 588.589
Vocis remedia 85.86
Vocontiorũ tribunatus Poſthumi filio datur 265
Vocontij gentes Alpinæ 496
Voleſianus Virij Galli filius 397
Vologeſes ad pacem adigitur metu Veſpaſiani 386
Vologeſia urbs 584
Volſci bellum mouent, & uincuntur à Romanis 402
Volſci iunguntur Fidenatibus, & uincuntur 403
Volucer equus Veri 161
Volucer calix cryſtallinus Veri imperatoris 163
Volumnius Vari legatus 806
Volumnia uxor Coriolani 403
Voluntariorum legio à Marco inſtituta 157
Voluſius Metianus iuriſc. 150.252
Vota hominum credula 197
Vr caſtellum 607
Vrania coniungitur Heliogabalo Deo 360
Vrſi Perſici rabioſi 595
Vrſæ Valentiniani ambeſtrices hominum 649
Vrſicinus euocatur ad Conſtan. 484
Vrſicinus dux efficitur contra Syluanum 491
Vrſicini libertas 541
Vrſicinus cum Damaſo de papatu contendit 623
Vrſicino inſidiæ parantur 527
Vrſulus Rufinum legib. punit 502
Vrſuli necem ipſa iuſtitia deflet 564
Vſcudama oppidũ Beſſorum à Lucullo captum 416
Vſcudama quæ nunc Hadrianopolis 485.624
Vtica Africæ à quibus condita 768
Vtilitas autoritate munienda 808
Vtilius adulter Fauſtinæ 159
Vulcani inſula terræ m. emerſit 516
Vulcatius Rufinus uir perfectus 626
Vulgus ad clementiam procliue 538
Vulgus ad res nouas leuiſsimum 372
Vulgi inconſtantia 378
Vultur quid Aegyptijs ſignificet 513
Vxor dignitatis nomen, non uoluptatis 147
Vxores cui imperent 192
Vxoris officium erga maritum moroſum 473

X

Xaborectora fluuius 457
Xantippus Lacedæmoniorum dux Regulum uincit 406
Xerxes Helleſpontũ contabulauit 61
Xerxes Xerxenorũ rex uictus ab Alexandro 425
Xerxes togatus Lucullus dicitur 783

Z

Zaba ſocia Zenobiæ 287
Zabdicena reſtituta Perſis 458
Zabdiceni ſagittarij 545
Zagrus mons 537.585
Zaita ad Gordiani tumulum 457
Zama Mauritaniæ regulus 650
Zariaſpes fluuius 586
Zenobia imperium arripit 262
Zenobia Imp. agit ſtrenuum 273
Zenobiæ mores, uita ac forma 274
Zenobiæ epiſtola ad Aurelianũ 287
Zenobiæ ſcribit Aurelianus ibidem
Zenobiam extollunt Palmireni 638
Zeno minimo natus uico 281
Zenonis deformitas ac genus humile 463.464
Zen. Iſaurici uita per cõpendiũ 699
Zeugma oppidum 529
Zinafer Sarmata 519
Zizais Regalis Sarmat. iuuenis 519
Zoe filia Cõſtantini, Argyropoli uxor 707
Zoe cum Theodora ſorore imperat 708
Zombis urbs 585
Zopyrus Babyloniorũ proditor 526
Zoroaſtres magiæ illuſtrator 585
Zoſimion procurator Syriæ 280
Zoticus fumorum uenditor 198

SERIES CHARTARVM.

abcdefghiklmnopqrstuxyz. ABCDEFGHIKLMNOPQR STVXYZ. AaBb CcDd EeFf Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd. Omnes terniones, præter Q R quaterniones, & Ccc duernionem.

BASILEAE PER HIERONYMVM FROBENIVM ET NIC. EPISCOPIVM MENSE SEPTEMBRI, M. D. XLVI.

FRO BEN

A01 1472346